UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regvlares: Secundus Controversias Civiles determinat

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regvlares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, M.DC.LXXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-98388

Visual Library

VII M 2 Th. 1332a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PERILLUSTRIS DOMINI
PETRI FRANCISCI

DE TONDVTI,
SANLEGERII

DOMINI ET TOPARCHÆ;

QUÆSTIONUM ET RESOLUTIONUM
Canonicarum & Civilium

VOLUMEN SECUNDUM.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QUÆSTIONUM, ET RESOLVTIONVM LEGALIUM

VOLUMEN SECUNDUM

In duas Partes divisum:

QUARUM PRIOR RESOLUTIONES BENEFICIALES, CANONICAS, ET REGULARES;

Posterior CONTROVERSIAS CIVILES determinat.

AVTHORE PERILLVSTRI DOMINO PETRO FRANCISCO

DE TONDUTI, SANLEGERII

Domino & Toparcha, Comite Palatino, & Sancti Officii Inquisitionis Avenionensis Consultorum Decano.

Collegii Soc^tis Jesu Paderbornæ 1706.

EDITIO NOVISSIMA PRIORIBUS EMENDATIOR.



LUGDUNI,

Sumpt. PETRI BORDE, JOANNIS & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXXIX.

CUM PRIVILEGIO REGIS.



AD SACRATISSIMAM
ET
Glorioſiſſimam ſemper Virginem
MARIAM,
MATREM DEI,
REGINAM COELI,
ET TERRÆ;
DOMINAM ET PATRONAM
meam colendiſsimam.



INGRATI animi notam non effugerem, ſi poſt tot, tantáque ſuſcepta ſummæ bonitatis & miſericordiæ tuæ dona, quæ mecum tacitus ipſe mente revolvo, poſtremos qualiſcunque ingenii mei fœtus, quos irrequieta annorum ſexaginta propemodùm ſtudia pepererunt, ad MAJESTATIS TUÆ Sacrarium, ſupplex non appenderem, cui jam primos conſecravi. Tu ſiquidem illa es, VIRGO GLORIOSISSIMA, quam ab ipſo ſtudiorum meorum exordio ſingularem delegi Dominam atque Patronam; cujus ope, atque favore maximo, bonorum eventuum rector, & malorum victor, ad longævam iſtam ætatem inoffensâ exiſtimatione perveni. Et ut paucis multa complectar, Tu ipſa es, cui me, & omnia mea, poſt Deum, debere, non vereor profiteri. Faceſſant igitur perituri omnes mortalium favorum ambitus, quibus vel ſolus temporis curſus finem ponit, vel inſtabilis occaſio adjuvandi præripit facultatem, vel naturæ protervia benefaciendi poteſtatem reddit evanidam. Æter-

na ſunt, , nunquam intermoritura tuæ authoritatis auxilia : In his tota ſpes , totáque fiducia mea firmiſſimo veluti , & tutiſſimo nititur fundamento : In his vita mea inclinata recumbit. Patere igitur , VIRGO BENIGNISSIMA , ut glorioſum Nomen tuum , Angelis & Hominibus venerabile , Dæmonibus formidabile , huic Operi meo præponam ; & ad ſacratiſſimos pedes tuos beneficiorum mole proſtratus , tuam ſupplex implorem clementiam ; ut cujus influxus per tot annorum curricula beneficos expertus ſum , ſentiam quoque in eo quod mihi ſupereſt vitæ , ad ultimum uſque finem proficuos.

Veſtræ Auguſtiſſimæ Majeſtatis

Abjectiſsimus & indigniſsimus Servus,

PETRUS FRANCISCUS DE TONDUTI SANLEGERIUS.

PERILLU

PERILLUSTRI

ET EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DOMINO PETRO FRANCISCO

DE TONDUTI,

DOMINO DE SAINT LEGIER,

Comiti Palatino;

ELOGIUM.

EX cribrata PLANITIEI sterilis arena,
Non infesta oculorum obstacula, sed Triumphatoris Olympici
Glorioſa virtutis additamenta colligantur.
Redit enim ad Palmas
PETRUS FRANCISCUS DE TONDUTI,
Nobilis ille Avenionensis SANCTI LEGERII Dominus, atque
Juris-Consultus eximius;
Qui frontem jamdudum lauris onustam, novis premit,
Nunquam satis laudando Operum celeberrimorum incremento.
PETRUS, inquam,
Dùm jactis solidissimis Iurisprudentiæ fundamentis,
Vt omnium oculis, ita omnium applausu;
Vt omnium aviditati, ita omnium admirationi,
Æterna in dies exponit incessantis virtutis ædificia.
Vnde non sator legalis seminis in PETRA,
Avibus hujus Cœli duntaxat modica projicit diei unius alimenta:
Sed æstuans erga Sapientiam pietate, super fortissima studiorum PETRA
Templa immortalitatis Publico & Patriæ, ac Exterorũ commodo construxit:
Dum PETRI claves Canonum fulgore, Legum armis,
Imò Divina edoctus sapientia profert, & sustinet:
Et ut magis omnium Principes ostendat juxta divinos affatus,
beneficas demonstrat.

O verè

O verè equidem PETRVS!
Qui non tertio surgens, sed primo expergefactus gallicinio,
Glorioſas virtutis excubias oleo non deperdito cuſtodivit.
Quid ergo mirum? ſi PETRVS iſte nunquam nec ploravit, nec pœnituit,
debita Sapientiæ obſequia denegaſſe.
Et ſi in delubro virtutis PETRVS alter,
Non ſimplex, ſed maximus; non ſimulatæ, ſed veræ Philoſophiæ,
Ac ut de veris Iuris-Conſultis loquitur Vlpianus,
Æqui & boni Sacerdos.
Nedum tanquam PETRVS ob Cœlicas virtutis claves,
Theſauri æternitatis non tam cuſtos, quàm & diſpenſator copioſiſſimus,
Sapiens inter aſtra dominator enitet:
Sed PETRVS unà & FRANCISCVS, alterius
FRANCISCI adinſtar
Inter Iudiciorũ nubila nõ ab aliquibus diſcipulis, quia omnes ab eo addiſcunt,
ſuper fulgidiſſimo Sapientiæ plauſtro
Levis famæ alis, ut LEGERII nomine exprimitur,
Quamvis doctrina gravis;
Summo omnium non ſtupore, quia non ampliùs inſolita ejus ingenij portenta,
ſed omnium exultatione ac jubilo conſpicitur.
Immò quid in Plauſtro, ſi ſecum æternos defert ſplendores,
ſi non mutuata luce,
Non lethæas temporis, non Eridanias detractorum aquas,
non ob difficultatum monſtra dilapſus,
non pœnalia temerariæ ignorantiæ fulmina
pertimeſcit.
Sed luce equidem propria Clariſſimus,
Sol ipſe inter cætera Iuriſprudentiæ ſydera,
quæ ei tanquam luminis largitori famulantur,
Lucidiſſimus effulget.
Si ex eius litterariis radiis nubila Iudiciorum diſſolvuntur,
ſi ad omnium productionem Iudiciorum,
ſi beneficialia ſcilicet, vel civilia exoptes,
Vel ſi denique Principes ipſi, Primates, ac Iudices zelotypas
Iuriſdictionum lites inſtituant;
Splendore ſapientiæ, atque authoritatis calore prævenit, atque concurrit.
Si æquatis, ſeu tondatis diſtinctione atque interpretatione
diſcordantibus Legibus, ut nomen ipſum TONDVTI deſignat,
Noſtram Legalem meſſem penitus implet, & abſolvit.
Atque tandem
Si ex arenoſa imbecillitatis meæ PLANITIE,
Non turgidos imbrium ac nebularum parentes,
Sed fulgidas ſuæ lucis impreſſiones exponit,

Sed

Sed clara ſuæ famæ excitat tonitrua;
Sed nitidos vapores in dulcem ſuæ laudis rorem exprimit, atque diſtillat.
Imò quid magis, ſi ejus fœcundata influxibus,
Non ampliùs hæc mea deſerta Arena ſolitos ſiccitatis dactylos parit;
Sed Heſperidum adinſtar poma, quæ olim pulchriori, modò doctiori,
quæ jam celeri Atlante Athletæ fortiſſimo producit.
Si non ampliùs ut Libyca ventorum ſufflatu delebiles inſcriptiones recipit,
Sed invida alterius fabuloſæ Tagi, vel potiùs ditioris ac veræ, quæ Pelagi
verticibus inſidet,
vel grana igni quoque reſiſtentia, & ſic perpetua,
vel ſolidiores gemmas ad tuorum meritorum æterna germinat
Hieroglyphica:
Vel potiùs Te Promethei atque Cœlici claroris partes effungente animata,
Non ampliùs è ſtylo inſcriptiones expectat, quia ſtylo imprimit
inſcriptiones:
Nec pulverei horroris amica, non ex nigro atramento,
Vt ſæva Ditis pavidæ mortis immania decreta præfigurat;
Sed Parnaſſi avida ad ejus ſimilitudinem erupta in fontes,
Limpidis laudibus jubilans glorioſi tui Nominis debitam Immortali-
tatem extollit:
Et non Ægyptias mumias in ævum inloquaces,
Sed ad tui radios Memnonem ſaltem incompoſitis laudibus exultantem,
in marmore hoc æternitatis oſtendit, atque
Conſecrat.
Vale itaque non ampliùs prodigioſus prodigiorum continuorum
Parens.
Et ne tam citò orbatus lumine Iuriſprudentiæ noſtræ Orbis pereat,
Vive Neſtoreos.

I. P. D.

MONOSTICHON ANAGRAMMA,

In quo alluditur ad Arma, & Opera Legalia Authoris.

PETRVS FRANCISCVS DE TONDVTI
D. DE SANCTO LEGERIO.

ANGELUS ASTRA FERIS SAPIENS
FRANCISCE DOCENDO.

EPIGRAMMA

Alludens ad Arma & Anagramma.

AFFIXAS Zonæ Stellas vel ſtemmate geſtas,
Vel Zonas ipſas Calcare juſtus agis.
Si Stellas, meritò Sapiens dominaberis ASTRIS:
Si volvis Cœlos, ANGELUS alter ades.
Pareat ergo forus, nam Tu FRANCISCE DOCENDO
Aſtræam SAPIENS ſydera ſicque FERIS.

I. P. D.

IN LIBRUM BENEFICIALIUM ET CIVILIUM
QUÆSTIONUM EXCELLENTISSIMI I. C.
Aven. ac Parentis Colendiſſimi,
D. D. PETRI FRANCISCI DE TONDUTI,
TOPARCHÆ SANLEGERII;

EPIGRAMMA.

NONNE pio decerat, Natos ditaſſe, Parenti
Divite perpetui Nominis ære ſui.
Hinc neque debilitas, provecta nec obſtitit ætas;
Quin luci tandem proderit iſtud Opus.
Ex variis, quæ per varios hic reddidit annos
Reſponſis, pauca hæc, ſed bona, Lector habes.
Hoc Opus ipſe decem per luſtra coëgit in unum,
Clamoſi ſolvens jurgia magna fori.
O Liber, ejuſdem fœcunda mente Parentis
Progenite! alterius mî fratris inſtar eris.
Nominis æterni famâ poſt funera vives,
Accipiéſque inter ſydera fixa locum.

P. PEREGRINUS DE TONDUTI Eccleſ. S. Paul
Tricaſtrinen. Præpoſitus, Authoris filius.

NOBILI

NOBILI, ET AMPLISSIMO DOMINO MEO,

D. PETRO FRANCISCO

DE TONDUTI, SANLEGERII

DOMINO ET TOPARCHÆ,

EPIGRAMMA.

HACTENUS alma Themis, crudelibus anxia curis,
Pone modum lacrymis, desine justa queri.
Tutor adest Author, calamo qui protegat ensem,
Et cujus tua sit recta statera Libro.
Illum jam prudens Italus jure Ingeniosum
Suspexit, Doctum Gallia consuluit.
Si tua cesserunt auri statuta valori,
Et clave argenti sit reserata domus:
Amborum vincet pretium pretiosior omni
Argento, ac auro, legifer iste Liber,
Cujus apud Gentem meritò jam parta futuram
Est fama, in nullos haud abolenda dies.
Nec mirũ, si cuncta Liber per sæcla legendus
Sit, dum operi nullũ suppar adesse potest.
Sic debebat enim cygnus finire canendo,
Et resonare seni gutture dulce melos.

FRANCISCUS MARIA PISTARELI, I. V. D. Avenion.

AMPLISSIMO, CLARISSIMOQUE D.

DOMINO PETRO FRANCISCO

DE TONDUTI SANLEGERIO,

I. C. CELEBERRIMO,

CARMEN.

TERRARVM perteſa Themis, cultúſque negati,
Scandere ad Aſtra parans, exoſis anxia demùm
Sedibus errabat, ſi quem ſibi fortè videret
Cultorem ſupereſſe æqui de tramite rectò,
Quem non ſacrilegæ flexit contagio turbæ.
Famque emenſa ſolum, tractuſque vagata per omnes,
Indignans terris vacuum per inane volabat,
Cùm SANLEGERII venientis imagine capta,
Continuò ad notos flectens veſtigia vultus,
In caſtos ruit amplexus, ac plurima libat
Oſcula, & his dulcem dictis affatur Alumnum:
Salve, ait, ô noſtri ſolamen dulce laboris,
Cujus lactentes etiam formavimus annos,
Et cui non parco cratere hauſiſſe liquorem
Fatalem dedimus, ſed prona infudimus urna.
Tu lateri mihi junctus eris, dum ſancta ſuperbis
Iura dabo populis, tibi noſtra arcana patebunt.
Eia igitur Themidis mortales Templa quid ultra
Pergitis, & vanis animum conſumere votis,
Dum SANLEGERIVM producit Avenio, Templum
Iuſtitiæ in terris nullum eſt Divinius iſto.

ÆGIDIUS GENET Aven. I. V. D.

AL SIGNOR PIER'

FRANCESCO DE TONDUTI,

NOBILE AVIGNONESE,

Segnore di Sanlegier:

Alla Gloria della Francia

SONETTO.

S'allude alle ſue opere de Preventione, è alle queſtioni Civili, e Beneficiali, con l'occaſione della ſtampa dell'altre ſue nove queſtioni parimente Civili è Beneficiali.

PREVENNE la dove conceſſe il fatto
La luce à mè con più Monarchi equale,
Pria ch' aggiungeſſe tante penne all' ale
Del tuo gran' merto il Meſſagiero alato.
Quindì nel Campidoglio il ſtil cangiato
Se lo ſtropito gia pianſe fatale
La Gallia a Breno a te trono Reale
Dal ſtrepitoſo foro ammira alzato.
E con ragion' ſe de tuoi detti all'orme
Qual del Retore Greco, ò a Giano il velo
Scopre la lite, ò ſi compone, ò dorme
Anzi che più ſe ricognoſce il zelo
Dè ſenſi tuoi a i ſcritti tuoi conforme
Se dona ò niega i beneficij il Cielo.

G. P. D.

PERILLU

PERILLVSTRI ET MAGNIFICO DOMINO

D. PETRO FRANCISCO DE TONDUTI SANLEGERII

TOPARCHÆ, COMITI PALATINO,

THEMIDIS VTRIVSQVE MYSTÆ

Toto Orbe Celeberrimo,

ELOGIUM.

QUÆ magis in Te Virtus eluceat, dictu facile non est.
Omnes colis in summo; nullam in remisso:
Tepidum nescit Amor, quod aversatur Deus.
Pietas tua latebras quærit; sed *Lux in tenebris lucet.*
Ignis est,
Vehementiùs erumpens, quo altiùs humilitate comprimitur.
Charitas tua in proximum, novit hominem à teste abstrahere:
Miseriam quæris, ut subleves, non præconium.
Latet in causa, sed effectu publicam facis:
Tertull. Decet quippe *Larvatis Diis* larvata etiam manu opem ferre,
Ut *nesciat sinistra quid dextra faciat.*
Vitia omnia, vel levissima, Domo tua procul exulant,
Nisi quod dissidiis alienis ingressum permittis,
Ut ea sapientiâ tuâ componas,
Tribuendo cuique quod suum est,
Omnibus Æqualis.
Insulas Primariorum Supremi Senatus Præsidum obtulit
Purpuratus Regni Minister,
Ut in Te quoque Purpuram, Virtutis esse colorem demonstraret:
Sed recusasti,
Quia in senilibus annis Tibi satis fuit meruisse.
Et dum uni Oracula tua subtrahis, Omnibus communia facis.
Scribis enim *Sapientiam in tempore otij,*
Quod negotia prope infinita denegarent.
Fixisti Clavum in ROTA,
Nam amas Sapientiam, & Ipsa amplexatur Te.
Pandis ejus Oracula, non dedignatur Tua:
Quia sunt *Vtraque Vnum,*
nempe Iustitiæ,
Hanc, & ore & opere sic suades Mortalibus,
Cassiodor. Ut & qui nesciunt Iura, rationem tamen veritatis per Te agnoscant:
Unde non immeritò COMITIS PALATINI prærogativam adeptus es,

Qui Virtutis fuisti semper individuus COMES,
Ut quod alii est præmium, Tibi sit retributio meritorum.
Sileo Prosapiam,
Xenophon. Quia vix diligis gloriam pro qua non laborasti.
Avitam Tibi infusam Virtutem, acquisitâ cumulasti;
Et Nobili traduce transmisisti ampliorem:
Ut Tuum, Prolisque tuæ completum jam fuerit elogium,
Augustin. Quod sint *Ars Patris & Sapientia.*
Transversali quoque fulges splendore;
Gell. Nam & *Frater ferè alter* est, imò verè.
Majoris natu Domini de Blauvac, heu! fato functi justum Epitaphium est,
In memoria æterna erit Iustus.
Minoris natu, sed virtutibus non imparis, vita
Etiam continuus est Iustitiæ actus;
Qui in sacro Rotæ Avenionēsis Auditorio Canonicam & Civilem exercet,
In Vicariatu Pontificiam,
In Thesauraria Ecclesiæ Metropolitanæ Oeconomicam,
In Sacra Pœnitentiaria Divinam.
Sic undequaque micas,
Vt ad veram gloriam nihil sit quod possis desiderare.
Hæc tua sunt;
Omnibus nota, omnibus utilia, & felicia.
Sed & nostra vota sunt, ut nostra nunquam esse desinant.

NICOLAUS ANTONIUS LOTHARINGUS,
I. V. D. & Professor.

LECTORI JURIDICO

EPIGRAMMA.

NE lura incassum quæras, hunc consule Librum,
Quærit & Ipse sibi, datque reperta tibi.
Doctrinam & Meritum authoris, Responsa resolvent:
Oraclum duplex sic dabit iste Liber.

IDEM.

APPRO

APPROBATIO DOCTORVM THEOLOGIÆ.

EGo infra signatus Theologus perlegi libenter cum gustu & fructuosè *Tertiam Partem Quæstionum Beneficialium, Canonicarum, & Regularium, & Additiones notabiles in Primam & Secundam Partem*, ejusdem materiæ jampridem in lucem publicam editas, cum magna omnium approbatione, *Perillustris & Eruditissimi Domini PETRI FRANCISCI DE TONDUTI SANLEGERII*, in quibus suspexi eminentiam & ubertatem mentis, ingenii solertiam, acumen, & inventionem, judicii accurationem in distinctionibus, prudentiam in delectu, soliditatem in conclusionibus, æquitatem in regulandis actionibus singularibus, in explicatione & stylo expressionem facilem omnium, breviter, plenè, & intelligibiliter factam, doctrinam reconditam, variam, sanam, communem, sæpiùs ipso usu probatam, conformem placitis Romanorum Judicum, & utilissimam in utroque foro: proindeque judico dignam omnino, quæ quantocyùs Typis mandetur, & in lucem publicam prodeat ad bonum privatum & commune. In Collegio Avenionensi die Sancti Dionysii, in mense Octobri, anno 1656.

DESIDERIUS CHEMINOT Societatis Jesu.

ALIA APPROBATIO.

VOlumen istud cùm Fidei, Canonibus, Legibus apprimè sit consentaneum, cumque in prævio Volumine, cujus istud est Pars altera, publicæ utilitatis præjudicium luculentum & illustre testimonium Romæ, per Italiam, & Galliam jampridem obtinuerit, dignissimum Prælo judico. Avenione 16. Octobris 1656.

JACOBUS ROCHETTE Theologus
Societatis Jesu.

APPROBATIO R. P. Inquisitoris.

Imprimatur. Fr. PETRUS DU FOUR,
Inq. Generalis.

APPROBATIONES.

QVæstiones has, Civiles, Beneficiales, Canonicas, & Regulares optimè, adeoque orthodoxè in fide & moribus, Resolvit Dominus D. PETRVS FRANCISCVS DE TONDVTI SANLEGERIVS; proindeque prælo mandandas in publicam utilitatem Censuimus. Lugduni prima Maii 1657.

Fr. Paulus Lombard Doctor Theologus
Facultatis Paris. & Prior Carmelitarum.

Fr. Alexander Richard Doctor Theologus
Facultatis Parisiensis, & Prior Fratrum Prædicatorum.

CON

Summa Privilegii Regis Christianissimi.

LUDOVICUS XIV. Dei gratiâ Galliarum & Navarræ Rex Christianissimus, singulari Privilegio sanxit, ne quis per universos Regnorum suorum fines, intra decem annos à die finitæ impressionis computandos, imprimat, seu typis excudendos curet, & venales habeat libos, tam editos, quàm edendos, *D.D.P.* FRANCISCI DE TONDUTI SANLEGERII, *Iurisconsulti Avenionensis, &c.* præter PHILIPPUM BORDE, Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit. Prohibuit insuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, eosdem libros extra Regni sui limites imprimendos curare, vel quempiam, ubicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti PHILIPPI BORDE. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisque pœnis contra delinquentes expressis, uti latiùs patet in litteris datis Parisiis die 6. Februarii 1668.

Ex mandato Regis

Signatum,

DENIS.

Hæc ultima editio desiit excudi die 25. Aprilis 1689.

INDEX

INDEX CAPITUM
TERTIÆ PARTIS
QVÆSTIONVM BENEFICIALIVM, Canonicarum, & Regularium.

CAP. CXXI. MONIALES translatæ utrùm fiant filiæ secundi Monasterii, ad quod translatæ fuerunt? Utrùm sic translatæ teneantur nouam in secundo Monasterio emittere professionem. Quando Monasteria dicantur esse sub eadem, vel diuersa Regula? Moniales translatæ ad instructionem vtrum possint cogi ut redeant ad primum Monasterium. Quæ sit differentia inter Regulas Ordinis, & constitutiones particulares: Et quod in istis non sit opus confirmatione Sedis Apostolicæ, sed tantum in erectione Monasterii, sub nouæ Religionis Regula. pag. 1

CAP. CXXII. De Monasterio Monialium ad egestatem redacto: Et qua ratione illi succurrendum? Et vtrùm Monialibus alimenta assignari debeant pro rata redituum; an verò pro rata dotis oblatæ. Vtrùm hoc casu Monasterium inops sit transferendum ad aliud, in quo majores adsunt facultates? Et an liceat hoc casu Monialibus ex opere manuali habere peculium, & recedere à communi vita? Et alia de translatione Monialium. pag. 3

CAP. CXXIII. In resignatione pura statim resignans jus amittit. Ostenditur secus esse in conditionali. Regressum obtinens ad beneficium resignatum non annullat gesta per resignatarium in præiudicium Tertii. Qui resignauit purè, amittit jus conferendi sibi competens occasione beneficii resignati. Pensio pro persona incerta vtrùm validè reservari possit. pagina 6

CAP. CXXIV. De jure visitandi alia monasteria prætenso per Abbatissam. Et de obedientia illi præstanda per eam quæ inferiori Monasterio præest. Et vtrùm ea de causa licitum sit exire è Monasterio. Quid si agatur de juramento fidelitatis, aut subjectionis, præstando Regi, aut alteri Domino temporali. p. 7

CAP. CXXV. De electione Prouincialis in ordine Minorum: & de electo administrante ante confirmationem: necnon de eo qui propter infirmitatem non potest exercere functiones sui offici. De Disquisitoribus interuenientibus in electione, & eorum votis collegialiter dandis. De electione facta per subornationem: & de interuentione Patrum prouinciæ ordinis Minorum in electionibus per constitutiones Pontificias abrogata, vel reformata: & vtrùm pendente quæstione nullitatis electionis, interim Prouincialis sit manutenendus in officii exercitio, & in obedientia sibi præstanda per Religiosos. p. 10

CAP. CXXVI. De Canonico per Episcopum excommunicato, utrum amittat sua beneficia, vel fructus, aut distributiones quotidianas, seu anniuersaria, & alia emolumenta incerta, quæ dantur pro seruitio personali, si excommunicatio fuerit justa, vel iniusta: Et vtrùm excommunicatus amittat jus optandi. Quid dicendum sit de eo qui est suspensus, vel interdictus. Ab excommunicatione quando appellari possit, etiam suspensiuè. Iudicem ad quem teneri confestim appellanti cum grauamine concedere absolutionem ab excommunicatione. p. 13

CAP. CXXVII. Episcopo recusante aliquem ad sacros Ordines admittere, quomodo procedendum sit? Possessor beneficii manualis qua ratione remouendus sit, tam de jure Gallico, quàm ex juris communis dispositione. Epistolam decantare vtrùm Subdiaconus cogi possit per Episcopum. Consuetudo potest introduci super inobseruantia statuti Ecclesiæ. Et vtrùm Episcopus illam reuoca-

re possit, aut Synodus. Consuetudo quid possit circa collationem beneficiorum. Et causæ Episcoporum coram quibus Iudicibus tractandæ sint, sive ciuiliter, siue criminaliter agatur. p.14

Cap. CXXVIII. Ad quem spectet collatio beneficiorum in Ecclesiis exemptis vacantium; sicut & illorum vnio, aut vnionis reuocatio. In beneficiis habentibus iurisdictionem annexam, quæ ætas requiratur. Quando Episcopus semel nulliter, aut inutiliter beneficium contulit, vtrùm possit variare, & ad secundam collationem procedere. p.16

Cap. CXXIX. De translatione Sedis Episcopalis, vel Abbatialis ab vna Ecclesia ad aliam, cuius authoritate fieri debeat; & cuius ad id consensus requiratur, & quibus ex causis fieri debeat; & vtrùm in illa requiratur citatio Consulum loci. Quæ sint justæ causæ huiusmodi translationis? Et quod solus Episcopus illam facere non possit, præsertim quando agitur de Ecclesia exempta. pag.17

Cap. CXXX. De possessione beneficii viuo resignante capienda, & quod attendatur Data appulsus Cursoris ad Vrbem in beneficiis Galliæ. De differentia patroni Ecclesiastici, & laici, circa præsentationem indigni ad beneficium, & priuatione juris ex tali præsentatione. Quid operetur Clausula, *Et aliàs quouis modo*, in rescriptis apposita. Et de clausula, *ex alterius cuiuscunque persona*. p.18

Cap. CXXXI. De Constitutione cuiusdam Ordinis religiosi, quod vno, aut duobus Definitoribus absentibus, Procurator Generalis, & eo absente alii Definitores subrogentur. Quid si Procurator Generalis non fuerit absens, sed mortuus fuerit. Vtrùm casus mortis & absentiæ æquiparentur? Generales Ordinum an possint leges in Ordine condere, aut constitutiones dubias declarare. De electione facta ab eo qui est in quasi possessione eligendi. Quod occultè cẽsuris irretitus sit eligibilis. p.21

Cap. CXXXII. De priuilegiis Equitum Hierosolymitanorum, ratione exemptionis à solutione collectarum, & aliarum impositionum, necnon etiam Decimarum, tam quoad ipsos, quàm quoad illorum colonos; & vtrùm illis renuntiare censeantur per solutiones factas per aliquot annos? Et vtrùm ille qui habuit jura Principatus in aliquo loco, post factam cessionem illorum jurium, retineat pristinam exemptionem in memoriam antiquæ Dignitatis. p.22

Cap. CXXXIII. Parochus, aut populus, vtrum teneantur ad conseruationem & reparationem campanarum, siue eæ necessariæ sint, siue superfluæ? Et explicantur dicta superiùs *part.1. c.38.* circa contributionem forensium ad expensas campanarum: & quid in hoc possit consuetudo. Denique vtrùm ad euitandum strepitum campanarum possit impediri constructio campanilis Ecclesiæ in loco vicino. p.24

Cap. CXXXIV. Promissio dotis spiritualis facta per Patrem intuitu alicuius certi & determinati Monasterii, vtrum possit demandari executioni contra patrem, si filia emittat professionem in alio diuerso Monasterio? Et vtrùm professio Monialis sit nulla, si durante anno nouitiatus remanserit extra claustra per aliquod tempus cum licentia Superiorum. Vtrùm defectus explorationis reddat professionem nullam in fœmina, sicut in masculo? Et quod professio Monialis non possit probari nisi per descriptionem illius in numero Monialium: quod tamen non ita est, si agatur de professione masculorum: *Et inferitur* decisio Rotæ Romanæ *circa hanc* materiam. p.26

Cap. CXXXV. Confidentia vtrùm probetur ex sola vicinitate duorum mandatorum ad resignandum: & quid juris in permutatione. De conuentione super fructibus beneficii vacantis per Regem alicui condonatis. Confingentes litem simulatam super aliquo beneficio, illud amittunt; sed non alia beneficia per quibus lis simulata non interuenit. Qui commisit confidentiam in vno beneficio redditur inhabilis quoad alia; Sed tamen quoad alia juuatur Regula de Triennali, & illa retinere potest in conscientia antequam fuerit priuatus per sententiam ex veriori opinione. p.

Cap. CXXXVI. De constitutione cuiusdam Ordinis religiosi, quod qui officium exercuit, non possit ad illud, aut aliud eligi nisi elapso anno; vtrùm habeat locum in eo, qui per renunciationem, aut cum in eo, qui per renunciationem, aut aliquod accidens superueniens fuit impeditus in exercitio, & administratione primi officii? Et quid sit statuendum in Confessariis Monialium Sanctæ Clarę Ordinis Minorum, nempe vtrùm is qui tanquam Confessarius habuit vocem in vltimo Capitulo prouinciali, possit eligi in Guardianum, etiamsi tempus vacationis in constitutione contentum nondum fuerit elapsum. Cap

Cap. CXXXVII. Vtrùm solemnitates requisitæ in alienatione bonorum Ecclesiasticorum, requirantur in bonis quæ nondum Ecclesiæ sunt incorporata, siue agatur de bonis in quibus Ecclesia solum habet dominium directum, siue de illis in quibus habet vtrumque dominium, videlicet tam directum, quàm vtile; siue de illis in quibus solum habet vtile dominium, sub directo dominio alterius, qui non vult Ecclesiam inuestire, adeo vt Ecclesia cogatur alteri vendere. Et vtrùm hoc casu ex tali venditione coacta debeatur laudemium, aut sit locus juri prælationis in fauorem Domini directi. pagina 34

Cap. CXXXVIII. De concursu resignatarii in impetratione beneficii, cum eo qui præsentatus fuit à patrono Ecclesiastico, & cum tertio impetrante per obitum: Et de possessione capta in Gallia post mortem resignantis: Et quod ex consuetudine Galliæ attendi debeat tempus, quo tabellarius appulit Romam. De præsentatione incapacis facta per Patronum: Et de certo modo vacationis exprimendo in impetratione, & quid operetur clausula, *Et aliàs quouis modo vacet.* pag. 36

Cap. CXXXIX. Vtrùm præbenda Theologalis possit permutari? Et si super ea pensio fuerit imposita contra formam juris, vtrùm ad ejus solutionem resignatarius cogi possit in Gallia. De mutua resignatione, seu permutatione, quando compermutante mortuo alter superstes possit gaudere sua bona fortuna, & vtrumque beneficium obtinere: Et quid super hoc fuerit decretum per edictum Ludovici XIII. Magister in Theologia quis dicatur, & qualitas Magisterii seu Doctoratus vtrùm sufficiat quod interueniat tempore examinis, & collationis factæ per Episcopum vigore mandati Apostolici; an verò debeat interuenire tempore prouisionis factæ in forma, *Dignum.* p. 38

Cap. CXL. Copiosiùs explicantur ea quæ *part. 1. quæst. beneficial. cap. 73.* tradita fuerunt circa jus sepeliendi. Et tractatur materia sepulchri familiaris, & hæreditarii; & ex quibus illorum qualitas dignoscatur? Et an jus sepulturæ transeat ad solos adgnatos & descendentes, an verò etiam ad cognatos, vel ad hæredes extraneos? Et ex quibus conjecturis transeat ad fideicommissarios? Quid si testamentum alioqui nullum, sustineatur per clausulam codicillarem, vtrùm hoc jus remaneat apud eum qui fuit institutus in tali testamento? Vxor conuolans ad secunda vota an possit in sepulchro primi mariti habere jus sepulturæ. p. 40

Cap. CXLI. De diuersis cuiusdam Prioratus impetrationibus, quarum vna facta fuit vti de beneficio curato, alia verò tanquam de simplici. Quomodo inter se differant beneficium Parochiale & Curatum? Et ex quibus istæ qualitates probentur & dignoscantur, veluti per decimarum perceptionem? longo tempore factam, per enunciatiuas antiquas, vel per deputationem Vicarii? Et quod natura beneficii non alteretur per Ecclesiæ sæcularisationem, nisi in iis, in quibus per Bullam sæcularisationis fuit prouisum. pag. 41

Cap. CXLII. In fideicommissis vtrùm Monachus, aut Monialis extra Galliam, in locis in quibus Religiosi sunt capaces successionis, seu Monasterium ex illorum persona, admittendum sit Monasterium, saltem durante illorum vita; & quomodo probanda sit quoad hoc consuetudo regionis. Renunciationes factæ causa ingressus in Religionem, vtrùm sint reales, an personales, & extendendæ ad bona fraterna, vel etiam ad auita fideicommissa, quorum in renunciatione mentio facta non fuerat. p. 43

Cap. CXLIII. Monasterio ex persona Monachi legitimam, cui renunciatum non est, deberi; eique competere jus querelandi testamentum in locis ubi Monasteria sunt capacia successionis. Quod etiam in Equitibus Hierosolymitanis obtinet, qui sunt verè Religiosi. Monialis quæ renunciauit, *salua legali escheuta*, non succedit, stantibus masculis, immò & stantibus filiabus ipsius Monialis sororibus: sed nullis existentibus liberis, Monasterium succedit vigore illius clausulæ, ad exclusionem hæredum extraneorum, vel collateralium, nullo per parentes condito testamento. p. 46

Cap. CXLIV. Vtrùm vnio beneficii fieri possit in fauorem Monasterii, seu conventus nondum fundati, authoritate Ordinarii, aut saltem Summi Pontificis. Quid juris de vnione facta Seminario nondum erecto? Et vtrùm legatum fieri possit Monasterio erigendo, & quid tunc fieri debeat de fructibus legati. De consensu omnium Patronorum in facienda vnione requisito. Quid si agatur de jure patronatus Ecclesiastico. Quomodo cognoscatur iuspatronatus gentilitium, in quo nemo præiudicare potest sequentibus gradibus; & alia ad materiam. p. 48

Index Capitum III. Partis

Cap. CXLV. Quod in beneficialibus reus nihil teneatur probare, quando opponit de non jure actoris. Solam accusationem, etiam in criminibus priuationem inducentibus ipso jure, non sufficere ut possessor lite pendente amoueatur à sua possessione beneficii, præterquam in notoriis delictis. Quæ ad hunc effectum dicantur notoria? Quid si reus fuerit condemnatus per Iudicem, qui non habet facultatem declarandi pœnam priuationis. De resignatione beneficii facta per eum, qui constitutus erat in carceribus, & de reuocatione mandati ad resignandum. p. 49

Cap. CXLVI. In quibus casibus Moniales possint cogere vicinos vt sibi domum vendant pro ampliatione sui Monasterii. Quomodo, & quibus casibus possit quis cogi ad vendendum domum suam sub prætextu boni publici. Item vtrùm, & quibus concurrentibus circunstantiis vicini possint cogi ad claudendas fenestras respicientes in Collegium vel Monasterium, siue de Monialibus agatur, siue de Religiosis masculis; & quæ hoc casu adhibendæ sint per Iudicem considerationes. p. 51

Cap. CXLVII. De validitate matrimonii contracti, non obstante lite mota ratione alterius matrimonii priùs cum alia contracti, quod primum matrimonium per sententiam fuerat declaratum nullum, à qua sententia non fuerat intra legitima tempora appellatum, non obstante recursu, aut restitutione in integrum proposita post consummatum secundum matrimonium: Et quod liberi ex illo secundo matrimonio procreati sint legitimi ob bonam fidem vnius, immò vtriusque ex coniugibus. Querelam aduersus sententiam in judicatum transactam non posse tractari, nec in Gallia committi alteri, quàm illi qui sententiam tulit. Et de variis causis metus, ob quas matrimonium nullum declarari debet. p. 52

Cap. CXLVIII. De pluribus impetrantibus per obitum beneficium, tempore quo ciuitas Auenionensis erat peste afflicta, quorum aliqui datam acceperunt intra ciuitatem, illámque tempore anteriorem; alius verò, licèt tempore posterior, illam accepit in oppido, ad quod Vicelegatus cum suis Officialibus ob pestis metum aufugerat, vtrùm hæc posterior sit aliis præferenda. p. 54

Cap. CXLIX. An, & quomodo Capitulum possit facere constitutiones contrarias aliis jam factis, & à Sede Apostolica confirmatis? Commissarius Generalis in tota prouincia vtrùm possit à Prouinciali deputari contra formam constitutionum Ordinis. Receptio nouitiorum ad professionem ad quos spectet; & vtrùm Capitulum in ea habeat votum consultiuum & deliberatiuum; & professio facta coram eo qui non habet authoritatem, vtrùm possit postea ratificari, & quomodo? Constitutio an reddatur nulla si non fuerit publicata. De diuisione prouinciarum inter Regulares facta contra formam constitutionum: & de recursu seu appellatione extraiudiciali interponenda à grauamine per nouas constitutiones illato. pag. 55

Cap. CL. Exemptio Domino loci per transactionem cum Priore initam concessa à solutione quotæ partis Decimarum, pro prædiis quæ in illo territorio habet & possidet, vtrùm ad prædia post transactionem acquisita extendatur; & vtrùm jus istud exemptionis transeat ad hæredes & successores Domini, etiam quoad prædia per ipsos acquirenda? Et ad quem spectet onus probandi *prædia* fuisse ab antiquo, & tempore *transactionis* possessa, vel post ipsam quæsita, nempe vtrùm ad Dominum, aut ejus successores, an verò ad Priorem. p. 57

Cap. CLI. De vnione facta per Episcopum in fauorem Domus regularis habentis priuilegium exemptionis ab ejus jurisdictione. Quid statuendum sit de vnione beneficii habentis curam animarum, tam ex dispositione Concilii Tridentini, quàm ex obseruantia Tribunalium Galliæ. De resignatione conditionali ob causam vnionis valida, etiam coram Ordinario. Denique quomodo in Gallia procedendum in Gallia, quando quis vult impetrare beneficium malè vnitum. p.

Cap. CLII. Vtrum Vicelegatus Auenonensis possit conferre primas Dignitates post Pontificalem majores in Ecclesiis Cathedralibus; & vtrùm derogare possit regulis Cancellariæ? maximè quando agitur de Vicelegato à Summo Pontifice immediatè deputato. Indultum concedendi beneficia reseruata vtrùm extendi possit ad duplicem reseruationem, siue ambæ reales sint, siue personales, siue eiusdem, siue diuersi generis? Et vtrum Legatus sit Ordinarius ad effectum, & fauore indulti ampla debeat fieri interpretatio. Major reseruatio an & quando absorbeat & offuscet minorem. p.

Cap. CLIII. De facultate testandi, & disponendi de fructibus beneficiorum Ecc.

Ecclesiastici Status Avenionensis, per summos Pontifices concessa? Et vtrùm facultas illa extendatur ad successiones ab intestato? Quæ differentia inter reseruationem ab eo factam, qui rem suam donauit, & concessionem facultatis disponendi factam à Principe in fauorem Tertii? vtrùm per similem facultatem Clerici ex vsufructuariis fiant Domini bonorum intuitu Ecclesiæ acquisitorum? Appellatione *Successorum* contineri etiam successores ab intestato. p. 72

Cap. CLIV. De nullitate matrimonii celebrati sine assistentia proprii Parochi, & sic contra formam sacri Concilii Tridentini, in vim licentiæ à Parocho datæ minùs legitimæ, & cum expressione incerta & dubia personæ contracturæ: Et de licentia à Parocho per dolum extorta. Appellatione *personæ nobilis & militaris*, non comprehendi Duces exercitus, & personas in altiori Dignitatis gradu constitutas: Et de variis circunstantiis matrimonium meticulosum & clandestinum inferentibus: Et inseritur decisio Rotæ Romanæ in causa grauissima. pagina 65

Cap. CLV. Vtrùm Fratres laici cuiusdam Ordinis regularis vocandi sint in omnibus actibus capitularibus, vigore constitutionum Apostolicarum, & statutorum illius Ordinis, maximè quando agitur de alienatione bonorum immobilium Conuentus, vel pecuniarum notabilis quantitatis, seu destinatarum ad emptionem bonorum stabilium. Et vtrùm in omnibus aliis actibus interuenire debeant vigore dictarum constitutionum. pagina 72

Cap. CLVI. An, & quando Episcopus, cui permissum est beneficia vnire ex iusta causa, & vnita separare seu dismembrare, cum causæ cognitione possit beneficium semel vnitum alicui separatim conferre: & vtrùm talis collatio sit valida? Et qui jubente Episcopo seruitium alicuius Ecclesiæ fecit, an petere possit à Parocho salarium sibi ab Episcopo taxatum & adiudicatum? Et quo remedio sibi consulere possit Parochus in Gallia hac in re grauatus. p. 74

Cap. CLVII. Copiosiùs explicantur tradita superiùs, *cap. 32. part. 1.* & ostenditur ex quibus jusPatronatus familiare, vel hæreditarium discernatur, & quæ verba sint apta vt ex eis inducatur jusPatronatus hæreditarium, aut mixtum ex hæreditario & familiari. Quibus modis fiat computatio vocum in gentilitio, hæreditario, vel mixto ex vtroque; & vtrùm filius repræsentet personam Patris in transversalibus, an verò proximior excludat remotiorem, & quæ proximitas attendi debeat? Quomodo succedatur extincta familia? Vtrùm deficiente vna linea transeat ad aliam, vel ad hæredes extraneos? Et quid possit obseruantia ad mutandam naturam jurispatronatus. pagina 76

Cap. CLVIII. Proponitur casus cuiusdam jurispatronatus mixti ex gentilitio & hæreditario, & ad praxim reducuntur multa decisa *in capite præcedenti*, tam super jurepatronatus mixto, quàm super rejectione vnius lineæ, in cuius præjudicium alia per plures annos, & sæpiùs adueniente casu vacationis præsentauit jure & nomine proprio; & de fœmina illius lineæ hoc casu masculis alterius lineæ præferenda. p. 86

Cap. CLIX. Quando jusPatronatus relictum fuit Consulibus, vtrùm præsentatio debeat fieri collegialiter, an verò fieri possit per singulos separatim? De præsentatione infantis ad beneficium, vtrùm per eam Patronus priuetur jure præsentandi. Et quando Patronus præsentans indignum priuetur jure suo pro illa vice; & vtrùm per simplicem nominationem? Et quomodo differant nominatio, & præsentatio. Et quando, ac quomodo Episcopus possit vti gratificatione. pag. 88

Cap. CLX. De simonia tam in foro conscientiæ, quàm in foro exteriori judicanda, dum eodem tempore resignatio ex vna parte, & venditio prædiorum pretio excessiuo interuenit, & de conuentione ante resignationem facta, à qua partes recesserunt re integra, vel quæ fuit adimpleta tantùm ex vna parte, vtrùm ex ea incurratur pœna censurarum, & amissionis beneficiorum obtentorum, vel obtinendorum? Et vtrùm sola simonia conuentionalis, maximè confidentialis, subjaceat dictis pœnis? Et de resignatione nulliter facta *in fauorem*, coram Legato, completa, vel incompleta. p. 90

Cap. CLXI. De possessione beneficii capta non vocato possessore; & quæ hac in re sit praxis in Gallia. De præsentatione facta de Clerico qui non est capax ordinis sacerdotalis suscipiendi intra tempus à fundatore definitum. Quæ sit vis illorum verborum in fundatione appositorum, *Quod Patronus præsentare possit & valeat, casu quo præsentatus sacrum Presbyteratus Ordinem nõ susceperit*, vtrùm

ex illis arguatur vacatio beneficii? Vtrùm ex facultate data per fundatorem, vt capella per substitutum deseruiri possit, censeatur recessum à præcedentibus verbis Sacerdotium in prouiso requirentibus. Et ex quibus verbis colligatur requiri Sacerdotium actuale, vel saltem habituale in prouiso, vel præsentato. Et vtrum collatione facta illi, qui non est habilis juxta fundationem, beneficium sit vacans ipso jure, an verò requiratur monitio? Quid si sit habilis, sed non promotus intra annum, aut aliud tempus à fundatore definitum? Quomodo annus iste computetur in Gallia? pag. 93

Cap. CLXII. Facta fundatione certi numeri Missarum, si successu temporis victualium & aliarum rerum ad Sacerdotis sustentationem necessariarum pretium augeatur, in quibus casibus procedi debeat ad reductionem numeri Missarum: & cujus authoritate id fieri debeat? In quibus verò casibus, retento eodem Missarum numero, possit Ecclesia petere sibi augeri stipendium, seu veriùs eleemosynam pro Missis fundatis: Et quando verba piæ fundationis taxatiuè, vel demonstratiuè facta censeantur. pagina 96

Cap. CLXIII. Litem super possessorio manutenendæ, vel adipiscendæ, non reddere beneficium litigiosum, sed tantùm possessionem; adeo vt illa alteri cedi non possit. Et vtrùm possessio post litem alteri cessa reuocari in primis debeat tanquam attentatoria? Quod si Tertius iste fuerit prouisus ab Ordinario, an dici possit legitimus contradictor aduersus prouisum Apostolicum. Beneficia litigiosa esse impropriè reseruata; sed tamen ab Ordinario collatore conferri non posse. Beneficium vtrùm desinat esse litigiosum per cessionem juris, & litis, siue cessio, seu renunciatio facta fuerit simpliciter, siue in fauorem alterius. pag. 98

Cap. CLXIV. Ex generali Galliæ consuetudine possessores beneficiorum Ecclesiasticorum possunt disponere de fructibus suorum beneficiorum, & illos ad hæredes transmittere, tam ex testamento, quàm ab intestato: ideo reditus decursi, nondum tamen exacti spectant ad illorum hæredes. Et successores in beneficio nihil super illis prætendere possunt: in Ciuitate autem & Statu Auenionensi, ex consuetudine, & approbatione Summorum Pontificum, Bona Clericorum sæcularium, qui Episcopis sunt minores, etiam ad hæredes transeunt. Quomodo autem diuidendi sint fructus illi, qui tempore mortis Clerici nondum exacti fuerunt, ostenditur. pag. 99

Cap. CLXV. Matrimonia præsumpta, quæ olim admittebantur, hodie non posse subsistere, sed necessariò pro validitate matrimonii adhibendam esse Parochi præsentiam. Virum in quasi possessione concubinæ manuteneri non posse. Mulierem, pendente lite super matrimonio, si dubitetur de illius voluntate, in loco tuto reponendam esse pro exploratione, & illâ factâ pristinæ libertati restituendam. Impedimentum Matrimonii vnico teste probari ad illud impediendum ne contrahatur, sed quæ in tali teste concurrere debeant, vt ejus dictum fidem faciat. De legitimatione liberorum per Principis rescriptum: quæ sit illius vis, & quis effectus: & quomodo liberis legitimatis consulatur, vt patri naturali succedere possint. pag. 100

Cap. CLXVI. Beneficium ex quibus probetur esse Regulare: & si de ejus primæuo statu constet, quid requiratur vt fiat Sæculare? Quando attendatur status vltimus, quo beneficium ex sui origine fuit collatum vti sæculare? Quæ sit natura Commendæ, & illa finiente quomodò dicatur beneficium vacare? Manutentio vtrùm detur collatori in quasi possessione conferendi in præiudicium Tertii, qui clarè probauit primæuum statum contrarium beneficii. Prouisio vigore indulti concessi Cardinali, vtrum dicatur prouisus Apostolicus, ad hoc vt sententia in ejus fauorem lata mandetur executioni aduersus prouisum ab Ordinario? Et quando quæstio super sæcularitate remittenda sit ad petitorium. pag. 103

Cap. CLXVII. De transactione inita inter Priorem & populum, & de ejus validitate; & vtrùm ratione juris decimandi facta sine authoritate Summi Pontificis obliget successores ad illius obseruantiam. Longa & immemorialis possessio vtrùm suffragetur laicis quoad jus decimas percipiendi, vel immunitatem ab ipsis obtinendi; & quæ ad id necessaria sint, tam de jure communi, quàm ex obseruantia tribunalium Galliæ? Quomodo jus decimandi concessum censeatur, quando verò sola decimarum temporalitas. De Ecclesiis succursalibus, & deputatione Vicarii in ipsis, siue perpetua siue amouibilis: & quibus concurren-

tibus

tibus talis deputatio fieri debeat. pagina 106

Cap. CLXVIII. Quando beneficium impetrari possit propter non residentiam in beneficiis, quibus cura animarum imminet, stante consuetudine antiquissima non residendi, quamuis ex fundatione requiratur residentia in tali beneficio. Quid juris si beneficium curatum adeo esset tenue, ut ex illius reditibus Sacerdos non possit habere necessaria pro suæ vitæ sustentatione, aut si vel nulli, vel admodùm pauci incolæ in loco remanerent. Temporis diturnitatem operari posse, ut Ecclesia Parochialis reducatur ad simplex beneficium: Et utrùm Episcopus possit dispensare in aliquo casu à residentia. pag. 108

Cap. CLXIX. De materia Regulæ *de infirmis resignantibus*, quæ est regula 19. S. D.N. Alexandri Papæ VII. concluditur illi locum esse in collationibus Ordinariorum, quamvis contrarium servetur in Gallia. Item huic Regulæ locum esse in mutuis resignationibus, seu permutationibus; & quæ hoc in capite sit observantia supremorum Tribunalium, præsertim circa probationem fraudis in permutatione ex conjecturis in odium Graduatorum, sive æqualis, sive inæqualis sit permutatio. Et utrùm in materia hujus Regulæ collatio ex permutatione censeatur potius voluntaria quàm necessaria. Si collatio facta fuerit in terris summo Pontifici immediatè subjectis, de beneficio sito in Gallia, utrùm debeat quoad hanc Regulam observari consuetudo, vel præjudicia Tribunalium Galliæ. In Legatione huic Regulæ derogari posse, & debere; non tamen in præjudicium indulti Cardinalis, & in cujuscumque generis beneficiis huic Regulæ locum esse, nisi illi per habentem potestatem fuerit derogatum. p. 110

Cap. CLXX. De impetrantibus per obitum beneficia viventium, & illorum pœnis; & quando reddantur inhabiles ad illud idem beneficium malè impetratum obtinendum, & à quo desuper dispensari possit? Utrùm justa & probabilis ignorantia ab his pœnis excuset? Quomodo differat Regula *de impetrantibus beneficia viventium*, à Regula *de verisimili notitia*. Regulæ huic *de verisimili notitia*, subjici Legatos, & Ordinarios, quoad collationes per eos faciendas, non autem collationes factas in Regalia. In quibus casibus admittatur in Gallia derogatio illius Regulæ? Quid de præsentationibus Patronorum ante tempus verisimilis notitiæ factis? Quæ sit pœna occultantium corpus defuncti? Quomodo computari debeat tempus verisimilis notitiæ, ratione distantiæ locorum? Episcopus utrùm possit conferre beneficium sub illa conditione, *si vacat?* Eandem regulam etiam locum habere in concessionibus factis per Papam motu proprio. p. 113

Cap. CLXXI. Electionibus capitularibus intervenire non potest qui non fuit adeptus sacros Ordines, quamvis Canonici illum admittere vellent; idque non obstante consuetudine contraria, vel etiam dispensatione Pontificia ad obtinendum Canonicatum. Dispensatum ante ætatem ad obtinendum Sacerdotium, non censeri dispensatum ad obtinenda beneficia curam animarum habentia. Electionem nullam esse, quando vota eligentium sunt paria; & si in nova electione adsit æqualitas, recurrendum est ad Superiorem. Quid si Canonicus tempore vacationis non esset in Sacris constitutus, sed tantùm tempore electionis? Absentes quomodò vocandi sint in electione. p. 117

Cap. CLXXII. De tribus diversis præsentationibus, quarum prima facta fuit per venditorem Castri, à quo juspatronatus dependebat; Secunda verò, & Tertia per emptorem; sed ultima facta per emptorem, non cumulativè, sed privativè facta fuerat, & re non integra, nempe post institutionem factam ab Episcopo. Quomodo concipiendus sit contractus, ad hoc ut juspatronatus validè transferatur in emptorem cum universitate bonorum. p. 118

Cap. CLXXIII. Episcopo Sacra facienti nemo assistentiam facere potest, qui non sit in ordine Sacerdotali constitutus: qui verò in ea ætate non est, ut ad Sacerdotium promoveri queat, si ex dispensatione Apostolica primam Dignitatem obtineat, quamvis assistentiam facere non possit, non tamen cogendus est ad functiones Diaconales, vel Subdiaconales, dum Episcopus celebrat, nec inferioris officium cogendus est superior unquam exercere. Capitulum non posse quidquam statuere ad suam utilitatem, minusque in præjudicium Præpositi, tam circa præcedentiam, quàm circa Ecclesiæ emolumenta. p. 110

Cap. CLXXIV. De irregularitate incursa

ante impetrationem beneficii, & vtrùm indigeat dispensatione, quando Regularis vult promoueri. Assistens bello justo vtrùm incurrat irregularitatem, & vtrùm illi suffragetur possessio decennalis? Quomodo sit verum quod dicitur, illum qui militiæ sæculari se adscribi fecit, eo ipso priuandum esse suis beneficiis: & vtrùm idem jus statuendum sit, quando agitur de pensione alicui reseruata? Pœnæ priuationis vtrùm locus sit ob non delationem habitus clericalis? pag. 122

Cap. CLXXV. Quando Testator fecit legatum alicui Monasterio sub onere, vel modo per eum præscripto, nec potest executioni demandari secundum regulas illius Ordinis, legatum non vitiatur, sed modus, aut onus adjectum debet adimpleri ad fauorem eiusdem monasterii alio modo æquipollenti, recedendo quanto minus fieri potest à voluntate Testatoris. p. 124

Cap. CLXXVI. Si Princeps Ecclesiæ, vel alteri concedat castrum, vel ciuitatem, vtrùm simul censeatur concessisse jurisdictionem; & vtrùm talis jurisdictio sit priuatiua? Quomodo inter se differant jurisdictio actiua, & passiua; & quomodo Episcopus retineat jurisdictionem vniuersalem in tota ciuitate, quamvis Capitulum exerceat actus jurisdictionales in solo Capituli proprio, vel conducto; & erga personas capitulares, seu in Capitulo habituatas? Quomodo concesso castro censeatur facta concessio jure vniuersali, vel particulari? Concessio jurisdictionis facta Episcopo, & ejus Ecclesiæ, vtrùm censeatur facta etiam Capitulo? p. 125

Cap. CLXXVII. Capitulum concedens prædium in emphyteusim tribus personis, & illorum descendentibus, cum pacto reuersionis, casu quo non extaret progenies ex ipsis; vtrùm extincta linea vnius ex tribus, possit petere portionem lineæ extinctæ, an verò alii descendentes ex aliis lineis admittendi sint jure accrescendi. p. 128

Cap. CLXXVIII. Resignans beneficium, si duntaxat fecerit mandatum ad resignandum, cuius originale pœnitentia ductus lacerauit, si Tabellio copiam dicti mandati resignatario tradiderit, ipséque prouisiones in vim illius mandati obtinuerit, etiamsi beneficii possessionem adeptus sit, non est amouendus à suo beneficio, & potest vti remediis possessoriis aduersus prætensum resignatarium, & extractus ille mandati est inualidus, nullámque fidem facit, præsertim in Gallia, ex constitutionibus Regiis. pag. 130

Cap. CLXXIX. Sententia, seu arrestum prolatum in Suprema Curia Parlamenti contra resignantem, vtrùm præjudicet resignatario, præsertim si lata fuerit contra procuratorem dominum litis effectum? Et in quibus casibus sententia noceat successori in officio, vel beneficio, tam de jure communi, quàm ex speciali constitutione felicis recordationis Gregorii XIII. summi Pontificis? Quid dicendum sit, quando condemnatus, per triennium & ampliùs remansit in possessione beneficii post latam sententiam condemnatoriam. p. 131

Cap. CLXXX. De resignatione beneficii triangulari, qua quis resignat alicui suum beneficium, ut resignatarius aliud quod obtinet resignet suo consanguineo, vel alteri. Mutuas resignationes esse validas, siue exprimatur titulus permutationis, siue non exprimatur. Summum tamen Pontificem triangulares, aut quadrangulares resignationes ex certa scientia admittere posse: Et ex quibus conjecturis colligi possit resignationem esse triangularem. p. 133

Cap. CLXXXI. Abbas Commendatarius quam potestatem habeat in beneficiis regularibus sibi commendatis? Liberam illi administrationem competere in beneficiis commendatis, necnon jus præsentandi, quod est in fructu? Vtrùm possit instituere, vel destituere Priores, vel nouitios recipere, aut jurisdictionem in Monachos exercere, aut Monachos corrigere? Quid si Abbas commendatarius sit Cardinalis, cuius potestas major sit aliis Commendatariis inferioribus? Vtrùm professus alterius Ordinis, aut secularis possit præesse Capitulo, præcedere in Clero, beneficia conferre, Sacrificia perpetuum deputare, & similia peragere, & deficientibus Religiosis illius Regulæ, alios Regulares, aut in subsidium alios sæculares deputare? Et quod jura competentia non reformatis, transeant ad reformatos in illorum locum à summo Pontifice subrogatos. p. 131

Cap. CLXXXII. De Matrimonio contracto inter Catholicos & hæreticos, in locis vbi vtriusque religionis professores permixtim viuunt: & quale peccatum committant Catholici contrahentes cum

cum hæreticis in locis, ubi exercitium prætensæ religionis non est licitum: Et de validitate Edicti generalis facti per Episcopum, quo prohibentur similia matrimonia? Vtrùm matrimonium contractum contra prohibitionem Episcopi sit validum, & quæ pœna imponi debeat contrauenientibus. De matrimonio contracto in præiudicium litis pendentis super illius validitate. Si contrahentes mutauerint domicilium animo fraudandi dispositionem Concilii, vtrùm matrimonium in illo domicilio contractum sit validum. p.137

Cap. CLXXXIII. Quamuis concordiæ factæ cum reseruatione pensionis super beneficiis, sint nullæ, nisi interueniat authoritas Sedis Apostolicæ; tamen si præcedat Generalis licentia Summi Pontificis, hoc sufficit pro validitate conuentionis. Translatio Monasterii totius, an & quomodo fieri possit? Clausula, *Sub beneplatito Sedis Apostolicæ*, quomodo intelligi debeat? Exceptionem non implementi non nocere quoad capita separata: & vtrùm talis exceptio impediat manutentionem. p.138

Cap. CLXXXIV. Committens stuprum cum virgine tenetur illam ducere, vel dotare; non autem præcisè cogendus est illam ducere. Promissio matrimonii, copulâ subsequutâ, non facit ut matrimonium contractum fuisse dicatur. Raptus an & quando impediat matrimonium inter Raptorem & Raptam. Probatio per testes an & quando admittatur in causa matrimoniali. Declaratio Puellæ jurantis se fuisse à tali corruptam, non probat: Sufficit tamen ad probandam virginitatem si juraret se fuisse virginem. Probatio per testes quando admittatur in causis matrimonialibus. pag.140

Cap. CLXXXV. Error in diœcesi impetrantis non vitiat concessionem, si aliunde constet de veritate & identitate personæ; secus tamen est si adsit error in diœcesi, in qua beneficium situm est; illa autem diœcesis exprimenda est, à qua impetrans originem duxit. Incompatibilitas beneficiorum inducit priuationem, si sit præcisa, secus si sit causatiua; videlicet si consistat in sola jactura lucri fructuum. Si nepos nullo præcedente pacto patruum suum resignantem in domo canonicali receperit, non potest ex eo solo argui de simonia, vel confidentia. Irregularitas incursa propter malam promotionem ad sacros Ordines, utrùm operetur priuationem tam ratione beneficiorum obtentorum, quàm obtinendorum. Rehabilitatus ad beneficium vtrùm indigeat adeptione nouæ possessionis. p.141

Cap. CLXXXVI. De impetratione beneficii aduersus illum, qui prouisus fuerit non habens ætatem, & Ordinem ad illud beneficium requisitum ex statuto Ecclesiæ Collegiatæ. Et vtrùm sic prouisus excusetur propter ignorantiam dicti statuti; vel si prouisus fuerit ex causa permutationis. Ætatis dispensationem non sufficere ad obtinendum Canonicatum, quando certus Ordo requiritur ex statuto. Possessio triennalis inducit præsumptionem tituli validi, & præsumptæ dispensationis. Negatiua dispensationis non obtentæ quomodo probari possit. p.143

Cap. CLXXXVII. Ad quem spectet cura in Ecclesia Parochiali & Collegiata, & nominatio Vicariorum ad curam exercendam. Quomodo fieri debeant prouisiones Vicariorum in Ecclesiis vnitis Dignitatibus, vel Capitulis; & quod concursus in illis non sit necessarius. Prouisio parochialium, quæ sunt de jurepatronatus Ecclesiastico, quomodo fieri debeat secundum Concilium Tridentinum? Quomodo differant inter se, vnam Ecclesiam esse alteri subiectam, & alteri esse vnitam? Similiter quomodo differant jus præsentandi, quod competit ratione subiectionis, & ratione jurispatronatus? Subiectio vnius Ecclesiæ alteri ex quibus probetur. Et de impetratione Bullæ Pii V. quæ incipit, *Ad exequendum*; & vtrùm illi Bullæ derogari possit, aut saltem requiratur illius specialis derogatio. p.145

Cap. CLXXXVIII. Cui competat jus conferendi beneficia à collatione Decani dependentia, si ipse suum Decanatum resignauerit, vel mandatum fecerit ad resignandum? Ostenditur hac in re differentia inter resignationem puram, & conditionalem. Expresso vno vacationis modo, qui verus non sit, vtrùm prouisio sustineatur per clausulam, *Et aliàs quouis modo vacet*. Item notam per Tertium non impedire, quominus inter alios collitigantes quilibet vtatur jure suo. Beneficium quomodo impetrari possit ex defectu cantus requisiti à Statuto. pag.147

Cap. CLXXXIX. Explicantur variæ quæstiones circa Regulam *de jure quæsito non tollendo*

tollendo. Quid sit jus ad rem ; quid verò jus in re : & quomodo inter se differant ? Iuri ad rem derogari non posse, si de eo specialis mentio non fiat in rescripto. Ius ad rem acquiri per electionem, non autem per postulationem : Acquiri quoque per præsentationem patroni, etiam Ecclesiastici, exceptis certis casibus. De Canonicis ad effectum ; & vtrùm illis acquiratur jus ad rem, vel in re ? Nominatis ab vniuersitatibus acquiri jus ad rem, & per collationem absenti factam, & nondum acceptatam, & pluribus aliis modis : Et vtrùm per adeptionem juris ad rem beneficium incompatibile vacare censeatur. p.149

Cap. CXC. Declaratur Regula Cancellariæ *de jure quæsito non tollendo :* & ostenditur illius derogationem non esse necessariam, quando agitur de re, quæ ex sui natura præiudicat Tertio ; nisi præiudicium aliunde procederet quàm ex narratis ab impetrante : sufficit autem quod intentio derogandi summi Pontificis colligatur ex verbis, quamuis huic Regulæ non fuerit expressè derogatum. Derogatio autem requiritur quando agitur de jure quæsito ex Statuto, vel privilegio. Non derogat autem Papa juri quæsito ex pacto. Quid in jure quæsito ex Officio alicui concesso ? Et ponuntur plures alii casus, in quibus derogatio specialis requiritur, vel non requiritur. Et quid quando in rescripto adest clausula, *Anteferri.* p.151

Cap. CXCI. Religiosi Societatis Iesv, post emissa vota biennii, licèt sint verè religiosi, tamen bonorum suorum dominium retinent, sed illorum administrationem non habent : testari, & aliter disponere de bonis propriis possunt de licentia Superiorum, & seruata forma constitutionum Societatis. Dimissus autem post vota biennii, donationes antea factas in Gallia non reuocat. Ex approbatis verò eiusdem Societatis constitutionibus, qui dimissus est, bona Societati donata reuocat. Vtrùm reuocato testamento fructus per hæredem institutum restituendi sint, titulo videlicet redacto ad non titulum : & explicatur quæ sit differentia inter fructus per legatarium, consentiente testatore, eóque viuente perceptos ; & eos qui per hæredem percepti fuerunt in vim testamenti reuocati. p.154

Cap. CXCII. Iuspatronatus concessum ex priuilegio, potius esse jus præsentandi, quàm juspatronatus ; & ideo illi faciliùs derogari posse. Verum & proprium juspatronatus illud esse, quod alicui competit de jure communi, nimirum ex fundatione, vel dotatione : quod si tale non sit, illi derogari posse, nisi competeret ex causa verè onerosa, vel cum priuilegio concurreret causa dotationis, vel fundationis ; veluti si ageretur de fundante, vel dotante Ecclesias Regulares, tunc enim Papa non solet derogare : & si deroget, requiritur derogatio specialis. Quid si in priuilegio dicitur sit, quod *perinde habeatur ac si ex fundatione, vel dotatione procederet ?* Quomodo differant inter se juspatronatus, & jus præsentandi. In Gallia non admitti derogationem juris patronatus ex priuilegio vel præscriptione ; sicut nec in Hispania. Hoc tamen casu verius est, prouisionem cum derogatione subsistere, si patronus intra quadrimestre non reclamet. pagina 157

Cap. CXCIII. De Vicario deputando in Ecclesiis quæ sunt vnitæ Monasterio Monialium, quibus cura animarum imminet : Et de Monialibus manutenendis in quasi possessione deputandi, seu eligendi, aut nominandi Vicarium, qui curam animarum exerceat. Et quod non solùm electio Vicarii, sed etiam in certis casibus collatio beneficiorum ex concessione Pontificia Monialibus competere possit. Patroni Ecclesiastici nominationem habere vim electionis. Cardinales habere indultum, vt ipsi solùm priuatiuè suæ diœceseos beneficia conferant. Præuentionem patroni etiam Ecclesiastici impedire, ne in præiudicium præsentationis admissæ collatio aliter quàm præsentato fieri possit. Erectio Ecclesiæ in Collegiatam cujus authoritate fieri queat. Et quod hoc casu illius prima dignitas adiudicabitur, debeatque habere ætatem requisitam tempore prouisionis. p.[illegible]

Cap. CXCIV. Coadiutorem Episcopi etiam cum futura successione datum non posse facere solemnem ingressum in Ciuitatẽ, vel Diœcesi, quandiu viuit Episcopus coadiutus, cùm sit tantum possessor officii Coadiutoris, non autem Prælatus illius Ecclesiæ. Inuito Principali non potest Coadiutor exercere, quando Principalis potest, & vult ipse exercere. Beneficia solus Coadiutus confert, etiam sine consensu Coadiutoris. Pensionem Coadiutori assignatam illi

illi non deberi nisi à die exercitii coadiutoriæ. Et eum, qui semel ob infirmitates Coadiutorem obtinuit, non posse pœnitere sub prætextu sanitatis recuperatæ. pag. 161

Cap. CXCV. De quatuor ad idem beneficium concurrentibus, quorum Primus impetrauit per resignationem, Secundus ob incapacitatem resignatarii, Tertius per obitum vltimi possessoris resignantis, Quartus ob præsentationem patroni. Possessionem intra triennium viuo resignante capi posse; & quomodo intelligenda sit Regula *de publicandis resignationibus*, quoad praxim Galliæ; & quæ conditiones ad illam Regulam requirantur. Notarius Regius Linguæ. Occitanæ vtrùm possit recipere instrumentum missionis in possessionem in Delphinatu, & è contra? Patronum non impediri iterum præsentare, si malè præsentauerit, adueniente nouo genere vacationis. Si jus præsentandi competat Laico, & jus nominandi Ecclesiastico, vel è contra, vtrùm jus patronatus sit Laicale, vel Ecclesiasticum. p. 163

Cap. CXCVI. Beneficia regularia Regularibus esse conferenda: & quæ clausulæ ponantur dum super hac re dispensatur. Professionem autem sufficit emittere post collationem beneficii, nec requiritur quod is cui confertur, sit actu professus; & hoc casu non est necessarius annus nouitiatus completus, quia professio fit coram executoribus ad id per Sedem Apostolicam deputatis. In beneficiis tamen administrationem habentibus, si collatio fiat per Ordinarium, requiritur actualis professio tempore collationis. In Religionibus autem militaribus annus probationis integer non requiritur. Per professionem Religionis beneficia amittuntur, sicut per matrimonium; necnon pensiones Ecclesiasticæ. Quid de Religionibus Militaribus? Negatiua non factæ professionis, à quo, & quomodo probanda? Quid statuendum de beneficiis nouitiorum? Quid in Societate Iesv? Quid denique de beneficiis Ecclesiarum exemptarum? p. 165

Cap. CXCVII. Spolia Monachorum extra claustra degentium, etiam cum licentia Superiorum, spectant ad Cameram. Spoliorum nomine quæ bona contineantur. Bona patrimonialia obuenta Monacho, acquiri Monasterio, nec sub nomine spoliorum comprehendi, etiamsi agatur de bonis, in quibus Religiosus ante professionem hæres institutus fuit. Quamvis Religiosus condendo testamentum reliquerit certam summam pro omnibus juribus, non prohibetur Monasterium petere jura materna post professionem obuenientia. Legatum factum animo compensandi sic intelligi, vt compensatio non censeatur comprehendere jura postea delata. Facultas testandi data Religioso non continet bona patrimonialia illius, quæ spectant ad Monasterium, sed tantum quæsita intuitu Ecclesiæ. Et ideo non potest sine Monasterio transigere super illius juribus. p. 167

Cap. CXCVIII. Explicatur intentio quarundam Bullarum Summorum Pontificum, Vrbani VIII. & Gregorii XIII. circa caducitates feudorum, sub dominio Cameræ existentium, ob non solutum canonem: Et quomodò quis excusetur à caducitate ob justam ignorantiam, aut etiam propter non obtentam inuestituram? Caducitatem viuo authore incursam, & non declaratam, non posse postea contra illius hæredes declarari. Moræ purgationi locum esse, facta celeri satisfactione, dictis bullis non obstantibus. Scientiam Officialium Principis sufficere, illámque conjecturis probari. Vassallum ignorantem rem esse feudalem, excusari, maximè attenta generali Patriæ consuetudine. p. 169

Cap. CXCIX. Alienationem bonorum Ecclesiæ, temporis diuturnitate, & rei judicatæ, ac transactionis legitimè confirmatæ authoritate munitam, in dubium reuocari non posse. Transactionis titulum esse sufficientem ad corroborandam præscriptionem validitatis alienationis bonorum Ecclesiæ spatio quadraginta annorum, cùm sufficiat titulus aliqua ratione coloratus. Læsionem in transactione interuenisse quomodo probari possit, & quàm difficilis sit hoc casu probatio. Titulum cum longissimo tempore non requiri ad acquirendam exceptionem. p. 171

Cap. CC. De potestate & authoritate Legati, tam de latere, quàm missi, vel nati. Quando finiatur illorum potestas. Vtrum Legati dicantur collatores ordinarii; & quomodo concurrant cum Ordinariis? Vtrùm Legati possint dispensare extra prouinciam, vel personam exteram, & absoluere excommunicatum in loco extero. Vicelegatos habere eandem potestatem quam habent Legati. Subjunguntur omnes facultates Legationis Auenionensis, & nominatim tractatur

Index Capitum III. Partis.

ctatur de creatione Protonotariorum. De vicariatu Summi Pontificis conceſſo Legato Auenionenſi. De collatione beneficiorum facienda per Legatum Auenionenſem, non obſtante quacumque reſeruatione. De derogatione juriſpatronatus Eccleſiaſtici, vel laicalis. De collatione beneficiorum reſeruatorum duplici reſeruatione. De beneficiis Familiarium Papæ, & Cardinalium reſeruatis. De abſolutione à cenſuris, & quem effectum pariat. Diſpenſatio cum illegitimis quem effectum producat in Gallia. De abſolutione à juramento. De facultate teſtandi, & reſtitutione aduerſus infamiam, & apoſtaſiam. Et vtrum Legatus poſſit committere appellationes à ſententiis Delegatorum Papæ interpoſitas, aut euocare cauſas ſpirituales à Tribunalibus Eccleſiaſticis in vim *leg. vnica, Cod. quando Imperator inter pupill. & viduam.* Et quod non poſſit conferre Doctoratum, vel alium gradum in præjudicium Vniuerſitatis Auenionenſis. p. 173

QUÆSTIO

QUÆSTIONUM BENEFICIALIUM, CANONICARUM, ET REGULARIUM TERTIA PARS.

CAPVT CXXI.

Moniales translatæ utrùm fiant filiæ secundi monasterii, ad quod translatæ fuerunt. Vtrùm sic translatæ teneantur novam in secundo monasterio emittere professionem. Quando monasteria dicantur esse sub eadem, vel diversa regula. Moniales trãslatæ ad instructionem, utrùm possint cogi ut redeant ad primum monasteriũ. Quæ sit differẽtia inter regulas Ordinis, & cõstitutiones particulares: & quod in istis non sit opus confirmatione Sedis Apostolicæ, sed tantùm in erectione monasterii sub novæ Religionis regula.

SVMMARIVM.

1. *Professio semel facta non debet reiterari.*
2. *Limitatur ut non procedat, quando monasteria sunt diversi Ordinis, seu Regulæ; & ad ea fit translatio.*
3. *Aliud est regula religionis, aliud constitutiones particulares; quæ licèt diversitatem contineant, non constituunt diversitatem Regulæ.*
4. *Monialis evocata ad secundum monasterium ad exercendum aliquod officium, statim efficitur filia secundi monasterii.*
5. *Electio publicata & executioni demandata non potest revocari.*
6. *Monialium translatio conceditur absque spe redeundi ad primum monasterium.*
7. *Monialis translata ad exercendum officium, quibus cõcurrentibus possit ad primũ monasteriũ reverti.*
8. *Nemo potest novam Religionem regularem introducere absque speciali Summi Pontificis confirmatione.*
9. *Regula Sancti Augustini est una ex quatuor antiquissimis.*
10. *Quomodo dignoscatur differentia inter regulas Ordinis, & constitutiones particulares.*
11. *Quando constitutiones particulares Religiosos obligent sub pœna peccati mortalis.*
12. *Confirmatio Pontificia constitutionum particularium Religionis, non impedit quin corrigi aut alterari possint, si id sibi Religiosi reservaverint.*
13. *Confirmatio ex quibus dicatur in forma specifica, vel in forma communi; & quis sit utriusque effectus.*
14. *Constitutiones juri contrariæ non obligant, si confirmatæ fuerunt in forma communi.*
15. *Confirmatio in forma communi, non est in totum inutilis, cùm adjiciat aliquid roboris confirmato.*

CIRCA hanc materiam translationis monialium, notabilis casus aliàs propositus fuit, qui talis est: Venerabiles Religiosæ Sanctæ Vrsulæ sub regula sancti Augustini civitatis Massilienſis, petebant homologationem cujusdã deliberationis per ipsas capitulariter factæ *die* 18. *Ianuarii, anni* 1647. pro unione sui monasterii cum monasterio Sanctæ Vrsulæ civitatis Avenionensis ejusdem Ordinis & Regulæ Sancti Augustini, sub diversis articulis; nominatim quod filiæ, quæ ex civitate Avenionensi mittentur ad monasterium Massilienſe, erunt affiliatæ in dicto monasterio Massilienſi, & adoptatæ perinde ac si essent filiæ ejusdem monasterii: quam conclusionem Illustrissimus Massilienſis Episcopus approbavit, & confirmavit *die* 22. *ejusdem mensis*, mandans & ordinans unam ex monialibus Avenionẽsibus evocari, quæ Superioris munere in hoc monasterio fungeretur, & alias Religiosas quæ exercerent munera sibi demandata, prout in effectu evocatæ fuerunt tres Avenionenſes, quarum prima, Abbatissæ; secunda, assistentis; Tertia, Ianitricis munus per multos menses exercuit. Quibus sic suppositis.

Dixi in primis, præfatas moniales evocatas verè esse filias & moniales secundi monasterii, quamvis nullam in eo novam emisissent professionem, cùm utrumque monasterium essæt sub eodem Ordine, & sub regula Sancti Augustini: ideò profes-

ſio ſemel facta non debuit reiterari, *cap. nullus, cap.*
2 *indemnitatibus*, cum *ibi* notatis, *de elect. in 6.* † Quod tamen non ſic eſſet, ſi ambo monaſteria eſſent ſub diverſis regulis; tunc enim nova profeſſione opus eſſet, eaque ceſſante monialis tranſlata ſemper remaneret filia primi monaſterii: Abbas *in cap. Abbate ſancti Silvani, in quarto notabili, de verbor. ſignificat.* Rebuff. *in praxi, tit. de tranſlat. monachor. n.* 1. quem approbavit Rot. *deciſ.* 115. *num.* 8. *& 9. p.* 2. *recent.* Lezana *in Sum. quæſt. Regular. in verbo,* Tranſeuntes Regulares, *num.* 13. & Barboſ. *in cap. licet* 18. *n.* 25. *&* 26. *de regularibus.*

3 Quod autem ambo monaſteria eſſent ſub eadem Regula, patet; quia ambo erant ſub regula Sancti Auguſtini, licèt ſub diverſis conſtitutionibus particularibus, quæ non producunt diverſitatem Regulæ, cùm hujuſmodi conſtitutiones poſſint variari ſecundùm varietatem temporum, & caſuum, eadem nihilominus remanente Regula principali, ut explicat Lezana *lib.* 1. *Summæ Regularis, c.* 8. *num.* 2. *& ſeqq.* allegans Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 5.

4 Cùm igitur nulla eſſet opus profeſſione in ſecundo monaſterio emittenda, ſequitur quod cùm dictæ moniales admiſſæ fuerint tanquam illius Superiores, ſeu Officiariæ, eo ipſo factæ fuerunt filiæ illius monaſterii, & ab eo irrevocabiliter adoptatæ, non ſolùm in vim decreti appoſiti per Illuſtriſſimum Dominum Epiſcopum in homologatione tranſlationis, cujus ſola authoritas ſufficiebat in Gallia; ſed etiam ex diſpoſitione juris communis, quo cavetur, filiam è primo monaſterio evocatam ad exercendum munus Superioris, eo ipſo effici filiam ſecundi monaſterii, & amittere jus filiationis primi: *cap. ſi quis jam tranſlatus,* 21. *quæſt.* 3. *& cap. ne pro cujuſlibet,* 16. *quæſt.* 1. Quod etiam probatur per text. *in cap. fin. de ſimonia.* Et hæc eſt doctrina Mirand. *in manual. Prælator. regul. tomo* 1. *quæſt.* 31. *art.* 22. *in ſecunda concluſione*: poſt Navarr. *lib.* 3. *conſ.* 61. *de Regularib.*

5 Secundò dixi, electionem factam de dictis tribus monialibus è civitate Avenionenſi evocatis, quarum una fuit electa in Abbatiſſam, ſecunda in Aſſiſtentem, tertia in Ianitricem, adeò validam eſſe, ut nullo modo per moniales retractari queat, cùm publicata fuerit & executioni demandata: *cap. publicato, & ibi* DD. omnes, *de electione*: eadem planè ratione, qua adoptio ſemel admiſſa, & Magiſtratus authoritate roborata, vel legitimatio executioni demandata, aliíque ſimiles actus, re non integra irretractabiles ſunt: Gloſſ. *in cap. in cauſis,* §. *cùm res, de election.* Iaſ. *in l. finali, num.* 6. *C. de repud. hæredit.* Et ideo locus eſt Regulæ de jure quæſito non tollendo; cui nec ipſe quidem Pontifex Summus derogare intendit.

6 Et in effectu ſacra Cardinalium Vrbis Romæ congregatio, dum monialium tranſlationi aſſenſum præbet, ſub ea qualitate concedere ſolet, nempe quod monialis tranſlata ſit extra ſpem ad primum monaſterium redeundi: ut notavit Barboſ. *in tract. de jur. Eccleſiaſt. univerſ. lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 76. *in* 3. *requiſito.*

7 Verum quidem eſt, quod monialis tranſlata ad effectum, ut Superioris, aut Magiſtræ novitiarum, aut etiam Ianitricis munus exerceat, finito officio ad primum monaſterium redire poteſt: hoc tamen non ita ſimpliciter intelligendum eſt, ſed ita demùm procedit, ſi utriuſque monaſterii, à quo, & ad quod tranſlatio facta fuit, conſenſus accedat, ut advertit Mirand. *in tract. de ſacris monialib. q.* 3. *art.* 2. *in tertio caſu, in fine,* Bonacin. *in tractat. de clauſur. quæſt.* 1. *punct.* 9. *n.* 10. *verſic. Adde monialem,* Emanuel Roderic. *quæſt. regul. tomo* 1. *quæſt.* 49. *art.* 5. *verſic. Addit etiam prædictus Auctor,* Sanch. *in præcept. decalog. lib.* 6. *c.* 15. *n.* 46. *in fine.* Vnde ſequitur, dictas moniales tranſlatas, contra primi monaſterii voluntatem ad illud redire non teneri.

Vt autem melius appareat qualiter ambo monaſteria Sanctæ Vrſulæ, tam civitatis Avenionenſis quàm Maſſilienſis, ſunt ejuſdem Ordinis & Regulæ, advertendum eſt, quod aliàs propoſita fuit dubitatio per Reverendas & Devotas Moniales noſtræ Dominæ de Miſericordia civitatis Aquenſis, utrum illarum inſtitutio indigeret confirmatione Apoſtolica, an verò ſufficeret Ordinarii approbatio, nec opus eſſet Apoſtolica confirmatione? Pro cujus quæſtionis fundamento quædam ſupponenda cenſui.

In primis dixi, verum eſſe, neminem novam Religionem fundare poſſe abſque Summi Pontificis confirmatione, & approbatione: pro ut fuit ordinatum in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. *in cap. ne nimia, de religioſ. domib.* ac deinde in Concilio Lugdunenſi per Gregorium X. *in cap. unico, de religioſ. domib. in* 6. & per Bonifac. VIII. *in cap. unico, de voto, & voti redempt.* Emmanuel. Roderic. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 48. *art.* 3.

Secundò dixi, quod cùm dictæ moniales Aquenſes ſint fundatæ ſub regula Sancti Auguſtini, non indigent nova approbatione ſui Ordinis & Regulæ per Summum Pontificem facienda; cùm ille non ſit novus Ordo, nováque Regula, ſed antiquiſſima, & à pluribus ſæculis approbata: Quatuor quidam in Eccleſia Dei ſunt Ordines & Regulæ à Summis Pontificibus approbatæ, inter quas Prima & antiquiſſima eſt regula Sancti Baſilii: Secunda, Sancti Auguſtini: Tertia, Sancti Benedicti: Quarta, Sancti Franciſci. Quibus poſtea additæ ſunt aliæ, veluti Carthuſianorum, Ieſuitarum, & ſimilium, qui ſuas Regulas habent ſeparatas, & à Summis Pontificibus approbatas. Quatuor autem illæ primæ Regulæ ſunt veluti quatuor magna flumina, ex quibus varii derivantur rivuli particularium Religioſorum, habentium ſuas diſtinctas conſtitutiones, quas obſervant pro Regula; cùm tamen non ſint diverſæ Regulæ in ſubſtantia, ſed dumtaxat in accidentalibus ab antiqua Regula diſtinctæ. Itaque cùm dictæ moniales noſtræ Dominæ de Miſericordia fundatæ ſint ſub regula Sancti Auguſtini, non indigebant nova confirmatione Summi Pontificis, cùm illa ſit antiquiſſima, & omninò approbata Regula, ut dicit Mirand. *tom.* 1. *manual. Regular. q.* 3. *art.* 5.

Tertiò, pro majori præmiſſorum comprobatione ſupponendum eſt, magnam eſſe differentiam inter conſtitutiones particulares Religionum, & earundem regulas: ſiquidem Regula eſt anima Religionis, data ab aliquo antiquo Patriarcha, & approbata à Summo Pontifice in favorem alicujus Religionis particularis: conſtitutiones verò ſunt ordinationes, & decreta facta ab aliquo Superiore Ordinis, veluti Generali, vel Provinciali, aut Capitulo, ſeu ab aliis habentibus authoritatem ea faciendi, quæ ſiunt ad bonum particulare ipſius Religionis, & poſſunt mutari, vel reformari ſecundùm exigentiam temporis, vel negotiorum.

Non poteſt ulla Religio ſubſiſtere ſine Regula, ſicut nec corpus ſine anima: poteſt tamen Religio ſuas habere regulas particulares, ex quibus Religioſi,

gioſi, aut Religioſæ obligantur ex conſcientia ad peccatum mortale, vel veniale, ſecundum intentionem illorum, qui tales conſtitutiones fecerunt, explicatam in dictis Regulis, dummodò implicitè,
11 vel explicitè Regulam reſpiciant. † Quod ſi in dictis conſtitutionibus particularibus non fuerit expreſſum, utrùm obligent ſub pœna peccati mortalis, vel venialis: hoc debet judicari ſecundum conſuetudinem ipſius Ordinis, & juxta gravitatem, vel levitatem negotii, prout hæc omnia fuſiùs explicat Lezan. *in ſumm. Regul. tom. 1. cap. 8. numero 2. 4. & 8.*

Conſtitutiones particulares non exigunt de neceſſitate confirmationem Summi Pontificis: exigunt tamen illam ad bene eſſe, quia non poſſunt ſine Summi Pontificis authoritate revocari, ſi ab eo confirmatæ fuerint.

12 Quod ſi Religioſi, aut Religioſæ velint ſibi reſervare facultatem tales conſtitutiones particulares corrigendi vel reformandi, quavis accedente Pontificis approbatione, id facere poterunt, nec nocebit confirmatio Pontificia, quia hoc caſu conceſſio cenſetur facta veluti per viam privilegii, in favorem Ordinis, qui conſtitutiones fecit, & per conſequens idem Ordo privilegio, & favori ſuo renuntiare poteſt: Roderic. *tom. 2. quæſt. Regular. q. 10. art. 4.* Mirand. *tom. 2. q. 29. art. 8.* Lezana *tom. 1. Sum. regular. cap. 8. num. 22.*

13 Quartò ſciendum eſt, duo eſſe confirmationum genera: quædam enim fit in forma ſpecifica quando Summus Pontifex habuit cognitionem particularem conſtitutionum confirmatarum, quas vidit, aut videndas commiſit, factaque fuit confirmatio ad relationem Commiſſariorum, aut etiamſi Summus Pontifex expreſſerit ſe confirmare *ex certa ſcientia*. Altera eſt confirmatio in forma communi, quando videlicet Summus Pontifex confirmat conſtitutiones non viſas, nec examinatas, & tunc ſolet poni clauſula confirmationis, *quatenus ſint licitæ & honeſtæ*. Primo caſu, confirmatio magnos producit effectus, quia reddit actum validum, quamvis ex ſe eſſet invalidus, & habet vim novæ conceſſionis: ſed ſecundo caſu, quando ſcilicet confirmatio facta fuit in forma communi, perinde eſt ac ſi actus confirmaretur talis, qualis reperitur, & ſic remanet validus, ſi ex ſe ſit validus, ſin minùs remanet nullus. Hæc eſt communis Doctorum reſolutio *in rubric. de confirmatione util. vel inutil. in verbo, Confirmationem, verſic. quid ergo valeat, & in cap. cùm dilecta 4. eod.* ubi fuſiſſimè Barboſ. alios Doctores allegans.

14 Certum eſt igitur, quod ſi dictæ conſtitutiones continerent aliquod caput contrarium diſpoſitioni juris communis, vel facti Concilii Tridentini, confirmatio in forma communi obtenta à Summo Pontifice nihil prodeſſe poſſet, maximè ſtante clauſula illa, *quatenus ſint licitæ & honeſtæ, & conſtitutioni Concilii non adverſentur*: ut fuit deciſum apud Burat. *deciſ. 798. num. 5.*

15 Non tamen in totum eſt inutilis confirmatio in forma communi facta, cùm aliquid roboris adjiciat conſtitutionibus confirmatis, ut per Gloſſ. *in cap. 1. de confirmat. util. vel inutil.* Barboſ. *dicto capite 4. num. 22.*

Concluditur itaque dictas, moniales Sanctæ Urſulæ civitatis Maſſilienſis, & Avenionenſis, eſſe ſub eadem Regula, quamvis ſub diverſis conſtitutionibus particularibus regantur: & per conſequens moniales evocatas à monaſterio Avenionenſi non in-

diguiſſe nova profeſſione, & effectas fuiſſe filias dicti monaſterii Maſſilienſis.

CAPVT CXXII.

De Monaſterio monialium ad egeſtatem redacto, qua ratione illi ſuccurrendum ſit: & utrùm monialibus alimenta aſſignari debeant pro rata redituum, an verò pro rata dotis oblatæ? Vtrum hoc caſu monaſterium inops ſit transferendum ad aliud, in quo majores adſunt facultates? Et an liceat hoc caſu ex opere manuali monialibus habere peculium, & recedere à communi vita? Et alia de tranſlatione monialium.

SVMMARIVM.

1. *Monialium receptio ultra numerum proportionatum ad reditus monaſterii, de jure nulla eſt. Conſuetudo tamen ſervat contrarium: vide* numer. 3.
2. *Referuntur ſuper hoc decreta quædam ſacræ Congregationis Regularium, quæ nunquam in his partibus fuerunt obſervata.*
3. *Profeſſio monialium ultra numerum valida eſt.*
4. *Quod multò magis locum habet, ſi monialis ultimo loco recepta congruam ſecum dotem attulerit.*
5. *Moniales æqualiter alendæ ad ratam redituum monaſterii, non autem ad ratam dotis allatæ: & num. 7.*
6. *Abbas juſtè victum & veſtitum denegat monacho, ſi monaſterium inopia laboret.*
7. *Monaſterii redditus non pertinent ad ſingulares perſonas monialium.*
8. *Si Religioſa transferatur de conſenſu ſui monaſterii, bona illius ad ſecundum monaſterium transferuntur.*
9. *Unde deſumi debeant alimenta monialium indigentium.*
10. *Moniales veniunt appellatione* pauperum, *& illis potiùs quam aliis pauperibus ſubveniendum eſt.*
11. *Univerſitate deſtructa, diviſio bonorum fieri debet ad ratam patrimonii cujuſlibet particularis.*
12. *Collegio diſſoluto, quid fieri debeat de bonis illius, reſolvitur cum diſtinctione.*
13. *Monaſterio ſuccurrendum eſt non expectatæ omnimoda illius egeſtate.*
14. *Monaſterii indigentiæ conſuli poteſt per tranſlationem totius monaſterii ad aliud.*
15. *Tranſlato integro monaſterio, transferuntur quoque omnia illius bona.*
16. *Si monialis fuerit tranſlata, ad quem ſpectent ejus bona? remiſſivè.*
17. *Tranſlatio hodie fieri non ſolet ſine licentia Epiſcopi, & de conſenſu primi monaſterii.*
18. *Monialis ſine dote recepta, ejicienda ex eo non eſt.*
19. *Moniali ultimo loco receptæ cum dote nihil imputandum eſt, ſi dos illius conſumpta fuerit.*
20. *Quamvis monaſterium paupertate laboret, non eſt ad illius deſtructionem deveniendum.*

21. *Quando adeſt legitima cauſa, moniales tenentur ad obſervationem voti vitæ communis, & quomodo fiat diſtributio reddituum hoc caſu.*
22. *In caſu inopiæ monaſterii, moniales ex opere manuali ſibi ſuccurrere poſſunt.*
23. *In pari cauſa ſubveniendum potiùs eſt monialibus victum proprio labore quærentibus.*
24. *Quando monialibus permittitur peculium ſeparatum, illud ſemper ſubjacet diſpoſitioni Abbatiſſæ.*
25. *Bona inventa, quorum dominus ignoratur, poteſt Epiſcopus adjudicare monaſterio monialium egeſtate laboranti.*
26. *Poſſunt etiam adjudicari monaſterio incerta malè ablata.*
27. *Moniales gaudent beneficio* cap. Odoardus, de ſolutionib.
28. *Propinqui monialium cogi poſſunt ad conſtitutionem dotis juxta conſuetudinem loci, ſi jam dos per eos non fuerit conſtituta.*

QVodam monaſterio monialium ad ſummam egeſtatem redacto, dubitatum fuit quibus remediis illi ſuccurrendum eſſet? Et re diutius in deliberationem adducta.

1 Concluſum fuit primò, quod licèt per text. *in cap. periculoſo*, § 1. *de ſtat. regul. in 6.* profeſſio monialium receptarum ultra numerũ proportionatum ad redditus monaſterii, nulla ſit & invalida, prout unanimi conſenſu tradunt Doctores *in d.* §. 1. Tamen ſtante generali conſuetudine in contrarium, profeſſiones hujuſmodi monialium ultra numerum competentem receptarum, non ſunt irritandæ, ut tradit Mirand. *in tract. de ſacr. monialib. q.* 8. *art.* 6.

2 Propter quam conſuetudinem generalem videtur etiam, ſalvo beneplacito ſacræ Congregationis Regularium, quod non ſit locus hodie declarationi ejuſdem Congregationis, cujus meminit Campanil. *in diverſorio juris canonici, rubric.* 12. *cap.* 16. *num.* 14. & Barboſ. *in tract. de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 98. *n.* 4. per quam dicitur, in quolibet monaſterio certum numerum monialium præſcribendum eſſe ab Epiſcopis, nec ullas ultra numerum, niſi cum duplicata dote recipiendas eſſe; & ſi quid contra fiat, irritum, & inane, nulliúſque roboris & momenti eſſe decernitur. Quia nec in monaſteriis diœceſis, de qua agebatur; nec in aliis quibuſlibet præſentis Status, prædicta conſtitutio unquam exe-
3 cutioni demandata fuit. † Ideo receptio & profeſſio monialium ultra numerum proportionatum ad redditus monaſterii, irritati non debet, ex notatis per Sanch. *in præcept. Decal. lib.* 7. *c.* 23. *n.* 4. ubi concludit dictum decretum hodie ex conſuetudine eſſe abrogatum: & ideo ſi moniales commodè ali non poſſint, non novæ monialis admiſſioni, ſed anterioris vitæ ſumptibus præſentem rei familiaris difficultatem acceptam referendam eſſe.

4 Quod maximè locum habet, ſi moniales ultimo loco receptæ congruam ſecum dotem attulerint, ut idem Sanch. notat *loco citato, num.* 5. *verſic. Quod ſi monaſteria.*

5 Secundò, quod attinet ad ratam alimentorum monialibus præſtandorum, illa non ad quantitatem dotis, quam quælibet ex monialibus attulit, ſed potius ad numerum monialium referenda eſt: quia cùm monaſterium inopia laboret, & de ſuis redditibus alimentis monialium ſubvenire non poſſit, juſtè poteſt denegare alimenta monialibus, ſive primo, ſive ultimo loco receptis, quatenus excedunt valorem reddituum, ut dicit Bald. *in l.* 1. §. *ſed ſciamus, in fine, C. de Latina libertate tollenda.* † Vbi dicit, quod 6
propter paupertatem monaſterii, Abbas poteſt cogere monachum quod tranſeat ad aliud monaſterium, & quod monachus poteſt petere ab Abbate quod induat ipſum more conſueto, expenſis monaſterii, niſi propter inopiam excuſetur. Et ratio eſt, quia quamvis monaſterium habuerit bona illius monachi, vel monialis, illa tamen non ſunt auferenda à monaſterio, quamvis alimenta propter paupertatem præſtare non poſſit, cùm excuſetur propter inopiam: ut dicit *ibid.* Bald. & tradit Benincaſius *in tract. de privileg. paupertat. q.* 7. *in ſecundo ſpeciali judiciorum, n.* 25. Surd. *in tract. de aliment. tit.* 47. *n.* 6.
† Et cùm redditus pertineant ad monaſterium, non 7
autem ad ſingulares perſonas monialium, quæ propter votum paupertatis bona poſſidere non poſſunt; conſequens eſt quod in præſtatione alimentorum ratio habeatur ad redditus, & ad illorum ratam: ex notatis per Coſt. *in tract. de ratione rata, q.* 71. *num.* 1.

Tertiò dum quæritur quomodo providendum 8
ſit indigentiæ monaſterii? Nonnulli Doctores voluerunt poſſe monaſterium cogere Religioſos ut ſe transferant ad aliud monaſterium, ut poſt Baldum oſtendit Surd. *loc. citato, dicta q.* 75. Sed hoc caſu 9
inſtante monaſterio fieret tranſlatio monialium, periculum eſſet ne ſecundum monaſterium vindicaret bona monialis tranſlatæ: & ita primum monaſterium non ſolùm nullam inde reciperet utilitatem, ſed imò privaretur commodo dotis, quam attulerat Religioſa tranſlata, juxta ea quæ diximus *in* 1. *part. quæſt. beneficial. capit.* 65. ubi fusè de hac materia actum fuit.

Et ideo hoc caſu recurrendum eſt ad *remedia* 9
contenta in conſtitutione ſanctæ memoriæ Pii V. quæ incipit, *Circa Paſtoralis*, & Gregorii XIII. quæ incipit, *Deo ſacris virginibus*, videlicet ut ſtante monaſterii paupertate recurratur ad fidelium eleemoſynas: quæ ſi non ſufficiant, juncto opere manuali ipſarum monialium, poſſit Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, applicare monaſterio omnes eleemoſynas conſiſtentes in pane, frumento, farina, vino, eduliis, pecunia, ſeu aliis ad victum vel veſtitum pertinentibus, quæ præſtari conſueverunt à quibuſcumque Collegiis, aut Capitulis, vel ſimilibus; necnon ab Hoſpitalibus, quamnus ſervata actuali hoſpitalitate ſuperſit; necnon dimidiam partem omnium eleemoſynarum, quæ fieri & diſtribui debent in vim ultimarum voluntum, aut aliarum diſpoſitionum, dummodo non in perſonas certas, aut in alios uſus, quàm in alimenta pauperum deſtinentur: quæ conſtitutio juri communi conformis eſt, cùm moniales † ipſæ, & monaſterium, *pauperum* appellatione contineantur; & monialibus potiùs quàm aliis quibuſcumque ſubveniendum ſit: ut bene comprobat Feder. de Senis *conſ.* 282. *per tot.*

Quartò, licèt deſtructa univerſitate, diviſio bo- 11
norum facienda ſit habita ratione ad quantitatem patrimonii, ut dicit Coſt. *de ratione rate, quæſt.* 34.
† Tamen quando agitur de diviſione bonorum fa- 12
cienda propter diſſolutionem monaſterii, veluti ſi monaſterium omnino diſſipetur, & perſonæ monialium ad alia monaſteria transferantur; tunc obſervanda eſt diſtinctio, quam affert Abbas *in c. recolentes, de ſtatu monach.* Vbi concludit *n.* 3. quod intrans hodie monaſterium, tantam habet participationem bonorum, quantam ille qui intravit à longo tempore, quia inter Religioſos non debet notari diverſitas: & ideo ſi Collegium diſſolveretur, bona

bona dividerentur inter illos collegiatos: sed si Collegio remanente, aliquis inde exiret, solùm reperiret ea quæ secum portavit; dicens ita communiter tradere Doctores: quæ tamen sic simpliciter intellecta, dicit esse falsa; & ideo concludit post Bartolum *in l. final. ff. de colleg. illicit.* quod si collegia sint talia, quæ non possint possidere bona in particulari, ut Religiosorum, Superior disponet de illis tanquam vacantibus: & sic aliàs fuit observatum in dissolutione collegii Templariorum. Quod si collegia possunt possidere bona in particulari, qualia sunt collegia sæcularia, tunc dissoluto collegio, poterit quilibet habere quod contulit; bona tamen collegii remanebunt apud Superiorem. Quod si collegia habeant bona ad usum singulorum, tunc si quisque contulit pro victu communi, collegio dissoluto, bona dividuntur inter collegiatos. Et ideo cùm in casu proposito moniales recedant, monasterio dissoluto, spectabit ad Superiorem distributio bonorum monasterii; ita tamen ut quod singulæ moniales attulerunt, restituatur monasterio, ad quod moniales transferentur: ut diximus *in d. cap. 65. quæstion. beneficial.* & plenissimè explicat Abbas *in cap. quod à te, de cleric. conjugatis*, maximè *num.* 8.

13 Quintò notandum est, non esse hoc casu respiciendum ad omnimodam egestatem monasterii, sed etiam ad commoditatem; quando videlicet monasterio competunt aliqui redditus, qui tamen sunt tales, ut Religiosæ non possint ex iis commodè sustentari, quia hoc casu licèt monasterium non sit redactum ad omnimodam egestatem, illi tamen subveniendum est, per text. *in d. c. periculoso, §. sanè*, ibi, *absque penuria*, & in Concil. Trident. *sessione 25. cap. 3.* ubi adest verbum *commodè*. Et ideò hoc casu, si fiant articuli, deducendum est in facto quod ex facultatibus monasterii non possunt tot moniales sustineri, ut post Glossam *in d. §. sanè*, notat Fusc. *in tract. de visit. & regimine Ecclesiarum, capit.* 18. *num.* 21.

14 Sextò notandum est, quod ultra remedia superiùs deducta, ad consulendum monasterio redacto ad inopiam, potest illi etiam provideri per translationem totius monasterii ad aliud monasterium ejusdem Ordinis, per text. *in c. 2. de relig. domib.* Chopin.

15 *lib. 1. monastic. tit. 3. num. 10. fol. 110.* Et hoc casu, quando totum monasterium transfertur, transferuntur etiam omnia bona monasterii, ut deciditur per Rotam *decis. 193. n. 7. p. 5. recentior.* Abb. *in c. 1. de religios. domib.* ubi *num.* 2. dicit quod justa causa faciendi unionem unius monasterii cum altero, est quando monasterium reperitur desolatum, veluti dum perdidit bona temporalia, vel destitutum est Religiosis, & quod hanc unionem ex causa facere potest Episcopus loci, per text. *in cap. sicut unire, de excess. Prælator.*

16 Si autem fiat translatio alicujus Religiosi, vel Religiosæ ad aliud monasterium, quid hoc casu statuendum sit, fusiùs per nos fuit expositum *dicto cap. 65. quæst. canonicar. n. 11. & sequentibus*, post Sanctic. *decis. 322. n. 12. & 13.* Tamburin. *de jur. Abbatis. & monialium, disput. 21. quæsit.* 8. Quod variis distinctionibus exornatur per Rot. *decis. 109. & decis. 115. part. 2. recentior.*

17 Verùm hodie hujusmodi translationes monialium fieri non solent nisi cum licentia Episcopi, & de consensu primi monasterii: ut notavit Conrad. *in praxi dispensationum, lib. 5. cap. 15. num. 12.* ubi dicit quod praxis, dum petitur similis translatio, etiam observata per Datariam Apostolicam, ea est, ut ex voto sacræ Congregationis commissio fiat Ordinario, qui de licentia Superioris primi monasterii, Oratrici de primo ad secundum translationem permittat, imò in quacumque translatione monialium, & monasteriorum, sive domorum, adhiberi solet illa clausula, *Abbatum & conventuum dictorum monasteriorum expresso ad id accedente consensu*, ut notat Lezan. *in summa Regul. in verbo*, Monasteria regularium, *num.* 40.

Septimò, quod licèt in monasterio, quod paupertate laborat, aliquæ moniales sine dote fuerint receptæ, non tamen propterea ejiciendæ sunt à monasterio: ut testatur Zerola *in praxi Episc. part. 1. in verbo, Moniales, versic. Ad decimumquintum, circa finem*: allegans ad hoc declarationem sacræ Congregationis † Eodem modo, moniali ultimo loco receptæ nihil imputandum est, si dotem competentem afferat, quamvis illa consumpta fuerit, ut superiùs comprobavimus ex his, quæ notavit Sanch. *in præcept. decalog. lib. 7. cap. 13. n. 5.* 18 19

Superflua igitur in casu proposito videtur illa quæstio, cui applicanda sint bona Collegii, vel monasterii destructi, vel destituti, de qua ultra suprà citatos agit Menoch. *de arbitr. cas. 597.* Quia quamvis monasterium paupertate laboret, non est deveniendum ad illius destructionem, neque ad electionem monialium, sive dotem competentem attulerint, sive non; & sive agatur de monialibus primo, sive ultimo loco receptis; sed ad alia remedia suprà dicta deveniendum est, ut monialium alimentis & necessitatibus succurratur: quia cùm professio sit valida, non obstante impotentia monasterii, ut suprà ostensum fuit, stante generali consuetudine omnium monasteriorum; sequitur non esse locum destructioni monasterii: de qua consuetudine testatur Sanchez *in Decalogo, d. lib. 7. c. 13. n. 4.* & Mirand. *de sacris monialibus, q. 8. art. 3.* 20

Octavò, est etiam notandum, quod licèt moniales teneantur regulariter ad observationem communis vitæ, illa tamen obligatio locum non habet quando adest legitima causa separatim vivendi: hoc enim casu datur unicuique moniali tantùm pro victu & vestitu, quantum sufficere possit: si quid verò residuum sit, debet relinqui monasterio: ut notavit Zerola *in praxi Episcopal. p. 2. in verbo, Moniales, §. 1. & §. 4.* Quod intelligendum est, ut monasterium pro viribus suarum facultatum contribuat, residuum verò aut artificio manuali, aut ex eleemosynis, aliisve legitimis modis obveniat † Et ideò moniales hoc casu si manibus suis laborantes aliquid emant, vel vendant, ut suis necessitatibus subveniant, non delinquunt, ut dicit Zerola *d. p. 2. in verb. Moniales, §. 6.* † Ita ut quando monasterium non habet facultates sufficientes, priùs subveniendū sit monialibus victum suo labore quærentibus, ut in sacra Congregatione decisum testatur Barbos. *in decis. Apostol. collect. 511. num. 3. & super Concil. Trident. sess. 25. de regular. c. 2. num. 12.* 21 22 23

Verùm licèt data paupertate monasterii, permissum sit monialibus habere peculium separatum, hoc tamen intelligitur ut sit semper sub potestate & authoritate Superiorum, ut comprobat Lezana *lib. 1. Summæ regularis, cap. 6. n. 2. & 18.* ubi dicit quod in monasteriis, in quibus ob nimiam paupertatem non potest observari vita communis, potest permitti Religiosis aliquod peculium etiam rei stabilis, vel annuus redditus, in ordine ad usus necessarios: quod ibidem fusiùs comprobat, & testatur etiam Sanchez *in Decalog. lib. 7. cap. 12. num. 26.* Tamburin. *de jur. Abbat. part. 2. disp. 22. quæsito 5.* 24

*num.*7. ubi dicit ita obſervari de conſuetudine, ut moniales peculium aliquod, ſeu annuos redditus à parentibus & propinquis habere poſſint.

25 Poterit etiam Epiſcopus applicare monaſteriis egeſtate laborantibus bona inventa, quorum dominus facta ſufficienti diligentia ignoratur, cùm enim talia bona reſtitui debeant pauperibus, ſeu inter illos diſtribui, ſubveniendum potius eſt monaſteriis monialium indigentibus, quàm aliis quibuſcumque, ex notat. per Federic. de Sen. *conſ.*282. Bonac. *de reſtitutione, diſput.*1. *quæſt.*3. *puncto* 4. *n.*5. † Idem dicendum eſt de aliis bonis incertis malè ablatis, acquiſitis ex contractu doloſo, furto, vel alia defraudatione, ut per Bonac. *d. puncto* 4. *n.*8. *&* 9. Portel. *in dubiis regular. in verbo* Bona, *num.*3.

27 Poſſunt etiam moniales ſe tueri adverſus creditores à quibus moleſtantur, remedio *cap. Odoardus, de ſolut.* ut ſcilicet non teneantur ultra quàm facere poſſunt, cujus textus diſpoſitio extendenda eſt ad moniales, cùm in ipſis eadem militet ratio, quæ in Clericis: ut deciſum teſtatur Barboſ. *in d.c. Odoardus, num.*5.

28 Denique monaſterium agere poteſt adverſus propinquos monialium, ut dotem competentem conſtituere cogantur, juxta conſuetudinem regionis, & monaſteriorum illius, ſi jam conſtituta dos non fuerit: Zerola *d. p.*1. *in verbo, Moniales,* §.18. Afflictus *in conſtitutiones regni, lib.*3. *tit. de adjutoriis exigendis, n.*33. *mihi* 284. *&* *deciſ.*348. Vincent. de Franch. *deciſ.*44.

CAPVT CXXIII.

In reſignatione pura ſtatim reſignans jus amittit: Oſtenditur ſecus eſſe in conditionali. Regreſſum obtinens ad beneficium reſignatum, non annullat geſta per reſignatarium in præjudicium tertii. Qui reſignavit purè, amittit jus conferendi ſibi competens occaſione beneficii reſignati. Penſio pro perſona incerta utrùm validè reſervari poſſit.

SVMMARIVM.

1. *In beneficialibus, qui priùs poſſeſſionem adeptus eſt, debet in dubio præferri cæteris.*
2. *Reſignationes conditionales in Legatione non admittuntur.*
3. *In reſignationibus conditionalibus jus non abdicatur à reſignante, donec conditio fuerit adimpleta. In puris autem, reſignans poſt admiſſam reſignationem, ſtatim dicitur mortuus in illo beneficio.*
4. *Reſtitutus in Gallia ad beneficium timore mortis reſignatum, non reſtituitur quoad geſta per reſignatarium ante reſignantis reſtitutionem, quando agitur de præjudicio tertii.*
5. *Ius præventionis quoad collationem beneficiorum ſpectat ad ſolam Sedem Apoſtolicam, non autem ad collatores inferiores.*
6. *Data tamen negligentia collatoris ordinarii, jus conferendi devolvitur ad Superiorem.*
7. *Poſt reſignationem quæ competit ratione beneficii, reſignans amittit jus conferendi dependens à beneficio.*
8. *Clauſulæ,* ſive alio quovis modo: *&*, ex cujuſcumque perſona, *comprehendunt omnem vocationis modum.*
9. *Penſionem collator inferior ſine cauſa reſervare non poteſt.*
10. *Reſervatio penſionis pro perſona nominanda non valet, niſi ſaltem in literis perſona exprimatur.*
11. *Penſionis reſervatio nulliter facta, non reddit nullam beneficii collationem.*

MOta lite ſuper Canonicatu cujuſdam Eccleſiæ collegiatæ in provincia Provinciæ, qui collatus fuerat tanquam vacans per obitum Federici, ultimi illius poſſeſſoris, triplici diverſa collatione, quarum una facta fuerat poſt duas horas ab obitu dicti poſſeſſoris, per quemdam Priorem, qui ſe dicebat collatorem ordinarium, in favorem Ægidii ſui nepotis, qui in poſſeſſionem fuit immiſſus, & capitulariter receptus aſſerebatur. Secunda verò collatio facta fuerat eadem die, & hora, per Vicarium generalem Epiſcopi, in favorem Philippi, qui poſteriorem adeptus eſt poſſeſſionem, fuitque illi datus in competitorem per Capitulum præfatus Ægidius. Tertia verò collatio facta fuerat in Legatione Avenionenſi, in favorem Auguſtini, propter inhabilitatem, incapacitatem, nullitatem proviſionum, & aliàs quovis modo vacaret; nulla tamen facta mentione collationis factæ per Vicarium generalem: cui quidem Auguſtino datus etiam fuit per Capitulum in competitorem præfatus Ægidius. Dubitatum fuit quænam ex dictis proviſionibus & poſſeſſionibus prævalere deberet? Cui quidem dubio reſponſum in primis fuit, quod licèt per Bullam erectionis in Collegiatam factæ in dicta Eccleſia, & Concordatorum inter Epiſcopum & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ hiſtorum, præſentatio, collatio, & omnimoda diſpoſitio Canonicorum dictæ Eccleſiæ fuerit prædicto Priori reſervata; & ideò videretur dicendum, quod Ægidius tanquam legitimè proviſus præferendus eſſet † maximè cùm priùs adeptus eſſet poſſeſſionem: & in dubio qui prior eſt in poſſeſſione, præferendus beat, ut teſtatur Scholiaſtes ad Louet *littera P. num.*1. tamen collatio Prioris ſubſiſtere non poteſt eo quòd dictus Prior tempore collationis ſuæ Prioratum purè, & ſimpliciter reſignaverat in Legatione, & ejus reſignatio fuerat admiſſa, & collatio ſubſequuta in favorem alicujus Tertii, quamvis ille Tertius nondum adeptus fuiſſet poſſeſſionem: nam ſignata ſiquidem eſt differentia inter reſignationes puras, & conditionales, quæ fiunt in favorem certæ perſonæ, cum clauſula, *non aliter, nec alio modo*: quia licèt in curia Romana fiant quotidie dictæ reſignationes in favorem, tamen in Legatione non fiunt, nec ſi fierent, in Gallia admitterentur.

In reſignationibus conditionalibus factis in favorem certæ perſonæ jus non abdicatur à reſignante donec reſignatarius adeptus fuerit poſſeſſionem, & ea mediante, reſignatio ſuum plenum fortita fuerit effectum. In puris verò reſignationibus jus abdicatur à reſignante, ſtatim ubi reſignatio fuit admiſſa à Superiore; & tunc reſignans dicitur mortuus civiliter in illo beneficio: Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*127. *num.*36. *&* *ſeqq. &* *cap.*159. *n.*24. *&* 25. Ceval. *comm. opin. quæſt.*561. *n.*46. Paris. *de reſignat. beneficior. lib.*11. *quæſt.*6. *n.*27. *&* *quæſt.*12. *num.*12. *eod. lib.*1. Poſthius *in tract. de mandatis obſervat.*57. *num.*5. Rot. apud Coccin. *deciſ.*56. *num.* 4. Cùm igitur propter reſignationem puram factam

factam dictus Prior nullum amplius jus haberet in illo beneficio,& perinde esset quoad hoc, ac si mortuus fuisset, gesta per eum uti beneficii possessorem sunt nulla, attento maximè quod dictus Prior verisimiliter ignorare non poterat admissionem suæ resignationis, propter modicam locorum distantiam.

Neque obstare poterat reintegratio ejusdem Prioris ad suum beneficium, ex eo quod resignatio fuerat facta in infirmitate ob imminens mortis periculum, prout similis reintegratio passim concedi solet in Gallia; & tunc resignans, sicut ad sanitatem, ita ad beneficium resignatum restituitur. †
4 Quia hujusmodi restitutio non potest operari effectum retrotractionis in præjudicium Tertii, videlicet eorum qui obtinuerunt sibi provideri de illo beneficio ab alio legitimo collatore, eo tempore quo dictus Prior amiserat titulum & possessionem sui beneficii, propter admissam à Superiore illius renunciationem: & sic cùm non esset in possessione beneficii, non poterat conferre, cùm collatio sit fructus possessionis, numquam enim fit retrotractio in præjudicium juris quæsiti Tertio: Decius *in l. pecuniam, colum. fin. ff. si cert. petatur.* Surd. *cons.* 382. *num.* 79. Alexand. *cons.* 228. *colum.* 2. *vol.* 6. Cost. *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 2. *n.* 10. & 11. Rot. *decis.* 174. *n.* 28. *part.* 6. *recentior.*

Secundo loco fuit conclusum, collationem factam per dictum Vicarium generalem Episcopi, non posse sortiri effectum, quia potestas conferendi fuerat abdicata ab Episcopis, per concordiam contentam in Bulla erectionis dictæ Ecclesiæ in collegiatam, quæ facit jus inter Episcopum & Priorem: † cùm Episcopus non habeat jus præventionis adversus collatores ordinarios, & talis facultas præveniendi spectet dumtaxat ad Summum Pontificem, aut alios, qui ab eo habent hanc facultatem, nec possit unus ex collatoribus ordinariis acquirere jus conferendi in præjudicium alterius, nisi in casu negligentiæ collatoris inferioris, juxta formam præscriptam in constitutionibus Concilii Lateranensis, quo cavetur Episcopum, aut alium collatorem superiorem, non posse conferre beneficia, † donec collator inferior fuerit per sex menses in negligentia conferendi: per text. expressum *in cap.* 2. *de concess. præbend.*, & expressè cavetur *in cap. si à Sede* 31. & *ibi* Gloss. *in verbo*, legato, *in fine, verfic. in Archiepiscopo, de præbend. in* 6.
5
6
7 Neque poterat dictus Vicarius prætendere jus conferendi dictum Canonicatum, sub eo prætextu quod Prior suum beneficium resignaverat: quia in omnem eventum tenebatur expectare lapsum sex mensium, qui de jure conceduntur collatoribus inferioribus; quod tempus nondum erat elapsum in præjudicium illius qui prioratum habiturus erat ex resignatione dicti Prioris: ad hunc enim resignatum Prioris spectabat intra tempus legale jus conferendi, ita ut locus esset in hoc negotio sequenti dilemmati: aut Prior privatus erat jure conferendi per resignationem sui beneficii, aut non: primo casu, jus competebat intra sex menses dicto resignatario: secundo casu, collatio facta per Priorem esset valida, ad exclusionem dicti Vicarii.

8 Constat igitur ex præmissis, solam provisionem Sedis Apostolicæ in Legatione factam, suum debere sortiri effectum, aliis prorsus exclusis, præsertim statutibus clausulis consuetis, *sive præmisso, sive alio quovis modo, & ex cujuscumque persona vacet beneficium*: quarum vigore comprehenditur omne genus vacationis, & personæ, quamvis non exprimantur in bullis, ut notatur in Cod. Fabriano *definit.* 1. *de sacrosanct. Eccles.* Barbos. *de claus. cap.* 172. *n.* 12. Rot. *recentior. decis.* 605. *num.* 9. *part* 2. & per consequens dicta provisio Apostolica non poterit impugnari, quamvis in illa non fuerit facta mentio vacationis provenientis ex persona illius, qui à Vicatio Episcopi provisiones obtinuerat.

Allegabatur quidem in hoc casu alia nullitas 9
collationis factæ per Priorem, quia videlicet collatio facta fuerat sub reservatione pensionis, quam inferior collator reservare potuerat, præsertim sine causa: ut notat Paris. *de confident. q.* 28. *num.* 120. Barbos. *de Episcop. allegat.* 69. *n.* 13. & 14.

Verùm hoc fundamentum erat ruinosum, quamvis reservatio pensionis facta fuisset pro persona nominanda, & sic pro persona incerta: nam licèt verum sit, quod mox ex Parisio dictum est, ut collator ordinarius beneficium sine pensione, aut sine aliqua diminutione conferre teneatur, *cap. unico, ut Eccles. benefic. sine diminut. confer.* Rebuff. *in prax. tit. de requis. ad collationem bonam, num.* 6. adeo ut secundùm opinionem quorumdam Doctorum similes collationes contineant simoniam: Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 1. *num.* 4. † Præsertim quando reservatio facta fuit pro persona incerta, & nominanda, juxta constitutionem Pij V. de confidentia, quæ in Gallia recepta est (intelligendo tamen quod sufficiat quod persona nominetur in litteris collationis, prout factum fuerat in casu de quo agebatur, ex notat. per Farin. *in dec. crimin. decis.* 104. *n.* 6.) & ideo supererat dumtaxat ad annullandam collationem Prioris, nullitas petita ex defectu potestatis. 10
† Præsertim verò, quia negotio aliàs in Rota Romana proposito, fuit decisum, similes reservationes pensionum non reddere collationem nullam: quia cùm reservatio pensionis sit quid separatum à collatione beneficii, utile per inutile non vitiatur in iis quæ separationem recipiunt: maximè verò quia dicta reservatio pensionis facta fuerat sub beneplacito Sedis Apostolicæ, & non aliàs, aliter, nec alio modo: atque ita decisum fuit in Rota coram Illustrissimo Domino Marquemontio, Archiepiscopo Lugdunensi, *die* 6. *Martii, anno* 1606. ut habetur *decis.* 166. *num.* 5. 6. & 7. *part.* 2. *recentior.* Remanet ergo sola nullitas ex defectu potestatis, tam Vicarii, quàm Prioris, & sola collatio Vicelegati subsistit. 11

CAPUT CXXIV.

De jure visitandi alia monasteria prætenso per Abbatissam, & de obedientia illi præstanda per eam quæ inferiori monasterio præest. Et utrùm ea de causa licitum sit exire è monasterio. Quid si agatur de juramento fidelitatis, aut subjectionis, præstando Regi, aut alteri Domino temporali.

SUMMARIUM.

1. *Visitatio est actus jurisdictionis.*
2. *Mulieres sunt incapaces exercendi jurisdictionem: intellige ut* num. 10.
3. *Ante Concilium Tridentinum jus visitandi competebat Abbatissis, & per consequens illud competit locis ubi Concilium non est receptum.*

4. *Ius viſitandi dum competit Abbatiſsis, non privativè ad Epiſcopum, ſed cumulativè competit.*
5. *Fallit quando aliter fundatione, vel tranſactione cautum eſt.*
6. *Non tamen poteſt Epiſcopus Abbatiſſæ ſententiam revocare, aut hæc res judicata per Epiſcopum retractare in caſibus, in quibus juriſdictionem poteſt exercere: de quibus infra, n. 10.*
7. *Ius nominandi Prioriſſam in monaſterio inferiori, poteſt competere Abbatiſſæ monaſterii ſuperioris.*
8. *Abbatiſſa poteſt habere jus & exercitium conferendi beneficia à ſua Abbatia dependentia, etiamſi illis annexa ſit cura animarum.*
9. *Abbatiſſa poteſt generaliter facere omnia, quæ Abbas, excepiis iis quorum exercitium mulieribus prohibetur.*
10. *In quibus caſib⁹ mulier juriſdictionẽ exercere poſſit.*
11. *Papa regulariter omnes collatores ordinarios prævenire poteſt.*
12. *Abbatiſſa per ſe viſitare non poteſt, ſecundùm aliquos Doctores. Alii verò exiſtimant id facere poſſe.*
13. *Monialibus egreſſus à clauſura quibus ex cauſis concedi poſſit.*
14. *Egreſſus temporalis à monaſterio concedi poteſt in Gallia juſtis ex cauſis, in conſtitutionibus Pontificiis expreſsis: ſecus in locis ubi Concilium Tridentinum receptum eſt.*
15. *Ius viſitandi adiudicatum Epiſcopo non excludit viſitationem, quæ inferioribus competit.*
16. *Quando fidelitas & obedientia non poteſt præſtari per procuratorem, Epiſcopus tenetur concedere Abbatiſſæ licentiam exeundi à clauſura, dummodo ſtatim redeat.*
17. *De juramento fidelitatis, & ſubjectionis, remiſs. vè.*

QVædam Abbatiſſa nomine ſuæ dignitatis prætendebat jus ſuperioritatis, obedientiæ, & viſitationis ſuper quodam monaſterio, per multa milliaria diſtante, ſub prætextu plurium tranſactionum, quas dicebat fuiſſe obſervatas per tempus immemoriale, ſibique reddiram obedientiam, pluréſque actus ſuperioritatis fuiſſe geſtos per ejus prædeceſſores: & ideò dubitatum fuit de multis.

Primò utrum dicta Abbatiſſa haberet jus viſitandi dictum monaſterium longè diſſitum? Et caſu quo tale jus illi competeret, utrum illud haberet privativè, vel cumulativè cum Epiſcopo, Ordinario loci illius, in quo monaſterium viſitandũ exiſtit.

Secundò, utrùm dicta Dom. Abbatiſſa haberet jus nominandi Prioriſſam dicti monaſterii inferioris: & utrùm jus illud poſſet alterari per prævenciones Apoſtolicas.

Tertiò, utrùm Epiſcopus, Ordinarius loci, in quo exiſtit monaſterium ſuperius, poſſit impedire Abbatiſſam ne exeat à ſuo monaſterio ad viſitandum perſonaliter monaſterium inferius, & corrigendum illud, ſeu Religioſas in eodem exiſtentes.

Quartò, utrùm Epiſcopus, Ordinarius monaſterii inferioris, poſſit impedire Prioriſſam illius monaſterii, ne accedat ad Abbatiſſam monaſterii ſuperioris, ad fines reddendi illi debitam obedientiam.

Ad primum caput reſpondetur, quod quamvis
1 de jure viſitatio ſit actus juriſdictionis, *cap. cùm venerabilis 21. de cenſib. c. 1. §. hanc autem, de cenſibus*
2 *in 6.* † cujus juriſdictionis fœminæ ſunt incapaces, *cap. mulierem, 33. q. 5. c. de monialib. 33.* & *ibi* Gloſſ. *in verbo per Epiſcopum, de ſent. excommun.* Mirand. *in tract. de ſacr. monialib. q. 6. art. 5. concluſ. 1.*

Nihilominus tamen ante Concilium Tridentinum, Abbatiſſæ poterant viſitare monaſteria dependentia ab illarum Abbatiis, aut exiſtẽte legitimo impedimento, ad illa mittere perſonam aliquam capacem, quæ illarum nomine procederet ad omnes actus à viſitatione dependentes: ut notat Hieronym. Roderic. *quæſt. regular. 2. numer. 15.* & ante eum Emmanuel Roderic. *tom. 2. quæſt. regul. art. 10. verſic. Abbatiſſa verò*, Barboſ. *de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 45. num. 28.* Fuſch. *de viſitat. & regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. num. 15.* & per conſequens in locis, in quibus Concilium Tridentinum non eſt receptum, jus viſitationis competere poteſt Abbatiſſis, prout expreſsè tenuit Emmanuel Roderic. *d. q. 5. artic. 10. in fine.* Itaque niſi probetur, Concilium Tridentinum in hoc capite receptum fuiſſe in Gallia, poterit Abbatiſſa petere ſe manuteneri in quaſi poſſeſſione viſitandi, maximè cùm eſſet fundata in inſtrumentis antiquiſſimis, per multa tempora obſervatis, etiam poſt Concilium Tridentinum.

Iſta tamen poſſeſſio alio non apparente, non privativa quoad Epiſcopum cenſenda eſt, ſed cumulativa, ita ut nulla adſit præventio inter Epiſcopum & Abbatiſſam, quamvis aliàs regularitet poſſeſſio cumulativa præventionem inducat, ut jam ſæpius *in tract. de prævent.* per nos oſtenſum fuit, & nominatim *part. 2. c. 45. num. 1. & ſeqq. & alibi paſſim.* Sed in caſu iſto præventio unius non impedit viſitationem alterius, prout deciſum fuit in Rota coram Gregorio XV. *deciſ. 8.* ubi affertur declaratio ſacræ congregationis Concilii, † niſi in fundatione cautum eſſet, aut aliàs per legitimam tranſactionem conventum, quod Epiſcopus viſitare *non poſſet*; aut fuiſſet dictum, quod ſola Abbatiſſa, *& nullus* alius viſitationem exercere poſſet: ut docet Garc. *de benefic part. 1. cap. 2. num. 99. & 100.* ergo poteſt tam Abbatiſſa, quàm Epiſcopus viſitare, non obſtante prævention unius: † ita tamen ut unus non poſſit revocare geſta per alium, nec punire, ſeu corrigere poſt viſitationem alterius; ſicut generaliter conſtitutum eſt, ut dum aliquibus competit cumulativè jus viſitandi, unus non poſſit revocare geſta per alium; neque dum alteri jus ferendæ ſententiæ competit, judicare ſuper rebus deciſis, aut ſententiis latis per alium, ſive ſententia lata fuerit abſolutoria, ſive condemnatoria: ut notat Barbo. *de poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 73. n. 31.* & dictum fuit per nos *d. tract. de prævent. p. 2. c. 45. à n. 14. ad 18.*

Secundum caput in duos articulos ſubdividitur, quorum alterum concernit nominationem Prioriſſæ in monaſterio inferiori, alterum verò prævencionem Apoſtolicam, videlicet utrum Papa poſſit prævenire Abbatiſſam in deputatione Prioriſſæ monaſterii inferioris.

In primo articulo concludendum eſt, jus nominationis Prioriſſæ, poſſe pertinere ad Abbatiſſam ſuperioris monaſterii pro regimine inferioris, ut tradit Mirand. *in tract. de ſacr. monialib. q. 6. art. 5. in quarta concluſione:* † Et quod plus eſt, de jure Abbatiſſa poteſt eſſe capax conferendi beneficia dependentia à ſuo monaſterio, etiãſi talia beneficia haberent annexam curam animarum, Matius Antonin. *lib. 1. reſolut. 63.* Ricc. *collect. 2675.* & nos oſtendimus *in quæſtionib. beneficialib. lib. 2. c. 38. n. num. 41.* † Quod fieri poteſt ratione dignitatis, ut probat Gonzal. *in notis ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 22. n. 12.* item ex ſummi Pontificis ſpeciali indulto, ſeu privilegio. Garc. *de beneficiis, p. 1. cap. 2. num. 33. & ſeq.* Boër. *deciſ. 32. num. 20.* Ricc. *collect. 1675.* ubi dicit quod mulier ratione dignitatis poteſt quibuſdam inſtitutæ

instituere institutione illa quæ dat titulum & possessionem, sed nõ institutione authorisabili, per quã datur potestas exercendi curam animarum, ligandi, atque solvendi; imò si agatur de Ecclesia parochiali, instituendus est concursus in locis ubi Concilium Tridentinum observatur, ut diximus *d.p.2. cap.3.§.9.num.41.* †. Et generaliter receptum est, 9
Abbatissas habere easdem facultates, quæ competunt Abbatibus, exceptis duntaxat casibus, quorum lex prohibet mulieribus exercitium, teste Barbos. *de jur.Ecclesiast.universo,lib.1.c.45.n.38.*

Neque obstat quod suprà dictum est, mulieres esse jurisdictionis incapaces. Quia respondetur quod ista visitatio Abbatissæ est impropria, & non solemnis, nisi consuetudine immemoriali, aut legitima transactione, seu ex Pontificis concessione jus Abbatissæ quæsitum fuerit: ut dicit Fusc. *dicto loco, lib.1.c.1.n.16.* & bene explicat Mirand. *in tract. de sacr. monialib.q.6.art.5.concl.4.versic.ad secundam.* Quibus cessantibus non potest Abbatissa esse capax jurisdictionis spiritualis, veluti laxandi censuras, aut aliquid faciendi dependens à potestate clavium, Mirand. *loc.cit.in 1.& 2.concl.* salva tamen speciali summi Pontificis concessione, ut notat idem, *in primo concl.versic.quæ omnia.* De jurisdictione autem temporali aliter statuendum est: illius enim Abbatissa capax esse potest, si annexa sit feudo, dignitati, vel hæreditati. Alexand. *cons.24.n.12.vol.5.& cons.1. n.24.eod.vol.* Tusch. *littera F. conclus.94.n.16.*

In secundo articulo verum est, quod Summus Pontifex, seu Sedes Apostolica prævenire potest Abbatissam in deputatione Prioriss æ in monasteriis inferioribus dependentibus, cum clausulis derogatoriis requisitis, quia summus Pontifex per quamcumque concessionem numquam censetur voluisse præjudicare juri suo circa collationem quorumcumque beneficiorum, aut officiorum spiritualium: Louet *in sua recollectione arrestor. littera P.n.43.colum.1.*

Ad tertiam quæstionem respondetur, plurimos Doctores existimasse, Abbatissam teneri mittere visitatorem, quando ipsa personaliter ad visitandũ accedere non potest: si verò accedere possit, id facere posse per se ipsam, ex dispositione juris antiqui: quod tamen correctum est ex Concil. Trident. *sess. 25.de Regul.c.5* ut ostendit Hieronym. Roderic. *resol.2.n.15.* Barbos. *de jur.Eccles.univers.lib.2.c.45. n.38.* & Gloss. *in Clem.1.de stat. monachor.in verbo, Alia:* quam sequitur Imola *ibid.n.9.* & Ancharan. *n.1.* ubi voluit, Abbatissam teneri mittere Visitatorem ad monasterium inferius, ad evitandam violationem clausulæ, quæ servari debet ex dispositione juris *in c.periculoso,de stat. regul. lib.6.* & in Gallia ex ordinatione Regis Christianissimi.

Sanè quæstio ista clausuræ in Gallia difficilè ad praxim reducitur: quia licèt præcisa sit ordinatio Regia, quæ habetur *en la conference des ordonnances,lib.1.tit.3.artic.31.fol.127.* & alibi passim, nihilominus tamen ordinatio illa non ita strictè in suo rigore observatur: & ideò dum quæritur quibus ex causis Episcopi, aut alii Superiores permittere possint monialibus egressum extra clausuram, Doctores fatentur illum posse concedi per Prælatum, non solùm propter causas expressas *in Bulla* sanctæ memoriæ Pii V. & *in dicto cap.periculoso,de stat. regular.* verùm etiam propter alias causas in dictis constitutionibus non expressas. Inter cæteras autem causas istæ recensentur, nempe dum aliter receptum est, vel dum aliter ex rationabili Superioris voluntate faciendum judicatur; dum eadem, vel major ratio militat: ut dicit Bonacin. *in tract.de clausura monial.quæst.1.punct.9.num.6.* † Ita ut antiqua consuetudo suffragari possit Abbatissæ, ut à suo Episcopo obtinere possit egressum temporalem à suo monasterio, ad fines procedendi personaliter ad dictam visitationẽ, nisi secùs particulares aliquæ circumstantiæ Episcopum moveant. Quia certum est hac in re, multum deferendum esse Episcopo, qui notitiam habet omnium circumstantiarum, ob quas concedi, vel denegari debet egressus prædictus à monasterio, dictæ Abbatissæ: & hæc in Gallia procedunt in locis ubi Concilium Tridentinum in hoc capite receptum non est: nam apud nos, & aliis in locis ubi Concilium observatur, non potest recedi à dispositione dicti Concilii *sess.25. de regularib.cap.5.* ut advertit Barbos. & Hieronym. Roderic. *locis suprà citatis;* & Emmanel. *tom.2.quæstionum regularium,q.5.art.10.* 14

Proponebatur quidem adversus Abbatissam arrestum quoddam magni Consilii Regii, per quod declaratum fuerat, præfatum monasterium inferius subesse directioni & correctioni dictæ Abbatissæ, jus verò visitandi ad Episcopum loci Ordinarium pertinere. Verùm recurrere poterat Abbatissa pro interpretatione dicti arresti ad idem magnum Regium Consilium, ad fines obtinendi declarationem, utrum jus illud visitandi competat Episcopo privativè, vel cumulativè: quia jus visitandi pertinens ad Episcopum non propterea excludit visitationem Prælatorum inferiorum: teste Gratian. *discept.forens.cap.254. num.40.* Gonzal. *ad regul. octavam Cancellar. §.2.proœm.n.11.* 15

Ad quartam & ultimam quæstionem respondetur, vix obtineri posse licentiam ab Episcopo Ordinario monasterii inferioris, ut Priorissa possit accedere ad monasterium superius, ad fines ibidem præstandi obedientiam Abbatissæ superiori: imò talem licentiam illi omnino denegandam esse; cùm agatur de obedientia præstanda Superiori spirituali: si enim ageretur de Domino temporali, aut de obedientia præstanda Domino feudi superiori, habenti dominium temporale, quæ non posset præstari per procuratorem, tunc ne feudum posse ssum per monasterium incideret in caducitatem, Episcopus teneretur dare licentiam Abbatissæ, ut decenter, & honestè comitata accederet ad præstandum juramentum fidelitatis, quando non potest offici ut illud præstetur per procuratorem, ut dictum est; statim autem præstito juramento fidelitatis, Abbatissa ad suum monasterium redire tenetur: ita docet Sanch. *in suo opere morali,tom.2.lib.6.c.15.n.51.* Bonac. *in tract.de clausur.monial.q.1.punct.9.n.9.* Barbos. *de jur.Eccles.lib.1.cap.44.n.79.* dicens hoc casu Episcopum teneri concedere licentiam petitam: quod probatur per textum *in dicto cap.periculoso,§. Verùm, de statu regularium, lib.6.* & *ibi* Gloss. *in verbo, Domino temporali.* Vnde sequitur, quod quando juramentum fidelitatis seu obedientiæ præstari potest per procuratorem, non debet concedi licentia monialibus, ut exeant à clausura pro præstatione dicti homagii, seu fidelitatis, prout concludunt omnes Doctores superiùs citati. 16

Verum autem juramentum hujusmodi præstari possit per procuratorem, docent Rosental. *de feud. cap.6.conclus.;7. in gloss.c.* Iacobin. *de feud.in §. qui quidem investiti,num.12. in fine,* Chassaneus *in consuet.Burgund.rubric.3.§.2. in verbo,* faire hommage, *num.3.& seq.* & de materia hujus juramenti, Guid. Pap. *decis.517.* Surd. *cons.172.* Rosent. *d.cap.6.conclus.85.* Thesaur. jun. *lib.1.quæst.38.* Gail. *de arrestis.* 17

Imper.

Imper. cap. 7. num. 10. & ſequent. Sola *in conſtit. Saband. tit. de jur. emphyteut. decret. Rempublicam, p. 1. gloſſ. 3.* Rot. Aven. *deciſ. 157.* Cancer. *lib. 3. var. reſol. cap. 10. num. 43. & 44.*

CAPUT CXXV.

De electione Provincialis in Ordine Minorum: & de electo adminiſtrante ante confirmationem, nec non de eo qui propter infirmitatē nō poteſt exercere functiones ſui officii. De Diſquiſitoribus interveniētibus in electione, & eorum votis collegialiter dādis. De electione facta per ſubornationem, & de interventione Patrum provinciæ Ordinis Minorum in electionibus per conſtitutiones Pontificias abrogata, vel reformata: & utrū pendente quæſtione nullitatis electionis, interim Provincialis ſit manutenendus in officii exercitio, & in obedientia ſibi præſtanda per Religioſos.

SUMMARIUM.

1. *Electus adminiſtrans ante confirmationem efficitur incapax.*
2. *Electus per electionem acquirit habitum, per confirmationem verò actum & exercitium.*
3. *Per electionem acquiritur jus ad rem, per confirmationem verò jus in re.*
4. *Beneficium mortuo electo ante confirmationem, vacat ut priùs.*
5. *Confirmatio electionis ſine mora facienda eſt.*
6. *Electus adminiſtrans ante confirmationem dicitur intruſus.*
7. *Eligi non poteſt perſona quæ propter continuam infirmitatem muneri ſuo ſatisfacere non poteſt.*
8. *Electio Provincialis non adhibitis Diſquiſitoribus ex regulis Ordinis requiſitis, eſt nulla.*
9. *Conſenſus Diſquiſitorum debet capitulariter præſtari, aliàs nullus eſt.*
10. *Quotieſcumque ad plures, uti collegium, actus refertur, collegialiter fieri debet.*
11. *Electio facta per clandeſtinas repromiſſiones, nulla eſt, & ſic eligentes ſunt inhabiles.*
12. *Patres provinciæ qui dicantur in Ordine Minorum.*
13. *Quid ſtatuerint ſummi Pontifices circa interventionem Patrum provinciæ, in Ordine Minorum.*
14. *Legiſlatoris intentio eſt, ut lex non mandetur executioni, ſi juſta in contrarium cauſa proponatur.*
15. *Conſtitutiones uſu non receptæ non ligant.*
16. *Quomodo differant inter ſe legis inſtitutio, & publicatio.*
17. *Aliud eſt legem non obligare quia non publicata; aliud, quia non recepta, ſeu moribus utentium non confirmata.*
18. *Quando lex non fuit recepta, non eſt opus probare contrarium uſum.*
19. *Quando non conſtat de initio receptionis legis, præſumitur quod nunquam uſu recepta fuit.*
20. *Perinde eſt actum eſſe nullum, vel non ſortiri effectum.*
21. *Poſſunt quædam conſtitutiones uſu receptæ eſſe in uno loco, ſeu provincia; & non recepta in alia.*
22. *Quando una conſtitutio dependet ab alia, ſi haec non ſubſiſtat, pariter nec ſecunda ſubſiſtit.*
23. *Actus ſemper tribuitur primæ cauſæ quando ſine ea operari non poteſt.*
24. *Proœmium denotat cauſam finalem conſtitutionis.*
25. *Conſtitutio capitularis non afficit eos qui in Capitulo intervenire prohibiti ſunt.*
26. *Publicatio conſtitutionis facta ejus authoritate qui ad hoc non habebat poteſtatem, non tenet.*
27. *Si Breve ſit in forma commiſſaria, illius forma ſtrictè ſervanda eſt.*
28. *Conſenſus particularium Religioſorum non poteſt præjudicare juribus totius Ordinis vel provinciæ.*
29. *Electus manutenendus eſt interim dum de electionis nullitate poſt adeptam poſſeſſionem contenditur.*
30. *Etiam intruſus lite pendente in ſua poſſeſſione manutenendus eſt.*

VAriæ quæſtiones propoſitæ fuerunt per inſignis cujuſdam Ordinis Religioſos circa electionem Patris Provincialis tunc temporis facti. Et *primò* quidem, utrùm dicta electio valida eſſet, an verò invalida, ſtantibus variis facti difficultatibus tunc propoſitis. *Secundò* quibus remediis agendum eſſet, ut talis nullitas declarari poſſet. *Tertiò* utrùm interim, dum de electionis nullitate contendebatur, Provincialis cogendus eſſet, ut ab officii ſui exercitio deſiſteret; & utrum pendente dubio & controverſia ſuper nullitate electionis, Religioſi tenerentur obedire dicto Provinciali.

Ad primam quæſtionem reſponſum fuit, ſuppoſita veritate eorum, quæ in facto propoſita ſunt, electionem illam provincialis nullam eſſe, & invalidam. Primò quidem quia dictus Provincialis nullam obtinuit ſuæ electionis confirmationem; aut illam obtinuit, priùs ſe in exercitio ſui muneris ingeſſit, quàm confirmationem, obtineret, ex quo reditus fuit incapax ad hujuſmodi Dignitatis adquutionem, & poſſeſſionem ut probatur per textum expreſſum, *in cap. avaritiæ 5. de electione, in* in illis verbis: *Omnes illos qui ſecus fecerint, omni jure (ſi quod illis per electionem quæſitum fuerit) decernentes eo ipſo privatos.* Quod etiam probatur *in cap. qualiter 17. eod. titul. in Decret.* & tradit Lezana in *Summa quæſt. regul. lib. 1. cap. 15. num. 36.* † Electus ſiquidem per electionem acquirit ſolum habitum, per confirmationem verò actum & exercitium adminiſtrationis: Gloſſ. *in cap. quanto, diſtinct. 63.* Abb. *in cap. noſti, de election.* Oldrad. *conſ. 146. num. 4.* Franc. *in cap. quàm ſit, in verbo, Electus, de elect. in 6. num. 1.* † Et ſic per electionem ſolùm acquiritur jus ad rem, at verò per confirmationem ſacquiritur jus in re: *cap. ut quis duas, de elect. in 6.* Rot. *deciſ. 6. eod. titulo, in novis.* Vnde eodem modo in beneficiis ſæcularibus acquiritur ſolum jus ad rem: † & ita beneficium tunc vacans, non vacat per obitum electi, qui non habet jus in re; ſed vacat ut priùs. Garc. *de benefic. p. 4. c. 3. n. 3. & 6.*

Quæ cùm ita ſe habeant ſecundum juris communis diſpoſitionem, multò magis locum habere debent ſecundum regulas, & conſtitutiones dicti Ordinis

Ordinis, quibus cavetur quod electus, quicumque ille sit præter Generalem Ministrum, nullam habet authoritatem quousque fuerit confirmatus ab
5 eo, qui præfuit electioni: † quæ confirmatio, & electionis acceptatio confestim & incontinenti fieri debuerat,nempe post decantatum *Te Deum laudamus*,ut advertit Mirand. *in manual. Prælator. Regularium, part.2. quæst.16. artic.3. conclus.7.* † Cùm
6 itaque dictus Pater exercuerit Provincialis munus ante confirmationem, aut omninò sine confirmatione, dicitur intrusus, & inhabilis ad illud exercendum, ut ultra DD.omnes *in dicto cap. avaritia*, decisum est in Rota Romana *decis.141.n.2.in fine, part.2.recent.*

7 Præterea dicta electio nulla erat propter inhabilitatem personæ ipsius in Provincialem electi, propter magnas & continuas infirmitates, quibus continuè detinebatur, propter quas munus sibi injunctum exercere non poterat,quia nequidē quartam provinciæ partem visitare poterat,quam tamen totam singulis annis secundùm constitutiones dicti Ordinis accuratè visitare tenebatur. † De jure autem electio nulla est, si fiat de tali persona,quæ muneri injuncto prælaturæ satisfacere non possit: Tambur.*de jur. Abbat. lib.1. disput.5. quæsito 21. n.44.* ubi dicit talem sic valetudinarium teneri in conscientia muneri suo renuntiare, nec aliter absolvi posse:& ad hoc allegat Navarrum,Caietan.& alios, quibus annuunt constitutiones ejusdem Ordinis, quibus ordinatur, quod Ministri sint cum Fratribus in conventu,in Ecclesia, in mensa, & cibis,vestibus & lectis,& quamdiu fortes & sani fuerint,eisdem Fratribus se conforment,& vitam communem sequantur; sin minus, officiis priventur.Si verò infirmitatis causa id agere non possunt, & infra quinque menses non fuerit spes roboris & firmæ valetudinis ad communem vitam sequendam, ab officio omninò arceantur.Quod fusiùs comprobat Laurent.de Peyrin.*tom.2.de Prælat. q.2. cap.4. per totum.*

8 Tertiò dicta electio nulla erat, uti facta non servata forma constitutionum, & laudabilium consuetudinum dicti Ordinis,seu provinciæ,quibus cavetur quod electiones hujusmodi fiant à Præside, & discretis provinciæ, de corpore Capituli, cum uno Secretario & duobus testibus, & Disquisitores solent appellari: quæ lectio sine hujusmodi Disquisitoribus facta,nulla est: ut habetur *in dictis constitutionibus,cap.7.§. de elect.* ut refert Mirand.*in manuali Prælator.Regularium,part.2.quæst.16.art.3. in 5.conclusione.*

9 Neque sufficeret consensus Disquisitorum, nisi præstitus fuisset capitulariter: quia omnia vota data extra Capitulum,pro nihilo habentur in materia electionis: ut docet Pertus de Biaxio *in directorio*
10 *elect.part.3.cap.7.num.4.* † Quod locum habet in quibuscumque actibus collegialiter explicandis, Burat.*decis.361.& ibi* Additio *n.11.& 13.*

11 Quarta nullitas consistit in eo quod supponitur, dictam electionem factam fuisse per subornationes, preces & clandestinas officiorum promissiones, factas illis, qui vocem in electione habere poterant: ex quibus non solùm electio irritatur, sed etiam electus ad futura quæcumque officia inhabilis redditur, per *Decretum pro reformatione Regularium*, à Clemente VIII.summo Pontifice *factum*, & in Sacra Congregatione jussu sanctæ memoriæ Vrbani VIII. approbatum, quod refert Lezana *in Sum. quæst.regular.lib.1.c.15.n.24.*

Quinta proposita fuit nullitas, petita ex eo quod Patres provinciæ ad dictam electionem vocati fuerunt, & in ea vocem habuerunt; quod tamen ex constitutione dicti summi Pontificis Vrbani VIII.prohibitum erat: circa quam electionis nullitatem multa pro utraque parte allegabantur.

Et primò quidem supponebatur, verum esse, 12
quod in hoc præclaro Ordine constitutum erat, ut illi qui Patres Ordinis nuncupantur, iique qui Ministri Provincialis munus exercuerunt, si præsentes fuerint, vocem habeant in definitorio, in Capitulo provinciali, cui interesse possunt, si velint, & in omnibus cōgregationibus & definitoriis,etiam capitularibus, voce decisiva gaudeant in eadem provincia in qua Provincialis munere functi sunt, ut notat Mirand.*in manual. Prælator.Regular.p.2.q.17. art.1. in secunda conclusione.*

Verùm Summus Pontifex Gregorius XV. per 13
suam constitutionem 41.quæ incipit *Pastoralis*,sub *die 3.Februarii 1623.* Fratribus prædictis quascumque præcedentias, seu paternitates concessas præter constitutiones Ordinis Apostolica authoritate firmatas revocavit, teste Barbos.*in decis. Apost.collect. 386.n.32.* & dictus Vrbanus VIII.per suam constitutionem,*anno 1639.& die 23.Julii* editam, providendo super requisitionibus sibi factis ad instantiam Capituli generalis tunc proximè congregati, quod non obstante dicta constitutione Gregorii XV. Patres provinciarum ad pristinum statum & potestatem restituerentur, seu veriùs super deliberatione in Definitorio generali facta statuit, ut duo tantùm Patres provinciæ in Definitorio introducantur, juxta modum, & formam in illa constitutione contentam.

Supponebatur etiam, quod neutra constitutio, videlicet Vrbani,aut Gregorii summorum Pontificum,in provinciis Galliæ fuerat hactenus publicata, aut usu recepta: immò illis non obstantibus continuò in Capitulis juxta antiquum morem Patres provinciæ intervenerunt; & quod plus est, Patres Galli in illo generali Capitulo, in quo deliberatio prædicta facta fuit, nec præsentes fuerant, nec interesse potuerant, ob factas sibi Regia authoritate inhibitiones de interveniendo in dictis Capitulis: & ideo gesta in illis ipsos non afficere prætendebāt, eaque de causa recurrere volebant ad summum Pontificem meliùs informandum, petita interim suspensione executionis prædictæ constitutionis, donec summus Pontifex auditis partibus 14
suam intentionem declarasset: † cùm intentio Legislatoris ea sit, ut si justa causa proponatur, legis provisio careat executione, ex notatis per Dianam *part.2.tract.10. de legib. resol.6.* quia cùm dictæ constitutiones nunquam fuerint usu receptæ in Gallia, immò illis non obstantibus Patres provinciæ, qui Capitulis interesse voluerunt, semper ad- 15
stiterunt, & vocem habuerunt;† sequitur, dictas constitutiones, quæ usu receptæ non fuerunt,non ligare: Navarr. *cons.1. de constit. à num. 13. ad 33.* Sayr.*in florib.decision.tit.2.de constitutionib.decis.10.* & ideò non observantes legem, aut constitutionem moribus utentium non approbatam, non dicuntur illius transgressores:*cap.in istis.§.leges,& ibi* Gloss. 16
distinct.4.† Duo enim in legibus & constitutionibus considerantur, nempe institutio seu publicatio & receptio;instituuntur enim leges cum publicantur, seu promulgantur: firmantur verò,cum moribus utentium comprobantur, *l.de quibus, §. inveterata ff.de legibus*,ibi,*nam cùm ipsæ leges nulla alia de causa nos teneant, quàm quod judicio populi receptæ sunt,Farinac.in fragm.in verbo lex,n.1.parte 2.*

† Aliud

17 † Aliud enim eſt legem non ligare, quia non publicata; aliud verò, quia non recepta. Eſto igitur quod ligaret non publicata, non tamen ligat ſi non ſit recepta. Iaſon *in l. ſi filius qui, num. 22. ff. de liber. & poſthum.* Oldrad. *conſ. 259. Impugnatur elect. n. 1. verſic. Secundò quia illud ſtatutum, & num. 5.* † Adeò ut non ſit opus probare contrarium uſum, quando lex non fuit uſu recepta: quia quod nunquam viguit, non poteſt dici interruptum: Roland. *conſ. 8.*
18 *n. 30. & 34. lib. 3.* † Lex autem præſumitur quod uſu recepta non fuerit, quando non conſtat de initio receptionis: Menoch. *lib. 2. præſumpt. 2. num. 4.*
19 20 Si igitur conſtitutio Gregoriana non fuit ſortita effectum, † perinde eſt ac ſi facta non fuiſſet, quia non differunt inter ſe, actus nullus, & actus qui non habuit effectum, *l. 4. §. condemnatum, & ibi* DD. *ff. de re judicata*, Surd. *conſ. 3. num. 30. & conſ. 273.*
21 *num. 25. & deciſ. 51. num. 22.* † Nec eſt inconveniens, quod ratione diverſarum perſonarum & diverſarum regionum, aut etiam regnorum, quædam conſtitutiones Pontificiæ ſint receptæ in uno loco, & non receptæ in alio, ut quotidiana docet experientia: & quod actus ſit validus reſpectu quarundam perſonarum, & locorum, & invalidus reſpectu aliorum, ex notat. per Gabr. *conſ. 36. n. 45. lib. 1.* Cyriac. *controverſ. 181. num. 46.* Suppoſita autem inobſervantia Gregorianæ conſtitutionis, ſe-
22 quitur quod conſtitutio Vrbani fundata ſuper ea non poſſit executioni demandari. † Quando enim ſecunda conſtitutio habet neceſſariam dependentiam à prima, ſi hæc non ſubſiſtat, non ſubſiſtit pariter & ſecunda, quia actus reſultàs ex alio principaliter contemplato, non eſt habendus in conſideratione: *l. 1. ff. de authorit. tutor. l. quoties 3. Cod. de judic. l. 1. in principio, ff. ſi uſusfructus petatur*, Surd.
23 *dec. 118. num. 13.* † Vbi quod actus tribuitur primæ cauſæ quando nihil operatetur ſine prima: Bartol. *in l. 1. num. 2. ff. de conſtit. princip.* & ſemper cauſa originalis actus eſt attendenda. Burat. *deciſ. 377. n. 5.* Durand. *deciſ. 275. num. 9.* & actus ſecundus qui fit in executionem alterius, regulatur ſecundùm actum illum antecedentem: Alexand. *conſ. 90. in fine, lib. 3. & conſ. 156. lib. 6.* Cravet. *conſ. 135. n. 13.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 49. num. 9.* quos citat & ſequitur Duran. *deciſ. 285. num. 48.* Ergo ſublata conſtitutione Gregorii ob non receptionem, ſequitur ſublatam eſſe eadem ratione conſtitutionem Vrbani factam in illius conſequentiam.

24 Et prædicta multò magis procedunt, quia proœmium dictarum conſtitutionum (quod cauſam finalem denotat, ex Ludovi. *deciſ. 532. num. 5.*) non potuit unquam verificari in provinciis Galliæ, in quibus nunquam defuerunt Patres provinciæ, qui tamen defectus fuit cauſa finalis dictarum conſtitutionum: qua ceſſante, ceſſare etiam debet diſpoſitio.
25 † Præmiſſis accedi, quod acta illa capitularia ſuper quibus niruntur dictæ conſtitutiones, non poſſunt afficere Religioſos Gallos, qui ex præcepto Regis prohibiti erant ad Capitulum illud accedere Tuſch. *in verbo, Citatio, concluſ. 236. num. 6.* Et præterea publicatio conſtitutionis Vrbani commiſſa
26 fuerat per Breve Miniſtro Vicario, & Commiſſario generalibus: † & tamen contra formam Brevis, abſque illorum authoritate facta fuit, & ſic non ligat tanquam facta à non habentibus poteſtatem. Bald. *in cap. 3. de conſtit. num. 5. in fine*, Roland. *conſ. 8. n. 27. lib. 3.* Farinac. *in fragmentis, in verbo Conſtitutio, num.*
27 *650.* Et generaliter intimatio, ſeu publicatio facta contra formam Brevis in forma commiſſaria conceſſi, non valet. Rot. *deciſ. 261. num. 12. part. 7. recentior.* Et ideo ex prædictis fundamentis fuit aliàs obſervatum in eodem Ordine, quod Patres provinciæ habuerunt in Gallia jus interveniendi in dictis Capitulis, prout in effectu interverunt, non obſtantibus dictis conſtitutionibus Pontificis tunc nondum receptis. Et propterea fundamentum nullitatis electionis in hoc capite non poteſt aliquam habere certitudinem, niſi probetur ſummum Pontificem ſuam deſuper intentionem declaraſſe, & etiam Patres provinciæ ab electionibus in Gallia removiſſe, prout mihi poſtea relatum fuit: hoc igitur pendet ex facto, ſufficit igitur quod electio ex ſupradictis aliis rationibus nulla eſt, prout talis declarata fuit.

Ad ſecundam quæſtionem, reſponſum fuit recurrendum eſſe ad Summum Pontificem, ut ipſi placeat deputare Commiſſarium, Sanctitati ſuæ beneviſum, qui facta Capituli, cujus conſenſus in electionibus intervenire ſolet, legitima congregatione, & auditis in ipſa Religioſorum quærelis, rationibus & probationibus ſummariè, ſimpliciter & de plano, ac more Religioſorum omnibus examinatis, ad novi provincialis electionem procedi faciat, prout ſibi melius videbitur expedire. Neque obſtabit hoc caſu conſenſus expreſsè vel tacitè præſtitus in perſonam dicti provincialis: quia dicta ſupplicatio non porrigetur ſummo Pontifici nomine particularium Religioſorum, ſed nomine totius provinciæ, † cui nullus particularium conſenſus, nulluſque temporis lapſus præjudicare potuit: ut in iſtis terminis declarat Rot. Romana *deciſ. 289. num. 71. & 75. part. 6. recentior. & num. 8.* ubi quod electio poteſt impugnari nomine Capituli, quando fuit facta contra diſpoſitionem juris, vel ſtatutorum.

Ad ultimam quæſtionem Reſpondetur, dictum Patrem Provincialem, interim dum de electionis nullitate contenditur, in officii ſui exercitio, & adminiſtratione manutenendum eſſe, *cap. in demittendis 48 Sanè, §. verſic. interim. de elect. in 6.* & *ibi* Glo. & communiter DD. ubi dicitur quod electio, ſi fuerit facta à majori parte, & ſuper ea oriatur controverſia, electus interim durante lite adminiſtret: textus eſt *in c. cùm nobis 15. in fine, de elect. ibi: Veram adminiſtrationem ei tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus*, &c. Rot. *deciſ. 319. num. 1. & 2. p. recent.* † Quod procedit non obſtante allegata intruſione dicti Provincialis, quia donec intruſio, vel nullitas fuerit declarata, interim poſſeſſor manutenendus eſt. Poſt. *de manutent. obſervat. 42. n. 105.*

Vnde ſequitur quod dicti Religioſi tenentur eidem Provinciali præſtare obedientiam, donec electionis nullitas detecta fuerit, & declarata: ut bene explicat Sanch. *in opere morali, tom. 2. lib. 6. n. 29. & 30.* ita concluſum, &c.

CAPVT CXXVI.

De Canonico per Epiſcopum excõmunicato, utrùm amittat ſua beneficia, vel fructus, aut diſtributiones quotidianas, ſeu anniverſaria, & alia emolumẽta incerta, quæ dãtur pro ſervitio perſonali: ſi excõmunicatio fuerit juſta, vel injuſta: & utrùm excommunicatus amittat jus optandi: Quid dicendũ ſit de eo qui eſt ſuſpenſus

suspẽsus, vel interdictus? Ab excõmunicatione quãdo appellari possit etiam suspensivè. Iudicem ad quem teneri cõfestim appellanti cum gravamine cõcedere absolutionem ab excommunicatione.

1 *Excommunicatus arcetur à beneficiis obtinendis, sed non ideo privatur jam obtentis.*
2 *Insordescens per annum in excommunicatione, privatur beneficiis obtentis, & obtinendis.*
3 *Clericus excommunicatus non amittit distributiones quotidianas, & alia emolumenta incerta, quæ dantur pro labore personali.*
3 *Intervenientе culpa Capituli, Canonicus injustè excommunicatus, si coactus fuerit ire ad Curiam pro causa hujusmodi prosequutione, non amittit fructus sui beneficii.*
5 *Ad lucrum fructuum beneficii non sufficit Canonico justa ejus absentia, sed præterea debet intervenire licentia Episcopi, vel Capituli.*
6 *Injustè excommunicatus lucratur omnes fructus, & distributiones quotidianas; dummodo tamen ante excommunicationem solitus esset inservire Ecclesiæ, & lucrari.*
7 *Ius optandi competens Canonicis utrùm competat excommunicatis? diversæ referuntur sententiæ.*
8 *Quando per optionem acquiritur dignitas, aut novus titulus in Ecclesia, excommunicatus optare non potest; secus si novus non acquiratur titulus.*
9 *Suspensus aut interdictus arcetur à beneficiis obtinendis.*
10 *Suspensus, aut interdictus si ministraverit in Ecclesia, efficitur irregularis.*
11 *In provisionibus Apostolicis apponitur absolutio a censuris, quæ reddit habilem eum qui censuris irretitus est.*
12 *Excommunicatio, aut prohibitio ingressus Ecclesiæ si injustè fiant, non producunt aliquem effectum.*
13 *Accusatione pendente nemo excommunicandus est.*
14 *Notorietas delicti allegata non justificat excommunicationem, quando agitur de delicto facti transeuntis, sed de eo prius constare debet in actis.*
15 *Quando appellatio præcedit excommunicationem, habet effectum suspensivum.*
16 *Si excommunicatio lata fuerit ob non paritionem præcepto, ab ea licet appellare, etiam suspensivè.*
17. *Iudex ad quem appellatur ab excommunicatione, potest statim absolvere appellantem, nisi constiterit sententiam esse justam.*

CAnonico cuidam, qui injustè à suo Episcopo fuerat excommunicatus, dixi nullam subesse causam cur de sui canonicatus jactura dubitaret, quamvis excommunicatio publicè in Ecclesia significata & publicata fuisset.

Prima & fundamentalis ratio est, quia licèt beneficium excommunicato validè conferri non possit, tamen propter excommunicationem statim non incurritur privatio beneficiorum jam obtentorum: *cap. proposuit* 8. & *ibi* Barbos. *n.*7. *de cleric. excomm. ministr.* DD. *in cap.* 1. *de judic.* & maximè Abb. *n.*24. Dec. *n.*83. Rip. *n.*78. Gats. *de benefic. d.*7. *c.*13. *n.* 90. Seraphin. *decis.*1285. Ricciul. *de pers. extra grem. Eccles. existent. lib.*4. *c.*13. *num.*8.† Ad hoc enim ut quis beneficiis jam obtentis privari possit propter excommunicationem, requiritur insordescentia in excommunicatione per annum: Francisc. Marc. *dec.* 920. *n.*3. *p.*1. Gonzales *ad regul.*8. *Cancellar. glossi.* 15. *n.*101. *sequentib.* 3

Non hic quæritur de distributionibus quotidianis, quia quoad illas alio modo concludendum est, ut per Seraphin. *decis.*1098. *n.*5. Gats. *d.*7. *c.*13. *n.*90. *& sequentib.* maximè *n.*103. ubi concludit distributiones quotidianas, & alia similia emolumenta incerta, quæ dantur pro labore & servitio personali, pertinere ad Clericum etiam excõmunicatum; non autem fructus & redditus certos beneficii.† Si tamen excõmunicatio esset injusta, & Clericus coactus fuisset ire ad Curiam pro prosecutione litis super nullitate dictæ excommunicationis, & adjudicatione fructuum sui beneficii, interveniente culpa Capituli, hoc casu lucraretur omnes fructus, & distributiones quotidianas; quia habuisset justam causam non residendi: ut per Seraphin. *decis.*1098. *n.*5. † quod intelligendum est dummodò obtinuisset licentiam recedendi à Capitulo, vel ab Episcopo suo Ordinario, quia utrũque copulativè requiritur ad hoc ut quis fructus & distributiones in absentia acquirat, nempe justa causa & licentia: *cap. relatum, in verbo prælatorum.* & *ibi* Abb. *in* 4. *notab. de cleric. non residen.* Rot. *decis.*689. *n.*1. *p.*3. *recentior.* ubi *n.*2. explicatur dicta decisio Seraphini 6
1089. & declaratur quomodo, & quibus in casibus procedat. † Et si excommunicatio fuerit injusta, non amitti distributiones quotidianas, probat Barbos. *in tract. de Episcop. allegat.*53. *n.*174. ubi dicit hoc procedere, si eo tempore, quo excõmunicatio injusta in eum lata fuit, erat præsens in loco sui beneficii, erátque solitus divinis officiis ante impedimentum excommunicationis interesse. Quod ex supradictis eadem ratione locum habet si fuerit absens à loco beneficii ex justa causa, veluti pro negotiis suæ Ecclesiæ, vel pro necessaria sui defensione contra Capitulũ ob ejus culpam: immò in quacumque excommunicatione injusta statuendum est locum esse lucro fructuum & distributionum quotidianarum, eodem modo quo lucrantur alii legitimè impediti. Garc. *p.*7. *c.*13. *n.*118. 7

Inter cætera autem jura canonicatus, recensetur jus optandi: quod utrùm excommunicatis competere possit, dubitatum fuit inter Doctores, quorum aliqui jus hujusmodi etiam excommunicatis competere censuerunt, quia optio non tribuit novum titulum, & consistit in solo facto, quod explicatur in vim tituli jam quæsiti, qui quidem titulus non tollitur, nec minuitur per excõmunicationem supervenientem: & ita censuit Rebuff. *in cap. postulasti, n.*141. *de cleric. excommunicat. ministr.* Rot. *decis.*5. *in fine, de concess. præbend. in novis, & decis.* 8. *de sentent. excommunic. in antiquis.* Alii verò jus optandi excommunicatis non competere existimarunt, quos citat Ricciul. *de person. extra grem. Eccl.* 8
*existentibus, lib.*4. *cap.*11. *numer.*3.† qui hanc controversiam ita dirimit *numer*: 3. ut prima opinio procedat quando optatur sola temporalitas absque titulo: secunda: verò procedat quando optatur titulus, veluti quando portionarius optat Canonicatum, vel Canonicus Dignitatem: & ita opiniones conciliando distinguit Covatr. *in capit. alma mater, part.* 1. §.7. *sub numero* 4. *de sentent. excommunic.* Gonzal. *ad reg.*8. *glos.*34. *numero* 65. & in hac distinctione residet Monet. *in tractatu de opt. canonic. capite* 4. *quæstione.* 2. *numero* 30. *versicul. non tertium, & versic. limitanda verò.* Quando enim nova dignitas, vel novus titulus acquiritur per optionem, excommunicatus repellendus est; quia licèt non amittat beneficia jam obtenta,

inhabilis tamen, eſt ad obtinenda: idem Ricciul. *lib. 4. cap. 6. n. 17. per text. in cap. poſtulaſti, de clerici excommunicat. miniſtrant.*

9 Quod autem de excommunicato dictum eſt, eadem ratione procedit in eo qui fuerit ſuſpenſus, vel interdictus: Barboſ. *allegat. 72. n. 97. & 98* hi enim à beneficiis obtinendis arcentur, ita ut nec elegi,
10 nec præſentari poſſint; † aut Eccleſiæ ſervire, aut adminiſtrare, quia adminiſtrando fiunt irregulares: ut probat Barboſ. & Garc. *de benefic. part. 6. c. 14.*
11 *n. 1. & ſequentib.* † Sed tamen in proviſionibus Apoſtolicis ſit abſolutio non ſolùm ab excommunicatione, ſed etiam à ſuſpenſione, & interdicto, ad effectum conſequutionis illius gratiæ.

12 Secunda ratio principalis, quæ proderat dicto Canonico, quem Epiſcopus excommunicaverat; ea eſt, quod quando excommunicatio nulla eſt, & injuſta, nullum poteſt producere effectum: Covar. *in dicto c. alma mater, n. 5.* Garc. *d. p. 7. n. 118.* Idem procedit in eo cui injuſtè facta fuit prohibitio ingreſſus Eccleſiæ. Barboſ. *dict. alleg. § 3. n. 176.* Sanch. *conſilior. moral. lib. 2. c. 2. dub. 10. n. 9.*

13 Injuſtitia autem, & nullitas excommunicationis, & interdicti à choro in caſu de quo agitur, conſiſtit in eo quod præcipitanter, ſine cauſæ cognitione, nullis legitimis informationibus præcedentibus, ſub prætextu delicti notorii, de quo non conſtabat, & in ſpretum appellationis ſæpiùs interpoſitæ, Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius proceſſit ad interdictionem chori, donec dictus Canonicus ſe ſuper delicto, de quo accuſabatur, purgaſſet, & ulteriùs videns dictum Canonicum qui appellaverat, & per appellationem ſuſpendebat effectum ſententiæ, ſeu declarationis interdicti, mandavit ut ab officiis divinis ſuperſederetur, tandémque ad declarationem & denunciationem publicam dictæ excommunicationis proceſſit: quæ omnia manifeſtam continent injuſtitiam; nemo ſiquidem pendente accuſatione ſuſpendi debet, *cap omnipotens 4.* cum *ibi* notatis, *de accuſat.* † Adeo ut nec prætenſa delicti notorietas hanc ſuſpenſionem juſtificare potuerit; quia cùm ageretur de delicto facti tranſeuntis, de eo conſtare debebat per informationes apud acta: Farinac. *q. 21. n. 88. & 99.*

15 Immò tenebatur Epiſcopus, ſeu ejus Officialis deferre appellationi per Canonicum interpoſitæ: quia licèt regulariter à ſententia declaratoria excommunicationis, vel interdicti non detur appellatio ſuſpenſiva, ſed tantùm devolutiva, tamen hoc non procedit quando appellatio præcedit excommunicationem, prout in hoc caſu *cap. 1. de appellat. cap. licet, de ſentent. excomm. in 6. cap. præterea 40. de appellat.* Sanch. *conſil. moral. lib. 3. cap. unico, dubit. 32. n. 217.*

16 Rurſus à declaratione excommunicationis, aut interdicti, datur appellatio ſuſpenſiva, ſi lata fuerit ob non patitionem præcepto facto ſub comminatione excommunicationis, vel interdicti, à quo præcepto & comminatione fuerat appellatum: eſt enim hoc caſu hujuſmodi ſuſpenſionis, aut interdicti declaratio nulla prorſus & invalida: Salgad. *de reg. protect. p. 2. c. 5. n. 17.* per text. *in cap. dilecti 52.* & *ibi* Abbas *de appellat.*

17 Hæc cùm ita ſe habeant, concluſum fuit, dictum Canonicum non debere ob hujuſmodi excommunicationem terreri, ſed tamen abſolutionem ad cautelam petere debere à Iudice ad quem, qui illam confeſtim requirenti concedere poteſt, ſi conſtiterit excommunicationem eſſe injuſtam: ut notat Barboſ. *in cap. per tuas 40. n. 2. & 3. de ſentent. excomm.* Cov. *in dicto cap. alma mater, p. 1. § 12. n. 7. verſic. immò licet*, ubi dicit favore animæ abſolutionem concedi poſſe, non obſtante appellatione.

CAPVT CXXVII.

Epiſcopo recuſante aliquem ad ſacros Ordines admittere, quomodo procedendum ſit. Poſſeſſor beneficii manualis qua ratione removendus ſit, tam de jure Gallico, quàm ex juris communis diſpoſitione. Epiſtolam decantare utrum cogi poſſit Subdiaconus per Epiſcopum. Conſuetudo poteſt introduci ſuper inobſervantia ſtatuti Eccleſiæ: & utrum Epiſcopus illam revocare poſſit, circa collationem beneficiorum. Cauſæ Epiſcoporum coram quibus Iudicibus tractandæ ſint, ſive civiliter, ſive criminaliter agatur.

1. *Ab Epiſcopo recuſante aliquem ad ſacros Ordines admittere, datur appellatio.*
2. *In beneficiis manualibus non licet in Gallia poſſeſſorem ſine cauſa removere.*
3. *De jure communi licet removere poſſeſſorem beneficii manualis, ceſſante dolo.*
4. *In beneficiis certum Ordinem requirentibus, ſufficit habilitas habitu, licèt non actu.*
5. *Epiſtola de jure cantari debet per Subdiaconum.*
6. *Sed conſuetudo eſt in contrarium, quæ ſervanda eſt.*
7. *Epiſcopus, & Synodus derogare poſſunt conſuetudini Eccleſiæ, ſi non ſit rationabilis.*
8. *Proviſio Papæ de beneficio manuali ad vitam, tollit beneficium perpetuum, ſi fiat ex certa ſcientia, & cum derogationibus opportunis.*
9. *Statutum Capituli per contrarium uſum poteſt tranſire in deſuetudinem.*
10. *Ampliatur, ut procedat etiamſi ſtatutum eſſet authoritate Apoſtolica confirmatum.*
11. *In poſſeſſorio juris conferendi beneficia, attenditur conſuetudo & ultimus actus.*
12. *Pro fabrica, & ornamentis Eccleſiæ, & jure cappæ quæ pro illis ſolvitur, quilibet particularis agere poteſt.*
13. *Archiepiſcopus non poteſt cognoſcere de cauſis criminalibus majoribus, adverſus Epiſcopos, eorumve ſuffraganeos intentatis.*
14. *Cauſæ Epiſcoporum civiles, vel minores criminales tractari poſſunt coram Concilio provinciali, vel deputatis per illud.*

ORta controverſia inter Capitulum Eccleſiæ cujuſdam Cathedralis ſuper diverſis prætenſionibus Capituli, & particularii, quæſitum in primis fuit quomodo ſibi conſulere deberet Clericus, qui in eadem Eccleſia beneficium obtinens ad ſacros Ordines promoveri deſiderabat, quos Epiſcopus ei ſi cōferre recuſabat, ſub diverſis prætextibus, minùs tamen jutidicis. Cui reſponſum fuit ipſum debere formiter corā Epiſcopo cōparere, ipſumque requirere de ſibi ſacros Ordines cōferendo, attēto quod jam minores fuerat legitimè conſequutus, offerendo ſe ſubjicere cuicumq; examini: & in caſu recuſationis, aut denegationis, appellare, & recurrere ad legationē in qua obtinebit commiſſionem directā alicui ex vicinioribus Epiſcopis, attēto quod Eccleſia

erat

erat sita in provincia, ad quam extendebantur facultates Legationis; hanc enim appellationem admittendam esse testatur Rot. *decis.* 10. *p.* 1. *divers.* Massobr. *in praxi concursus, requisito* 5. *dubio* 5. *per totum*, Gonzales *ad regul.* 8. *in annotat. ad glossam* 9 §. 1. *n.* 184. *& sequentibus.*

2 Secundum dubium versabatur circa destitutionem Diaconi, & Subdiaconi dictæ Ecclesiæ capitulariter factam cum subrogatione aliorum in locum ipsorum: In qua quæstione certum est, quod si beneficia ista essent perpetua, talis destitutio fieri non potuit, sed solùm quæstio esse potest, casu quo hujusmodi beneficia essent manualia, & amovibilia: hoc enim præsupposito, potuit Diaconus, vel Subdiaconus amoveri, dummodo justa adesset causa: si enim causa deesset, non potuisset Diaconus, aut Subdiaconus amoveri, prout in Gallia plurimis præjudiciis declaratum fuit, & nos diximus *tom.* 1.
3 *quæst. benefic. part.* 2. *c.* 1 §. 6. *n.* 15.† Verùm cessante dolo, ex dispositione juris communis admitteretur revocatio, cùm removens utatur jure suo, Geminian. *in cap. cùm singula, n.* 10. *de prabendis in* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 167. *n.* 27.

4 Supposità autem justâ remotionis causa, sufficit quod subrogati sint in tali statu, ut possint ad subdiaconatum, & respectivè diaconatum promoveri, nisi aliud resultet ex statuto, maximè si talis sit Ecclesiæ consuetudo: sufficit enim in quibuscumque beneficiis Ordinem certum requirentibus, quod quis sit capax habitu, licèt non actu: *c. committitur* 35. *de elect. in* 6. Paris. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 9. *numero* 36. *&* 37. Seraphin. *decis.* 1328. *numero* 4. Præsertim verò prædicta locum habent ex eo, quod tales subrogati erant in statu promotionis; nec per eos stabat, sed per Episcopum, qui sine legitima causa promotionem recusabat, ut probatur in Concilio Tridentino, *sess.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* ibi, *aut in tali ætate, ut intra tempus à jure, & ab hac sancta Synodo statutum initiari valeat*: & tradit Barbos. *ad dictum Concil. d. c.* 12. *n.* 52.

5 Tertium dubium versatur circa decretum factum per Episcopum, quo mandavit quod Subdiaconus teneatur cantare epistolam in Missis majoribus. Circa quod notandum est, quod munus cătandi epistolam de jure ad solos Subdiaconos, non autem ad constitutos in minoribus Ordinibus spectat: *cap. si subdiaconus*, 34. *distinct. & cap.* 3. *de vita & honest. clericor.* & Gloss. *in verbo, Epistolam.* Hostiens. Innocent. Abb. & Anchar. q. n tamen dicunt hoc malè servari; prout non servatur in effectu, maximè ubi deficiunt Subdiaconi: posse tamen per simplices clericos dici lectiones matutinas, & propherias, sed hoc debere esse sine so-
6 lemni apparatu.† Verùm probata consuetudine in contrarium, illa servanda est: ex Barbos. *de jure Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 31. ubi dicit aliquibus in locis epistolam cantari per Acolytos, quod apud nos in multis Ecclesiis inferioribus ob-
7 servari videmus.† Supposita autem hac consuetudine, nihilominus potuit Episcopus contra talem consuetudinem decernere, & pariter Synodus, in qua potest derogari consuetudini particulari alicuius Ecclesiæ: ut testatur Massobrinus *in tract. de synodo, cap.* 4. *dubio* 58. (dummodo talis consuetudo non esset rationabilis,) quamvis fuisset juramento firmata, ut docet Massobr. *loco cit. num.* 4. Sed ista consuetudo talis rationabilis videtur propter generalem observantiam in his partibus in plurimis Ecclesiis; nisi tamen statutum Ecclesiæ esset in contrarium.

Poterit autem dictus Subdiaconus sibi consulere, quatenus subdiaconus sit amovibilis, recurrendo ad summum Pontificem, & ab eo obtinendo provisiones dicti beneficii ad vitam, quo casu non poterit per Episcopum, vel Capitulum removeri, Paris. *de resignat. benef. lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 8. dummodo provisio Pontificia facta fuerit ex certa scientia, cum derogatione statuti & consuetudinis: Paris. *ibid. n.* 10. Gigas *de pensionib. quæst.* 14. *n.* 3. *&* 4.

Supererat alia difficultas petita ex statuto dictæ 8
Ecclesiæ, quo cavetur quod jus patronatus, seu institutio Diaconi, & Subdiaconi, remaneat apud Capitulum, nec Episcopus eos sine Capitulo, nec Capitulum sine Episcopo possit instituere ullo modo, & propterea cùm dubitaretur utrùm solus Episcopus, aut solum Capitulum sine Episcopo posset instituere Diaconum, vel Subdiaconum, ex eo quod dictum statutum non fuerat per plures annos usu receptum, quinimò solum Capitulum absque interventu Episcopi solitum erat instituere hujusmodi Diaconos, vel Subdiaconos: Pro hujus dubii resolutione distinguendum est possessorium à petitorio. Siquidem in petitorio necessariò probandus erit non usus statuti,† cùm de jure statutum Capi- 9
tuli tolli possit per contrarium usum, & transeat in desuetudinem: Tusch. *in verbo Statutum, conclus.* 454. *n.* 1.† Quod procedit etiam si statutum fuisset 10
authoritate Summi Pontificis confirmatum: ut testatur Gratian. *discept. forens. cap.* 565. *num.* 2. quia omnes constitutiones per Papam confirmatæ censentur sub illa conditione, *quatenus moribus utentium recipiantur*: ut *ibid.* probat Gratian.†‡ In pos- 11
sessorio tamen attendendus erit ultimus status: *cap. consultationibus, de jur. patronat.* Duran. *decis.* 377. *n.* 6. & consuetudo magnam vim habet in materia collationis beneficiorum: ut tradit Rot. *decis.* 100. *n.* 7. *p.* 4. *recent. tom.* 1.

In eadem causa dubitatum fuit, utrùm daretur 12
actio pro solutione juris cappæ, quod datur per ingredientes pro ornamentis Ecclesiæ: de quo nos copiosè egimus superiùs, *p.* 1. *c.* 47. Addendo quod pro istis juribus Ecclesiæ competentibus, pro fabrica & ornamentis ipsius, quilibet particularis agere potest nomine Ecclesiæ, ex notatis per Gratian. *discept. forens. c.* 358. *n.* 12. 13. *&* 14. Ideò pro decisione hujus quæstionis videnda sunt tradita *d. c.* 47.

Similiter dubitatum fuit, utrùm Episcopus posset 13
ad instantiam Capituli convenire coram Archiepiscopo? Cui dubitationi responsum fuit affirmativè, quia Archiepiscopus est ordinarius judex omnium Episcoporum suæ provinciæ, in causis tamen civilibus, nam quoad criminales observari debet decretum Concilii Tridentini *sess.* 24. *de reformat. c.* 5. videlicet ut causæ majores criminales ab ipso solo Romano Pontifice cognoscantur: minores verò in Concilio tantùm provinciali terminentur. Quamvis etiam quoad civiles causas aliqui Doctores dixerint, Archiepiscopum in suffraganeos nullam habere potestatem, ut advertit Quarant. *in Sum. Bullarum, in verbo, Archiepiscopi authoritas, p.* 18. *vers. Nō desunt tamen:* & videtur sentire Barbos. *in d. c.* 5. *sessionis* 24. *Concil. Trid. n.* 7. Idem Barbos. *in tract. de Episcop. c.* 112. *n.* 15.† Vera resolutio est, causas cri- 14
minales majores, quales sūt eæ, in quibus Episcopi depositio, seu privatio intervenire potest, ad solum Summum Pontificem pertinere; civiles verò, vel criminales minores illorum, in Concilio tantùm provinciali, vel à Deputatis per illud cognoscendas esse, & terminandas; quamvis in tali concilio minor quàm decem Episcoporum numerus

interveniret : ut concludit idem Barboſ. *in dec. Apoſtol. in verbo Cauſa, collectaneo* 139.*n.*6.

CAPVT CXXVIII.

Ad quem ſpectat collatio beneficiorum in Eccleſiis exemptis vacantium; ſicut & illorum unio, aut unionis revocatio. In beneficiis habentibus juriſdictionem annexam quæ ætas requiratur. Quando Epiſcopus ſemel nulliter, aut inutiliter beneficiũ contulit, utrùm poſſit variare, & ad ſecundam collationem procedere.

1. *Proviſio & collatio beneficiorum in Eccleſiis exemptis ſpectat pleno jure ad ſummum Pontificem.*
2. *Papa eſt Diœceſanus in Eccleſiis exemptis, & ſoli Papæ ſubjectis.*
3. *Legatus tamen de latere beneficia Eccleſiarum exemptarum conferre poteſt.*
4. *Vnio, & revocatio unionis in beneficiis Eccleſiarum exemptarum ad ſolam Sedem Apoſtolicam pertinet.*
5. *Ætas viginti quatuor annorum completorum requiritur in Dignitate habente curam animarum annexam, idque tempore collationis.*
6. *In Gallia judicatum fuit jus Regaliæ ſuper beneficiis, locum etiam habere in provinciis regno noviter unitis.*
7. *Quando Epiſcopus contulit indigno, non poteſt alteri idoneo beneficium conferre.*
8. *Limita ut hoc dumtaxat locum habeat, quando collatio facta fuit ab eodem Ordinario, & eodem jure.*
9. *In collatione neceſſaria Epiſcopus poſt primam collationem inutiliter factam, non prohibetur facere ſecundam.*
10. *Item ſi agatur de diverſo vacationis genere ſuperveniente poſt primam collationem.*
11. *Variatio non eſt permiſſa Epiſcopo quando res eſt integra : quod quomodo procedat, exponitur.*

VAcante Decanatu, qui prima Dignitas eſt in quadam Eccleſia Collegiali, apud Sebuſianos, ſive *au pays de Breſſe*, Diœceſis Lugdunenſis; aderant tres concurrentes, quorum Primus fuerat proviſus per Eminentiſſimum Cardinalem Archiepiſcopum Lugdunenſum, qui proviſus erat dumtaxat in ea ætate, in qua incapax erat ad ſuſcipiendũ ſacrum presbyteratus Ordinem intra annum : Secundus proviſus erat per bullas Summi Pontificis; Tertius verò electus fuerat à Capitulo ejuſdẽ Eccleſiæ, poſt duos circiter menſes, à dictis prima & ſecunda proviſionibus elapſos : cúmque de viribus dictarum proviſionum dubitaretur, ceuſui primum proviſum ab Archiepiſcopo rejiciendum eſſe duplici fundamento. Primo, ex defectu poteſtatis dicti Domini Archiepiſcopi, quia per bullam erectionis dictæ Eccleſiæ in collegiatam declaratur, Eccleſiam illam eſſe integrè & pleno jure exemptam ab omni poteſtate, & ſuperioritate Archiepiſcopi, ſui Ordinarii: † ratione cujus exemptionis collatio beneficiorum ejuſdem Eccleſiæ ſpectat ad ſummum Põtificem privativè: Gloſſ. & DD. *in Clement. unica, de ſuppl. neglig. prælat. & in Clement. unica, de rer. permut.* Rebuff. *in praxi, tit. de permut. n.* 20. *verſic. ſi verò Eccleſiæ permutãdæ*, Patiſ. *de reſig. lib.* 3. *q.* 11. *n.* 2. Cochier *de juriſdict. in exemptos, p.* 4. *q.* 25. & 27. & *in tract. de permut. benefic. p.* 2. *c.* 34. *n.* 1. Æneas de Falconib. *in tract. de reſervat. q.* 2. *principali, n.* 12. *verſic. Sexta de beneficiis.* † Quod intelligendum eſt de beneficiis exemptis, & ſoli Papæ ſubjectis, quia Papa dicitur iſtorum Ordinarius: *cap. authoritate, de privileg. in* 6. *cap. nulla, diſtinct.* 93. & *ibi* Gloſſa. Cochier. *d. c.* 34. *de permut.* † Si tamen ageretur de beneficiis ſitis intra Legationem, collatio poſſet fieri per Legatum etiam de beneficiis exemptis. Gloſ. *in verb. Sedis Apoſtolicæ, dicto c.* 4. *de privileg.* DD. *in cap. ſi Abbatem* 36. *de elect. in.* 6. ibi, *ei tamen ab alio.* Pariſ. *in dicto tract. de reſignat. lib.* 7. *q.* 11. *n.* 37. † Sicut unio beneficiorum exemptorum, & revocatio illius, ſpectat ad Solum Papam: Rebuff. *in praxi, tit. de union. revocat. n.* 22. & *ſuper cõcordatis Germaniæ, q.* 12. *n.* 8. quia Superior exemptorum eſt ſolus Papa, vel Legatus de latere. Supradicta tamen intelligenda ſunt quatenus D. Cardinalis non haberet indultum ſufficiens, aut illo uſus non fuiſſet.

Secundus defectus dictæ proviſionis conſiſtebat in defectu ætatis : quia per ſtatuta ejuſdem Eccleſiæ, ſeu Bullam erectionis illius in Collegiatam, conſtat Decanum habere juriſdictionem in foro interiori & exteriori, ita ut proviſus debuiſſet habere ætatem viginti quatuor annorum completorum tempore proviſionis; cùm tamen eſſet in vigeſimo ſecundo ſuæ ætatis anno conſtitutus: *cap. cum in cunctis* 7. §. *inferiora, de elect.* & *ibi* Barboſ. *n.* 30. Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 4. *n.* 65.

Ita ut non ſit opus recurrere ad alias quæſtiones, quæ in facto proponebantur, nempe utrum regulæ Cancellariæ locum habeant in dicta patria *de la Breſſe*; & utrùm in ipſa locus ſit reſervationibus Apoſtolicis; in qua tamen quæſtione, negotio diutius agitato, fuit aliàs declaratum provincias regno annexas eodem jure niti, quo antiquæ regni provinces; & ideo jus Regaliæ locum habere etiam in dicta provincia *de la Breſſe*, ut videre eſt apud Louet. & *ibi* Addent. *littera R. n.* 58. & apud Tournet. *in ſua collectione arreſtor. littera R. n.* 80. adeo ut prohibitum fuerit advocatis, ne contrarium de cætero conſulerent : quod utrum bene, vel male ſtatuerit non eſt judicare.

Similiter inutilis etiam erat hoc caſu alia quæſtio propoſita, utrùm Archiepiſcopus poſt factam ſemel collationem nullam, vel inutilem, poſſet procedere ad ſecundam validiorem ? In qua quæſtione Additio ad Louet. *littera P. n.* 35. *in fine*, verſic. *collateur ordinaire*, dicit quod ſi collator ordinarius contulerit beneficium perſonæ indignæ, conſumpſit jus ſuum conferendi pro illa vice, adeo ut non poſſit amplius conferre alicui digniori: *cap. cum in cunctis* 7. §. *final. de election. cap. inter dilectos* 11. *de exceß. prælat.* † quod eſt verum, quando ambæ collationes factæ fuerunt ab eodem Ordinario, & eodem jure; tunc enim prima collatio impedit ſecundam: Rebuff. *in tract. nominat. q.* 17. *n.* 21. *verſ. non obeſt.* Sed hoc procedit cum diſtinctione per nos ſuprà allata *ſuprà, p.* 1. *c.* 36. *n.* 19. ubi hæc quæſtio diffuſiùs explicata fuit. † Si enim agatur de collatione neceſſaria, qualis eſt ea qua fieri debet in favoré Graduatorum, & aliorum expectantium, admittitur variatio, & ſecunda collatio Epiſcopi. † Similiter ſi ageretur de diverſo genere vacationis, ſuperveniente permutatione, aut per mortem titularii, veluti ſi Ordinarius contuliſſet alicui, qui poſtea in jus vocatus fuiſſet ab alio proviſo de eodem beneficio, qui poſtea decederet lite pendente, poſſet Ordinarius iterum conferre alicui Tertio capaci, abſque eo quod

quod primus per eum provisus conqueri posset de hujusmodi variatione ; quia provisio facta dicitur ex novo vacationis genere,ut explicatur *loco citato*, Add.Louet. *num.*25 *circa finem*, advertendo quod loquimur de beneficiis Galliæ,quæ subjacent collationi Ordinarii,quamtumvis litigiosa.† Et quod in casibus,in quibus Episcopus potest variare,illud ei permissum non est , quando res non est integra, qualis esse desinit per provisionem Papæ : ut dicit Lotter.*de re beneficiar.lib.*2.*quæst.*21.*n.*73.ubi idem dicit statuendum,quando aut ex temporis lapsu,aut ex appellatione interposita potestas conferendi devoluta est ad Papam, aut aliàs ab Episcopo intercisa. Atque ex his provisus ab Archiepiscopo causam suam amplius prosequutus non est.

CAPVT CXXIX.

De translatione Episcopi, vel Abbatis ab una Ecclesia ad aliam,cuius authoritate fieri debeat ; & cujus ad id consensus requiratur,& quibus ex causis fieri debeat ; & utrùm in illa requiratur citatio Consulum loci. Quæ sint justæ causæ translationis ? Et quod solus Episcopus illam facere non possit,præsertim quando agitur de Ecclesia exempta.

1. *Translatio personæ Episcopi ab una ad aliam Ecclesiam , fieri non potest inconsulto Romano Pontifice.*
2. *Vna Ecclesia,aut Sedes non potest ad aliam transferri ex sola Ordinarii authoritate.*
3. *Vtrùm translatio Ecclesiæ Abbatialis fieri possit authoritate Ordinarii.*
4. *Solam Ordinarii authoritatem sufficere tenet Abbas , cujus opinio examinatur.*
5. *Plus est Ecclesiam transferre,quàm unire.*
6. *Per translationem jura & privilegia Ecclesiæ translatæ transferuntur in aliam Ecclesiam ; per unionem verò retinentur.*
7. *Mutatio status Ecclesiam sæcularem non potest convertere in regularẽ sine cõmissione Sedis Apostolicæ,reprobata opinione Monetæ in contrariũ.*
9. *Episcopus non habet potestatem transferendi Sedem Abbatialem in aliam civitatem.*
10. *Episcopus non potest transferre Ecclesiam exemtam , sed hoc spectat ad solum Summum Pontificem , non obstante quacumque contraria consuetudine.*
11. *Episcopus non potest revocare translationem Summi Pontificis authoritate factam.*
12. *Clausulæ irritantes reddunt nulla omnia gesta per inferiores in præjudicium illarum.*
13. *Quando agitur de Sede Abbatiali , tractatur de interesse Regis uti fundatoris.*
14. *Translatio Sedis Abbatialis exigit citationem Abbatis pro suo interesse.*
15. *Consules licèt non sint citandi in unione,aut translatione Ecclesiæ , tamen illorum rationes sunt considerandæ.*
16. *Quæ sint justa causæ translationis Ecclesiæ ? remissivè.*
17. *Jus conferendi devolvitur ad Papam propter negligentiam collatorum inferiorum.*
18. *Præbenda præceptori non confertur tanquam beneficium, sed uti quid temporale,ex ordinatione Regia.*

CVM olim monasterium Ordinis Sancti Benedicti diœcesis Nemausensis, immediatè subditum & dependens à Sancta Sede Apostolica fuisset reductum ad statum sæculatem , & translatum ad Ecclesiam cujusdam loci populosi in eadem diœcesi constituti,& Episcopus loci Ordinarius ad instantiam Capituli dictæ Ecclesiæ collegialis, & singulatium personarum illius , per suam sententiam declarasset,quod donec aliter per Christianissimum Regem provisum & ordinatum fuisset , interim ne servitium divinum intermitteretur , per modum provisionis tantùm permissum esse dicto Capitulo,& singularibus personis ejusdem,se transferre ad locum vicinum , & ibidem facere servitium divinum,eodem modo quo fiebat in primo illo loco, & sub certis oneribus & conditionibus in dicta sententia contentis. Consules & habitatores dicti primi loci dubitarunt in primis, utrùm Episcopus habuerit jurisdictionem ad procedendum ad prædictam translationem , & utrum processura desuper coram ipso facta esset valida ?

Præterea cum in dicta Ecclesia quædam beneficiaturæ fuissent subrogatæ in locum Canonicorum minorum : utrum vacantibus talibus beneficiaturis super quibus nulla fuit facta provisio,locus sit impetrationi illarum.

Denique fuit quæsitum , utrùm præbenda præceptorialis in eadem Ecclesia constituta , exigat in præceptore servitium personale,& dicto præceptore in sui muneris exercitio negligente, utrum destitui possit,& aliàs quomodo provideri debeat.

Quod attinet ad Ecclesiæ collegiatæ translationem in alium locum, seu oppidum;dixi eam nullo modo subsistere posse:supponendo quod duo sunt translationum genera. Vna est translatio personarum, de qua *in c.*1. *& toto titulo de transtat. Episcop.*quando Episcopus,aut alia persona , ab una ad aliã Ecclesiam transfertur:& hæc fieri non potest sine authoritate Sedis Apostolicæ , quia cùm agitur de causis graviotibus,cognitio ad solum Summum Pontificem spectat † Altera est translatio Ecclesiarum,quando una Ecclesia,aut Sedes ad aliam transfertur ; quæ etiam Summo Pontifici fuit reservata: ut patet *ex d.c.*1.*de translat.Episcop.*ibi,*sedium mutationes* † Difficultas est utrùm verba illa debeant intelligi de sola mutatione Sedis Episcopalis , non autem de inferioribus,quia Abb.*in d.c.*1.*n.*3.*versic. nota quod translationes* , verba illa solùm intelligit de Sede Episcopali,nõ autem de inferioribus † Verùm Abbas pro sua sententia allegat textum *in cap. sicut unire* 8. *de excess.prælator.& in cap. penult. de Eccles.ædificand.* in quibus tractatur de unione facienda per Episcopum, vel de mutatione status secularis in regularem:sed ab his ad translationem argumentum non procedit : † quia plus est Ecclesiam transferre, quàm unire : quia uniendo Ecclesiam , unita retinet sua privilegia , & statum ; sed quando est translata,non solùm perdit statum , sed etiã privilegia,ut dixit Rebuff.*in prax.titul. de trãslat.Episcop.n.*12.& ante eum Lap. *allegat.*68.*incip. Queris an liceat,* † quia jura & privilegia Ecclesiæ translatæ transferuntur ad aliam Ecclesiam , ad quam fit translatio , ut fuit decisum apud Seraphin.*decis.*1149.*num.*16.& sic textus in dicto *cap. sicut unire* , non probat intentionem Abbatis. Quæ etiam non probatur pex text. *in dicto cap.penult. de Eccles.ædificand.*in quo casus est omninò diversus,

cùm ibi agatur de erectione ſæcularis in regularem, quod tamen etiam regulariter Epiſcopis prohibitum eſt: † quia mutari ſtatus Eccleſiæ dici-
7 tur quando contra Eccleſiæ,aut beneficii fundationē Eccleſia regularis in ſæcularem, vel ſæcularis in regularem mutatur,ut notat Monet.*in tract.at.de cōmut. ultimar.volunt.cap.*11.*num.*60. *&* 62.ubi allegat Gloſſam *in cap.inter quatuor, de religioſ. domib.* quæ tamen dicit contrarium, nempe quod licèt Eccleſia ſæcularis in regularem tranſire poſſit, non tamen regularis in ſæcularem: quod & notavit in *d.cap.penult.de eccleſ.ædificand.*† Ideo ſolùm rema-
8 net reſponſio, quod in caſu *dicti cap.penult.* Epiſcopus non poterat mutationem illam facere propria authoritate,& ideo opus fuit commiſſione ſpeciali ſummi Pontificis:ut patet ex verbis *d.cap.penult.*ibi, *authoritate Apoſtolica indulgemus*: & hanc reſponſionem affert Rebuff.*in d.tit.de tranſlationibus Epiſcoporum,num.* 11.dicens,*quod ſi Papa indulget Epiſcopo, ergo Epiſcopus ſine Papæ indulto hoc facere non poterat.* Igitur in caſu noſtro verius eſt, Epiſcopum non potuiſſe inconſulto Summo Pontifice facere tranſlationem Eccleſiæ in alium locum,cùm in ipſa reſideret Sedes Abbatialis, quæ per Bullam dictæ erectionis & ſæculariſationis fuerat reſervata cum omnibus ejus prærogativis, & præeminentiis, in
9 favorem primæ Dignitatis dictæ Eccleſiæ: † Adeo ut Epiſcopus non habuerit juriſdictionem in tranſferendo Sedem Abbatialem in alium locum; cùm hæc ſit de cauſis majoribus, & Sedi Apoſtolicæ reſervata per text.*in d.cap.*1.*in verbo,Sedium mutationes, de tranſlat. Epiſcop.*quem etiam in Sede Abbatiali locum habere aſſerit Lotter. *de re benefic. lib.* 1.*q.*12.*num.*38.

10 Quod ex eo multò magis procedit, quia per dictam bullam Apoſtolicam Abbas,ſeu prima Dignitas habent jura Abbatis, necnon Capitulum & Eccleſia prædicta eximuntur ab omni, & quacumque juriſdictione, & ſuperioritate quorumcunque Archiepiſcoporum, & aliorum Ordinariorum: unde nullus alius poteſt ordinare dictam tranſlationem ex defectu juriſdictionis,excepto ſolo Summo Pōtifice, ut advertit Hoſtienſ.*in ſumma,tit.de tranſlat. Epiſcopor.colum.*2.*num.*4.*verſic excipe exemptos omnes*: & nullus præter Summum Pontificem, Abbatem exemptum ex Abbatia aliò transferre poteſt: Petr. Gregorius *in tit.de reſcriptis,cap.*3.*num.*12. & conſuetudines omnes contrariæ ſunt nullæ & invalidæ,Gloſſa *in cap.cùm venerabilis,* 7.*in verbo migraſſe,de conſuetudine,* per text.*in c. ult.de renuntiat.*

11 Accedit præmiſſis, quod cùm jam ſemel dicta Eccleſia authoritate Summi Pontificis fuiſſet tranſlata ad locum illum, in quo reperiebatur tempore prolationis ſententiæ Epiſcopalis, non poterat Epiſcopus per ſuam ſententiam ordinare tranſlationem illius Eccleſiæ, quæ jam antea ad locum illum tranſlata fuerat authoritate Summi Pontificis, quia inferior non poteſt revocare ea quæ Superioris authoritate ſtabilita ſunt: *cap. inferior,* 21. *diſtinct. Clement.ne Romani,de elect.l.finali,Cod.de legib.c.*1.
12 *&* 2. *de confirmat. utili vel inutili,* Moneta *de commutat. ultimar.volunt.cap.*5.*num.*202. † præſertim ſtantibus clauſulis irritantibus appoſitis in dicta Bulla erectionis, & tranſlationis Apoſtolicæ,olim facta per ſummos Pontifices tunc exiſtentes: quæ clauſulæ eam vim habent, ut omnia per inferiores geſta in præjudicium dictarum Bullarum, ſint ipſo jure nulla:ex notatis per Rebuffum *in Concordatis, in tit.de firma & irrevocabil.concordat.ſtabilit. verſic. ultimò notanda eſt.*

Neque poterat aliqua tranſlatio fieri per modum 13
proviſionis, donec aliter per Regem fuiſſet ordinatum,quinimò debebat in primis & ante omnia conſenſus regius obtineri,cùm ageretur de Sede Abbatiali,cujus nominatio ad Regem pertinet,& ideo de ejus intereſſe agitur tanquam fundatoris: ut notat Rebuff. *dicto tit. de tranſlat. Epiſcopor.num.*13.† Re- 14
quirebatur etiam conſenſus ipſius Abbatis tanquam habentis præcipuum intereſſe: † & licèt ci- 15
ves & habitatores loci non eſſent requirendi, aut citandi,dum facta fuit tranſlatio; tamen illorum rationes erant audiendæ, & conſiderandæ tanquam habentium intereſſe in augmento cultus divini, & pro eorum conſolatione ſpirituali,quo caſu debent audiri in ſuis rationibus ad impediendam tranſlationem in eorum præjudicium; ſicut eſſent etiam audiendi ad impediendam unionem dictæ Eccleſiæ, quæ etiam eſt parochialis, ut teſtatur Garc.*de benefic.p.*12.*c.*2.*n.*203.Bouchel. *in ſua ſum. benefic. in verbo* Tranſlation,*in fine,*in illis verbis,*appellez ceux qui y ont intereſt,* ubi allegat *Concil. Trident.ſeſſ.*21.*c.*7. & loquitur in caſu ſimili, nempe 16
dum agitur de tranſlatione Eccleſiæ dirutæ.† Præfertim verò,quia tantùm abeſt ut adſit juſta cauſa tranſlationis, quin potiùs illa cederet in ruinam Catholicæ Religionis, & ſatisfactionem hæreticorum in dicto loco,in quo Eccleſia ante ſententiam Epiſcopi reperiebatur,exiſtentium,nullaque aderat juſta cauſa dictæ tranſlationis,ex iis quas enumerat Rebuff.*loco cit.à n.*3.*uſque ad* 10.Et propterea concluſum fuit, dictam tranſlationem, uti nulliter,& ſine juriſdictione factam, nullo modo poſſe ſubſiſtere.

Ad ſecundam quæſtionem reſponſum fuit*paucis,* 17
quod nulla exiſtente legitima cauſa ſuppreſſionis dictorum beneficiorum,poterunt impetrari in Curia Romana tanquam ad Sedem Apoſtolicam devoluta,propter magnam negligentiam collatorum ordinariorum,& lapſum tot annorum,quibus duratibus beneficia hujuſmodi fuerunt vacantia,& collatores ordinarii illa conferre neglexerunt, & collatio fuit ad Sedem Apoſtolicam devoluta: *cap.*1.*de præbend.cap. litteras, de ſuppl.negligent. Prælat.* nihil tamen ſtatus beneficiorum ex perpetuo mutatus fuiſſet in amovibilem, ex legitimis titulis.

Ad ultimam quæſtionem reſponſum etiam fuit, breviter ex ordinatione Aurelianenſi *in* 9. *articulo,* præbendam præceptorialem non poſſe obtineri tanquam beneficium; immò præceptorem, qui in eo munere negligens eſt, deſtitui poſſe ab Epiſcopo, vocatis Conſulibus, & Capitulo Eccleſiæ illius loci; cùm hujuſmodi præbendæ non ſint beneficia *cap.quia nonnullis* 4.*de magiſtr.* Bleynian.*de benefic. tit.de locis collegialib.n.*9. Qua de re nos copiose egimus *ſuprà,c.*17.*per totum,p.*1. & alibi ſuſiùs explicabimus.

CAPUT CXXX.

De poſſeſſione beneficii vivo reſignāte capienda,& quod attendatur data appulſus curſoris ad Vrbem in beneficiis Galliæ. De differentia patroni Eccleſiaſtici, & laici circa præſentationē indigni ad beneficium, & privatione juris ex tali præſentatione. Quid operetur clauſula, & *aliàs quovis modo,*inreſcriptis appoſita, &

& de clausula, *ex alterius cujuscumque persona.*

SVMMARIVM.

1. *Intra quod tempus ex regis ordinationibus possessio beneficii resignati capienda sit.*
2. *In beneficiis Galliæ attenditur data illius temporis quo cursor appulit Romam : & sub eo tempore expediuntur datæ.*
3. *Beneficium non vacat per resignationem, sed per obitum, si resignatarius non fuerit adeptus possessionem vivente illo, qui resignavit in favorem alterius.*
4. *Patronus Ecclesiasticus privatur pro illa vice jure præsentandi, si indignum præsentaverit, vel minus idoneum.*
5. *Patroni laici possunt cumulativè præsentare, si minus idoneum præsentaverint, dummodo defectus non sit super idoneitate requisita in fundatione.*
6. *Limitatur ut non procedat, si præsentatio indigni indignitate criminosa fuerit scienter facta.*
7. *Idem dicendum, si laicus fuerit præsentatus ad beneficium scienter.*
8. *Præsentatio facta de Clerico qui habet aliquem defectum est valida, si facta fuerit sub conditione obtinendæ dispensationis.*
9. *Si plures fuerint patroni, illi qui non consenserunt præsentationi indigni, non privantur jure præsentandi pro illa vice.*
10. *Impetratio beneficii est valida, quamvis alius quam verus vacationis modus fuerit expressus, propter clausulas quæ solent apponi in supplicationibus.*
11. *Beneficium resignantis in favorem, vacat per obitum resignantis, si resignatarius non fuerit adeptus possessionem vivente resignante.*
12. *Regula Cancellariæ 46. non observatur in Gallia.*
13. *De jure communi sufficit narrare in genere quod beneficium vacet.*
14. *Quomodo differant inter se vacatio de jure, & vacatio de facto.*
15. *Nullo vacationis modo expresso, omnis vacandi modus continetur.*
16. *Fallit in impetratione gratiæ* Si neutri, *in qua certus vacationis modus exprimendus est.*
17. *Clausula* quovis modo, *respicit beneficium, & non personam: ideo adjicienda est clausula,* & ex alterius cujuscumque persona.
18. *Clausula* quovis modo, *comprehendit etiam vacationem per obitum.*

VAriæ & diversæ impetrationes cujusdam beneficii siti in diœcesi Vivarienſi factæ fuerunt, ex quibus magna lis, & involutio oriebatur; siquidem *in primis* quæstio erat de impetratione facta in curia Romana ab eo, qui intra legitima tempora possessionem adeptus non fuerat. *Secundò*, agebatur de alio qui post obitum resignantis à patrono Ecclesiastico fuerat præsentatus : *Tertiò*, comparebat quidam alius, qui post obitum resignatarii illud idem beneficium impetraverat certo modo, tam ob defectum adeptæ possessionis, quàm ob nullitatem præsentationis factæ per patronum Ecclesiasticum; qui quidē certomodarius jus suum confirmare prætendebat, mediante quadam concordia inita cum eo, qui jus habebat à resignante, quæ concordia fuerat à Summo Pontifice confirmata sub reservatione pensionis 80. librarum in favorem dicti impetrantis certo modo.

Verùm, quia dictus resignatarius vita functu fuerat intra tres menses à die concordati, nondum capta possessione in vim hujus novi juris; successit quarta difficultas, videlicet ex eo quod supervenerat quartus impetrans ad præsentationem dicti patroni Ecclesiastici, prætendens beneficium vacare per obitum dicti resignatarii.

Videndum igitur est primò, utrum dictus resignatarius esset fundatus, non capta possessione, nisi post septimum mensem à die datæ, & post obitum resignatarii.

Secundò, utrùm respiciendum sit tempus datæ supplicationis, an verò tempus quo expeditionarius recipit epistolas, instructiones, & scripturas necessarias pro expeditione.

Tertiò, utrùm mors resignatarii superveniens ante adeptam possessionem, eidem resignatario nocere possit.

Quartò, utrùm patronus Ecclesiasticus ceciderit è jure suo, saltem pro illa vice, ob factam præsentationem personæ incapacis.

Quintò, utrùm impetratio illa *certo modo*, subsistere possit sub ea forma, sub qua facta reperitur.

Sextò, utrùm impetratio posterior facta per obitum resignantis, possit nocere dicto impetranti *certo modo.*

Septimò, utrùm mors resignatarii superveniens post trimestre à die dicti concordati, præjudicare possit dicto impetranti *certo modo.*

Octavò, utrùm reservatio pensionis facta in favorem dicti certomodarii, subsistere possit, aut utrùm ipse possit remanere in sua possessione, aut illam recuperare, attento quod dictus transigens, & respectivè resignatarius, nunquam accepit possessionem dicti beneficii.

Pro clariori explicatione dictarum difficultatum, 1
singula capita separatim exponenda sunt : Et primò quidem advertendum est, quod ex edictis Regiis, & nominatim ex ordinatione facta *anno* 1639. constitutum fuerat, quod si possessio beneficii non fuisset capta infra sex menses, & registrata intra duos dies integros ante obitum resignantis, beneficium vacabat per obitum ipsius resignantis; & sic perinde erat ac si resignatio facta non fuisset : quod tamen deinde correctum fuit per declarationem *anni* 1647. *art.* 14. per quam fuit ordinatum, quod quilibet resignatarius teneretur capere possessionem beneficii resignati intra triennium, vivente dicto resignante; alioquin lapso dicto tempore, resignationes omnes, etiam admissæ in Curia Romana, nullæ & invalidæ declarantur.

Vnde sequitur, quod cùm resignatarius iste, vivente resignante nunquam possessionem adeptus fuerit, illius resignatio nulla & invalida remanet, dictúsque resignatarius omni & quocunque jure sibi competenti destitutus est; cùm beneficium non amplius vacet per resignationem, sed dumtaxat per obitum resignantis : & sic expedita est prima difficultas.

Secundæ verò quæstionis resolutio non erit dif- 2
ficilis, inspecta observatione inviolabili omnium Curiarum Galliæ, in quibus non inspicitur data supplicationis, sed potiùs tempus, dies, & hora, quibus cursor missus ad Vrbem appulit : quod speciale esse Galliæ privilegium testatur Additio ad Louet. *littera M. num.* 10. *colum.* 4. *versic.* car les François ont ce privilege : *& littera B. n.* 13. Et in effectu statim ubi cursores appulerunt Romam, sollicita-

totes Galli deferunt ad Datarium Vrbis rotulum, ſeu liſtam ſuarum expeditionum, quas Datarius regiſtrare ſolet ſub illa eadem die, dummodò deferantur ante horam mediæ noctis: quod tamen non eadem ratione obſervatur in beneficiis aliarum Nationum, in quibus data non deſcribitur, niſi poſtquam expeditio viſa fuerit per Officiarios, & remiſſa in manibus Datarii, ut teſtatur Pithæus *in lib. de privil. Eccleſ. Gallican. c. 21. tit. de probationibus.*

3 Tertiæ difficultatis reſolutio dependet ex traditis in primo capite, videlicet quod cùm poſſeſſio capta non fuerit vivente reſignante, beneficium vacat per obitum reſignantis, atque ita reſignatio remanet ſine effectu; cùm incompatibile ſit, ut idem beneficium eodem tempore ſit vacans per reſignationem, & per obitum.

4 Ad quartam quæſtionem reſpondetur, eum qui ſcienter præſentavit indignum, privari jure ſuo: quia patroni Eccleſiaſtici dicuntur eligere, & ideo ſicut eligentes, ita & ipſe patronus Eccleſiaſticus, ſi inhabilem, vel non idoneum præſentaverit, privatur jure præſentandi pro illa vice: per text. *in cap. cum in cunctis 7. §. final. de elect.* probatur etiam per textum & Gloſſ. *in cap. cum vos 4. de offic. ordinar.*

5 & *ibi* DD. † Patroni verò laïci, vel Clerici ratione proprii patrimonii ſi minus idoneum præſentent, poſſunt alium idoneum cumulativè præſentare, dummodò defectus nõ ſit ſuper idoneitate requiſita in fundatione, quia patronus laïcus illam non ſervando videtur delinquere & abuti jure fundatoris, ut fuſiùs explicat Vivian. *de jure patronat.*

6 *lib. 6. cap. 7. num. 67. & ſeqq.* † Niſi tamen tales patroni laïci ſcienter præſentaverint indignum indignitate criminoſa, tunc enim privantur pro illa vice: ut per Vivian. *ibid. n. 71.*

7 Veluti ſi ſcienter fuerit præſentatus laïcus, qui

8 dicitur indignus: *cap. cum adeo, de reſcriptis.* † Valet tamen præſentatio facta de Clerico, qui habet aliquem defectum, ſi fiat ſub conditione obtinendæ diſpenſationis à Papa, ut deciſum eſt apud Seraphinum *deciſ. 1173. num. 1. & 2.* † Quod ſi plures fuerunt patroni, & aliqui non conſentiant præſentationi factæ de indigno, tales non conſentientes

9 non privantur jure præſentandi pro illa vice: ut teſtatur Vivianus *dicto lib. 6. cap. 7. num. 75. verſic. Adde prædictis.*

10 Reſolutio quintæ quæſtionis dependebat ex lectura proviſionum: nihilominus tamen, generaliter loquendo, videtur dicendum, impetrationem certo modo, validam eſſe adverſus reſignatarium, qui nullum jus habebat, ſtante maximè nullitate allegata præſentationis factæ per patronum Eccleſiaſticum. Quia cùm ſoleant in impetrationibus apponi clauſulæ, *ſive per obitum dicti reſignantis, ſive alio quovis modo vacet*; ideo impetratio erit valida, quamvis modus alius vacandi fuiſſet expreſſus, ut per Rebuff. *in forma ſignaturæ, in verbo, ſive præmiſſo.*

11 Et per eamdem rationem reſolvenda eſt ſexta quæſtio: quia ſufficit quod in ſupplicatione obtenta per certomodarium, modus vocationis per obitum fuerit expreſſus ſaltem tacitè, in vim clauſularum in ſupplicatione appoſitarum, quæ reddunt dictum impetrantem certo modo fundatum adverſus impetrantem per obitum poſteriorem in data; quibus clauſulis deficientibus, impetrans poſterior eſſet præferendus, uti impetrans per verum vacationis modum; cùm, ut dictum eſt, beneficium non alio modo vacaret, quàm per obitum reſignantis: præſertim ſi reſignatio (prout in Cutia Romana fieri ſolet) facta fuerit cum clauſula *in favorem, & non alias*: quia propter dictam clauſulam jus remanet apud reſignantem, donec reſignatarius acceperit poſſeſſionem; quam ſi non fuerit adeptus, & ante illius adeptionem mortuus fuerit, & poſtea reſignans moriatur poſt obitum reſignatarii, beneficium vacat per obitum ipſius reſignantis, & per conſequens vacatio per obitum eſt verus vacationis modus: Rebuff. *in praxi, tit. de reſignat. condit. num. 18.* Dixi *in primo tomo quæſt. benefic. part. 2. cap. 4. §. 7. num. 3. verſic. & quod reſignatarius*, ubi plures retuli.

Ad ſeptimam & ultimam quæſtionem reſpondetur, quod impetrans certo modo non poteſt fundare jus ſuum ſuper ceſſione ſibi facta per dictum reſignatarium, cui cùm nullum jus competeret, non poterat, ex vulgata juris regula, dare quod non habebat: ſed debet præcipuè niti proprio jure, propter impetrationem ab ipſo factam, & clauſulas in ea contentas comprehendentes vacationem per obitum reſignantis. † Licèt enim ex *regula Cancellariæ* 12
46. non valeat impetratio beneficii facta per modum in Cancellaria exprimendum, ſed debeat impetratio fieri cum expreſſione certi modi vacationis, ad evitandam incertitudinem: † Tamen ex diſpoſitione juris communis, quod obſervatur in Gallia, ſufficit ut exprimatur in genere beneficium vacare, abſque expreſſione alicujus certi modi vacationis: ut notat Lapus *allegat. 6. num. 5*, Lotter. *de re benefi-* 13
ciaria, lib. 3. quæſt. 8. n. 19. † ubi oſtendit differen- 14
tiam inter vacationem de jure, & de facto: Menoc. *de arbitrar. caſ. 201. n. 100.* † ubi oſtendit, nullo 15
vacationis modo expreſſo, omnem vacandi modum contineri: quod tamen limitat *num. 101.* † ut lo- 16
cum non habeat, quando impetratur reſcriptum gratiæ *Si neutri*; tunc enim vacationis modus exprimendus eſt, ut bene explicat Selva *in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 12. num. 21. verſic. 15 qualitas*, ubi hoc fuſe explicatur. Et ſupradicta maximè procedunt, ſi in ſupplicatione appoſita fuerit clauſula generalis, *& alias quocumque modo vacet*: nam eo caſu impetratio erit valida, ſi exprimatur certus modus vacationis, quia tunc vigore illius clauſulæ generalis comprehenditur omnis modus vacationis, ut dicit antiquus Gloſſator *ad dictam regulam 46.* † Sed quia dubitari poteſt utrum illa clauſula ſit ſufficiens ad validandam impetrationem, quando beneficium vacat ex perſona alterius, quàm illius, de quo dictum eſt; quia illa clauſula generalis, *quovis modo*, reſpicit beneficium, & non perſonam; ideo ſolet apponi alia clauſula, *aut alterius cujuſcumque perſonæ*, quæ reddit validam gratiam, quamvis beneficium vacaret ex perſona alterius, quàm illius de quo narratum eſt: ut bene oſtendit Selva *dicto lib. 3. quæſt. 12. num. 21. verſ. Decimaquinta qualitas, limit. 5.*

Et quod dicta clauſula *quovis modo vacet*, ſit valida, & comprehendat omne genus vacationis, etiam per obitum, docet Rebuff. *conſ. 73. & ſuper Concordatis, in tit. forma mandati Apoſtol. in verbo, Immo datus, verſic. Intellige prædicta.* Præferetur igitur is, qui impetravit certo modo, cæteris omnibus poſterioribus impetrantibus beneficium uti vacans per obitum, quia impetratio facta certo modo, quæ eſt anterior, comprehendit etiam modum vacationis per obitum, ex ſupradictis, & ex notatis per Garc. *de benefic. part. 11. cap. 1. num. 4.* Præferetur etiam proviſo ad præſentationem patroni, qui cùm ſit Eccleſiaſticus, functus eſt officio ſuo, & excluſus ab ulteriori præſentatione, per præſentationem factam de

persona incapaci, ut suprà ostensum fuit, & per consequens valida etiam erit reservatio pensionis in ejus favorem facta, & à Summo Pontifice confirmata, poteritque vigore provisionum, de quibus facta fuit mentio, capi possessio, vel si capta jam fuerit, confirmari.

CAPVT CXXXI.

De constitutione cujusdam Ordinis Religiosi, quod uno, aut duobus Definitoribus absentibus, Procurator generalis, & eo absente alii Definitores subrogentur. Quid si Procurator generalis non fuerit absens, sed mortuus, utrùm casus mortis, & absentiæ æquiparentur. Generales Ordinum an possint leges in Ordine condere, aut constitutiones dubias declarare. De electione facta ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi. Quod occultè censuris irretitus, sit eligibilis.

SVMMARIVM.

1. *Constitutio loquens de casu absentiæ alicujus electoris, habet etiam locum in casu mortis illius.*
2. *Observantia declarat constitutionem dubiam, absque eo quod sit opus recurrere ad præscriptionem.*
3. *Generales Ordinum possunt condere generales in Ordine, & multò magis constitutiones dubias declarare.*
4. *Electio facta per eum, qui est in possessione eligendi, est valida; quamvis in illo jure fundatus non esset.*
5. *Fructus spectant ad bonæ fidei possessorem, quamvis verè dominus non sit.*
6. *Præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi, instituendus est; licèt præsentans non esset fundatus in illo jure.*
7. *Qui incurrit excommunicationem occultam, est eligibilis, quamvis postea impedimentum excommunicationis detegatur.*
8. *Gesta per Superiorem sunt valida, quamvis delictum ejus sit occultum, vel revocatio illius nondum in notitiam deducta.*
9. *Episcopus occultè excommunicatus, si conferat beneficium, collatio est valida.*
10. *Si appellatum fuerit ab electione, talis appellatio tanquam extrajudicialis non impedit quin electus capiat possessionem.*

IN celebertimo quodam Religiosorum Ordine constitutum est, quòd in Definitorio generali bis in anno celebrando (quod ordinarium vocant) si unus vel duo Definitores absint, tali casu Procurator generalis, vel eo absente alius, seu alii, si plures fuerint Definitores, illorum loco substituantur.

Mortuo uno ex quinque Definitoribus antequam advenisset tempus Definitorii, seu Capituli generalis provinciæ, quod quolibet triennio celebrari solet, alii quatuor Definitores superstites convenerunt; & ad alterius Definitoris deputationem processerunt, & Reverendum Patrem Priorem conventus Sanctæ Anastasiæ in Definitorem elegerunt: Patres Definitores congregati elegerunt in Priorem Sanctæ Anastasiæ in locum novi Definitoris Reverendum Patrem Iulianum, Priorem Sancti Ioannis, & in hujus locum R. Patrem Bernardum, stante renuntiatione dicti Patris Iuliani.

Super quibus dubitatum fuit, utrùm Capitulum provinciale fuerit postèà legitimè congregatum, interveniente Procuratore generali tanquam Definitore; cùm tamen allegentur quædam constitutiones Ordinis volentes ipsum non posse exercere officium Definitoris, nisi ad hoc per secreta suffragia fuerit à reliquis Definitoribus electus.

Secundò dubitatum fuit, utrùm electiones, & conclusiones, omniáque gesta in capitulo provinciali, sint nulla; etiam posito quod dictus R. Pater Procurator generalis non debuerit officium Definitoris exercere.

Tertiò, utrùm electio R. Patris Isidori in socium conventus Sancti Sebastiani sit valida, supposito quod fuerit irretitus aliqua censura non probata, quæ tamen postea probari possit.

Quartò, utrùm electiones, & processuræ factæ post appellationem quorundam ex Patribus, qui recesserunt à Capitulo, declarantes se nolle illi assistere, sint nullæ, & attentatoriæ.

Ad quas difficultates singulariter respondendo, secundùm ea quæ proponuntur super interpretatione dictarum constitutionum, concludendum est, nullam fieri debere differentiam inter casum mortis, & absentiæ; ita ut constitutio quæ mandat ut Procurator generalis interveniat sine alia electione in locum Definitoris absentis, effectum quoque sortiri debeat in casum mortis; quia non est novum in jure, quod † Statutum loquens de casu absentiæ, 1
locum etiam habeat in casu mortis; mortui enim sunt absentes, quia nullibi sunt, ut dicit Archidiaconus *in cap. si delegatus, n. 1. de offic. delegat. in 6.* & absentia ob mortem, est absentia perpetua: ut notat Geminian. *in d. cap. si delegatus, n. 2.* ubi loquitur in terminis statuti loquentis de absentia: & faciunt tradita per Menoch. *cons. 52. n. 76.* ubi loquitur de eo, qui deputatus est absente Episcopo, quod ejus subrogatio habeat locum eo mortuo.

Cùm igitur per constitutionem prædictam Procurator generalis omnino in casu absentiæ intervenire debeat in Definitorio, etiam nullis adhibitis suffragiis, quæ per constitutionem non requiruntur; sequitur congregationem Capituli provincialis ex hoc capite non posse de nullitate argui: cùm facta fuerit servata forma dictæ constitutionis.

Sed posito quod aliqua alia adesset constitutio, quæ hanc veritatem dubiam & obscuram redderet, plures aliæ concurrunt circumstantiæ pro validitate congregationis capitularis.

Primò observantia constitutionis interpretativa, 2
cùm supponatur bis, & ter sic fuisse practicatum, ut Procurator generalis in locum demortui Definitoris intervenerit: quæ quidem observantia est vera interpres cujuslibet constitutionis: *cap. cùm dilectus 8. de consuetudine*, Cravet. *cons. 101. n. 4.* adeo ut non sit opus præscriptione; sed sufficiat ita fuisse observatum per duos, vel tres actus: Decius *in cap. Cùm M. Ferrarien. colum. 2. versic. ex supradictis, de constit.* Menoch. *cons. 21. num. 16.* & in qualibet re dubia semper ad consuetudinem recurrendum est, *cap. 1.* cum Glossa *in verbo Episcopus, 60 distinct.* Abb. *in cap. cùm in cunctis, §. inferiora, n. 11. in fine, de elect.* Mantic. *decis. 129. n. 3.*

Secundò est declaratio R. Patris Generalis, qui 3

re maturè conſiderata, interventionem dicti Procuratoris generalis validam & legitimam declaravit: quod Generalis facere poteſt, cui licitum eſt in illo Ordine etiam leges generales promulgare, ut teſtatur Lezan. *in ſum. qnæſt. Regular. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. multóque magis leges & conſtitutiones Ordinis & Capitulorum generalium, necnon dubia circa ipſas interpretari, & declarare; cùm etiam de jure communi hoc ſpectet ad Generales quorumcunque Ordinum; imò hoc neceſſarium eſt pro bono illorum regimine, ut teſtatur Portel. *in dub. Regular. in verbo Generalis Ordinis, num.* 6. & poſt ipſum Lezan. *dicto cap.* 13. *num.* 14. *lib.* 2.

4 Ad ſecundam quæſtionem reſponderur, quod cùm Procurator generalis, ejuſque in officio anteceſſores ſint in illa quaſi poſſeſſione interveniendi in Definitorio & in electionibus, omnes electiones, & alii actus per ipſos facti ſunt validi & legitimi, quia quando quis eſt in quaſi poſſeſſione eligendi, electio per eum facta eſt valida, quamvis talis eligens non eſſet fundatus in petitorio, ſeu in jure eligendi: textus eſt expreſſus *in cap. querelam* 24. *de elect.* cui concordat textus *in cap. conſtitutionibus* 19. *de jure*
5 *patronatus.* † Quia cùm electio ſit fructus juris eligendi, quemadmodum ad bonæ fidei poſſeſſorem fructus rei temporalis pertinet, quamvis re vera dominus non ſit, ut notatur in *cap. in litteris* 5. *de reſtitut. ſpoliat.* Selva *in tract. de benefic. part.* 2. *q.* 7. *n.* 1. & eſt textus *in l. bonæ fidei, ff. de acquir. rer. domin.* ita iſti quaſi fructus debent pertinere ad eos, qui ſunt in poſſeſſione eligendi, aut ſimiles actus faciendi, ut notant omnes DD. *in d. cap. querelam*, & nominatim Abb. *n.* 4. Quibus non abſimile eſt
6 quod dicitur † de eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi: quia præſentatio ab eo facta ſuſtinetur, quamvis poſteà probaretur nullum jus illi competere? Abb. *in d. cap. conſultationibus, n.* 2. *de jure patronatus*, Mantic. *deciſ.* 360. *n.* 6. Cavaler. *deciſ.* 607. *n.* 6. Rot. *deciſ.* 174. *n.* 2. & 362. *n.* 2. *part.* 5. *recent.* Addent. ad Burat. *deciſ.* 776. *n.* 12. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 34. *n.* 26.

7 Ad tertiam difficultatem reſponderur, irretitum cenſura, vel excommunicatione occulta, eſſe elegibilem, & illius electionem tenere, & eſſe validam, quamvis poſtea impedimentum excommunicationis, aut aliud ſimile fuerit detectum & verificatum. Hæc eſt communis Doctorum reſolutio *in cap. cùm Eccleſia Sutrina* 3. *de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, & in cap. ad probandum* 24. & *ibi* maximè Felin. *num.* 1. & 3. *de re judic.* qui hoc præcipuè locum habere aſſerit, quando agitur de publica utilitate, vel officio publico: per text. *in l. Barbarius Philippus, ff. de offic. Prætoris*, cùm odioſum & durum eſſet in hoc præclaro Ordine, res omnes geſtas, & executioni demandatas, & ab omnibus ferè approbatas, non ſine publicæ quietis perturbatione revocari: faciunt tradita per Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſput.* 22.
8 *num.* 56. & *ſequentibus*: † ubi diſputat an valeant geſta, & abſolutio ſacramentalis per habentem titulum, quando per delictum occultum illum amiſit, vel occultè revocatus eſt à Superiore? Et concludit geſta per illum eſſe valida, quia retinet poſſeſſionem, qua privari non poteſt niſi cum cauſæ cognitione: quod ampliat *n.* 58. ut locum habeat, etiam ſi privatio & inhibitio hominis eſſet occulta: quia tunc valent geſta ex communi errore, & ſic fuiſſe deciſum per Rot. *deciſ.* 176. *n.* 2. *poſt ſecundum vol. conſil.* Fatinac. ubi concluditur, quod geſta ab occulto excommunicato ratione publici officii ſuſti-
9 nentur: & *deciſ.* 534. *n.* 3. *part.* 1. *recent.* † ubi dicitur quod geſta per Epiſcopum ſunt valida, & collatio beneficii per eum facta, ſuſtinetur ratione publici officii: quamvis eſſet excommunicatus, quando excommunicatio eſt occulta.

Ad ultimam quæſtionem reſponſum fuit, appellationem ab actu electionis interpoſitam non impedire quin procedatur ad ulteriora, & quin electi accipiant poſſeſſionem illius officii, muneris, vel beneficii, ad quod electi ſunt; quia cùm ad electionem non procedatur in forma judicii, hujuſmodi appellationes dicuntur extrajudiciales, prout & ſic nominatæ fuerunt ab appellantibus, quæ propterea non habent effectum ſuſpenſivum, nec impediunt quominus electi poſſeſſionem aſſequantur: Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 3. *num.* 4. & *limit.* 40. *n.* 6. & 7. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 9. §. 1. *in annotat. n.* 27. ubi ſæpiùs in Rota deciſum fuiſſe teſtatur Mateſcot. *lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 64. *n.* 29. & dixi *in tractat. de prævent. judic. p.* 1. *c.* 32. *n.* 18. Et ita fuit obſervatum.

CAPVT CXXXII.

De privilegiis Equitum Hieroſolymitanorum, ratione exemptionis à ſolutione collectarum, & aliarum impoſitionum, necnon etiam Decimarum, tam quoad ipſos, quàm quoad illorum colonos: Et utrùm illis renuntiare cenſeantur per ſolutiones factas per aliquot annos? Et utrum ille qui habuit jura principatus in aliquo loco, poſt factam ceſſionem illorum jurium retineat priſtinâ exemptionem, in memoriâ antiquæ Dignitatis.

SVMMARIVM.

1. *Impoſitio collectarum eſt actus juriſdictionis.*
2. *Subditi non poſſunt imponere collectas in præjudicium principis, immò Princeps in caſu neceſſitatis poteſt collectare ſubditos ſuos.*
3. *Immunitas bonorum Principis eſt realis.*
4. *Immunitas bonorum Principis reviviſcit, ſi bona per eum alienata poſtea ad ipſum redeant.*
5. *Habentes juriſdictionem altam & baſſam in aliquo territorio, ſunt immunes à collectis.*
6. *Domini juriſdictionales ſuccedunt in juribus Principis, ideo non tenentur ad expenſas extraordinarias Communitatis.*
7. *Bona dependentia ex feudo ſunt immunia à collectis.*
8. *Privilegium eſt reale quando non conceditur in tuitu perſonæ, ſed præcipuè intuitu rei.*
9. *Quando officium, vel Dignitas expirat cum beneplacito Principis, privilegia Dignitatis, vel Officii retinentur & durant.*
10. *Equites Hieroſolymitani ſunt verè religioſi, & gaudent immunitate Eccleſiaſtica.*
11. *Exemptio Eccleſiaſticorum fundata eſt in Scripturis ſacris, & conſtitutionibus civilibus, & canonicis.*
12. *Equites Hieroſolymitani plurima habent privilegia exemptionis, à Summis Pontificibus, Regibus, & Principibus conceſſa, & renovatum à Principibus Auraicenſibus.*

13. Equites

15. *Equites prædicti ſunt exempti à ſolutione Decimarum, & tales per plurima arreſta Curiarum declarati:* & num. 15.
14. *Equites prædicti ſunt exempti à Decimis, etiam quoad perſonam colonorum, & firmariorum.*
16. *Solutiones factæ in vim decretorum provſionalium non præjudicant ſolventi.*
17. *Exemptio conceſſa propter merita, cenſetur facta titulo oneroſo, & ideo non ſit præjudicium illi qui ſolvit per aliquot annos.*
18. *Solutiones factæ per œconomos, & procuratores, aut etiam per Religioſos particulares, non præjudicant Ordini.*
19. *Exemptus licèt ſibi præjudicet renuntiando exemptioni, non tamen præjudicat Tertio, qui non renuntiavit.*
20. *Solutio coacta non præjudicat ſolventi.*
21. *Solutio facta per aliquot annos non præjudicat quoad ſolutiones futuras.*
22. *Clauſula decreti irritantis appoſita in privilegio, facit ut illi non præjudicetur per ſolutiones.*

EQuites Hieroſolymitani propter magna in Chriſtianam Rempublicam merita, varia obtinuerunt à Summis Pontificibus, & à Supremis Principibus, ac Regibus privilegia: & nominatim exemptionis à quibuſcumque oneribus & impoſitionibus publicis: ſuper quorum executione orta fuit controverſia in Curia Parlamenti Auraicenſis, in qua examinata fuerunt tria fundamenta dictæ inclytæ Religionis: quorum primum pendebat ex eo quod *anno* 1307. *& die* 22. *Octobris*, factum fuit excambium inter Carolum II. Regem Siciliæ, & Hieruſalem, Comitem provinciæ Forcalquerii, & Pedemontium, & Venerabilem Fratrem Fulconem de Villaret, tunc Magnum Magiſtrum Hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, nomine ejuſdem Hoſpitalis, de medietate indiviſa civitatis Auraicenſis, territorii & tenementi illius, nec non domus nuncupatæ *de la fortereſſe*, horti, & curiæ contiguæ; non tamen comprehenſis in dicto excambio rebus per dictum Magnum Magiſtrum reſervatis, videlicet Brevi nuncupato *du Prince*, Eccleſia ſancti Ioannis, cum domo & horto contiguis, & omnibus poſſeſſionibus, ac ſervitiis in blado, & pecunia, furnis, domibus, & aliis poſſeſſionibus, treſenis, & laudemiis, quæ dictum Hoſpitale habebat intra dictam civitatem, & territorium: quæ res reſervatæ non comprehendebantur in dicta permutatione: remittendo tamen & cedendo dicto Regi & Comiti omne jus quod competebat dicto Hoſpitali in dicta Civitate, territorio & diſtrictu; etiamſi conſiſteret in mero & mixto imperio, juriſdictione alta & baſſa, pedagiis, &c. necnon ſervitiis ſpectantibus in communi ad Curiam dicti Hoſpitalis & Principis, & viciſſim dictus Rex ceſſit & remiſit dicto Hoſpitali caſtra, & juriſdictiones, & alia bona deſignata in inſtrumento publico ſumpto per Pelegrinum de Ganaſo, Notarium publicum.

Vnde Domini Præceptores dictæ Religionis fundabant primum caput exemptionis, & immunitatis à quibuſcumque collectis, taleis & impoſitionibus dictæ Civitatis Auraicenſis, ſaltem quoad bona quæ ab antiquo pertinebant ad dictam Religionem, reſervata per dictum excambium (quæ dicuntur eſſe eadem, quæ hodie per ipſam poſſidentur;) quia ſupponitur quod ab antiquo titulus Principis in dicta civitate præfatæ Religioni competebat, quamvis non dubitetur quin illum hodie amiſerit propter tanti temporis diuturnitatem, quod à tempore permutationis lapſum eſt.

Siquidem impoſitio, collectarum eſt quidem 1
actus juriſdictionis, Salicet. *in l. neminem, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Angel. & Imol. *in l. 4. §. actor, ff. de re judic.* Calderin. *conſ. 8. in fine, ſub tit. de conſtitut.* Alexand. *conſ. 78. n. 8. in fine, lib. 6.* Natta *conſ. 636. num. 78.* † Et per conſequens cùm ſubditi nullam 2
habeant juriſdictionem, maximè ſupra Principem, non poſſunt aliquam collectam imponere in præjudicium ipſius. Immò in contrarium permittitur Principi impoſitiones facere ſuper ſuis ſubditis in caſum neceſſitatis: ut advertit Petr. Gregor. *de Republic. lib. 24. cap. 5. num. 3.* neque enim quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt: ut dicit Cornel. Tacit. *libro 4. hiſtoriæ*, & tradit Diana *part. 1. tract. 3. reſolut. 12.* & copioſè comprobat Sanfelic. *diſcept. unica de donatione tempore belli, per totam*, & in propriis terminis Beër. *deciſ. 213. num. 1.* per textum *in l. licitatio, §. fiſcus ff. de publican. & vectigal.* ibi, *fiſcus ab omnium vectigalium præſtationibus immunis eſt.* Peregrin. *de jur. fiſci, lib. 6. tit. 5. num. 24.* † Cyriac. *controverſ. 141. num. 68. & 69.* ubi vult 3
hanc immunitatem eſſe realem. † Quod locum ha- 4
ber etiamſi res immunis eſſet alienata à Principe, & ad eum poſtea iterum rediret: Cirtiac. *controverſ. 297. num. 34. & 38.*

Verùm quia qualitas Principis nondum erat probata reſpectu temporis dictæ permutationis, ſaltem exactis tunc pro parte Religionis exhibitis, conſultius fuit recurrere ad alia fundamenta.

Secundum igitur pro exemptione fundamentum 5
petitum fuit ex eo, quod certum eſt dictam Religionem tempore excambii habuiſſe medietatem juriſdictionis altæ & baſſæ in dicta Civitate, ejuſque territorio: & per conſequens fuiſſe exemptam à quacumque præſtatione collectarum ipſius Communitatis, quamvis impoſitæ fuiſſent ex cauſa belli: ut teſtatur Brun. *conſ. 103. per totum*, Alciat. *conſ. 8. num. 4. vol. 3.* † quia Domini juriſdictionales ſuc- 6
cedunt in juribus Principis, qui non tenetur contribuere ad expenſas, quantumvis extraordinarias, ex cauſa belli: Bertazol. *conſ. 42. n. 1. lib. 1. civilium*, Cyriac. *controverſ. 297. n. 1. & 2.* eademque ratio refertur per Solam *in conſtitut. Sabaud. tit. de jur. emphyteut. in decreto, Licet jure, part. 3. gloſſ. 2. num. 8.* quem ſequitur Theſaur. jun. *lib. 1. quæſt. forenſ. 8. n. 3.* † attento quod bona, de quibus agitur, ſunt de- 7
pendentia ex feudo, & ea ratione immunia à collectis. Surd. *conſ. 423. n. 26. verſic. removetur quintum.*

Neque obſtat ſi opponatur, quod Domini Equites amittendo juriſdictionem mediante dicta permutatione, amiſerunt etiam privilegium quod ſibi competebat ratione illius. Quia non obſtante remiſſione & ceſſione juriſdictionis, retinuerunt bona cum juribus & privilegiis realibus conceſſis potius naturæ & qualitati bonorum, quàm qualitati perſonarum; ‡ quia perſonæ non erant cauſa pro- 8
xima, & immediata exemptionis: unde infertur privilegium eſſe reale, juxta diſtinctionem Oldradi *conſ. 224. n. 38. verſic. poſt hoc ad argumenta:* & Baldi *conſ. 355. Præmittendum eſt, n. 5. verſ. iis præmiſſis, lib. 1.* Tuſch. *litter. P. concluſ. 746. n. 6.*

Et de jure, quando Officium, vel Dignitas expi- 9
ravit cum voluntate & beneplacito Principis, privilegia & exemptiones conceſſæ ratione Dignitatis remanent in ſtatu, & robore ſuo in memoriam priſtinæ Dignitatis: *l. unica, Cod. de comit. qui provinc. reg. lib. 12. l. eam legem 45. Cod. de excuſat. muner. lib. 10.*

lib. 10. Boër. *deciſ.* 246. *n.* 4. *verſic. quinimò videtur quod ſi retineret.* Burat. *deciſ.* 840. *num.* 2. ubi dicit Abbatiſſam, quæ renuntiavit Abbatiæ ſub beneplacito Summi Pontificis, retinere omnia privilegia, quibus priùs gaudebat: Guid. Pap. *deciſ.* 377. ubi dicit Conſiliarium, qui dimiſit officium ſuum cum beneplacito Principis, gaudere eiſdem immunitatibus, quibus antea gaudebat, licèt *ibid.* Matthæus aſſerat jure Gallico illud non obſervari quoad Conſiliarios.

10 Tertia ratio dictæ exemptionis, quæ præcipua & inexpugnabilis eſt, petitur ex origine & qualitate dictorum Equitum, ac privilegiis per omnes Principes terræ illorum Ordini conceſſis. In primis ſiquidem certum eſt, illos gaudere immunitate Eccleſiaſtica, cùm ſint verè Religioſi, & tales habiti per totum mundum: Maynard. *lib* 1. *cap.* 17. *n.* 1. Burat. *deciſ.* 2. *n.* 11. & 20. ubi plures deciſiones allegantur, & hanc ſententiam communi Doctorum
11 calculo receptam eſſe oſtenditur. † Exemptio autem Eccleſiaſticorum fundata eſt in Scripturis ſacris, & conſtitutionibus civilibus & canonicis: ut videre eſt *cap.* 47. *Geneſeos*, & apud Ioſeph. *libro* 2. *antiquit. Iudaicar. cap* 4. & 7. & *lib.* 1. *Eſdræ, cap.* 7. in Concilio Lateranenſi, *cap. non minùs, de immunit. Eccleſiar.* Plura tradit Laudenſ. ad Plorum *conſ. ult. num.* 8. & copiosè oſtendit Rot. *deciſ.* 139. *per tot. part.* 6. *recent.* ubi plures deciſiones, jura, & authoritates allegantur. † Et quamvis ceſſaret generalis illa conſideratio, dicti Equites habent privilegia magis ſpecialia, propter magna merita dictæ Religionis: ut oſtendit Decian. *conſ.* 51. *num.* 19. & *ſequentibus, vol.* 3. & fusè comprobat Burat. *deciſ.* 391. *per totam*: quorum meritorum intuitu Summi Pontifices Clemens VII. Pius IV. & Pius V. Gregorius XIII. & Gregorius XIV. Clemens VIII. & plures alii Summi Pontifices conceſſerunt dicto Ordini Sancti Ioannis Hieroſolymitani exemptionem generalem ab omnibus cujuſcumque generis oneribus & impoſitionibus, etiam cauſa belli factis, ut teſtatur Burat. *dicta deciſ.* 391. *n.* 8. Rot. *in recentiorib. deciſ.* 72. *n.* 6. *part.* 1. & *deciſ.* 65. *n.* 2. *part.* 5. Burat. *dicta deciſ.* 391. *num.* 8. Eandemque exemptionem ab omnibus collectis, & impoſitionibus prædicto Ordini conceſſerunt primi Reges, & Supremi Principes, & nominatim Raymundus de Baneio tunc Princeps Auraicenſis, pro ut legitur *in hiſtoria Melitenſi, ſub titulo*, Des privileges dudit Ordre: *fol.* 32. & *ſeqq.*

13 Et in Gallia, dicti Equites per plurima Supremarum Curiarum atteſta declarati fuerunt exempti, non ſolùm à taleis & impoſitionibus Civitatum, ſed etiam quod plus eſt, à Decimis quibuſcumque, teſte Chopin. *de ſacra politia, lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 9.
14 † Et hoc non ſolùm quoad ipſos, ſed etiam quoad ipſorum colonos, & firmarios ad modicum tempus, in vim ordinationis Caroli VI. & VII. quamvis Decimæ ſint de jure divino, juxta communem reſolutionem, quatenus concernunt neceſſariam Parochi ſuſtentationem; quam quidem immunitatem, ultra Chopin. *loc. citato*, fusè comprobat Loner. *in ſua recollect. arreſtor. littera D, num.* 37. ubi fusè agitur de exemptione Equitum prædictorum à ſolutione decimarum.

15 In executionem quorum privilegiorum Senatus Pariſienſis in caſu occurrenti, dum ageretur de contributione facienda pro munitione Regii exercitus, declaravit dictos Equites exemptos ab hujuſmodi contributione, in perſona Commendatoris de Laon, quia indebitè fuerat collectatus pro contributione ſummæ 20000. ſcutorum concernentium dictam Civitatem de Laon, poſt illius reductionem ad obedientiam Regiæ Majeſtatis: eadémque ratione latum fuit ſimile arreſtum in favorem Commendatoris d'Auxerre contra Clerum ejuſdem loci, *menſe Maio, anno* 1601. ut teſtatur Chenu *in addit. ad Papon. lib.* 5. *tit.* 11. *arreſt.* 15.

Neque nocere poteſt dictis Equitibus ſolutio dictarum impoſitionum facta per plures annos. Quia tales ſolutiones factæ fuerunt in vim decretorum proviſionalium, ſine attributione alicujus novi juris ipſis partibus; & ita dictis Equitibus non præjudicat, ex notatis per Rebuff. *in conſtit. Regiæ de ſentent. proviſionalib. in præfat. n.* 35. nec non *arr. gloſſ.* 1. *per totam.* 16

Præterea cùm privilegium exemptionis conceſſum fuerit Equitibus intuitu meritorum, & periculorum, quæ ipſi quotidie ſubeunt contra communes fidei noſtræ hoſtes; non poteſt illi præjudicare ſolutio per aliquot annos facta: pro ut deciſum fuit apud Maſtril. *deciſ.* 96. *numero* 8. quia tali caſu conceſſio exemptionis habet vim contractus oneroſi, Peregrin. *conſ.* 7. *num.* 16. *vol.* 3. & *de jur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 29. Clar. *in* §. *Donata, quæſt.* 3. *num.* 1. Menoch. *conſ.* 307. *n.* 7. & *conſ.* 370. *n.* 11. & 13. Roland. *conſ.* 13. *vol.* 3. *per totum.* † num 18 quia ſolutiones factæ per œconomos & procuratores non poſſunt præjudicare Religioni, & privilegiis ipſius; imo ne ipſi quidem particulares Religioſi per actus aliquos poſſunt præjudicare privilegiis in favorem Ordinis conceſſis: ut decidit Rot. *coram Merlin.* apud Tamburin. *de jur. Abbat. deciſ.* 104. *n.* 23. & 24. † Licèt enim renuntiatio privile- 19 gii ſit valida in præjudicium exempti, ex traditis per Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſt.* tamen hoc non habet locum quando privilegium reſpicit favorem alterius, quàm renuntiantis: Rot. apud eumdem *deciſ* 81. *num.* 14. & *ſequentibus.* † Præ- 20 ſertim verò cùm non agatur de ſolutione voluntaria, ſed coacta, quæ dictis Equitibus præjudicare non poteſt: Oſaſc. *deciſ.* 91. *n.* 19. *verſic. Secundò.* † Et in omnem eventum, non noceret pro ſolutionibus in futurum faciendis: Purpurat. *conſ* 339. *n.* 16. † Sed ſtantibus clauſulis decreti irritantis, appoſitis in privilegiis dicto Ordini conceſſis, non potuit per tales ſolutiones Ordini, & particularium illius præjudicari: ut notatur apud Burat. *deciſ.* 70. *num.* 10.

CAPVT CXXXIII.

Parochus, aut populus utrùm teneantur ad conſervationem & reparationem campanarum, ſive eæ neceſſariæ ſint, ſive ſuperfluæ. Et explicantur dicta ſuperius *part.* 1. *lib.* 31. circa contributionem forenſium ad expenſas companarum. Et quid in hoc poſſit conſuetudo. Denique utrum ad evitandum ſtrepitum campanarum poſſit impediri conſtructio Eccleſiæ in loco vicino.

SVMMARIVM.

1 *Salarium illius qui pulſat campanas ad expellendas tempeſtates ſolvi debet per eos, qui poſſident bona in territorio.*

2 *Expenſæ*

2 *Expensa refectionis campanæ necessariæ ad convocationem populi, pro accedendo ad divinum officium, pertinet ad Parochum.*

3 *Populus tenetur concurrere pro aliqua parte ad expensam campanæ, licèt illa necessaria sit ad convocandum illum ad cultum divinum.*

4 *Ad campanas superfluas, & non necessarias, populus contribuere non tenetur, sicut nec ad superflua Ecclesiæ ornamenta.*

5 *Refertur arrestum Curiæ Parlamenti Aquensis.*

6 *Valet argumentum ab expensa ornamentorum Ecclesiæ, ad expensam campanarum.*

7 *Ecclesia parochialis, aut alia, plures campanas habere potest.*

8 *Circa expensas campanarum multùm valet consuetudo.*

9 *Quando adest aliqua fundatio, aut redditus destinatus pro conservatione campanarum, Parochus ad illius expensam non tenetur.*

10 *Explicatur arrestum Expilli circa materiam campanarum.*

11 *Explicantur dicta superiùs*, cap. 38. p. 1.

12 *An & quando possit impediri constructio Ecclesiæ in loco vicino, ad evitandum strepitum campanarum turbantium divinum officium.*

Diximus *in prima parte qq. benefic. c. 38. n. 14.* Parochum regulariter teneri ad expensas constructionis, conservationis, & refectionis campanarum contribuere, eodem modo quo contribuere tenetur in expensis fabricæ, ornamentorum, & luminarium Ecclesiæ, per textum *in c. finali, de testament.* & ex Bertrando *cons. 53. num. 5. versic. & idem videtur, vol. 1. part. 2.* Verùm quia super eadem quæstione nuper orta fuit controversia inter Capitulum cujusdam Ecclesiæ, cui unita est Ecclesia parochialis certi loci siti in provincia Provinciæ, & super hoc emanarunt quædam arresta Curiæ parlamenti Aquensis; ideo res majori indiget explicatione.

1 Sanè quæstio ista ex professo tractatur, & decidituir apud Genuensem *in practic. Ecclesiastic. quæst. 249. num. 6.* & in utramque partem non desunt rationes & argumenta. Vera tamen resolutio est, quod si agatur de salario illius, cui demandata est cura pulsandi campanas, tempore exortæ tempestatis, solutio hujusmodi salarii pertinet ad possessores bonorum, ad quorum utilitatem tendit campanarum pulsatio; dæmones enim auditis tubis Ecclesiæ Militantis, scilicet campanis, timent, & à tempestatis concitatione quiescunt; ideo onus solvendi illud salarium spectat ad possessores fundorum, qui utilitatem inde percipiunt: ut concludit Avendan. *de exequend. mandat. part. 2. cap. 10. num. 25. versic. & ob id sequitur.*

2 Secundò, si agatur de refectione campanæ necessariæ ad convocationem populi, quæ non sit in quantitate superflua, cùm non sit in numero necessario, tunc Rector Ecclesiæ qui decimas percipit, tenetur ad illius campanæ refectionem, cùm illa sit necessaria ad servitium divinum, & ad fines ad quos Ecclesia campanas instituit: qua de re loquitur *Extravagans* Ioannis XXII. *de offic. custodis, in communibus*, & Selva *in tract. at. de benefic. part. 1. q. 5. n. 82.* & DD. *in cap. parentibus 10. de privileg.*

3 † Æquitati tamen convenit, ut parochiani etiam pro aliqua parte contribuere teneantur, cùm illis utantur pro aliis casibus extra cultum divinum, veluti ad persequendos hostes, & alia quæ principaliter respiciunt utilitatem laïcorum, ut bene considerat Genuens. *loc. citat. versic. & hæc opinio.*

4 Tertiò, cùm multitudo campanarum non sit in Ecclesia absolutè necessaria, sequitur, Priores seu Parochos, dum contribuere tenentur, non obligari nisi ad unam conservandam vel reficiendam, cùm aliæ sint superfluæ, sicut dicitur de ornamentis superfluis, ad quorum præstationem Parochus non tenetur, ut advertit Barbat. *cons. 25. num. ultimo, versic. nec intendo hic de ornamentis superfluis, vol. 3.* Surd. *cons. 62. n. 5.* † Et in effectu, per arrestum 5 Curiæ parlamenti Aquensis, Prior fuit dumtaxat condemnatus ad refectionem unius campanæ, & non plurium; imò & per illud arrestum, ordinatum quod si populus campanam majorem efficere, & illam in quantitate augere vellet, hoc faceret suis expensis. † Quod autem ab ornamentis superfluis 6 ad campanas superfluas valeat argumentum, probatur ex notatis per Surd. *dicto cons. 62. num. 5.* & ita quæstionem istam decidere videtur Pechius *in tract. de Eccles. ædific. & reparand. num. 4.* ubi dicit, quod licèt Ecclesia parochialis plures campanas habere possit; † sicut & alia quælibet Ecclesia, ut 7 ait Ioan. de Anan. *ad cap. Ioannes, in principio, de homicidio*, exceptis privatis Oratoriis, *cap. patentibus 10. de privileg.* asserit tamen communiter parochum non teneri ultra unius majoris campanæ conservationem, & sufficere ut ea talis sit, quæ in eo loco facilè per habitatores audiri queat.

Negari tamen non potest, quin hac in re multùm 8 valeat consuetudo, quæ legis instar est, ut tradunt DD. *in cap. 1. de Eccles. ædificand.* Surd. *cons. 62. n. 16.* D. Ludovic. Bell. *cons. 144. n. 1.*

Observandum quoque est, quod si pro conserva- 9 tione campanarum adsit aliqua fundatio, vel reditus ad id destinatus, Parochus non tenetur ad aliquam illarum refectionem, aut conservationem: ut docet Aufer. *ad decis. Capell. Tolosan. quæst. 499.* Surd. *cons. 62. numer. 22.* Bellus *dicto cons. 144. num. 2.*

Non ignoro quod Expilly *au playdoyé, num. 20.* 10 expressè reprobavit Bertrandi sententiam *in dicto cons. 53. superiùs allegato.* Sed ipse loquitur in diverso casu, cùm tractet de forensibus, in loco ubi est Ecclesia reparanda, bona possidentibus, & concludit forenses ad Ecclesiæ reparationem teneri, & de campanis etiam agit *ibid. num. 28. versic. quand on sonne les cloches.*

Sed nos tractamus de ipsis Parochis, sive Rec- 11 toribus Ecclesiæ parochialis, qui non tenentur contribuere ad refectionem, seu constructionem campanarum superfluarum. De forensibus verò nos egimus copiosè *part. 1. cap. 38. per totum*, ubi ostendimus hanc receptiorem esse sententiam, ut forenses ad illarum constructionem, aut reparationem non teneantur, ex Bertrando, Natta, Thesauro patre, & filio, Peckio, Ludovico Bello, qui tamen contra forenses scribebat: ad unius tamen campanæ constructionem & refectionem Parochum teneri, diximus *ibidem, n. 16.* quod tamen intelligendum est juxta ea quæ mox *in præsenti capite* dicta sunt.

Vtrùm autem possit impediri ædificatio Eccle- 12 siæ in loco non multùm remoto ab Ecclesia jam constructa, tractat Genuens. *in practic. Eccles. q. 507. n. 5.* ubi concludit quod si strepitus campanarum talis sit, ut impediat celebrationem divinorum officiorum, potest hoc impediri per Ecclesiam priùs constructam, nisi aperte liqueat ex hac causa non turbari divina Officia; maximè si permittatur una campana perexigua, nempe ponderis vigintiquinque librarum.

CAPVT CXXXIV.

Promiſſio dotis ſpiritualis facta per patrem intuitu alicujus certi & determinati monaſterii, utrùm poſſit demandari executioni contra patrem, ſi filia emittat profeſſionem in alio diverſo monaſterio. Et utrùm profeſſio monialis ſit nulla, ſi durante anno novitiatus remanſerit extra clauſtra per aliquod tempus, cum licentia Superiorum. Vtrùm defectus explorationis reddat profeſſionem nullam in fœmina, ſicut in maſculo. Et quod profeſſio monialis non poſſit probari, niſi per deſcriptionem illius in numero monialium: quod tamen non ita eſt, ſi agatur de profeſſione maſculorum.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio omnis & obligatio regulariter tranſit ad hæredes, aut ſucceſſores.*
2 *Obligatio potiùs realis cenſenda eſt, quàm perſonalis, & ideo extenditur de perſona ad perſonam jus habentem.*
3 *Actio dotis tranſmittitur ad hæredes activè & paſſivè.*
4 *Quidquid eſt tranſmiſſibile ad hæredes extraneos, eſt etiam ceſſibile.*
5 *Profeſſio non annullatur, quamvis monialis exeat è clauſura ſine licentia.*
6 *Novitiæ non ligantur conſtitutionibus loquentibus de clauſura monialium.*
7 *Religioſæ non viventes in congregatione, vel emittentes profeſſionem ea lege, ut maneant in ſuis domibus, non ligantur conſtitutionibus de clauſura loquentibus.*
8 *Obſervatio clauſuræ in novitiis monialium debet eſſe per annum unum integrum, ſine interruptione aliqua.*
9 *Interruptio clauſuræ ſuperveniens cum licentia poſt completum novitiatus annum, non invalidat profeſſionem poſtea ſubſequentem.*
10 *Explicatur Roderic.* tom. 3. qq. regul. q. 25. art. 10.
11 *Corriguntur dicta ſuperiùs* part. 1. cap. 24. n. 9. *propter declarationem factam Romæ in congregatione Regularium.*
12 *Mora extra clauſtra per ſpatium unius, vel duorum menſium, non annullat novitiæ profeſſionem.*
13 *Si mora extra clauſtra ſit ultra duos menſes, profeſſio monialis non eſt valida.*
14 *Profeſſio novitiæ non redditur nulla propter defectum explorationis.*
15 *Secus tamen eſt, ſi agatur de profeſſione maſculi.*
16 *Explicantur tradita ſuprà.* p. 1. c. 78. n. 18.
17 *Profeſſio fraudulenta non præjudicat ſucceſſoribus.*
18 *Profeſſio monialis non probatur, niſi per ſcripturam: ſecus eſt, ſi agatur de probanda profeſſione maſculorum.*
19 *Receſſus à monaſterio etiam ſine licentia Superioris, non tamen animo dimittendi habitum, non obligat ad reiterandum annum novitiatus, ex mente Sacræ Congregationis.*
20 *Defectus cinguli militaris non reddit nullam profeſſionem Equitum Melitenſium.*
21 *Profeſſio conjugum non debet fieri ſine licentia Epiſcopi, ſed tamen defectus licentiæ non reddit profeſſionem nullam.*
22 *Profeſſio monialis non redditur nulla, quamvis examen requiſitum non intervenerit.*
23 *Decretum irritans non egreditur terminos diſpoſitionis cui adjungitur.*
24 *In ſolemnitatibus attenditur conſtitutio illius loci, in quo actus celebratur.*

VAriæ propoſitæ fuerunt quæſtiones circa profeſſionem cujuſdam monialis. Et primò quidem dubitatum fuit, utrum pater, qui filiæ dotem ſpiritualem intuitu certi, & determinati matrimonii ſpiritualis promiſit, poſſit ad illius dotis ſolutionem compelli, ſi filia ad aliud monaſterium in aliena, & valdè remota provincia conſtitutum, pendente novitiatu tranſlata fuerit, & in eodem regulari emiſerit profeſſionem: & utrùm monaſterium illud primum, cui dos novitiæ promiſſa fuit, jus illud dotis exigendæ ad aliud monaſterium tranſmittere poſſit.

Secundò, utrùm profeſſio monialis reddatur invalida ex eo, quod puella ad aliud monaſterium ejuſdem Regulæ, ſine Epiſcopi ſui Ordinarii licentia in ſcriptis obtenta tranſlata fuit.

Tertiò, utrùm ex eo quod annus novitiatus hujuſmodi puellæ interruptus fuit, (attento quod puella de licentia ſuæ Abbatiſſæ per aliquod menſes peregrinata eſt,) prætendi poſſit dictam profeſſionem eſſe nullam.

Quartò, utrum exploratio Ordinarii adeo ſit neceſſaria in admiſſione monialium, ut ob ejus defectum profeſſio ſit declaranda nulla.

Quintò, quando quæritur utrùm verè monialis profeſſionem emiſerit, quomodo profeſſio probari poſſit, & utrùm ſufficiat probatio per teſtes.

Ad primam quæſtionem reſponſum fuit, regulam generalem eſſe, quod omnis promiſſio vel obligatio tranſit ad hæredes, aut alios ſucceſſores, ſeu jus & cauſam habentes, quando agitur de re, quæ ex ſui natura tranſmiſſibilis eſt: Tiraquell. *de retract. conſanguinit.* §. 29. *gloſſ.* 3. *num.* 2. *& mult. ſeq.* Cravet. *deciſ. Genuenſ.* 18. *n.* 6. Oliban. *de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 33. & per conſequens videtur quod monaſterium Dolanum, cui promiſſio dotis facta fuit, potuerit jus ſuum cedere monaſterio in Germania exiſtenti, ad quod monialis tranſlata fuit, maximè quia, ſi aliud non probetur, conſtituta dotis facta per patrem pro matrimonio ſpirituali filiæ ſuæ, cenſenda eſt realis, nec reſtringenda ad certum monaſterium; cùm promiſſio dictæ dotis ſpiritualis nullum habuerit reſpectum ad certum & determinatum locum, ſeu monaſterium, tanquam ad cauſam immediatam ſuæ promiſſionis, quæ reſpiciebat ingreſſum monaſterii in genere; licèt aliàs eſſet ſi probaretur, patrem habuiſſe reſpectum ad primum illud monaſterium, tanquam ad cauſam finalem, & immediatam ſuæ obligationis: † Obligatio quippe ſemper intelligitur facta ad favorem creditoris, & ſucceſſorum ipſius, quando non eſt reſtricta ad certam perſonam: ex notatis per Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 103. *n.* 45. *&* 46. & facit. tradita *per eundem* Menoc. *lib.* 3. *præſumpt.* 47. *in princ.* † Et generale eſt, ut actio de dote conſtituta patri, tranſeat ad hæredes filiæ, & contra hæredes ejuſdem patris tranſmittatur: *leg. unica,* §. *moneat, &* §. *illo procul, Cod. de rei uxor. action.* Noſtr. *in tract. de tranſmiſſ. caſ.* 18. *num.* 1. † quidquid autem

autem transmissibile est ad hæredes extraneos, est etiam cessibile: Roland. *cons.* 28. *num.* 27. *vol.* 2. post Glossam *in l. ex pluribus, ff. de administrat. tutor.* & alia jura per ipsum allegata: sequitur Noal. *in dicto tractat. de transiniss. casu* 23. *numero* 23.

5 Ad secundam quæstionem respondetur, moniales recedentes sine licentia ex sacris constitutionibus requisita, peccare quidem, & subjici pœnis in iisdem constitutionibus contentis: sed tamen erroneum esset dicere, quod ex eo professio illarum reddatur invalida; quia hoc constitutiones non dicunt. Verùm in casu proposito res erat extra omnem difficultatis aleam; quia constitutiones Apostolicæ loquuntur de monialibus professis, nos autem agimus de novitia ante professionem recedente, quæ dictis constitutionibus non ligatur:

6 † cùm certum sit, novitias cujuscumque Ordinis monialium, legibus clausuræ non ligari: ut testatur Sanch. *in opere moral. lib. 6. cap. 6. num. 16.* quia omnes textus loquentes de clausura, illam dumtaxat indicunt monialibus solis, tacitè vel expressè professis: ut testatur Thom. Zerol. *in praxi Episcopal. part. 1. in verbo, Moniales, in 16. dubio.*

7 † Imò si ageretur de Religiosis professionem emittentibus ea lege, ut in domo propria remanerent, prout permittitur *in c. final. qui clerici, vel voventes*, non tenentur ad clausuram, quia constitutiones loquuntur dumtaxat de monialibus in congregatione viventibus: ut tradit Sanch. *loc. cit.* nempe *dicto lib. 6. cap. 15. num.* 17. multò igitur magis excusandæ erant novitiæ ab observatione dictatum constitutionum super clausura editarum, ut advertit Bonacin. *in tract. de clausur. quæst. 1. punct. 2. n. 3.* qui etiam *num. 5.* loquitur de professis ea lege, ut in monasterio non remanerent, quas ad clausuram non teneri probat.

8 Ad tertiam quæstionem respondetur, illius decisionem esse dubiam propter diversitatem opinionum inter Doctores: quorum aliqui existimarunt novitiarum adeo debere esse continuum, ut minima quælibet illius interruptio in monialibus, per quamlibet moram extra clausuram, justam præbeat occasionem reclamandi adversus professionem: cùm ad hoc non sufficiat licentia Abbatissæ, sed præterea debeat concedi ab habente potestatem, qualem non habet sola Abbatissa: ut probat Gratian. *discept. forens. cap. 166. num. 15. & 16.* Quod satis rationi consentaneum videtur, quia cùm præcipua monialium austeritas consistat in clausura, ejus utique ad professionis viliditatem est necessariò facienda experientia, prout etiam advertit Roderic. *tom. 5. quæst. regul. quæst. 15. artic. 10.*

9 *colum. ultim. versic. advertendum demique.* † Vbi tamen subdit, quod si post peractum probationis annum novitia cum Superioris licentia egrediatur, dum dos constituitur, & procuratur, vel ut gravis ejus infirmitas curetur; si postea revertatur, potest statim ad professionem admitti, cùm per integrum annum continuum in probatione permanserit.

10 Sed tamen advertendum est, quod Rodericus non negat, quia novitia exiens à monasterio cum habitu, & licentia Superioris, justa de causa, veluti ob curationem morbi, censeatur continuare annum probationis, & sic admitti possit ad professiones superiùs deductas: ita ut videatur quodammodo innuere, quod si de facto exeat cum præfata licentia, validè continuet suum novitiatum.

Ego sententiam hanc sequutus sum *lib. 1. quæst. benefic. cap. 24. num. 9.* Sed tamen cogor sententiam mutare, re maturiùs considerata, & concludere continuum, dici & non interruptum novitiatum, quamvis novitia per aliquod tempus, veluti per spatium unius, aut duorum mensium, extra claustra remanserit, cum licentia suæ Abbatissæ ex justa causa, veluti ob curandam valetud nem, aut ob licitam peregrinationem: † cogimur enim nos 12 sequi decreta Sacræ Congregationis Regularium, quæ hoc ita determinavit his verbis: *Anno probationis durante, si novitia curandæ valetudinis causa de licentia Superiorum à monasterio exierit, & postea revertatur, eodémque tempore professionem emittat, perinde est ac si nunquam egressa fuisset.* Quam declarationem refert Hieronym. Roderic. *quæst. regul. 101. num. 44.* Portel. *in dub. Regul. in verbo, Novitia, num. 4.* Barbos. *de jure Eccles. univers. lib. 1. cap. 42. num. 127. & in decis. Apostol. cap. 524. num. 10.* Sanch. *in præcep. Decal. lib. 5. cap. 4. n. 27. & 28.* ubi hanc sententiam probat, licèt non faciat mentionem dictæ declarationis: † cujus tamen 13 opinionem impugnat Hieronym. Roderic. *dicta quæst. 101. num. 44. versic. circa supradicta*, in eo capite, in quo videtur sentire quod sufficiat, novitium qui extra claustra commoratur de licentia Superiorum majori tempore quàm duorum mensium, legitimam professionem non emittere; & benè, meo quidem judicio, loquitur dictus Author *prædicta resolutione 161. versic. adhuc tamen*, quia text. *in cap. ad Apostolicam, de Regul.* quem sequi videtur Concilium Tridentinum, non solùm favorem conversi considerat, sed etiam monasterii; ut & illæ asperitates istius, & istud mores illius valeat experiri: quod ultimum fieri non potest, nisi novitio intra sepia monasterii remanente: quod *ibidem* dictus Author fusiùs comprobat. Sed in hoc capite videnda est decisio Rotæ Romanæ *in fine hujus capitis* inserta.

Ad quartam quæstionem respondetur, defectum 14 explorationis in monialibus ad professionem recipiendis, non reddere professionem nullam: & posse quidem Episcopum prohibere Superioribus monialium, ne aliquam sine exploratione recipiant ad professionem, sed sine ea receptas in suo statu permansuras & retinendas esse: ut concludit Campanil. *in divers. jur. canonic. rubric. 12. cap. 16. numero* 17. quem sequitur Barbos. *de Episcop. allegat. 100. num. 9.* † Licèt enim defectus informationum 15 præcedentium in novitiis masculis sit substantialis, in fœminis tamen non nocet validitati professionis: ut docet Lezan. *in sum. quæst. Regul. part. 3. in verbo, novitii & novitia, num. 24.* † Et ita intelli- 16 genda sunt quæ diximus *part. 1. quæst. 78. num. 18.* ubi diximus professionem esse nullam ex defectu informationum præcedentium: quia hoc verum est dum agitur de professione masculorum; cùm aliud sit in professione monialium, ut præfati Doctores testantur.

Si tamen professio puellæ admissa fuisset eo tem- 17 pore, quo novitia erat infirma, ac veluti moribunda, & omninò incapax ad exercendas functiones Religionis, & similes fraudis concurrerent conjecturæ, valida quidem erit professio quoad conscientiam, sed non quoad successionem, quia non præjudicabit successoribus ab intestato, cùm censeatur facta in fraudem ipsorum: ut bene probat Ricciul. *in praxi aurea, resolut. 493. à num. 6. usque ad* 10. & nos probavimus copiosè *part. 1. cap. 64. per totum.*

28 Ad ultimum dubium reſponſio eſt in promptu, videlicet profeſſionem monialis non probari, niſi per ſcripturam authenticam, deſumptam ex libro monaſterii, in quo deſcribuntur nomina profeſſarum, & tempus receptionis illarum; adeo ut non ſufficiat quod puella fuerit deſcripta in libro adminiſtratricis, tanquam profeſſa, aut aliter fiat fides de profeſſione: *cap. omnes fœminæ, 27. quæſt. 1. cap. vidua 20. quæſt. 1.* & fusè probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 640. num. 5. & 7. per totum.* Eandemque differentiam inter probationem profeſſionis maſculorum & fœminarum probavit Franc. *deciſ. 384. num. 5.* quia textus *in dicto cap. omnes fœminæ*, loquens de mulieribus, non debet extendi ad maſculos profitentes: quod & voluit Ricc. *in prax. rer. fori Eccleſ. deciſ. 437. num. 8.* quia licèt profeſſio non ſit de ſubſtantia voti, tamen ad profeſſionem facti, ſi revocetur dubium, probatio debet fieri per ſcripturam eo modo, quo *ſuprà* dictum eſt.

DECISIO S.

ROTÆ ROMANÆ, Coram R. P. D.

ROJAS, IN CAUSA Melevitana nullitatis Profeſſionis.

Veneris 10. Decembris 1649.

SI defectum integri anni Novitiatus requiſiti à Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 2. cap. 15. de Regul.* & per ſtatutum Religionis Hieroſolymitanæ *cap. 28. ſub tit. de recept. Fratr.* ac ob omiſſionem ornatus Cinguli Militaris contra diſpoſitionem dicti Statuti ſub *cap. 2. eod. tit.* diu controverſa profeſſione D. Petri Corſini coram Eminentiſſimis DD. Ginetto, Cæſio, & Vidman; placuit Sanctiſſimo committere, ut ipſi procederent de voto Rotæ, & hodie diſcuſſa cauſa profeſſionem eſſe validam DD. reſponderunt.

Nam defectus integri anni Novitiatus ex facto tollitur, dum certum eſt profitentem permanſiſſe ante profeſſionem non ſolùm ſpatio unius anni, juxta diſpoſita per Sacrum Concilium Tridentin. & Statutum prædictum, ſed ſpatio 21. menſium, ex quo admiſſus fuit in Conventu 6. Februarii 1637. à quo ſolùm diſceſſit 4. Novembris 1638. Et licèt dicatur à Petro, quod poſt dictum tempus diceſſerit è Conventu, non emiſſa profeſſione, cum licentia Magni Magiſtri, habens conditionem redeundi infra terminum duorum annorum ad Novitiatus annum peragendum, & cùm tempus probationis fuerit prorogatum, debebat ante profeſſionem novum annum perficere: Nihil obſtat, dum prædicta conditio in omnibus licentiis apponi ſolita non importat obligationem peragendi novum annum, ſed ſolùm illum perficiendi, quatenus non eſſet completus, cùm hoc denoret verbum *peragere*, quod ſignificat perfectionem, & complementum anni ſuſcepti: non autem reiterationem, ut notat Gloſſ. *in l. qui procuratorem, ſub verb. peragere*, & ibi Angel. & Caſtr. *ff. de procurat.* & probat text. *in l. non diſtinguimus, §. Item ſi quis Roma, ff. de recept. arbitr. l. filius, §. multò magis, C. de inoffic. teſt.* Rebuff. *in l. 3. verb. peragendum, ff. de verb. ſignif.* Stante perfectione anni Novitiatus, & ultra, valiit poterat profeſſionem emittere, † maximè quia receſſus à Conventu, etiam ſine licentia Superioris, non tamen animo dimittendi habitum, non obligat ad reiterandum annum Novitiatus, ut firmant Silveſt. *in verb. Religio 5. q. 4.* Roderic. *quæſt. regul. 15. art. 10. ad fin.* Sanch. *ad Decalog. lib. 5. c. 4. num. 54.* ſed admittitur ad profeſſionem qui peracto Novitiatus anno extra Conventum commoratus fuit, niſi aliud obſtet, ut cenſuit Sacra Congregatio Concilii relata per Barb. *de jur. Eccleſ. lib. 2. c. 42. n. 29. & collect. deciſ. collect. 525. n. 8. & collect. 612. n. 4.* Imò nec minùs per hujuſmodi receſſum annus interrumpitur, ut admittit Suar. *de Religion. tom. 3. lib. 5. c. 15. n. 6. ad fin.* Dian. *p. 3. tr. 2. reſol. 84. ad fin. & p. 5. tr. 5. reſ. 19. circa fin. verſ. ſi verò.* Bordon. *de profeſſ. reg. c. 14. q. 13. ſub verſ. Galvanus, & q. 15.* Hocque comprobatur ex fide Equitum atteſtantium hujuſmodi licentias cum hac conditione ſolitas eſſe expediri, tam pro Novitiis, qui impleverunt annum Novitiatus, quàm pro illis, qui eum non perfecerunt; ſed illa conditio arctat ſolùm eos ad Novitiatus annum perficiendum, qui eum non compleverunt, non autem alios, qui illum jam perfecerunt; idcirco non obligat in caſu propoſito, dum prædictus annus perfectus remanſit.

Defectu verò Cinguli Militaris, quem præterdebant eſſe neceſſarium in actu profeſſionis emittendæ, nullo modo illius omiſſio reddere poteſt invalidam ipſam profeſſionem ex duplici ratione. Primò quia dictus Cingulus non eſt de ſubſtantia profeſſionis, quæ conſiſtit ſolùm in obligatione directa Deo per emiſſionem trium votorum, non autem in habitu, vel aliis actibus extrinſecis: c. *porrectum, de regul.* ubi Abb. *n. 13.* Suarez *de relig. tom. 3. lib. 6. c. 12. n. 24.* à Caſtro Pal. *oper. moral. p. 6. tit. de ſuſcept. relig. ſtat. diſp. 2. punct. 1. n. 1. in fin. & punct. 6. n. 9.* cum aliis relatis per Rotam. *dec. 216. n. 3. p. 2. diverſ. & in Ulixbonen. nullitatis profeſſionis, 20. Ianuarii 1646. coram R. P. D. meo Arguellet.*

Nec refert, quod ſtatutum in *d. c. 2. de recept. fratr.* diſponat, quod Eques ante receptionem habitus & emiſſionem profeſſionis, neceſſe eſt, ut decoratus ſit Cingulo militari, unde dicta ſolemnitas ornatûs neceſſariò requiſita omitti non poterat abſque vitio nullitatis, attento præſertim decreto ibi tanti appoſito in *ordinatione 2. de recept. fratr.* Tum quia dicta verba uti præceptiva non ſufficiunt pro nullitate profeſſionis, Abb. *in c. quia in Inſulis, n. 4. & c. porrectum, num. 13. de reg.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 5. quæſt. 7. in fin.* Sanch. *in decalog. lib. 3. cap. 3. n. 4.* Suarez *de legib. lib. 5. cap. 29. n. 7.* Miranda *in manual. Prælat. q. 24. concluſ. 2. n. 2.* cum aliis plur. Modernum *de profeſſ. c. 2. q. 49.* & hanc ſententiam amplexa fuit S. Congregatio Concilii Tridentini, ut refert Peyrin. *de Prælat. reg. quæſt. 3. cap. 1. §. num. 178. tom. 2.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. part. 4. de legat. 101. n. 105. & in collect. ad Concil. dicta ſeſſ. 25. c. 15. n. 12. & ſeq.* † ut in ſimili dicitur de Conjugibus abſque licentia Epiſcopi profitentibus, contra diſpoſitionem *c. ſi vir & uxor, 27. q. 1.* ubi prohibetur hujuſmodi profeſſio ſine licentia; & tamen abſque illa facta valet, ut refert Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 32. num. 3. verſ. quantum ad primum*, † & de Novitia profeſſionem emittente, non præcedente examine ſuæ voluntatis, contra formam traditam à Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. c. 17. de regul.* & tamen dicta profeſſio eſt valida, ut advertit Bo-

noch.

noch. *conſ.* 196. *num.* 22. Sanch. *in decal. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 48. Pelizzar. *de monial. c.* 5. *ſect. prima, n.* 1.

Tum etiam, quia dicta ſolemnitas Cinguli, ut Domini ponderarunt, inducta dumtaxat fuit ad diſtinctionem graduum Militum, non autem pro validitate profeſſionis, dum in *c.* 1. *dicti ſtatuti, de recept. fratr.* ubi tribuitur certa forma in profeſſione facienda à Militibus, numquam legitur, quod profitens debeat eſſe Cingulo militari decoratus, vel decorandus: in ſecundo verò capite ordinato ſolummodò ad diſtinctionem graduum Militum dicitur, quod ſolùm Eques Iuſtitiæ decoratus ſit dicto Cingulo, quem non requirit in aliis Equitibus, Sacerdotibus, & Servientibus. Vnde infertur, quod dictus Cingulus ſit requiſitus ſolùm ad diſtinguendos Milites, ut apparet ex lectura tam *rubricæ dicti c.* ibi, *della diviſione de gradi de Fratelli del noſtro Ordine*: ex hac enim colligitur quænam fuit mens diſponentis, & cauſa diſpoſitionis, ut firmant Roman. *conſ.* 16. *num.* 4. Curt. jun. *conſil.* 107. *num.* 2. Honded. *conſil.* 14. *n.* 13. *lib.* 1. Maſcard. *de gener. ſtatut. interpr. concluſ.* 2. *n.* 192. & dixit Rota *coram me in Fanen. nullitatis apoſtæ*, 13. *Martii* 1648. §. *Prima enim.* Quam ex verbis *dicti c.* ibi, *Triplice la differenza de noſtri Fratelli, perciò che altri ſono Sacerdoti, altri Servienti, altri Cavalieri, hora chi travandoſi idoneo domandara d'eſſer riceuuato in grado di Cavaliero, prima che pigli l'habito è neceſſario, ſia ornato del Cingulo della militia, però li Chapellani, è Servienti non è neceſſario ornarli di tali Inſegne militari.* Idcirco dici debet, quod ornatus Cinguli neceſſarius non eſt pro validitate profeſſionis faciendæ, ſed ſolùm ad diſtinctionem militum; maximè quia de illo nulla prorſus fit mentio *in dicto primo c.* quod dat certam formam profitendi: Ideo non poteſt ex illius omiſſione induci nullitas profeſſionis, ut dicitur de profitente abſque habitu Religionis, cujus omiſſio non invalidat profeſſionem, cùm non habitus, ſed profeſſio faciat Monachum, *ad text. in d. cap. porrectum, de regular.*

Itaque non afficit decretum irritans appoſitum in *ordinat. prima, de recept. fratr.* ubi cum decreto irritanti prohibetur, ne aliquis ad habitum admittatur, niſi in tribus diſtinctis gradibus recenſitis *in d. c.* 2. ac factis, & exhibitis probationibus Nobilitatis, & legitimitatis. Quia dictum decretum reſpicit ſolum caſum admiſſionis in alio, quàm in tribus gradibus relatis, & non facta legitima, & valida probatione Nobilitatis, & legitimitatis, de quibus dumtaxat in illo fit mentio, ideo dictum decretum non eſt extendendum ad omiſſionem Cinguli, ſed ſolum ad caſum expreſſum, cum agatur de annullatione actus, in qua ſtrictiſſima fieri debet interpretatio: *l. ſancimus, C. de teſtam.* Duran. *dec.* 48. *n.* 14.
23 Seraphin. *dec.* 627. *n.* 10. † Præſertim quia decretum irritans non egreditur terminos caſus expreſſi, ſed regulatur ſecundum naturam diſpoſitionis, cui adjicitur: Put. *dec.* 310. *n.* 1. *lib.* 1. Mantica *dec.* 359. *ſub n.* 4. Comitol. *dec.* 19. *n.* 11. Duran. *dicta dec.* 48. *n.* 22. & *deciſ.* 632. *n.* 45. *p.* 3. *diverſ.* ac firmatum fuit *in Tarraconenſi Parochialis*, 10. *Novembris* 1634. *coram Eminentiſſimo Panzirolo*, §. *quibus non obſtat, in Hiſpalen. Matrimonii*, 22. *Iunii* 1644. *coram R. P. D. meo Corrado*, §. *Quoniam ille, ac in Monaſterien. Canonicatus*, 10. *Iunii* 1648. *coram Reverend. D. Terracinen.* §. *non obſtat.* Idque comprobatur ex fide Epiſcopi Meliten. & Prioris Eccleſiæ, ac ex depoſitionibus Teſtium atteſtantium, profeſſos, omiſſa etiam dicta ſolemnitate ornatus Cinguli, pro veris Religioſis habitos fuiſſe, & haberi.

Secundò, quia quamvis omiſſio prædictæ ſolemnitatis irritaret profeſſionem factam, quod tamen ex deductis expreſsè refellitur; nihilominus prædicta locum ſibi vendicant ſolummodò in ſolitis profeſſionibus faciendis in Conventu, non autem in hac profeſſione in Vrbe emiſſa coram Eminentiſſimo Cardinali Antonio Barberino Delegato Apoſtolico, in qua ſatis fuit pro ejus validitate obſervare formam præſcriptam in Pontificali Romano confirmato per Clementem VIII. *de anno* 1596. in quo ſub *tit. de creat. milit. regul.* non requiritur dicta ſolemnitas in actu profeſſionis: quod comprobavit ſubſequuta obſervantia, ut teſtantur Magiſtri Ceremoniarum. Quapropter quamvis non intervenerit dicta ſolemnitas Cinguli, illa tamen neceſſaria non erat ex recepta concluſione, † quod 24
in ſolemnitatibus attendenda eſt diſpoſitio Conſtitutionis illius loci, ubi actus celebratur: Anchar. *in repet. c.* 1. *de Conſt. q.* 12. *in princ.* Maſcard. *de gener. ſtatut. interpret. concluſ.* 7. *num.* 41. *verſ. ſextò quia ſolemnitas.*

Et ita utraque, &c.

CAPVT CXXXV.

Confidentia utrùm probetur ex ſola vicinitate duorum mãdatorum ad reſignandum. Et quid juris in permutatione? De conventione ſuper fructibus beneficii vacantis per Regem, alicui condonatis. Confingentes litem ſimulatam ſuper aliquo beneficio, illud amittunt, ſed non alia beneficia, ſuper quibus lis ſimulata non intervenit. Qui commiſit confidentiam in uno beneficio, redditur inhabilis quoad alia, ſed tamen quoad alia juvatur Regula *de triennali*, & illa retinere poteſt in conſcientia, antequam fuerit privatus per ſententiam, ex veriori opinione.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſola vicinitate inter mandatum ad reſignandum, & poſſeſſionem, non oritur præſumptio confidentiæ, niſi probetur pactio precedens.*
2 *Actus non dicuntur correſpectivi quando partes diverterunt ad extraneos actus.*
3 *Summæ probatio exigit conventionem precedentem.*
4 *Quamvis reſignans habeat intentionem, ut beneficium reſignatum alicui certæ perſonæ conferatur, non eſt ſimonia, nequidem mentalis, ſi collatori nulla neceſſitas imponatur.*
5 *Inter permutantes poteſt abſque ſimoniæ metu intervenire pactio precedens ſuper permutatione facienda.*
6 *Intellige hoc procedere, dummodò ſimul utraque collatio expediatur. Et alia ad intellectum eorum, quæ dicta ſunt ſuprà, p.* 1. *c.* 75. *n.* 8.
7 *Contractus do ut des, eſt illicitus in beneficialibus, etiamſi detur ſpirituale pro ſpirituali.*
8 *Super fructibus beneficii vacantis per Regem condonatis non cadit ſimonia, niſi probetur traditionem factam fuiſſe propter promiſſam beneficii reſignationem.*
9 *Simonia non committitur in venditione fructuum prabendæ.*

10 *Simulatam litem confingens ſuper beneficio, illo privandus eſt.*

11 *Intellige, ut privatio non fiat ipſo jure, ſed requiratur ſententia declaratoria.*

12 *Ampliatur, ut procedat etiamſi colluſio fiat alia intentione quàm ut beneficium penſione gravetur.*

13 *Propter colluſionem incurritur privationis pœna quoad illud beneficium, ſuper quo lis per colluſionem inſtituta fuit, non quoad alia.*

14 *Regula* de triennali, *ſolam excepit ſimoniam, & violentum ingreſſum.*

15 *Confidentiarius redditur inhabilis tam ad beneficia obtenta, quàm obtinenda.*

16 *Conſtitutio Pii V. ſuper confidentia, eſt recepta in Gallia.*

17 *Conſtitutio ſuper confidentia non habet locum in ſimplici gratificatione.*

18 *Regula* de triennali *non juvat confidentiarium ratione aliorum beneficiorum, ſuper quibus confidentia commiſſa fuit, ex opinione Pariſii & Rebuffi.*

19 *Contrarium alii tenent, nempe Regulam* de triennali *juvare confidentiarium quoad alia beneficia, ſuper quibus ſimonia non fuit commiſſa.*

20 *Regula* de triennali *non juvat poſſeſſorem beneficii reſervati reſervatione clauſa in corpore juris.*

21 *Regula juvat incapacem incapacitate perſonæ.*

22 *Fallit in eo qui eſt omnino & funditus incapax, veluti laïcus, fœmina, & ſimiles; hi enim non juvantur Regula* de triennali.

23 *Poſſeſſor beneficii tutus eſt in conſcientia quoad alia beneficia, in quibus nullam commiſit ſimoniam, antequam privetur per ſententiam.*

24 *Privationem beneficiorum ob ſimoniam non induci ipſo jure quoad alia beneficia, in quibus non fuit commiſſa ſimonia verus eſt.*

CUm quidam provinciæ Gubernator erga duos ex ſuis domeſticis gratificatione uti vellet, pro ea, qua pollebat authoritate apud Regem Chriſtianiſſimum, obtinuit Breve pro quodam Epiſcopatu vacante per obitum ultimi illius poſſeſſoris in favorem unius ex dictis domeſticis, cui nomen erat Petrus, quique poſſidebat Dignitatem in quadam Eccleſia Metropolitana, quem induxit ut promitteret ſe nullum præſtiturum impedimentum, quin dicta Dignitas, ſeu beneficium alteri domeſtico conferretur, qui Franciſcus nuncupabatur, quique iter peregit ad Curiam Regiam; ut dicti Brevis pro Epiſcopatu in favorem Petri expeditionem obtineret, prout in effectu obtinuit, unà cum dono Regio fructuum decurſorum, & decurrendorum in favorem ejuſdem Petri, durante vacatione Epiſcopatus.

Dictus Gubernator miſit proviſiones ad Petrum, quem rogavit ut uteretur gratificatione erga Franciſcum, qui proviſiones Regias deferebat, & ad hos fines permitteret ut Franciſcus perciperet ſummam trium millium librarum ex fructibus ſibi per Regem condonatis, quam in effectu Franciſcus percepit, & quittantiam conceſſit; ultra quam ſummam Franciſcus habuit ſex mille libras pro reſtitutione ſumptuum & expenſarum per ipſum factarum in proſequutione dictarum proviſionum.

In conſequentiam prædictorum, Petrus propter incompatibilitatem Dignitatis prædictæ cum Epiſcopatu, reſignavit purè, & ſimpliciter Dignitatem, quam priùs poſſidebat in manibus Ordinarii, qui illam die ſequenti Franciſco contulit.

Ex qua facti ſerie plurimæ quæſtiones & difficultates proponebantur.

Primò, utrùm prompta illa collatio Dignitatis cum prædictis circumſtantiis, producat ſufficientem conjecturam, aut præſumptionem confidentiæ inter dictos Dominos Petrum, & Franciſcum.

Secundò, utrùm quittanciæ 3000. librarum receptarum ab œconomo fructuum intermediorum dicti Epiſcopatus, & 600. librarum receptarum à dicto Petro, uno ex tribus menſibus poſt dictas proviſiones, inferant quandam præſumptionem promiſſionis, vel conventionis inter ipſos præcedentis.

Tertiò, utrùm poſſeſſor unius beneficii dubitans de validitate ſuarum proviſionum, nolens obtinere reſcriptum, quod vocatur *perinde valere*, ſed procurans ſibi ſuſcitari quamdam litem ſimulatam, poſtea verò faciens tranſactionem fictam, eámque à Summo Pontifice confirmati obtinens cum clauſula novæ proviſionis, potuerit incurrere quandam pœnam vel privationem.

Quartò, caſu quo inciderit in pœnas confidentiæ, utrùm privatus, vel privandus ſit omnibus beneficiis obtentis, & obtinendis, etiam illis, ſuper quibus nulla commiſſa fuit confidentia.

Quintò, utrum confidentia occulta poſſit producere effectum privationis beneficiorum obtentorum, & obtinendorum.

Sextò, utrùm facta reſignatione primi beneficii malè quæſiti, purè, & ſine conditione, & continuata poſſeſſione triennali, locus erit Regulæ *de pacificis poſſeſſoribus*, in caſum impetrationis.

Primæ quæſtionis reſolutio pendet ex decisioni- 1
bus Rotæ Romanæ factis *in cauſa Calagurritana Confidentiæ, coram Pegna, die* 14. *Decembris* 1591. & *coram Pamphilio die* 25. *Junii* 1592. quarum altera reperitur apud Garciam *de beneficiis p.11.c.3. n.*169. altera verò apud Farinac. *conſ.*75.*n.*59.*lib.*1. quarum etiam meminit Pariſius *in tract. de confidentia benefic. q.*15. Illarum autem deciſionum cauſa erat, quod Franciſcus Canonicus conſtituerat procuratorem in Romana Curia ad conſentiendum coadjutoriæ ſui Canonicatus in favorem filii cujuſdam Sanctorii, qui etiam erat Canonicus ejuſdem Eccleſiæ, & poſt duos dies idem Sanctorius eundemmet procuratorem conſtituerat ad conſentiendum coadjutoriæ ſui Canonicatus, ad favorem ejuſdem Franciſci, & ambæ ſupplicationes eadem die fuerant ſubſcriptæ, & uterque poſſeſſionem acceperat, unus *die* 17. *Junii*: alius verò *die* 23. *ejusdem menſis*. Et cùm diſputaretur, utrùm adeſſet confidentia propter vicinitatem mandatorum, & correſpectivitatem ſupplicationum & poſſeſſionum, fuit deciſum per Rotam, nullam adeſſe confidentiam, quia non apparebat, Franciſcum, primum reſignantem, dediſſe mandatum ſub confidentia, vel præcedente pactione, ut Ioannes poſtea ſimile mandatum daret ad reſignandum ſuum Canonicatū filio dicti Franciſci: & ideò cùm potuerit fieri, ut dicta duo mandata fuerint facta gratuitò, & ſine pactione præcedenti, in dubio eam interpretationem accipere oportuit, quæ delictum excluderet. Nec obſtare dictum fuit, quod mandata intra modicum temporis intervallum ad reſignandum data fuerunt, quaſi ex eorum vicinitate correſpectivitas præſumenda foret: † Quia quando inter duos actus, à contrahentes digreſſi fuerunt ad alios extraneos actus, tunc illi duo actus non cenſentur correſpectivi: ex traditis per Verall. *deciſ.*197.*num.*2. *part.*2.

*part.*2. Vbi dicitur,†quod si unum mandatum uno die fuit confectum,& aliud die tunc sequenti,non oritur præsumptio correspectivitatis. Ex quibus decisionibus infertur,quod cùm non constet de aliqua pactione præcedente in casu de quo agitur,imò resignatio Dignitatis facta fuerit pure & liberè in manibus Ordinarii, non potest aliqua delicti præ-
3 sumptio oriri,†quia sola vicinitas actuum sine pactione & conventione præcedenti,per quam imponatur necessitas collationis faciendæ in favorem certæ personæ,non est simonia : Felinus *in cap. ad audientiam* 31.*num.*3.*vers. quod autem,de rescriptis.* Rebuff. *de pacific.possessorib.num.*145.*versic.non tamen est simonia*, Castador. *decis.*2. *de simonia*, Rot. *decis.*169.*num.*9.*part.*2. *recent.* Sanch. *consil.moral.*
4 *lib.*2.*cap.*3. *dub.*36.*num.*12. ubi probat, † quod si quis liberè resignet,nullam imponens necessitatem Ordinario,licèt in animo habeat ut conferatur certæ personæ, aliàs non renunciaret, non est simonia,etiam mentalis,quia nullum intervenit pactum
5 tacitum,nec expressum.† Et ideo permutantes possunt mutuò resignare sua beneficia, etiam præcedente tractatu de permutando, ut diximus *part.*1. *cap.*75.*num.*8. cui addo Parisium *de confident.q.*40. *num.*39.Garc. *de benef.part.*11.*c.*4.*num.*56.Barbos.
6 *de jur.Ecclesiastico, lib.*3.*cap.*15.*num.*163.† Quod intellige verum esse, dummodò ambæ resignationes compermutantium simul expediantur,ut dicit Vgolin. *de Episcop. cap.*50.§.20. *num.*3. *versic.*3. Barbos. *dicto lib.*3. *juris Ecclesiastici,c.*15. *n.*185. ubi alia ad validitatem hujusmodi mutuarum permutationum enumerat, quæ ad casum nostrum non pertinent. Quod si in casu proposito interveniisset pactum, vel conventio de mutua resignatione facienda in favorem tertiæ personæ, veluti in
7 favorem alicuius nepotis, vel amici, † tunc esset contractus *do ut des*,qui nõ est licitus in beneficialibus ; imò simoniam continet, etiamsi detur spirituale pro spirituali Paris.*de resignat.lib.*14. *q.*4.*n.*3. & communiter Doctores *in Clement.*1.*de rer.permut.* Et ex his expedita est prima quæstio.
8 Ad secundam quæstionem respondetur, nullam commissam fuisse simoniam super fructibus per Regem condonatis, cùm sint merè temporales, ut probat Paris.*in dicto tract. de confident. quæst.* 27. *num.*104.*& sequentib.* dummodò non appareat talem gratificationem fructuum factam fuisse in executionẽ promissionis pro resignatione & collatione;nam id solùm prohibetur, & judicatur confidentia : *cap.Episcopus*,& *ibi* Abb.& alii,*de prabend. cap.postulasti,de rescript.*& *ibidem* Doctores:& benè
9 probatur ex traditis per Paris. *loco citato*, † sicut simonia non committitur in venditione fructuum præbendæ,quia sunt merè temporales. Veral. *decis.* 237.*part.*3.quod per nos explicatum fuit *sup. p.*2. *cap.*5.§.1.*num.*7. dummodò,ut jam dictum est,hoc non fuerit factum cum conventione respiciente causam resignationis:& ideo etiam hoc casu deberet constare de conventione præcedenti ad arguendam confidentiam. Ludovis. *decis.*238. *n.*10. *&*
10 517.*n.*30. Farinac.*cons.*75.*per totum.*

Ad tertiam quæstionem respondetur, quod quando lis simulata fit super beneficio, ille qui in vim hujusmodi litis beneficium obtinuit, illo privandus est ; per textum *in cap.audivimus* 3. *de*
11 *collus.detegenda.*†Sed tamen ista privatio nõ fit ipso jure,sed per sententiam,ut probatur ex verbis illius textus:*non differas perpetuò spoliare*:& notavit Hostiens. *in dicto cap.audivimus, in verbo,non differas*, & *in verbo,non redundarent, versic. privantur ergo.* Idem tradit Abb. *in dicto cap. audivimus*, & clarus *practic. criminal.*§.*final.quæst.*79.*num.*7.*versic.item Clericus colludens.* Et quamvis Ancharan. *dicto cap.* 12
audivimus, *num.*2. dicat dictam pœnam non esse infligendam, quando collusio non fit eo animo,ut beneficium pensione gravetur : tamen ejus limitatio est contra mentem Glossæ, & aliorum Doctorum *in dicto cap.audivimus*, qui non solùm considerant gravamen beneficii,sed etiam interesse collatorum, quibus fit præjudicium per hujusmodi simulatas transactiones.

Vnde infertur resolutio quarti dubii, nempe 13
quod donec ratione collusionis inducta fuerit privatio per sententiam,non debet quis à suo beneficio amoveri,cùm privatio non fuerit inducta ipso jure,ut mox probatum fuit ; multóque minus pœna privationis ad alia beneficia, super quibus collusio facta non fuit,extendi debet:cùm pœna *dicti capitis,audivimus*, sit restricta ad illud beneficium, super quo collusum fuit, ut patet ex verbis illius textus,ibi:*eos beneficiis, super quibus collusum fuerit, non differas perpetuò spoliare.*

Similiter ex præmissis sequitur resolutio quinti dubii : cùm superiùs probatum fuerit, nullam hic adesse confidentiam, nec per consequens privationem beneficiorum obtentorum, aut obtinendorum; sed tantùm illius super quo sententia privationis in futurum ferri posset. Et eodem modo resolvitur sexta quæstio, nempe quod cùm nulla adsit confi-
dentia,nec simonia, possessor iuvatur † Regula *de* 14
triennali, quæ solam excipit simoniam, & violentum, ingressum : ut diximus *suprà*, *part.*1. *quæst.* 85.*num.*57.*& sequentib.*& est communis omnium resolutio.

Verùm circa suprà dicta,fuit ulteriùs dubitatum, utrùm posito quod adesset vera confidentia, quæ tamen in foro exteriori probari non poterat, saltem eo casu in foro conscientiæ possessor posset retinere tam beneficium jam obtentum, quàm assequi & obtinere alia beneficia de novo conferenda, aut saltem quoad jam obtenta juvaretur Regula *de triennali*,in foro conscientiæ.

Pro vera resolutione certum est, eum qui confi- 15
dentiam veram commisit,non solùm inhabilem esse ad possidendum illud beneficium, in quo simonia commissa fuit, vel confidentia, sed etiam ad alia omnia postea obtinenda, nisi legitimè fuerit dispensatus : ut patet ex constitutione Pii V.quam ad hoc recenset Paris.*de confident. quæst.*58.*num.* 43. † Quæ constitutio fuit recepta in Gallia, & incor- 16
porata inter constitutiones regni, ut testatur Scholiastes ad Louet.*littera B.n.*9.*in fine.*† Intelligendo 17
tamen de vera confidentia, non autem de ea quæ intervenit sine expressa pactione, sed dumtaxat per viam simplicis gratificationis, ut constat ex suprà dictis,& ex notatis per Sanchez *consil. moral.lib.*2. *cap.*3.*dubio* 34.*num.*3.

Sed magna est controversia inter Doctores,utrum 18
Regula *de triennali*,locum habeat in favorem illius, qui confidentiam commisit, non quidem ratione ejusdem beneficii : in cuius adeptione intervenit simonia,seu confidentia,sed respectu alterius beneficii postea obtenti sine ulla confidentia, vel simonia in illius adeptione commissa.

In hac quæstione Parisius *dicta quæst.*58.*num.*49. *&* 50. existimat Regulam non juvare confidentiarium etiam quoad alia beneficia postea obtenta: fundatus super doctrina Rebuff. *in tractatu de pacific.possessorib.num.*172.qui in libro meo est 206.& *multis sequentibus*:ex ea ratione,quia inhabilitas ista

reſpicit perſonam, & non beneficium: & non eadem eſt ratio hoc caſu, ſicut dum agitur de illa inhabilitate quæ ſolùm reſpicit beneficium,& non perſonam; qualis eſt ea quæ propter colluſionem in beneficia factam imponitur, de qua nos *ſuprà* diximus *n.10.& ſequentib.* & per conſequens cùm per confidentiam perſona reddatur inhabilis, non juvatur Triennali,etiam quoad alia beneficia,propter incapacitatem ſuæ perſonæ; ſicut nec infans, aliæve ſimiles perſonæ ad obtinenda beneficia inhabiles.

Verùm adverſus Rebuffi ſententiam concludit Sanchez *lib.2.conſil. moral. cap.1. dub.31. num.20.* ubi per multas rationes probat,quod licèt inhabilis ratione perſonæ careat titulo colorato quoad alios effectus, tamen quoad effectum Regulæ *de triennali*, inhabilitas non conſideratur niſi proveniat ex ſimonia, vel violentia in beneficio: ſi enim agatur de alia incapacitate, veluti ſi agatur de illegitimo, aut de quocumque irregulari,& aliis ſimilibus,illos triennalis poſſeſſio tuetur:quia cùm Regula *de triennali*,tres tantùm caſus excipiat, nempe ſimoniam,violentiam, & reſervationem in corpore juris clauſam,in reliquis remanet firma: atque ita tenet Philippus Probus *ad pragmaticam ſanctionem titulo de pacific.poſſeſſorib.in verbo, Moleſtari gloſſ.3.* Gomeſ. *in regul.de triennali, quæſt.26.§.quibus non obſtantibus,& §. ſed breviter*,& alii DD.*ibid.* allegati. Vnde inferri poteſt,quod qui non commiſit ſimoniam, aut non eſt intruſus in illo beneficio,ju-
20 vatur regula *de triennali* quoad alia beneficia,† niſi agatur de beneficio reſervato reſervatione
21 clauſa in corpore juris, † ſicut illa Regula juvatur illegitimus & irregularis, *num.24.* aut ille qui non habet qualitatem requiſitam ex fundatione, & ſi-
22 miles,ut *ibi* per eum.† Fatetur tamen(& verum eſt) quod ſi agatur de incapacibus beneficii omnimoda incapacitate,ut de laico,Iudæo,fœmina, & ſimilibus, tunc nullo unquam tempore collatio convalidari poteſt,ut *in dicto num.20.verſic. & eadem quæſtione,& n.21.*

23 Sed cùm multi Doctores magnæ authoritatis exiſtimaverint confidentiarium non privari in foro conſcientiæ beneficiis poſtea obtentis,in quibus nullam commiſit confidentiam,niſi poſt ſubſequutam ſententiam Iudicis,quam ſententiam nos amplexi ſumus ſuperiùs,*lib.2.cap.67.num.22.* concludendum omnino eſt, poſſeſſorem beneficii, in quo nulla ſimonia commiſſa fuit, tutum eſſe in foro poli, quamvis priùs confidentiam commiſiſſet in alio & diverſo: beneficio, ut determinat Leſſius *lib.2.de juſtit.& jure,c.35. dubit.26.n.147.verſic.4.* ubi citat Gloſſam communiter receptam *in cap. fraternitas,22. quæſt.2.* Scott. *in ſelect. Pontific.conſtit.theorem.203.verſic. ſext.a.*& alios citat Conrad. *in praxi diſpenſationum, lib.5.c.10. num.10. verſic. cæterum.* Sanchez *de matrim.lib.3.diſp.30.n.1:verſ. ſi ergo eſt pœna,& verſic.deinde inhabilitas*,adeo ut non ſit *in conſcientia* requiſita aliqua diſpenſatio ſummi Pontificis ad obtinenda beneficia, ſuper quibus confidentia commiſſa non fuit. Ejuſdem ſententiæ fuit Navarr. *conſ.32.de Simonia*, Emmanuel Sà,*in verbo Simonia, num.5.* Paulus Layman. *lib.4.tract.10.c.8.num.73.& 74.* quamvis contra-
24 riam ſententiam,nempe pœnam inhabilitatis ad futura beneficia contrahi ipſo jure, etiam ante aliquam judicis declarationem, veriorem & in praxi receptam exiſtimet Bonacin.*in tract. de ſimonia,q.7. puncto 2.in ſecunda difficultate, n.3. verſic. ſed mihi dicendum videtur*,ubi alios Doctores allegat: & videtur ejuſdem ſententiæ Garſ.*part.8.cap.1.num.72.* Sed verior eſt noſtra ſententia, quæ pro ſe tot habet Doctores magnæ authoritatis, & reprobato Garſia non induci privationem ipſo jure quoad alia beneficia,ſuper quibus non fuit commiſſa ſimonia, tenet Lotter. *de re benefic.lib.3.c.29.num.171.* Et ita cum Viris doctiſſimis fuit concluſum.

CAPVT CXXXVI.

De conſtitutione cujuſdam Ordinis religioſi, quod qui officium exercuit, non poſſit ad illud,aut aliud eligi, niſi elapſo anno,utrùm habeat locum in eo,qui per renunciationem, aut aliquod accidens ſuperveniés fuit impeditus in exercitio, & adminiſtratione primi officii? Et quid ſit ſtatuendum in Confeſſariis ſanctæ Claræ, Ordinis Minorũ,nempe utrùm is qui tanquam Confeſſarius habuit vocem in ultimo Capitulo provinciali,poſſit eligi in Guardianum,etiam ſi tempus vacationis in conſtitutione contentum nondum fuerit elapſum.

SUMMARIUM.

1 *Qui fuit impeditus ſine culpa ſua exercere officium, non poteſt dici illud exercuiſſe durante tempore impedimenti.*

2 *Religioſus diverſæ Regulæ, ſeu diverſi modi vivendi, non debet præfici monaſterio.*

3 *Homines diſparis profeſſionis conjungi non debent.*

4 *Officia continuari non debent, ſed quomodo illud intelligatur.*

5 *Tempus officii cenſetur continuatum, non obſtante ceſſatione illius proveniente ex facto hominis.*

6 *Officium non cenſetur continuatum quando illius exercitium fuit impeditum ex legis diſpoſitione.*

7 *Tempus inceptum in odioſis non habetur pro completo.*

8. *Habilitas debet conſiderari tempore provi ſionis.*

9 *In Ordine Minorum nemo poteſt exercere guardianum, niſi per annum expletum à ſimili munere vacaverit.*

10 *In eodem Ordine Minorum munus Provinciale nemo ultra triennium exercere poteſt.*

11 *Confeſſarii monialium ſanctæ Claræ habent vocem in electionibus ex privilegio.*

12 *Confeſſarii monialium ſanctæ Claræ, lapſo triennio ſui officii, ſtatim poſſunt eligi in Guardianos non expectato anno.*

IN conſtitutionibus cuiuſdam Religionis,*part.3. cap.2.§.10.* cavetur quod qui per duo capitula immediatè ſubſequentia, & completa, ad aliquod officium habens votum promoti fuerint, aut officiis renuntiaverint,quibus per ſex menſes, intra ſupra dictum tempus, in eadem provincia functi fuerint, ineligibiles ad ſimile officium per biennium remaneant,ſub pœna nullitatis.

Contigit

Contigit quod R.P.B. in uno Capitulo provinciali electus in Priorem conventus sancti Augustini intra civitatem Massilienſem exiſtentis, munus Prioris, quod bennio durare debebat, per annum circiter exercuerit, reſtituto videlicet conventu, ex ordinatione Sacræ Congregationis Regularium aliis Patribus Auguſtinianis laxiorem Regulam profitentibus; ita ut munus ſuum dictus pater B. continuare, & uſque ad finem exercere non potuerit.

Cúmque idem pater B. in Capitulo provinciali tunc immediatè ſequenti electus fuiſſet in priorem conventus Tolonenſis, & rurſus in alio Capitulo tunc immediatè ſequenti in eodem Prioris munere confirmatus; Dubitatum fuit utrum iſta ultima electio, ſeu confirmatio ſit valida, ſtantibus dictis conſtitutionibus?

Dubium conſiſtit in eo quod ſequeretur ipſum in tribus Capitulis immediatè ſequentibus fuiſſe electum; cùm tamen ex dicta conſtitutione poſt duo Capitula eligi non poſſit, immò ab omni officio per biennium vacare debeat.

1 Negotiq diligenter perpenſo cum ſuis circumſtantiis omninò concludendum eſt, dictum Patrem B. potuiſſe eligi in Priorem, aut confirmari, non obſtante prima illa electione ad prioratum conventus Maſſilienſis, quia prima illa electio non fuit plenum effectum ſortita; & intentio ſtatuentium illa fuit, quod nemo poſſet triplici officii functione honorari: atqui dictus Pater B. verè non poteſt dici exercuiſſe officium Prioris Maſſilienſis, cùm exercitium illud non duraverit, immò magna ex parte temporis impeditus fuerit, ne illud exerceret: de jure verò factum non dicitur, quod factum non durat, *l. item 6. §. quod ſi actor. ff. quod cujuſque univerſ. nom. l. ſi propatre 10. §. verſum, ff. de in rem verſ. l. Celſus, §. idem, ff. de arbitr.* neque dicitur acquiſiviſſe poſſeſſionem dicti officii, qui tenebatur ad reſtitutionem illius dictis Patribus laxioris Regulæ faciendam, *l. non videtur, ff. de acquir. poſſeſſ.* & non præſtat impedimentum quod de jure non fortitur effectum, *cap. non præſtat, de reg. jur. in 6.* ergo cùm dictus Pater coactus fuerit ad reſtitutionem dicti officii per decretum Sacræ congregationis, ſequitur perinde eſſe, ad effectum de quo agitur, ac ſi illud numquam exercuiſſet.

2 Secundò, quia ſuſpenſio, ſeu remotio à dicto officio non ſolùm provenit ex facto hominis, ſed etiam ex diſpoſitione legis: quia cùm Religioſi Sancti Auguſtini reſtituti ad conventum Maſſilienſem in quo dictus pater B. præſidebat, non eandem profiterentur Regulam, quam dictus Pater, ſed laxiorẽ; non poterat ex diſpoſitione juris præeſſe dicto monaſterio diverſam Regulam obſervanti: *cap. ne prò defectu 41. & ibi* Gloſſ. *in verbo ipſius, de elect.* &
3 *ibid.* DD. & maximè Innocent. *in gloſſ. ultimâ,* † cùm non conveniat rationi, ut homines diſpares profeſſione in unum ſocientur: ut dicitur *in Clement. 1. de elect.* & copiosè oſtendit Roderic. *tom. 2. quæſt. regular. q. 52. art. 9.*

4 Cum igitur ſuſpenſio ab officio Prioris facta fuerit ex diſpoſitione legis, ſequitur electionem poſtea factam ad conventum Tolonenſem, non eſſe continuativam officii, quod jam priùs omninò expiraverat, & per conſequens ceſſare regulam *leg. 1. & 2. Cod. de muneribus & honorib. non continuand.*
5 *lib. 10.* † Debet enim fieri differentia inter ceſſationem officii provenientem ex facto hominis, & ex facto legis: dum enim provenit ex facto hominis, imputandum eſt ei qui poterat officium continuare & non continuavit, poſtquam ſemel poſſeſſionem accepit, veluti ſi quis poſt captam officii poſſeſſionem fuerit per renunciationem excluſus, vel per proprium delictum ab officio ſuſpenſus; in quibus terminis loquitur Navarr. *part. 2. deciſ. 66.* ubi tractat de Correctore Minimorum, qui poſſeſſionem ſui numquam fuerat conſequutus, vel poſt adeptam poſſeſſionem fuerat ab officio ſuſpenſus; & propterea prudenter illi qui dictum ſtatutum ſeu conſtitutionem fecerunt, ſpecialiter providerunt circa caſum renunciationis.

Vnde cùm aliàs ſimilis quæſtio ſuperveniſſet apud Minimos qui habent conſtitutionem, ut nemo eligatur ad Correctoris munus, niſi priùs per annum vacaverit, & ſubjectus permanſerit, Eminentiſſ. Cardinalis Aldobrandinus Prætor reſcripſit *die 2. Aprilis 1626.* his verbis: *Nos Hypolitus,* &c. *Dicimus & declaramus, quod quicunque Frater dicti Ordinis, qui ad aliquam Dignitatem vel officium fuerit aſſumptus, ſi huic renuntiaverit, ad aliud æqualis etiam ſuperioritatis, & dignitatis officiũ toto tẽpore à Regulâ præfixo aſſumi non poſſit,* ut apud Peyrin. *tom. 2. de prælat. quæſt. 1. cap. 4. num. 104.* Quod intelligendum eſt de illis qui adepto munere renũtiant, non de iis qui ante receptum munus: prout declaravit Sacra Congregatio Regularium *menſe Ianvarii 1631.* teſte Peyrin. *dicto n. 104. in fine,* & eſt conforme dictæ deciſioni Navarri *p. 2. deciſ. 66.*

Quando autem ſuſpenſio exercitii alicujus muneris vel officii provenit ex facto legis, prout in caſu iſto; tempus electionis ſecundæ eſt quid diverſum à tempore primæ electionis, neque poteſt dici continuatum, & per conſequens ceſſat diſpoſitio de muneribus non continuandis, ex notatis per Cavalcan. *deciſ. 16. num. 37. part. 3.* ubi tempus non dicitur prorogatum, ſed omninò diverſum, quando ſuſpenſio provenit à lege, & non ab homine, tunc enim tempus prorogatum, eſt quid ſeparatum & diverſum: per text. *in cap. quia diverſitatem 5. de conceſſ. præbend.* & *ibi* Gloſſ. *in verbo, ſuſpenſionis.*

Tertiò, quia tempus inceptum non habetur pro 6
completo quando agitur de odioſis, quidquid aliud ſit in favorabilibus: ad notata *in l. qua ætate 5. ff. de teſtament.* & eſt gloſſ. *in l. 3. §. minorem, ff. de minorib.* Quod præſertim procedit ſtantibus verbis expreſſis dictæ conſtitutionis, in qua conſideratur tempus duorum Capitulorum immediatè ſubſequentium, & completorum: & ſic cùm dictus Pater B. non exercuerit officium Prioris per ſpatium duorum Capitulorum, nempe per duo biennia complera, quando fuit confirmatus ultimo loco in Priorem Conventus Tolonenſis; ſequitur ipſum non eſſe comprehenſum in conſtitutione declarante illos ineligibiles, qui per duo biennia complera ad Officium promoti fuerint.

Neque obſtat ſi dicatur, dictam conſtitutionem 7
ſolùm reſpicere promotionem ad officium, non autem illius exercitium. Tum quia mox oſtenſum fuit, illum non dici promotum, cujus promotio non habuit effectum continuum, propter ſuperveniens juris impedimentum: tum etiam, quia verba debent intelligi cum effectu, *l. 1. hæc autem verba, ff. quod quiſque juris, l. penult. §. docere, ff. ne quis eum qui in jus vocatus eſt,* cum ſimilibus.

Denique quia negotium, de quo agitur, jam fuit deciſum inter dictos RR. Patres: cum enim d. Pater B. contenderet ſe poſſe, & debere uti & frui juribus, quibus utuntur Priores dicti Ordinis, quamvis nullum haberet Conventum, R.P. Provincialis ad

ſedandas

ſedandas controverſias declaravit, ipſum nec eſſe Priorem, nec juribus ac privilegiis Priorum gaudere poſſe, ſed ſimplicem inferiorem: cui declarationi acquieſcens dictus P.B. per annum continuum in ſimplici inferioritate permanſit, & cum aliis Religioſis in Capitulo conventuali, in quo erat de familia, pro electione Diſcreti votavit, & in Capitulo provinciali nullum habuit votum, ita ut dubitari non poſſit quin tempore electionis in Capitulo provinciali factæ de ejus perſona, fuerit ſimplex Religioſus, & ea ratione habilis ad exercendum officium ſibi conferendum, eadem habilitate, qua ſimplices Religioſi, & in nullo officio conſtituti potiuntur: & per conſequens quin potuerit ſecundo loco eligi ſeu confirmari, non obſtante ſtatuto ſeu conſtitutione, quæ refertur ad perſonas tempore
3 Capituli qualificatas: † ſicut regulariter, dum quis habilis, aut inhabilis declaratur, habilitas conſiderati debet de tempore proviſionis: *cap. eam te 7. de reſcriptis, cap. ſi eo tempore 9. eod. tit. in 6.* Franc. *in cap. ſi pro Clericis, colum. 1. numero 1. in princip. de præbend. in 6.*

Et cauſa finalis dictæ conſtitutionis videtur conſiſtere in eo, quod non ſit rationi conſonum, quod in tertio Capitulo immediatè ſequenti votum habeat, dum in duobus præcedentibus voti capax fuit, ut patet ex illis verbis, *ad aliquod officium habens votum:* & per conſequens cùm dictus P.B. in primo Capitulo votum non habuerit, illúmque voti incapacem fuiſſe, declaratum fuerit per P. Provincialem, ſequitur eum in tertio Capitulo (quod quoad ipſum erat ſecundum) non fuiſſe ineligibilem.

9 In eadem propemodum materia conſtitutionis prohibentis electionem illius, qui ab Officio, durante certo tempore non vacaverit, propoſita fuit aliàs dubitatio circa Confeſſarios monialium Sanctæ Claræ, Ordinis Sancti Franciſci. Siquidem in dicto Minorum Ordine Toletana conſtitution cavetur, neminem ex iis qui Guardianatum exercuerunt, lapſo triennio in eodem, aut alio conventu continuati poſſe, niſi priùs per annum expletum vacaverit, ut teſtatur Mirand. *quæſt. regul. part. 2.*
10 *quæſt. 19. artic. 8.* † ſicut & Provinciales non ultra triennium exercere poſſunt officium hujuſmodi, ut per eundem, *dicta part. 2. quæſt. 16. articulo 4. & 5.* qua de re etiam Hieronym. Roderic. *quæſt. 69. num. 7.*

11 Cùm autem Confeſſarii monialium Sanctæ Claræ præſentis Civitatis, habeant ex ſpeciali privilegio vocem in electionibus, dubitatum fuit utrùm ille qui tanquam Confeſſarius in ultimo Capitulo provinciali poſt finitum triennium ſui officii vocem habuit, poſſit lapſo anno eligi in Guardianum? Ratio dubitandi petitur ex eo, quia poſſet fieri fraus legi: nam lapſo triennio Guardianus interveniret per annum in Capitulo provinciali, & lapſo anno iterum eligeretur in Guardianum, & ita continuò vocem haberet, contra mentem & intentionem conſtitutionis.

12 Exiſtimavi nihilominus dictum Confeſſarium intervenire poſſe in electionibus, & habere vocem vigore dicti privilegii: quia conſtitutio non prohibet quin lapſo triennio poſſint Religioſi, non expectato anno, deputari Confeſſores monialium: quin imò hoc videtur permiſſum per Bullam Pauli IV. apud Rodericum *in Ballario, in bulla quinta Pauli IV. pag. 392. ſub die 23. Aprilis 1559.* his verbis: *In Guardianos eligi non poſſint, ſed tantum in Viſitatores dictorii locorum, vel Confeſſores monialium, durante officio Definitoris, &c.* & conſtitutio non prohibet Guardianos eſſe vocales alio modo, & alia via quàm via officii Guardiani: & ſic dum Guardianus lapſo triennio admittitur tanquam vocalis, non admittitur tanquam Guardianus, ſed tanquam Confeſſarius, & ſic contravenit dictæ conſtitutioni Toletanæ.

CAPVT CXXXVII.

Vtrùm ſolénitates requiſitæ in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum requirantur in bonis, quæ nondum Eccleſiæ ſunt incorporata, ſive agatur de bonis in quibus Eccleſia ſolùm habet dominium directum, ſive de illis in quibus Eccleſia habet utrumque dominium, videlicet tam directum quàm utile; ſive de illis in quibus Eccleſia ſolùm habet utile dominium, ſub directo dominio alterius qui non vult Eccleſiam inveſtire, adeò ut Eccleſia cogatur alteri vendere: & utrùm hoc caſu ex tali venditione concta debeatur laudemium, aut ſit locus juri prælationis in favorem domini directi.

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiæ non incorporata, ſeu unita menſæ capitulari, regulariter poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus.*
2 *Quando bona non dicantur incorporata Eccleſiæ.*
3 *Quando Eccleſia habet ſolum dominium directum, ſi deinde ex aliqua cauſa dominium directum fuit conſolidatum cum utili, abſque incorporatione, poteſt fieri alienatio ſine ſolemnitatibus.*
4 *Bona in quibus Eccleſia habet utrumque dominium, ſcilicet directum & utile, cum ſint menſæ, non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus.*
5 *In dubio tutius eſt in alienatione bonorum novorum acquiſitorum per Eccleſiam adhibere juris ſolemnitates.*
6 *Hæreditas delata Religioſo, ipſo jure acquiritur monaſterio.*
7 *In quibus caſibus bona noviter acquiſita Eccleſiæ poſſint alienari ſine ſolemnitatibus:* & numero 8.
9 *Virùm Eccleſia poſſit per tranſactionem dimittere bona in manibus tranſigentis? Reſolvitur negativè, ex veriori ſententia.*
10 *Tutor, vel Prælatus poſſunt tranſigere rem alienando ſine ſolemnitatibus.*
11 *Eccleſia uti manus mortua cogitur per dominum directum vendere bona noviter acquiſita.*
12 *Ex alienatione neceſſaria non debetur laudemium.*
13 *Debetur tamen Domino ius prælationis, ſi voluerit, ex tali alienatione neceſſaria, ſecundum mentem Rotæ Romanæ.*
14 *Quando Eccleſia cogitur alienare per dominum directum, nullum debet laudemium.*

Ad

AD evitandas expensas, quæ fieri solent in processibus solemnitatum de jure requisitarum in alienatione bonorum Ecclesiasticorum ; quidam Religiosi quærebant aliàs, utrùm sibi liceret absque solemnitatibus alienare bona hæreditatis sibi relictæ, pro solutione æris alieni hæreditarii, & pro urgentibus Conventus necessitatibus; idque duplici fundamento: Primò, quia agebatur de bonis nondum Conventui incorporatis : Secundò, quia tractabatur de alienatione coacta, ex eo quod domini directi prædiorum, de quibus agebatur, recusabant illis dare investituram, cùm essent manus mortuæ, quibus & de jure, & ex pactis investiturarum, bona emphyteutica vendi, aut aliàs alienari non poterant invito domino directo, qui propterea illos cogere poterat ad alienanda bona emphyteutica.

1 Pro cujus dubii resolutione hoc in primis statuendum est, quod quando bona non sunt incorporata Ecclesiæ, possunt alienari sine solemnitatibus aliàs de jure requisitis : ut notant omnes DD. *in cap. ut super 8. de reb. Eccles. non alienand.* Vincent. de Franch. *decis. 14. n. 16.* & plures citat Barbos. *in cap. nulli 5. num. 9 eod. titulo.* † Non dicuntur autem bona incorporata seu unita mensæ Conventus, vel Capitulo, quæ ipse Conventus, vel ejus Superior declaravit se nolle incorporare: Redoan. *de reb. Eccles. non alienand. q. 62.* Menoch. *de arbitr. cas. 433. n. 4.*

Sed tamen illa generalis regula majori indiget interpretatione : & ideò plures casus ad illius declarationem sunt considerandi.

3 Primus casus est, quando agitur de bonis Ecclesiæ, vel monasterii, in quibus Ecclesia solum habet dominium directum, quia reperiuntur data in emphyteusim alicui particulari, rerento Ecclesiæ dominio directo : Quæ bona cùm variis de causis ad Ecclesiam reverti possint quoad dominium utile, illúdque in favorem Ecclesiæ cum directo consolidari, veluti ob finitam generationem, pro qua concessio emphytentica facta fuit, & ad illam restricta, vel propter caducitatem & commissum, aliisve modis ; si quæratur utrum Ecclesia de hujusmodi bonis ad se reversis disponere, & illa alienare possit sine solemnitatibus ? distinguendum est, ut valeat quidem alienatio sine solemnitatibus quando bona illa nondum fuerunt incorporata mensæ Capituli, vel monasterii : quod colligitur ex circunstantiis facti, & maximè ex declaratione facta per Prælatum, aut Ecclesiam, quod non vult bona illa suæ mensæ incorporare, aut ex aliis similibus circunstantiis, ex quibus probatur bona non fuisse incorporata ; de quibus Menoch. *de arbitr. dicto cas. 433.* Quando verò Prælatus, aut Ecclesia illa bona incorporavit, veluti ita expressè declarando, aut inter bona & fundos Ecclesiæ describendo, aut aliis similibus modis : tunc omninò in bonorum illorum alienatione omnes juris, & constitutionum Pontificiatum solemnitates requiruntur : ut distinguit Menoch. *dicto cas. 433. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 87.* Redoan. *d. quæst. 62.* Cavalcan. *decis. 32.* aliàs *76. numer. 42. part. 2. & decis. 31. numero 269. ead. part.*

4 Secundus casus, quem à primo distinguit, & benè explicat Abbas *in dicto cap. ut super, de reb. Eccles. non alienand. num. 9. & num. 11. versic. quædam sunt bona* : est, quando agitur de bonis quorum dominium tam utile quàm directum pertinet ad Ecclesiam, & longissimis temporibus fuerunt in bonis Ecclesiæ, & ista in dubio dicuntur de Mensa, quia deserviunt necessitatibus Mensæ, & utilitatibus Ecclesiæ, & aliorum indigentium, *can. videntes, 12. quæst. 1.* Et sine dubio in alienationibus hujusmodi bonorum requiruntur solemnitates juris, & constitutionum, & si illæ non intercedant, alienationes vitiantur.

Tertius casus est, quando agitur de bonis noviter acquisitis Ecclesiæ, veluti ex donatione, aut hæredis institutione, aut alio simili titulo. Et quoad hæc bona licèt dubitari posset, utrùm sint de Mensa, & per consequens inalienabilia, juxta notata *in cap. finali, de feud.* an verò sint alienabilia, tanquam mensæ nondum unita, tamen quia in tutiorem partem fieri debet interpretatio, sanum & necessarium est consilium, ut bona ista non alienentur sine solemnitatibus, ut prudenter monet Innocent. *in dicto cap. ut super, in verbo, de mensa*, quem sequitur Abb. *ibid. num. 12.* Mascard. *de probat. conclus. 203. n. 6. & 7.* Et propterea si non adfuisset necessitas & coactio alienandi in casu proposito per dictos Religiosos, non ausus fuissem consulere alienationem sine solemnitatibus : quia qui donat Ecclesiæ, aut illam hæredem relinquit, non alia intentione donat, quàm ut ea fiant de mensa Ecclesiæ, & illi incorporentur ; quod potissimùm in casu proposito procedebat, † quia agebatur de hæreditate delata 6
cuidam Religioso, & ex ejus persona acquisita monasterio, tunc enim ipso jure censetur incorporata, & acquisita ipsi monasterio : ut concludit Riccius *in prax. alien. rer. Eccles. decis. 101.*

Egò tamen in certis casibus particularibus sæpius consului diversis Capitulis, tam Regularium quàm sæcularium Ecclesiarum, ut in novis acquisitionibus, in quibus non fit incorporatio ipso jure, protestarentur se non habere animum incorporandi ; veluti dum in publica subhastatione bona debitoris propter penuriam licitatorum, Capitulis tanquam plus offerentibus adjudicabantur, eo animo ut commodiùs aliis possent vendere, pro satisfactione summarum sibi debitarum pro fructibus decursis, qui in distributiones Canonicorum, vel alimenta Religosorum converti debebant : hoc enim casu cùm clarè constaret nullam adfuisse necessitatem, vel voluntatem incorporandi, potuit fieri alienatio talium bonorum absque solemnitatibus, cùm talia bona non sint Ecclesiæ pleno jure quæsita : ut per Rodoan. *dicta quæst. 62. n. 1.* Mascard. *dicta conclus. 203.* Menoch. *de arbitr. d. cas. 433. & consil. 79. per totum.*

Sunt tamen nonnulli casus, in quibus bona, quamtumvis incorporata, alienari possunt, quos ad longum recenset Rebuff. *in compend. alienationis rer. Ecclesiæ, n. 24. versi. sunt tamen quidam casus, & num. sequentibus*, Quarant. *in sum. Bullar. in verbo, Alienatio, per totum.*

An autem per transactionem bona Ecclesiæ alteri remitti possint, dubitatur à nonnullis, & nominatim Natt. *cons. 441. num. 12.* Alciat. *cons. 17. n. 8. lib. 1.* ea ratione, quia non dicitur alienatum, quod penes adversarium dimittitur, & numquam fuit ab Ecclesia possessum. Verùm hæc sententia est contra mentem Rotæ Romanæ, & plurium DD. quos refert Additio ad Burat. *decis. 690. littera B.* Quia quidquid sit de patre, qui est legitimus administrator bonorum filii ; † tamen quando agitur de tu- 10
tore, vel Prælato, qui non tantam habent potestatem, non possunt transigere dimittendo rem apud possessorem, nisi servatis juris solemnitatibus : ut probat Surd. *cons. 451. n. 25. & 26.* Gratian. *discept. forens. cap. 476. num. 16.*

Quartus casus est, quando agitur de bonis, in 11
quibus

quibus Eccleſia ſolùm habet utile dominium dependens à dominio directo alterius domini ſuperioris ; tunc enim ſi dominus nolit dare inveſtituram, ex eo quod Eccleſia, vel monaſterium eſt manus mortua, & de jure prohibita acquirere contra voluntatem domini directi, præſertim ſtantibus pactis quæ ſolent apponi in inveſtituris de non alienando in manus mortuas, qualis eſt Eccleſia, quæ nunquam moritur, *cap. unico de alienat. feud.* & propterea Eccleſia, & quævis alia manus mortua cogitur vendere emphyteuſim quæ ad illam pervenit, Ludoviſ. *deciſ.* 520. & 529. & *ibi* Addent. Rot. *deciſ.* 368. *part.* 1. *recent.* Burat. *deciſ.* 394. cum *ibi* citatis; † ideo talis alienatio dicitur neceſſaria, adeo ut ex ea nullum debeatur laudemium : Amed. à Pont. *quæſt. laudim.* 26. Niger *in tract. de laudem.*
12 *part.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 63. & *ſeq.* † Immò ſecundùm aliquos in tali alienatione neceſſaria dominus directus non poteſt uti jure prælationis, ut tradit Roman. *conſ.* 107. *incip. Circa id quod quæritur*, cum
13 pluribus citat. per Berlich. *tom.* 2. *concluſ.* 39. *n.* 65. & per eumdem *deciſ.* 98. Tiraquell. *de retract. conſanguinit.* §. *finali, n.* 3. & §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 8. & *ſequentib.* Quod tamen non tranſit ſine difficultate, quia Tiraquellus *d.* §. *finali, num.* 8. & *ſequentibus*, nihil determinat ; & Amedeus *d. quæſt.* 27. *num.* 12. inclinat in contrariam ſententiam, licèt loquatur in caſu diverſo, nempe in caſu alienationis neceſſariæ ex cauſa ſubhaſtationis: & ideò contraria ſententia verior eſt, & apud nos tenenda, propter authoritatem Rotæ Romanæ apud Seraphin. *deciſ.* 808. *n.* 3. poſt Bald. *conſ.* 306. *incip. Verba inveſtituræ, n.* 1. *verſic. ſed certè illud, vol.* 1.

14 Quando igitur Eccleſia ad inſtantiam domini directi compellitur vendere bona ab illius dominio dependentia, tunc Eccleſia poteſt liberè alienare, nullis adhibitis juris ſolemnitatibus, quia neceſſitas facit licitum, quod aliàs fuiſſet illicitum: Rip. *in l. filius familias*, §. *Divi, num.* 40. *ff. de legat.* 1. & in terminis Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. quæſt.* 51. *num.* 22. ubi quod ſolemnitas quæ exigitur in alienatione rerum Eccleſiæ, non requiritur quando fit alienatio rei, quam Eccleſia retinere non poteſt. Odd. *de prohibit. alienat. quæſt.* 31. *art.* 5. *n.* 124. ubi infinitos allegat : Niger *in tract. de laudem. q.* 4. *n.* 25. *part.* 2.

Et quia negotium dictorum Religioſorum verſabatur circa quartum caſum, quia domini directi nolebant illos inveſtire, ſed volebant cogere ad vendendum, quia erant manus mortuæ ; ideo fuit per eos proceſſum ad alienationem bonorum hæreditariorum, quæ devenerant ad Monaſterium, nullis prorſus adhibitis juris ſolemnitatibus, & talis alienatio plenum fuit ſortita effectum.

CAPVT CXXXVIII.

De concurſu reſignatarii in impetratione beneficii, cum eo qui præſentatus fuit à patrono Eccleſiaſtico, & cum tertio impetrante per obitum. Et de poſſeſſione capta in Gallia poſt mortẽ reſignantis. Et quod ex conſuetudine Galliæ attendi debeat tempus, quo tabellarius appulit Romam. De præſentatione incapacis facta per patronum : Et de certo modo vacationis exprimendo in impetratione: quid operetur clauſula, *Et aliàs quovis modo vacet.*

SVMMARIVM.

1 *In beneficiis Galliæ profeſſio capiẽda eſt intra trientinium per reſignatarium, & vivo reſignante.*
2 *In beneficiis Galliæ attenditur tempus, quo tabellarius appulit Romam.*
3 *Patronus Eccleſiaſticus privatur jure ſuo, ſi non idoneum præſentaverit, pro illa vice.*
4 *Patronus laicus præſentans non idoneum ignoranter poteſt variare intra quadrimeſtre.*
5 *Præſentatio inhabilis poteſt fieri ſub conditione impetrandi diſpenſationem.*
6 *Certo modo vacationis non expreſſo, ſufficit clauſula generalis*, Et aliàs quovis modo vacet, *& num.* 9. *maximè in beneficiis Galliæ, infra, num.* 10.
7 *Impetratio per modum in Cancellaria exprimendum, non valet, ex* regula 46. Cancellariæ.
8 *Quamvis contrarium verius ſit ſecundùm jus commune, cùm ſufficiat narrare in genere quod beneficium ſit vacans.*
11 *Prior impetratio certo modo facta præfertur aliis poſterioribus.*
12 *In Gallia ſimplex ſignatura ſufficit, illa tamen eſt producenda, vel ſumptum ex regiſtro Vrbis.*
13 *Si reſignatarius acceperit poſſeſſionem vivo reſignante, beneficium non vacat ampliùs per reſignationem, ſed per obitum.*
14 *Reſolvitur, impetrantem certo modo eſſe præferendum, cùm præſentatus à patrono jure caret, & reſignatarius poſſeſſionem debito tempore non acceperit.*

COncurrentibus pluribus impetrantibus ratione cujuſdam beneficii curam animarum habentis, in Diœceſi Vivarienſi, multæ propoſitæ fuerunt difficultates, ut ſciri poſſet quis inter tot prætendentes meliori jure niteretur.

Et primò quidem dubitatum fuit, utrùm reſignatarius, qui proviſiones obtinuerat in Curia Romana, poſſeſſionem tamen non fuerat adeptus, ni ſeptimo poſt datam proviſionem menſe, & reſignante tunc vita functo : & utrùm poſſeſſio capta per reſignatarium mortuo reſignante, ſit valida.

Secundò, utrùm debeat haberi ratio datæ, habito reſpectu ad tempus ſupplicationis, an verò ad tempus quo expeditionarius Vrbis Romæ recepit mandata, & inſtructiones negotii, cum commiſſione expediendi ſupplicationem.

Tertiò, utrùm præſentatus à patrono Eccleſiaſtico, ſit fundatus in ſua impetratione, attento quod antea perſonam incapacem præſentaverat.

Quartò utrùm proviſio illius qui poſt mortem reſignatarii impetraverat beneficium certo modo, tam ob defectum poſſeſſionis non captæ, quàm propter nullitatem præſentationis factæ per patronum, ſit valida, & aliis impetrantibus præferenda ? maximè quia iſte certo modo rius jus ſuum confirmaverat per concordatum factum cum eo qui jus habebat à reſignante : quod concordatum fuerat homologatum per ſummum Pontificem, ſub reſervatione penſionis conventæ.

Quintò

Quintò, utrùm impetratio posterior facta per obitum resignantis,nocere possit impetrati certo modo.

Sextò, utrùm mors resignatarii, quæ supervenit post tres menses, noceat validitati concordati facti cum dicto certomodario, & illi præjudicet.

1 Primæ quæstionis resolutio dependet ex edictis & ordinationibus Regis Christianissimi, quibus cavetur in primis, quod omnes resignatarii tenebuntur adipisci possessionem beneficii resignati ad summum intra tres annos post illorum provisiones, aliàs post dictum tempus hujusmodi provisiones erunt nullæ, etiamsi resignans sit adhuc vivens, qui non poterat amplius resignare directè, vel indirectè idem beneficium in favorem illius, qui intra triennium possessionem non acceperit: ut patet *ex edicto publicato ate 7. Septembris* 1638 quod postea fuit declaratum *anno* 1647. *art.* 14. quo fuit ordinatum similiter,quod resignatarii tenebuntur capere possessionem vivente resignante, intra triennium à die datæ provisionis expeditæ in Curia Romana; & dicto tempore elapso, tales provisiones nullæ erunt & invalidæ.

Cùm igitur resignatarius in casu proposito possessionem non accepisset vivente resignante, non poterat jus aliquod prætendere, vigore dictæ resignationis: quod fusiùs per nos expositum fuit *c.* 13. *n.* 16. *quæst. benefic. part.* 1.

2 Ad secundam quæstionem respondetur, quod in beneficiis Galliæ non solet haberi ratio datæ contentæ in supplicatione, quando constat de die & hora, qua nuntius,seu tabellarius appulit ad urbem Romam: hoc enim est peculiare beneficiorum Galliæ privilegium: ut notavit Brodeau ad Louet *Littera M. n.* 10. *column.* 4. *versic.* Car les François ont ce privilege, *& littera B. n.* 13.

3 Ad tertiam quæstionem respondetur, quod si patronus Ecclesiasticus minus idoneũ, vel indignum præsentaverit, privatur pro ea vice jure præsentandi; eodem modo quo eligentes indignum: quia patronus Ecclesiasticus censetur eligere.*cap. cùm vos* 4. *& ibi* Gloss.*in verbo,minus idoneæ, de offic.Ordinarii*: ideo locum habet dispositio *c.cum in cunctis* 7.*§.ult. de elect.* † Si enim ageretur de patrono laïco præsentante minus idoneum, locus esset variationi intra quadrimestre, intra quod potest alius idoneus præsentari, dummodo non agatur de idoneitate requisita in fundatione, veluti si præsentatus deberet esse actu Sacerdos,aut alia simili qualitate,quia tunc devolutio fieret ad Superiorem: & eodem modo,si lapsum esset quadrimestre, aut etiam si intra quatuor menses præsentatio de indigno facta fuerit scienter, quia tunc patronus laïcus privaretur illa vice jure præsentandi, quia abuteretur jure suo,
5 ut bene per Barbos.*de Episcop.alleg.*72.*n.*105. † Si tamen præsentatio facta fuerit de inhabili, sub conditione impetrandi dispensationem, non privatur patronus facultate præsentandi, & tempus devolutionis incipit à die obtentæ nullitet dispensationis, quando is ad quem fit devolutio habet notitiam nullitatis dictæ dispensationis: & fuit decisum coram Seraphin. *dec.* 1173. sequitur Barbos. *d.n.*105.

6 Ad quartam respondetur, impetrationem certo modo factam, esse validam, cùm nec resignatarius, nec nominatus à patrono jus aliquod prætendere possint, & sic beneficium rectè fuit impetratum, quamvis certus vacationis modus expressus non fuerit: quia propter clausulam, *Et alio quovis modo vacet*, impetratio est valida; quamvis beneficium adhuc vacaret per obitum resignantis: Rebuff. *in praxi,in forma signaturæ, in verbo, sive præmisso.*

7 Quamvis enim per *regulam Cancellariæ* 46. non valeat impetratio beneficii vacantis per modum in Cancellaria exprimendum, & impetratio certo modo facta, non expressa aliqua specie, & modo vacationis, non possit subsistere propter incertitudinem, † tamen regula illa est contra dispositionem juris 8
communis, juxta quam sufficit exprimere in genere quod beneficium sit vacans, etiam nulla facta expressione certi & determinati modi vacationis. Lap. *alleg* 6.*n.*5 Loter.*de re benef.lib.*3.*q.*8.*n.*9 Menoch. *de arbitr. cas.*201. *n.*100. *& seqq.*

Quod si in supplicatione nullius fuerit expressus 9
modus vacationis, sed tamen sit apposita clausula, *quocũque modo vacet*, hoc sufficit pro validitate provisionum, ut tenet Glossator antiquus *ad d. reg.*47.

Sed quia agitur de beneficiis Galliæ, cessat om- 10
nis difficultas: quia clausula generalis, *quocumque modo vacet*, comprehendit etiam vacationem per obitum,ut expressè consuluit Rebuff. *in suo conf.*73. *& in concordat. in tit. forma mandati Apostolici, in verbo, immodatus, versic. intellige prædicta.*

Itaque in vim impetrationis certo modo factæ, 11
impetrans præferendus est omnibus posterioribus, etiam per obitum impetrantibus, cùm prima impetratio certo modo facta comprehendat vacationem per obitũ ex notatis per Garc.*de benef. p.*11.*c.*1.*n.*4.

Advertendo tamen, quod dicto impetranti non 12
sufficeret producere copiam provisionum extractam ab officio Graffarii, sed vel ipsum originale rescriptum produci debet, vel sumptum ex registris Curiæ Romanæ: quia hoc habet praxis Gallica, ut sola quidem signatura sufficiat, sed ipsum rescriptum produci debeat,& in debita forma recognosci, quod super copia extracta à graffariatu fieri non potest, sed sumptum registri fidem facit: ut notatur *in proœm. Sexti decretal.* & tradit Bouchel. *in sum. benef.in verb.signatura,colum.*2.*versic.*anciennement, *& versic.* la verification d'une signature.

Quintæ quæstionis resolutio pendet ex mox tra- 13
ditis: quia licèt non capta possessione per resignatarium, in cujus favorem, & non aliàs facta fuit resignatio, quandiu vixit resignans, sed tantùm post ejus obitum, beneficium non vacet ampliùs per resignationem, sed per obitum ipsius resignantis, ex traditis per Rebuff. *in praxi, tit. de resignat. condit. num.*18. & probavimus *suprà, part.*2. *cap* 4. *§.*7. *num.*3. *versic. & quod resignatarius*, ubi plures citantur hujus veritatis assertores: & cùm impetratio certo modo facta comprehendat vacationem per obitum,& sit anterior, consequens est ut dictus impetrans per obitum sit posterioribus impetrantibus præferendus.

Ad sextam quæstionem paucis respondetur, dic- 14
tum impetrantem certo modo non posse, nec debere fundare jus suum super cessione sibi facta per resignatarium: qui cùm omni jure esset destitutus, non potuit quidquam transferre, quia nemo dat quod non habet, juxta vulgaram juris regulam: & ideo debet ipse jus suum fundare in propria impetratione certo modo facta: neque ipsi nocere potest patronus, cùm jam incapacem præsentaverit, & sic ceciderit à jure suo, ut *suprà* probatum fuit.

CAPVT CXXXIX.

Vtrùm præbẽda Theologalis possit permutari? Et si super ea pensio fuerit imposita contra formam juris, utrum ad ejus solutionẽ resignatarius cogi possit in Gallia.

De mutua reſignatione ſeu permutatione: Quando compermutante mortuo, alter ſuperſtes poſſit gaudere ſua bona fortuna, & utrumque beneficium obtinere: Et quid ſuper hoc fuerit decretum per edictum Ludovici XIII. Magiſter in Theologia quis dicatur. Et qualitas Magiſterii, ſeu Doctoratus, utrum ſufficiat quod interveniat tempore examinis, & collationis factæ per Epiſcopum, vigore mandati Apoſtolici; an verò debeat intervenire tempore proviſionis factæ in forma *Dignum*.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter omnia cujuſcumque generis beneficia permutari poſſunt.*
2 *Prabenda Theologalis permutari poteſt cum eo, qui habet qualitates requiſitas.*
3 *Penſio ſuper prabenda Theologali imponi non poteſt.*
4 *In Gallia reſignans cogit reſignatarium ad ſolvendam penſionem impoſitam ſuper prabenda Theologali in odium perfidia.*
5 *Item reſignatarius cogitur ad ſolvendum reſignanti penſionem ſuper beneficio curato impoſitam in Gallia, quamvis aliqua nullitate laboraret.*
6 *Conſultius tamen eſt, ut impoſitio penſionis ſuper Theologali approbetur à Summo Pontifice.*
7 *Si penſio conditionaliter in reſignatione reſervata non ſubſiſtat, non habebit effectum reſignatio.*
8 *Reſignanti datur actio ſpolii contra reſignatarium, ſi conditiones non adimpleantur.*
9 *Reſignatione mutua facta, ſeu permutatione, ſi unus poſſeſſionem beneficii permutati adeptus fuerit, & compermutans, qui fuit negligens in capienda poſſeſſione moriatur, ſupervivens gaudet ſua bona fortuna, & utrumque benaficiū obtinet.*
10 *Si unus ex mutuis reſignatariis recuſaverit, re integra, & beneficium illius vacaverit, non dicitur vacans per reſignationem, ſed per obitum.*
11 *In mutuis reſignationibus, una eſt ſeparabilis ab alia, & quomodo hoc procedat.*
12 *Imputandum eſt illi, qui fuit negligens in adimplendo permutationem.*
13 *Si unus ex permutantibus non publicaverit, permutatio eſt valida quoad alium publicantem.*
14 *Ex edicto Ludovici XIII. locum non habet illud quod dicitur de bona fortuna permutantis, contra eum qui fuit negligens: & referuntur verba dicta conſtitutionis.*
15 *Magiſter in Theologia dicitur ille qui Doctoratus gradum aſſequutus eſt.*
16 *Prabenda Theologalis requirit actualiter qualitatem Doctoratus.*
17 *Mandatum de providendo cum commiſſione in forma* Dignum, *continet gratiam conditionalem, & eſt in ſuſpenſo donec Epiſcopus proviſum dignum declaraverit.*
18 *Clauſula* ſi per diligentiam, &c. *reddit gratiam conditionalem.*
19 *Qualitas Doctoratus videtur ſufficere quod interveniat eo tempore, quo actus exercetur, per applicationem ad perſonam. Sed contrà, infr.* n. 21.
20 *Gratia conditionalis ſufficit quod purificata ſit tempore evenientis conditionis.*
21 *In mandato de providendo inſpicitur tempus mandati, quoad habilitatem perſonæ; non autem tempus exequutionis mandati.*
22 *In mandato de providendo inſpiciendum eſt tempus datæ reſcripti.*
23 *Quando à principio requiritur habilitas, non ſufficit quod poſtea interveniat.*
24 *Explicantur dicta ſuperius* cap. 57. & 99. p. 1.
25 *Quando agitur de literatura, ſufficit quod capacitas interveniat tempore examinis, quamvis proviſus non eſſet capax tempore datæ.*
26 *In reſcriptis omnia Pontifici narrata ſunt verificanda.*
27 *In reſcriptis conditionalibus habilitas requiritur tempore reſcripti, quando conſtat de mente ſummi Pontificis.*

CIrca permutationem cujuſdam prioratus cum præbenda Theologali Eccleſiæ Cathedralis, variæ propoſitæ fuerunt controverſiæ: quarum *Prima* conſiſtebat in eo, utrùm præbenda Theologalis titulo permutationis cedi poſſet? In qua reſponſum fuit affirmativè, dummodo is cui remittebatur Theologalis, haberet omnes qualitates ad illud beneficium requiſitas; † tum ex regula generali quod cujuſvis generis beneficiorum regulariter licita eſt permutatio, ut teſtatur Garc. *de benef. p. 1. c. 4. n. 11.* † nominatim quod præbenda Theologalis permutari poſſit, teſtatur Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. 1. in verbo, alteri, verſic. & ſiquando fieret permutatio, fol. mihi 936.* Boër. *deciſ. 22. n. 1. verſic. quia talis Theologalis præbenda.*

Secundo loco fuit quæſium, utrùm penſio ſuper præbenda Theologali imponi poſſit? Et concluſum fuit, non poſſe: ex Boër. *deciſ. 226. n. 1.* Louet *littera P. n. 46. & ibi* Addent. Rebuff. *in concordat. tit. de collat. §. 1. in verbo, onus, verſ. & ideo non poteſt.*

In Gallia tamen, quando agitur de reſignante, prout in caſu iſto, in quo agitur de reſignatione ex cauſa permutationis, ſuprema Tribunalia ſolent cogere reſignatarium ad ſolutionem penſionis, quæ alias peti non potuiſſet: ut notat Addit. ad Louet *littera C. n. 40. verſ. Mais il eſt à noter.* Quod ita obſervatur in odium perfidiæ & ingratitudinis: Et in ſpecie, de penſione reſervata ſuper præbenda Theologali, quæ aliàs debita non fuiſſet. Hic judicatum teſtatur Mornac. *ad l. venditor 14 ff. comm. prædior.* præbenda Theologali Eccleſiæ Lingonenſis, 6. *Maii* 1609. † Idémque judicatum eſt ſæpius verſus eos, qui cùm eis beneficium curatum reſignatum fuiſſet, ſub pacto penſionis annuæ illius poſtea pactioni initæ conati ſunt; ex eo, quod hujuſmodi ſacerdotia libera omni penſione eſſe debeant: condemnatus quippe fuit reſignatarius ad ſervandam conventionis legem: is enim qui contra jus publicum pactus eſt, tamen ex bona fide legem conventionis in illis Tribunalibus ſervare cogitur, ut notat idem Mornac. *ad l. jus publicum, ff. de pact.* † Melius tamen eſt, dum permutatio nondum facta eſt, aut ab hujuſmodi pacto abſtinere, aut illius approbationem obtinere à Summo Pontifice, ex notatis per Boër. *dec. 226. n. 2. verſic. & ſignanter.*

Quod ſi penſio ſic reſervata in reſignatione conditionali ex cauſa permutationis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ſubſiſtere non poſſet, nec ſimiliter reſignatio poſſet ſortiri effectum; quia ipſe non abdicatur à reſignante, niſi conditio ſub qua reſignatio facta fuit, ſit verificata, neque abdicatur poſſeſſio à reſignante: † immò competit illi actio ſpolii contra reſignatarium detinentem, ſeu poſſidentem beneficium reſignatum: Pariſ. *conſ. num. 7. & 8. lib. 4.* Burat. *deciſ. 48. num. 9. &* 10.

Et

Et si resignans moriatur ante adimpletas conditiones in resignatione contentas, beneficium non vacat per resignationem, sed per obitum resignantis: Additio ad Louet *littera B.n.13.column.13. versic.* Et neanmoins il a esté, *fol. mihi 58.*

9 Tertiò, cùm supponatur in facto, resignantem mortuum fuisse post provisionem factam à summo Pontifice, dubitatum fuit quid fieri deberet de beneficio dicti resignantis per permutationem vita functi? Responsum fuit, resignatarium debere frui beneficio resignato, seu permutato; quāvis resignās, aut permutans non acceptaverit, nec possessionem acceperit beneficii compermutati, quia resignatarius debet gaudere sua bona fortuna: quando enim mandata sunt tradita & expedita, & provisiones ex utraque parte subsequutæ, si unus ex cōpermutantibus mortuus fuerit ante captam possessionem, locus est bonæ fortunæ pro alio, qui debita usus est diligentia: Quod tamen locum non haberet in terminis simplicis permutationis, vel mandati ad permutandum, nondum admissi per collatorem ordinarium, vel per summum Pontificem: ut ostendit Addit. ad Louet *litt. B. n. 13. in 5. column. fol. mihi 54. vers.* cette regle, *& vers. ergo idem omnino. fol. 53. column. 4.* qui addit, quod in resignationibus ex causa permutationis, si permutatio non sequatur, putà utroque, vel altero moriente ante adeptionem possessionis, perinde est ac si neutrobique foret resignatum, & alter compermutans debet gaudere de bona fortuna, & reingredi, seu potiùs remanere in suo antiquo beneficio: quia verum est dicere, quod ipse numquam fuit privatus sua possessione, & per cōsequens utroque beneficio gaudere debet. Quod etiam firmat Rebuff. *in praxi, tit. de permut. n. 28. p. 3.* Qui
10 tamen dicit, † quod si resignatio fuerit facta, & ab altera parte recusata, tunc quia is remanet in possessione in qua moritur, ideo beneficium censetur vacare per obitum, neque enim intelligitur amissum quod alteri ablatum non est. Et ratio præmissorum est,
11 † quod cùm una collatio facta ex causa permutationis, sit separabilis ab alia, licèt altera non habeat effectum, non ideo desinit valere permutatio quoad aliā, quia utile per inutile vitiari non debet. Gonzal.
12 *ad regul. 8. glos. 15. §. 2. n. 48.* quia † imputandum est illi, qui fuit negligens in adimplendo permutationem, Gonzal. *ibid. n. 37. vers. 2. & n. 38. junct. d. n. 48.*
13 † Vnde si alter ex permutantibus omiserit facere publicationem, non ideo permutatio est nulla, sed corruit collatio illius qui non publicavit, non verò illius qui publicationem fecit. Patis. *de resign. lib. 1. q. 5. n. 25. & seqq.* quem sequitur Gonzal. *ibid. n. 50.*
14 Est tamen advertendum, quod per constitutionem Ludovici XIII. in Edicto facto *sur le Contrôlle*, sub anno 1637. verificatum postea in Curiis Parlamenti, & in privato Consilio Regio, *art. 21.* fuit declaratum, & ordinatum omnes provisiones factas ex causa permutationis, nullas esse & invalidas, & sine effectu, si ille qui vult uti talibus provisionibus, non fuerit usus omni diligentia possibili ad hoc ut ejus compermutans obineret beneficium sibi resignatum ex causa dictæ permutationis: & nihilominus si postquam unus ex permutantibus fuit provisus, alter decedat, beneficium quod resignatario debebatur propter bonam ejus fortunam, non amplius ad ipsum spectabit, sed vacabit per obitum illius sic mortui; sive resignatarius supervivens fuerit provisus, sive non; absque eo quod talis supervivens possit utrumque beneficium retinere sub prætextu dictæ bonæ fortunæ.

Et iterum per declarationem Regis continentem modificationem præfati Edicti, factam *anno* 1646. & verificatam in Curiis Parlamenti *art. 14.* ad tollendum notabilem abusum, qui irrepserat in quibusdam provinciis regni Galliæ, in quibus judicabatur permutationes bonas & validas, quamvis non fuissent effectuatæ, nec adimpletæ per unam ex partibus, quod tamen est contra naturam, & formam essentialem permutationum: fuit ordinatum sine derogatione regulæ *de publicandis*, quod casu quo unus ex permutantibus moriatur post tempus dictæ regulæ, nondum capta possessione beneficii permutati, eo casu supervivens dictorum permutantium remaneat integrè privatus beneficio per eum dato, & jure quod habebat in ipso, nec possit in illud reingredi sine nova provisione, sive dicta permutatio facta fuerit in infirmitate, sive aliàs, quod permutationes sint effectuatæ ex utraque parte, & provisiones recusantibus Ordinariis expeditæ ante obitum unius ex permutantibus, si contingat.

Ex quibus Edictis apparet, regulam illam, qua 15
olim permutantes gaudebant bona fortuna, si alter ipsorum negligens fuisset in capiendis provisionibus, & vita functus esset, hodie propter dictam constitutionem non habere locum in Gallia.

Quartò quæsitum fuit, quid intelligatur per Magistrum in Theologia: & utrum qualitas illa debeat intervenire tempore resignationis; an verò sufficiat quod interveniat tempore approbationis factæ per Episcopū, cui cōmissio data fuerat in forma *Dignum*.

Resolutum fuit quoad primum caput, nomine Magistri in Theologia intelligi debere eum, qui Doctoratus gradu insignitus est: ut notat Rebuff. *in concord. tit. de Reg. ad præsent. nomin. §. 1. in verbo, Magistrū, & in verbo, Doctorē, & in tit. de collationib. §. 1. in verbo, Magistro.* † Quæ qualitas Doctoratus 16
requiritur actualiter ex dispositione juris, & ex Regiis ordinationibus, ut notat Theveneau *in cōst. Reg. lib. 1. tit 7. art. 1.* in verbo, *qui ne soit de la qualité*, qua de re fuit per nos actum *c. 97. n. 27. 28. & 29. part. 1.*

Quoad secundam partem dubii, videbatur primo intuitu sufficere, quod provisus esset Doctor eo tempore quo Episcopus illum declaravit capacem vigore mandati de providendo sibi facti per summum Pontificem, cum commissione in forma *Dignum*:
† cùm hoc casu gratia sit conditionalis, & per con- 17
sequens non sit acquisitum jus proviso, donec Episcopus illum capacem declaraverit, & illi beneficiū contulerit. Abb. *in cap. inter cæteras, de præbend. n. 5.* † 18
multoque magis dicta gratia censetur conditionalis, attenta clausula, *si per diligentiam* in ea appositā, ex notatis per Garc. *de benef. p. 11. c. 4. n. 85. & 86.* Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib. 3. c. 15. n. 183.* † Et ideo 19
videtur sufficere quod qualitas Doctoratus interveniat eo tempore, quo actus ille exercetur, per applicationem ad personam. Imol. *in element. ut ii qui, sub n. 27. vers. ex prædictis nota, de ætat. & qualit.* Lotter. *de re benef. l. 2. q. 47. n. 92.* & de jure † sufficit quod 20
gratia conditionalis sit purificata tempore evenientis conditionis. Rot. *decis. 702. n. 19 p. 5. recent. tom. 2.*

Contraria nihilominus sententia vera est, nempe 21
quod si provisus nō fuerit actualiter Doctor Theologus tempore datæ supplicationis, non possit prætendere jus super dicto beneficio Theologali, quia de jure inspicitur tempus datæ rescripti, quo factum fuit mandatum de providendo; non autem tempus exequutionis mandati: textus est expressus *in cap. si eo tempore 9. de rescript. in 6.* Rebuff. *in concordat. tit. de mandat. Apostolic. §. 1. in verbo, dare possit,* † ubi dicit, quod si Papa mandaverit de aliquo 22
beneficio provideri in favorem alicujus personæ incapacis, non debet ille cui mādatum est directū, providere, nisi constet de intentione summi Pontificis

diſpenſare volentis : ut benè deciſum ſuit in Capella Toloſan. *q.* 488. & ſemper tempus datæ reſcripti inſpiciendum eſt : Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 4.
23 *q.* 1. *n.* 11. *& ſequentib.* † quia quoties à principio requiritur habilitas, non ſufficit quod poſtea intervéniat, ſed debet adeſſe illo tempore : Pariſ. *ibid. n.* 14.
24 Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 508. *n.* 10 † Et ita intelligenda ſunt quæ diximus ſuprà. *par.* 1. *c.* 57. *n.* 19. *& c.* 99. *n.* 6. ſemper enim debet eſſe habilitas proviſi tempore datæ reſcripti, Rot. *deciſ.* 225. *n.* 4. *p.* 4. *recent.*
25 *tom.* 2. † Modern. *de ſtylo datar. c.* 6. *n.* 18. *in fine*, ubi hoc limitat niſi ageretur de capacitate quoad literaturam, quam ſufficit intervenire tempore examinis.
26 Neque obſtat quod dicitur, gratiam eſſe conditionalem : duplici ratione ; *Primò*, quia in ipſa ſupplicatione, ſeu reſcripto obtento à ſummo Pontifice, expreſsè narratum fuerat, ipſum impetrantem eſſe Magiſtrum in Theologia, & ſic tenebatur probare qualitatem illam expreſſam in litteris, ſeu reſcripto Pontificio : quia de jure omnia narrata ſummo Pontifici ſunt verificanda, maximè quando talia ſunt, ut in iis Summus Pontifex gratiam ſuam fundaverit, Rot. *deciſ.* 642. *n.* 2. *p.* 4. *recent. tom.* 3. Ludoviſ. *deciſ.* 13. *n.* 8. & hoc eſt indubitatum.
27 *Secundò*, quia cùm conſtet de mente ſummi Pontificis, qui intendebat providere de perſona idonea, & de Magiſtro in Theologia, etiamſi ageretur de actu conditionali, debet intervenire habilitas tempore proviſionis ex mente Papæ, quæ etiam in actu conditionali primum locum obtinere debet. Caſſador. *deciſ.* 3. *de præbend. n.* 15.

CAPVT CXL.

Copioſiùs explicantur ea, quæ *p.* 1. *qq. benefic. c.* 73. tradita fuere circa jus ſepeliendi : & tractatur materia ſepulchri familiaris, & hæreditarii ; & ex quibus illorũ qualitas dignoſcatur : Et an jus ſepulturæ tranſeat ad ſolos adgnatos & deſcendentes, an verò etiam ad cognatos, vel ad hæredes extraneos : Et quibus etiã conjecturis tranſeat ad fideicommiſſarios. Quid ſi teſtamentum alioqui nullum ſuſtineatur per clauſulam codicillarem, utrum hoc jus remaneat apud eum qui fuit inſtitutus in tali teſtamento. Vxor cõvolãs ad ſecũda vota, an poſſit in ſepulchro primi mariti habere jus ſepulturæ.

SVMMARIVM.

1 *Explicatur Theſauri junioris ſententia, conſtituentis differentiam inter jus Canonicum & Civile in materia ſepulchri familiaris, vel hæreditarii : & expenditur text.* in l. jus ſepulchri 13. Cod. de religioſ.
2 *Proponitur vera reſolutio ad quos tranſeat jus ſepulchri, tam familiaris quàm hæreditarii.*
3 *Jura ſepulchrorum non poſſunt cedi extraneis.*
4 *In ſepulchro familiari hæredes extranei jus nõ habẽt.*
5 *Filii licèt ſuccedant in ſepulchro paterno, quamvis non ſint hæredes univerſales, tamen non ſuccedunt in jure Capellæ, niſi ſint hæredes.*
6 *Ex quibus probetur ſepulchrum eſſe familiare, vel hæreditarium.*
7 *Deſcendentes ex linea fœminina, utrum poſſint arma ſua apponere in lapide ſepulchri.*
8 *Spurii an ſuccedant in jure ſepeliendi.*
9 *Quo caſu deſcendentes ex fœminis ſuccedant in jure ſepulchri.*
10 *Jus ſepulchri non tranſit ad fideicommiſſarios. Limita* num. 11. *niſi adſint conjecturæ in contrarium, & quæ ſint illæ conjecturæ.*
12 *Inſtitutus in teſtamento nullo, quod ſuſtinetur in vim codicillorum, ſuccedit in jure ſepulchri.*
13 *Quid ſtatuendum juxta canonicas ſanctiones quoad ſucceſſionem in jure ſepeliendi.*
14 *Inter jus Canonicum, & Civile, non deburc ſtari differentiam quoad ſucceſſionem ſepultura. Et reſpondetur objectionibus,* num. 15. & 16.
17 *Mulier quæ convolavit ad ſecunda vota reddit ſe indignam ſepulturæ primi mariti, quamvis mortuo ſecundo marito, iterum vidua facta fuerit.*
18 *Extincta deſcendentia, poſſunt Religioſi ſepulturã concedere quibuſlibet perſonis, etiam extraneis.*

OCcaſione eorum, quæ nos aliàs diximus *lib.* 1. *reſol. benefic. c.* 73. dum de ſepulchrorum juribus tractaremus, mota fuit controverſia inter Dominum quandam regularem, & hæredes fundatoris unius Capellæ : ſiquidem fundator qui Capellam ædificari fecerat, in eadem ſibi ſepulturam elegerat, & pro ſalute animæ ſuæ & uxoris, & amicorum vita functorum, quaſdam Miſſas, & Officia divina cum congruæ dotis aſſignatione ordinaverat : poſt cujus obitum, uxor, quæ ab eo hæres fuerat inſtituta, ad ſecunda vota convolaverat, & tandem ab humanis exceſſerat, relicto hærede extraneo.

Quæſitum igitur fuit, utrùm jus Capellæ, aut etiam ſepulturæ poſſet per Religioſos ad alias perſonas extraneas impunè & licitè transferri.

Cujus quidem quæſtionis reſolutio, aliter de jure civili, aliter verò ſecundùm juris Canonici ſanctiones facienda eſt, ſi vera ſit ſententia Theſaurinjunioris *lib.* 1. *quæſt. forenſ.* 112. *n.* 3. Nam ſi juris civilis ſanctiones ſequimur, concludendum eſt, jus ſitũ ſepulturæ tranſire ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos : *l. jus ſepulchri* 13. *C. de religioſ. & ſumpt. funer.* Adeo ut jus ſepulchri familiaris non tranſeat ad cognatos, niſi ſint hæredes : *l. jus familiarum* 8. *C. eod. tit.* Vndè Caſtr. *in l. ſepulchr.* 2. *C. eod. tit. n.* 4. dicit, † quod in ſepulchro familiari omnes de familia, id eſt de cognatione, habent jus ſepeliendi, licèt non ſint originaliter de familia, id eſt de agnatione ſed extranei : ut *in l. familiare, cum ſequent, eod.* ſed in ſepulchro hæreditario, quod quis fecit pro ſe & ſuis hæredibus, non habent jus ſepeliendi, niſi illi qui ſunt hæredes, quamvis eſſent de familia, id eſt de agnatione, præterquam liberi & deſcendentes ; illi enim jus habent ſepulturæ, quamvis non ſint hæredes univerſales. † Quamvis ſimpliciter jura ſepulchrorum ad hæredes extraneos tranſire, licèt extraneis cedi non poſſint, voluerit Titaq. *de retract. conſanguin.* §. 26. *gloſſ.* 1. *n.* 55. † Quod tamen locum non habere, quando agitur de ſepulchro familiari pro ſanguine vel deſcendentia conſtituto ; ad hoc enim non admitti hæredes extraneos, oſtendit Gutian. *diſcept. forenſ. c.* 210. *n.* 37. Idem ferè tradit Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 41. † Advertendo tamen ad id quod ſuperiùs dictum eſt ex Caſtrenſi *in d. l. ſi ſepulchrum, C. de relig. & ſumptib. funer.* quod in ſepulchro hæreditario illi dumtaxat jus habent, qui ſunt hæredes univerſales, niſi tamen eſſent de liberis, quia illis competit jus ſepulchri patrii, quamvis ſint tantùm legatarii, aut inſtituti in re certa : Quia hoc verum eſt quoad jus ſepeliendi, ſed non quoad jus Capellæ, quod non competit filiis ex ſola ſanguinis conjunctione, niſi ſint hæredes

redes, ut decisum fuit in Cod. Fabrian. *lib. 3. tit. 25. famil. erciscund. defin. 10.* sequitur Barry *de succeff. lib. 8. c. 10. n. 34. fol. 329.*

6 Ex quibus autem probetur sepulchrum esse familiare, aut hæreditarium, docet Castrens. *in dicta l. si sepulchrum, num. 5. Cod. de religios.* nempe ex inscriptione lapidis, aut ex armorum sculptura: quod etiam tradit Anan. *cons. 86.* Ancharan. *consil. 113.* & post ipsos Thesaur. jun. *lib. 1. quæst. forens. 11. n. 3.*

7 *versic. an autem.* † Vbi addit quod descendentes ex linea fœminina non possunt eorum arma insculpere, & removere jam insculpta, nisi de consensu prælati

8 Ecclesiæ, ad quem harum rerum cura spectat. † Ad filios autem spurios jus sepulchri non spectare, cùm sint ab omni agnationis & cognationis privilegio

9 excluſi. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 16. n. 27.* † Quod autem attinet ad illos, qui ex fœminis descendunt, illis jus sepeliendi competere asserit, si nulli alii supersint ex agnatione illa; alioquin agnati in gen-

10 tilitio sepulchro præferendi sunt. † De fideicommissariis egimus *dicta p. 1. quæst. benefic. c. 73. n. 17. & 18.* & concluſum *ibi* fuit jura sepulchorum ad fideicommissarios non transire: quod evidenter decisum est *in l. quia perinde 42. §. reſtituta, ff. ad Trebellianum,* ubi sic loquitur I C. *Reſtituta hæreditate, jura ſepulchrorum apud hæredem remanent.*

11 Verùm concluſio *ibi* firmata non adeo certa est, quin aliquando ex variis circunstantiis, etiam fideicommissario hujusmodi jura honorifica supremorum Tribunalium Magistratus adjudicaverint, prout aliàs in facti contingentia fuit judicatum in Rota Romana, propter concursum multarum præsumptionum: quas ego singulas separatim, non omnes admitterem; unitas tamen, multùm substituto per fideicommissum prodesse posse censerem. Et hæc decisio facta fuit coram Illustrissimo & eruditissimo Domino meo Bichio *in Bononienſi Iuriſpatronatus, die 23. Ianuarii 1640.* Primò, quia hæres fuerat gravatus de restituendo, *omnino*, bona & hæreditatem prædictam: Quod verbum, *omnino*, significat nihil remanere debere apud hæredem gravatum. *Secundò* quia etiam fructus per gravatum perceptos substituto restitui testator mandaverat. *Tertiò*, prælegata à fideicommisso exceperat, & sic omnia alia restitui voluerat. *Quartò*, Trebellianicæ detractionem prohibuerat. *Quintò*, quia pro substitutis concurrebat observantia. Ex quibus Rota substitutis jus patronatus adjudicavit, ut apud Vivian. *poſt ejus tract. de jure patronat. deciſ. 121.*

12 Sed pulchra occurrit dubitatio, quid si testamentum alioqui nullum sustineatur per clausulam codicillarem: quo casu hæres ab intestato censetur gravatus de restituendo hæreditatem nominatis in testamento per fideicommissum, utrùm hoc casu jura sepulchrorum, patronatus, & alia honorifica remaneant penes successorem ab intestato, an verò ad instituendum transeant, cui fit restitutio per fideicommissum, vigore clausulæ codicillaris. In quo articulo Rota Romana judicavit, transire hujusmodi jura honorifica ad eos, quibus hæreditas restituitur, idque ex præsumpta mente testatricis, cujus primordialis intentio fuit, ut omnia jura directa in hæredem instituendum transirent: & ita decisum *p. 7. recent. dec. 170.* in qua declaratur dicta decisio in eadem causa *dec. 72. ead. p. 7.*

13 Sed secundùm dispositionem juris Canonici, idem Thesaur. de quo suprà, *lib. 1. qq. forens. q. 11. n. 1.* existimat jus funerandi, seu sepeliendi non transire ad extraneos, quamvis sint hæredes, sed ad solos successores sanguinis, seu descendentes, quia debet quis sepeliri in sepulchro Majorum: *c. 1. de ſepult.* & cùm mulieres non habeant sepulchra, nisi virorum, *can. Ebron, 13. q. 2.* descendentes ex fœminis, etiàsi hæredes sint, nò potetunt occupare sepulchra alterius agnationis, præsertim ne inducatur cõfusio in sepulturis.

Ego tamen re maturè considerata, non recedo à 14
prædicta distinctione sepulchri familiaris, & hæreditarii, ita ut in illo succedant soli agnati, non autem cognati: in hoc verò, nempe hæreditario, soli succedant hæredes, quamvis non sint agnati: hi verò, videlicet agnati, non succedant nisi sint hæredes, licèt sint de familia & agnatione, præterquam liberi & descendentes, quia isti habent jus sepeliendi, etiamsi non sint hæredes universales, ut dictum est; sed tantùm instituti sint in re certa, seu etiam non mala mente exhæredati, ut per Castrens. *in dicta l. si ſepulchrum, C. de religioſis, n. 4.*

Non enim huic concluſioni obstat *consilium* 15
Ioan. de Anan. 86. *cum additionib.* Ludovici Bologn. Quia *ibi* simpliciter dicitur quod jus sepeliendi non transit ad hæredes extraneos, sed ad descendentes, etiamsi non sint hæredes: & allegatur text. *in l. pro hærede 20 §. ſed & qui, & §. final ff. de acquir. hæredit.* in quibus locis fit distinctio sepulchri hæreditarii, ut etiã patet in Glos. *dicto §. fin. in verbo, hæreditarij.*

Nec etiam obest doctrina Lambert. *in tract. de ju-* 16
repatronat. lib. 1. p. 1. q. 11. art. 13. n. 3. quem citat & sequitur Laurent. de Peytin. *in addit. ad conſt. Leonis X. c. 4. n. 28.* Quia Lambertinus *in dicto loco*, nec non *lib. 3. q. 5. art. 4. n. 10.* & alii, qui eum sequuntur, debent intelligi, ut procedant quando agitur de sepulchro familiari: nam si esset hæreditarium, transiret ad quoscumque etiam extraneos hæredes, ut ipsemet Lambertin. explicat *lib. 1. tract. de jur. patron. part. 2. q. 2. art. 3. n. 4.*

Cæterùm in casu proposito cessabat omnis con- 17
troversia, nec opus erat distinctione prædicta, cùm ageretur de sepelienda uxore fundatoris, quæ per transitum ad secunda vota, omne jus sepulturæ, si quod in Capella & sepultura mariti habere potuisset, amiserat: cùm enim mulier binuba indignam se reddat domicilio mariti, cujus offendit memoriam, ideo non debet mortua in ipsius tumulo sepeliri, etiamsi ex posteriori matrimonio vidua permansisset, quia debet attendi causa proximior & immediata, non autem remotior, & mediata: ut testatur Sebast. Medic. *in tract. de sepul. q. 7. n. 26. verſ. Quintò declaratur,* Portel. *in dub. regul. in verbo, ſepultura,* post Sylvest. *in verbo, Sepultura, n. 8. verſic. Quintum.*

Et ex supradictis concluſum fuit primò, dictum jus sepulturæ & Capellæ finitum esse per transitũ 18
dictæ uxoris ad secundas nuptias. † Secundò jus illud per Religiosos alteri concedi potuisse, attento quod nulli reperiebantur ex fundatoris agnatione & descendentia, ad quam potiùs quàm ad hæredes extraneos fundator respexerat: ut probavimus *in quæſt. beneficialib. p. 1. cap. 73. n. 6.* & tradit Laurent. à Peytin. *in addit. ad conſtit. Leonis X. c. 4. n. 49.*

CAPVT CXLI.

De diverſis cujuſdam Prioratus impetrationibus, quarum una facta fuit uti de beneficio curato; alia verò tanquam de simplici. Quomodo inter se differant benecium parochiale, & curatum. Et ex quibus istæ qualitates probentur, & dignoscantur, veluti per decimarum perceptionem longo tẽpore factam, per enuncia-

tivas antiquas, vel per deputationem Vicarii. Et quod natura beneficii non alteretur per Eccleſiæ ſæculariſationem, niſi in iis in quibus per bullam ſæculaſationis fuit proviſum.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio beneficii curati nulla eſt, ſi hæc qualitas non fuerit expreſſa.*
2 *Omnia beneficia præſumuntur ſimplicia: ideo qui dicit eſſe curatum, tenetur probare.*
3 *Beneficium parochiale, & curatum inter ſe differunt.*
4 *Quæ probanda ſint ad docendum, Eccleſiam eſſe parochialem.*
5 *Quomodo probetur, curam animarum alicui Eccleſiæ imminere.*
6 *Probata parochialitate, probatur cura animarum, ſed non è contra.*
7 *Perceptio decimarum longo tempore continuata probat parochialitatem.*
8 *Enunciativæ plurium inſtrumentorum antiquorum dant argumentum parochialitatis.*
9 *Dictio*, forſan, *non dat certam aſſertionem, ſed dubiam.*
10 *Deputatio Vicarii, aut ſubſtituti, pro exercitio curæ, infert animarum curam apud deputantem reſidere.*
11 *Vicarii amovibiles deputantur in parochialibus unitis Monaſteriis.*
12 *Religioſi non poſſunt curam animarum exercere ſine diſpenſatione, exceptis membris à monaſterio dependentibus.*
13 *Reductio Eccleſiæ regularis ad ſtatum ſæcularem, nihil immutat de antiquis Eccleſiæ juribus, excepta regularitate, & aliis per bullam ſæculariſationis.*

PRioratus quidam olim, ante collegiatæ Eccleſiæ regularis ad ſtatum ſæcularem reductionem, ab Archidiaconatu ejuſdem Eccleſiæ dependebat, poſtea verò illum ab Abbatiali dignitate dependere fuit declaratum per arreſtum magni Conſilii Regii: inter duos proviſos in litem deductus erat, quorum alter ipſum uti ſimplex beneficium; alter verò tanquam habens curam animarum, obtinuerat: Ideo dum quæreretur, uter ex duobus potiora jura foveret.

1 Dixi in primis ſupponendum eſſe, quod & alio loco probavimus, beneficii curam animarum habentis collationem nullitatis vitio laborare, ſi hæc qualitas curæ animatum ſummo Pontifici expreſſa non fuerit, teſte Felin. *in cap. in noſtra 31. in decimo corollario, de reſcript.*

2 Secundò ſupponendum eſt, omnia beneficia præſumi ſimplicia, & non onerata cura animarum: & ideo eum, qui allegat curam beneficio incumbere, teneri illud probare, cùm habeat contra ſe juris præſumptionem, quæ in adverſarium transfert onus probandi: Rot. *deciſ. 233. n. 4. p. 1. recent.* Bellamer. *deciſ. 676.* Rebuff. *in praxi, titul. ſæcular beneficium quotuplex, n. 11.*

3 Tertiò ſupponendum eſt, magnam eſſe differentiam inter beneficium parochiale, & illud quod habet curam animarum. Ad hoc enim ut probetur Eccleſiam eſſe parochialem, multa requiruntur, ex Staphil. *in tract. de litteris grat. in tit. de qualitate & ſtatu benefic. §. circa ſecundum, num. 7. 8. 9. & 10.* Gomeſ. *ad regul. de idiomate, q. 11.*

Primò ſiquidem probandum eſt, eos qui hujuſmodi beneficium poſſederunt, audiviſſe confeſſiones, & habuiſſe poteſtatem abſolvendi in foro pœnitentiali. *Secundò*, ad ſtabiliendam parochiam oportet ut adſit locus limitatus, & ſuis confrontationibus deſignatus. *Tertiò*, quod is qui curam exercuit, illam exercuerit proprio nomine, non autem tanquam ab alio deputatus: non tamen qualitati parochiali fiet præjudicium, quamvis Parochus primitivus aliquem ſibi adjunxerit adjutorem, pro commodiori ſacramentorum adminiſtratione, cùm hoc ei jure permiſſum ſit, ut notat Cardin. *in Clement. 1. in princip. q. 21. num. 11. de privileg.* & alii citati per Rotam *deciſ. 52. n. 25. p. 2. diverſ.*

At verò quando non de probanda parochialitate agitur, ſed de ſimplici cura alicui beneficio annexa, ſufficit probare quod talis beneficii poſſeſſor habeat forum pœnitentiale cum diſtinctione limitum. Rot. *dicta deciſ. 52. n. 26. p. 2. diverſ.*

Eſt quidem in jure verum, quod omnis Eccleſia parochialis habet annexam curam animarum: ſed non ſequitur è converſo, quod Eccleſia omnis curam animarum habens, ſit propterea parochialis: ut docet Ioan. Andr. & alii *in cap. ſuper eo, de præbend. in 6.* Rebuff. *in concordat. tit. de collat. §. ſtatuimus, in verbo, Parochiales, fol. mihi 1020.* Et *in ſumma mandati Apoſtolici, in verb. Parochialis Eccleſia, fol. 1086.* Rot. *deciſ. 380. n. 14. p. 5. recent.*

Negari tamen non poteſt, quin parochialis Eccleſiæ qualitas variis modis probari poſſit: veluti ſi verificetur ab omni tempore Eccleſiam ſolitam eſſe percipere decimas, & alias obventiones ſpirituales, quæ non niſi à veris Parochis percipi ſolent: *cap. nobis, cap. cùm contingat, de decimis:* Seraphin. *deciſ. Rot. 1227. n. 2.* Gregor. *deciſ. 387. cum ſequent.*

Item, coadjuvabitur probatio qualitatis Parochialis per plures enunciativas antiquorum inſtrumentorum, in quibus Eccleſia illa, *Parochialis* nominatur, per Gloſſ. *in cap. cùm olim, in verbo, inſtrumentis, de cenſibus.* Felin. *in cap. cùm cauſam 13. n. 3. de probat.* quia tales enunciativæ ſi excedant centum annorum, habent vim famæ. Rot. *deciſ. 472. n. 1. p. 1. recent.* ubi plures DD. allegantur.

Advertendo tamen quod oportet, ut tales enunciativæ utantur verbis aſſertivis, & non loquantur dubitativè, veluti ſi uterentur dictione, *forſan*, quæ nihil certi determinat: ut per Burat. *deciſ. 550. n. 2.*

Similiter ſi probetur, poſſeſſorem beneficii ſolitum eſſe deputare Vicarios, ſeu presbyteros amovibiles, qui curam exerceant nomine ipſius: tunc enim hujuſmodi Vicarii ſolùm habent exercitium curæ; ſed cura primordialis remanet apud deputantem: ſiquidem in beneficiis unitis & annexis Monaſterio, aut Dignitati, vel Capitulo, deputandus ab Vicarius: ex Concil. Trident. *ſeſſ. 7. de reform. c. 7.*

Præcipuè verò deputantur Vicarii amovibiles quando beneficia ſunt annexa monaſterio pleno jure: Abb. *in cap. de monach. num. 9. de præbend. & ibid.* alii DD. Rot. *deciſ. 24. de præbend. in novis*, de quo diximus *tom. 6.*

Cùm enim Religioſi non poſſint per ſeipſos curam animarum exercere, excepto caſu in quo agunt de membris, aut aliis quomodolibet dependentibus à monaſterio, ut oſtendit Garſ. *in tract. de benefic. part. 11. cap. 2. n. 14.* tenentur exercere per ſubſtitutos. Quod tamen non habet locum, quando intervenit diſpenſatio Apoſtolica, permittens monacho adeptionem beneficiorum curam animarum habentium: ut probavimus *part. 1. cap. 80. num. 15.* Quidquid ſit de præmiſſis, hoc certum eſt, quod licet

licèt exercitium curæ animarum factum fuerit per substitutos, hoc non derogat qualitati beneficii curati, non obstante reductione Ecclesiæ regularis ad
15 statum sæcularem : † Quia talis reductio nihil immutat præter statum regularem Ecclesiæ, cætera autem omnia remanent in eodem statu in quo erant ante sæcularisationem, quoad illa, in quibus Bulla sæcularisationis non providet : ut decisum fuit per Rotam Romanam *decis.* 252. *n.* 2. *p.* 5. *recent.* & advertit Abb. Panormit. *in c.* 2. *n.* 9. *de capell. monachor.*

Et ex his concluſum fuit, illum qui beneficium uti curatum impetravit, meliora jura fovere, ſi vera ſint quæ in facto ſuppoſita fuere.

CAPVT CXLII.

In fideicommiſſis utrùm extra Galliam, in locis in quibus Religioſi ſunt capaces ſucceſſionis, admittendum ſit monaſterium, ſaltem durante illorum vita : Et quomodo probanda ſit quoad hoc conſuetudo regionis. Renunciationes factæ cauſa ingreſſus in Religionem, utrum ſint reales, an perſonales, & extendendæ ad bona fraterna, vel etiam ad avita fideicommiſſa, quorum in renunciatione mentio facta non fuerat.

SVMMARIVM.

1 *Agnationis ratio habita non præſumitur quando teſtator fœminas vocavit.*
2 *Quamvis ratio agnationis habita fuerit, monaſterium ſuccedit dum vivit monachus.*
3 *Quando teſtator loquutus eſt de liberis ex proprio alicujus corpore procreatis, monaſterium non admittitur, quidquid aliqui dixerint in contrarium,* num. 4.
5 *Ad hoc ut monaſterium excludat ſubſtitutum, ſufficit illud eſſe capax ſucceſſionis.*
6 *Monialis præſumitur prædilecta à teſtatore, & monaſterium ex ejus perſona.*
7 *Moniales per profeſſionem non amittunt jura ſanguinis.*
8 *Clauſula* ſi ſine liberis, *debet conſiderari reſpectu illius gradus cui adjicitur; non autem reſpectu gradus anterioris, in quo non fuit appoſita, ſi agatur de filia poſita in conditione, in primo gradu diverſo.*
9 *Conſuetudinem allegans debet illam probare ſpecificè in caſu, de quo agitur.*
10 *Conſuetudo probanda eſt per actus non facultativos, inducendæ conſuetudini deſtinatos.*
11 *Conſuetudinis probatio valde difficilis eſt.*
12 *Renunciatio eſt ſtrictè interpretanda, nec extendenda de caſu ad caſum.*
13 *Simplex filii renunciatio non privat eum fideicommiſſo paterno.*
14 *Renunciatio etiam ampliſſimis verbis facta, non extenditur ad ſucceſſiones in ea non comprehenſas.*
15 *Renunciatio bonorum paternorum & maternorum non extenditur ad fraterna.*
16 *Renunciatio non poteſt comprehendere fideicommiſſum, quod non poterat obvenire niſi poſt mortem fratris.*
17 *Renunciatio in dubio potiùs perſonalis cenſenda eſt, quàm realis.*
18 *Verius eſt, & ſententiæ Rotæ Romanæ conformius, quod renuntiatio non fiat realis, ex eo quod facta fuerit intuitu ingreſſus in Religionem.*
19 *In renunciatione ſucceſſionis paternæ & maternæ non includuntur bona fraterna, quamvis renunciatio ſit munita clauſulis ampliſſimis.*
20 *Renuntiatio non trahitur ad fideicom. miſſum ignoratum, niſi adeo eſſet ampla, ut ad illud ex verbis referri poſſet.*
21 *Facilius ſubſtitutus excluditur à monaſterio temporaliter, quàm ſi monaſterium peteret ſe admitti ad effectum ſuccedendi, etiam mortua moniali, & in totum.*
22 *Monialis renuncians habetur pro mortua quoad ſucceſſionem.*
23 *Renunciantibus non datur regreſſus ad bona renunciata.*
24 *Renunciatio facta favore agnationis non extenditur ad cognatos, nec ad extraneos.*
25 *Si is, cujus favore renunciatio facta fuit, decedat inteſtatus, bona redeunt ad renunciantem. Contrarium* num. 26.
27 *Si renunciatio facta fuerit favore alicujus ſtipulantis pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, arguitur ex eo renunciationem non fuiſſe factam favore agnationis.*
28 *Ingreſſus monaſterii quando non ſit cauſa finalis renunciationis.*
29 *Dicto* quibuſcumque, *etiam hæredes extraneos comprehendit.*
30 *Nomen* hæredes, *non comprehendit ſolos hæredes ſanguinis, quando agitur de materia tranſitoria ad hæredes extraneos.*

CUm Nobilis quædam puella, unicum habens frattem divitem, ingreſſa eſſet monaſterium quod bonorum in communi capax erat, & ante ingreſſum bonis paternis, & maternis renuntiaſſet, mortuo fratre ſine liberis, & ſine aliis fratribus aut ſororibus, ſed ſola moniali ſuperſtite, variæ exortæ fuerunt dubitationes circa ſucceſſionem iſtius fratris.

Primò, utrùm durante vita iſtius monialis, monaſterium admitti deberet ad fruitionem bonorum fideicommiſſo paterno ſuppoſitorum.

Secundò, quia allegabatur, Moniales in his partibus ex generali conſuetudine non admitti ad fideicommiſſa, nec pro eis monaſteria, etiam durante vita Religioſæ; quæſitum fuit utrùm legitimè conſtaret de tali conſuetudine.

Tertiò, utrùm renunciatio Monialis prædictæ eſſet realis, adeo ut omnes ſucceſſiones etiam fideicommiſſarias, quamvis nondum delatas comprehenderet, etiamſi tempore renunciationis caſus fideicommiſſi nondum eveniſſet.

Quartò, utrùm ſaltem caſus fideicommiſſi nondum delati, in dicta renunciatione contineretur, vigore reſervationum, & clauſularum in inſtrumento renunciationis appoſitarum.

In prima quæſtione, concludendum eſt pro monaſterio in hiſce partibus, in quibus monaſteria ſunt capacia ſucceſſionum : nam in Gallia, & aliis locis, in quibus ex generali conſuetudine monaſteria non ſuccedunt, quæſtio iſta eſſet ſuperflua. Ratio autem hujus concluſionis eſt, † quia teſtator 1
qui fideicommiſſum inſtituit, fœminas in certis caſibus vocavit, ex qua vocatione reſultat probatio, quod non fuit per eum habita ratio conſervandæ

agnationis : Rot. *deciſ.* 667. *num.* 10. *p.* 2. *recent. & deciſ.* 486. *n.* 4. *p.* 1. *recent.* † Et tamen, quamvis habita fuiſſet ratio agnationis, monaſterium ſuccederet durante vita monialis, vel monachi ; & ſubſtitutus non admitteretur niſi poſt mortem Religioſæ gravatæ : Sanch. *in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 16. *n.* 20. *junctò n.* 34. *verſic. ſed ut generaliter, & n.* 43. *& 45.* Hieronym. Roderic. *reſolut. regul.* 72. *num.* 4. *in fine, verſic. bona illa,* Rot. *deciſ.* 118. *&* 151. *p.* 3. *recent.* Peregrin. *de fideicom. artic.* 28. *num.* 81. *junctis numeris præcedentibus, & ſequentibus.* Maſtril. *deciſ.* 65. *n.* 3. *part.* 1. plures citat Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 430. *n.* 2.

3 Neque obſtat ſi dicatur, teſtatorem voluiſſe excludere dictum monaſterium, dum loquutus eſt de *liberis naturalibus & legitimis, ex proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis*, per quæ verba monaſterium excludi voluit Rot. *deciſ.* 179. *n.* 16. *p.* 6. *recentior. & deciſ.* 306. *num.* 11. *part.* 5.

4 Quia reſpondetur, quod contrarium tenet Fuſar. per Rot. allegatus, *q.* 429. *num.* 32. quod tamen vix admitteretur propter enixam teſtatoris voluntatem, ex verbis illis, *de legitimo matrimonio, & ex proprio corpore :* Ideo non inſiſtendo in opinione contraria, Dixi nos non verſari in terminis illius quæſtionis, utrùm Monaſterium excludat ſubſtitutum, non in totum, ſed dumtaxat utrùm monaſterium capax bonorum admittatur durante vita monachi, vel monialis, ad fideicommiſſum ; excluſo temporaliter ſubſtituto, nempe quandiu vivet monialis : qui ter-

5 mini ſunt omninò diverſi ; † quia ut ſubſtitutus excludatur durante vita gravati, qui Religionem bonorum incapacem ingreſſus eſt, non eſt neceſſarium quod monaſterium ſuccedat, ſed ſufficit quod habitu & potentia ſit ſucceſſibile : *l. filius familias, §. cùm quis rogatus, & ibi* Gloſſ. Bart. & alii, *ff. de legat.* 2. quia etiamſi monaſterium capax bonorum ſuccedere non poſſet, tamen filia monialis uti naturaliter extans, impedit purificationem fideicommiſſi : cùm verum ſit dicere, ipſam eſſe filiam naturalem & legitimam teſtatoris : ut dicit Rot. *dicta deciſ.* 151.

6 *num.* 3. *part.* 3. *recent.* Caſan. *conſ.* 25. *n.* 5. † & teſtator ex juris præſumptione ita cenſetur dilexiſſe monaſterium, ſicuti filias in conditione poſitas, ad excluſionem ſubſtitutorum, ſaltem durante vita

7 Religioſæ : Rot. *dicta deciſ.* 151. *n.* 5. † Monialis enim per profeſſionem non amittit jura ſanguinis, nec deſinit eſſe de familia, & generatione illius, qui inſtituit fideicommiſſum ; ideo ſaltem durante vita Religioſæ, monaſterium debet frui bonis fideicommiſſo ſuppoſitis : Barboſ. *de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 81. *num* 9.

8 Nec obſtare dixi dubium petitum ex clauſula, *ſi ſine liberis naturalibus & legitimis, & ex proprio corpore procreatis :* & ſimilibus. Quia duo caſus ſunt diſtinguendi ad evitandum æquivocum, quod ex tali objectione oriri poſſet. *Primus* caſus eſt, quando clauſula illa reſpicit ultimum gravatum. *Secundus*, quando reſpicit patrem ipſius ultimi gravati. Exemplum ſit : Franciſcus fideicommiſſo Petrum filium ſuum gravavit, *ſi ſine liberis naturalibus & legitimis ex ſuo proprio corpore procreatis decederet.* Petrus autem reliquit Ludovicum, & Magdalenam : Ludovicus ſine liberis deceſſit relicta ſuperſtite Magdalena religioſa. Sanè cùm conditio adjecta fuerit Petro filio, & is reliquerit Magdalenam, legitimam & naturalem, & ex ſuo proprio corpore procreatam, negari non poteſt quin Magdalena ſuccedere debeat in fideicommiſſo : cùm conditio reſpiciat perſonam Petri filii gravati, & defecerit ob perſonam Magdalenæ. Sed ſi conditio fuiſſet adjecta reſpectu perſonæ Ludovici neporis ex filio, utpote quod dictum eſſet, *ſi Ludovicus ſine liberis ex ſuo corpore &c. deceſſerit*, hoc caſu non eſſet tractandum de monaſterio, quia Ludovicus nullos reliquit liberos, & per conſequens conditio fuit verificata etiam ad excluſionem monaſterii. Itaque Magdalena ſuccedens, ſaltem excludit ſubſtitutum, uti filia Petri, & ejus reſpectu poſita in conditione, & ex ejus proprio corpore procreata.

Ad ſecundum dubium reſpondetur, conſuetudi- 9
nem probandam eſſe ſpecificè in caſu de quo agitur : Rot. *deciſ.* 422. *num.* 13. *part.* 1. *recent.* cùm non trahatur de uno ad alium caſum : Mareſcot. *lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 4. Cavaler. *deciſ.* 638. *num.* 3. conſuetudo enim non plus habet potentiæ quàm uſus illi conceſſerit : Mantic. *deciſ.* 10. *num.* 10. *&* 11. † Immò dictam conſuetudinem probandam eſſe 10
per actus non facultativos. Mantic. *dicta deciſ.* 10. *num.* 12. & quod tales actus facti fuerint animo inducendi conſuetudinem, ſeu in vim illius conſuetudinis. Abb. *in cap. fin. n.* 12. *de conſuetud.* Graver. *conſ.* 171. *num.* 14. Decius *conſ.* 215. *num.* 4. Surd. *conſ.* 254. *num.* 30. Burat. *deciſ.* 19. *n.* 14. † Et con- 11
ſuetudinis probatio eſt admodum difficilis, cùm multa ad eam requirantur, ut docet Theſaur. *deciſ.* 183. Gratian. *deciſ.* 148. *n.* 11. *&* 15. ubi dicit hanc 12
probationem eſſe quaſi impoſſibilem : Fontanella *deciſ.* 338. *n.* 10. *& deciſ.* 362. *n.* 8.

In tertio dubio major videtur adeſſe difficultas, 13
& in eo conſiſtere cardo negotii. Pro cujus deciſione advertendum in primis eſt, renunciationes eſſe ſtricti juris, & in ipſis non eſſe admittendam extenſionem ultra caſus, & hæreditates in ipſis ſpecificatas : Surd. *conſ.* 431. *num.* 32. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 565. *num.* 63. † Et ideo repudiatio non 14
tollit filio jus fideicommiſſi debiti in paterna hæreditate, Dec. *conſ.* 551. *n.* 1. *verſic. hoc præmiſſo, ſe-* *cretin. de fideicomm. artic.* 25. *num.* 25. *verſic. ulcerò repudiatio.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 637. *num.* 28. Illa ſiquidem paternæ hæreditatis repudiatio non poteſt comprehendere jura quæ extrinſecus renuncianti obveniunt, ſed ea tantùm quæ jure ſanguinis & ſucceſſionis paternæ ad filium obvenire poſſunt : Peguer. *deciſ.* 146. *num.* 16. † Quod pro- 15
cedit etiamſi talis renunciatio ſub ampliſſima clauſulis facta fuerit, ſi ſit reſtricta ad certa bona ſeu certas hæreditates ; non enim extenditur ad alia bona : Cyriac. *controverſ. cap.* 292. *num.* 12. *mult. ſeqq.* maximè *n.* 15. 17. *&* 18. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 685. *num.* 2.

In caſu autem propoſito renunciatio reſtricta 16
erat ad bona & jura paterna & materna : ergo ad fraterna non debebat extendi : Cyriac. *ubi ſupra num.* 7. Gratian. *cap.* 637. *num.* 27. Rot. *deciſ.* 543. *num.* 26. *part.* 5. *recent. &* 144. *n.* 9. *part.* 6. *recent. & per totam illam deciſionem*, in cujus caſu renunciatio facta fuerat cum verbis ampliſſimis. † Unde ſequi- 17
tur quod in renunciatione monialis fideicommiſſum avitum non continebatur, nec contineri poterat : quia cùm ipſa vocata eſſet poſt mortem fratris, non poterat fratri viventi cedere jus, quod ei vivente numquam obvenire poterat : quam rationem ponderavit Rot. *dicta deciſ.* 543. *num.* 25. *p.* 5. *recent.* Cyriac. *dicto c.* 292. *n.* 22.

His ita ſuppoſitis, dum quæritur utrùm renun- 18
ciatio monialis ſit realis, reſpiciens integram abdicationem omnium bonorum ; an verò perſonalis, reſpiciens certarum perſonarum hæreditates & certarum perſonarum favorem ? Statuendum eſt in

caſu

casu dubio, renunciationem potiùs censendam esse personalem, quàm realem: Galerat. *de renunciat. lib.1. cap.10. numero 5.* nec minus est personalis, quamvis in ea fiat mentio hæredum: Surd. *consil.544. num.4.*

Neque realis dici debet, quamvis facta fuerit contemplatione ingressus in Religionem, quidquid in contrarium facere videatur decisio Rotæ 587. *part.1. recent. & decis.714. part.2.* quibus addi potest Francisc. Merlin. Pignatell. in propriis terminis *controvers. forens. cent.1. cap.5. per totum.* Quia veritas est in contrarium, cùm non debeat hoc casu fieri differentia inter renunciationes sæcularium, & cupientium ingredi Religionem, quos verisimile est habuisse quidem intentionem deferendi bona, sed voluisse etiam favere & acquirere monasterio: ut bene probat Rot. coram Merlin. *inter ejus impressas decis.62. num.15. & 16.* quæ decisio inseritur etiam apud Merlin. *post tract. de legitima, decis.47. & 48.* & optimè declaratur *decis.543. per totam, part.5. recent.* ubi respondetur ad decisiones in contrarium allegatas,& nominatim ad *decis.141. part.5. recent.* quibus etiam plenè satisfacit Merlin. *dicta decis.62.* ad quos recurrendum est. Ideo decisiones Rotales prævalere debent opinioni Merlini Pignatelli *dicto cap.5.*

19 Et in casu proposito res erat extra difficultatem, quia cùm pater esset vita functus, & filius illi successisset, non agebatur amplius de hæreditate paterna, sed de fraterna, cui non fuerat renunciatum: Roman. *cons.168. num.1.* hæc enim est communis DD. resolutio, quod filia renuntians bonis paternis, non excluditur ab illis, si frater successerit patri, quia tunc non sunt amplius paterna, sed fraterna, quibus renunciatum non est: Rot. *decis.771. n.18. part.3. recent. & decis.48. post tractat.* Merlini *de legitima, n.22. & 23.* ubi ampliatur hoc procedere, etiamsi pro hæredibus & successoribus stipulatio interposita sit: immò hoc procedit etiamsi renunciatio per filiam favore agnationis facta fuerit, cùm ipsa etiam sit de agnatione: Rota *dicta decis.543. num.43. part.5. recent.*

20 Præmissis addendum est, renunciationem illam multò minus ad fideicommissum avitum extendi potuisse, cùm ageretur de puella quæ illius nullam prorsus notitiam habebat, & sic ad incognita renunciatio extendi non poterat, ut decisum restatur Fontanell. *de pact. nupt.tom.1.claus.4.gloss.28.n.39. & tom.2. claus.9. gloss.unica,part.1.num.79.fol.601.* qui tamen fatetur quod aliud dicendum esset, si verba renunciationis valdè ampla essent, & omnia complecterentur: quod est verissimum.

21 Ad quartum dubium respondetur, dictam monialem sibi tantum reservasse summam 1200. scutorum super bonis maternis, casu quo frater & pater sine liberis decederent, ut summa illa sibi, seu monasterio quæreretur: quod nihil habet commune cum bonis aviti fideicommissi. Et ideò casu quo talis reservatio solùm ipsi concederet jus pro 1200. scutis super bonis fraternis, non tamen illam repellebat à fideicommisso avito, de quo in reservatione cogitatum non fuerat, & quod erat ignoratum, idque saltem ad effectum exclusionis temporalis substitutorum durante vita monialis, juxta suprà dicta ex Peregrino *cons.132.n.5. vol.5.*

Ideo omnibus consideratis,subsequuta fuit transactio inter substitutum & monasterium, per quam fuit congrua pensio moniali durante vita, promissa loco fructuum bonorum fideicommisso supposito-

rum.

R.P.D. BICHIO

ARIMINEN. SUCCESSIONIS,

Lunæ 26. Ianvarii 1654.

IVLIANI Melgii hæreditatem à Monasterio, & Monialibus Sancti Matthæi de Arimino ex persona Mariæ Lucretiæ ibidem Professæ, ac defunctæ, Sororis germanæ possessam denegavit Iudex primæ Instantiæ Hyacintho Martinello, cui in gradu appellationis coram me interpositæ illam deberi decisum hodie fuit, cùm avunculo, qualis ille est, hæreditas defetatur non existentibus proximioribus,ex dispositione Iuris in *l. Avunculo, C. Commun. de succes.* † & Sotor 22
germana ob renunciationem amplissimam ab ea factam in ingressu Religionis habeatur, ac si in rerum natura non esset. Castrens. *in l. planè, §. si duobus, num.9. ff. de legat.1.* Napod. *in Consuetudines Neapolit.cap. siquis,vel si qua.n.95.*relatus à Moder. Neapolitan. *de Succes. ab intestato.part.2. n.4. & 5.* Minad. *cons.22. num.3. in fine,* Menoch. *cons.401. num.102. & seqq.* † nec ad jura renunciata datur 23
regressus: Aym. *cons.160.n.1.*Guttier. *in repetitione cap. quamvis pactum, verb. dum nuptui, num.3. de pact. in 6.* Rot. *decis.587.n.10.part.1.recent. decis. 125. num.16. p.5.*

Neque obstat quod renunciatio hujusmodi, uti 24
facta contemplatione agnationis, ibi, *Vt igitur prædicti sui Fratres domum,& Familiam facilius sustentare,& manutenere valeant,ideò,&c.* tacitam de jure habeat in se conditionem, *dum modo* scilicet *aliquis de agnatione supervivat*, & extendi non possit ad cognatos, vel extraneos ibidem non nominatos: Hond. *cons.29. numero 107. lib.1.* Surd. *cons.431. num.42. & seqq.* Rot. *decis.47. n.7.* apud Moder. Foroliv. *de legitima, decis.543. num.31. & seqq. part.5. recent. decis.894. num.7.& seqq* coram Merlino, *& in Romana Successionis de Comitibus,15. Ianvarii 1642. §. his tamen, coram Reverendiss. D. meo Decano*, eo minùs ultimo agnato decedente ab intestato, † quia casus iste non censetur in re- 25
nunciatione comprehensus, etiamsi renunciatio stipulata fuisset pro renunciatario, ejusdem hæredibus, ac successoribus, & renunciatarius decedens ab intestato præsumitur renunciantem iterum velle ad bona renunciata revocare; dum non supereſt persona comprehensa in renunciatione, licèt secus esset si testatus obiisset:Baldus *cons.437. num.2. vers. in contrarium videtur, lib.1.* Cancer. *var. resol. tom.3. cap.15. num.40.& seqq.* Merlin.*d. decis.894. num.6.* Rota *d. decis.543. n.41.& 42. part.5. & in Maceraten. pecuniaria,20. Iunii 1644. §. primo, ac tribus seqq. coram Eminentiss.D.Cardin. Otthobono.*

Mox enim allegati, quique ad id allegari possent, 26
loquuntur in renunciatione facta favore familiæ duntaxat, & simpliciter cum clausula *pro se, hæredibus, & successoribus*, unde non applicantur quando, ut in casu nostro, renunciatum fuit Fratribus *pro se, hæredibus, & successoribæ quibuscumque*; verbum enim *quibuscumque*, comprehensivum ob sui latitudinem est etiam hæredum extraneorum. Roland.*cons.96.n.28.& 29.lib.1.*Dec.*cons.294.sub n.2. in fine,* post Bart. *in l. Gallus, §. etiam, sub n.5. ff. de liber.*

liber. & poſth. Rota *in Sarſinaten. feudi*, 22. *Iulii* 1645. *coram Reverendiſſ. D.meo Decano*, † demonſtrat renunciationem non emanaſſe contemplatione ſolius agnationis: Aym. *conſ.* 288. *num.*3. Ludovic. Bell. *conſ.*118.*num.*7. Monter.*deciſ. Aragon.* 10.*num.*34. Rot. *deciſ.*225.*ſub n.* 3. *part.* 5. *recent. & in Avenionen. Fideicom.*30. *Aprilis* 1646. §.1. *verſ. cum ex his, coram R. P. D. meo Veroſpio*, 22. *Aprilis* 1652. §. *in contrarium, &* §. *ſeq coram R.P. D. meo Celſo*, & renunciantem favere voluiſſe renunciatarii hæredibus, nedum ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato, ut in puncto ita diſtinguendo, & reſpondendo contrariis, declarat Molina *de rit. nupt. quæſt.*85. *n.*60. *& ſeqq.* Anton. Fabet *in Cod. lib.*2. *tit.*3. *definit.*22. *poſt princ.verſ.ſed ſi ut plerumque*, ubi ait quod iſto caſu nullus præſumptioni locus relinquitur, nec proinde dubitationi, quin etiam pro extraneis hæredibus renunciatarius ſtipulatus fuerit: Rovit. *conſ.*44. *num.*8. *lib.*1. Rot. *in Romana Succeſſionis de Comitibus*,23. *Iunii* 1642. §. *nec refragatur, &* §§. *ſeqq.per tot. coram Reverend. D. meo Decano*, ubi recedendo à præcedenti Deciſione edita *de menſe Ianuarii*, allegata in objecto, diſtinctio hæc ſolidiſſimè confirmatur, omnibuſque contrariis ſingulariter reſpondetur, & hanc ultimam Deciſionem, recedendo à Deciſionibus Merl. ex adv. allegat. ſequuta fuit Rota *in Maceraten. pecuniaria*,20. *Iunii* 1644. *coram Eminentiſſ. D.Card. Otthobono,in Romana Fideicommiſſ.de Coſciaris*, 16. *Martii* 1648.§.*quia, in fine, coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado.*

28 Facilius accedente primò, quod etſi in proœmio renunciationis enunciata fuerit ratio conſervandi bona in familia, infra tamen in parte diſpoſitiva, quæ potius attendenda eſt,ibi: *& prædicta, & infrà dicenda quæcunque, ea facere declaravit dicta Soror Maria Lutretia erga dictos ejus Fratres, & hæredes, &c.* affertur ſolùm ratio dotis, & annuæ præſtationis à Fratribus promiſſæ: quod in puncto ponderat Molin. *de rit. nupt. quæſt.*92. *n.*49. *&* 50. aliíque relati à Moder. Neapolit. *de renunciat.c.*19. *n.*48. & in ſortioribus terminis Rot. *in d. Romana Succeſſionis de Comitib.*§. *Conjectura, coram Reverend. D. meo Decano: & in dicta Maceraten. Pecuniaria,* §. *ulteriùs, coram Eminentiſſ. Otthobono*, dixit quod ubi plures cauſæ renunciationis fuerunt expreſſæ, eáque facta fuit ingreſſuro Religionem, ingreſſus fuit cauſa finalis; agnatio verò impulſiva, defectáque agnatione durat adhuc renunciatio: quod in ſimilibus terminis rationis conſervandi agnationem emiſſæ in proœmio inſtrumenti, deciſum fuit etiam *in Romana Cenſus*, 12. *Iunii* 1651.§. *non obſtat donationis proœminum,coram D.Card. Otthobono*, ponderando præſertim, quod in ipſo proœmino non fuit contemplata abſolutè conſervatio in familia, ſed ſolùm quod fratres poſſunt conſervare familiam, & ſic ſatis eſt, id effectum habuiſſe in perſona fratrum: ut in puncto advertit Rot. *deciſ.*561. *n.*70.*part.*4. *tom.*3. *recent.*

29 Secundò, quod fuit renunciatum explicitè hæreditatibus etiam Fratrum, ibi: *tam dd. ejus Parentum,& Fratrum,&c. ſive ex Teſtamento, ſive ab Inteſtato, &c.* & ſic vocatio hæredum reſtringi non poteſt ad hæredes ex teſtamento, juxta *deciſiones* 543.*part.*5. *recent. & in Romana Renunciationis de Pevottis,impreſſ.* apud Moder. *de Inv. Abbatiſſ.dec.*6. ex adverſo allegatas, in quibus talis expreſſio non aderat, nec pariter aderat verbum *quibuſcumque*, ut advertit Rot. *in ſæpè citata Romana ſucceſſionis de Comitibus*, §. *neque applicantur*,idemque reſpondetur ad dictam deciſionem *in Maceraten. Pecuniaria*, in ea parte, qua ſolis hæredibus ex teſtamento renunciationem ſuffragari firmatur: nam *ibi* renunciatio concepta erat ſolùm pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſine aliquo ſigno univerſali, vel mentione ſucceſſionis ab inteſtato, quæ mentio fortiùs operatur extraneorum inclusionem ab inteſtato, cùm directa ſit etiam ad ſucceſſionem fratrum pullò ante nominatorum, de quorum hæreditate hodie agitur.

Quatenus verò replicatur, hætedum appellatione venire tantùm hæredes ſanguinis, eadem Deciſio *Maceraten. Pecuniaria*, §. *neque obſtat*, benè reſpondet, id non procedere in materia de ſui natura ad hæredes tranſitoria, eoque minus quando ſtipulatum fuit pro hæredibus quibuſcumque, adeóque clauſula *ad habendum*, ac per verba donationem inter vivos importantia renunciatum fuit etiam hæreditatibus renunciatariorum, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, additis ultrò dictionibus omne tempus ſucceſſionis deferendæ complectentibus, ibi, *Quandocumque*, &c.

Et ita Deciſum utraque Parte informante.

CAPVT CXLIII.

Monaſterio ex perſona monachi legitimam, cui renunciatum non eſt, deberi, eíque competere jus querelandi teſtamentum in locis, ubi monaſteria ſunt capacia ſucceſſionis. Quod etiá in Equitibus Hieroſolymitanis obtinet, qui ſunt verè Religioſi. Monialis, quæ renunciavit, *ſalva legali eſcheuta*, non ſuccedit, ſtantibus maſculis: immò & ſtantibus filiabus, ſororibus ipſius monialis: ſed nullis exiſtentibus liberis, monaſterium ſuccedit vigore illius clauſulæ, ad excluſionem hæredum extraneorum, vel collateralium, nullo per parentes condito teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterio debetur legitima ex perſona monachi ſuper bonis parentum: &* num.5.
2 *Religioſi retinent jura ſuitatis etiam poſt profeſſionem, & monaſterium habetur loco liberorum ipſius monachi.*
3 *Filius per profeſſionem eximitur à poteſtate patris in damnoſis, non autem dum agitur de utilitate monaſterii.*
4 *Filius religioſus præterius, rumpit teſtamentum.*
6 *Equites Hieroſolymitani ſunt verè religioſi, & ipſi, ſeu pro eis Ordo habet jus petendi legitimam in bonis parentum defunctorum.*
7 *Religioſi faciunt partem in calculo legitimæ: & quid ſi agatur de monaſterio bonorum incapaci,* num. 8.
9 *Filia renuncians facit numerum, & partem in ſupputatione legitimæ.*
10 *Reſervatio legalis eſcheutæ, aperit filiæ renunciantí viam ad ſucceſſionem ab inteſtato.*

11 Renun-

11 *Renunciatio facta*, reservata legali escheuta, *non admittit filiam quando extant fratres.*

12 *Renunciatio monialis etiam censetur facta favore sororum, etiamsi reservata sit legalis escheuta.*

13 *Explicatur Expilly* arresto 14. num. 9.

14 *Clausula reservationis legalis escheuæ, locum habet favore monialis, quando parentes moriuntur ab intestato, nullis relictis liberis, masculis, vel fœminis.*

15 *Monialis renuncians, reservata legali escheuta, excludit ab intestato collaterales.*

COntinuando materiam successionis & renunciationis Monialium, & aliarum personarum, ad professionem religiosam aspirantium, duæ resolvendæ sunt practicabiles quæstiones. Prima est quando puella renunciavit juribus paternis, non tamen maternis, utrùm mortua matre debeatur legitima monasterio, aut illis quibus jura monialis, seu monasterii cessa fuere. Idem de masculis qui non renunciarunt, statuendum est; cùm eadem in utroque casu militet ratio.

Secunda, quid possit prætendere filia vel monasterium pro ea, quando renunciationi adjecta est clausula, *salva legali escheuta.*

1 Ad primam quæstionem respondetur affirmativè, & hoc indubitatum esse quoad bona sita in terris, in quibus Religiosi utplurimùm sunt capaces successionis in communi: nam in Gallia, & in principatu Auraicensi, standum esset consuetudini.

2 † Ratio autem conclusionis est, quia Religiosi, non obstante professione retinent omnia jura suitatis & agnationis, & succedunt tanquam sui hæredes, & monasterium habetur loco liberorum ipsius monachi: §. *sed & hoc præsenti, in authent. de sanctiss. Episcop. & in authent. nisi regati, C. ad Trebell.* & probatur *in l. fin. Cod. de Epis. & cleric.* Ioan. Anton. Bellon. *de jur. accrescend. cap. 7. q. 44. num. 58. & 59.* Gomes. *lib. 1. variar. resolut. cap. 3. num. 20. versic.*

3 *Secundò notabiliter infero:* † ubi dicit quod filius per ingressum Religionis eximitur à potestate patris, & suitate, in damnosis; secus in utilibus, & commodis, quorum ratione censetur adhuc esse in potestate patris: per text. *in l. Deo nobis, §. hoc etiam, versic. finali, C. de Episc. & Cleric.* quod etiam docet *eod. lib. cap. 9. num. 10.* Guillel. Benedict. *in cap. Raynut. in verbo, & uxorem, in tractat. de succeff. ab intestat. num. 214.* Emmanuel Roderic. *tom. 2. quæst. regular. quæst. 78. artic. 6.*

4 Et propterea filius religiosus præteritus rumpit testamentum, seu ejus nomine monasterium; cùm filius, non obstante ingressu, omnia jura filii retineat: Sanch. *in præcept. Decal. lib 7. c. 12. n. 10.*

5 Et in propriis terminis, quod mortuis parentibus legitima filii acquiratur monasterio, seu Religioni bonorum capaci, probat Roderic. *tom. 2. q. regul. 128. art. 1.* Hieron. Roderic. *quæst. regular. 89. num. 1.* Claud. Battandier *de legitima, cap. 4. n. 26.* Mantic. *de conjectur. lib. 8. tit. 12. num. 34. & 35. in addit. novæ impress.* Francisc. de Barry *de succeff. lib. 15. num. 6. fol. 211.* Acac. *in tract. de privileg. Parentum, privil. 14. part. 1. cap. 3. num. 66. & eadem parte, cap. 13. num. 7.*

6 Et quod in genere de Religiosis dictum est, eodem modo statuendum est in Equitibus sancti Ioannis Hierosolymitani, qui sunt verè Religiosi; & quidquid acquirunt, Monasterio & Ordini acquirunt: sic sæpiùs de illis loquitur Rot. Roman. *ut in decis. 333. sub n. 2. part. 2. recent.* & testatur Additio *ad decis. 2.* ejusdem Rotæ apud Burat. *num. 20.*

Et propterea isti Religiosi faciunt partem, quia 7
admittuntur ad partem, in supputatione legitimæ: Bart. *in l. hujusmodi, §. si Titio & Mævio, num. 1. versic. Secunda,* & *ibi* Angel. Iason, & Castrens. *de legat. 1.* idem Iason *cons. 6. n. 2. lib. 2* Boër. *decis. 104. num. 5. & 6.* Bellon. *de jure accrescendi, c. 7. quæst. 6. num. 6.* † Quod verum est, si agatur de monasterio 8
bonorum capaci: nam si bonorum incapax sit, tam in communi, quàm in particulari, filia monasterium ingressa partem non facit, ex veriori sententia, quam probat Bellon. *de jur. accrescend. cap. 6. q. 6.* ubi bene distinguit, sic explicando quod proponit Cyriac. *controvers. 71. num. 5. & 7.* ut partem faciat si profiteatur post mortem patris: Merlin. *de legitima, lib. 1. tit. 4. quæst. 3. n. 33. & 42.* † Et generali- 9
ter quod filia renuncians faciat numerum & partem in supputatione legitimæ, tradit Bellon. *de jur. accres. cap. 6. quæst. 14. n. 13.* Qua de re videndus Guid. Pap. *decis. 295.* Galerat. *de renunciat. lib. 2. c. 5. num. 23.* Grivell. *decis. 24.* Quæ fusiùs explicat Bellon. *de jur. accresc. dicto cap. 6. quæst. 6. & sequentibus.* Iuxta cujus resolutiones quæ mox dicta sunt debent intelligi: & per Merlin. *loco citato.*

In secunda quæstione dubium facit quod determinat Expilly *arrest. 14. num. 6.* ubi docet, filiam 10
renunciantem bonis paternis vel maternis, reservata sibi legali escheuta, succedere in bonis patris vel matris, si intestati decesserint, & per consequens videtur monasterium ex persona renuncians succedere debere in bonis parentis, quando legalis escheuta reservata fuit in ipso actu renunciationis.

Sed tamen Doctores in contrariam abeunt sen- 11
tentiam, nempe quod stantibus masculis, præsumendum est, non ad alios fines procuratam fuisse à parentibus filiæ renunciationem, quàm ut bona in familia & masculis conservarentur: Castrens. *in l. pactum dotali, sub n. 6. C. de collationibus,* Gabriel *cons. 135. num. 18. vol. 2.* Honded. *consil. 29. n. 79. vol. 1.* Cyriac. *controvers. 475. num. 2.* Galerat. *de renunciat. lib. 3. cap. 2. num. 44.* Merlin. *controvers. cent. 1. cap. 32.*

Et licèt doctrina illa vera sit generaliter dum 12
agitur de filia renunciante, multò magis obtinere debet quando agitur de renunciatione facta ex causa matrimonii spiritualis; illa siquidem censetur facta patri stipulanti, non solùm in favorem masculorum fratrum, sed etiam in favorem aliarum sororum, ut congruentiùs nubere & dotari possint: & ideo tam fratres quàm sorores hoc casu excludunt monasterium in successione ab intestato, propter parentum verisimilem intentionem: cùm non sit probabile, ipsos voluisse præferre monasterium propriis liberis, & maximè masculis. † Vnde do- 13
ctrina Expilly non nocet, stante hac communi Doctorum resolutione: nec ipse loquitur de renunciatione facta propter ingressum monasterii, cùm hæc controversia locum habere non possit in Gallia, ubi ex generali consuetudine monasteria non succedunt ab intestato: Et ideo non obstante reservatione legalis escheuæ, monasterium esse excludendum à successione intestati, stantibus liberis, decisum fuit in Senatu Gratianopolitano apud Guid. Pap. *decis. 192.* necnon in Senatu Sabaudiæ apud Anton. Fabr. *in suo Cod. lib. 2. tit. 3. de pact. definit. 12. & 24.* ubi est decisio in propriis terminis, quam etiam sequitur Fontanell. *de pact. nupt. clauf. 9. gloss. unica. part. 1. num. 74. & 75. tom. 2. fol.*

mihi 601. Barry *de ſucceſſ. lib.* 11. *tit. de pact. de non ſuccedendo, num.* 26. *&* 27. Papon. *lib.* 16. *tit.* 4.
14 *arreſt.* 18. verſic. *le ſixiéme eſt.* † Vbi dicit clauſulam illam reſervationis legalis eſcheutæ, locum dumtaxat habere quando parens moritur, nullis aliis relictis liberis, ſola relicta filia, quæ renunciavit, ſuperſtite: Claud. le Brun *in proceſſ. civil. lib.* 2. *tit.* du mariage, *verſic.* Nous avons cy-devant faict. *fo.* 15.
15 *&* 16. † Add. ad Louet *littera R. n.* 17. *column.* 9. *in princip.* verſic. *Que la cauſe contenant la reſerve de nouvelle ſucceſſion, & loyale eſchoute, n'operoit autre choſe, ſi ce n'eſt, qu'advenant le predeceds des freres. la fille qui a renoncé peut ſucceder à ſon pere, à l'excluſion des heritiers collateraux.* Guillel. Benedict. *in cap. Raynutius. de teſtament. in verbo duas habens filias, n.* 197. *&* 298. Cæterùm ſi non fuiſſet reſervata legalis eſcheuta, & renunciatio facta eſſet verbis ampliſſimis, addita ſtipulatione *pro fratribus, & illorum hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque*, hoc caſu hæredes excluderent monaſterium: ut *in præcedenti* Rotæ Romanæ *deciſione* fuit judicatum, *ſuperiori cap.* inſerta.

CAPVT CXLIV.

Verum unio beneficii fieri poſſit in favorem Monaſterii, ſeu Conventus nondum fundati, authoritate Ordinarii, aut ſaltem Summi Pontificis. Quid juris de unione facta Seminario nondum erecto: & utrùm legatum fieri poſſit Monaſterio erigendo: & quid tunc fieri debeat de fructibus legatis. De conſenſu omnium patronorum in facienda unione requiſito. Quid ſi agatur de jure patronatus Eccleſiaſtico. Quomodo cognoſcatur juſpatronatus gentilitium, in quo nemo præjudicare poteſt ſequentibus gradibus, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Vnio fieri poteſt futuro monaſterio, ſeu nondum erecto.*
2 *Donatio fieri poteſt futuro monaſterio ad effectum dotis illius.*
3 *Juſpatronatus acquiritur ex fabricatione Eccleſiæ, ſtatim ubi cœpit ædificari.*
4 *Donatio, aut unio futuro collegio, ſeu monaſterio facta, non poteſt in dubium revocari, quando intervenit authoritas Sedis Apoſtolicæ.*
5 *Vnio fieri non poteſt futuro Seminario: Et quæ ſit ratio differentiæ inter futurum monaſterium, & futurum Seminarium,* num. 6.
7 *Legatum futuro monaſterio non ſolùm eſt validum, ſed etiam fructus medii temporis convertendi ſunt ad illius utilitatem.*
8 *Vnio nulla eſt ſi non interveniat conſenſus patronorum.*
9 *Ampliatur ut locum habeat in patronis Eccleſiaſticis.*
10 *Quando ſunt plures patroni, unio nulla eſt, ſi omnium conſenſus non interverit.*
11 *Vnio ſine conſenſu patroni Eccleſiaſtici eſt valida, ſi facta fuerit authoritate Summi Pontificis.*
12 *Patronus laicus ſibi præjudicat, ſi intra quadrimeſtre à die ſcientiæ non reclamaverit adverſus unionem, ſecundum ſententiam Pariſii, de quo videndi DD. citati.*
13 *Legatus etiam poteſt unire, non adhibito conſenſu patroni Eccleſiaſtici.*
14 *In jurepatronatus gentilitio antiquo, unus non poteſt præjudicare gradibus ſequentibus: poteſt tamen ſi ſit primus acquirens.*
15 *Vocatis ſuis ad juſpatronatus, veniunt deſcendentes per prius, & collaterales per poſterius.*
16 *Fallit ſi cum dictione, ſuos, adjecta ſit ultra* hæredes.
17 *Obſervantia probat juſpatronatus familiare, ſeu gentilitium, ſi ad præſentationem admiſſi ſuerint conſanguinei, excluſis hæredibus.*
18 *Si præſentationes factæ fuerint in ſtirpes, probant juſpatronatus hæreditarium; ſi verò in capita, præſumitur familiare.*
19 *In jure patronatus hæreditario præjudicare poteſt unus ſequentibus hæredibus.*

CUm fundatrix cujuſdam perpetuæ Capellaniæ diſpoſuiſſet, quod jus patronatus ejuſdem Capellaniæ pertineret ad eum quem ipſa nominaret, & ad ſuos conſanguineos ipſius fundatricis, & ad operarios cujuſdum Eccleſiæ qui pro tempore fuerint; & tractaretur de unione ejuſdem Capellaniæ pro fundatione cujuſdam conventus RR. Patrum Minimorum Ordinis ſancti Franciſci de Paula. Dubitatum fuit utrum rectè fieri poſſet illa unio ad favorem monaſterii nondum erecti: & utrùm conſenſus omnium patronorum neceſſariò intervenire deberet ad validitatem hujuſmodi unionis: Et utrum conſenſus ille intervenies præjudicaret ſucceſſoribus in illo jurepatronatus.

Dixi in primis, licèt ageretur de monaſterio nondum ædificato, nihilominus in favorem monaſterii capacis bonorum conſtituendi unionem fieri poſſe, prout in effectu obſervatum fuerat in eadem provincia in favorem RR. PP Oratorii, necnon Societatis Jeſu, cùm nihil repugnet pro fabricando monaſterio fundationem, aut unionem alicujus beneficii fieri poſſe, dummodo abſit fraus; & reditus beneficii uniti effectualiter convertantur ad illius uſus, ut notat Gonzal. *ad reg.* 8. §. 5 *gloſſ.* 7. *n.* 76. *& ſequentibus*, Gratian. *diſcept.* 258. *n.* 8. † Et fundato monaſterio rectè donationem fieri poſſe probamus *part.* 1. *benefic. quæſt. cap.* 83. *num.* 1. Et ſi aliqui hanc propoſitionem in dubium revocent, ut Rot. apud Merlin. *deciſ.* 837. *n.* 1. *in fine*; tamen contrarium omninò tenendum eſt, quando donatio facta fuit ad effectum dotis conſtituendæ pro fundatione monaſterii nondum fabricati, & erectiqui validè fieri poteſt, non ſolùm quando donator, ſeu fundator promittit ſe daturum & traditurum, ſed eriam donando & tradendo bona pro dote, non ſtatim acquirantur Eccleſiæ, ſed tunc demùm quando fuerit ædificata, aut ſaltem cœperit ædificari: ut benè probat Gatt. *de benefic. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 49. † Sicut ædificanti Eccleſiam, vel Capellam acquiritur ſtatim juſpatronatus, quando cœpta eſt ædificari de conſenſu Ordinarii: quod tamen juſpatronatus evaneſcit, ſi ædificium non perficiatur: Gatt. *ibid. num.* 45. *&* 46.

Præterea non ſolùm donatio, ſed etiam unio futuro Collegio, & Eccleſiæ, aut Monaſterio fieri poteſt, quando ſit authoritate Sedis Apoſtolicæ, ut ſæpiùs in Rota deciſum teſtatur Beramin. ad Ludovi. *deciſ.* 258. *in fine, verſic. illud autem.*

Et

5 Et licèt magna aliàs fuerit controversia, utrum unio fieri possit in favorem Seminarii nondum erecti? In qua dissentiunt Gonzales, & Garcias: ille *ad reg. 8. glos. 5. §. 7. num. 68. & multis sequentib.* & maximè *n. 75. versic. caterùm deficientibus suprad dictis*, hic *de beneficiis, part. 12. c. 2. num. 193.* & adversus Seminarium concludat Lotter. reprobata Gonzalis sententia, *lib. 1. de re benefic. q. 29. n. 47.* & nullo modo unionem fieri posse Seminario nondum erecto, sæpè Rota Romana declaraverit, ut *in decis. 373. part. 4. recent. tom. 2. & dicta dec. 837.*

6 apud Merlin. † Tamen diversa est in Seminario consideratio, propter fraudes quæ fieri possent contra intentionem Concilii, quod hac in re confidere voluit integritati Episcoporum, ut dicitur *in dict. decis. 373. in additione* Rubei, *num. 25.* cùm permittat applicationem fructuum eorum mensæ: posset autem fieri unio, absque eo quod fructus applicarentur Seminario, sed per Episcopos perciperentur per multos annos, prout factum fuerat in casu *dictæ decisionis 837.* coram Merlino, in quo unio facta fuerat jam à septuaginta annis, & Seminarium nondum erectum fuerat, ut advertit Rub. *loco citato.*

Ad tollendam tamen omnem difficultatem, consultum fuit dictis Patribus Minimis, de faciendo dictam unionem authoritate Sedis Apostolicæ, cujus validitas in dubium revocari non potest, ut superiùs ostensum fuit, *num. 4.*

7 Est etiam advertendum, omne dubium cessare quando tractatur de legato relicto futuro monasterio construendo: quia tunc non solùm legatum est validum, sed etiam fructus medii temporis sunt illi assignandi: ut fusè probat Gratian. *disc. forens. cap. 358. per totum.*

8 Secundo loco, dixi in unione facienda requiri consensum patronorum, & unionem illis non consentientibus factam nullius esse momenti: *Clem. unica, §. ad hæc, de statu monach.* Concil. Trident. *sess. 24. cap. 15. de reformat.* ibi, *cum patronorum consensu*: † non solùm quando agitur de patronatu

9 laicali, Rot. *d. decis. 837. n. 8. coram* Merlino; sed etiam si ageretur de Ecclesiastico, Garc. *de benefic. part. 12. cap. 2. num. 202.* Vivian. *de jure patronatus,*

10 *lib. 14. cap. 5. n. 58.* † Et si sint plures patroni, unio nulla est, si non interveniat consensus omnium: Rot. apud Verall. *decis. 346. part. 3.* Lotter. *lib. 1. quæst. 28. num. 170.* Garc. *dicto cap. 2. n. 205.*

11 Quod verum est, nisi agatur de unione facta per Papam, qui potest derogare juri patronatus Ecclesiastico; & ideò unio facta authoritate Sedis Apostolicæ valida est, etiam non interveniente consensu patroni Ecclesiastici, quando Papa derogavit: ut determinat Paris. *consil. 128.* maximè *n. 24. vol. 4.* & patet ex Rebuff. *consil. 20. versic. Quintò respondetur*, & Garc. *dicto c. 2. n. 202.* qui sequitur Rebuffum.

12 Plus dicit Paris. *dicto consil. 128. num. 23.* quod unio est valida, si patronus laicus illi intra quatuor menses non contradixit: & ad hoc allegat Cardin. Zabarell. *in Clement. 1. de supplend. negligent prælatorum, n. 11. versic. sed post longam cogitationem*, qui tamen supponit scientiam patroni cum non contradictione, neque loquitur in terminis unionis. Vide in Cod. Fabrian. *lib. 6. tit. 1. definit. 8.* Tornet. *littera V, num. 44.*

13 Sed quæritur utrùm Legatus faciendo unionem possit derogare juri patronatus Ecclesiastico? Respondendum est affirmativè: ideò valet unio sic facta, non adhibito consensu patroni Ecclesiastici: Barbos. *de jur. Eccles. last. lib. 3. c. 16. num. 50.* cum *ibi*

citatis. Quod multò fortiùs procederet in Legato Avenionensi, cujus amplissimæ sunt facultates.

Ultimò dixi, quod si jus patronatus, de quo agi- 14
tur, esset familiare, seu gentilitium, non poterat consensus patronorum nunc viventium præjudicare vocatis in sequentibus gradibus, cùm fundatrix ad suos ipsius fundatricis, post obitum primi patroni, successivè pertinere voluisset: & sic cùm ageretur de jure patronatus antiquo, non poterat unus ex descendentibus, aut suis fundatricis, illud in alios transferre in præjudicium vocatorum; solus enim primus acquirens aliis præjudicare posset, ut bene distinguit, & explicat Vivian. *de jure patron. lib. 4. c. 2. n. 22. & seq.* † Siquidem cùm vocati fuerint sui 15
ipsius fundatricis, jus quæsitum fuit descendentibus illius per prius, & collateralibus per posterius, ex Castrens. *consil. 374. n. 4. lib. 1. & consil. 404. n. 1. volum. 1.* Cancer. *lib. 3. c. 20. de legat. n. 399.*

Quod maximè procedit, quia *suorum* nomen 16
simpliciter fuit appositum, nulla facta mentione *hæredum*, vel *successorum*: ex notatis per Burat *decis. 647. n. 5. & 7.* quo fit ut soli sanguine juncti vocati censeantur ordine supradicto.

Attamen hac in re primum locum obtinet ob- 17
servantia: si enim adveniente vacationis hujus Capellæ casu, sui dictæ fundatricis ad præsentationem admissi fuerint, non uti hæredes, & jure hæreditario; sed uti consanguinei, & jure consanguinitatis, jus patronatus sine dubio diceretur familiare, seu gentilitium: sicut è converso si admissi fuerint ut hæredes, exclusis aliis consanguineis non habentibus qualitatem hæreditariam, jus istud patronatus non amplius erit gentilitium, sed hæreditarium: Peregrin. *consil. 33. n. 25. & 26. vol. 1.* Grat. *disc. forens. 521. num. 19.* † Quemadmodum probabitur 18
hæreditarium, si præsentationes factæ fuerint in stirpes: gentilitium verò, si factæ fuerint in capita. Burat. *decis. 647. n. 10.* † Et si jus patronatus esset 19
hæreditarium, posset patronus consentire unioni, aut illi renunciare in præjudicium sequentium: Vivian. *dicto lib. 4. c. 2. n. 18.* Roch. de Curte *de jur. patronat. part. 9. verb. quomodo transferatur, num. 17.* Rot. *decis. 37. n. 2. & 3. part. 6. recentior.*

CAPUT CXLV.

Quod in beneficialibus reus nihil teneatur probare, quando opponit de non jure actoris. Solam accusationem etiam in criminibus privationem inducentibus ipso jure non sufficere, ut possessor lite pendente amoveatur à sua possessione beneficii, præterquã in notoriis delictis. Quæ ad hunc effectũ dicantur notoria? Quid si reus fuerit condemnatus per Iudicem, qui non habet facultatem declarandi pœnam privationis. De resignatione beneficii facta per eum, qui constitutus erat in carceribus. Et de revocatione mandati ad resignandum.

1 *In beneficialibus sufficit possessori vincere per non jus actoris.*

2 *Etiam in delictis, in quibus incurritur pœna privationis ipso jure, accusatus non est ante sententiam à sua possessione removendus.*

3 *Limita niſi ageretur de delicto notorio.*

4 *Notorium dicitur ad hoc ut lite pendente poſſeſſor privetur, & amoveatur, quod in dubium non poteſt revocari.*

5 *Notorium non dicitur delictum, ad effectum ut quis privetur, licèt declaratio facti fuerit ſubſequuta per Judicem, qui non habet facultatem imponendi hanc pœnam privationis: ſed nova citatio requiritur coram judice competente.*

6 *Reſignatio facta in carcere eſt valida, quando facta fuit in favorem alicujus, qui illum non tenebat in carcere.*

7 *Metum non ſufficit probare in genere, ſed probari debet quod illatus fuerit in ſpecie, ex cauſa illius actus, qui reſcindi petitur ex cauſa metus.*

8 *Metus reſignationis purgatur per mandatum novum factum à reſignante in plena libertate conſtituto.*

9 *Mandati revocatio facta per reſignantem non ſuffragatur, ſi fuerit proceſſum ad reſignationis actum, antequam mandati revocatio fuerit intimata. Et quomodo fieri debeat illa intimatio mandati, remiſſivè.*

IMpetrato ex capite hæreſeos, ſimoniæ, & aliàs certo modo beneficio, Franciſcus impetrans petebat ſibi adjudicati recredentiam tam adverſus Nicolaum reſignantem, quàm adverſus Davidem reſignatarium: & ſui juris fundamentum ex eo deſumebat, quod Nicolai beneficia propter ejus crimina ipſo jure vacabant; ita ut nec ipſi, nec reſignatario jus aliquod competere poſſet.

David ſe manutenendum aſſerebat, cùm per decretum judicialiter manutentionem obtinuiſſet:

1 † & ſic cùm ipſe eſſet poſſeſſor illius beneficii, ſufficiebat illi dicere adverſario, *Tu non habes jus in hoc beneficio*: nam in beneficialibus ſufficit poſſeſſori vincere ob non jus actoris: Cod. Fabrian. *lib.* 1. *tit.* 2. *definit.* 23.

Nec jus Franciſci impetrantis clarum erat, quia ipſe nullam fidem faciebat condemnationis, immò ne quidem accuſationis propter hæreſim, vel ſimoniam dicti Nicolai reſignantis. Quamvis enim renunciatio beneficii facta fuiſſet per Nicolaum intra carceres, non ex eo probabatur accuſatio, multóque minus condemnatio, cùm non conſtaret de cauſa carcerationis. Neque enunciativa Vicarii generalis in quibuſdam proviſionibus contenta, tertio nocere poterat; maximè quia nulla coram eo pro ſimilibus delictis introducta fuerat lis, vel accuſatio.

2 Sed quamvis verum eſſet, accuſationem coram Vicario inſtitutam fuiſſe pro hæreſi, aut aliis delictis beneficii vacationem importantibus ipſo jure; certum eſt quod pendente lite, & antequam lata fuerit ſententia declaratoria facti, dictus Nicolaus, ſeu ejus reſignatarius, interim ſunt in beneficii poſſeſſione manutenendi: ſi enim ſtatim facta accuſatione poſſeſſor amovendus eſſet, daretur occaſio malignandi adverſus probos quoſcumque viros: expectanda eſt ergo ſententia declaratoria facti, *cap. cùm ſecundum* 19. *de hæret. in* 6. Gloſſ. *in Clement. præſenti, in verbo, conſtiterit, de cenſibus, Clement.* 2. *de pœn.* Ioan. Andr. *in cap.* 1. *num.* 9. & *ibi* Geminian. *in §. finali, n.* 10. *de homicid. in* 6. latè Felin. *in c. Rodulphus* 31. *num.* 35. *verſ. ſed declinatoria, de reſcript.* DD. *in dicta Clement.* 2. *de pœn.* Rot. *deciſ.* 255. *num.* 2. *p.* 3. *recent. & deciſ.* 179. *n.* 9. *poſt Farinac.* Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 18. *num.* 28. Et licèt non modica ſit inter Doctores altercatio ſuper hoc articulo, tamen in poſſeſſorio non eſt recedendum à mox dedotis; † niſi tamen factum adeò eſſet notorium, ut de eo nullo modo dubitari poſſet, ut per Felin. *in dicto cap. Rodulphus* 35. *num.* 37. & 39. *verſic. ſed noviſſimè*, Abb. *in cap. cùm non ab homine, n.* 29. *de judic. verſ. procedit enim.* † Notorium intelligo id quod in dubium revocari, aut cujus veritas celari non poteſt: veluti ſi beneficii poſſeſſor publicè fidem abjuraſſet, aut apud hæreticos actus hæreticales in publica concione feciſſet; tunc enim verè diceretur notorium, & expectanda non eſſet ſententia: Surd. *conſil.* 188. *num.* 13.

Præterea hoc quoque notandum erat in caſu propoſito, ut non ſufficiat ſententia declaratoria facti, ad hoc ut quis privationem beneficiorum incurrat, quando judex qui profert ſententiam facti declaratoriam, non habet juriſdictionem ad privationis pœnam infligendam; tunc enim ſolam facti declarationem non ſufficere ad privandum, etiamſi delictum factum fuerit per ejus ſententiam notorium in illo tribunali, tradit Innoc. *in cap. qualiter & quando, n.* 2. *verſic. credimus tamen, de accuſationib.* Debet igitur poſt hujus ſententiam citari & audiri coram ſuo judice: Loffred. *conſ.* 47. *n.* 10. Sed de hac materia videri poterunt dicta ſuperiùs, *cap.* 27. *part.* 1. *à n.* 9.

Neque validitati reſignationis nocebat, quod facta fuiſſet eo tempore, quo Nicolaus erat in carceribus conſtitutus. Quia diſpoſitio *l. qui in carcerem, ff. de eo quod met. cauſa*, non habet locum quando ille qui conſtitutus eſt in carceribus, contrahit cum tertio, qui ipſum in carceribus non detinet, ut expreſsè declarat Gloſſ. *in dicta l. qui in carcerem*, & *ibi* Bartol. *ſub num.* 1. Bald. *in prima lectura, verſic. ſecus ſi cum Tertio*, idem Bartol. *in l. qui à latronibus poſt n.* 2. Alberic. *n.* 1. *in fine, verſic. & ſic intelligo.* Caſtrenſ. *num.* 3. *de teſtament.* Et communem hanc eſſe opinionem teſtatur Fulm. *de carceribus, & carceratis, quæſt.* 35. *n.* 32. † Quod confirmatur ex eo, quod dum contendit aliquem actum fuiſſe geſtum per metum, non ſufficit cauſam metus probare; ſed omninò conſtare debet metum illatum fuiſſe in ſpecie propter actum illum, de quo tractatur: ut probavimus ſuperius *cap.* 120. *num.* 25. *part.* 1.

Sed & poſito quod de metu conſtitiſſet, adhuc purgatus erat per novam procurationem ad reſignandum, factam per Nicolaum extra carcerem conſtitutum, ex quo non ſolùm elicitur purgatus metus prætenſi, *cap.* 1. *in fine*, & *ibi* Gloſſ. & DD. *de eo quod metus cauſa, l.* 2. *C. quod metus cauſa*, ſed etiam apparet, nullam factam fuiſſe condemnationem ſuper delicto hæreſeos, quia ſi hoc fuiſſet factum, reus non fuiſſet extra carceres conſtitutus; cùm in ſimili crimine non concedatur delinquentis relaxatio à carceribus.

Et quamvis idem Nicolaus ſecundo, vel tertio poſt hujuſmodi ſecundum mandatum die, illud revocaſſet; hoc non nocebat reſignatario: cùm illa revocatio nec in Camera, nec in Cancellaria, nec ipſimet reſignatario fuiſſet intimata: & ſic admiſſa poſt renunciationem mandati reſignatio erat valida: juxta notata per Pariſ. *de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 25. *num.* 17. & *quæſt.* 26. *num.* 8. qua de re fuſiùs egimus *ſupra, cap.* 26. *num.* 10. & *ſequentibus, part.* 1.

CAPVT

CAPVT CXLVI.

In quibus casibus moniales possint cogere vicinos,ut sibi domum vendant, pro ampliatione sui monasterii. Quomodo, & in quibus casibus possit quis cogi ad vendēdum rem suam sub prætextu boni publici. Item utrùm, & quibus concurrentibus circumstantiis vicini possint cogi ad claudendas fenestras respicientes in Collegium,vel Monasterium, sive de monialibus agatur, sive de masculis. Et quæ hoc casu adhibendæ sint per Iudicem considerationes.

SVMMARIVM.

1 *Nemo invitus propriam rem vendere cogitur,etiam soluto sibi justo pretio: quod tamen fallit, dum agitur de bono publico.*

2 *Dum quis rem propriam vendere cogitur, debet illi damnum resarciri, ultra rei verum valorem.*

3 *Ut quis rem suam monasterio vendere cogatur, debet constare de præcisa morali necessitate monasterii.*

4 *Exercitium sagittæ, vel catapultæ, est quidem licitum; sed in eo non versatur moralis publica necessitas, ut fiat intra urbem, & in certo loco.*

5 *Nemo cogitur alicui viam præstare, si illam habere potest in alio loco, quamvis remotiori, vel longiori.*

6 *Nemo vendere cogitur domum monasterio, si monasterium potest habere domunculas vicinas pro ampliatione illius.*

7 *Nemo cum maximo suo incommodo cogitur domum suam vendere.*

8 *Quando vicinus prævenit moniales, difficilius cogitur ad vendendum.*

9 *Virum prospectus in Collegium, aut Monasterium vicinum, præsumatur ad æmulationem capi; an vero probanda sit æmulatio.*

In monasterio monialium non debet permitti prospectus vicini; secus si agatur de collegio masculorum: ibidem.

10 *Quando grave præjudicium fieret monasterio, impediuntur fenestræ, quamvis non fierent ad æmulationem*: & num.14.

11 *Facilius impeditur fenestra facienda, quàm obturetur jam facta.*

12 *Index considerare debet in obturatione fenestræ, utrum sit majus damnum vicini quàm utilitas Ecclesiæ.*

13 *Quamvis via sit intermedia,prohiberi debet prospectus in monasteria.*

15 *In casibus, in quibus quis cogitur servitutem in suo pati,debet illi solùm justum pretium illius servitutis.*

16 *Regulares non possunt habere prospectum in monasteria aliorum Regularium.*

17 *Quando aliquid committitur Iudicis arbitrio,illud debet esse regulatum ad formam juris.*

MOniales quædam paucis ab hinc annis ad præsentem civitatem accedentes, electa quadam domo in qua monasterium ædificarent, pro illius ampliatione cogere volebant quandam vi-

duam, non multùm divitem,ad sibi vendendum domum, quam illi monastetio contiguam habebat: qua de re interrogatus, Respondi quæstionem plus habere facti, quàm juris: qua ratione loquitur Cyriac. *controvers.*231. *in princip.* † Nam licèt nemo 1
rem propriam invitus vendere cogatur,*l.invitum* 11. *Cod. de contrahend. empt.*

Tamen pro bono publico, veluti pro monasterio 2
constituendo, vel constructo ampliando, quemlibet ad rei propriæ venditionem cogi posse videtur, justo pretio persoluto: per *l. si quis sepulchrum, in princip. ff.de relig. & sumpt. funer.* Bald. & Angelus *in l.1. ff. solut. matrim.* Recedituer enim hoc casu propter publicam utilitatem à regula *dictæ l.invitum*. Rot. apud Duran. *decis.*47. *n.*3. Et licèt *ibi* Rota justum pretium determinet ad illud quo domus vendi posset; tamen hac in re ex æquo & bono agendum est, ut scilicet ultra pretium commune, solvatur etiam venditori damnum: ut decisum fuit apud Giurb. *dec.*86.*n.*14. *junctò n.*11. Covar. *lib.*3. *resol.c.*14.*n.*8. *in princip.*Roder. Suares *alleg.*10.*n.*1. Boër. *dec.*32. *n.*11. Thesaur. jun. *lib.*1. *q.*64.*n.*10. Barbos. *in l. si mora* 10. *n.*73. *in fin. ff.solut. matrim.* Gomes. *ad l.*46. *Tauri, n.*9.

Sed tamen ut ad hanc venditionem invito do- 3
mino procedatur, duo potissimùm intervenire debent. In primis probari debet pro parte Ecclesiæ,vel monasterii, necessitas moraliter præcisa: veluti dum agitur de Ecclesia parochiali, vel Episcopali, pro sacramentorum administratione necessaria: ut tradit Covarr. *lib.*3. *var. resol. c.*14. *n. ult. versic. secundò mihi videtur.* Non enim indulgendum est appetitui Religiosorū,nisi concurrente morali necessitate.Cyriac.*controv.*231.*n.*17.Rot.*dec.*676,*n.*2.*p.*1. *recent.*quia cùm dispositio *l.si quis sepulchrū*,sit exorbitans,non est trahenda ad quemcumque casum,sed restringenda est ad necessitatem moralem, pro cultu divino: Gratian. *discept. forens. c.*742. *n.*25. *&* 26.

Vnde in simili casu aliàs consului, quod societas 4
exercitii catapultæ non poterat cogere quendam particularem ad patiendum quod illud exercitium fieret juxta domum & hortū suum: Quia licèt istud exercitium de jure sit permissum,*l. qua actione, §. si in collectatione, ff. ad l. Aquil.* Menoch.*de arbitr.casu* 400. *n.*2. *&* 3. Farin. *q.*209.*num.*106. Tamen non agebatur de favore publicæ utilitatis & necessitatis, cùm illud exercitium hactenus in alio loco commodiori, & minùs periculoso factum fuisset: & tamen ad hoc, ut quis cogatur rem suam vendere, etiam pro bono publico,non solùm intervenire debet publica utilitas, sed etiam moralis necessitas: Covar.*d.lib.*3.*variar.resol.c.*14.*n.*9.*versic.Sextaratio*, Cancer. *lib.*1.*c.*13. *n.*133. † Vnde nec potest quis 5
cogi præstare viam,si aliunde, etiam in loco remotiori, vel prolixiori, haberi potest: Boër. *dec.*312. *n.*11. *versic. & istam partem.* Quia modica utilitas publica non debet prævalere magno incommodo privati: Gomes. *ad l.*46. *Tauri, n.*8. *&* 9. *versic. sed pro veritate.* Thesaur. jun. *lib.*1. *q.*64.*n.*9.

Redeundo ad casum propositum. non constabat 6
in facto de magna necessitate monasterii, quod poterat acquirere sine gravi incommodo alias domunculas vicinas: quod etiam Rota considerandum existimavit *decis.*172. *num.*7.*part.*1 *recent.*quæ est repetita *decis.*451.*p.*3.*recent.* & apud Mangil. *de subhastat. decis.*87. *n.*13.

Secundum requisitum quod intervenire debet, 7
ad hoc ut quis domum suam vendere cogatur, est quod id fiat sine magno venditoris incommodo, & cum parvo illius detrimento: ut bene probat Giurb.

dicta deciſ.86. num.10. Theſaur. jun. *lib. 1. quæſt. forenſ.64.n.9.* per text. *in dicta l. ſi quis ſepulchrum, §. Præſes, ff. de religioſis.* Fontan. *de pact. nupt. claus. 4. gloſſ.12. num. 26.* Cyriac. *dicta controverſia 231. num.15.* Rot. *dicta deciſ.676. num.2. part.1. recent.* Detrimentum autem viduæ, ad quam domus ſpectabat, futurum erat maximum, & in facto ſupponebatur. Quod maximè conſiderandum ſupererat, & perebatur ex eo quod vidua jam à multis annis domum poſſidebat, & in ea ex honeſto exercitio ſibi, liberiſque ſuis, & familiæ victum quærebat:

8 † Et cùm moniales à paucis tantùm menſibus ad locum illum acceſſiſſent, prævention viduæ multùm operabatur ad excludendas moniales ab illarum prætenſione: Mangil. *dicta deciſ.87. num.14. & in recent. dec.402. n.6. verſic. fuit etiam, part.3 recent.*

9 Sed ulteriùs dubitatum fuit, utrùm ſaltem moniales cogere poſſent dictam viduam ad obturandas feneſtras ſuæ domus, per quas poterat ipſa, vel domeſtici habere proſpectum ad monaſterium? Hæc quæſtio fuit acerrimè diſputata Romæ, de feneſtris habentibus aſpectum intra Collegium adoleſcentium: & fuit deciſum non habere locum, quia non eſt eadem ratio prohibendi aſpectum in collegio juvenum, quæ in domo Religioſarum, ut patet *ex deciſ.* Burati 6. 1. & adeſt alia deciſio Pirovani, apud Theodoſ. Rub. *in ſuis ſingularibus ad deciſ. Rotæ Rom. fol.* 518. & 519. ubi videtur rejicere diſtinctionem Gæpolæ, & aliorum diſtinguentium, utrùm feneſtræ apertura fiat ad æmulationem, an non: ut primo caſu non liceat illam aperire; ſecundo verò liceat, quando videlicet id non fit ad æmulationem: dum vult ex eo ſolo præſumi æmulationem, quod per feneſtram datur proſpectus in monaſterium monialium: ut *dicto fol.* 519. *col. 1. verſ. non obſtat ratio.* Eandem diſtinctionem, quando agitur de monialibus, rejicit Burat *dicta deciſ.* 631. *num.21.* quidquid aliud ſit quando ageret de mulieribus ſæcularibus, aut de adoleſcentibus maſculis, ut *ibi in additione* Ferentilli.

10 Tamen diſtinctionem illam amplectitur Covar. *dicto lib.3. var. reſolut. cap.14. num.8. verſic. ultima prioris ſententiæ argumentatio,* & Mar. Muta *deciſ. Sicil.8. num.5.* Viſill. ad Afflict. *deciſ.* 225. *num.1.* Alexand. *conſ.174. num.4. & ibi* Addit. *lib.2.* Hoc tamen limitat (& rectè, meo judicio) niſi monaſterio inferretur grave præjudicium: tunc enim etſi ad æmulationem id non fieret, poſſet impediri: Cabed. *deciſ.152.n.2. part.1.* & de materia *deciſ.105. num.4. ead. part.1.*

11 Vera igitur reſolutio eſt, ludicem qui hujus rei cognitionem habet, negotium ex facti circunſtantiis terminare debere: conſiderando *in primis*, utrùm agatur de feneſtra, aut ædificio jam à longo tempore conſtructo: cùm facilius ſit impedire quod faciendum eſt, quàm factum deſtruere: & in effectu Doctores ferè omnes loquuntur de feneſtra aperienda, non autem de jam à multo tempore aperta obturanda. Neque conſiderationi æmulationis locus eſſe hoc caſu poteſt, cùm jam nihil novi fiat, & ſic nihil ad æmulationem conſtruatur.

12 *Secundò* conſiderandum eſt, utrùm ex tali ædificio plus detrimenti adveniat vicino, quàm commodi monaſterio; vel è contra: quod notat poſt alios Muta *deciſ.8. num.5. & 6.*

13 *Tertiò* advertendum, quod privilegium monialium ut impediant proſpectum in eorum monaſteria, locum habet, etiamſi via ſit intermedia: Vincent. de Franch. *deciſ.223.*

14 *Quartò*, quod etiamſi ad æmulationem non fiat elevatio ædificii, vel apertura feneſtræ; tamen impediri debet, quando grave detrimentum immineret monaſterio: Cabed. *dicta deciſ.152. part.1.* & poſt eum Barboſ. *in l. altius 8. C. de ſervit. & aqu.*

15 *Quintò*, quod ſi dominus ædificii vicini cogatur vendere monaſterio, aut illi concedere ſervitutem altiùs non tollendi, aut feneſtrarum uſus impediri, debet vicino perſolui juſtum pretium talis juris, quod dimittit, ut poſt Molinam *diſput.709. num.6.* tradit Barboſ. *in dicta l. altius, num.8.*

16 *Sextò*, quod non ſolùm ſæculares, ſed nec ipſi met Regulares poſſunt habere proſpectum in aliena monaſteria: & hoc caſu privilegiatus agit contra patitet privilegiatum: Lezan. *in ſum. Regul. in verbo, Monaſteria regularium, num.23.* cum pluribus per eum citatis; Barboſ. *de jur. Eccleſ. univerſo, lib.2. cap.12. num.79.*

17 His omnibus conſideratis judex ſuum declarabit arbitrium, non ex proprio capite, ſed regulatum juxta formam juris: Gabriel *conſ.27. num.6. lib.1.* & in noſtris terminis Tamburin. *de jur. Abbat. part.3. diſput.5. quæſt.2. num.6.*

CAPVT CXLVII.

De validitate matrimonii contracti, non obſtante lite mota ratione alterius matrimonii priùs cum alia contracti: quod primum matrimonium per ſententiam fuerat declaratum nullum; à qua ſententia non fuerat intra legitima tempora appellatum; non obſtante recurſu, aut reſtitutione in integrum propoſita poſt conſummatum ſecùndum matrimonium. Et quod liberi ex ſecundo procreati ſint legitimi ob bonam fidem unius, immò utriuſque ex conjugibus. Querelam adverſus ſententiam in judicatum tranſactã non poſſe tractari, nec in Gallia committi alteri, quàm illi, qui ſententiam tulit. Et de variis cauſis metus, ob quas matrimonium nullum declarari debet.

SVMMARIVM.

1 *Ad legitimitatem liberorum ſufficit bona fides alterius ex conjugibus.*
2 *Inhibitio, aut reſtitutio in integrum non ſuffragatur, ſi facta fuerit, aut intentata poſt ſententiam executioni demandatam.*
3 *Sententia lata in cauſa matrimoniali ſemper tractari poteſt, non per viam appellationis, ſed per viam querelæ.*
4 *Cauſa querelæ, vel recurſus, aut reſtitutionis in integrum, tractari debet coram eodem judice, ac cujus ſententia agitur: &* num.5.
6 *Summus Pontifex adiri poteſt per viam querelæ: ſed in Galliæ cauſam committit eidem judici qui ſententiã tulit, à qua recurſus interponitur.*
7 *Libertas contrahentium in matrimonio eſt ſingulariter requiſita.*
8 *Metus probatur ex veriſimilitudine: & num.11.*
9 *Quando agitur de metu illato à patre in filium facilior eſt illius probatio & præſumptio.*
10 *Probatio metus pendet maximè ex Iudicis arbitrio.*

Muta

12 *Mina paternæ, quamvis in absentia filii facta, præsumuntur ad notitiam filii devenisse.*

13 *Protestationes licèt non probent metum, alias tamen probationes coadjuvant, & adminiculantur.*

14 *Protestatio metus facta in præsentia partis & Parochi, probat metum, & arguit nullitatem matrimonii.*

15 *Idem si protestatio facta fuerit in absentia partis, ad ejus tamen notitiam pervenit.*

16 *Multò magis dum facta fuit adversi animi declaratio in ipso actu matrimonii.*

17 *Protestatio metus non relevat, etiam facta in præsentia partis, si postea copula subsequuta fuerit.*

18 *Defectus denunciationum multùm coadjuvat alias probationes super nullitate matrimonii factas.*

MAtrimonialis quæstio in diversis Galliæ Tribunalibus diutiùs agitata fuit : & per diversas ac contrarias sententias intricata, quadam muliere agente pro validitate, viro autem acriter matrimonium ex defectu consensus nullum sustinente. Primùm quidem, in Curia spirituali Valentiæ : tum in Primatiali Viennæ : deinde in Curia Parlamenti Gratianopolitani, ratione abusus per mulierem prætensi : tursus in Officialatu Vapincensi, per viam commissionis Apostolicæ : denique per viam similis commissionis, coram Officiali Tricastrinensi ; qui cùm votum meum desideraret, dixi matrimonium esse nullum, & virum rectè cum alia muliere contraxisse, illúdque secundum conjugium verum esse, & legitimum, & liberos ex eo procreatos, aut procreandos, legitimos & naturales esse declarandos, prout ita per Dominum Officialem judicatum fuit : & sic sententiam Judicis Primatialis Viennæ, per quam primum matrimonium fuit declaratum invalidum, confirmandam, juxta arrestum Curiæ Parlamenti : illam verò, quæ lata fuerat per Officialem Valentiæ, revocandam, declarando maiè per ipsum fuisse judicatum.

Pro fundamento hujus voti & sententiæ inde sequutæ, supponendum est in primis, sententiam in Curia Viennensi latam transiviſſe in rem judicatam, cùm ab ea intra legitima tempora non fuisset appellatum, sed tantùm tanquam ab abusu recursum fuisset ad Curiam Parlamenti, quæ per suum arrestum, non solùm declaravit nullum in tali sententia interveniſſe abusum, sed etiam causam & partes remisit ad eundem Judicem Viennensem pro sententiæ suæ exequutione : in vim cujus dictus vir secundum contraxerat cum alia muliere matrimonium ; & sic in bona fide erant tam ipse, quàm hæc secunda mulier constituti, ad omnes effectus veri matrimonii, & nominatim ad effectum legitimationis liberorum, † ad quam sufficit bona fides alterius ex conjugibus, multò magis quando adest bona fides utriusque, *cap. cùm inter, cap. ex tenore, qui fil. sint legitimi.* D. Ludovicus Bellus *consil. 66. num. 7.* plures allegat Barbosa *d. c. cùm inter, & cap. ex tenore*, ubi dicit hos liberos esse legitimos quoad utrumque parentem, etiamsi unus tantùm illorum esset in bona fide.

2 Neque inhibitio obtenta vigore commissionis Apostolicæ, primæ mulieri poterat suffragari ; cùm illa fuerit executioni demandata post multos menses à die sententiæ Viennæ latæ, ac etiam à die arresti Curiæ Parlamenti ; intra quæ tempora vir habebat liberam potestatem contrahendi matrimonium cum alia, vigore dictæ sententiæ & arresti, cùm non esset illorum executio suspensa per aliquam inhibitionem : † siquidem nec inhibitio subsequuta post sententiam executioni legitimè demandatam, si uti nec restitutio in integrum potest impedire effectum sententiæ jam executioni legitimè mandatæ : Vincent. de Franch. *dec. 660. & decisione 120. num. 8.* Scacc. *de appellat. quæst. 19. remed. 2. numero 110.* Lancellot. *de attent. cap. 18. num. 153.*

Secundò supponendum est, quod appellatio obtenta in Curia Romana non tangit arrestum Curiæ Parlamenti, sed solam sententiam Viennensem, à qua, ut dictum est, non fuerat intra legitima tempora appellatum. † Et licèt sententia lata in causa matrimoniali, nunquam transeat in judicatum, *cap. lator, de sentent. & re judic.* Tamen post rem judicatam non admittitur appellatio à tali sententia, sed is qui se læsum putat, debet venire per viam recursus, vel restitutionis in integrum : *cap. 1. de offic. Legat. cap. pastoralis, in princip. de offic. Ordinar. cap. venerabilibus, eodem tit. de offic. Ordin. lib. 6.* † & illa causa recursus, vel restitutionis in integrum, non potest tractari coram alio Judice, quam coram eo, adversus cujus sententiam petitur restitutio, seu recursus : Sarch. *de matrim. lib 7. disput. 10. num 9 & 10.* Dixi *in tract. de prævent. part. 2. cap. 24. num. 4.*

Eademque ratione, causa restitutionis in integrum adversus sententiam in judicatum transactam, debet tractari coram eodem Judice, de cujus sententia agitur : & sic non coram alio, quàm coram Primate Viennæ : Scacc. *de appellat. quæst. 9. remed. 2. n. 54. & mult. sequentib.*

Non negatur quin Summus Pontifex possit adiri, etiam per viam simplicis querelæ, ut ostendimus *dicto cap. 24. de prævent. part. 2.* Sed quia ex Concordatis, commissiones non dantur in Gallia aliis, quàm illis, ad quos de jure causa pertinet ; oportebat commissionem dari Judici Viennensi, de cujus sententia agebatur, ut mox dictum est : *ex cap. 1. de offic. Legati*, & aliis juribus *suprà* adductis, & *in dicto capite 24. partis 2. de prævent. numero 2. & sequentibus.*

His ita suppositis, pro justificatione sententiæ Viennensis, & sic nullitate primi matrimonii, consideratum fuit, quod sicut in omnibus contractibus libera debet esse contrahentium voluntas, ita & multò magis in matrimonio : *cap. cùm locum, & ibi* Glossa, *cap. Gemma, de sponsalib.* & ideo qui extra statum liberæ voluntatis matrimonium contraxit, posse ad aliud convolare : Menoch. *lib. 3 præsumpt. 4. num. 2.* Abb. *in dicto cap. cùm locum, num. 2. & cap. mulierem, n. 2. de sponsalib.* Rot. *decis. 643. num. 28. & 29 part. 1. recentior.*

Quod autem vir non esset in plena libertate constitutus, immò quod per metum cadentem in constantem virum matrimonium illud contraxisset, probatum erat ex variis facti conjecturis, quæ resultabant ex depositionibus testium in illa causa examinatorum ; cùm enim metus sit difficilis probationis, probatur ex conjecturis, & facti verisimilitudine, Covar. *de sponsalib. part. 2. cap. 3. §. 5. n. 10.* † Maximè quando agitur de metu illato filio per patrem : Ludovis *decis. 326. numero 4. & 5.* † Ita ut vis & effectus probationum hoc casu dependeat ex arbitrio Judicis : *l. 3. in fine. ff. ex quib. caus. major. in integr. restit.* Gail. *lib. 2. observ. 93. num. 6. & 7.*

11 Conſtabat enim de magna & ardua lite criminali, inſtante muliere adverſus virum, ejuſque patrem; ex qua veriſimilis erat averſio animorum: quæ veriſimilitudo multùm in hac materia attendenda eſt: Ludoviſ. *deciſ.* 326. *n.* 11.

12 Conſtabat etiam de minis atrocibus patris erga filium: quia pater deſiderabat eximi à dicto proceſſu criminali: quæ minæ factæ fuerant, tam in præſentia filiæ, quàm in ejus abſentia; & tamen ad filii notitiam devenisſe præſumebantur. Ludoviſ. *dicta deciſ.* 326. *num.* 18. *& ſequentib.*

13 Concurrebant continuæ proteſtationes filii de metu, quæ licèt non faciant plenam metus probationem, illam tamen coadjuvant: Seraphin. *deciſ.* 859. *num.* 4. *&* 863. *num.* 5. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 4. *num.* 15.

14 Sed præmiſſis accedebat alia conſideratio, quæ apud me magni momenti fuit: ſiquidem vir ipſe dum in Eccleſia coram Parocho conſtitutus eſſet, ad fines hujuſmodi matrimonii contrahendi, ab eodem interrogatus utrum hanc mulierem ſibi in uxorem caperet, in ipſo actu celebrationis declaravit ſe illud facere per vim & metum. Hæc autem declaratio ſine dubio influit ad nullitatem matrimonii; † cùm ſimplex proteſtatio viri de vi &

15 metu, facta in præſentia mulieris, aut etiam in ejus abſentia, quando ad illius notitiam devenit, reddat nullum matrimonium, etiamſi facta fuerit ante matrimonium contractum: Sanch. *de matrimon. lib.* 2. *diſput.* 45. *quæſt.* 2. *n.* 17. *& ſeqq.*

16 Quod ſi hoc obtinet in proteſtatione facta ante matrimonium, multò magis obtinere debet, quando proteſtatio facta fuit in ipſo actu matrimonii, coram prætenſa uxore, & Parocho, ut hoc caſu factum probatur: Covat. *ſuper* 4. *Decret. de ſponſalib. parte* 2. *cap.* 3. *§.* 5. *num.* 12. Gutierr. *de matrim. cap.* 52. *num.* 9.

17 Maximè cùm ſtatim vir ab Eccleſia receſſerit, nec uxorem amplius alloquutus fuerit, nec cum ea habitaverit; nam ſi ſubſequuta fuiſſet copula, metus eſſet purgatus: Sanch. *dicta diſputat.* 45. *numero* 21. quem ſequitur Guttier. *dicto cap.* 52. *num.* 10.

18 His concurrentibus, præſertim attenta præcipitatione matrimonii facti nullis legitimis præcedentibus denunciationibus, cùm Epiſcopus non debuiſſet ab illis diſpenſationem concedere, niſi una ſaltem denunciatione præmiſſa, juxta ordinationem Bleſenſem Henrici III. *art.* 24. *&* 40. relatam apud Theveneau. *lib.* 2. *art.* 1. nam licèt non ita receptum ſit ubique, ut defectus denunciationum matrimonium nullum reddat; hoc tamen ſaltem ſufficit, ut illud valde ſit ſuſpectum, ut bene advertit Giovagnon. *conſ.* 67. *n.* 14. 40. *&* 64. *lib.* 1.

His viſis, fuit judicatum primum matrimonium nullum eſſe, & dictum virum legitimè contrahere potuiſſe poſterius conjugium, & prolem ex eo ſuſceptam, & ſuſcipiendam, legitimam eſſe declarandam, prout declaratum fuit.

CAPVT CXLVIII.

De pluribus impetrantibus per obitum beneficium, tempore quo civitas Avenionenſis erat peſte afflicta: quorum aliqui datam acceperunt intra civitatem, illámque tempore anteriorem; alius verò, licèt tempore poſterior, illam accepit in oppido, ad quod Vicelegatus cum ſuis Officialibus ob peſtis metum aufugerat; utrùm hæc poſterior ſit aliis præferenda.

SVMMARIVM.

1 *In beneficiis Galliæ ſummus Pontifex primo poterit conferri beneficia.*

2 *Expeditionarii beneficiorum Gallia tenentur notare tempus appulſus curſoris ad Vrbem.*

3 *Geſta omnia poſt tempus parvæ Datæ retrotrahuntur ad tempus illius.*

4 *Etiam in beneficiis conſiſtorialibus attenditur tempus datæ, & non præconizationis.*

5 *Parva Data quare ſic dicta, & quomodo differat à magna.*

6 *Sicut parva Data, ita & datur parvus conſenſus, & quis ille ſit.*

7 *Quæ ſit vis parvi conſenſus, & quomodo differat à formali, remiſſivè.*

8 *Quæ ſint negotia quæ tempore peſtis fieri poſſunt per Canonicos in majori numero præſentes in loco peſtifero, & quæ per præſentes etiam numero minores.*

9 *Parva Data quomodo capienda ſit in Legatione pro beneficiis ſitis in regno Francia.*

10 *Pro beneficiis ſitis intra ditionem temporalem ſummi Pontificis, nihil prodeſt anteriritas parvæ Datæ.*

11 *Qui priùs adeptus fuit poſſeſſionem, præferendus eſt in dubio, cæteris paribus.*

12 *In judicio pleni poſſeſſorii admittuntur in Gallia novæ probationes, ſeu per teſtes, ſeu per inſtrumenta.*

13 *In Gallia ſemper attenditur tempus Datæ; & qui prior eſt in Data, cæteris eſt præferendus.*

14 *Data beneficiorum Galliæ tempore peſtis capienda eſt in loco ubi Dataria exercetur.*

QVæſtio iſta diſputata fuit in Curia Parlamenti Aquenſis, quia agebatur de Prioratu ſito in Gallia: & duo quidem, qui intra civitatem peſte afflictam Datam acceperant, inter ſe concordant & res da unum, putà Franciſcum, reda cta erat, qui contendebat ſe Roderico domeſtico Vicelegati in Data poſteriori præferendum: ſiquidem die *Jun. anni* 160. vacante prioratu per obitum ultimi poſſeſſoris, primus impetrans, qui tempore ſerat intra civitatem peſte afflictam, adivit Datarium, & non invento Datario periit actum de hora. Secundus verò, qui primi jura habuerat, respecto perſonaliter Datario, qui etiam intra civitatem manſerat, eodem die circa horam octavam poſt meridiem Datam aſſumpſit. At *die ſeq* 12 *ejuſdem menſis*, Vicelegatus eidem Roderico beneficium contulit, & hic poſſeſſionem adeptus eſt. Franciſcus de potiorem contendebat, quia in Gallia hoc obſervatur, quod ſummus Pontifex, vel Legatus non poteſt alteri beneficium conferre in præjudicium primi impetrantis. † Dicunt enim ſummum Pontificem, vel Legatum teneri conferre beneficium illi, qui primus ad Vrbem acceſſerit, vel qui primus Datam acceperit; & quod talis proviſio debet expediri ſub illa Data, ſub qua requiſitio facta fuit; & in caſum denegationis ſolet ille, qui prior eſt in Data, libellum ſupplicem offerre Curiæ Parlamenti, quæ decernit, ut vicinior Epiſcopus vel Diœceſanus concedat ejuſdem beneficii proviſiones ſupplicanti, quæ eandem

eandem vim habeant ac si à Sede Apostolica concessæ fuissent, ut dicunt ii, qui de Galliæ privilegiis tractant, & post ipsos Scholiast. ad Louet *littera M. num. 10. colum. penult. versic. aux libertez du Royaume.* † Quod adeo verum est, ut ordinatione Regia sancitum fuerit, quod omnes expeditionarii Curiæ Romanæ teneantur notare tempus & datam adventus cursoris ad Vrbem, & retinere registrum expeditionum, ad hoc ut partes ad illum habeant recursum: ut patet ex ordinatione Henrici II. *anni 1550. art. 5. 6. 7. 9. 11. & 12.* apud Fontanon *tom. 4. fol. 493.* & Theveneau *lib. 1. tit. 27. art. 1.*

3 Neque potest expediri signatura, aut bulla, nisi sub illa Data; quamvis die sequenti, aut longo etiam tempore post parvam Datam subscriptio facta fuerit, adeo ut non admittantur probationes per testes dicentes quod alio die signatura facta fuerit: quia omnia quæ post parvam Datam facta sunt, quoad signaturam Papæ, vel Legati, retrotrahuntur; & perinde est ac si omnia, ipsamet die parvæ Datæ, facta fuissent: Gabriel *cons. 193. num. 2. &*
4 *sequentibus, vol. 2.* † ubi loquitur in fortioribus terminis. Agit enim de beneficio consistoriali, in quo contendit inspiciendam esse parvam Datam, etiamsi postea præconizatio in Consistorio facta fuerit, & supplicatio signata: cujus dicta refert & sequitur Gratian. *discept. forens. c. 191. n. 1. & 2.* qui attestatur de stylo Curiæ qui pro lege habetur.

5 Dicitur autem parva Data, quia parvis characteribus in extremo supplicationis margine apponitur hoc modo: *Datum Romæ, 13. Kalend. Octobris, anno 1.* Et parva dicitur, ad differentiam magnæ seu extensæ, quæ apponitur in supplicatione per Datarium, juxta tenorem parvæ Datæ, extendendo tamen locum & locum loci, veluti *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, 13. Kalend. Octobris, anno 1.* nisi summus Pontifex esset extra Vrbem; tunc enim locus loci non ponitur, sed solùm simpliciter dicitur, *Datum Ferrariæ. Datum Avenione, &c.* absque expressione alicujus alterius loci particulari.

6 Sicut autem datur parva Data, ita & parvus consensus: in resignationibus enim datur supplicatio, & ipse resignans si præsens sit, aut ejus procurator cum legitimo & speciali mandato, præstat consensum qui non extenditur, sed solùm in tergo mandati dies notatur, in quo consensus præstatur, qui dies vocatur *parvus consensus*, qui postea extenditur sub eadem die parvi consensus, vel de novo
7 præstatur, ut advertit Gratian. *discept. forens. c. 19. n. 3.* † De cujus parvi consensus viribus, & quomodo differat à consensu formali, tractat Cokier. *ad regul. 43.* alias *44. Cancell. n. 24. & seq.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. q. 16. n. 17.*

Cùm igitur Franciscus, primus esset in Data, seu prior se coram Datario in civitate Avenionensi præsentasset, sibi plenum possessorium adjudicandum esse contendebat juxta Galliæ consuetudinem. Nam licèt illi opponeretur, Officiales Datariæ unà cum Vicelegato sese contulisse ad locum Pontis-Sorgiæ, propter maximam pestem tunc in dicta civitate Avenionensi sævientem & sic datam accipi debuisse in loco ubi erat Curia; tamen respondebat officium Datarii cohærere personæ illius, nec loco circumscribi: & in effectu si quis in loco Pontis-Sorgiæ Datam accipiebat, non subscribebatur per alium, quàm per substitutum ipsius Datarii, neque officiales Cancellariæ Legationis constituunt aliquod certum Corpus in faciendis expeditionibus congregandum, sed quilibet ipsorum separatim per se munus suum exercet: unde licèt alii omnes Officiales abessent à civitate propter morbum contagiosum; tamen Datarius in civitate existens poterat ibidem Datas concedere, vel denegare, juxta distinctionem, quam affert Rip. *in tract. de peste, in 2. parte prima partis princip. de privileg. tempor. pest. privileg. 8. num. 124. & 125. fol. mihi 28. verso* † 8
Vbi dicit, quod licèt major pars Capituli resideat extra civitatem tempore pestis, & sic electio ab illis qui sunt extra civitatem fieri debeat; tamen actus qui non exercentur capitulariter, veluti receptio Canonici in possessionem, & assignatio stalli in choro, & vocis in Capitulo, & responsio de fructibus, hæc omnia fieri possunt à singularibus personis, nō obstante quod major pars Capituli resideat extra locum pestiferum. Eadem ergo ratione videbatur dicendum de domino Datatio, licèt major pars Of-
ficialium extra civitatem resideret: † maximè cùm 9
officium Datarii nihil habeat commune cum cæteris Officialibus Cancellariæ Apostolicæ in hac præsenti civitate, in qua loco parvæ Datæ, quæ capitur Romæ, sufficit scribere in libro publico Datariæ beneficium quod impetratur, & modum, ac personam, & tempus, & alia requisita: † & qui prior
10 est in scriptura, sit potior quoad beneficia Galliæ: nam quoad sita in locis immediatè subditis Sanctissimo, solùm inspicitur data supplicaitonis, & bullatum.

Quamvis igitur Rodericus fuerit prior in data rescripti & bullarum, dicebat sufficere quod priùs sit descriptus in libro Datarii, aut quod per ipsum non steterit quod prior scriberetur, ut notoria est Galliæ consuetudo.

Adeo ut nec curandum videatur, quod provisus 11
post Datam priùs adeptus fuerit possessionem illius beneficii, ideò sit præferendus: per text. *in cap. si à Sede, de præbend. in 6.* † quia textus ille intelli- 12
gendus est cæteris paribus: ideò licèt Rodericus obtinuisset in summariissimo possessorio, quod in Gallia, Manutentio vocatur, poterat tamen ejus adversarius ex testibus, scripturis, aut aliis probationibus docere de anterioritate sui juris, seu provisionis, quæ mensuratur à die & hora Datæ cōcessæ, vel injustè denegatæ: ut fuit decisum apud Tornet *litera B. n. 33.* & cavetur *edicto* Henrici II. *art. 11. in fine.* † Cùm ergo attendendum sit tempus Datæ, 13
prout etiam testatur Louet *litera M. num. 10. colum. 4. versic. Et ne serviroit de dire*, videbatur, Franciscum esse præferendum, & illi dandam esse manutentionem.

Sed præmissis non obstantibus, provisus per Vi- 14
celegatum obtinuit in supremo Senatu Aquensi adjudicationem plenarii possessorii, propter varias facti circunstantias: & nominatim quia verè Dataria exercebatur in dicto loco Pontis-Sorgiæ extra civitatem Avenionensem, propter necessitatem subditorum Regis, qui ob Datas & provisiones beneficiorum non poterant accedere ad civitatem peste infectam, & ille ad quem Datarii munus spectabat, illud exercebat per substitutum in dicto loco Pontis-Sorgiæ, ubi Vicelegatus cum suis Officialibus residebat, nec intra civitatem manebat Datarius pro exercitio illius officii, sed tanquam commissarius generalis ad justitiam, & alia pro civitatis conservatione necessaria: unde Data sic obtenta per Franciscum, illi prodesse non poterat, uti minùs legitimè capta, & ita fuit judicatum.

CAPVT CXLIX.

An, & quomodo Capitulum poſſit facere conſtitutiones contrarias aliis jam factis, & à Sede Apoſtolica confirmatis. Commiſſarius generalis in tota provincia, utrùm poſſit à Provinciali deputari contra formam conſtitutionum Ordinis. Receptio novitiorum ad profeſſionem ad quos ſpectet; & utrùm capitulum in ea habeat votum conſultivum & deliberativum? Et profeſſio facta coram eo, qui non habet authoritatem, utrùm poſſit poſtea ratificari, & quomodo. Conſtitutio an reddatur nulla, ſi nõ fuerit publicata. De diviſione provinciarum inter Regulares facta contra formam conſtitutionum. Et de recurſu, ſeu appellatione extrajudiciali interponenda à gravamine per novas conſtitutiones illato.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum generale nihil poteſt ſtatuere contra conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatas.*
2 *Statutum à Papa confirmatum, ſine ejus authoritate revocari non poteſt.*
3 *Quando adſunt tertii contradicentes, tunc maximè irrita eſt conſtitutio facta contra confirmationem Apoſtolicam.*
4 *Conſtitutiones authoritate Apoſtolica confirmata habent vim legis.*
5 *Profeſſio religionis facta coram eo qui non habet poteſtatem obligandi Religionem, eſt nulla.*
6 *Solus ſuperior regularis non poteſt novitios ad profeſſionem admittere.*
7 *Vota Religioſorum in admittendis novitiis ad profeſſionem, non ſolùm ſunt conſultiva, ſed etiam deliberativa.*
8 *In recipiendis ad profeſſionem novitiis conſuetudo ſervanda eſt in unaquaque Religione.*
9 *Profeſſio admiſſa à non habente poteſtatem ratificari poteſt. Intellige ſi profeſſus in eadem voluntate permaneat,* num. 10.
11 *Si ante ratificationem legitimam, ſic nulliter profeſſus coram non habente poteſtatem contrahat matrimonium; illud erit validum.*
12 *Si profeſſio ſit nulla ex parte profitentis, quomodo ratificari poſſit, remiſſivè.*
13 *Profeſſio facta coram non habente poteſtatem, non poteſt ratificari, niſi recipiens proceſſerit nomine Ordinis.*
14 *Conſtitutio ab omnibus acceptata non indiget alia publicatione.*
15 *Actus ſigillationis ſine juriſdictione, delegabilis eſt.*
16 *Sigilla, & juriſdictio ſigillandi pertinent ad Superiorem, & eum qui eſt Caput Capituli, collegii, vel Senatus.*
17 *Diviſio provinciarum contra formam conſtitutionum Ordinis, nulla eſt.*
18 *Appellatio extrajudicialis interponi poteſt à ſtatutis, ſeu conſtitutionibus, per eos qui ſe gravatos prætendunt.*

PRopoſitæ fuerunt per quoſdam Religioſos ſequentes quæſtiones pro veritate reſolvendæ.

Prima, utrùm Capitulum generale potuerit facere ordinationes, quæ conſtitutionibus Ordinis à Sede Apoſtolica confirmatis adverſentur.

Secunda, utrùm Provincialis poſſit, vigore decreti facti in eodem Capitulo generali, Commiſſarium generalem ad omnia, & pro tempore ſui officii conſtituere, contra formam conſtitutionum prædictarum à Sede Apoſtolica confirmatarum.

Tertia, utrùm Commiſſarius ille generalis ſic conſtitutus poſſit novitios admittere, & ſi de facto admittat ad profeſſionem, utrùm profeſſio illa ſucceſſu temporis nulla, & invalida poſſit declarari.

Quarta, utrùm decreta illius Capituli generalis impugnari poſſint ex defectu publicationis.

Quinta, utrùm ſigillum provinciæ remitti poſſit hujuſmodi Commiſſario generali.

Sexta, utrùm nova diviſio provinciæ fieri potuerit in illo Capitulo generali.

Septima, quomodo ſe gerere debeant Religioſi, qui adverſus decreta illius Capituli generalis reclamare volunt: & quibus remediis illis utendum ſit.

Ad primam difficultatem reſponſum fuit, non poſſe Capitulum generale quidpiam ſtatuere adverſus conſtitutiones Ordinis à Sede Apoſtolica confirmatas: non ſolùm ex conſtitutionibus ejuſdem Ordinis, *part. 3. cap. 4. §. 16.* ſed etiamſi diſpoſitione juris communis.† Quia à ſtatutis authoritate Papæ confirmatis recedi non poteſt, nec illis derogari ſine authoritate ejuſdem ſummi Pontificis, ut docet Bartol. *in l. omnes populi, num. 33. ff. de juſtit. & jur.* Abb. *in cap. dilectus, num. 10. de præbend.* Et in ſimili caſu fuit deciſum per Rotam Romanam, de quadam conſtitutione facta in Religione Hieroſolymitana, quæ erat contraria ſtatutis, ſeu conſtitutionibus à Sede Apoſtolica confirmatis; & fuit deciſum illam non ſubſiſtere, *deciſ. 85. num. 3. recent.*

Secundi articuli reſolutio dependet ex primo, quia cum dicti Ordinis conſtitutionibus cavetur *part. 3. cap. 14. §. 4. fol. 170.* Provincialem non poſſe Commiſſarium generalem pro tota provincia conſtituere, niſi quando exit à provincia cum licentia Vicarii generalis, vel quando accedit ad Capitulum generale, vel denique pro certis particularibus negotiis, & caſibus in conſtitutione expreſſis ſequitur, deputationem illam eſſe invalidam, ut factam contra formam legis, & conſtitutionis à Sede Apoſtolica confirmatæ; cui, ut mox dictum eſt, derogari non poteſt: † maximè in præjudicium illorum, qui non modò non conſenſerunt, ſed formaliter ſeſe oppoſuerunt: ideo requirebatur pro derogatione authoritas Pontificia, ut deciſum eſt apud Seraphin. *deciſ. 539. num. 1. & ſequentib.* † Hujuſmodi enim conſtitutiones authoritate Pontificia roboratæ, maximè cum clauſula decreti irritantis, habent vim legis, & faciunt jus commune. Sanch. *de matrimon. lib. 8. diſput. 17. num. 30.* & tradunt omnes *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtitutionibus*, præſertim Felin. & Decius, maximè cùm in aliis Religionibus ſimilis adſit conſtitutio, quæ inconfuſè obſervatur, veluti in Ordine Minorum, ut teſtatur Mirand. *in manual. Prælator. regul. quæſt. 15. per totam, libro primo.*

Ad tertiam quæſtionem reſpondetur, admiſſionem novitiorum ad profeſſionem factam per Commiſſarium

missarium generalem,carentem jurisdictione & authoritate,esse nullam, utpote factam ab eo qui Religionem novitio obligare non potest : *cap. porrectum*,ibi ; *& recipitur ab Abbate* : & *cap. ad Apostolicam*,ibi : *Abbate per se, vel per alium professionem recipiente* : *de Regular.* Sanch. *in præcept. decalog. lib.5.cap.4 num.62.*

6 Immò solus Superior regularis non potest novitios recipere ad professionem sine consensu majoris partis Capituli,ut superiùs ostendimus,*cap.24. num.2* † Et capitulantium vota non sunt consultiva, sed decisiva , ex Tambur. *de jur. Abbat. tom.3.*

7 8 *disp. 6.q.15.num.7.& 8.*† Qui tamen *ibidem* rectè monet , *num.2. & 5.*constitutiones cujuscumque Religionis attendendas esse : & illis deficientibus servandam cujusque Ordinis consuetudinem , in receptione novitiorum ad professionem.

9 Verum quidem est , quod quando professio est nulla ex defectu potestatis illius , qui monachum seu religiosum admisit ad professionem , sufficit ad illius validitatem ratificatio legitimi Superioris, qui ad hoc authoritatem habet : teste Emmanuel. Roderic. *quæst.regul. tom.3.quæst.17.art.12.*Sanch. *in præcept. Decalog.lib.1. cap.4.num.80.& 81.*Bar-

10 bos. *in cap.porrectum , num.7.de regularibus.* Quod verum est dummodo ante ratificationem Provincialis,aut alterius legitimi Superioris , non fuerit mutata voluntas professi per actum contrarium : ut

11 dicit Barbos. *in d.cap. porrectum,num.7.*† Quia hoc casu professio redditur valida , ut ex nunc, nempe à die ratificationis : ergo ante ratificationem locus est pœnitentiæ : Immò illo tempore intermedio, si professus contrahat matrimonium , illud erit validum : Sanch.*in præcept. Decal.d.lib.5. cap.4. n.80.*

12 † Vbi *num.* 81. quærit an quando professio nulla est ex parte profitentis,si ipse velit illam ratificare, requiratur novus Superioris consensus:& se remittit ad tradita per ipsum in *tract.at. de matrim. lib.7.*

13 *disp. 37. à n. 59.*† Præterea quod dicitur,validam esse ratificationem professionis factam à Superiore potestatem habente , si sine ejus consensu priùs facta fuisset, debet intelligi,ut locum habeat quando prima professio nulliter facta, acceptata fuit ab aliquo , nomine legitimi Superioris : quia quod meo nomine gestum non est ratificare non possum: ita Sanch.*loco mox citato,* & Navarr. *cons.6 de Regularib.n.7. lib.3.in antiquis.*

14 Ad quartam quæstionem respondetur , non esse præcisè necessariam publicationem constitutionis, sed sufficere quod illa fuerit à Capitulo congregato, & post Missam publicè acceptata , quando non indiget alia Superioris confirmatione : Angel.*in §. finalis, in authent.de non elig.secund.nub.collat.2.*Roland.*cons.99.num.37.vol.2.*Alciat.*cons 2.n.30.lib.9.* Rot. *decis.398.n.3.p.2.recent.*

Ad quintam respondetur , quod Commissarius non potest prætendere jus sigilli , tanquam Commissarius generalis,cùm titulum illius muneris sibi adscribere non possit , ut suprà dictum est : posset tamen tanquam particularis,& usi simplex deputatus à Provinciali,sigilla apud se habere, & sigillare

15 quoad solum sigillationis actum : † quia actus sigillationis sine jurisdictione, delegabilis est : Bald. *in l. distrahente C.de reb.alienis non alienand.* quem sequitur Bertachin. *in verbo ,Sigillatio, num. 28.& 58.* post Innocent. *in cap. 2. in gloss.in verbo,sigillum , de fide instrumentor.*

16 Et ideo in Ordine Minimorum , dum deputatus fuit Generalis per Vrbanum VIII. sanctæ memoriæ *die* 21. *Maii* 1639. mandatum fuit in virtute sanctæ obedientiæ,ut sigilla Religionis eidem Generali statim remitterentur : cùm de jure sigilla,seu jus sigillandi pertineat ad eum,qui Caput est Ordinis, seu Collegii :ut testatur Thesaur. jun. *lib. 2, quæst.forensi 100. num. 11.* & de dicta ordinatione Minimorum Peyrin. *in constitutionibus Vrbani additis fol.414.*

Ad Sextam : Divisio provinciæ nulla est, uti fa- 17
cta contra formam constitutionum Ordinis,quibus cavetur *part.3.cap.14.§.18.* ut divisio provinciarum fieri non possit , nisi ad minus in unaquaque provincia sint octo Conventus : cùm tamen in divisione , de qua agebatur , fuerit erecta provincia una in qua tres dumtaxat aderant conventus; & sic nulliter. 18

Ad Septimam respondetur , consultum fore Religiosis opponentibus, si coram Superiore, aut (in casum justi timoris)coram personis fide dignis,protestentur,se non consentire dictis constitutionibus & decretis ; & ab illis cum debitis honore & reverentia,recurrere & appellare ad quos de jure appellatio,& recursus devolvi potest,aut debet,quæ appellatio vocatur extrajudicialis : ut notatur *in cap. bonæ memoriæ 51. & in cap. cum sit Romana 5.* & utrobique Franc. *extr.de appellat.* & *in cap.concertationi 3.eod.tit. lib.7.* & de hac appellatione aliquid dixi *in meo tractat. de prævent. judic. parte 1. capite 32.numero 3.*

CAPVT CL.

Exemptio Domino loci per transactionem cum Priore initam concessa,à solutione quotæ partis decimarũ pro prædiis,quæ in illo territorio habet,& possidet,utrum ad prædia post transactionem acquisita extendatur.Et utrum jus istud exẽptionis transeat ad hæredes , & successores Domini , etiam quoad prædia per ipsos acquirenda. Et ad quem spectet onus probandi prædia fuisse ab antiquo , & tẽpore transactionis possessa,vel post ipsam quæsita,nempe utrùm ad Dominũ, aut ejus successores ; an verò Priorem.

SVMMARIVM.

1 *Verba contractus transactionis factæ super exemptione à solutione quotæ partis decimarum,utrum ad futurum tempus porrigantur.*

2 *Exemptio à solutione decimarum , in dubio futurum tempus non comprehendit.*

3 *Verba transactionis adeo generalia esse possunt , ut etiam ad prædia in futurum acquirenda trahantur.*

4 *In casibus , in quibus exemptiones à decimarum solutione prædia in futurum acquirenda comprehendunt , non intelliguntur de acquisitionibus faciendis per hæredes illius, cui concessio facta est.*

5 *Ex eo quod quis aliqua bona tempore transactionis possederit in aliquo loco, non potest inferri,omnia hodie possessa,fuisse tempore transactionis possessa per eum.*

6 *In dispositionibus fideicommissariis si constet testatorem*

ſtatorem tempore teſtamenti plurima bona in aliquo territorio poſſedisſe, omnia quæ hodie ibidem poſſidentur, præſumuntur ab eodem teſtatore proceſsisſe.

7 *Quæ tamen præſumptio ceſſat, quando hæredes ſunt induſtrioſi, & ſoliti multas acquiſitiones facere.*

8 *Reo ſufficit dubiam actoris intentionem reddere, & illius probationes debilitare.*

9 *Reus licet ſuam exceptionem probare teneatur; tamen hoc eſt verum quando probatio actoris eſt clara, ſecus ſi ſit dubia.*

10 *Dubia redditur probatio actoris ratione bonorum omnium alicujus loci, ſi reus probaverit aliqua bona fuiſſe poſt illam tranſactionem acquiſita.*

11 *Adverſus eum, qui omnia feudalia eſſe prætendit, ſufficit reo probare aliqua adeſſe allodialia.*

12 *Identitatis bonorum probatio ex generalitate ſumpta, eliditur ſi conſtet alias fuiſſe facta acquiſitiones.*

13 *Cùm de probanda bonorum identitate agitur, non ſufficit probatio generica.*

COnceſſio exemptionis facta per tranſactionem olim initam inter Priorem, & loci Dominum, per quam loco vigeſimæ, reductio decimarum ad quadrageſimam fructuum partem facta fuerat; de illis tantummodò prædiis intelligenda eſt, quæ Dominus tempore trãſactionis poſſidebat, nec ad bona poſt tranſactionem acquiſita extendenda eſt, ut clarè colligitur ex præfatione contractus, in quo Dominus prætendebat, ſe non teneri ad ſolutionem decimarum pro bonis & prædiis quæ habet in territorio ejuſdem loci, niſi ad rationem quadrageſimæ partis. Ex quibus verbis præfationis colligitur mens, & intentio partium contrahentium quoad diſpoſitiva: *l. 1. in principio*, & *ibi* Bartol. *ff. ad Macedon. l. fin.* ubi idem Bart. *ff. de hæred. inſtituend.* Ludoviſ. *deciſ. 158. num. 2.* cum aliis vulgaris.

1 Rurſus dum dicitur in parte diſpoſitiva fieri reductionem decimæ pro omnibus ipſius Domini poſſeſſionibus, nulla facta mentione, aut habito reſpectu ad poſſeſſiones in futurum acquirendas; cùm verba futurum, reſpicientia non eſſent apposita reſpectu prædiorum acquirendorum, ſed reſpectu fructuum ex prædiis per Dominum tunc poſſeſſis percipiendorum, & per conſequens verba illa debent intelligi de prædiis per dominum loci tempore tranſactionis poſſeſſis, *l. Rutilia Polla, ff. de contrah. empt. & ibi* Gloſſ. *in verbo, tunc fuit, l. 2. §. 1. ff. de*
2 *hæredit. vel actione vend.* † Et in terminis decimarum tradit Abb. *in cap. cùm contingat, de decim.* quem ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 325. numero 2.* & probatur per text. *in capite 1. in verſic. privilegia, de cenſibus*, Gloſſ. *in cap. cum capella, de privileg.*

3 Neque adverſantur ea quæ diximus *part. 1. cap. 101. num. 12. & ſequentibus*, ubi tractavimus utrum conceſſio extendi debeat ad prædia poſteà acquiſita: Et quod in partem affirmativam inclinet Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapol. part. 3. deciſ. 177. n. 4.* ubi hoc multis rationibus comprobare nititur. Quia non agimus de tranſactione reſtricta ad prædia, quæ tunc Dominus poſſidebat, ut mox dictum eſt.

4 Sed poſito quod verba tranſactionis eſſent adeo generalia, ut etiam futuras acquiſitiones comprehenderent, dubitari poſſet utrum extendi deberent, non ſolùm ad bona per ipſum Dominum tranſigentem acquirenda, ſed etiam ad acquiſitiones faciendas per illius hæredes? Veritas eſt quod intelligi deberent de acquiſitionibus prædiorum in futurum faciendis per ipſum tranſigentem, quæ eſſent exempta, tam in ejus favorem, quàm hæredum & ſucceſſorum, quando conventio non eſt perſonalis, & adeſt ſtipulatio pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, non tamen de bonis per ipſos hæredes acquirendis, ut probatur per text. *in l. Paulus 49 ff. de pignoribus*, Bald. *conſ. 112. num. 4. verſic. deci poteſt. vol. 2.* ubi dicit quod in caſibus, in quibus conceſſio immunitatis trahitur ad bona in futurum acquirenda, non cenſetur facta favore acquiſitionum per hæredes in futurum faciendarum.

Suppoſito igitur, prout veriſſimum eſt, quod illa 5
tranſactio non comprehendat bona per Dominum, & multò minus per illius hæredes poſtea quæſita, dubitatum fuit ad quem ſpectaret onus probandi identitatem bonorum, & quod tempore tranſactionis eſſent jam quæſita, & per Dominum loci tranſigentem poſſeſſa.

Omiſſis altercationibus, Dixi quod ſi pro parte Prioris probaretur, Dominum ipſum poſt tranſactionem, aut etiam ipſius hæredes plurima & diverſa bona in territorio illius loci acquiſiviſſe, ea probandi rejiciendum eſſe in ſucceſſores dicti Domini tranſigentis tunc vita functi: non enim ſequitur omnia fuiſſe per Dominum loci poſſeſſa, quamvis aliqua tempore tranſactionis poſſederit: Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 293. num. 5.* ubi plures allegat. † Et quamvis oriatur aliqua præſumptio, quod 6
omnia bona ab eodem authore proceſſerint, quando conſtat eum plurima in eodem loco poſſeſſiſſe, ut per Peregrin. *de fideicomm. artic. 44. num. 21.*

† Tamen præſumptio illa eliditur ſi probatum fue- 7
rit quod illius ſucceſſores induſtrioſi erant, & ſoliti multa acquirere, & quod in loco illo multas fecerunt acquiſitiones, Surd. *conſ. 505. num. 6. verſic. nec dicatur, & num. 5.* † Quia cùm Prior hoc 8
caſu & in hac parte vices rei ſuſtineat, ſufficit illi dubiam reddere actoris probationẽ. Cravet. *conſ. 4. n. 127.* Natt. *cõſ. 32. in fine, verſic. ſufficit.* † Nãſi actor 9
plenè ſuam probet intentionem, veluti ſi actor plenè probet mutuum, reus verò alleget ſolutionem, tunc reus ſuam intentionem plenè probare debet. Secus eſt quando probatio rei tendit, non ad offuſcandam petitionem actoris, ſed ad dubiam reddendã ejus probationẽ, ut in hoc caſu, in quo actor prætendit omnia bona nunc per eum poſſeſſa, eſſe de bonis quæ per ejus auctorem poſſidebantur tempore tranſactionis: reus verò probat aliqua fuiſſe poſt tranſactionem quæſita: hoc ſtante dubia redditur actoris probatio. Ricc. *conſ. 13. num. 11. verſic. Tertiò principaliter, vol. 4.* † ubi concludit dubiam 10
reddi actoris probationem, ſi reus doceat aliqua alia bona adfuiſſe, quæ non erant comprehenſa in illo inſtrumento, in quo fundata eſt intentio actoris. Idem docet Surd. *conſ. 410. num. 29. & 34.* † ubi 11
dicit reo ſufficere, quod oſtendat actori bona omnia certi loci tanquam feudalia prætendenti, ejus authorem in eodem territorio bona aliqua allodialia, feudelibus permixta poſſediſſe: hac enim ratione adeo dubia redditur, & incerta actoris probatio, 12
ut iudex pro eo nihil decernere queat: † Et quod identitatis probatio elidatur per probationes aliarũ acquiſitionum in eodem loco factarum, fuit deciſum in Rota *deciſ. 295. n. 11. part. 1. recent.* † Siqui- 13
dem nimis incerta eſt, & generica illa probatio, quæ deſumitur ex eo quod ille, de cujus ſucceſſione, fideicom

fideicommisso agitur, bona in aliquo loco possederit, ad probandum omnia illius loci bona esse fideicommisso suppositia : ideo necessaria est alia magis specifica probatio : ut ostendit Marescor. *lib. 1. var resolut. cap. 12. num. 50.* Vnde cùm in casu de quo agitur, successores transigentis non probarent in specie quod bona, pro quibus emptionem prætendebant, fuissent possessa per transigentem eorum authorem tempore transactionis ; censui illos excludendos donec probarent in specie, quod bona illa, de quibus agebatur, erant de comprehensis in transactione, possessis per Dominum transigentem.

CAPVT CLI.

De unione facta per Episcopum in favorẽ domus Regularis habentis privilegium exemptionis ab ejus jurisdictione. Quid statuendum sit de unione beneficii habentis curam animarum, tam ex dispositione Concilii Tridentini, quàm ex observantia Tribunalium Galliæ. De resignatione conditionali ob causam unionis valida etiam coram Ordinario. Denique quomodo sit procedendum in Gallia quando quis vult impetrare beneficium malè unitum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi possunt authoritatem interponere in unionibus beneficiorum.*
2 *Quamvis unio fiat in favorem Monasterii, Episcopus potest illam confirmare.*
3 *Quamvis agatur de Monasterio exempto, potest Episcopus authorizare unionem beneficii factam in ejus favorem.*
4 *Beneficia quibus annexa est cura animarum, regulariter non possunt uniri monasteriis.*
5 *Vnio beneficiorum fieri potest locis piis, etiamsi parochialia sint, vel pro fidei propagatione, vel juventutis institutione.*
6 *Resignatio beneficii ad effectum unionis, non est vera & propria resignatio, & ideo sub conditione unionis est valida etiam coram Ordinario.*
7 *Consensus possidentis beneficium fieri potest etiam coram Ordinario, cum reservatione fructuum, vita durante.*
8 *Resignatio facta sub conditione quæ inest de jure, habetur pro pura : & valida est coram Ordinario.*
9 *Quomodo procedere debeat ille qui impetrat in Gallia beneficium propter nullitatem unionis.*
10 *Ad quos appelletur in Gallia ratione nullitatis unionis.*

DVbitatum fuit de validitate unionis cujusdam Prioratus sæcularis, factæ in favorem Domus regularis, quæ privilegium exemptionis habebat à jurisdictione Episcopi, loci Ordinarii ; & tamen unio illius authoritate facta fuerat cum consensu Decani, Canonicorum, & capituli illius Ecclesiæ Cathedralis. Quem ptioratum ob unionis prætensam nullitatem, tertius quidam impetraverat, & de eo in Curia Romana sibi provideri fecerat.

Ego unionem validam esse censui, & impetrantem non esse in sua impetratione fundatum. † Non enim impugnari poterat unio ex defectu authoritatis & potestatis Episcopi unientis : cùm de jure permissum sit Episcopis confirmare & authorizare uniones beneficiorum non exemptorum suæ diœceseos, *cap. sicut unire, de excess. prælator.* † Quæ uniendi potestas adeo Episcopis permissa seu concessa est, ut ad illam procedere possint, etiam in favorem monasteriorum, & locorum Regularium, *cap. consultationibus, & cap. pastoralis, de donat. Clement. si una, de rebus Eccles. non alienand.* Garc. *de benefic. p. 12. cap. 2. n. 67.* Immò potest etiam Episcopus ad unionem procedere in favorem monasteriorum ab illius jurisdictione exemptorum, Garc. *loco citato, n. 78.*

Verum quidem est, quod ista potestas uniendi beneficia fuit restricta per Concilium Tridentinum ad simplicia beneficia, quibus cura non imminet animarum, ut advertit Garc. *de benefic. dicta part. 12. cap. 2. numero 86.* & patet in dicto Concilio, *sess. 24. cap. 13.* in illis verbis : *dummodo curata non sint.*

Sed tamen in casu proposito non fuit habita ratio dicti Concilii, cùm ageretur de beneficiis Galliæ, in qua Concilium nondum fuit in multis ejus capitibus receptum.

Et in omnem eventum, uniones Ecclesiarum parochialium sustinentur, etiam in terminis dicti Concilii, quamvis sub Episcopi authoritate ad ea processum fuerit, quando fiunt pro donatione, fundatione, augmentatione, seu conservatione Collegiorum, & aliorum locorum piorum, pro defensione seu propagatione fidei Catholicæ, vel institutorum pro institutione juventutis ad scientias, prout advertit Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. numero 46.*

Cùm igitur de loco pio & monasterio ageretur habente omnes qualitates per Concilium requisitas, non erat dubitãdum de validitate unionis, maximè cùm illa fuisset facta vocatis vocandis, & de consensu Capituli Ecclesiæ Cathedralis : unde per arrestum supremi Senatus Tolosani fuit declarata valida, & sine abusu facta.

Neque validitati unionis obstabat, quod illa coram Episcopo facta esset sub conditione reservationis fructuum beneficii uniti, quandiu viveret ille qui resignavit, ad effectum unionis. Episcopus autem non potest admittere hujusmodi resignationes conditionales, ut notorium est, & sæpè ostendimus. Quia regula illa restringens authoritatem Episcopalem ad resignationes puras & simplices, & absque ulla conditione factas, non habet locum in resignationibus factis ad effectum unionis, † cùm hæc sit impropria resignatio, & ideò etiam sub conditione hujusmodi suspensiva fieri potest : Garc. *de benefic. part. 11. cap. 3 de renuntiat. num. 158. & 159.*

† Certum quippe est, unionem fieri potuisse etiam absque consensu illius, qui beneficium uniendum possidebat, quo casu unio illi durante ejus vita non præjudicasset ; sed semper quamdiu possessor vixisset, fructus beneficii uniendi ad ipsum possessorem pertinuissent : ergo dum possessor unioni suum præstitit consensum sub reservatione fructuum, vita sua durante, appposuit conditionem, quæ de jure inerat, teste Rebuffo *in prax. tit. de unionib. gloss. 11. n. 8. & 9.* cum pluribus *ibi* citatis, Rot. *decis. 133. n. 13. & 14 p. 2. diversor.*

1
2
3
4
5
6
7

Vnde

8 Vnde ſequitur, unionem ex illo capite impugnari poſſe: cùm conditionalis etiam renunciatio beneficii coram Ordinario admittatur, quando facta eſt ſub conditione quæ de jure ineſt: & quamvis expreſſa non fuiſſet, tamen de jure ſubintelligeretur. Selva *in tract. de benefic. part. 3. q. 20. num. 2. & 3.* quia quæ tacitè inſunt, non variant, ſi exprimantur: nec immutant actum: *l. 3. ff. de legat. 1.* cum ſimilibus. Pariſ. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 1. num. 8.*

9 Tandem ut monaſterium ſciret, quæ eſſet praxis obſervanda in Gallia pro impetratione beneficii malè & nulliter uniti: Dixi hoc ita obſervari, ut fiat impetratio ex illo capite unionis nulliter factæ, & obtentis proviſionibus Apoſtolicis, & capta per impetrantem poſſeſſione illius beneficii, intentetur ejus nomine judicium manutentionis: & ſi monaſterium, aut is, cujus beneficio facta fuit unio, opponat de ipſa unione, impetrans ab ea appellet ad Curiam Parlamenti tanquam ab abuſu, ob quem ſibi pertinere contendunt Parlamenta hujuſmodi cauſarum cognitionem, ut notat Papon. *lib. 3. tit. 8. arreſt. 3.*

10 Neque admitteretur in Gallia hoc caſu appellatio ad Sanctiſſimum D.N. Papam, ratione iſtius beneficii. Quia appellationes quæ interponuntur tanquam ab abuſu in ſimilibus cauſis, non recipiuntur in Gallia, ſi fiant ad Papam, niſi ageretur de unionibus factis ante Concilium Conſtantienſe, quod factum fuit *anno Domini* 1317. ut advertit Papon. *lib. 3. tit. 8.* De l'union des benefices. *arreſt. 3. & 9.* quem ſequitur Fabric. Bleyn. *de benefic. tit. de manual. & temporal. unitiſque benefic. num. 38. in gloſſ. y, fol. 322.*

CAPVT CLII.

Vtrùm Vicelegatus Avenionenſis poſſit conferre primas Dignitates poſt Pontificalem majores in Eccleſiis Cathedralibus? Et utrùm derogare poſſit regulis Cancellariæ? Maximè quando agitur de Vicelegato à ſummo Pontifice immediatè deputato. Indultũ conferendi beneficia reſervata utrùm extendi poſſit ad duplicem reſervationẽ, ſive reales ſint, ſive perſonales, ſive ejuſdem, ſive diverſi generis. Et utrùm Legatus ſit Ordinarius, ad effectum ut favore indulti ampla debeat fieri interpretatio. Major reſervatio an & quando abſorbeat & offuſcet minorem.

SVMMARIVM.

1 *Legati Avenionenſes habent ampliſſimas facultates omnia cujuſcumque generis beneficia conferendi.*
2 *Vicelegatus eaſdem habet in collatione beneficiorum facultates, quas Legatus.*
3 *Legatus, ſeu Vicelegatus Avenionenſis derogare poteſt regulis Cancellariæ.*
4 *Potentiori jure nititur facultas Vicelegati ab ipſo ſummo Pontifice immediatè deputati.*
5 *Legatus Avenionenſis, ſeu vicelegatus poteſt conferre Dignitates primas poſt Pontificalem in Cathedralibus Eccleſiis.*
6 *Indultum conferendi beneficia reſervata non comprehendit ea quæ ſunt reſervata duplici reſervatione.*
7 *Indultum conferendi reſervata comprehendit caſum duplicis reſervationis, quando conceſſum fuit illi qui confert jure proprio, & tanquam ordinarius collator.*
8 *Collatio competens jure proprio eſt favorabilis, ſecus ſi jure mutuato, & ex privilegio.*
9 *Legatus verè & propriè eſt collator ordinarius.*
10 *Indultum conceſſum Cardinali ut conferre poſſit beneficia reſervata, comprehendit reſervata duplici reſervatione.*
11 *Idem eſt quando indultum conceſſum fuit motu proprio.*
12 *Legatus, aut Vicelegatus Avenionenſis conferre poteſt beneficia duplici, & triplici reſervationi ſuppoſita: &* num. 15.
13 *Indultum extraordinarium quod dicatur.*
14 *Legatus habet à jure facultatem conferendi beneficia.*
16 *Quando agitur de duabus reſervationibus, quarum una eſt major altera, major extinguit, & ſuffuſcat minorem, quod exemplis declaratur.*
17 *Reſervationum quatuor ſpecies explicantur, ratione rei perſonæ, loci, & temporis.*
18 *Quando agitur de pluribus reſervationibus diverſi generis, poteſt indultarius conferre reſervata duplici reſervatione, ſi reſervata conferendi ſimplicem habeat facultatem.*
19 *Clauſulæ facultatum Legationis adeo ampla ſunt, & prægnantes, ut omnia ea comprehendant quæ alias non eſſent comprehenſa.*
20 *Exceptio vacantium apud Sedem, & per promotionem, appoſita in facultatibus Legationis, ſignificat omnia non excepta conferri poſſe.*
21 *Clauſula, & aliàs quomodolibet, comprehendit omnem modum vacationis, etiam generatim.*
22 *Obſervantia Legationis probat quid ſit in facultate conferendi beneficia comprehenſum.*

CIrca collationem in Legatione factam cujuſdam Dignitatis, quæ prima erat poſt Pontificalem, duæ propoſitæ fuerunt quæſtiones examinandæ. Prima, utrùm Legatus, vel Vicelegatus Avenionenſis conferre poſſit primas Dignitates poſt Pontificalem.

Secunda difficultas eſt, utrùm licèt ex ſuis facultatibus poſſit conferre beneficia reſervata, facultas illa extendatur ad ea quæ ſunt reſervata duplici reſervatione, veluti ſi ultimus beneficii poſſeſſor erat collector, aut ſubcollector Cameræ, & protonotarius Apoſtolicus, quorum beneficia ſunt reſervata; & ſimul agatur de collatione primæ Dignitatis poſt Pontificalem, quæ ſimiliter cadit ſub reſervationem.

Primæ quæſtionis reſolutio facilis eſt, & indubitata, ob verba facultatum Legationis, quia Sixtus IV. tempore ſui Pontificatus, Iuliano Cardinali de Ruvere conceſſit facultatem conferendi omnia, & quæcumque beneficia ſæcularia, vel regularia, & Dignitates, etiam in Metropolitanis, & poſt Pontificalem majores, cum cura, & ſine cura, ut patet ex Bulla ſuper hoc edita *anno* 1475. *decimo Calendas Martii.*† Omnes autem facultates conceſſæ Eminentiſſimis Cardinalibus Legatis transferuntur ad Vicelegatos: ut notat Bertrand. Carpentoractenſis *conſ.* 117.

consil. 117. *num.* 2. *vol.* 1. *part.* 2. Rot. Romana *dec.* 508. *n.* 2. *p.* 4. *recent.* Et eædem facultates cõceduntur modernis legatis, & Vicelegatis, quæ antiquis concessæ fuerant; nempe eidem bonæ memoriæ Iuliano, necnon Cardinali de Claromonte, & aliis.

3 Vnde & in Legatione derogatur ex facultatibus, regulis Cancellariæ, prout eidem Cardinali de Claromonte concessum fuit per Leonem X. tunc summum Pontificem *anno* 1514. quod etiam testatur Rota *dicta decis.* 508. *n.* 2. *part.* 4. *recent.* Quæ
4 decisio fuit postea per eandē Rotam confirmata *in decis.* 109. *ead. parte* 4. *tom.* 2. † Quod multò magis locum habere debet in Vicelegato ab ipso summo Pontifice immediatè deputato, quando videlicet nullus adest Legatus: ex notatis per Bertrand. *de cons.* 117. *num.* 3. *vol.* 1. *part.* 2. & per D. Ludovicum Bellum, meum olim præceptorem, circa annum Domini 1600. *in suo consil.* 63. *num.* 21. *versic. postremo.* † Et *in consilio prædicto* Bertrandi, concluditur in
5 propriis terminis, Vicelegati collationem factam de Præpositura Ecclesiæ Vasionensis, fuisse validam, vigore facultatum Legationis, quæ *ibi* per extensum referuntur, non obstante quod illa sit prima Dignitas post Pontificalem: & nos similium Dignitatum collationes sæpiùs factas in eadem Legatione vidimus, easque effectuatas, & executioni demandatas: ita ut in hoc capite nullus adesse possit dubitandi locus.

6 In secunda quæstione negari non potest quin is, cui concessum fuit indultum conferendi beneficia reservata, illa conferre nequeat, quæ duplici subjacent reservationi: hanc enim generalem regulam constituunt DD. & nominatim Gonzal. *ad reg.* 8. *glossa* 13. *n.* 101. Cavaler. *decis.* 628. *n.* 6. Duran. *decis.* 68. *num.* 7.

Sed tamen hæc regula non ita simpliciter intelligenda est, nec collationibus in Legatione factis applicari potest, ex multis.

7 Primò, quia illi regulæ locus non est quando agitur, de indulto concesso illi, qui collator est ordinarius sed tantùm quando agitur de eo qui ordinariam non habet conferendi facultatem: ut post Anastas. Germon. *in tract. de indult. Card.* tradit Beltramin. *ad decis. Ludovis.* 291. *vers. Alio etiam modo, num.* 11. vel ut dicit Moder. *in tract. de stylo Datar. c.* 33. *n.* 74. *versic. magis placet*, quando agitur de collatore inferiori, qui nõ confert jure proprio,
8 seu jure ordinario, sed ex jure mutuato, † ea ratione quia privilegium, cui innititur tale jus conferendi, est stricti juris, & non adeo favorabile, sicut potestas ordinaria conferendi: *cap. cùm clericus, §. fin. de præbend. in* 6. Quod intelligendũ est de collatore inferiori, qui non confert jure proprio, sed ex privilegio, ut advertit Seraphin. *decis.* 1402. *num.* 3. ubi probat appellatione Ordinariorum venire inferiores collatores, quando conferunt jure proprio, & non ex privilegio: ideo in similibus indultum favorabiliter etiam intelligi, & explicari debet.

9 Legatus autem verè & propriè est collator ordinarius: *cap.* 1. & 2. *de offic. leg. in* 6. Francisc. Marc. *decis.* 86. *num.* 1. *lib.* 2. Patis. *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 9. *num.* 24. Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 5. & 6. & *num.* 9. *in fine*, ubi reprehendit Gonzalem dicentem, Legatos esse impropriè Ordinarios. Cùm ergo Legati sint collatores ordinarii, non impediun-
10 tur conferre beneficia duplici reservationi suppositа: † præsertim cùm Legati Cardinalitia soleant ut plurimùm dignitate fulgere: dum autem agitur de indulto illi concesso, qui Cardinalis est, facultas conferendi reservata extenditur ad casum duplicis reservationis: Gomez *ad reg. de impetr. per obitum famil. Cardin. q.* 15. Peleus *in regul. Cancell. cap.* 21. *versic. Papa concedens* † Multòque magis vigore
11 clausulæ *motus proprii* appositæ in bullis Apostolicis continentibus facultates Legationis, clausula siquidem *motus proprii* facit ut ampliſſima fieri debeat interpretetatio: Monet. *de commiss. vlt. volunt. c.* 2. *n.* 79. Barbos. *de claus. cap.* 78. *n.* 26. Garz. *de benefic. p.* 1. *c.* 6. *n.* 57. & 64. † Et ne ad remota recurramus argumenta, habemus decisionem punctualem Stephani Bertrandi loquentis de facultatibus Legationis, quod etiam stante duplici reservatione, veluti dum concurrit in eodem beneficio vacante,
12 quod agatur de familiari Cardinalis, & de Dignitate post Pontificalem majore. Legatus, aut Vicelegatus habeat conferendi potestatem, propter vim & efficaciã clausulæ *motus proprii*, & alia verba facultatis amplissimarum fusè per eundem *dict. cons.* 117. *lib.* 1. *part.* 2. *num.* 8. & *sequentibus, versic. nec videtur etiam, & num.* 10. *in fine, versic. præterea cùm facultas, & n.* 11. *versic. præterea & ubi, & num.* 21. *versic. & si fortè*, ubi respondet ad objectum duplicis, & triplicis reservationis, Anastas. Germon. *in tract. de indult. Cardinal. in §. commendare, n.* 32. *vers. quidquid dicat, & n.* 33.

Confert ad præmissa, quod posito quod facultates Legationis possent venire sub nomine Indulti; 13
tamen non potest prætendi quod tale indultum esset indultum extraordinarium, quod definitur, ut sit concessio alicui facta à Papa conferendi beneficia, super quibus nullum jus, nullámque conferendi potestatem ordinariam ipse habet, prout post Germonium definit Massobr. *in prax concurs. pralud.* 26. *in principio, n.* 12. † Cùm igitur Legatus habeat po- 14
testatem conferendi beneficia à jure, ut dicit Rota *dicta decis.* 508. *n.* 2. *versic. & licèt facultas, p.* 4. *recent.* † bene applicatur doctrina prædicta, quod du- 15
plex reservatio non adversatur collationi factæ in Legatione, immò nec triplicata reservatio illam inficeret: ut testatur Bertrand. *loco citato*, & Anastasius Germon. *dict. tract. de indult. Cardinal. in verbo, commendare, numero* 32. & 33. *versic. quidquid dicat.*

Præterea regula illa generalis de beneficiis du- 16
plici reservatione reservatis, locum duntaxat habere potest quando agitur de duabus reservationibus personalibus & coæqualibus, veluti si defunctus sit familiaris Papæ & Protonotarius, quia tunc duplex reservatio obstat collationi, secus si reservationes sint dispares, veluti si una sit realis, alia verò personalis; una tamen sit alterâ inferior, verbi gratia, si defunctus, de cujus beneficio conferendo agitur, sit familiaris Papæ, & familiaris quoque Cardinalis, hoc enim casu familiaritas Cardinalis, uti minor, extinguitur & aboletur, seu absorbetur per familiaritatem Papæ, quæ major est, sicut lumen Solis offuscat alia sydera minora: & ideo sola major attenditur, & perinde est ac si unica duntaxat esset reservatio.

Pro cujus distinctionis intelligentia sciendum 17
est, quatuor esse reservationum species. Prima est ea, quæ oritur ratione rei, veluti si agatur de Dignitate prima, & post Pontificalem majore. Secunda ratione personæ, veluti si agatur de familiari Cardinalis, vel de collectore, aut subcollectore, & similibus. Tertia ratione loci, veluti si beneficium vacaret in Curia. Quarta ratione temporis, veluti si vacatio beneficii contingat in mense reservato: ita distinguit Massobrius *in praxi concurs. prælud.* 26. *dubio* 16. *num.* 1.

18 Hoc ita ſuppoſito, ſi agatur de pluribus reſervationibus, quarum una eſt realis, alia verò perſonalis; tunc perſonalis tanquam principalis debet eſſe in conſideratione, ut illa attrahat aliam tanquam acceſſoriam: itaque diſpoſitio loquens de perſonali reſervatione, comprehendit ſub ſe realem, ſi cum ipſa concurrat. Licèt enim aliquæ perſonales reſervationes ſint realibus fortiores, tamen perſonalis ſemper eſt dignior: cùm non ſit inconveniens quod una res ſit fortior altera, etiam majoris comprehenſionis; quod & patet in actionibus realibus, & perſonalibus; & in judice ordinario, & delegato: perſonalis ergo dignior eſt ratione perſonæ, quæ realem ad ſe trahit: ſed quando concurrunt in eadē perſona duæ reſervationes perſonales, vel duæ reales, tunc utraque eſt æquè principalis de per ſe, & non veniunt in diſpoſitione loquente de una reſervatione. Quod intelligendum eſt ut procedat, quando duæ reſervationes ejuſdem generis ſunt coæquales: nam ſi una ſit alterâ potentior, hæc ſola debet attendi in favorem Pontificis conferentis. Exemplum habetur apud Seraphin. *deciſ.* 1251. *n.* 20. ubi deciditur, concurrente familiaritate Papæ, & familiaritate Cardinalis, & ſic duplici reſervatione perſonali; illam quæ inſurgit ex familiaritate Papæ, ſolam eſſe attendendam; & ideo collationem Pontificis eſſe validam: cùm familiaritas Papæ ſit potentior, & per eam alia minor, quæ oritur ex familiaritate Cardinalis, maneat offuſcata. Quod etiam probat Cokier *ad reg.* 30. *de impetr. benefic. vacantium per obitum famil. Cardin. num.* 41. Cùm igitur in caſu, de quo agitur, ex duabus reſervationibus una eſſet perſonalis, quia ultimus beneficii poſſeſſor erat ſubcollector, & ideo ejus beneficium reſervatum ratione perſonæ; & præterea agebatur de dignitate prima poſt Pontificalem, & ea ratione reſervata erat reſervatione reali; ſequitur duplicem illam diverſæ ſpeciei reſervationem non obſtare collationi factæ in Legatione, ut notant Addent. ad Gregor. XV. *dicta deciſ.* 291 *n.* 11. Ricc. *collect.* 2956. *verſic. nec etiam comprehendit*, Gomeſ. *ad dictam reg. de impetrat. vacant. per obitum famil. quæſt.* 15. *num.* 7. *&* 8. *verſic. circa intellectum, & verſic. modo ad propoſitum.*

19 Sed ultra præmiſſa, adhibenda hic alia eſt conſideratio, nempe quod facultates Legationis clauſulas continent ampliſſimas, cùm in ipſis detur poteſtas Legatis, ſeu (quod idem eſt) Vicelegatis conferendi omnia, & ſingula, etiam quotcunque & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica, ſæcularia, & Ordinum quorumcumque regularia; cum cura, & ſine cura; cujuſcumque annui valoris, illorumque fructus, reditus, & proventus fuerint intra limites Legationis conſtituta; etiamſi canonicatus ac præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis, & Dignitates ipſæ in Cathedralibus, & Metropolitanis, etiam poſt Pontificalem majores, vel in Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi principales, aut monaſteria, prioratus, aut præpoſituræ, etiam conventuales, ſeu officia, etiamſi clauſtralia fuerint, & ad eas, vel ad ea conſueverint per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum, ac diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ, atque noſtræ, ex quavis cauſa, etiam ratione perſonæ illa obtinentis, vel qualitate ipſorum beneficiorum, aut aliàs quomodolibet, etiam cum decreto irritanti, vel ſpecialiter (illis tamen quæ apud Sedem Apoſtolicam, vel promotionem quorumcumque ad quaſcunque Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias, & Monaſteria vacare contigerit, aut per gratias expectativas, vel ſpeciales reſervationes contemplatione perſonæ per Nos pro quibuſcunque perſonis reſervavimus, aut in poſterum reſervabimus, duntaxat exceptis) reſervata, vel affecta fuerint, &c. etiam in quibuſcunque menſibus vacantia &c.

Ex quibus verbis ampliſſimis conſtat in facultate ea omnia comprehendi, quæ aliàs non comprehenderentur: ut de voto majoris partis Auditorum concluſum in Rota fuiſſe teſtatur Bellamer. *conſ.* 19. *colum.* 1. *verſicul. cæteri omnes Domini Auditores:* & propter eandem clauſulam, & verba dictæ facultatis Legationis, probat Bertrand. *dicto conſ.* 117. *ſuperius citato*, ubi fusè hac de re agit.

Maximè cùm in dictis facultatibus excepta fuerint duo reſervationum genera, nempe vacantia apud Sedem, & per promotionem; cùm exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis, ut in hac materia fatetur Modern. *de ſtyl. Datariæ, cap.* 29. *quæſt.* 37. *numero* 77. Immò in caſibus, & terminis ſimilibus adeſt deciſio Rotæ 17. *de præbend.* aliàs... *in antiquis*, ubi deciditur quod ſi Papa faciat alicui gratiam de beneficio reſervato cum clauſula, *& aliàs quomodolibet*, cenſetur comprehendi quodcumque aliud etiam geminatum vacationis genus: & Felin. *in cap. in noſtra, de reſcript. in ſexto corollario, verſic. & limita, niſi dicatur*, ad quem ſe remittit Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 17. *numero* 47. & melius *lib.* 3. *quæſt.* 9. *numero* 47. ſequitur propterea per dictam clauſulam, *ex quavis cauſa*, & per hanc, *& aliàs quomodolibet*, duplicem reſervationem in facultate Legationis contineri.

Et hoc multò magis obtinere debet, ſtante obſervantia quæ talis eſt, ut paſſim fiant in Legatione, & effectum ſortiantur ſimiles collationes beneficiorum duplici reſervationi ſuppoſitorum: quod facilè apparebit ex regiſtris Legationis, & nos vidimus obſervatum. Quæ obſervantia in hac materia multum attendenda eſt: ut in terminis Legationis Avenionenſis, dicit Rot. *deciſ.* 109. *n.* 7. *p.* 4. *recent. tom.* 2. Vnde in favorem Legationis ſuper collatione Præpoſituræ Vaſionenſis, quæ prima eſt Dignitas poſt Pontificalem, & in qua plures concurrebant reſervationes, plenè conſuluit Bertrand. *conſ. ſupra citato* 117. *à n.* 11. *uſque ad finem. lib.* 1. *p.* 2.

CAPVT CLIII.

De facultate teſtandi, & diſponendi de fructibus beneficiorum Eccleſiaſtici Status Avenionenſis, per ſummos Pontifices conceſſa. Et utrùm facultas illa extendatur ad ſucceſſ. nes ab inteſtato. Quæ ſit differentia inter reſervationem ab eo factam, qui rem ſuam donavit, & conceſſionem facultatis diſponendi factam à Principe in favorem tertii. Vtrùm per ſimilem facultatem Clerici ex uſufructuariis fiant Domini bonorum intuitu Eccleſiæ acquiſitorum. Appellatione *ſucceſſorum*, contineri etiam ſucceſſores ab inteſtato.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Qui habet concessionem facultatis testandi, non potest talis concessio illi suffragari, nisi testamentum condiderit, & potentiam reduxerit ad actum.*

2 *Clerici Avenionenses habent ex antiqua transactione potestatem testandi de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, subsequuta confirmatione Apostolica.*

3 *Qui bona sua reliquit successoribus ab intestato, de illis tacitè disponere videtur.*

4 *Quando facultas testandi non comprehendit clausulas annullativas in casum contrarium, facultas dicitur executioni demandata per tacitam dispositionem.*

5 *Magna est differentia inter reservationem testandi, seu disponendi, factam per eum, qui est dominus; & per eum qui facultatem alicui tertio concedit, ut disponat.*

6 *Quando facultas disponendi Clericis concessa est, tunc de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis disponere possunt, sicut de aliis eorum bonis patrimonialibus.*

7 *Facultate disponendi alicui concessa cum dictione liberè, censetur disposuisse tacitè, relinquendo ab intestato suis legitimis successoribus.*

8 *Qui nudum habet usum, non censetur reduxisse ad actum facultatem testandi, nisi expressè disposuerit: quod tamen revocatur in dubium* num.9.

10 *Clerici per facultatem disponendi, ex usuariis, vel fructuariis, efficiuntur domini.*

11 *Verba ampla & generalia transactionis ostendunt in facultate testandi comprehendi etiam causam intestati.*

12 *Verba proœmii denotant causam finalem transactionis.*

13 *Dictiones adversativæ augent præcedentem dispositionem.*

14 *Successorum nomen comprehendit successores ab intestato.*

VIta functo Canonico quodam Avenionensi, dubitatum fuit, utrum Officiales R. Cameræ Apostolicæ prætendere possent jus spolii super bonis illius ab intestato defuncti, ea ratione, quia facultas testandi Clericis Avenionensibus à summis Pontificibus concessa, videtur restricta ad dispositionem testamentariam, & per consequens non comprehendere successionem ab intestato, in cujus
1 casu res versabatur: † cùm in jure certum sit, illum cui testandi facultas data est, bona sua ad successores ab intestato non transmittere, & facultatem illam evanescere, nisi ad actum deducatur per dispositionem expressam in testamento factam: ideò incautos videri Clericos, qui testamentum non condiderint tempore opportuno: ex notatis per Navarr. *in tract. de spol. cleric.* §.7.*n.*6. Rot. *decis.* 155. *n.*10. *& sequentib. p.*4. *recent. tom.*2.

2 His tamen non obstantibus, verissimum est ex facti, de quo agitur, circunstantiis, nullum fuisse locum spolio; quamvis Canonicus ille facultate testandi usus non fuerit, nullúmque testamentum condiderit. Supponendum quippe est quod aliàs *anno* 1553. *& die* 5. *mensis Junii*, unita fuit transactio quædã inter Clerum prædictæ civitatis Avenionensis, & tunc existentem Legatum, per quam conventum fuit, quod omnes & quæcũque personæ Cleri, seu universitatis Clericorum tunc existentes, & qui pro tempore futuri essent, absque alicujus Superioris, aut Legati pro tempore existentis licentia, consensu, dispositione, vel beneplacito, de quibuscumque bonis suis mobilibus, vel immobilibus, juribus & actionibus, quomodocunque competentibus, etiam ex fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum, aut illorum contemplatione quæsitis, possessis & possidendis, testari, donare, disponere & erogare liberè & licitè possint, & valeant, ut cõstat ex instrumento publico sumpto per D. quondam Guillelmum de Maresis, Notarium publicum dictæ civitatis anno & die prædictis: quæ quidem transactio cùm fuerit per summos Pontifices confirmata, & nominatim per felicis recordat. Iulium III. & Pium V. & alios ipsorum successores, & nominatim per Clementem VIII. in Bulla desuper emanata sub *Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris, die* 24. *Julii* 1593. ac deinde per Vrbanum VIII. *die* 19. *Februarii* 1633. qua confirmatione mediante transactio afficit & ligat omnes successores: *cap. veniens*, cum *ibi* notatis, *de transact.*

Si verba transactionis & confirmationis concederent simpliciter Clericis Avenionensibus facultatem testandi, res esset dubia, & forsan procedere posset doctrina Navarri *superius* allegata, sub *n.*1. Sed cùm verba sint amplissima, nec simpliciter data fuerit facultas testandi, sed etiam donandi, disponendi, & erogandi; comprehensa quoque censetur facultas tacitè disponendi in favorem successorum, Clericis sine testamento morientibus: per regulam text. *in l. conficiuntur. ff. de jure codicillor.* † siquidem 3
bona sua relinquens successoribus ab intestato, tacitè de illis disponere videtur, Menoch. *cons.* 210. *n.*70. & melius *num.* 30. Cùm enim disponendo potuissent Clerici bona sua aliis licèt extraneis relinquere; non disponendo expressè, videntur illa successoribus ab intestato reliquisse per quandam veluti tacitam dispositionem: Surd. *cons.* 572. *n.*29. *&* 30. Mantic. *de conjectur. lib.*7. *tit.*7. *num.*14. dicens ita bis fuisse judicatum, Peregr. *de fideicom. artic.*40. *n.*59. *& sequentib.* Fusar. *cons.* 93. *num.*33. Barz. *decis. Bonon.*69. *n.*30. Marius Muta *decis. Sicil.* 49. *n.*4. Vincent. de Franch. *decis. Neapol.*43. *& decis.* 600. *num.*2. Cancer. *lib.*1. *resolut. c.*2. *n.*112. Gratian. *discept. forens.*50. *n.*21.

Pro majori hujus conclusionis confirmatione 4
notandum est, quod facultas testandi, de qua agimus, non habet annexam clausulam negativam, videlicet quod casu quo Clerici non expressè disposuerint, bona Ecclesiæ intuitu quæsita ad hæredes minimè transmittant: si enim talis adesset clausula, non esset fundata prætensio succedentium ab intestato; sed opus esset, ad hoc ut illi admitterentur, quod interveniret specialis & expressa dispositio, teste Cyriac. *controvers.*73. *n.*38. *& sequentib.* Hodiern. *ad Surd. decis.*272. *n.*2.

Item advertendum est, magnam esse differentiam 5
inter eum, qui de re sua disponens, veluti per donationem, reservat sibi facultatem disponendi de certis bonis; & eum, qui concedit alicui facultatem disponendi de bonis, de quibus cessante facultate disponere non posset; & propterea si aliqui DD. in medium adducantur de reservatione loquentes, non sunt ad præsentem casum trahendi. Dum enim agitur de concessione hujusmodi facultatis, sufficit generalis dispositio, ad hoc ut facultati satisfactum videatur, etiam per solam, & simplicem hæredis institutionem: quod secus est

quando agitur de reſervatione diſponendi, ut oſtendit Menoch. *conſ.* 210. *num.*67. Conceſſio enim facultatis diſponendi facta Clericis de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, facit ut bona illa eodem jure cenſeantur, quo bona patrimonialia Clericorum, & per conſequens bona iſta ad hæredes & ſucceſſores ab inteſtato tranſeunt, ſicut & bona Clericorum patrimonialia, ut benè explicat Menoch. *dicto conſ.* 210. *num.*67.

7 Et ſanè ſi quæ adeſſe poſſet dubitatio, illa tolleretur ex amplitudine & generalitate verborum dictæ conceſſionis, ſeu tranſactionis confirmatæ per ſummos Pontifices, in qua datur Clericis facultas *teſtandi, diſponendi, donandi & erogandi liberè & licitè*. Quia verbum *Diſponendi*, debet aliquid amplius operari quàm verbum *Teſtandi*: quia illa verborum geminatio enixam oſtendit concedentis voluntatem, nullum enim debet eſſe in conceſſione verbum ſuperfluum, & ſine virtute operandi, *l. item veniunt, §. aptanda, ff. de petit. hæredit.* Cravet. *conſ.* 20. *n.*9. cum aliis vulgatis. Accedit dictio illa *liberè*, quæ auget ſignificationem, & tollit omne impedimentum: Surd. *deciſ.* 272. *n.*15 *& ſequent. & n.*19. *verſic. Reſpondeo*, ubi dicit quod dictio *liberè*, exédit ſignificationem verbi *diſponere*, & trahit ad improprium ſignificatum, & ad ſucceſſionem ab inteſtato: Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 598. *num.*40. Vnde hoc caſu per generalem hæredis inſtitutionem, cenſetur quis uſus fuiſſe facultate diſponendi ſibi conceſſa, & eadem ratione per tacitam & præſumptam diſpoſitionem tranſmiſiſſe ad ſucceſſores ab inteſtato: Rot. *deciſ.* 429. *num.*4. *verſic. Ratio eſt, part.*3. *recent.* ubi probat illud ad hæredes ab inteſtato tranſire, quod comprehenditur in generalis hæredis inſtitutione.

8 Verùm ſupereſſe videtur aliquis ſcrupulus, quia jura ſuperius adducta procedunt in diſpoſitione facta per eum, qui dominus erat bonorum, de quibus diſpoſitio fit: nos autem agimus de iis, qui ſolùm bonorum uſum habent, quales ſunt Clerici morientes, juxta Gloſſ. *in cap. cùm olim, de rerum permut.* & in *cap. quia nos, de teſtament.* Redoan. *de ſpol. Cleric. quæſt.*9. *n.*12.

Ideo in Clerico, qui non eſt dominus, videtur requiri ſpecialis & expreſſa diſpoſitio, adeo ut non videatur ſufficere improprtia per dimiſſionem factam ſucceſſoribus ab inteſtato: Gratian. *diſcept. forenſ. c.*50. *num.*22.

9 Sed ad hoc reſpondetur primò, non adeò certam eſſe illam Gratiani doctrinam, cùm eam ſibi non placere aſſerat Cancer. *lib.*1. *variar. reſolut. cap.* 2. *num.*112.

10 Secundò reſpondetur, allegata in contrarium procedere, quando agitur de reſervatione, nos autem agimus de conceſſione facultatis diſponendi: quæ duo maximè inter ſe differre *ſuprà* oſtendimus. Qui enim eſt dominus, reſervando in donatione, reſervat quod jam ſuum eſt, & quod penes ſe habet, ille verò qui nudum habet uſum, iſti tamen diſponendi conceditur facultas, acquirit jus perinde ac ſi eſſet dominus, & ex uſuario efficitur dominus & proprietarius: Menoch. *conſ.* 1150. *numero* 22. Rot. *deciſ.* 771. *num.* 2. *part.*2. *recent.* & ſic ceſſat objectio, quia per facultatem teſtandi Clerici non ſunt amplius uſuarii, ſed domini bonorum.

11 Multum etiam conferunt verba tranſactionum, & confirmationum generalia: ſi enim reſpiciantur verba tranſactionis prædictæ, conſtabit illam fuiſſe factam ſuper eo, quod Clerici in civitate Avenionenſi & Comitatu Venaiſſino exiſtentes prætendebant ſe eſſe in poſſeſſione diſponendi quovis modo, & ad eorum nutum & voluntatem, tam inter vivos, quàm per ultimam voluntatem, etiam per viam ſucceſſionis ab inteſtato, de quibuſcumque bonis ſuis, etiam ex fructibus ſuorum beneficiorum, aut intuitu Eccleſiæ acquiſitis, abſque alicujus ſuperioris licentia, beneplacito, vel conſenſu: in qua quaſi poſſeſſione turbabantur per Officiales Cameræ, quamvis eorum poſſeſſio eſſet immemorialis, & præ manutentione dictæ poſſeſſionis lis erat introducta, ſuper qua deventum fuit ad concordiam, unà cum tunc exiſtente Legato & Officialibus Cameræ: in qua non ſolùm data fuit perſonis de dicto Cleto, & eorum ſucceſſoribus pro tempore, & perpetuis futuris temporibus, facultas de dictis bonis diſponendi ad libitum; verùm etiam dicti Officiales Cameræ renunciarunt liti & cauſæ, & ceſſerunt in favorem dictorum de Cleto, & particularium, omnia jura & actiones dicto Domino Cardinali Legato & Fiſco competentes, dictique Clerici in eorum poſſeſſione manutenti, tam quoad bona acquiſita, quàm acquirenda; atque ita cùm dicta poſſeſſio allegaretur etiamquoad tranſmiſſionem annorum ad ſucceſſores ab inteſtato, ſequitur hoc tacitæ, ſeu præſumptæ diſpoſitionis genus in favorem Clericorum comprehendi. † Quia prædictæ verba denotant mentem, rationem, & cauſam finalem tranſactionis & conceſſionis: Ludovi. *deciſ.* 531. *numero* 5. Rot. *deciſ.* 149. *numero* 3. *part.*6. *recent.* per text. *in l.*1 *ff. ad Macedon. & ſi fin.* ubi Bart. *ff. de hæred. inſtituend.* ſtante poſſibilem renunciatione litis, quæ vertebatur ſuper facultate tranſmittendi bona ad ſucceſſores ab inteſtato, & ceſſione jurium facta per Officiales Cameræ in favorem Clericorum Avenionenſium, intervenientibus plurium ſummorum Pontificum confirmationibus. 12

Si verò inſpiciantur verba confirmationis factæ per ſummum Pontificem Clementem VIII. conſtabit non ſolùm in ea tractari de diſpoſitione per Clericos facienda de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis; ſed etiam de totali excluſione ſpolii Cameralis, necnon etiam de confirmatione prædictæ tranſactionis: ita quod nullo unquam tempore jus ſpolii Cameræ competere poſſit adverſus Clericos, aut ipſorum hæredes & ſucceſſores, idque in executionem dictarum bullarum Julii III. & Pii V. prohibentium quamcumque ſpoliorum exactionem. Et ſic per dictam Clementis VIII. confirmationem Camera penitus excluſa remanet ab omni & quacunque ſpoliorum exactione.

Denique ſi attendantur verba epiſtolæ Eminentiſſimi Domini mei Cardinalis Barberini, nepotis ſanctiſſimi D.N. Vrbani VIII. dum in humanis ageret, quamvis in illa epiſtola ſimplex mentio fiat diſpoſitionis Clericorum abſque ſupradictis ampliſſimis clauſulis; in ea tamen adjiciuntur verba generalia, omnem caſum comprehendentia. Poſtquam enim dictum fuit, quod Clerici non moleſtentur ſuper bonis, de quibus diſpoſuerint, ſubjiciuntur verba ſequentia, *ma ſi continui d'oſſervare il modo che in cio s'e tenuto avanti la publicatione di detta bulla.* † Quæ verba inducunt novam diſpoſitionem, & augent præcedentem ordinationem, propter vim & naturam illius dictionis, *ſed*; quæ eſt adverſativa, & diverſum caſum, ac diverſum jus importat:

importat, Castill. *controvers. lib. 2. cap. 4. n. 95.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disput. 22. n. 18.* Et ego notavi *in quæst. civil. c. 47. n. 2.*

Denique si attendamus verba confirmationis Vrbani VIII. apparebit in illa expressam fieri mentionem illius clausulæ contentæ in præfata Epistola, *sed is qui desuper antea observatus fuerat modus, de cætero servetur.* Præterea per dictum Vrbanum summum Pontificem, omnia alia per Clementem VIII. concessa confirmantur, cum inhibitionibus de contraveniendo concessis ad instantiam dictorum Ecclesiasticorum, aut hæredum & successorum ipsorum, seu ab eis causam habentium
14 † quod nomen *successorum*, propriè comprehendit successores sanguinis, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 99. num. 57. & cons. 638. numero* 11. & sic summus Pontifex habuit etiam respectum ad successores ab intestato.

Cùm igitur per transactionem conventum fuerit, nullum amplius locum fore spolio, & jus super eo, si quod Cameræ competeret, fuerit sine reservatione translatum in Ecclesiasticos præsentis Status, dictáque renunciatio & translatio per plures Romanos Pontifices confirmata, dictique Clerici fuerint in pacifica & immemoriali possessione impediendi spolia, & ita observari obtinuerint prout antea fuerat factum & observatum: & generaliter summi Pontifices nullum in his partibus fieri spolium decreverint; sequitur Ecclesiasticos prædictos in sua quasi possessione manutenendos, & quatenus opus est conservandos, etiam quoad successiones ipsorum ab intestato; qui, ut dictum est, ex tacita & præsumpta dispositione jsuccedere dicuntur. Et ita fuit observatum, quamvis hæredes Canonici coacti fuerint componere cum Camera propter alias causas, quas hic referre nec opus est, nec ob honorem quarumdam personarum expedit.

CAPVT CLVI.

De nullitate matrimonii celebrati sine assistentia proprii Parochi, & sic contra formam sacri Concilii Tridentini, in vim licentiæ à Parocho datæ minùs legitimæ, & cum expressione incerta & dubia personæ contracturæ: & de licentia à Parocho per dolum extorta. Appellatione personæ Nobilis & militaris, non comprehendi Duces exercitus, & personas in altiori Dignitatis gradu constitutas. Et de variis circunstantiis matrimonium meticulosum & clandestinum inferentibus.

SUMMARIUM.

1 *Licentiæ concessio strictam admittit interpretationem, & regulari debet secundùm mentem & intentionem concedentis.*
2 *Licentia à proprio Parocho alicui Sacerdoti concessa ad conjungendas aliquas personas matrimonio, si nulla fuerit, ipsum quoque matrimonium vitio nullitatis laborabit.*
3 *Sub nomine* Nobilium, *Comites, Marchiones, & Principes non continentur in odiosis, secus tamen in favorabilibus.*
4 *Principes sunt speciali nota digni, nec simplici Nobilium appellatione continentur.*
5 *In dispensationibus fit diversa denominatio Nobilium, & Magnatum, seu illustrium personarum.*
6 *Episcopus non venit appellatione* Dignitatis, *cùm sit culmen Dignitatum.*
7 *Militiæ Generales Præfecti non comprehenduntur sub nomine* militum, *cùm sint capita militum.*
8 *Inter milites, & personas militares, quæ sit differentia.*
9 *Episcopi sunt speciali nota digni, nec in generali dispositione continentur.*
10 *Officialium appellatione non continentur Antiani.*
11 *Constituti in excelsa Dignitate non comprehenduntur in generali dispositione, si in ea non fiat illorum specialis mentio.*
12 *Licentia generalis non comprehendit personas, quarum expressio difficiliorem reddidisset concessionem.*
13 *Dum disceptatur de nullitate matrimonii, multùm debent adminicula considerari.*
14 *Matrimonium nullis præcedentibus proclamationibus fuisse celebratum, de jure non reddit illud nullum; deservit tamen pro adminiculo nullitatis.*
15 *Inæqualitas conditionis personarum deservit pro adminiculo nullitatis matrimonii.*
16 *Clandestinitas matrimonii probatur, si excluſi fuerint data opera affines, & amici partium; & res secretò acta sit.*
17 *Ex quibus conjecturis metus in matrimonio arguatur.*
18 *Conjectura metus probantur ex circunstantiis, veluti ex conditionis personarum inæqualitate.*
Item ex domesticorum exclusione, num. 19.
Et ex eo quod secretè contractum fuit in domo ipsius mulieris: num. 20.
Item si clam, & festinanter: num. 21.
Item si januis clausis: num. 22.
Item propter inverisimilitudinem: num. 23.
Et ex magna redituum jactura proveniente ex illo matrimonio: num. 24.
25 *Principes, Duces, & Pares Franciæ non possunt ex consuetudine regni contrahere matrimonia sine assensu Regio.*
26 *Ratificatio subsequuta matrimonii, illud reddit validum ut ex nunc, & ideo requirit omnes solemnitates requisitas dum illud ab initio contractum fuit.*
27 *Licentia ad matrimonium contrahendum data à Parocho per fraudem, & dolum, perinde est ac si datum non fuerit.*
28 *Parochi licentia generalis, & incerta, aut dubia, ad matrimonium contrahendum concessa, in quibus casibus non suffragetur.*
29 *Diversitas personarum & graduum diversitatem concessionis arguit.*
30 *Dispositio generalis non comprehendit nisi nominatos, quando agitur de commissione, vel delegatione.*
31 *Licentia Parochi data alicui ut assistat matrimonio, debet esse expressa, nec sufficit tacita.*
32 *Dimissio spatii vacui in charta, cõsensum excludit.*
33 *Suppressio nominis personæ contractura, & immutatio qualitatis in concessione, seu licentia, producit errorem in causa finali illius concessionis.*
34 *Causa impulsiva, vel finalis ex quibus dignoscatur.*

35 *Dum dubitatur utrùm cauſa ſit impulſiva, vel finalis, ad judicis arbitrium recurrendum eſt.*

36 *Licentia per Parochum alteri Sacerdoti conceſſa debet pro illius validitate præcedere Matrimonium.*

37 *Scriptura redditur ſuſpecta ex ordinis præpoſteratione.*

38 *Scriptura alterius, quàm Notarii (cum teſtibus) manu conſcripta, non probat in præjudicium tertii quoad prioritatem temporis.*

39 *Matrimonium mutuo conſenſu celebratum juxta formam in diſpenſatione præſcriptam eſt validum.*

40 *Matrimonium pendet ex mutuo conjugum conſenſu, vel verbis expreſſo, vel per actus exteriores demonſtrato.*

41 *Denunciationum defectus non reddit matrimonium nullum.*

42 *Annotationis in libro Parochi defectus non eſt ſubſtantialis.*

43 *Matrimonii probatio non requirit ſcripturam, ſed per teſtes fieri poteſt.*

44 *Præſentia Epiſcopi, etiam caſualis, & fortuita, ſupplet defectum aſſiſtentiæ proprii Parochi in matrimonio.*

45 *Exemptio capellæ Ducalis non comprehendit curam animarum.*

46 *Exemptio generaliter conceſſa non liberat à ſubjectione quoad Sacramentorum adminiſtrationem.*

47 *Parochus in ſubditos extra propriam diœceſim habet jus adminiſtrandi ſacramenta.*

48 *Metus non probatur per teſtes nulliter examinatos, domeſticos, &c.*

49 *Metus generica probatio non relevat.*

50 *Parentibus licitum eſt liberos invitare ad matrimonium ſuaſionibus.*

51 *Teſtis diſponens de metu non ſufficit ſi deponat tantùm de propria credulitate.*

52 *Metus probationes in quæſtione matrimoniali debent concludere de metu cadente in conſtantem virum.*

53 *Metus reverentialis ſolus non ſufficit ad irritandum matrimonium.*

54 *Minæ non ſufficiunt ad probandum metum, quando pater eſt benignus erga liberos.*

55 *In probatione metus, qualitas etiam perſonæ metum patientis eſt conſideranda.*

56 *Metus non probatur per famam, niſi concurrentibus requiſitis: & num. 58.*

57 *Fama metus eliditur per teſtes de libera voluntate deponentes.*

59 *Actus meticuloſi debent reſpicere tempus actus.*

60 *Levia diſſidia, & per ſubſequutam reconciliationem ſublata, non irritant matrimonium.*

61 *Duobus teſtibus de metu deponentibus magis credi, quàm mille ſpontaneam voluntatem affirmantibus, quomodo intelligatur.*

62 *Ex quibus conjecturis excludatur præſumptio metus in matrimomonio.*

63 *Præſentia Epiſcopi, vel viri Religioſi, & longa cohabitatio, & ſimiles actus poſitivi excludunt probationem metus.*

64 *Mulieris declarationi ſtandum eſt, ſi affirmet ſe non fuiſſe per metum inductam ad matrimonium.*

PArochus cujuſdam Eccleſiæ, in qua viget ſtricta ſacri Concilii Tridentini obſervantia, conceſſit alteri Presbytero licentiam aſſiſtendi cuidam matrimonio, his verbis: *Infraſcriptus Plebanus concedit R. D. N. licentiam & facultatem aſſiſtendi matrimonio cujuſdam Nobilis fœminæ, parochianæ ſuæ, quod contractura eſt cum quodam Nobili Viro militari: quorum nomina, contracto matrimonio, in hoc albo à dicto domino aſſiſtente deſcribentur. Datum N. die 16. menſis N.*

Dictus delegatus atteſtatur ſub die 30. ejuſdem menſis & anni, quod virtute ſupradictæ licentiæ & facultatis, tum etiam authoritate ſua, qua fungitur in omnes militares in illis partibus, ſe nullum invenille impedimentum, quominus dictus Dominus N. contrahere poſſet matrimonium cum Domina N. & proinde facta per ipſum diſpenſatione publicationum, matrimonio per verba de præſenti inter dictas partes adſtitiſſe, unà cum teſtibus in illa atteſtatione nominatis.

Matrimonium illud reperitur regiſtratum in libro Parochi ſub die 16. ejuſdem menſis, poſt ſcripturam annotationis alterius matrimonii in eodem libro regiſtrari, ſub data die 29. ejuſdem menſis, & ſic præpoſtero ſcriptionis ordine. Cum autem de illius matrimonii validitate diſputaretur; Cenſui illud nullum eſſe, & invalidum. † Suppoſita in primis generali illa regula, Actus agentium non poſſe quidpiam operari ultra illorum mentem, & intentionem: *l. non omnis ff. ſi cert. petatur*, præſertim dum agitur de conceſſione facta ab aliquo de rebus ab illius poteſtate dependentibus; ut in terminis de licentia alicui conceſſa, probat Mantic. *deciſ. 17. n. 3.* Quia limitata cauſa limitatum producit effectum: *l. in agris ff. de acquir. rer. dominio.*

Suppoſito etiam generali illo axiomate, quod licentia & commiſſio alicui data aliqu[id] faciendi, eſt ſtricti juris, & ſtrictam recipit interpretationem: Rot. *deciſ. 85. numero 4. part. 6. recent.* Cyriac. *controver. 178. numero 65.* nec extendi debet de perſona ad perſonam: idem Cyriac. *controver. 313. num. 11. & ſequentibus*, nec etiam extenditur ad incognitas, & non conſiderata: Rot. *deciſ. 73. numero 19. part. 5. recent.* nec ſortitur effectum ultra perſonas in ea nominatas, vel comprehenſas: Rot. *deciſ. 167. numero 2. & ſequent. eadem part. 5. recent.* Mart. *con. 71. numero 8. & 9.*

Vnde ſi probetur prædictam licentiam per Parochum alteri Sacerdoti conceſſam, non comprehendere perſonam dicti domini N. & non eam fuiſſe Parochi intentionem, ut perſona illius domini N. in licentia comprehenderetur: concludendum etit per neceſſe, matrimonium illud eſſe nullum, ut factum coram Sacerdote ad illud acceptandum legitimam perſonam non habente. Cùm enim Sacerdos ille qui dicto matrimonio adfuit, non haberet ex proprio capite talem poteſtatem; † ſequitur, illum neceſſariò pro validitate actus debuiſſe habere licentiam à proprio unius ex contrahentibus Parocho, quæ requiritur pro forma vigore ſacri Concilii Tridentini, quod in illa civitate obſervatur, *ſeſſ. 24. cap. 1. de matrim.* cujus defectu matrimonium nullum eſt omninò, ut ſæpiùs determinavit Rota, & nominatim *in Toletana Matrimonii, deciſ. 629. part. 4. recent. tom. 3.* & *deciſ. 656.* & *657. num. 1. part. 1. diverſ.*

Quod autem perſona dicti Domini N. non eſſet comprehenſa in dicta licentia, ſeu commiſſione data illi Presbytero, probatur, quia in tali commiſſione datur facultas præfato Presbytero aſſiſtendi matrimonio *cujuſdam Nobilis Viri militaris.* Quæ verba non poſſunt referri ad perſonam dicti Domini, qui nec *Viri nobilis* ſimpliciter, nec *Viri militaris* appella-

appellatione contineri poterat, propter altissimam illius qualitatem, quæ titulos illos honorificos excedebat. † Quod enim attinet ad qualitatem *Nobilis*, quamvis illa in favorabilibus Viros in excelso Dignitatis gradu constitutos complectatur, veluti Comites, & Marchiones, Gemin. *in cap. grandi 2. num.2. de supplend. negligent. Prælator. in 6.* Tamen in iis quæ stricti juris sunt, & in quibus de illorum præjudicio tractari potest, illi non comprehenduntur nomine *Nobilium*: † eodem modo quo Serenissimi Principes, qui aliis majoribus titulis digni sunt, ut dicit Roch. de Curte *in tract. de nobilitate, part. 5. num.49. & 50.* Georg. Everard. *consil.2. n.333. vol.1.* ubi quod sub simplici Nobilium appellatione, Viri Illustres non continentur: Mart. *cons.7. num.43. & 44.* ubi id comprobat ex antiqua regula Cancellariæ *de expectativis*, in qua fit differentia inter Nobiles, & eos qui sunt de genere Magnatum: & multò minus sub tali nomine comprehenduntur Principes,& Duces,qui dicuntur constituti in Regali Dignitate, ut ibi per Mart. *n.45.* & probatur per text. *in cap. fundamenta, §. proinde, de elect. in 6.* ubi fit separata mentio Nobilium, & eorum qui ex Principibus, & similibus progeniti sunt: quod etiam advertit Barbat. *cons.57. num.5. vol.2.* † Vnde in dispensationibus fieri solet differentia inter expressionem Nobilis, & illustris, seu de illustri genere: hoc enim de Ducibus, Comitibus,& c. intelligi solet,& qualitas personæ Illustris expressa, probanda est omninò, tanquam causa concessionis. Conrad. *in praxi dispensat.lib.7. cap.2. num.120.juncto num.115.* quia Capita non veniunt sub simplicibus dignitatibus; † sicut Episcopus non continetur appellatione *Dignitatis*, cùm sit culmen Dignitatum.fusè Marin.Frecc.*de feud.lib.2. tit. quis dicatur Comes, n.49.*

Sed & is qui exercitui præest, non miles, sed Magister militum nuncupatur: *l.1.Cod.de exhibend. reis*, sed Clarissimi, Nobilissimi, Gloriosissimi, & Illustrissimi nomine solet decorari, ut probat Tiraquell. *in tractat. de nobilitate, c.8. n.15. & 16.*

Præterea, magna est differentia inter milites, & militares personas, propriè enim militares personæ dicuntur, qui non actu, sed habitu militiam exercent: eodem planè modo quo Consules à Viris consularibus distinguuntur, ut bene distinguit, & bene advertit Francisc. de Ponte *in tract. de potest. Proreg. tit.7. §.7. n.31.* ubi dicit quod personæ militares non sunt milites, quia actu militiam non exercent. Non poterat ergo Vir Excellentissimus sub personæ militaris appellatione contineri, qui & exercitus Generalis Dux,& Præfectus erat, & *Altitudinis* nomine donabatur.

Sicut dicimus generaliter de personis speciali nota dignis, quæ in generali dispositione minimè continentur, ut de Episcopis mox dictum est, & tradit Lup. *allegat.71. Sæpè vidi,n.7. vers. Et quæ*,textus est *in l. apud Labeonem, §. ait Prætor, ff. de injur.* Mantic. *de tacit. convent. lib.3. tit.2. n.40.*

Similiter appellatione Officialium non continentur Antiani, ut dicit Ioan. de Anan.*consil.7. verse. nec potest dici.* Rationem reddens, quia dispositio loquens simpliciter, non comprehendit majora expressis, & nominatim quando agitur de Episcopis, vel Archiepiscopis,qui speciali nota digni sunt: Ioan. de Selva *de benefic. p.1. q.3. num.12.*Barbosa *de appell. verbor. c.51. n.4. & 5.*

Quod generaliter locum habet in quibuscunque personis in excelsa Dignitate constitutis. Gozad. *cons.76. n.71.* Tusch. *lit. N, concl.68. n.20. & 64.*

Et sanè in quacunque concessione licentiæ non continentur personæ, quæ si specialiter designatæ fuissent, licentia data non fuisset, aut saltem difficilior fuisset concessio: Federic. de Sen.*cons.129.n.2.* Certum est autem, quod si concedens licentiam notitiam habuisset personæ, quæ contractura erat, licentiam non dedisset, aut ad illam concedendam se difficiliorem reddidisset: Tusch.*littera N,concl.68. num.7.*

His sic stantibus, concluſum fuit, matrimonium ex defectu assistentiæ proprii Parochi, aut alterius ab eo legitimum mandatum habentis, nullum esse, propter expressam dicti Concilii Tridentini constitutionem, cùm licentia illa personam Serenissimæ personæ minimè contineret.

Addebantur plurima alia adminicula in facto allegata,ex quibus illius matrimonii nullitas arguebatur, aut saltem confirmabatur, cùm in quæstione nullitatis matrimonii multùm conferant adminicula, ut advertit D.Ludovic. Bell. *cons.224.n.10.* Giovagnon. *consil.67. n.39. & 40 volum.1.*

Inter adminicula primum locum obtinet clandestinitas, quia matrimonium factum fuit nullis præcedentibus denunciationibus, quarum defectus licèt ex dispositione Concilii non præjudicet omninò validitati matrimonii, tamen infervit pro adminiculo, cùm matrimonia clandestina quædam sint valida, alia verò invalida: Ceval. *comm. conclus. quæst.5. num.8. & sequentib.* Gratian. *discept. forens.83. n.17.* Quia licèt opinio, quam sequitur Cephal. *cons.421. lib.3.* Menoch. *cons.69. lib.1.* & alii quos refert Gratian. *dicto cap.83.num.6.* non sit vera ad effectum, ut matrimonium declaretur nullum, ob non factas denunciationes; negari tamen non potest, quin saltem ex tali defectu oriatur adminiculum nullitatis matrimonii, ut considerat D. Ludovic. Bell. *consil.224. num.10.* & Giovagn. *cons.67. num.40. lib.1.*

Considerabatur etiam præsuppositа personarum inæqualitas, quæ facit adminiculum ad nullitatem: ut probat D. Bellus *dicto cons.224. n.10.* Giovagn. *dicto consil. 67. num.40.*

Tertiò, quia ad hoc ut matrimonium non dicatur clandestinum, oportet ut illud factum fuerit in facie Ecclesiæ, præsentibus pluribus consanguineis, & nemine seriosè excluso, & quod agatur inter personas conditione pares: Rot. *decis. 273. n.29. part.6. recent.* Istud autem matrimonium celebratum fuerat secretò, nullis præsentibus amicis, nec affinibus aut domesticis Viri, illisque data opera exclusis, & sic clandestinitatis præsumptio resultabat: Rot. apud Giovagnon.*dicto cons.67. num.64.* repetita apud Butat. *decis.86.num.19.* ubi de exclusione famulorum.

Quartò, quia ultra clandestinitatem multæ metus conjecturæ concurrebant. Iste enim Vir insignis in vigesimoquinto suæ ætatis anno tunc constitutus, à patria profugus, ob inimicorum persecutiones, & in remotis regionibus, tanquam in refugio constitutus, ideo ut magno in discrimine futurus fuisset, si tale matrimonium recusasset: quibus sic stantibus, † & concurrente allegata partium contrahentium inæqualitate, non levis oritur metus præsumptio: Giovagnon. *dicto consil.67. n.11. lib.1.* Menoch. *lib.3. præsumpt.4. n.16.*

Rursus metus præsumptio resultat ex domesticorum exclusione, & ex matrimonii celebratione, solis mulieris affinibus intervenientibus. Butat. *decisione 86. numero 19.* Seraphin. *decis.859. num.7.*

20 Item, quia contractum fuit in domo ipſius mulieris : ut per Burat. *dicta decis.* 86. *num.* 1. ſed hæc conjectura apud nos non ſubſiſteret, cùm fere omnia matrimoniia in domo mulieris ſoleant celebrari.

21 Item, quia contractum fuit clam, & feſtinanter: Burat. *dicta decis.* 86. *num.* 18. Rot. *decis.* 643. *n.* 20. *part.* 1. *recent.*

22 Item, quia januis clauſis : Ludoviſ. *deciſ.* 326. *num.* 37.

23 Præterea metus in matrimonio colligitur ex inveriſimilitudine, ut per Burat. *dicta deciſ.* 86. *n.* 16.

24 † Quæ vel ex eo maximè oriebatur in caſu propoſito, quia Vir iſte Eximius habebat proventus Eccleſiaſticos excedentes annuos reditus quadringentarum millium librarum, quos non ita dimiſiſſet, niſi priùs vel per reſignationem, vel alio modo ſibi præcaviſſet : quod in ſimili caſu ponderavit Rot. *deciſ.* 643. *num.* 19. *part.* 1. *recent.* Burat. *deciſ.* 86. *n.* 15. *verſ. ſed aliam*, quæ eſt repetita *dicta deciſ.*

25 643. † & ultra jacturam illorum redituum, concurrebat indignatio Regis, & contraventio mandatorum ipſius ; cùm talis ſit conſuetudo & obſervantia in Gallia, ut non poſſint perſonæ illius conditionis matrimonium ſine Regis beneplacito & conſenſu contrahere : quod in Gallia notorium eſt, adeo ut non ſit veriſimile Generoſiſſimum hunc Virum, ſi plenam habuiſſet libertatem, matrimonium illud ſic contracturum fuiſſe.

26 Neque per cohabitationem conjugum metus purgari potuit, tum quia ſemper duravit eadem cauſa metus, tum etiam quia ultra metum aliæ concurrebant nullitates, de quibus ſuprà actum eſt : ideo ad ratificationis validitatem requirebatur reiteratio ſolemnitatum juris, & Concilii, quia ratificatio non operatur ut ex tunc, ſed ut ex nunc, & perinde eſt ac ſi matrimonium numquam contractum fuiſſet : Ludoviſ. *deciſ.* 395. *per totam.*

27 Præmiſſis accedit, quod licèt inter DD. diſputatum fuerit, utrum licentia contrahendi, à Parocho per dolum obtenta, noceat validitati matrimonii; omnes tamen conveniunt quod ſi licentia obtenta fuerit cum expreſſione eorum, quæ non ita ſe habebant, circa ea quæ concernunt ſubſtantialia, & cauſam finalem conceſſionis, matrimonium redditur invalidum. Sanch. *lib.* 3. *diſput.* 39. *num.* 53. *in tract. de matrim.* Gutier. *in eod. tract. cap.* 69. *n.* 14. & 15. Bonacina *de matrimon. quæſt.* 2. *punct.* 8. *n.* 27. Barboſa *de offic. Epiſcop. allegat.* 32. *n.* 133.

28 Vt autem de mala expreſſione circa ſubſtantialia in caſu propoſito appareat, ſupponendum eſt, magnam eſſe differentiam inter conceſſionem quæ fit generaliter, in qua perſonæ qualitas non eſt conſiderabilis : & conceſſionem illam, quæ fit particulariter, ratione certæ perſonæ : nam quando conceſſio fit pro certa perſona, cùm factum ſit unicum, ſuper quo fit conceſſio, illud dicitur cauſa finalis conceſſionis, ut dicit Bartol. *in extravag. ad reprimendum, in verbo, ne ex eorum, n.* 12. & 13. Tuſch. *littera C, concluſ.* 141. *num.* 12. hîc autem, licèt non fuerit nominata certa perſona ; tamen conceſſio non dicitur generalis, nec incerta, quia non fuit facta favore plurium : Burat. *deciſ.* 192. *numero* 8. & 9. & facta eſt reſpectu perſonarum demonſtratarum per deſignationes, quæ non verificantur, immò per qualitates omnino diverſas, & gradui Dignitatis perſonæ non convenientes. Deficit ergo conſenſus Parochi circa perſonam matrimonio conjungendam, ratione cujus nullam habuit intentionem concedendi licentiam. Vnde cùm intentio concedentis non verificetur, nullum habebit locum diſpoſitio : ex iis quæ copioſè tradit Tuſch. *littera D, concluſ.* 493. & 494.

Siquidem diverſitas perſonarum & graduum, diverſam facit diſpoſitionem : Seraphin. *deciſ.* 940. *num.* 5. Et commiſſio non capit non nominatos : Idem *deciſ.* 1100. *n.* 7. † Et generale eſt, ut diſpoſitio ad certum perſonarum genus reſtricta, non capiat niſi illos, qui in ipſa nominantur, præſertim quando agitur de delegatione alicujus, quæ eſt ſtricti juris, & ſtrictam admittit interpretationem: *c. P. & G.* 40. *extr. de offic. delegat.* Faciunt tradita per Rotam *deciſ.* 8. *part.* 2. *diverſor.* & nominatim dum agitur de licentia alteri data per Parochum, ad aſſiſtendum matrimonio, quæ debet eſſe expreſſa : Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 35. *n.* 16.

Non parum etiam confert ad arguendum defectum conſenſus illius Parochi, inuſitatus modus dimittendi in albo nomen partium contrahentium, ſeu in charta vacua : qui modus arguit defectum conſenſus, ex Maſcard. *de probat. concluſ.* 1347. *num.* 13. & 18. Rebuff. *in conſtitut. Reg. tit. chirograph. recognit. in præfat. numero* 102. cum pluribus citatis per Gratian. *diſcept. forenſ. capite* 161. *num.* 4. & 5.

Denique dubitari non poteſt, quin defectus conſenſus circa perſonas contrahentes, reſpiciat cauſam finalem, & non impulſivam conceſſionis: nam licèt, ſi quis rogaſſet Parochum, uſurpato falſo Magnatis nomine, ut licentiam concederet, talis licentia non eſſet invalida, quia preces Magnatis non ſunt cauſa finalis, ſed tantùm impulſiva conceſſionis : & ſic error in perſona rogantis non redderet conceſſionem inefficacem, ex Sanch. *de matrimonio*, Gutier. & Bonacina *in locis ſupraciatis* ; Tamen quando ſub prætextu matrimonii inter Nobiles contrahendi, datur licentia ratione perſonæ, quæ ſupereminet, & majoribus titulis digna eſt, quatum ſumma Conditio tacetur, ut Parochus illo errore deceptus licentiam concedat, quam alioquin non eſt veriſimile ipſum fuiſſe conceſſurum ; hoc caſu dicendum eſt, errorem conſiſtere in cauſa, quæ omnino cohæret diſpoſitioni, & totam diſpoſitionem reſpicit, & ad illam totaliter influit, & ſic cauſa finalis eſt : ut docet Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 25. *& ſequentib.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 824. *num.* 4. & 46. † Cauſa enim impulſiva dicitur, quæ præbet occaſionem : finalis verò, quæ movet principaliter diſponentem, veluti in diſpoſitionibus matrimonialibus, in quibus præcipuè perſonarum contrahentium haberi ſolet, & debet ratio ; in quas concedentis intentio præcipuè dirigitur, Covar. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 20. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 971. *num.* 46.

In omnem eventum, dum quæritur utrum cauſa ſit finalis, vel impulſiva ; recurrendum eſt ad judicis arbitrium, qui conſideratis factis circumſtantiis, conſiderabit principalem licentiæ finem fuiſſe ob ſuppoſitam æqualitatem nobilitatis, & conditionis, & ad alias rationes quæ in caſu de quo agitur movere debent jus dicentis arbitrium, ad judicandum hîc defuiſſe cauſam finalem licentiæ concedendæ; quod arbitrium hac in re conſiderandum monet Socin. ſen. *in l. demonſtratio falſa*, §. *quod autem, num.* 6. *ff. de condit. & demonſtrat.* quem ſequitur Rota *deciſ.* 589. *n.* 3. *p.* 1. *diverſor.*

Vltimo loco advertendum fuit, quod non conſtabat, utrum licentia præcederet contractum matrimonii ; cùm tamen certum ſit illam præcedere debuiſſe:

debuisse : Menoch. *consil.* 188. *num.* 8. Sanch. *de matrim. lib.*3. *disp.*35. *num.*17. Barbosa *de Episcop. alleg.*32.*n.*126.& 129.& in simili Rot. *decis.*167. *num.*9.*part.*2. *recent.*

37 Non autem probatur præcessisse ex libro Parochi, cùm nota hujus matrimonii scripta fuerit manu alterius quàm Parochi, seu ejus substituti, & cum præposterationе temporis & ordinis, quæ scripturam reddit suspectam : ex Cyriac. *controv.*163.

38 *num.* 3. † Maximè, quia dum agitur de probanda temporis anterioritate, talis scriptura non probat in præjudicium tertii, ut per Rotam *decis.*750. *n.*8. *part.*1.*divers.* licèt *ibidem* concludatur pro validitate licentiæ, & matrimonii, propter alias rationes quæ in casu isto non concurrunt : & nominatim suspicio scripturæ factæ in libro Parochi propter præposterationem ordinis, & nomen partium contrahentium in vacua charta relictum, & alia multa quæ in casu illius decisionis non concurrebant Et ita Ego, & multi insignes Viri, tam Theologi, quàm Iurisconsulti concludimus hîc, & Romæ,pro nullitate illius matrimonii.

DECISIO S.

ROTÆ ROMANÆ Coram R.P.D.

ALBERGATO,

IN CAUSA Tullen. Matrimonii.

Mercurii 15. *Ianvarii* 1653.

SUMMORUM Pontificum monitis, & aliorum Principum suasionibus indulgens bo.me. Henricus II. Lotharingiæ, & Barri Dux, Serenissimam D. Nicoleam ipsius filiam primogenitam,Ludovico Guisio sponsam, ad tollenda dissidia, quæ inde ex futura Ducatuum successione excitari poterãt,nuptui tradere promisit Serenissimo D.Duci Carolo, Francisci Principis Vallemontani sui fratris filio primogenito,& dotali desuper confecto Instrumento, vices Parochi gerente Patre Dominico Ordinis Discalceatorum,viro eximiæ pietatis, de mandato fel.record Pauli V.& Greg.XV.in illis partibus ad hunc effectum degente, fuit inter eosdem, adstantibus Serenissimis utriusque Parentibus, multisque Principibus sanguine conjunctis, cum nobiliori Procerum caterva contractum die 22. Maii 1621. per verba de præsenti matrimonium, quod hilari Civium, populique plausu exceptum, in festo Sanctissimæ Trinitatis proximo, prævia dispensatione Apostolica repetitum, ac denuo in Capella Ducali à Reverendissimo Episcopo Tullen. solemnizatum fuit : & licèt illud per subsequutam quoque copulam consummatum, ex individua vitæ consuetudine usque ad novissima Lotharingiæ bella, ac postmodùm ex litteris, aliisque actibus maritalem affectum redolentibus videretur à Domino Duce Carolo comprobatum ; ipse tamen de anno 1646. varias causas deducendo, & præcipuè metum sibi à Patre incussum, dedit de nullitate matrimonii, & ejus validitatem tuente D. Ducissa Nicolea, ad probandum incumbentia, fuerunt vigore remissoriæ utrique ab hoc Sacro Tribunali concessæ, hinc inde plures examinati testes, quorum depositionibus hodie diligenter excussis, & maturè consideratis, Domini unanimiter censuerunt constare de validitate matrimonii ; † quandoquidem 39
servata forma tam in dispensatione Apostolica, quàm in Sacro Concilio Tridentino præscripta *sess.* 24. *cap.* 1. *de reform. matrim.* apparet celebratum,ac initum mutuo amborum conjugum intervenиente consensu, ex quo proinde validum censeri debet, ad text. *in cap. sufficiat*, 27. *quæst.* 2. *cap. si inter virum, cap. cùm apud*, *cap. tuæ,de sponsalibus, cap. licèt,de sponsa duorum.* Sanch.*de matrim. lib.*1. *disput.*18. *num.*25. Rot. coram Buratto *decis.*713. *decis.*893. *per tot. & decis.*197. *part.*4. *decis.*130. *n.*15. *part. 6. recent.* † Matrimonium enim à con- 40
sensu in totum dependet, ab eoque seu verbis, vel signis exterioribus expresso formã recipit. D.Thom. *in* 4. *sent.dist.*26.*quæst.*2.*art.*1. & ex eo notat Suar. *ad* 3. *part.tom.*3. *de Sacram.disp.*2.*sect.*1. Paludan. *in* 4. *dist.*1. *quæst.*4. Card. Bellarm.*de Sacram.matr. lib.*1. *controvers.* 2. *cap.* 6. Castropal. *Oper. moral. part.*5. *disp.*2.*punct.*3.*num.*2. Rot.*decis.*124. *num.*1. *& 2. part.*7. *recent. & in Neapolitana matrimonii*, 1. *Iunii* 1650.*in princ. coram Reverendissimo D.meo Terraconen. confirmata* 13. *Maii* 1651.*coram Eminentiss. D.Card. Corrado.*

Nec urget quod omissis solitis denunciationibus 41
fuerit contractum, nec in libro Parochi legatur descriptum, quia ad utrumque facilis patet responsio ; Denunciationes enim in indulto dispensationis expressè remittuntur, & cùm non sint de substantia, sed ad bene esse, earum defectus matrimonium non irritat, ut sæpiùs censuit Sac. Conc. Congregatio, & tradunt Hond. *cons.* 72. *num.*23. *lib.*2. Sanch. *de matr. lib.*3. *disp.*5. *num.*3. Gratian. *discept.*83. *n.*7. Navar. *in manual. cap.*22. *sub n.*70. Barbosa *de offic. & potest. Episc. allegat.*32. *num.*1. Rot. coram Seraph. *decis.*1099. *n.*4. coram Caval. *decis.*444.*num.* 3. coram Buratto *decis.* 430. *n.*15. *in recent. decis.*71. *num.*11.*part.*1. *decis.*390. *num.*5. *part.*2.*decis.*430. *num.*11. *part.* 4. *tom.* 2. *decis.*493. *num.*16. *part.*5. *decis.*273. *n.*31. *part.*6. *in Valentina illegitimitatis*,16. *Martii* 1612.*coram Sanctissimo Domino Nostro Innocentio X. & in Bononien.fideicommissi Bartholomæi de Bologninis*, 12. *Maii* 1645.§.*nec quicquam,coram Reverendiss. Terracinen.*
† prout nec omissa illius adnotatio quicquam fa- 42
cit, nam licèt ob hujusmodi incuriam Parochus incurrat culpam lethalem, Sanch. *de matrim. lib.*3. *disp.*15.*n.*22. Barbosa *de off. & potest. Paroch.cap.*7. *num.*8. *& de offic.& potest.Episc. d. alleg.*32.*n.*174. non tamen exinde aliquod partibus resultat præjudicium, quæ non prohibentur aliis documentis matrimonium justificare : Gratian. *discept.* 653. *n.*63. & fuit dictum *in Reatina Castrorum*, 3. *Iulii* 1651.§.*nec refragantur, coram Reverendiss. Domino meo Decano*, † vel testium depositionibus, ut hic, 43
illud probare,*c. super eo*, *il* 2. ubi Abb. *de testib.* Sanch. *de matr. lib.*3. *disput.*41.*n.*1.& firmat Dec. *cons.*163. Socin. Iun. *cons.*31. *num.*5.*lib.*2. Roland. *cons.*93. *num.*4.*vol.*3. Rot.*decis.*26. *per totam.part.*1. *divers. decis.*772.*n.*1. *part.* 2. *recent.* coram Verall. *decis.*205. *part.*2. coram Seraph. *decis.*1099.*num.*2. coram Burat. *decis.*143.*num.*1.*decis.*530. *in princip. cum aliis*, *in dicta Neapolitana Matrimonii*, 13. *Maii* 1651. *coram Eminentissimo Domino Card. Corrado*

Corrado, & in Bononien. fideicommiſſi Bartholomæi de Bolognininis, 5. Iunii ejuſdem anni, coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono.

44 Minus officit, quod matrimonii ſolemnia non à proprio Parocho, ſed à Domino Epiſcopo Tulleñ. peracta fuerint: quia illius præſentia, de qua deponunt plures teſtes, omnem (ſi quis adeſſet) ſupplet defectum, etiamſi foret caſualis, & fortuita: Giovagn. *conſ.* 59. *num.* 11. *lib.* 1. Boſſ. *de matrim. c.* 3. *num.* 6. Guttier. *eod. tract. cap.* 69. *num.* 10. Sanch. *ubi ſuprà, d. lib.* 3. *diſput.* 39. *num.* 11. Bonac. *de Sacram. matrim. quæſt.* 2. *punct.* 8. *n.* 18. Ceval. *comm. contr. quæſt.* 604. *num.* 66. Barboſa *de offic. & poteſt. Paroch. part.* 2. *c.* 21. *n.* 50. *& de offic. & poteſt. Epiſc. d. allegat.* 32. *num.* 88. Rot. coram Seraph. *d. deciſ.* 1099. *ſub num.* 5. coram Buratto *deciſ.* 713. *num.* 10. *deciſ.* 124. *n.* 17. *part.* 7. *recent. & in Vlixbonen. matrimonii,* 16. *Novembris* 1622. *coram bo. me. Patriarcha Manzanedo.* Ceſſatque difficultas, quia Ordinarius, uti Parochus Parochorum, quemadmodum animadvertit deciſio ſuper remiſſoria, edita 26. *Iunii* 1648. *coram Reverendiſſ. Terracinen.* ritè potuit hujuſmodi munus obire juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reform.* Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 28. *num.* 1. Ponc. *eodem tract. lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 5. Boſſ. *ubi ſuprà, cap.* 4. *§.* 18. *n.* 49. Layman. *lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. *verſ. adde* 3. Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſc. cap.* 15. *§.* 10. *num.* 2. Barboſa *eodem tract. d. allegat.* 32. *num.* 117.

45 *& de jur. Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 89. † Eſto quod Capella Ducalis ab ejus juriſdictione dicatur exempta, exemptio enim, ut patet ex lectura, Præpoſitos, Canonicos, & bona ejuſdem Eccleſiæ duntaxat reſpicit, non autem comprehendit curam animatum, nec Populum ſub ea degentem ad text. *in cap. cùm Capella, verſ. quocirca, de privil.* Lap. *alleg.* 139. *n.* 13. Tambur. *de jur. Abb. diſp.* 14. *q.* 7. *num.* 54. Cokier. *de juriſd. in exemp. part.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 4. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 122. *cum ſeqq. & ſignanter num.* 118. Rot. coram Seraph. *deciſ.* 1058. *num.* 6. coram Penia *deciſ.* 462. *num.* 13. *in recent. deciſ.* 314. *num.* 6. *part.* 1. *& in Roſſanen. exemptionis,* 7. *Iunii* 1641. *coram Reverendiſſimo*

46 *Salamantino,* † & illa etiam de jure communi liberat tantùm à lege Diæceſana, quæ conſiſtit in recipiendo cathedratico, decimis, & ſimilibus; non autem à lege juriſdictionis circa ſubminiſtrationem Sacramentorum verſantis, Cokier. *ubi ſuprà, part.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 1. *& part.* 2. *quæſt.* 45. *n.* 17. Bellencin.

47 *de charit. ſubſid. quæſt.* 28. *&* 29. † quæ propterea in ſubditos extra propriam quoque Diœceſim exerceri poteſt, Bonac. *de Sacram. matrimon. d. quæſt.* 2. *punct.* 8. *n.* 13. *&* 14. Coninck. *eodem tract. diſp.* 27. *num.* 22. Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 19. *num.* 19. cum aliis congeſtis per Barboſam *de offic. & poteſt. Epiſcop. citata allegat.* 32. *n.* 95. *& de offic. & poteſt. Parochi, part.* 2. *cap.* 21. *num.* 58.

48 His ita conſtitutis, & validitatem matrimonii præferentibus, non obſtat metus ad illud infringendum deductus; quia non probatur ex teſtibus ad inſtantiam D. Ducis Caroli examinatis; nam ferè omnes ſunt ejus domeſtici, famuli, vel in ipſius Caſtris merentes, ad text. *in cap. ex litteris, de teſtib. l.* 2. *Cod. eodem,* Alex. *conſ.* 150. *num.* 14. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 29. *n.* 5. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 714. *n.* 25. Farin. *de teſtib. quæſt.* 55. *n.* 1. *& ſeqq.* Rot. coram Buratto *deciſ.* 553. *num.* 7. coram Duran. *deciſ.* 148. *num.* 5. *in recent. deciſ.* 156. *n.* 8. *part.* 5. *& in Regien. Iuriſpatronatus,* 18. *Martii* 1639. *coram bon. mem. Cardinali Panzirolo,* & aliqui non fuerunt inducti in Curia, & ſic contra formam in litteris remiſſorialibus præſcriptam, *c. ſtatutum,* §. *in nullo quoque,* ubi DD. *de reſcript. in* 6. Rot. *deciſ.* 466. *num.* 1. *deciſ.* 655. *num.* 3. *part.* 2. *deciſ.* 156. *num.* 6. *part.* 6. *recent.* alii cùm extra locum in eis præſtitutum fuerint recepti, nulliter dicuntur examinati, ut firmant relati per Modern. *de manut. obſerv.* 94. *num.* 28. *verſ. primo nec teſtes,* Rot. *deciſ.* 30. *de reſcript. in nov. coram ſan. me.* Greg. XV. *deciſ.* 518. *n.* 10. coram Cavalet. *deciſ.* 410. *num.* 5. & conſequenter metum articulatum non probant. Rot. coram Mant. *deciſ.* 142. *n.* 4. *verſ. ſed non modò*: coram Coccino *deciſ.* 119. *in princ. & deciſ.* 430. *num.* 58. *deciſ.* 516. *num.* 16. *p.* 5. *recent.* Eóque minùs quia ſunt de auditu, *cap. licet ex quadam, cap. tam litteris, de teſtib.* Bald. *conſ.* 406. *ſub num.* 2. *vol.* 4. Aym. *deciſ.* 112. *num.* 13. Vetul. *deciſ.* 263. *num.* 8. *part.* 3. cum congeſtis *in Bononien. ſeparationis, tori,* 10. *Iunii* 1650. *& ab informationibus coram R. P. D. meo Bichio, & in Tridentina Matrimonii,* 11. *Martii ejuſdem anni,* §. *quæ verò,* coram *Me,* nec ſpecificè qualitates, & circunſtantias metus aſſignant, ut neceſſarium eſt: † omnes enim (primo excepto, plures, ut infrà, patiente exceptiones) deponunt duntaxat D. Ducem Carolum, vi, ſeu juſſu Patris fuiſſe ad matrimonium impulſum; quæ generica probatio non ſuffragatur: *l.* 2. *& l. ad invidiam* 6. ubi Bart. *& l. ſequenti, l. metum* 9. *C. de eo quod met. cauſ. l. timorem* 7. *ff. eodem, l. interpoſitas* 13. *Cod. de tranſact.* Alex. *in l. ſi cum dotem* 23. §. *eo autem tempore, num.* 11. *ff. ſoluto matrimonio,* Farin. *part.* 2. *fragm. verb. metus, num.* 168. Mongol. *de met. cap.* 10. §. 2. *n.* 2. Afflict. *deciſ.* 140. *num.* 15. Caputaquen. *deciſ.* 221. *n.* 2. *part.* 2. Pinell. *deciſ.* 628. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 463. *num.* 3. *part.* 2. *deciſ.* 516. *num.* 17. *part.* 3. *recent. & in* Colmen. ſeu *Treviren. nullitatis profeſſionis,* 14. *Decembris* 1648. *coram R. P. D. meo Cerro*, † ſiquidem impulſio nihil aliud eſt, quàm incitatio, & ſuaſio ad contrahendum, licita Parentibus, ac permiſſa, ut ex D. Thom. *in* 3. *part. ſummæ, addit. quæſt.* 47. *art.* ult. *in reſp.* & Sot. *in* 4. *diſt.* 29. *q.* 1. *art.* 4. tradit Menoch. *conſ.* 89. *num.* 41. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſput.* 21. *num.* 5. Card. Bellarm. *lib.* 1. *eo tract. cap.* 19 *propoſ.* 3. Gutier. *ubi ſuprà, cap.* 79. *num.* 5. Goffred. *in ſum. tit. de deſponſ. impub. num.* 12. Sperell. *deciſ.* 75. *n.* 11. *&* 75.

Primus verò teſtis, præterquam quod eſt unicus cubicularius D. Ducis Caroli, in Curia non inductus, & extra locum remiſſoriæ examinatus, non relevat, dum ait per D. Franciſc. patrem fuiſſe victum metu expulſionis è domo, & privationis bonorum coactum D. Ducem Carolum ad ineundum hujuſmodi matrimonium: † quia non deponit de certa ſcientia, ſed propriæ tantùm credulitatis indicia, & conjecturas aſſignat, Covar. *de matr. p.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 9. alique relati per Sperell. *deciſ.* 79. *num.* 4. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 136. *part.* 1. *deciſ.* 589. *part.* 2. *deciſ.* 209. *utrobique num.* 2. *part.* 3. *deciſ.* 380. *num.* 17. *part.* 5. *deciſ.* 259. *num.* 12. *part.* 6. *recent.* & ipſe quoque cum aliis eſt de auditu ab eodem D. Duce Carolo, de minis prædictis, ut aſſeritur, conquerente unde intrat vulgatum axioma, quod non præſtetur fides teſtibus, quotum repelluntur Authores: *c. fraternitatis, de hæreticis, cap. nullus,* 3. *q.* 4. *cap. licet ex quadam, de teſtib.* Gloſſ. & DD. *in auth. ſi quis in aliquo, C. de edend.* Aym. *conſ.* 41. *n.* 2. *conſ.* 112. *n.* 13. Rot. coram ſanct. memor. Gregor. XV. *deciſ.* 570. *n.* 2. coram Buratto *deciſ.* 313. *n.* 18.

Et quidem cùm verſemur in matrimonio ſolemniter in facie Eccleſiæ contracto, negari non poteſt, quia

quin ad illud dirimendum duriores objecti timoris expostulentur probationes, & talis qui constanti viro formidinem ineutiat : *cap.significavit,de eo qui duxit in uxorem, cap. veniens, il secundo , de sponsal.* Laderch. *consil.17. num.1.* Menoch. *lib.3.præsumpt.4. num.5.* Dechet.*disserti.jur.lib.1.disserti.9.n.5.* Bonac. *de sacram. matrim. quæst.3. punct.8. num. 8.* Sanch. *eod. tract. lib.4. disp.1. à n.10.* cum aliis per Add. ad Burátt. *decis.628. numero 9.* Rota coram Penia, *decis.1140.num.5.& 6. decis.600. num.1.part.4. dediss.516. n.13. part.5. recent. post secundum vol.conss. Farinac. decis.218. num.2.& in Messanen. nullitatis professionis, 5. Decembris 1640. coram R.P.D. meo*

53 *Peutingero*; adeò ut solius metus reverentialis nulla ad effectum, de quo agitur, sit habenda ratio,nisi sit qualificatus minis,& verberibus, vel gravioribus circunstantiis : *cap.ex litteris, de desponss. impub. cap. consultationi , de sponsal. l. si parte cogente 22. ibique* Bald. & Salicet. *ff. de ritu nupt.* Felin. *in cap.causam matrimonii, num.3. ubi* Dec. *num. 8. de offic. deleg.* Aldobr.*consil.94.n.6.* Sanch. *de matrim.lib.4.disp.6. num.7.* Gutier. *eod. tract. cap.77. num.1.* Bonac. *d. quæst.3. punct.8. n.7.* Gail. *pract.observ.lib.2.c.147. n.17.* Patis.*de resignat.benef. lib.13. quæst.11. n.172.* Rebell. *de oblig. justit. part.2.lib.2. quæst.11. sect.1. num.10.* Gramm. *decis.103. n.49.* Boër. *decis.100. num.11.* Gapic. *decis.159. n.33.* Verall. *decis.221. num.9.part.2.*Burat. *d. decis.628. numero 5.* & post

54 Tamburin. *de jur. Abb. decis.3. num.10.* † illæ autem in præsenti non concurrunt , & simplices minæ, quatenus hic probarentur , nullius essent momenti, tam attento miti, & suavi ingenio, ac indulgenti natura ipsius Francisci erga filios , ac alios, nec soliti illas executioni demandare : ad text. *in d. l. metum 9. C. de his quæ vi, l. unica, C. si quis Imperatori,l.famosi 7 ff. ad l.Iul.Maiest.*Felin.*in d.cap. causam matrimonii,num.4.vers. sed nunquid, de offic. deleg.* Sanch. *de matrim. lib.4.disp.1.num.20.*Ponc. *eodem tract.lib.4. cap.5. num.7.* Sperel. *d. decis.79. num.43.* Verall. *d. decis.221. num.7. part. 2.* Penia *decis.1140. num.7.* Rota *decis.463. num.3. part.2. decis.516. num.18. part.5. recent.* quàm perspecta magnanimitate Domini Ducis Caroli , qui usque tunc bello incumbens armorum studiosus, & postea tot exercituum strenuus Imperator,non ita de facili terreri poterat , & invitus paternis mandatis ad contrahendum matrimonium urgeri. † Qualitas

55 autem metum patientis est consideranda , ut ad propositum animadvertit Gloss. *in cap. cùm locum, verb. metus , de sponsal.* Alberic.à Rosate *in l.metus autem, cauf.3. in princip. ff. ex quibus cauf. major.* Sanchez *de matrim. dicto lib. 4. disput. 3. num. 4.* Coninck. *eodem tract. disput.28. num. 30.* Gutier. *ubi suprà,cap.77.n.12. & 13.*Ponc. *d. lib.4. cap.3. num.10.* Menoch. *de arbitr. cas.135. num.4.* or.*de just. & jur. lib.7. quæst.2.* Campanil. *in suo diverss. rubr.12. cap.1.* Boër.*decis.100. num.2.* Rota coram sanct. mem. Gregor.XV. *decisione 326. numero 25. decis.374. numero 7.& decisione 115.num.12.part.7. recent.*

56 Nec vis aliqua fieri potest in publica voce , & fama, quam de coacto matrimonio prætati testes asserere conantur ; nam illis non est adhibenda fides, nedum ex eo,quod illius Authores,& à quibus audiverint, non referunt. Innoc. *in cap. qualiter,& quando, de accus.* Bart. *in l. de minore 10. §. plurium, num.23. de quæst.*Alex.*consil.79.num.9.lib.1.consil.25. num.6. lib.4.* Ruin. *consil.51.num.14.consil.52.num.7. lib.3.* Valenzuel.*consil.169. n.109.* Cephal. *consil.65. num.49.*Cyriac. *controv.488. n.90.* Rota *decis.256. num.9.decis.359 num.2. part.7. recent.* † Sed etiam 57
quia eorum dicta elisa penitus remanent ex testibus pro Domina Ducissa Nicolea examinatis , de spontaneo, & libero consensu deponentibus : idem Valenz. *consil.92. n.209.* Rota *decis.182. num.7. part. prima,decis.276. num.15. decis.299.num.3. part.4. tom.2.decis.205. n.10. part. 6. recent.* † Fama enim, 58
ut sit attendenda,debet esse perpetua, illæsa,& constans apud omnes : Bald. *in l. conventicula 15. C. de Episcop.& Cler.* Roland. *consil.3. n.48.& 49. vol.6.* Surd. *consil.151. num.79.* Rota *decis. 277. num.3. decis.335. num.5. part. 2.recent.* coram sanctæ mem. Gregor. XV. *decis.445. num.6. decis.498.num.13. & 14.* coram Cavaler. *decis.6.num.5.& in Toletana decimarum de Capilla,4.Iulii 1640.*coram bon.mem. Card. Hieronymo Verospio.

Præterea animadvertebant DD. quod testes non 59
percutiunt tempus secundi matrimonii à Domino Episcopo Tullensi cum dispensatione Apostolica subinde celebrati ; quapropter impulsiones paternæ, si quæ anteà fuerant , & aversiones animi Domini Ducis, cùm potuerint tractu temporis purgari , in illud non influunt , nec ejus nullitatem important, cum in ipsius actu metus non probetur incussus, ad text. *in l.1. §. metus, d.l.metum.9.in princip ff. quod met. caus.* & in terminis observat Nevizan.*consil.46. num.26.& seqq.* Patis.*consil.10.num.56. lib.1.* Laderch. *consil.17. sub num.4. vers. quin & si aliquem,*Ricc.*decis. Archiep.Neapol.110.n.10.part.4. tom.2.* Rota coram Mantic. *dec.142.n.4. vers. præterea, & dec.600.n.2.p.4.dec.516.n.19.p.4. recent.*

Nec relevant diffidia , quæ consummato jam matrimonio inter hos conjuges dicuntur intercessisse, prout nec protestatio antea per Dominum Ducem Carolum unà cum Patre facta : Ista siquidem, ut ex ejus lectura dignoscitur,conventiones tantùm dotales , & prætensam in Ducatibus successionem concernit ; non autem tangit fœdus matrimonii, cujus respectu, si quis metus illatus fuisset ; de facili Dominus Dux eadem protestatione declarasset : ut in terminis ponderat Laderch *d. consil.17. num.3. vers. quartò multum movet.* Aymon *consil.120. num.3. & 4.* † Illa verò, utpotè levia , & per subsecutam 60
reconciliationem sublata , matrimonium non irritant, nec ad hunc effectum sunt in aliqua consideratione habenda : Gloss. *in cap. plerumque, verb.nec reconciliata , de donat. inter vir. & uxor.* Bertazol. *conscrimin.128.n.12.lib.primo,*Rimin.jun.*consil.174. num.28.* Rota coram Seraphino *decis.1315. num.3. in Hispalen. separationis tori , 27. Februarii 1627. coram Eminentissimo Domino Cardinali Macchiavello, in Bononien.si separationis tori , 21. Februarii 1660.§ quatenus verò,coram R.P.D. meo Bichio , & in Tridentina Matrimonii, 11. Martii ejusdem anni, § fin. coram Me.*

Et hinc non applicatur regula , quod magis cre- 61
datur duobus testibus de metu deponentibus, quam mille spontaneam voluntatem affirmantibus, ex doctr. Innoc. *in cap. super hoc, de renuntiat.* Quia non procedit , quando pro validitate matrimonii, & libero consensu præsumptiones concurrunt , & conjecturæ.Dec.*in cap.final.num.25.& 26. de appell.* Butsat. *consil.72. num.48. lib.1.* Cæpol. *consil.2.n.14.* Pacian. *de probat. lib.1. cap.50.num.26.* Sanchez *de matrim. lib.4. disput.27.n.2. & 7.* Bos*l.eodem tract. cap.12. num.367. & seqq.* Patis. *de resignat. lib.13. quæst.1. num.89. & 90.* Gabr. *de testib. conclus. 4. n.16. & seqq.* Farinac. *part.2. fragment verb.metus, num.157. & num.274.* † Plures autem in præsenti, & urgentissimæ afferuntur , quia ultra præsumptionem

nem juris, quæ ſtat pro excluſione metus, *l. interpoſitas* 13. *C. de tranſact. l.* 2. *C. de his quæ vi, &c.* præſertim in Patre erga filium, Sanchez *ubi ſupra*, *dicto lib.* 4. *diſput.* 6. *num.* 8. *verſ. verum ferè omnes*, Ricc. *dicta deciſ.* 110. *n.* 8. Rota coram Verall. *deciſ.* 221. *n.* 8. *part.* 2. coram Mantic. *deciſ.* 142. *num.* 2. coram Buratto *deciſ.* 628. *n.* 4. Concurrit mutua utriuſque Conjugis in actu deſponſationis hilaritas, quam pro libertate conſenſus ponderat Pariſ. *conſ.* 170. *n.* 21. *&* 22. *lib.* 4. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 4. *n.* 19. matrimonii geminatio, idem Pariſ. *conſ.* 10. *num.* 57. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 114. *num.* 8. Mandell. *conſ.* 4. *n.* 37. Principum conſanguineorum, & aliorum Procerum præſentia, *l. tranſactionem* 35. ubi Iaſ. *num.* 1. *C. de tranſact.* Batt. *in l. frater à fratre* 38. *num.* 51. *ff. de condict. indeb.* Ruin. *conſ.* 170. *poſt n.* 17. *lib. primo*, Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 27. *n.* 2. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 126. *num.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 2053. *n.* 23. Rota coram ſanct. mem. Greg. *deciſ.* 120. *num.* 24. coram Buratto *deciſ.* 783. *n.* 12.

63 † Domini Epiſcopi Tulleñ. & Patris Dominici aſſiſtentia, & cooperatio, ut in terminis, quod ex interventu Epiſcopi, ſeu alterius Viri Religioſi, omnis in matrimonio ceſſet metus ſuſcipio, tradit Cephal. *conſ.* 91. *num.* 49. Caball. *conſil.* 176. *n.* 10. *vol.* 1. Grammat. *deciſ.* 66. *num.* 64. Sperell. *deciſ.* 5. *num.* 26. Rota coram ſanct. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 188. *n.* 9. ſubſequuta copula, *cap. ſignificavit, de eo qui duxit, &c. cap. is qui fidem, de ſponſal.* Abb. *in cap. veniens, il primo*, *num.* 7. *eodem tit.* Pariſ. *d. conſ.* 170. *n.* 25. *lib.* 4. Sanch. *de matrim. dicto lib.* 4. *diſput.* 18. *num.* 2. *&* 12. Burattus *dicta deciſ.* 628. *num.* 7. longæva cohabitatio per ſpatium quindecim annorum, *cap. ad id, de ſponſal.* Ferret. *conſ.* 340. *num.* 11. *lib.* 2. Neviz. *conſ.* 46. *num.* 32. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 4. *num.* 24 Boſſ. *de matrim. cap.* 12. *n.* 390. Buratt. *ubi ſupra*, Mantic. *dicta deciſ.* 142. *n.* 13. *verſic. Tertiò.* Edicta utriuſque nomine publicata, monetæ utriuſque imagine cuſæ, litteræ Domini Ducis Caroli, in quibus Domina Duciſſa Nicolea ſæpiùs amantiſſima ſponſa, & conjux nuncupatur: Ricc. *in collect.* 219. *verſ. item probari*, Creſcent. *deciſ.* 22. *de probat.* Rota *deciſ.* 772. *n.* 7. *&* 8. *p.* 2. *recent.* coram Cardinali Millino, *deciſ.* 75. *n.* 4. *verſic.* 5. *ex pluribus litteris*: coram Buratto *dec.* 143. *num.* 23. *&* 24. *deciſ.* 192. *num.* 6. aliique actus poſitivi longè per informantes recenſiti, qui poſt obitum Patris ab eodem geſti, & maritalem affectum præſeferentes, omnem præcedentis metus ſuſpicionem excludunt: Burſat. *conſ.* 98. *n.* 7. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 15. *num.* 11. *&* 12. Petr. Albignan. *inter conſ. matrim. diverſ. conſ.* 67. *num.* 9. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1023. *&* *concl. ſeq.* Gutier. *de matr. c.* 40. *num.* 6. *verſ. verùm, &* c. 71. *n.* 12. Rota coram Cavaler. *deciſ.* 444. *n.* 2. coram Buratto *deciſ.* 530. *n.* 6. *&* *deciſ.* 463. *n.* 3. *verſ. quinimò, p.* 2. *recent.*

64 Iſta verò cùm militent etiam pro libertate conſenſus Dominæ Duciſſæ Nicoleæ, cujus ſuſpiria, & lacrymæ ad aliam cauſam per teſtes aſſignatam referri debent, non autem ad vim aliquam, quæ ei, ut hujuſmodi ſponſalibus aſſentiret, fuerit illata, quia hæc non probatur; ideò ulteriori non indigent diſcuſſione, quæ de prætenſo metu illi incuſſo objiciuntur: præſertim quia ipſa matrimonium ſponte, ac liberè initum profitetur, & mulieris declarationi ſe non fuiſſe timore inductam affirmantis ſtandum eſt, ut in terminis dixit Rota coram Buratto *dicta deciſ.* 628. *num.* 8.

Et ita deciſum utraque parte acerrimè informante.

CAPVT CLV.

Vtrùm fratres laici cujuſdam Ordinis regularis vocandi ſint in omnibus actibus capitularibus, vigore conſtitutionum Apoſtolicarum & ſtatutorum illius Ordinis: maximè quando agitur de alienatione bonorum immobilium Conventus, vel pecuniarum notabilis quantitatis, ſeu deſtinatarum ad emptionem bonorum ſtabilium. Et utrum in omnibus aliis actibus intervenire debeant vigore dictarum conſtitutionum.

SVMMARIVM.

1 *Quamvis ex ſtatuto præſcribatur certa forma in celebratione contractus, non propterea excluditur forma & ſolemnitas à jure communi requiſita.*

2 *In alienatione bonorum Conventus requiritur tractatus præcedens capitularis ad ſonum campanæ.*

3 *Pecunia notabilis quantitatis, maximè ad bonorum ſtabilium acquiſitionem deſtinata, alienata eaſdem exigit ſolemnitates, quas alienatio bonorum immobilium.*

4 *Dictio*, ſolus, *omnem aliam perſonam excludit.*

5 *Dictio*, itaque, *eſt continuativa, & repetitiva.*

6 *Quando ſtatutum eſt clarum, non eſt recurrendum ad interpretationem juris communis.*

7 *Conſuetudo non ſuffragatur, ſi non ſit univerſalis.*

PRopoſitum fuit dubium, utrùm fratres laici cujuſdam Ordinis regularis, poſſint & debeant intervenire in contractibus alienationum bonorum Conventus, in quo exiſtunt; cùm ſicut & alii Presbyteri, & Religioſi in ſacris Ordinibus conſtituti ex Pontificiis conſtitutionibus intervenire debeant.

Pro cujus dubii reſolutione ſupponendum eſt primis, quod ſanctæ memoriæ Pontifices Vrbanus VIII. & Innocent. X. per Breve Apoſtolicum statuerunt, quod omnes & ſinguli hujus Ordinis Fratres laici, poſt quartum profeſſionis annum habeant votum deciſivum in omnibus contractibus & aliis actibus temporalibus gravioris momenti tam intra, quàm extra Conventum ineundis, in quibus omnes Sacerdotes, & alii in ſacris Ordinibus conſtituti, ex ſtatutis ordinariis, ſeu ex laudabili conſuetudine intervenire ſolent, aut debent: ut legitur in conſtitutione deſuper edita *die* 1. *Aprilis* 1648.

Secundò ſupponendum eſt, quod in conſtitutionibus generalibus ejuſdem Ordinis ab eodem S. P. Vrbano confirmatis *anno* 1626. ſub titulo *de paupertate, ſect.* 6. §. 1. ſic ordinatur in materia alienationum. *Immobilia verò bona abſque Capituli generalis, aut urgenti de cauſa Viſitatoris generalis permiſſu, & Definitorum generalium conſenſu, dari, vendi, aut quovis modo alienari nequeant. Qui licèt bonorum hujuſmodi conditionem, aut alienationem permiſerint, in generali tamen Capitulo ſequenti, venditionem, aut alienatio-*

alienationem hujusmodi instrumento confirmabunt, vel irritabunt.

Ex quibus videretur dicendum, quod Fratres laici non possunt, nec debent intervenire in talibus alienationibus, & illarum instrumentis, cùm certa forma præscripta sit in dictis constitutionibus: adeo ut non modò Fratres laici, sed ne ipsi quidem Sacerdotes, aut Religiosi in sacris Ordinibus constituti, in illis intervenire non debeant; sed solum Capitulum, aut Visitator generalis consensum præstare debeat.

Sed non obstante hac constitutione, Ego censui omninò, Fratres laicos in alienationibus bonorum immobilium Conventus vocandos esse, & vocem habere: quia licèt certa forma in prædictis constitutionibus demandata fuerit; per eam tamen non fuerunt exclusæ aliæ solemnitates à
1 jure communi requisitæ. † Est quippe certissima juris regula, quod licèt statutum præscribat certam aliquam formam in celebratione contractuum, non ex eo debet excludi solemnitas à jure communi requisita; quia forma statuti censetur adhibita potiùs ad augendum, quàm ad minuendum formam & solemnitatem juris communis; & sic utriusque formæ, tam juris, quàm statuti interventus exigitur: Tiraquell. *de legib. connubialib. gloss.8. num.49.* Dec. *cons.*110. *sub num.*1. *versic. sed tamen hoc non obstante.* Castrens. *cons.*106. *in primo dubio, lib.*2.

2 Atque de jure communi, in alienatione bonorum Conventus, inter cætera requiritur, quod interveniat tractatus præcedens, in quo intervenire debent omnes Religiosi, & convocari ad sonum campanæ, ut moris est: Tamburin. *de jur. Abbat. disputat.*13. *quæst.*4. *numero* 5. Hieronym. Roderic. *quæst. regul. resolut.*7. *numero* 2. Ergo cum huic juris communis dispositioni non censeatur derogatum per illas constitutiones, & ultra assensum Capituli generalis, seu in suo casu Visitatoris, debeat intervenire tractatus Capituli, sine quo nec Visitator, nec Capitulum generale posset scire necessitatem, aut utilitatem ipsius Conventus; sequitur, Fratres laicos in hujusmodi conclusionibus capitularibus vocem & suffragium habere debere.

Et hoc confirmatur ex verbis dictæ constitutionis, quæ solùm vult, ut permissio contractus, non autem illius celebratio ad Capitulum generale, vel Visitatorem pertineat, ut patet ex verbis dictæ constitutionis, *Qui licèt hujusmodi alienationem permiserint, &c.*

3 Quod autem de alienatione bonorum immobilium dictum est, eadem ratione dicendum est de pecunia in locum bonorum immobilium subrogata, quæ pro immobili habetur; præcipuè quando est notabilis quantitatis, & debet converti in emptionem bonorum immobilium: hoc enim casu solemnitates juris in bonorum Ecclesiasticorum alienatione requisitæ intervenire debent, ut diciditur per Lezan. *in Summa quæst. regul. tom.*2. *c.*19. *n.*59.

Sed dubitatur ulteriùs, utrùm in hac Religione Fratrum laicorum consensus intervenire debeat in aliis omnibus contractibus, ultra bonorum alienationem.

Supponendum est in hoc dubio, quod per constitutiones ejusdem Ordinis *sect.* 6. §. 4. cavetur quod *nullus Provinciali inferior, possit aliquem contractum transigere solus. Itaque Guardianus cum Provisore, & localibus Discretis, ad contractus ineundos simul personaliter intererunt, pro reliquis fratribus stipulantes, & obligationem acceptantes. Quod si in loco à Conventu valde disito contrahendum sit, Guardianus cum Provisore, accepto in scriptis Fratrum consensu, ad locum prædictum se conferent ineundi contractus gratia, qui terminos à Fratrum Conventus consensu præscriptos prætergredi non poterunt. Omnes verò contractus, & instrumenta in perpetuum obligantia, in Capitulo provinciali confirmabuntur, nulliusque valoris erunt absque dicti Capituli authoritate.*

Ex qua constitutione, & illius verbis colligitur, Fratrum consensum tunc requiri, quando contractus in loco remoto à Conventu celebrandus est, & quod solus Provincialis potest contractum facere, seu (ut ibi dicitur) transigere. Alii verò Provinciali inferiores, non quidem soli, sed cum assistentia Provisoris & Discretorum localium, quando in loco à Conventu longè remoto contrahitur.

Vnde sequitur Fratrum consensum tunc requiri, quando contrahitur in loco à Conventu valde remoto, propter illa verba, *accepto in scriptis Fratrum Conventus consensu*: secus quando in loco non valde remoto: † quod probatur ex dictione illa, 4
solus, quæ omnem aliam personam excludit: Rot. *dec.*426. *n.*5. *part.*2. *recent.* Quæ dictio licèt non sit repetita in clausula sequenti; tamen debet haberi pro repetita † propter dictionem, *Itaque*, quæ est 5
continuativa, & repetitiva: & sic dum dicitur, quod Guardianus cum Provisore & Discretis localibus contractus facere poterunt, debet intelligi, quod illi soli contrahere possint, propter vim dictionis repetitivæ: Barbosa *de dict. cap.*181. *n.* 1. & ideo hoc caput tanquam dependens à præcedentibus, debet secundùm illa regulari, & intelligi. Rot. *decis.*129. *n.*17. *p.*6. *recent.*

Nec in casu isto locus erit axiomati superiùs de- 6
ducto, nempe quod pro interpretatione constitutionis, recurrendum est ad formam & solemnitatem juris communis: Dum habeamus claram & expressam statuentium mentem, qui in hoc voluerunt derogare juri communi, ut Guardinus solus, Provisor, & Discreti locales contractus celebrare possint, cùm in claris ad conjecturas, & ad extrinsecas interpretationes recurri non debeat: Gratian. *discept. forens. cap.*913. *num.*17. *&* 18.

Neque vis fieri debebat in allegata consuetudi- 7
ne: Quia quamvis Fratres laici in aliquibus contractibus vocati, & præsentes fuerint; tamen in multis aliis, imò & in maxima illorum parte processum fuit ad contractus absque illorum Fratrum laicorum interventione: quando autem constat de aliquibus actibus contrariis, non dicitur probata consuetudo: DD. & maximè Bald. *in l.*1. *Cod. de probat.* Cravet. *cons.*96. *n.*5. Rot. *decis.*136. *n.*14. *part.*6. *recent.*

Immò ad destruendam consuetudinis probatio- 8
nem sufficit unus actus contrarius, seu difformis: Bart. *in l. semper in stipulationibus, in fine, ff. de regul. juris,* & *ibi* Cagnol. *num.*12. Surd. *cons.*393. *num.* 24. multò igitur magis in casu proposito, cùm supponatur laicos majori ex parte in similibus actibus non fuisse præsentes, nec vocatos. Illi tamen actus ex constitutione indigent approbatione Capituli generalis totius provinciæ, in quo vocem habebunt omnes in illo Capitulo intervenire debentes.

CAPVT CLVI.

An, & quando Epiſcopus, cui permiſſum eſt beneficia unire ex juſta cauſa, & unita ſeparare ſeu diſmembrare cum cauſæ cognitione, poſſit beneficium ſemel unitum alicui ſeparatim conferre: & utrùm talis collatio ſit valida. Et qui jubente Epiſcopo ſervitium alicujus Eccleſiæ fecit, an petere poſſit à Parocho ſalarium ſibi ab Epiſcopo taxatum, & adjudicatum? Et quo remedio ſibi conſulere poſſit in Gallia Parochus hac in re gravatus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus beneficia unire poteſt ex juſta cauſa.*
2 *Vnionis validitas poſt lapſum temporis immemorialis, quo durante fuit obſervata, in dubium revocari non poteſt.*
3 *Epiſcopus ſicut unire, ita & unionem jam factam diſſolvere poteſt.*
4 *Vnionis revocatio non poteſt fieri per Epiſcopum, niſi adhibita cauſæ cognitione, & vocata parte.*
5 *In unione facienda Rector non eſt vocandus; ſecùs autem in unione revocanda: & quæ ſit ratio differentiæ.*
6 *Per unionem beneficii viventis non ſit illius poſſeſſori prajudicium; quia illius jura præſervantur, donec per ceſſum, vel deceſſum beneficium ipſius vacaverit.*
7 *Rector beneficii, quod ejus vita durante, & ſic ante vocationem unitum fuit, poteſt non obſtante unione, illud reſignare in favorem tertii, adhibitis clauſulis neceſſariis: & ratio redditur.*
8 *Collatio beneficii, quod non eſt vacans, non ſubſiſtit.*
9 *Beneficium quandiu remanet unitum, non poteſt conferri, quia ſtatus collativus eſt contrarius unioni: Et tale beneficium non vacat de per ſe.*
10 *Qui ſervitium præſtitit in Eccleſia ad exonerationem alterius, quia utiliter geſſit, poteſt petere ſalarium actione negotiorum geſtorum.*
11 *Ex immemoriali præſtatione præſumitur titulus adverſus eum, qui alicui Eccleſiæ inſervivit: quem titulum allegare ſufficit, quamvis non probetur.*
12 *Ampliatur etiamſi poſſeſſio non ſit immemorialis, ſed centenaria, quæ immemoriali minor eſt.*
13 *Actus non dicitur facultativus, quando factus fuit in vim tituli præcedentis.*
14 *Quod per ſpatium temporis immemorialis factum fuit, non poteſt dici factum jure facultatis.*
15 *Poteſt quis exercere curam animarum, abſque eo quod propterea de neceſſitate inferatur, illum eſſe Parochum illius loci, vel illi competere jura Parochialia.*
16 *Quæ ſit differentia inter diviſionem Eccleſiæ, & illius diſmembrationem.*
17 *Diſmembratio beneficii non poteſt fieri, niſi propter Eccleſiæ neceſſitatem, vel utilitatem, cum ſolemnitatibus requiſitis.*

TRes à Parocho cujuſdam Eccleſiæ, ſitæ in Gallia, propoſitæ fuerunt quæſtiones decidendæ.

Prima, utrùm Epiſcopus loci Ordinarius potuerit conferre beneficium habens curam animarum, quod à tempore omnem hominum memoriam excedente fuerat unitum, & tanquam tale poſſeſſum à Parocho Eccleſiæ principalis; & utrùm ille poſſit collationem illam impugnare uti invalidam, & quæ in ſui præjudicium fieri non potuit.

Secunda, utrùm decretum Epiſcopi ſubſiſtat, quo ſalarium cuidam Sacerdoti adjudicavit ob ſervitium præſtitum in quodam rure, ſeu grangia dependente ex illa parochia principali; quamvis à tempore immemoriali ipſe Sacerdos, cui ſalarium Epiſcopus adjudicavit, nullo tamen ſibi ſoluto ſalario, deſervire ſolitus eſſet.

Tertia, quo remedio Parochus hic principalis ſibi conſulere poſſit adverſus proceſſuras, & ordinationes Domini Epiſcopi.

Ad primam quæſtionem ſupponendum eſt, quod aliàs *anno* 1259. *& 15. Kalendas Auguſti*, facta fuit quædam tranſactio, & ad hæc uſque tempora continuò, & ſine controverſia obſervata, cui authoritatem interpoſuit Epiſcopus loci Ordinarius, nec non Archiepiſcopus Metropolitanus, per quam pro utilitate dictæ Eccleſiæ principalis ſibi bene cognita (quæ quidem Eccleſia erat Pleocratus regularis, & curatus) eidem Eccleſiæ regulari adjudicatur alia Eccleſia, cum ſuis decimationibus & prædiis in tranſactione deſignatis, cum onere tamen curæ animarum in illa Eccleſia annexa. Quibus ſic ſtantibus, reſultat vera quæſtionis reſolutio, nempe proviſiones & collationem hujuſcopi de beneficio annexo ſeparatim factas; vitio nullitatis laborare. † Quia licèt de jure permiſſum ſit Epiſcopis beneficia ad invicem unire cum juſta, & rationabili cauſa, *cap. ſicut unire, de exceſſ. Prælat. cap. expoſuiſti, & ibi* DD. *de prabend. cap. paſtoralis, c. conſultationibus, de donat. Clem. 1. de hac, de ſtat. monachor.* Garcia *de benefic. p. 12. c. 1. num. 63.* † Dictáque unionis validitas in dubium revocari non poſſit, tam ob tanti temporis intervallum, quo fuit obſervata; quàm ob enunciationem cognitionis cauſæ in ea narratam, ex quibus junctis integra validitatis probatio reſultat: Lor. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 28. n. 164.* Burat. *deciſ. 71. num. 6. & 7.*

Quamvis etiam Epiſcopus ſicut unire ex cauſa beneficia poteſt, ita & unionem jam factam diſſolvere & revocare, ut per Garc. *dicta part. 12. cap. 3. num. 301. & 302.* Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. lib. 3. c. 16. num. ultimo.*

Illa tamen unionis revocatio fieri non poteſt, niſi adhibita cauſæ cognitione, juſtáque & legitima de cauſa, & vocata parte: Gloſſ. *in Clement. finali, verbo, vacabat, de reb. Eccleſ. non alienand.* Petr. de Perufio *in tractat. de revocat. unionis cap. 3. & ſequentibus*, Rebuff. *in praxi, titul. de unionis revocat. num. 13.* Garc. *dicta part. 12. cap. 3. num. 307.* Cùm itaque Epiſcopus contulerit beneficium unitum, & annexum curæ Eccleſiæ principalis, gravamen intulit per talem collationem factam uti de beneficio ſeparato, quod non poterat ſeparare, neque ſeparatim conferre, non præcedente decreto revocationis unionis; pro cujus validitate neceſſaria erat citatio Rectoris dictæ Eccleſiæ principalis. † Quamvis enim in unione facienda,

facienda, non sit necessaria vocatio Rectoris, seu possessoris beneficii; aut si vacet, defensoris illius, sed eis minimè citatis, possit Episcopus procedere ad unionem, ut decidit *in clement. 2. de reb. Eccles. non alienand.* Cochier *ad regul. Cancell. 22. n. 28.* quos sequitur Barbos. *de jur. Eccles. lib. 3. c. 16. n. 41.* Tamen quando agitur de dissolutione unionis, omnino Rector citandus est; aliàs revocatio non valet: Barbos. *de jur. Eccles. univers. d. lib. 3. c. 16. num. ultim.* Gars. & Rebuff. *locis supra citatis, decis. 229.* aliàs *decis. unica de reb. Eccles. non alienand. in novis,* post Ioan. Andr. *in Clement. si una, de reb. Eccles. non alienand.* ubi reddit rationem differentiæ, quam etiam ponunt *ibid.* alii DD. & nominatim Ioan. de Imol. *num. 22. versic. vel dici potest tertiò.* Quia cùm non possit unio fieri sine causa, dum agitur de ea dissolvenda, expedit Ecclesiæ habere defensorem qui unionem defendat, & dissolutionem impediat; cùm agatur de dissolutione juris jam quæ-
6 siti: † sed in unione facienda nullum sit præjudicium juri quæsito per Rectorem, quia ejus jura semper præservantur; cùm unio non fiat nisi postquam beneficium vacaverit ob cessum, vel decessum Rectoris possidentis: Rot. *decis. 614. num. 54. & 55. part. 4. recent. tom. 3.* Gars. *de benefic. p. 12. c. 2. n. 214.*
7 † Immò potest Rector non obstante unione, resignare beneficium suum in favorem tertii coram Papa; quia tunc unio suspenditur durante vita resignatarii, prout nuper consulebam in quadam causa Canonicatus Ecclesiæ Auraicensis, propter clausulas in simili casu apponi solitas, per quas suspenduntur omnes uniones: & tunc non fit præjudicium Ecclesiæ, ad cujus utilitatem facta fuit unio; quia fieri potest ut resignatarius præmoriatur resignanti: Addent. *ad decis. Ludovis. 159. n. 9.* Cùm igitur ad dissolutionem unionis, Episcopus non vocato Rectore processerit, nulliter processit, & Rectorem beneficii gravavit.

8 Sed & hoc considerandum est, quod collatio beneficii, quod non erat vacans, sustineri non potest: Rebuff. *in praxi, tit. Requisita ad collationem bonam,*
9 *n. 48.* † atqui beneficium unitum non dicitur vacare: Ludovis. *decis. 419. n. 2.* Et nihil tam repugnat unioni, quàm status collativus. Idem *decis. 77. n. 1. & decis. 112. num. 3.* & *ibi* Addent. *n. 5. versic. hinc etiam sequitur.* Itaque concludendum est in hoc primo capite, collationem Episcopi non subsistere.

10 Ad secundum dubium respondetur, quod si iste Sacerdos, qui fecit servitium in certis grangiis existentibus intra parochiam dicti Parochi principalis, fecit id, ad quod Parochus ipse tenebatur, & sic utiliter gessit; decretum Episcopi licèt quoad modum procedendi, non citata parte, esset nullum; tamen in substantia erit justum: quia cùm utiliter gesserit, competit illi actio negotiorum gestorum: si verò ad tale servitium Parochus principalis non tenearur, & sic iste qui fecit servitium, nihil utiliter pro Parocho gessit, nihil Parochus illi præstare debet, *l. si pupilli, §. item quæritur, & ibi* Gloss. & DD. *ff. de negot. gest. l. sed an ultrò, §. is autem, ff. eodem tit.* naturalis enim & civilis ratio suadet, alienam quidem conditionem meliorem, etiam ignorantis, & inviti facere nos posse, deteriorem non posse: *l. solvendo, ff. eod. tit.*

In facto tamen duo proponebantur, quæ decretum Episcopi injustum esse probant. *Primum* quidem, quia Sacerdos iste, cui salarium fuerat adjudicatum, à tempore immemoriali, ejusque in beneficio antecessores soliti erant deservire, & Missas nullo petito, aut soluto sibi salario celebrare. *Secundum,* quod ista adjudicatio salarii taxati ad centum libras, fuit adjudicata eidem Sacerdoti, non contemplatione servitii personalis, sed contemplatione sui beneficii; ita ut si decretum subsisteret, summa taxata ad centum libras pro hujusmodi servitio, tam ipsi, quàm post illum ejus successoribus in illo beneficio in futurum solvenda esset, adeo ut per tale decretum reditus Curiæ principalis diminuti fuerint, & ad aliud beneficium separatum translati.

Quod attinet ad primam rationem, verum est 11
quod probata consuetudine immemoriali faciendi servitium in illa parochia principali, per eos, qui aliam Curam, seu beneficium possederunt, gravamen resultabit ex decreto Episcopi, quia ex illa tanti temporis omnem hominum memoriam excedentis præstatione, oritur præsumptio tituli habilis ad cogendum possessorem alterius beneficii, ad inserviendum dictis grangiis sine ullo salario, prout per tantum tempus fuerat observatum, adeo ut sufficiat hoc casu allegare titulum, seu præscriptionis, seu privilegii, seu transactionis, aut alium benevisum, quem sufficit allegare, licèt non probetur; quia hæc est vis possessionis immemorialis. Rot. *decis. 11. n. 2. 3. & 4. part. 2. recent.* Idque non tam jure præscriptionis, quàm ex justitia possessionis resultante ob lapsum tanti temporis: Louet *littera C, n. 2. post principium,* † ubi loquitur de præ- 12
scriptione centenaria, quæ immemoriali minor est; Idem de immemoriali tradit Rot. *decis. 673. n. 4. part. 1. recent.* Burat. *decis. 673. n. 5.* & est indubitata conclusio.

Neque potest dici, quod tale servitium factum 13
fuerit ex mera voluntate, & jure facultatis: tum quia facultativi actus qualitas excluditur ex verisimilitudine tituli cogentis illum Sacerdotem ad præstationem illius servitii, quia percipiebat decimas satis pingues in illomet territorio, quamvis existeret intra parochiam diversam; excluditur autem facultativus actus, quando adest verisimilis titulus: Rot. *decis. 400. n. 4. in fine, part. 4. recent.* Addent. ad Ludovis. *decis. 162. n. 16. versic. primò sciendum est.*

Tum etiam, quia non censetur actum jure facul- 14
tatis, quod per tempus immemoriale continuatum est: Add. ad Ludovis. *dicta decis. 162. n. 16. versic. Secundò,* Post. *de manutent. observat. 53. n. 18.*

Neque est inconveniens, quod unus curam ani- 15
matum in aliquo loco seu parochia exerceat, & alius in illo loco Parochus existat, ut per Rotam *decis. 153. num. 2. & 3. part. 2. recent.* quia non omnis qui habet curam animarum, propterea censendus est Parochus. Rot. *decis. 147. num. 3. part. 2. recent.*

Cùm igitur constet ex supradictis, Parochum 16
gravari per decretum Episcopi, ex primo fundamento: deveniendo ad secundum, constat etiam de gravamine ex eo, quod per hujusmodi decretum facta fuit reditum Ecclesiæ diminutio, & dismembratio reditum beneficii, adjudicando alteri Parocho summam centum librarum annuam, capiendam ex reditibus primi Parochi; cùm non solùm beneficii divisio prohibita sit, † quan- 17
do videlicet ipse titulus beneficii dividitur, & ex uno fiunt duo beneficia; sed etiam quando remanente titulo, reditus unius beneficii ab eo auferuntur, & alteri adjudicantur: hæc enim duo ita distinguit Gars. *de benefic. part. 12. cap. 2. num. 4. & cap. 4. num. 1.* † Quæ dismembratio fieri non

potuit, niſi ſubſiſtente legitima cauſa, & cum ſolemnitatibus requiſitis, Rot. *deciſ. 6. num. 1. & ſeqq. p. 7. recent.* videlicet propter neceſſitatem aut utilitatem Eccleſiæ: quod cùm factum non fuerit, conſtat de gravamine per Epiſcopum illato: Rot. *deciſ. 68. n. 9. part. 7 recent.* Et ex his reſoluta etiam manet ſecunda dubitatio.

Ad tertiam quæſtionem Reſpondetur, poſſe Parochum à dictis proviſionibus, & decreto appellare à die notitiæ; quæ appellatio ſuſpendet executionem, attenta injuſtitia dictarum proviſionum, & decreti.

CAPVT CLVII.

Copioſiùs explicantur tradita ſuperiùs *cap. 32. part. 1.* & oſtenditur ex quibus juſpatronatus familiare, vel hæreditarium diſcernatur: Et quæ verba ſint apta, ut ex eis inducatur juſpatronatus hæreditarium, aut mixtum ex hæreditario & familiari. Quibus modis fiat computatio vocum in gentilitio, vel mixto ex utroque. Et utrum filius repræſentet perſonam patris in tranſverſalibus, an verò proximior excludat remotiorem: & quæ proximitas attendi debeat. Quomodo ſuccedatur extincta familia, & utrum deficiente una linea tranſeat ad aliam, vel ad hæredes extraneos. Et quid poſſit obſervantia ad mutandam naturam juriſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *In dubio juſpatronatus præſumitur potius hæreditarium quàm gentilitium.*

2 *Quando fundator reſervavit juſpatronatus pro ſuis omnibus præſentibus, & ex proprio ſuorum corpore deſcendentibus, eſt familiare, & in eo ſucceditur in capita.*

3 *Si fundator ſingulis de familia jus reſervavit diſtributivè, tunc multò magis ſuccedunt in capita.*

4 *Plures hæredes ſuccedunt in ſtirpes in hæreditario, quod ſecus eſt in gentilitio.*

5 *Si nominati fuerint quinque patroni, quilibet ex illis conſtituit unam vocem; & vox trium, ſeu deſcendentium ex tribus, prævalet voci deſcendentium ex duobus, quamvis eſſent plures numero.*

6 *Quoad patronos primi gradus, inutile eſt quærere utrùm juſpatronatus ſit gentilitium, vel hæreditarium.*

7 *Explicatur doctrina Gratiani* cap. 521. num. 13. *& infrà* num. 11.

8 *Explicantur tradita ſuprà*, cap. 32. n. 14. & 19. *& oſtenditur qualiter in certis caſibus in jurepatronatus hæreditario, vel mixto, ſuccedatur in capita.*

9 *Plures hæredes unius patroni ſuccedunt in capita, ſi ſint hæredes immediati.*

10 *In jurepatronatus recurrendum ſemper eſt ad primas voces.*

11 *In hæreditario proximior in gradu excludit remotiorem.*

12 *Nepos ſuccedit repræſentativè cum patruo in jurepatronatus.*

13 *Repræſentatio ceſſat in collateralibus ulterioris gradus, in jurepatronatus.*

14 *Quando diſpoſitio locum habuit in filiis, non extenditur ad nepotes, niſi in contrarium adſint conjecturæ, vel repugnent verba teſtamenti, dum agitur de ſucceſſione juriſpatronatus.*

15 *Reſervato jurepatronatus pro ſucceſſoribus, reſultat jus hæreditarium, & ſucceditur jure hæreditario in ſtirpes, ſicut & in mixto.*

16 *Idem dicendum eſt, ſi reſervatio fuerit ſimpliciter facta pro ſucceſſoribus, vel pro hæredibus & ſucceſſoribus, etiam cum dictione* in perpetuum, *ut ibid.* num. 18.

17 *Si dictio* deſcendentes, *juncta ſit cum dictione* ſucceſſores, *juſpatronatus eſt mixtum.*

18 *Vocatis deſcendentibus per lineam maſculinam, vel ſi fundator loquutus fuerit de deſcendentibus ex genere ſuo, vel conſanguineis, vel de parentibus ſuis, vel de conjunctis, utrùm juſpatronatus ſit familiare.*

19 *Vocatis proximioribus, proximitas conſideratur reſpectu ultimi poſſeſſoris.*

20 *Si juſpatronatus fuerit ſimpliciter reſervatum deſcendentibus, eſt gentilitium; ſed finita familia fit hæreditarium.*

21 *Fundatione facta in favorem ſeniorum, ſola ætatis majoritas attenditur.*

22 *Familia tam effectiva, quàm contentiva, cenſetur vocata in jurepatronatus.*

Fallit ut n. 25. *ſi adſint dictiones reſtrictivæ.*

Et quid ſi vocata fuerit linea, n. 26.

23 *Mortuo ſeniore vocato, jus tranſit ad alium ſimilem, quamvis ſit ex alia linea.*

24 *Extincta familia, juſpatronatus tranſit ad hæredes extraneos.*

25 *Filiorum appellatione, quando veniant nepotes, in jurepatronatus.*

26 *Clauſula* pro filiis & deſcendentibus, *an faciat juſpatronatus mixtum: & explicatur deciſio Rotæ 350.* poſt conſil. *Farinac.*

27 *Reprobatur ſententia Lambertini, volentis juſpatronatus ſibi & ſuis filiis maſculis reſervatum, poſſe transferri in extraneos.*

28 *Mentio* maſculorum *reſpicit potiùs ſexum, quàm agnationem.*

29 *Virum fœminæ, ſtantibus maſculis, admittenda ſit ad juſpatronatus, pendet ex verbis fundationis. Quid ſi mentio* maſculorum *facta ſit taxativè.* num. 34.

30 *Maſculis taxativè vocatis, utrùm hæredes extranei ſuccedant deficientibus maſculis; an ſuccedat Eccleſia acquirat libertatem.*

31 *Stante ſtatuto excluſivo fœminarum, mulieres non admittuntur ad juſpatronatus, niſi deficientibus maſculis.*

32 *Vocata linea, utrùm ſi illa deficiat, admittantur hæredes ultimi poſſeſſoris, & an tranſeat de una linea ad aliam juſpatronatus.*

33 *Virum juſpatronatus poſſit eſſe hæreditarium quoad unum, & agnatitium quoad alium, & explicantur contrariæ deciſiones.*

34 *In fideicommiſſis agnatitiis, deficiente una linea, admittitur alia: idem in jurepatronatus, niſi vocatio ſit reſtricta ad certam lineam.*

35 *Si ex duobus patronis unus ſit nominatus nomine proprio, & alii collectivo, iſti pro una tantùm voce reputantur.*

36 *Obſervantia multùm poteſt, ad dignoſcendum utrùm*

utrium juspatronatus sit gentilitium, & hæreditarium.

42 *Juspatronatus tale præsumitur constitutum ab initio, quale fuit observatum per longum tempus.*

43 *In dubio prævalet observantia juris patronatus hæreditarii.*

44 *Ex quibus inferatur qualitas hæreditaria juris patronatus.*

45 *Observantia juris patronatus derogat fundationi, vel testamento contrario.*

46 *Qui habet majorem partem unius vocis Patronorum, instituendus est perinde ac si haberet integram vocem.*

47 *Patronus, qui promisit cum juramento alium non nominare, non potest cumulativè alium præsentare.*

48 *Admissio novæ præsentationis per collatorem, qui ignoravit præcedentem promissionem juratam de non nominando alium, non suffragatur.*

49 *Qualitas* Sacerdotis *debet intervenire tempore præsentationis, si verba fundationis ad illud tempus referantur.*

50 *Quando fundator vult quod præsentetur Sacerdos, requiritur sacerdotium actu.*

51 *Si fundator mãdaverit præsentari Capellanum, qui Missas celebret, non requiritur sacerdotium actu.*

52 *Clausula* Dummodò alteri non sit jus quæsitum, *non suffragatur illi, qui non habet qualitates in fundatione requisitas.*

53 *Illa clausula non suffragatur illi, qui non fuit præsentatus à medietate patronorum.*

54 *Qui non habet parem titulum, non est legitimus contradictor adversus provisum Apostolicum.*

55 *Simonia non probatur per verba curialia, & affectionem denotantia.*

56 *Executio litterarum Apostolicarum non debet retardari, nisi per exceptiones.*

57 *Præsentatus à majori parte patronorum, omninò instituendus est.*

58 *Præsentatus qui falsò narravit Papæ se habere medietatem vocum, non est instituendus.*

59 *Præscriptio inducitur inter compatronos spatio quadraginta annorum.*

60 *Legatarius potest præsentare antequam juspatronatus fuerit confirmatum ab Ordinario favore ultimæ voluntatis.*

61 *Præsentatio facta ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi, vel illius hæredibus, est valida.*

62 *Hæredes Patroni, eo ipso quod præsentarunt, censentur illius hæreditatem adivisse.*

63 *Hæreditas semel adita non potest repudiari, quia semel hæres semper est hæres.*

64 *Administratores operis pii non possunt repudiare hæreditatem semel aditam, sine solemnitatibus requisitis.*

65 *Major pars Capituli attenditur habito respectu ad præsentes, non autem ad absentes, ac omnes de Capitulo.*

66 *Absentes à Capitulo, qui non sunt vocati, possunt dare de contemptu: valet tamen præsentatio facta à præsentibus.*

67 *Consuetudo non vocandi absentes de Capitulo attendenda est.*

68 *Juspatronatus Gentilitium post defectum lineæ efficitur hæreditarium.*

69 *Qui plura habet patronorũ suffragia instituẽdus est.*

70 *Derogatio juris patronatus pro medietate ita computari debet, ut habeatur ratio vocis illius qui renunciavit, aut transtulit hæreditatem jam aditam, nisi facta fuerit in renunciatione, seu cessione hæreditatis specialis mentio juris patronatus.*

71 *Cessio juris patronatus non est valida, nisi intervenial consensus Ordinarii.*

72 *Confessio cessionarii hæreditatis, asserentis cedentem esse Patronum, illi præjudicat.*

73 *Ex mandato, quod non fuit acceptatum, neque in actis deductum, nulla potest deduci observantia.*

74 *Ex præsentatione aliorum patronorum censentur reservata jura compatroni.*

75 *Juspatronatus nominibus propriis assignatum, cuilibet ex nominatis acquiritur pro virili, seu æqualiter.*

76 *Ex incremento personarum descendentium non augetur numerus vocum, quia inter hæredes primò vocatorum successio devolvitur in stirpes, non in capita, quando juspatronatus est hæreditarium.*

77 *Qui habet medietatem vocum cum derogatione Apostolica, instituendus est.*

78 *Qui primò obtinuit gratiam derogationis juris patronatus pro medietate, non est instituendus, si ejus gratia non justificatur.*

VAlde practicabilis est controversia de successione in jurepatronatus, quomodo debeant computari voces patronorum, quando diversi concurrunt in præsentatione facienda: circa quam, quia materia est utilis, variæ considerationes adhibendæ sunt.

In primis supponendo, quod in dubio omne juspatronatus potiùs præsumitur hæreditarium, quod ad quoscumque hæredes etiam extraneos defertur; quàm gentilitium, seu familiare, quod non transit ad extraneos hæredes, sed solùm ad hæredes sanguinis, aut alios existentes de familia: ut probavimus *p. 1. quæst. benefic. c. 32. n. 3.* Quæritur ex quibus dignoscatur qualitas juris patronatus hæreditarii, vel familiaris.

Primò igitur observandum est, jus familiaris, seu gentilitii patronatus produci quando fundator illud reservavit *pro suis omnibus præsentibus, & ex proprio suorum genere descendentibus*: & ideo sub tali verborum conceptione omnes descendentes admitti ad præsentandum in capita, cùm in hæreditario succedatur in stirpes: ut determinavit Rot. *in decisione inserta* apud Vivian. *de jur. patron. lib. 4. c. 1. post n. 71.* 1

Quod multò magis locum habet, quando testator utitur aliquo verbo denotante, quod omnes illi qui sunt de una stirpe, singulariter sint patroni, tunc enim non habebuntur pro uno, sed succedent in capita: veluti si fundator utatur verbo distributivo, *quilibet*, vel alio simili: juxta *consil.* Anchar. 355. *In primo dubio*, Gratian. *discept. forens. c. 521. n. 15.* 2

Sed si simpliciter plures hæredes succedant alicui patrono in patronatu hæreditario, computatio fiet in stirpes, & plures habebuntur loco unius: ut concludit Gratian. *d. c. 521. n. 60.* Quod intellige prout *infrà* melius explicatur, maximè *n. 9.* 3

In gentilitio autem si vocati fuerint proximiores, illi succedunt, & vocem habent in capita; nec habetur consideratio stirpis. Rot. *decis. 481. n. 2. p. 1. recent. & decis. 47. p. 4. recent. tom. 2. n. 3. & 4.* quæ decisio in hoc capite non fuit revocata, sed in certis tantùm capitibus.

Sed si nominati fuerint plures patroni, exempli gratia, quinque; & descendentes ex tribus de quinque unum præsentaverint, descendentes verò ex duobus aliis de quinque patronis, alium præsentaverint, præferendus erit præsentatus per descendentes ex tribus; quamvis alii descendentes ex duobus essent numero plures. Ratio est, quia descen- 4

dentes ex tribus conſtituunt tres voces, quamvis ſint in minori numero; deſcendentes verò ex duobus, quamvis eſſent mille, faciunt tantùm duas voces: juxta notata *in Clement. plures, de jure patron. & deciſ.275. num.3. part.7. recent. & deciſ.2. num.9. & 10. eadem part.7.* quæ deciſio declaratur apud Vivian. *deciſ.139. n.16.* ab ea tamen non receditur in capite præſentis concluſionis.

6 Et quamvis aliàs inquirendum ſit, utrùm jus patronatus ſit hæreditarium, vel familiare: tamen quoad illos primos quinque vocatos indagatio illa inutilis eſt; quia illi quinque, ſive agatur de jure patronatus gentilitio, ſive hæreditario, ſive mixto ex utroque, admittuntur in capita: deſcendentes verò ab eis admittuntur in ſtirpes: Rot. *deciſ.2. n.8. part.7. recentior.*

7 Notandum etiam eſt, quod licèt Gratian. *dicto cap.521. num.13. & ſequent.* videatur reſtringere vocationem per capita, etiam in gentilitio, ad caſum quo diſtributivè deſcendentes, vel collaterales vo-
8 cati ſunt: & quamquam † nos etiam *dicto cap.32. num.19. part.1.* dixerimus in jurepatronatus, quod ex hæreditario & familiari mixtum eſt, computationem fieri in capita, & non in ſtirpes; tamen & doctrina Gratiani vera eſt, ut propter verba diſtributiva ſuccedatur in capita, & id quod *illo loco* diximus, veriſſimum etiam eſt in ſuo caſu, & eo modo quo antea dictum fuerat *in eod. cap.32. num.14.* ut etiam in mixto computatio vocum fiat in capita, & non per ſtirpes, quando hæredes ex familia vocati ſunt, tanquam unum corpus & collegialiter, veluti in caſu mox propoſito, illi quinque primò vocati admittuntur in capita, deſcendentes verò ab eis in ſtirpes, ut dicit Rot. *dicta deciſ.2. n.8. p.7. recent.*

9 Vel ſi ageretur de unico patrono, tunc illius hæredes immediati, ſinguli haberent unam vocem, & ſic ſuccederent in capita, & non in ſtirpes; ſed illorum filii & hæredes ſuccedunt in ſtirpes, ita ut hoc caſu voces ſic computari debeant, ut pro qualibet ſtirpe una vox computetur, non habita ratione majoris, vel minoris numeri cujuſlibet ſtirpis, ut explicat Vivian. *de jurepatronat. lib.12. cap.8. n.7.* Gabriel *conſ.196. num.3. & 5. lib.2.* & ea ratione intelligenda ſunt quæ diximus *dicto cap.32. n.19.* & quæ tradit Burat. *deciſ.647. num.10. & 679. num.8.*

10 Recurrendum eſt igitur in hac materia ſemper ad primas voces, ut ſciatur quomodo alii ſuccedere debeant: Lambertin. *de jurepatronat. lib.1. part.2. quæſt.1. princip. artic.25. num.18.* Cavalcan. *deciſ.32. num.2. part.5.* Antonin. de Amat. *lib.1. reſolut.108. num.50.*

11 Doctrina verò Gratiani, qui videtur requirere, quod fundator uſus fuerit verbis diſtributivis, ut voces computentur per capita, locum habere poteſt in jurepatronatus hæreditario; ſecus eſt in familiari, quia in dubio illud comperit patronis de familia uti ſingulis, & ideo quilibet poteſt ſeparatim præſentare, nec opus eſt ut inſimul conveniant, & præſentatio fit per capita, adeo ut voces majoris partis prævaleant, ut ipſemet Gratianus teſtatur *dicta diſcept.521. n.45. & 46.*

12 Eſt tamen verum, quod ſi concurrant deſcendentes diſpares gradibus, in jure patronatus non hæreditario, qui proximior eſt in gradu, remotioribus præferendus ſit: juxta textum *in l. cùm ita, §. in fideicommiſſo. ff. de legat.2.* juxta Gabriel. *conſ.196. n.3. lib.2.* Rot. *deciſ.288. n.9.* Franciſc. Marc. *deciſ.1135. n.4. p.1.* Merlin. *deciſ.798. num.21.* & ſemper hoc caſu proximiores remotioribus præferuntur: Rot. apud Vivian. *lib.4. cap.9. in ſecunda deciſ. Pientina Juriſpatronatus, 10. Julii 1602. coram Litta, verſic. ſed non ad omnes ſimul.*

Quod intelligendum eſt, ſalva repræſentatione; 13
quia quando agitur de filio fratris præmortui concurrente cum patruo, tunc nepos in hujuſmodi ſucceſſione juriſpatronatus, repræſentat perſonam patris, & illius locum ingreditur: ut probat Gratian. *diſcept. forenſ. d. cap.521. num.16.* † quæ tamen 14
repræſentatio locum non habet in tranſverſalibus ulterioris gradus, nec illo caſu nepotes continentur appellatione *filiorum*, ex proprietate ſermonis, niſi alia verba concurrant, ex quibus colligatur habuiſſe rationem agnationis, & conſervationis juriſpatronatus in familia: quam quæſtionem in aliis terminis optimè declarat Rot. *deciſ.279. per totam. part.6. recent.* Merlin. *deciſ.460.* Rot. *dec.473. num.16. part.4. recent. tom.2.* † ubi quod quando 15
diſpoſitio fuit ſortita effectum in filiis, non extenditur ulterius ad nepotes, maximè ſi filii proprio nominibus ſint vocati, & non adſint aliqua verba tractum temporis inducentia, ut dicitur *ibid. n.21. & 30.* ita ut totum dependeat ex verbis teſtamenti, & interpretatione voluntatis teſtatoris, ſeu fundatoris.

Secundo loco conſiderandum eſt, quod ſi funda- 16
tor ordinavit juſpatronatus pertinere *ad ſe, & ſuos omnes præſentes, & ſucceſſores*, ſub tali verborum conceptione continetur juſpatronatus hæreditarium, ſeu mixtum; etiamſi dictio *ſuos*, juncta fuerit per copulam *&*, cum dictione *ſucceſſores*; cùm communis opinio Barroli ſit communiter reproba, ut teſtatur Seraphin. *deciſ.603. num.5.* & apud Marchet. *part.2. fol.506. num.11.* & in terminis juriſpatronatus, Patriſ. *conſ.48. num.8. in fine*, junctis *num.10. lib.4.* Ex quo duo reſultant effectus. *Primus* eſt, 17
quod in eo nemo ſuccedit, niſi ſit hæres bonorum, nec admittitur hæres ſanguinis, niſi ſimul ſuccedat in bonis hæreditatis. *Secundus* effectus eſt, 18
quod ſucceſſio hoc caſu fit in ſtirpes, ſicut regulariter fieri debet in jurepatronatus hæreditario, vel etiam in mixto; hoc eſt, partim hæreditario, partim gentilitio, ut deciſum fuit apud Burat. *deciſ.647. & 679.* intelligendo tamen prout ſuperiùs dictum eſt, *numero 7.* & ſuprà, *capite 32. numero 14.* ad 19
quem numerum referenda ſunt dicta *in eod. cap. num. 19.*

Similiter ſi fundator reſervaverit juſpatronatus 20
pro filiis, hæredibus & ſucceſſoribus, erit hæreditarium, vel mixtum: Merlin. *deciſ.94. n.3. verſic. non etiam ex inſtrumento*, & *num.4.* poſt Rot. in *recent. deciſ.707. n.6. & 10. p.1.*

Idem dicendum eſt, ſi juſpatronatus fuerit reſer- 21
vatum ſimpliciter *pro ſucceſſoribus*: cùm appellatione *ſucceſſorum* in materia de ſui natura tranſitoria ad hæredes extraneos, quale eſt juſpatronatus, veniant quicumque hæredes: Alexander *conſ.193. num.1. lib.2.* Menoch. *conſ.680. numero 19.* Rot. *deciſ.307. numero 7. part.6. recent.* maximè ſtante dictione 22
perpetuum, prout Rota conſideravit *dicta deciſ.207. numero 8.* ubi ſubditur *numero 9.* hoc in caſu donatarium univerſalem eſſe loco hæredis: ut ibid. *num.11. & 12.*

Quando autem dictio *deſcendentes*, juncta eſt 23
cum dictione *ſucceſſores*, ſine copula *&*, tunc multò magis juſpatronatus dicitur mixtum ex gentilitio & hæreditario, & in eo ſuccedere volentes debent habere utramque qualitatem, nempe quod ſint deſcendentes, & ſimul hæredes bonorum: Burat. *dicta deciſ.679.*

decis.679. num.5. Cavendum igitur est à decisione Rotæ Romanæ 47.*n.5.& sequent.p.4.recent. tom.2.* Vbi fuit decisum sub hoc themate orti jusпatronatus gentilium, & succedi in capita, etiamsi descendentes non essent hæredes bonorum: quia illa decisio fuit revocata *d.decis.647.& 679* apud Burat. Est ergo verè tale jusпatronatus mixtum ex gentilitio & hæreditatio.

20 Tertiò considerandum est, quid statuendum sit quando fundator vocavit ad jus patronatus descendentes per lineam masculinam: in quo articulo aliàs Rota censuit, tale jusпatronatus non esse gentilitium, cùm in eo fundator nullum habuerit respectum ad agnationem, ut *in decis.275.n.6. & 280. num.8.part.7.recent.* quia loquendo de descendentibus per lineam masculinam, habuit potiùs respectum ad sexum, quàm ad agnationem. Quam tamen resolutionem explicatione indigere existimo: quia etiamsi jusпatronatus non sit agnatitium, non tamen ex eo infertur esse hæreditarium. Datur enim medium inter agnatitium, & hæreditarium; quia sæpe fundatores ad solam descendentiam respectum habent, quæ tam mares, quàm fœminas comprehendit, etiam in hac materia; ita ut promiscuè fœminæ cum masculis admittantur, salva gradus prærogativa; quamvis fœminæ non sint hæredes. Exempli gratia, si jusпatronatus reservatum fuerit *fundatori, & posteris ipsius*; idem si reservatum fuerit *illis, & existentibus de genere suo*, ut per Cassador. *decis.1.de jurepatronatus, num.1. & 3.* Lotter. *de re beneficiaria, lib.2.quæst.11.num.78.* quo casu masculus descendens ex fœmina in eo succedit: quia descendens ex fœmina dicitur de genere fundatoris. Rot. *decis.282.num.1.part.1.diversorum*, vel si vocati fuerint consanguinei, Lotter *ibid.num.70.* vel si reservatio facta fuerit pro conjunctis. Idem *n.74.* vel parentibus, quia non intelligitur de ascendentibus, sed sumitur pro agnatione & familia fundatoris: Rimin.jun. *consil.308. n2. vol.1.* Peregrin. *de fideicom. artic. 22. num. 31.* maximè in Gallico idiomate, Tiraquell. *de retract.conjunctur.§.1.gloss.8. num.1.* maximè si facta fuerit mentio perpetuitatis, idque propter implicitum tractum temporis, ad notata in *l.cùm ita, §. in fideicommisso*, & *ibi* DD. maximè Cumanus.

21 Idem dicendum est, si reservatio fuerit facta *pro proximis*: Lotter. *dicta quæst.2.num.75.* quo casu proximitas consideratur in ista materia, non respectu ultimi possessoris, ut per Lotter. *dicto lib. 2. q.21.num.89.* ubi plures super hoc decisiones allegat, & nominatim Rot. *decis.72.num.3.part.2.diversor, & decis.681.n.2.part.2.recent.* Antonin. de Amat,

22 *lib.1.resolut.10.num.24.* † Quod si jusпatronatus simpliciter *descendentibus* reservatum sit sine alia restrictione, Rota gentilitium nominavit, ut in *dec. 41.num.19*, apud Vivian. Quod intelligendum est durante descendentia; nam illa finita sit hæreditarium, nisi fundator de descendentibus taxativè loquutus fuerit, ut dicitur *dicta n.19.* post Seraphin. *decis.364.* & inferiùs declarabitur *n.34.*

23 Quattò si fundator *seniorem de familia*, vel *de domo*, ad jusпatronatus vocaverit, non est consideranda proximitas respectu fundatoris, sed sola ætatis prærogativa: adeo ut ille qui tempore vacationis, seu præsentationis erit ætate major, præferendus sit in præsentatione omnibus aliis, quamvis essent proximiores fundatoris; quia hoc casu sola ætatis prærogativa attenditur, nulla habita ratione proximitatis, dummodo is, qui sic præferri, vel præsentare desiderat, sit de domo seu de familia. Grat. *discept.forens.cap.645.num.7.* & 8. Vivian. de jurepatronatus *lib.4.c.9.n.54.& 55.* Lotter. *dicto lib.2. quæst.11.*

Et cum duplex sit familia; una effective, quæ solos comprehendit descendentes: alia contentiva, quæ extenditur ad collaterales, sufficit quod talis senior sit de familia contentiva, adeo ut ille qui ætate major est ex linea collaterali excludat juniorem de linea descensiva. Gtat. *dicto cap. 645. n.2. & 3.* Quod intellige nisi ex conjecturis, vel ex verbis fundationis constet de contraria mente fundatoris, † veluti si vocasset descendentes *ex sua familia*, vel *ex familia ipsius testatoris*: Gratian. *ibid. n.5.* quod copiosè explicat Lotter. *dicta quæst.11. numero 54. & 57.* 24 25

Quod si testator, seu fundator usus fuerit verbo *de linea*, nisi aliæ concurrant conjecturæ, jusпatronatus transit etiam ad lineã contentivã, ut idem explicat *dicta quæst.11.num.57. & sequent.* Excipio casum, de quo infrà, *num.36. in fine.* † Et hoc casu, 26 27 si testator seniorem vocaverit, mortuo illo seniori non devolvetur jusпatronatus ad ejus descendentes, aut proximiores, sed alium seniorem; quamvis non sit de illa linea ultimo loco defuncti, qui dum viveret senior erat: Gratian. *discept.forens.cap. 218.num.83.* Vivian. *de jure patronat. lib.4. cap.9. num.15.* nec extinguitur effectus vocationis factæ de seniore, seu antiquiore domus, vel duobus anquioribus; sed illo, vel illis vita functis devolvitur ad alios jusпatronatus, quandiu durat familia, qui etunt habiles secundùm voluntatem fundatoris. Ancharran. *cons.27. num.6.* & post eum Gratian. *d.cap.645.num.8.& 9.* † Extincta autem familia, Ecclesia non acquirit libertatem, sed jusпatronatus devolvitur ad hæredes extraneos, nisi fundator dispositionem suam restrinxisset ad familiam taxativè. Gratian. *ibi, numero 10.* Seraphin. *dicta decis. 364.* † veluti si fundator vocasset *filios suiipsius fundatoris*, vel *filios alterius nominati nomine proprio*; 28 29 nunc enim vocatio esset restricta ad filios, nec extenderetur ad nepotes, nisi adjecta fuisset clausula *in perpetuum*, quæ faceret ut mentio *filiorum* extenderetur ad nepotes, & pronepotes, & omnes in futurum descendentes; nec in primo gradu succesſio perimeretur, quia hoc esset de directo contra intentionem fundatoris, qui perpetuitatem considerare voluit. Gratian. *discept. forens.cap.648.n.14.& 15.*

Quintò, si jusпatronatus reservatum fuerit *pro filiis & descendentibus*, dubium est utrum volenti præsentare sufficiet, quod probet se esse de descendentibus, an verò teneatur etiam probare, quod sit hæres & successor bonorum? In hac quæstione Gratian. *cap. 577. num.45.* & ante eum Peregrin. *consil.33.num.9.lib.1.* voluit hanc dispositionem intelligi debere de filiis & descendentibus, qui sint hæredes bonorum, quia cum jusпatronatus sit transitorium ad quoscumque hæredes, etiam extraneos, dispositio facta pro filiis & descendentibus, intelligitur quatenus sint hæredes: quia semper persona hæredis in quacumque dispositione censetur comprehensa: ex doctrina Bartoli *in si tibi, §. si pactus, ff. de pact.* Peregrin. *dicto cons.53. numero 16* Qui tamen hoc limitat, nisi dictum fuisset *de filiis & descendentibus masculis*; tunc enim jus devolveretur ad eos, etiamsi non essent hæredes. † Et licet Calder. *cons.19. de jurepatron.* & post eum Lampertin *lib.1. part.2. quæstionis princip artic.8. fol.155.* existimaverit hoc secundo casu, nempe reservato jurepatronatus *sibi, & suis filiis masculis*, posse unum ex filiis donare jusпatronatus extraneo, in præjudicium 30

aliorum, qui poſt ipſum ſuccedere deberent; illorum tamen ſententia non eſt vera, ſed illam meritò reprobat Covarr. *lib. 2. capite 18. numero 10. in fine.*

32 Contra hanc tamen limitationem Peregrini tenuit Rot. *deciſ. 350. num. 7. & 8. poſt 2. vol. conſil. Farinac.* quia mentio *maſculorum* cenſetur facta potiùs propter ſexum, & affectionem ad illum, quàm ratione conſervandæ agnationis: ut fusè etiam comprobat Rot. coram Illuſtriſſ. Domino Corrado *in Cremonen. Propoſituræ, 23. Maii 1644. n. 7.* quæ eſt apud Vivian. *deciſ. 139.*

33 Hac in re verba diſpoſitionis conſideranda ſunt: ſi enim nullus fuit habitus reſpectus ad agnationem, aut fœminæ non fuerint expreſsè excluſæ, ipſæ admittendæ ſunt, cùm ſint capaces juriſpatronatus: *cap. fin. de conceſſ. præbendæ, cap. ex litteris, de jurepatronatus*, Garſ. *de benefic. part. 5. cap. 9. n. 144.* etiamſi juſpatronatus tranſire debeat ad primogenitos, quia ceſſante concurſu maſculi, ſuccedit fœmina, niſi ſit expreſsè excluſa: Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 4.* Covarr. *lib. 3. reſolut. capite 5. n. 5.* Rot. *deciſ. 692. n. 2. & 3.* apud Vivian. Et conferunt

34 tradita *hoc capite, numero 20.*† Sed ſi mentio *maſculorum* facta fuerit taxativè, tunc deficientibus maſculis, juſpatronatus tranſit ad hæredes extraneos: & eodem modo ſi fundator de ſuis deſcendentibus taxativè loquutus fuerit, utpote quod *deſcendentes tantùm* vocaverit, tunc deficiente deſcendentia, juſpatronatus tranſit ad hæredes extraneos: Seraphin. *dicta deciſ. 364. per tot. & deciſ. 378.* & ſic extincta familia, ſeu deſcendentia, ex familiari ſeu gentilitio fit hæreditarium, Rot. *deciſ. 307. n. 4. & 8. part. 7. recent.*

35 Eſt quidem verum, quod quando mentio maſculorum facta fuit taxativè, quidam cenſuerunt, patronatum non tranſire ad extraneos, & Eccleſiam tunc acquirere libertatem, ut apud Antonin. *lib. 1. reſolut. 40. num. 2.* Qui tamen eodem loco reſpondet taxativam dictionem nihil operari, quando conſtat de contraria mente teſtatoris, quam obſervandam eſſet aſſerit, etiamſi dictum fuerit, quod *maſculi tantùm* ſuccedant: ut bene & clarè oſtendit *d. numero 2. verſic. dictum fuit tertio*, & paulò poſt, *numero 6. in princip. & verſic. 4. & numero 7.*

36 Ego totam hanc controverſiam dirimendam eſſe cenſeo ex verbis teſtamenti, ſeu fundationis, & ex obſervantia vocatorum ad juſpatronatus. Si enim appareat ex verbis fundatoris, ipſum limitare voluiſſe juſpatronatus, ita ut ad alios non tranſiret quàm ad expreſſos, & ſic tacitè excludere voluiſſe hæredes; tunc illis deficientibus, Eccleſia acquirit libertatem, alioquin ſi quis diceret ceſſante contraria voluntate fundatoris, vel obſervantia, non tranſire ad hæredes, loqueretur contra communem opinionem: ut dicit Seraphin. *dicta deciſ. 364. num. 8.* & video apud eundem *in deciſione 378. numero 4. & ſequent.* fuiſſe recurſum ad conjecturas voluntatis teſtatoris: quæ tamen in illo caſu fuerunt rejectæ. De obſervantia verò, paulò poſt agemus.

Sextò obſervandum eſt, quod in locis ubi viget ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, fœminæ non admittuntur ad juſpatronatus hæreditarium, quandiu extant maſculi. Antonin. *reſolut. 60. num. 3. lib. 1.* imò etiam in non hæreditario, quando fundator ſimpliciter de deſcendentibus loquutus eſt, ut determinat Rota *coram Eminentiſſ. Corrado in Cremonen. Præpoſituræ, 23. Maii 1644.* apud Vivian. *deciſ. 139. numero 9.* Sed tamen deficientibus maſculis, fœminæ admitterentur: Grätian. *diſcept. 218.*

Septimò advertendum eſt, quod in ſucceſſione 37
juriſpatronatus tria conſiderari poſſunt. *Primo*, linea: *Secundò*, gradus: *Tertiò*, ſexus; nam ætas hic non conſideratur, niſi fundator ſeniorem vocaverit, quo caſu ſola ætatis prærogativa conſideratur, cæteris poſtpoſitis, ut ſuprà dictum eſt: & hæc tria ſuo ordine conſideranda eſſe tradit Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 15.* & faciunt tradita per Mantic. *de conject. lib. 8. tit. ult. num. 59.* & per Rot. apud Vivian. *deciſ. 69. numero 9.* Cæterùm deficiente linea unius ex familia, non admittuntur hæredes illius qui ultimo loco mortuus eſt, quandiu extant agnati de agnatione fundatoris: Covar. *lib. 2. var. reſolut. cap. 17. num. 10.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 31.* Lotter. *lib. 2. quæſt. 11. num. 10.* Vivian. *lib. 4. cap. 9.* Sanch. *reſp. moral. lib. 2 cap. 3. dub. 92. nnm. 3.* & Rot. apud Vivian. *coram Illuſtriſſ. Domino Buchio in Cæſarauguſtana Beneficii de Linares, deciſ. 34. n. 4.* ubi ſubditur, *num. 5.* quod ſi tota familia eſſet extincta, ſuccederet hæres ultimi gravati: quod etiam voluit Merlin. *deciſ. 568. n. 18.* cum pluribus per eum citatis. Et ratio eſt, quia in ordine ſuccedendi quoad juſpatronatus, attendi debet illa perſona, cui ejus liberi ſubſtituuntur: ut tenuit Rot. apud Vivian. *deciſ. 139. num. 10. & 11.* & hujus doctrinæ fundamentum deducitur *in d. deciſ. 124. n. 6.*† Quod ſi admitteretur hæres unius ex patronis, dum ſuperſunt alii de agnatione fundatoris, ſequeretur juſpatronatus pro una parte eſſe hæreditarium, & pro alia gentilitium: quod fieri non poteſt, ſi verum eſt quod dicitur *in prædicta deciſ. 124. numero 6.*

Sed tamen ſcrupulum movet, quod aperiè decis. 38
ſum fuit per eandē Rotam apud Merlin. *deciſ. 798. num. 23.* ubi dicitur quod ultimus in ſua linea, qui ſine liberis deceſſit, potuit transferre in extraneum ſuam vocem, & quod deſcendentibus alterius lineæ non datur jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi, quia videntur tunc eſſe duo patronatus; & ſic pro una parte remanebit gentilitium, & pro alia parte fiet hæreditarium.

Ego tamen, ſalvo judicio cujuſlibet melius ſentientis credo veriorem eſſe priorem ſententiam, & juſpatronatus, quandiu durat familia vocata per teſtatorem, etiam ſi conſtituatur ex duabus lineis non poſſe regulariter transferri ad extraneos in præjudicium aliorum vocatorum, exiſtentium de familia teſtatoris, quia in jurepatronatus ſemper locus eſt juri accreſcendi, ſeu non decreſcendi, ut docet Bellon. jun. *in tract. de jur. accreſcendi, cap. 6. per num. 1. & 17.* deciſiones verò in contrarium allegatæ locum habere poſſunt in ſuo caſu particulari, veluti *in dicta deciſ. 798.* apud Merlin. in qua ſupponitur, quod erant duo patroni, nempe quia quilibet erat patronus pro medietate, & ſic videbantur quodammodo conſtituti duo ſeparati patronatus; *& in deciſ. 60.* apud Vivian. fuit dictum, quod unum & idem juſpatronatus erat pro parte hæreditaria, & pro parte gentilitium, quia extranei ſemper fuerant admiſſi ad præſentandum cum hæredibus per longi temporis ſpatium; & ſic concurrebant longiſſima obſervantia, quæ, ut mox dicetur, poteſt mutare naturam gentilitii in hæreditarium; præſertim accedente tolerantia Epiſcopi per longiſſimum tempus.† Et præmiſſa comprobantur, quia in fideicommiſſis agnatitiis, licèt regulariter non fiat tranſitus de una linea ad aliam; tamen ſi omnes unius

linea

lineæ defecerint,non datur succeſſio hæredibus ultimi poſſeſſoris illius lineæ deficientis, ſed ad fideicommiſſum admittuntur illi,qui ſunt de alia linea: Peregrin. *de fideicom.art.27.num.14.* Fuſar. *de ſubſtit. q.48.n.54.* niſi tamen juſpatronatus eſſet reſtrictum ad deſcendentes certæ lineæ, quia non tranſiret ad aliam lineam; ſed ultimo illius lineæ defuncto, fieret hæreditarium: Molin.*deciſ.450 n.13.& 14.*ubi quod ſi reſtrictum ſit ad lineam effectivam, illa extincta, non tranſit ad contentivam.

40 Octavò notandum eſt, quod ſi ex duobus patronis unus fuerit nominatus nomine proprio, alii verò per nomen collectivum;veluti ſi fundator vocaverit Franciſcum & parochianos talis Parochiæ; ille qui nominatus eſt nomine proprio habebit unam vocem, alii verò, quamvis plures ſint, habebunt unam tantùm vocem:& ſic caſu quo Franciſcus unum nominet, parochiani verò alium, voces erunt æquales, & per conſequens Epiſcopus poterit uti gratificatione erga unum ex nominatis: Rot. *deciſ.408.per tot.part.1.diverſor.*In hoc autem caſu paritatis vocum,recurri poteſt ad Sanctiſſimum,qui tamen quandoque utrique parti concedit derogationem medietatis vocum juriſpatronatus ſub eadem data, ut teſtatur Merlin. *deciſ.803. numero 1.*

41 Vltimo loco notandum eſt, quod ſemper in hac materia,dum quæritur utrum juſpatronatus ſit gentilitium, vel hæreditarium,ſeu non hæreditarium, recurrendum eſt ad obſervantiam, quæ deſumitur ex multiplicatis præſentationibus, quæ effectum ſortitæ ſunt:quæ obſervantia ſola ſufficeret,etiamſi alia non concurrerent pro concludenti probatione qualitatis patronatus: Franc.*in cap.1.num.5.de jur. patronat. in 6.* Abb.*in cap.quærelam,num.9.in fine, de elect.*Ferret.*conſ.193.num.4.lib.2.* & ideo quod ſupradictum eſt, in dubio juſpatronatus præſumi hæreditarium, locum non habet ſi conſtet de multiplicatis præſentationibus factis per capita, prout requiritur in patronatu familiari,Gabriel *conſ.196. vol.2.num.6.*† & in dubio tale præſumitur juſpa-
42 tronatus conſtitutum ab initio, quale per longum tempus fuit obſervatum.Duran.*deciſ.285. num.17.*

43 † Si tamen aliquæ præſentationes factæ fuerint à patronis tanquam hæredibus, & aliæ tanquam ab agnatis, prævalent quæ factæ fuerunt ab illis tanquam hæredibus,ad firmandum ſtatum patronatus hæreditarium. Rot.*deciſ.707.num.6.& 8.part.1,recent.* ubi id maximè procedere dicitur, ſi fœminæ unà cum maſculis ad præſentandum fuerint admiſſæ.Et ratio eſt, quia cùm juriſpatronatus qualitas hæreditaria habeat majorem conformitatem cum jure communi, illa prævalere debet quæ facta eſt jure hæreditario: Rot.*deciſ.336. num.6.part.5. recent.* Merlin.*deciſ.870.num.5.& 6.*† Ex quibus
44 autem inferri poſſit obſervantia ſufficiens ad inducendam qualitatem juriſpatronatus gentilitii, vel hæreditarii,recurrendum eſt ad Merlin. *deciſ.798. per tot. & in Florentina juriſpatronatus de Ricaſolis,* mox alleganda.

45 Notandum etiam eſt,quod ad hoc ut ex obſervantia ſubſequuta, juſpatronatus ex familiari fiat hæreditarium, ſatis erit, ſi per duas continuatas præſentationes effectuatas, id eſt ſubſequuta præſentari inſtitutione,& pacifica illius poſſeſſione,appareat illos de familia duntaxat præſentaſſe, non obſtante quod adſit fundatio, ſeu teſtamentum in contrarium.Vivian.*de jure patron.lib.4.c.9.num.39. junctо num.46.* Immò & unicum actum præſentationis ſufficere cenſuit Burat. *dicta deciſ.647. numero 12.* Quod tamen ego non admitterem, niſi alia concurrerent, prout concurrebant *in Florentina de Ricaſolis*, per Burat. allegata *ſub die 11. Februar.1604.*inſerta apud Vivian.*lib.4.cap.1. numero 71.*

DECISIO S.

ROTÆ ROMANÆ,

Coram Reverendiſſ. D.

DVNOZET

DECANO, IN CAUSA

Nullius, ſeu Montis Alti Iuriſpatronatus.

Lunæ 15.Iunii 1654.

VACANTE per obitum Brandimartis ſimplici beneficio, de Iurepatronatus Laicorum, ſub invocatione S. Antonii, ſito in Parochiali Eccleſia S. Pauli Terræ Fortis, Abbatiæ Farfenſis, fuit de eo Apoſtolica authoritate proviſus Matthæus Angelettus, uti præſentatus à medietate Patronorum,cum derogatione alterius medietatis,ut in litteris Apoſtolicis in forma gratioſa deſuper expeditis, ſub *datum* 18. *Ianuarii* 1648. De menſe verò Aprilis ſequentis fuit de eodem beneficio authoritate ordinaria proviſus Dominicus Nicolaus, uti præſentatus ab omnibus Patronis dicti Iuriſpatronatus.Vnde introducta lite inter iſtos proviſos coràm Auditore Cameræ, emanavit ſententia ad favorem Matthæi, cujus vigore cepit poſſeſſionem dicti beneficii.Devoluta poſtmodùm cauſa appellationis ad Rotam fuit ſubſcriptum dubium. An interet arbitrium ad effectum retardandi executionem dictarum litterarum Apoſtolicarum,quo hodie propoſito fuit negativè reſolutum, non obſtantibus per Dominicum deductis, quæ ad tria reducebantur. *Primò* dicebatur, quod non juſtificabatur, quod Matthæus fuerit præſentatus à medietate patronorum. *Secundò*, quod non ſit de deſcendentibus Alphonſi,ſeu aliorum Patronorum, ex forma tranſactionis inter Patronos inita præſentandis, quamvis in fundatione id cautum non fuerit; nam cùm juſpatronatus ſit hæreditarium,ut denotant verba pro hæredibus & ſucceſſoribus, ac de jure præſumitur, *Clem. piures,de jurepatr.* utique potuerunt patroni conditionem hanc adjicere, quæ non eſt præjudicialis Eccleſiæ, cujus non intereſt magis unam perſonam,quàm alteram præſentari, dummodo idonea ſit, ut pluribus allegatis deciſum fuit in *Arianenſi beneficii*, 10. *Martii* 1651.*coram R.P.D. meo* Veroſpio. *Tertiò* denique, quod in litteris Apoſtolicis adeſſet clauſula,*dummodo tempore datæ non ſit alteri jus quæſitum*, per quam præſervatum dicebatur jus Dominici priùs præſentati.

Nam primum objectum ceſſare viſum fuit, quia 46
Matthæus docet ſe præſentatum à Marſiſa, Angelica, & Livia, quæ cùm habeant majorem partem vnius vocis(quod non controvertitur inter partes)

perinde

perinde eſt ac ſi præſentatus haberet integram vocem, non attento quod minor ejuſdem vocis pars apud alios reſideret: Zabarel. *in d. Clem. plures, n. 3. ante fin. verſ. tolluntur autem*, Lambert. *de jurepatr. lib. 1. part. 2. quæſt. 1. Articulo 27. num. 2.* Gonzal. *ſuper reg. 8. gloſſ. 45. n. 61.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 11. n. 135. & ſeqq.* Caſſad. *deciſ. 2. de Iurepatr.* Caval. *deciſ. 436. n. 1. dec. 519. n. 1. & ſeqq.*

47 Non obſtat, quod prædictæ Mulieres deinde præſentaverint etiam Dominicum, quia cùm in actu primæ præſentationis ad favorem Matthæi promiſiſſent cum juramento alium non nominare; non potuerunt poſtea cumulativè alium præſentare; nam verbum illud, *non nominare*, per neceſſe refertur ad præſentationem cumulativam, quæ tantum Patronis laicis eſt permiſſa, *cap. quod autem, cap. cum autem, cap. paſtoralis, de jurepatr.* Garz. *de benef. p. 5. cap. 9. num. 21.* Merlin. *dec. 443. num. 5. & per tot.* in qua reſpondetur omnibus contrariis, & allegantur concordantes, aliòſque refert Addit. ad Burat. *deciſ. 942. num. 13.* ubi firmatur aliud eſſe, ſi fuerit promiſſum non revocare præſentationem, qui non eſt

58 caſus noſter, † nihil ſuffragante quod Ordinarius admiſerit novam præſentationem, cùm ex diverſo non doceatur, quod ille ſciverit fuiſſe priùs juratum de non nominando alium, ut neceſſe eſſe dixit Rota apud Merlin. *d. dec. 443. ſub num. 14. verſ. tum quia.*

Ad ſecundum objectum reſpondetur per aſſertam tranſactionem imponi onus præſentandi unum de familia, quatenus ex ea idoneus reperiatur, aliàs ſecus. At de familia adeſt ſolùm Dominicus, qui cùm eſſet ſimplex Clericus de tempore præſentationis, idoneus non erat, attentis verbis reſervationis dicti Patronatus, ibi, *pro ſuſtentatione, & c. Clerici Sacerdotis, qui Miſſam dicat*, & ibi, *quod ad officiandum, & dicendum Miſſam in d. Capella eligatur unus Sacerdos, qui celebret Miſſam ibidem.* † Quæ

49 verba cùm reſpiciant tempus electionis, efficiunt ut qualitas Sacerdotis ſit neceſſaria de tempore præſentationis, Seraph. *dec. 971. num. 16. & 17.* ubi ſubditur quod deciſiones Sac. Congreg. Conc. allegatæ in pluribus cauſis, & ſignanter in *Romana Capellania coràm cla. mem. Card. Hieronymo Pamphi-*

50 *lio*, procedunt juxta terminos *allegationis* Lapi 35. † nempe quàdo ſimpliciter fundator vult quod præſentatus celebret Divina in Altari conſtructo, quia tunc poteſt per alium celebrare: non autem quando expreſsè in fundatione cavetur, ut præſentetur Sacerdos. Atque ita perpetuò fuiſſe in Rota obſervatum id ipſum firmavit Rota *deciſ. 216. ſub n. 2. dec. 207. num. 3. part. 2. rec. & in Barchinon. beneficii, 15. Ian. 1644. coram R. P. D. meo Certo, in Cremonen. Præpoſitura, 23. Maii ejuſdem anni, §. quia licet, coram Eminentiſſ. Card. Corrado, in Regien. beneficii, 24. Martii 1653. penult. coram R. P. D. meo Bichio,*

41 *& in dec. 680. num. 4. & 5.* apud Burat. † Neque repugnant Adden. ad ſa. me. Greg. XV. *dec. 108. n. 15.* quia ibi ſolùm fundator mandaverat eligi Capellanum, qui Miſſas celebraret, & in his propriis terminis loquitur *dec. 825.* apud Merlin. At in caſu noſtro voluit eligi Sacerdotem ad dicendum Miſſam in ipſa capella; quodque Sacerdos pro tempore electus confirmetur, & ſic Sacerdotium non requiſivit in proſecutione, ſed in ipſo actu præſentationis, & ante illius confirmationem.

52 Et hinc corruere videtur tertium objectum ductum ex clauſula, *dummodo tempore datæ non ſit alteri jus quæſitum*, quia ante proviſionem ad favorem Matthæi emanatam, dici non poterat jus quæſitum Dominico: non quidem ex tenore ſupradictæ tranſactionis, quia Sacerdos non erat; nec pariter vigore præſentationum priùs obtentarum de anno 1646. & 1647. quia tunc beneficium non vacabat. *cap. fin. de præb. in 6. cap. paſtoralis, §. 1. de rſcript.* Caſſad. *dec. 5. n. 1. de jurepatron.* Rot. apud Pen. *dec. 1021. ſub n. 2. dec. 420. n. 5.* coram ſa. me. Greg. XV. *ubi* Adden. *num. 9.* allegant concordantes. † Non denique ex ultima præſentatione, quia cùm non eſſet facta à medietate patronorum, nullum jus ei tribuere poterat ad dictum beneficium, quod per dictam clauſulam, *dummodo*, præſervaterat Garz. *de benef. part. 4. c. 3. n. 14.* Mohed. *dec. 1. de præbend. cor. in Leodien. beneficii. 29. Aprilis 1630.* coram bo. me. Coccin. cum aliis allegat. per Adden. ad Burat. *dec. 651. num. 11.*

Non obſtant ea, quæ dicuntur de manutentione concelſa Dominico, quia hodie agitur de executione litterarum Apoſtolicarum, ad quam retardandi, nec poſſeſſio, nec proviſio per Dominicum obtenta à collectore inferiori ſuffragantur, quia non eſt legitimus contradictor, qui non habet partem in libello, ex latè traditis per Lotter. *de re benef. lib. 1. qu. 13. n. 75.* cum aliis allegatis *in Vicen. Parochialis de Betora, 1. Iulii 1643. cor. R. P. D. meo Bichio, in Capoſtellana Parochialis, 1. Iunii 1648. cor. Eminentiſſ. D. Card. Orthobono, & in Gadicen. præſtimonii, 2. Decembris 1648. cor. bo. me. Arguelles* in quibus fuit additur id fortiùs procedere, ſi titulus contradictoris eſt notoriè nullus, qualis eſt titulus Dominici, ut patet ex ſuprà deductis.

Denique nullius momenti viſa fuerunt, quæ ſi deducebantur de ſimonia contracta cum Matthæum, & Patronos: quia illa non probantur teſtes, qui dantur ad hunc effectum; nam præterquàm non fuerunt formiter examinati, deteguntur mendaces, ſibi ipſis contrarii, & ſunt illimes, qui delertum præſentarunt, & ſic ipſius ſimoniæ omnis conſocii, ut juſtificatur ex deductis pro Matthæo: imò excepta depoſitione primi teſtis, quod unus ex Patronis, nullus juſtificatur tractatus fectus poſitivè inter patronos, & Matthæum, omnes illi teſtes deponunt de tractatu, prævaricatiis perſonis facto, nec ulla leguntur munera miſſa, ex quibus poſſit ſimonia præſumi, & ſiones factæ ipſi Patrono, quod Domus Matthæi futura eſſet ſemper aperta pro illo, potius quadam affectionem denotant, quàm ſimoniam, qua excludenda omnis ſumi debet interpretatio Gabr. *conſ. 172. numero 1.* Rot. *in rec. deciſ. 418. mer. 4. part. 1. & deciſ. 166. num. 8 part. 2. dec. 44 num. part. 1*

Quare cum ex ſupradictis narrativa præſentationis à medietate Patronorum ſit plus quàm ſufficata, ac de aliis narratis non dubitetur, Dominutraque parte informante, reſolverunt non interarbitrium pro retardatione executionis litterarum Apoſtolicarum Matthæi, eóque minus cùm fuerint extra tempus appellationis executioni demandatæ, ut per Gonz. *in annot. contr. nullit. num 296.* Coccin. *dec. 177. num. 1. ſa. me. Greg. XV. 70. n. 1.* Caval. *dec. 287. n. 2.* Rot. *inter rec. dec. 1 n. 8. & ſeqq. part. 7.*

R. P. D.

R. P. D.

CELSO

Sulmonensis Beneficii.

Mercurii 23. Martii 1650.

57 POST sententiam Rotalem, in qua pronunciatum fuit, Fabium de Sanitate esse instituendum, emanavit decisio *sub die 10. Martii 1649. coram bon.me Arguelles* pro illius confirmatione, & hodie reproposita causa iterum DD. perstiterunt in resolutis, moti ex eo, quia Fabius præsentatus fuit à majori parte Patronorum, ita ut meritò concedenda sit illi institutio, juxta text. *in cap. quoniam, & ibi* Gloss. *verb. qui majoribus, de jurepatr.* Lambert. *eod. tract. part. 3. lib. 2. quæst. 4. art. 1. per tot.* Garz. *de benef. part. 9. cap. 2. n. 257.* Gutier. *canonic. quæst. lib. 2. cap. 11. num. 20.* Rot. *in Lucana Iurispatronatus, 25. Iulii 1638. coram Reverendiss. Salamantino, in Neapolitana Iurispatronatus, 27. Ian. 1644. coram Eminentiss. Card. Ottobono, in Comen. Capellæ, 27. April. 1648. & 26. Febr. 1649. coram Reverendiss. D. meo Decano, in Piscien. Beneficii, 26. Novembris 1650. coram me, 21. Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Rojas, & 20. Novembris ejusdem anni, coram R. P. D. meo Zarate, & in Cracovien. Præpositura Sancti Floriani, 28. Iunii 1651. coram R. P. D. meo Verospio.*

Quod autem hujusmodi fundamentum subsistat, patet manifestè, quia ex quatuor partibus spectantibus olim ad Cathatinam de Aristotile, quod ex adverso non controvertitur, & desumitur ex sententia Ordinarii lata de anno 1552. ipse habet duas pervenias in Ioannem Carolum de Nigris, & ejus hæredes, & quartam partem totius Iurispatro-
58 natus competentem Capitulo Cathedralis Sulmonen.† ita ut Tabassius, qui solùm habet duas pertinentes ad Margaritam, & aliàs duas prætensas à Cœlestinis, non possit cum eo concurrere, & falsò narraverit Papæ se habere medietatem vocum, jux. text. *in cap. si motu proprio 23. de præben. in 6.* Rot. post Garz. *de benef. part. 10. c. 3. num. 12. vers. narrativam quoque*, san. mem. Greg. *decis. 452. sub num. 3.* Burat. *decis. 316. n. 13.* Duran. *decis. 100. n. 6.* & firmatum fuit *in Aquilana Iurispatronatus, 24. Iun. & 4. Iul. 1646. coram R. P. D. meo Corrado.*

59 Maximè quia vox Cœlestinorum, quos ab anno 1552. non apparet unquam præsentasse, sublata fuit per præscriptionem, quæ inter Compatronos inducitur etiam per spatium 40. ann. ut notat Bald. *in l. 2. n. 10. C. de servit. & aqua*, Rot. *div. decis. 219. à num. 1. part. 1.* coram Duran. *decis. 125. num. 6. & in recent. decis. 191. num. 14. part. 5.* & latè *in Mutinen. Beneficii, 27. Martii 1647. coram bon. mem. Arguelles.*

Nec facit, quod Hercules legatarius præfati Ioannis Caroli præsentaverit ante confirmationem obtentam ab Ordinario, quæ licèt postmodùm supervenerit, non possit tamen retrotrahi ad diem
60 præsentationis in præjudicium Tabassii, cui medio tempore fuit jus quæsitum. Nam aut talis præsentatio est attendenda, etiamsi confirmatio postea supervenerit, cùm emanaverit intra quadrimestre, & agatur de legato, & favore ultimæ voluntatis, ut probat Roch. *de jurepatr. verb. pro eo, sub n. 9. vers. in contrarium*, Sanch. *cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 77. num. 9.* & firmavit Rot. coram Duran. *decis. ult. n. 10. & 12.*

Aut verò non est attendenda, & adhuc suffra- 61
gatur Fabio præsentatio obtenta à Gubernatoribus, & officialibus Sanctissimæ Annunciatæ, hæredis Ioannis Caroli de Nigris, existentis in quasi possessione præsentandi, penes quos hæredes remansit dictum Iuspatronatus, & præsentandi facultas, jux. Doct. Abb. *in cap. cum sæculum, in fin. de jurepatr.* Roch. *eod. tract. verb. ipse, vel is, q. 7. n. 15. vers. hinc dicunt, & num. 16.* Rot. coram Put. *decis. 18. per tot. lib. 2.* Pen. *decis. 31. n. 4. & in recent. decis. 337. n. 7. part. 2.*

Objectum verò quod officiales præfati non adi- 62
verunt illius hæreditatem, cessat ex facto, & ex Summ. dato in calce responsionis, *numero 2.* & dum ipsi uti tales præsentaverunt, censentur hæreditatem ejusdem Ioannis Caroli adivisse: *l. pro hærede 20. & l. gerit 77 ff. de acq. hæredit.* & in his terminis Rot. *in Aversana Iurispatronatus, 23. Iunii 1603. coram Litta, & decis. 359. num. 8. in fine*, coram Merlino, *& in recent. decis. 265. num. 2. p. 3. & decis. 77. eod. num. part. 4.*

Nec obstat prætensa repudiatio deducta ex qua- 63
dam comparatione, & declaratione facta coram Commissario Fabriciæ. Nam cùm hæreditas jam esset adita, amplius repudiari non valuit, *l. sicut, C. de repud. hæredit.* Dec. *cons. 14. sub num. 6. vers. & retenta*, Rot. *decis. 495. num. 7. in fine, part. 1. recent.* & semel hæres per repudiationem non desinit esse hæres. Rot. coram Burat. *decis. 847. n. 10. & in Romana hæreditatis de Gabrielibus, 20. Febr. & 1. Decembris 1617. coram S. D. N. Innocentio X.*

Præsertim cùm talis declaratio fuerit simplex 64
subterfugium, ad evitandas molestias, quæ inferebātur ab eodem Commissario Fabriciæ, & emanaverit absque beneplacito Apostolico, & aliis solemnitatibus omninò requisitis, ut tradit Bald. *in l. pupillorum, num. 2. C. de repud. hæred.* Redoan. *de reb. Eccl. non alien. verb. pariter repudiatio, col. 2. n. 10. in fine, & num. seq. fol. mihi 14.* Surd. *cons. 101. num. 11.* & plenè firmatum fuit *in Gallien. hæreditatis, 1. Febr. 1638. coram R. D. meo Verospio.* Imò dum postea iidem Officiales uti hæredes præsentarunt, censentur præfatam repudiationem revocasse, Rot. *decis. 365. num. 2. part. 1. recent. & decis. 96. num. 10. & seq. part. 6.* & coram Merlino *decis. 539. sub numero 8. vers. ultra quod, & num. seqq. & decis. 798. numero 18. & 19.*

Minùs relevat, quod ex undecim Canonicis dic- 65
tæ Cathedralis Sulmonensis, quinque tantùm Fabium præsentaverint, qui non constituunt majorem partem, ut est necesse ex adductis per Rot. *dec. 809.* coram Buratt. Nam cùm in Capitulo habito pro hujusmodi præsentatione, & legitimè congregato, non interveneriut nisi novem Canonici, dicti quinque faciunt majorem partem; cùm major pars attendatur habito Respectu ad præsentes, non autem ad præsentes, ac omnes de capitulo, jux. nor. per Abb. *in cap. licet 6. num. 14. & in cap. Cumana 50. num. 9. vers. pro declaratione, & in cap. Ecclesia vestra 57. numero 6. de elect.* Feder. de Senis *cons. 65. n. 1. vers. ad id quod dicitur*, Lap. *alleg. 131. n. 3.* Lambert. *de jurepat. lib. 2. p. 3. q. 4. art. 2. n. 8.* Rot. *in recent. dec. 20. n. 5. & seqq. p. 6.* coram Burat. *decis. 225. n. 2.* cum aliis per Adden. ad eundem *decis. 572. n. 22.*

Nec

66 Nec dicatur, quod ſaltem duo abſentes erant vocandi; quia nihilominus valet præſentatio facta à præſentibus; quamvis non vocati poſſint dare de contemptu: Innocent. *in cap. in Geneſi 55. num. 8. verſ. iſtis computatis, ibique* Abb. *n. 10. de elect.* Calder. *conſ. 11. de jurepatr.* Lambert. *eod. tract. lib. 2. part. 2. art. 19. num. 15. poſt med. & num. ſeqq.* Gonzal. *ſuper reg. gl. 56. n. 79.*

67 Quæ concluſio eo facilius procedit in præſenti caſu, quia conſtat de conſuetudine non vocandi abſentes, de qua teſtantur omnes Canonici ejuſdem Eccleſiæ, illa enim in hac materia plurimùm attendi debet, ut eſt tex. *in cap. cum in Eccleſiis 33. de præben.* & explicat Gloſſ. *in cap. coram dilecto 35. verb. in provincia, verſ. in talibus, & in dicto c. in Geneſi 55. verb. de conſuetudine, de elect.* & ultra adductos per Barboſ. *de jur. Eccl. univerſ. cap. 19. numero 89.* firmavit Rot. coram Put. *deciſ. 14. ſub n. 5. lib. 2.*

68 Demùm non obſtat, quod Iuſpatronatus, de quo agitur, ſit Gentilitium, quia defectu lineæ de Ariſtotile, fuit effectum hæreditarium, jux. *conſ.* Anchar. *81. num. 1. & per tot.* Pariſ. *conſ. 48. num. 21. lib. 4.* Rot. *diu. deciſ. 385. num. 1. & per tot. part. 1.* & coram Merlino *deciſ. 450. num. 14. & deciſ. 798. num. 25.*

Et ex his, & aliis deductis in deciſionibus hujus cauſæ ita reſolutum fuit informante utraque parte coram bon. mem. Arguelles, in cujus locum ego ſubrogatus de ordine Reverendiſſ. D. mei Decani Deciſionem extendi, &c.

R. P. D.

ALBERGATO

Comenſis Iuriſpatronatus.

Lun. 12. *Iun.* 1651.

CONSTARE de bono jure Nicolai Tencallæ, eique uti præſentato à patronis majorem calculum vocum habentibus deberi inſtitutionem, cenſuerunt DD. 7. Febr. 1650. coram bon. mem. Arguelles, & coram me in illius locum particulariter ſuffecto, hodie cauſa ſuper iiſdem repropoſita ex eiſdem prorſus ſteterunt in deciſis. Quia Iuſpatronatus, de quo agitur, per diſpoſitionem Petri de Bonitate fundatoris, delatum fuit ad Bernardū ejus abnepotem, ab iſto ad Lazarottum, & Petrum Martyrem ejus filios & hæredes. Vox Petri Martyris deinde ad Thomam devenit, de Thoma verò ad Franciſcum, à quo Nicolaus præſentatus fuit. Vox autem Lazarotti devenit pro medietate ad Anaſtaſiam, deinde ad Prudentiam, & Mariam, à quibus idem Nicolaus præſentatus fuit; pro alia verò medietate ad Catharinam, ab iſta ad Lucretiam, à Lucretia verò ad quinque ejus filios, ad Nicolaum nempe præſentatum, ad Cæſarem qui eundem præſentavit, ad Carolum Antonium, Elizabetham, & Catharinam, qui jus præſentandi ſibi competens donarunt Petro Martyri Iuniori, à quo Ioan. Baptiſta Polatta præſentationem habet minimè attenden. in concurſu Nicolai Tencallæ, † qui majoribus ſuffragiis honoratus inſtitui, & præferri debet, *cap. 3.* & *ibi* Gloſſ. *in verb. qui majoribus, de jurepat.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 132. & ſeq.* Rot. coram Mantic. *deciſ. 86. n. 14. coram bon. mem. Vrgellen. deciſ. 94. num. 8. in Pampilonen. parochialis de Arnobe, 13. Decembris 1646. §. certiſſima; coram R. P. D. meo Meltio, in Mutinen. beneficii, 17. Martii 1648. §. nec relevat, in Sulmonen. beneficii, 10. Martii 1649. de juſtitia coram bon. mem. Arguelles: in Cracovien. Præpoſituræ Sancti Floriani, 27. Maii 1650. §. verſamur, coram R. P. D. meo Bicchio, & in Piſcien. beneficii, 29. Novembris proximè præteriti, §. nec refert, coram R. P. D. meo Celſo.*

Nec derogatio Sanctiſſimi pro medietate patronorum (ut in altera deciſione ponderatum fuit) dicto Ioanni Baptiſtæ ſuffragari poteſt, quidquid acriter ipſe contendat gratiam juſtificari ex renunciatione hæreditati paternæ facta per Anaſtaſiam Nicolao Baguto Catharinæ ſororis viro, illiuſque filiis, apta videlicet comprehendere etiam Ius patronatus, quod tranſit cum univerſitate bonorum, *cap. ex litteris, cap. cum ſæculum, de jurepatr.* Rot. coram Seraph. *deciſ. 725. in recent. deciſ. 98. numero 8. part. 6.*

Reſponſum enim fuit, quod adita jam per Anaſtaſiam hæreditate, ibi, *Anaſtaſia filia, & hæres q. Lazarotti de Bonitate,* Rot. *dec. 559. num. 10. par. 5. deciſ. 74. num. 6. part. 7. recent.* illius ceſſio, quamvis ampliſſimis concepta verbis reſolvitur in ſingularitates, ac propterea non continet Iuſpatronatus, cujus reſpectu ultra univerſitatem vocatorum concurrere etiam debet univerſitas *tenet probat* Bald. *in l. fin. numero 40. C. de edict. div. Adrian. & conſ. 1. numero 4. & 5. vol. 3.* Peregr. *conſ. 51. n. 2. & ſeqq. vol. 4.* Garz. *de benef. parte 5. cap. 3. n. 13. & 14.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 71. num. 1.* Rot. *deciſ. 1152. num. 4. parte 3. lib. 3. diverſ. adeo ut* poſt aditam hæreditatem in illius ceſſione, cum Iuſpatronatus conſideretur tanquam unumex ſuis bonis ceſſis, de eo fieri debeat ſpecialis mentio. Coſt. *in cap. ſi Pater, verb. Trebellianica, num. 28. teſtam. in 6.* Rota *in Lucana Iuriſpatronatus, ſeu Capellaniæ, 6. Novembris 1598. coram Litta,* poſt Garz. *ubi ſupra, numero 12.* & adhiberi etiam conſenſus Ordinarii: Lambert. *de jurepat. parte 2. lib. 3. qu. 1. art. 19. per tot.* Rota *coram bon. mem. Vrgellen. dec. 463. n. 1. in recent. deciſ. 555. num. 1. par. 3. & Cracovien. Præpoſituræ, 4. Maii 1646. §. nullatenùs, coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Et hunc intellectum comprobavit ipſius Baguti renuntiatarii confeſſio, qui poſt præmiſſam renunciationem, de anno videlicet 1623. coram Vicario Comen. inſtitit Anaſtaſiam declarari Patronam hujus beneficii pro ſua rata, quæ confeſſio omninò venit attendenda, nedum in præjudicium confitentis, ſed omnium ab eo cauſam habentium: ut in his terminis reſolvit Rota coram Burat. *deciſione 183. numero 6. deciſ. 79. numero 4. in Aquilana beneficii, 13. Martii coram Reverendiſſimo Terracinen. in Sulmonen. beneficii, 25. Iunii 1646. coram R. P. D. meo Peutingero, & in d. Piſcien. beneficii, 26. Novembris 1650. coram R. P. D. meo Celſo, confirmata 1. April. proximè præterii, coram R. P. D. meo Rojas.*

Nec vis hujuſmodi confeſſionis elidi viſa eſt ex mandato procuræ de anno 1603. per eundem Baguti facto, in quo inſtrumentum dictæ ceſſionis enunciando conſtituit Procuratorem quendam Ioannem Petrum Gaginum, contra Alexandrum Iovium proviſum Apoſtolicum. Quia dictum mandatum

mandatum non fuit in actis exhibitum, † & procurator in eo constitutus numquam in judicio comparuit, neque illo usus fuit; ex quo proinde non potest deduci aliqua observantia: Rota *decis.*120.*n.*2.*p.*2.*decis.*154.*num.*30.*p.*4.*tom.*2.*recent. & in Recanaten.bonorum,*29.*Aprilis* 1641. §. *quæ verò,coram R.P.D. meo Cerro.* Imò constat de observantia contraria ex actu confessionis dicti Baguti de anno 1625.

Non obstat quod in sententia desuper prolata, nulla Anastasiæ habita fuerit mentio, quia ex illa nullum eidem non citatæ oriti potuit præjudicium, *l. de unoquoque, ff.de re judicat.* quinimò ex ipsa,
74 † sicuti ex præsentatione aliorum patronorum, præservata censentur jura dictæ Anastasiæ: Abbas *cons.*54.*n.*3.*p.*1. Garc. *de benef.p.*5.*c.*5.*n.*115. Rota coram sanct.mem.Greg.XV.*dec.*417. *& decis.*452. *utrobique n.*9.*& decis.*174.*n.*10.*p.*5.*recent.*

DECISIO S.

ROTÆ ROMANÆ,

Coram R.P.D.

OTTHOBONO

IN CAVSA

Fesulana Parochialis.

Veneris 1.*Iulii* 1644.

QVM anno 1600. vacasset Parochialis Ecclesia S. Stephani à Turri Fesulanæ Diœcesis, Philippus, & Benedictus de Talduccis, qui pro una parte habebant Ius præsentandi, & Iulius, Ioannes,Hieronymus & Nereus de Zanchinis, ad quos pro altera parte Ius præsentandi spectabat, devenerunt ad infra scriptam concordiam, videlicet quod præsentatio Rectorum pro temporibus futuris facienda pro una vice,in totum pertineat ad ad prædictos viros domus de Zanchinis,& eorum hæredes, & pro altera subsequenti vice ad prænominatos Philippum, & Benedictum de Talduccis, & eorum hæredes, & sic per turnum, ita ut alternis vicibus in subsequentibus vacationibus modus nominationis,& præsentationis servetur.

Anno 1639. per obitum Augustini de Longis, vacavit dicta Ecclesia in Turno illorum de Zanchinis, & fuit à Ioanne Baptista, & Nicolao filiis & hæredibus dicti Hieronymi præsentatus ad illam Mariottus de Guidottis, qui obtinuit provisionem Apostolicam cum derogatione alterius medietatis: A Curtio verò & I.Baptista filiis,& hæredibus dicti Nerei fuit præsentatus Andreas de Martis, qui etiam obtinuit provisionem Apostolicam cum derogatione alterius medietatis, cum data tamen anteriori. Orta inde controversia inter præsentatos coram ordinario Fesulano, fuit ad favorem Andreæ pronunciatum. Sed causa per appellationem ad Rotam devoluta, mihique commissa, dedi dubium, quis sit præferendus,& Domini Mariottum præferendum esse responderunt.

Existentia Iurispatronatus, vacatio Beneficii, habilitas utriusque præsentati,& provisiones Apostolicæ hinc inde obtentæ, cum derogatione medietatis vocum, non controvertuntur inter partes;

Pertinentia pro hac vice ad favorem illorum de Zanchinis est pariter in confesso, & satis colligitur ex divisione facta in dicta concordia Summario Mariotti *num.*6. Ideo cùm difficultas solùm reducatur ad patronos præsentantes, & quisnam ex præsentatis habeat majorem partem vocum; Dominis visum fuit plures voces concurrere pro Mariotto,quia ex testibus Summario *num.*9.fuit plenè probatum, quod Hieronymus de Zanchinis fuit hæres Ioannis, & eidem Hieronymo successerunt Jan. Baptista & Nicolaus filii, qui præsentaverunt Mariottum.Vnde patet,Mariottum habuisse vocem Ioannis,& vocem Hieronymi, qui pro duabus partibus ex quatuor intervenerunt in d.concordia, & sic medietatem vocum,† nam ut dictum est,hoc Ius
75 patronatus, quoad exercitium,& actum præsentationis in quatuor voces divisum fuit, quot erant viri,domus de Zanchinis, qui cùm fuerint nominibus propriis in dicta divisione nominati, censentur patroni æqualiter pro virili, & in capita: Dec. *cons.*382.*num.*1.*&* 2. Paris. *cons.*4.*num.*13.*lib.*2. & in terminis Iurispatronatus Peregr. *cons.*32. *n.*13. *& seq.lib.*1.Lotter.*de re benefic.lib.*2.*q.*11.*num.*128. Burat. *decis.*481.*n.*1.*& in Piscien. Beneficii,*14.*Decembris* 1635. *coram R.P.D. meo Rojas.*

Ioan. Baptista verò & Curtius, qui præsentarũt Andream,licet sint filii,& hæredes dicti Nerei de Zanchinis; nihilominus habent solam quartam partem Iuris præsentandi, quæ erat penes Nereum, qui pro una tantùm parte ex quatuor intervenit in dicta concordia. † Neque ex incremento personarum descendentium augetur numerus vocum, quia
76 inter hæredes primò vacatorum successio devolvitur in stirpes, & non in capita, quando prout in hoc casu,Iuspatronatus est hæreditarium: *Clem. plures,* ubi notant Doctores omnes, *de jurepatronatus,*Lambert. *eod.tract.lib.*1.*p.*2.*q.*1.*art.* 25.*n.*7. *& seqq.& n.*16.*fol.*290.Burat.*dec.*647.*n.*4 *& in dicta Piscien. Beneficii,coram R. P. D. meo Rojas, & in Florentina Iurispatronatus,*14.*Februarii* 1639.coram bo.me.Merlino. §. *& hac etiam.*

Remanet itaque vox Iulii,qui pro altera quarta parte intervenit in dicta concordia, quam Andreas ad sui favorem prætendere non potest; nã nullibi probatur, quod Ioan. Baptista & Curtius filii dicti Nerei successerint Iulio,immò datur fides contraria quod illi successerũt filii Hieronymi authores Mariotti,Summario *n.*11. & propterea cùm Andreas præsentatus à filiis dicti Nerei non probet,se habere duas ex quatuor partibus, hoc est medietatem vocum, ut Papæ narravit, nullo modo obtinere potest,ut dixit Rota coram Put. *dec.*402.*n.*3.*lib.*2.*in rec.dec.*568.*n.*1. *& dec.*625. *n.*1.*p.*2.† Sed Mariot-
77 tus est præferendus,tanquã præsentatus à filiis Hieronymi patroni pro medietate, ut ex textu *in c. quoniam,de Iurepatronatus,* Gutier. *in canon. quæst. lib.*2.*c.*11.*n.*20.Gaiz.*de benef.p.*9.*c.*3.*n.* 257. Duran.*dec.*638.*n.*1.Coccin.*dec.*494.*n.*5.*in recent.dec.* 718.*n.*1.*p.*3.*& dec.*280. *n.*1.*p.*7. † Maximè cùm habeat provisionem Apostolicam continentem derogationem alterius medietatis,quam derogationem Summus Pontifex passim concedere solet, quia nemini præjudicat,aut enim altera medietas patronorum non præsentat, & totum jus accrescit præsentanti;aut præsentat, & stante discordia, & paritate, est locus gratificationi,*c.cùm autem,* ubi Gloss.*verb. judicio, de jurepatronatus,* Innoc. *in c.*1.*n.*2. *eodem titulo,* Peregr. *cons.*33.*n.*28.*lib.*1. & bene ponderavit Rota *in Burgi Sancti Sepulchri Iurispatronatus,* 19. *Decembris* 1639. coram bo.me. Coccino.

Non obſtat quod Andreas habeat proviſionem Apoſtolicam anteriorem cum derogatione mediet atis Iuriſpatronatus, quia ejus gratia non fuit juſtificata; narravit enim, ſe fuiſſe præſentatum à medietate patronorum, tamen ut dictum eſt, non probatur, Ioan. Baptiſtam, & Curtium, qui illum præſentarunt, eſſe patronos pro medietate, ſed ſolùm pro una parte ex quatuor, & ideo prioritas temporis non attenditur, ubi gratia non juſtificatur: Garz. *de benef. part. 5. c. 3. num.* 192. Gregor. *deciſ.* 314. *n.* 1. *& ſeq.* Burat. *deciſ.* 175. *n.* 1. Cavaler. *deciſ.* 266. *n.* 4. *& in recent. deciſ.* 87. *n.* 27. *part.* 7. Et ita fuit deciſum utraque, &c.

CAPVT CLVIII.

Proponitur caſus cujuſdam juriſpatronatus mixti ex gentilitio & hæreditario: & ad praxim reducuntur multa deciſa in capite præcedenti, tam ſuper jure patronatus mixto, quàm ſuper rejectione unius lineæ, in cujus præjudicium alia per plures annos, & ſæpiùs adveniente caſu vacationis præſentavit jure & nomine proprio. Et de fœmina illius lineæ hoc caſu maſculis alterius lineæ præferenda.

SVMMARIVM.

1 *In Iurepatronatus gentilitio, ſeu agnatitio, fœmina non ſuccedunt.*

2 *Fœminæ non admittuntur ad præſentandum, ſtantibus maſculis, ſi per longiſſimum tempus ſoli maſculi præſentaverunt: maximè ſi in fundatione maſculi præferantur.*

3 *Compatronus præſentans nomine proprio, acquirit ſibi poſſeſſionem privativam juris præſentandi.*

4 *Vtrum compatronis ignorantibus noceat præſentatio ab aliis facta.*

5 *In poſſeſſorio nocet præſentatio facta à compatronis qui ſoli præſentarunt.*

Vltimus ſtatus in præſentationibus attendi debet.

7 *Si una linea per longiſſimum tempus ſola jure proprio præſentaverit, præſcribit adverſus aliam lineam.*

8 *Qui paternam repudiavit hæreditatem, non admittitur ad præſentendum in jurepatronatu hereditario, vel mixto.*

6 *Filius vivente patre non præſentat in patronatu hæreditario, quia non poteſt eſſe hæres patris viventis.*

10 *Ampliatur, ut procedat, etiamſi à patre emancipetur.*

11 *Ius patronatus mixtum requirit qualitatem hereditariam.*

12. *Deficientibus maſculis, quibus ſimpliciter jus patronatus fuit reſervatum, admittuntur fœminæ, maximè deficientibus maſculis, vocatæ.*


CASUS.

1.

Antonius Fulcodius, Teſtator.

2

Lucia Fulcodia, ejuſdem filia, & Bartholomæus D'Alibertus, conjuges.



1. Antonius Fulcodius fundator.
2 Lucia filia fundatoris.
3. Iacobus, & Bernardinus D'Aliberti, filii Luciæ, & hæredes Antonii fundatoris.
4. Andreas, & Petrus, fratres, filii Iacobi: nec non Guillemus filius Bernardini.
5. 6. & 7. ſunt deſcendentes à Jacobo in latere ſiniſtro ſcripturæ, & deſcendentes Bernardini fratris Iacobi, in latere dextro ſcripturæ

Supponi

SVpponitur in facto, quod Iacobus & Bernardinus fratres, qui sunt sub *num.*3 præsentarunt anno 1521. ad capellaniam de qua est quæstio.

Petrus Frater Andreæ, necnon Bernardinus ejus patruus, qui est sub *n.*3. seu ejus procurator, præsentarunt anno 1573.

Quod anno 1590. Paulus qui est sub *n.*5. necnon Guillelmus, qui est sub *n.*4 præsentarunt absque interventu Christophori & Matthæi.

Quod anno 1599. Andreas qui est sub *n.* 5. nomine Guillelmi Patris præsentavit ad eandem Capellaniam.

Deinde anno 1510. idem Andreas præsentavit, & fuit subsequuta collatio sub ea conditione quod alteri, quàm sibi majus præsentationis jus non competat.

Tandem anno 1621. Matthæus qui est sub *n.*5. præsentavit ad eandem capellaniam Dominum Gauchericum modernum possessorem, & per sententiam fuit declaratum, dictum Matthæum, qui est sub *n.*5. & Iacobum qui est sub *n.*6. sub eadem stirpe, esse solos & veros patronos, & rejectæ præsentationes Sebastiani, & Petri. Quibus ita in facto suppositis, dubitatur de tribus.

Primò, utrùm adveniente casu vacationis, filiæ descendentes à Iacobo, quæ sunt sub *n.* 7. possint admitti ad præsentandum.

Secundò, utrùm attento quod ab anno 1580. linea Iacobi numquam præsentavit, ipsa sit exclusa à jure præsentandi, & illud amiserit.

Tertiò, utrum attento quod Guillelmus, qui est sub *n.*6. repudiavit hæreditatem Matthæi patris, non solùm ipse sit exclusus, sed etiam Spiritus ejus filius. qui est sub *num.*7.

Resolutio istarum difficultatum pendet ex cognitione naturæ hujus patronatus, videlicet utrum sit gentilitium, hæreditarium, vel mixtum.

1 In Gentilitio fœminæ non admittuntur, ut dicit Rot. apud Modern. *decis. inserta lib.*1. *de styl. dataria, cap.* 15. §. 15. *n.*66.

Sed non est opus in hac prima quæstione ulteriori disquisitione, quia ab illo tempore, quo Capel-
2 lania fuit fundata, fœminæ numquam fuerunt admissæ ad præsentandum, quæ antiqua observantia satis declarat mentem testatoris, ad notata *in l. si de interpretatione, ff. de legib.* Rot. *dec.*41. *n.*17. *& decis.* 86. *n.*10. apud Vivian. *de jurepatronat.*

Et ista observantia est conformis voluntati dicti fundatoris, qui reservavit jus patronatus *sibi, & tribus nepotibus masculis ex Lucia filia, ac omnibus & singulis masculis nascituris in futurũ de dicta Lucia.*

Et si unus illorum decederet sine hæredibus ex suo corpore procreatis substituit alios superstites, & suos: & ultimo loco fœminas.

Ex qua dispositione constat, quod testator habuit animum præferendi masculos fœminis, cùm fœminas, quas tunc Lucia habebat, sua hæreditate excluserit. His duobus concurrentibus, nempe voluntate testatoris ad exclusionem filiarum, & continua longissimi temporis observantia, sequitur filias à jure præsentandi esse excludendas, stantibus masculis ex notatis *in c. præcedenti, maximè n.*33.

3 Quod attinet ad secundam quæstionem, difficile erit obtinere jus præsentandi pro linea descendente ex Iacobo primo hærede: quia cùm ab anno 1580. & sic ab annis 74. nullus de dicta linea præsentaverit, videntur omnes neglexisse, & pro derelicto habuisse istud jus patronatus: maximè cùm sola linea Bernardini primi cohæredis postea præsentaverit solùm nomine proprio annis 1599. & 1610. imò de anno 1621. privativè Matthæus, & Iacobus ejus nepos præsentarunt ad dictum capellaniam, & obtinuerunt declarari per sententiam ad illos solos pertinere jus patronatus. Post *de manuent. observ.*73. *n.*42. *&* 43.

Et licèt disputari posset, utrùm præscriptio, vel res 4
judicata nocere possit aliis descendentibus ejusdem lineæ Iacobi senioris, cùm non constet præsentationes ante annum 1621. fuisse factas privativè, ut notavit Ferret. *cons.*132. *sub. n.*3. Ludovis. *decis.*452. *n.*10. † Tamen in possessorio linea illa prima non 5
audiretur, quæ per spatium tanti temporis, si non jus, saltem possessionem amisit: Rip. *in cap. cum Ecclesia, n.*11. *in fine, de causa possess. & proprietat.* Post. *observat.*58. *n.*2. *&* 3. † quia status ultimus attendi 6
tur in hoc negotio, ut in terminis respondet *decis.* 251. *n.*3. *p.*2. *recent.*

Qui autem est in possessione præsentandi, præferendus est, & illius præsentatio prævalet omnibus aliis, *cap. consultationibus, de jurepatr.* cum *ibi* notatis.

Immò ex lapsu tanti temporis, quo linea Iacobi 7
senioris non præsentavit, altera linea præscripsit jus patronatus, ut copiosè probat Macetatensis *lib.* 1. *resol.* 108 *n.*28 *& multis sequentibus*, Vivian. *de jurepatronatus, lib.*4. *c.*9. *num.*51. *&* 52. & compatroni permittendo quod alii, quibus insimul jus præsentandi competebat, soli præsentarent, videntur animum deposuisse, & jus suum amisisse: Rot. *dec.*251. *n.*4 *p.*2. *recent.*

Ad tertiam quæstionem respondetur, quod cùm 8
Guillelmus, Matthæi filius, repudiaverit hæreditatem paternam, Spiritus ejus filius est excludendus jure præsentandi: quia cum jus patronatus, de quo agitur, sit potiùs mixtum, quàm purè gentilitium vel hæreditarium; ideo qualitas hæreditaria debet intervenire in eo, qui præsentat, ut decidit Rot. *dec.* 647. *n.*1. *&* 2. apud Burat. † Hæc autem qualitas 9
hæreditaria non potest concurrere in Spiritu, pendente vita Guillelmi patris sui, † adeo ut non suf- 10
ficiat quod à patre emanciperur, ut apud Vivian. *de jurepatr. lib.*4. *c.*1. *post n.*71. *vers. non obstat, quod in jurepatronatus*; ideo dictus Spiritus non potest vivente Guillelmo patre suo admitti ad præsentandũ, ut diximus *in cap. præcedenti.*

Quod enim jus patronatus sit mixtum, & sic in 11
parte hæreditarium, patet ex eo, quod fundator ad illud vocavit hæredes ab eo institutos, & suos in futurum successores: quæ verba insetunt qualitatem juris patronatus hæreditarii, vel saltem mixti, ut præcisè ostendit Burat. *dicta decis.*647. *n.*1. *&* 2.

Et ex longissimi temporis lapsu, quo una sola linea præsentavit jure hæreditario, jus patronatus assumpsit naturam hæreditarii: sed tamen quia etiã descendentes ex illa linea præsentarunt, non est simpliciter hæreditarium, sed mixtum: & hæc mixtura sufficit ad exclusionem extranei, vel ejus qui nõ fuit hæres, sicut dicitur de feudo & emphyteusi, quæ fraternizant, ut dicit Clar. §. *Feudum. q.*9. Cardin. *in Clement. plures, colum. finali, de jurepatronatus*, Rot. *decis.*247. *n.*5. *p.*4. *recent.*

Quamobrem concluditur, rebus sic stantibus, solam Germanam in possessorio manutenendam esse, & præsentandum ab ea instituendum, quia linea Iacobi senioris amisit possessionem præsentandi; ex alia verò linea supereſt Guillelmus, qui est inhabilis, cùm repudiaverit paternam hæreditatem, † ideò deficiente linea masculina, veniendum est 12
ad fœminas, cùm testator in suo testamento, deficientibus masculis, vocaverit fœminas: ex traditis per Fusar. *de substitut. q.*379. *n.*52. *& sequent.*

CAPVT CLIX.

Quando juſpatronatus relictum fuit Conſulibus, utrum præſentatio debeat fieri collegialiter, an verò fieri poſſit per ſingulos ſeparatim. De præſentatione infantis ad beneficium, utrùm per eam patronus privetur jure præſentandi? Et quando patronus præſentans indignũ privetur jure ſuo pro illa vice, & utrùm per ſimplicem nominationem? Et quomodo differant nominatio, & præſentatio? Et quando, ac quomodo Epiſcopus poſſit uti gratificatione.

SVMMARIVM.

1 *Juſpatronatus ſi pluribus Conſulibus competat, utrùm poſſint ſeparatim præſentare; an verò debeant conjunctim id facere, & coadunati.*
2 *Obſervantia attendenda eſt quando agitur de præſentatione ſimul, vel ſeparatim facienda.*
3 *Quando plures patroni præſentant uti ſinguli, poſſunt ſeparatim præſentare.*
4 *Si unus ex pluribus patronis requirat coadunationem aliorum, non debet denegari, quamvis illis jus competat ſingulariter.*
5 *In dubio jus præſentandi competit potiùs uti ſingulis, quàm collegialiter.*
6 *Juſpatronatus non competit Conſulibus jure collegii.*
7 *In jurepatronatus relicto Conſulibus, ſingulorum perſonæ conſideratio cenſetur.*
8 *Præſentatio facta de perſona infantis nulla eſt.*
9 *Patronus præſentans infantem, amittit jus præſentandi pro illa vice.*
10 *In quibus caſibus patronus tam Eccleſiaſticus, quàm laicus amittat jus præſentandi, ob præſentationem factam de indigno, vel non idoneo.*
11 *Patronus præſentando eum, qui non eſt Clericus, aut mulierem, vel infantem, amittit jus præſentandi pro illa vice.*
12 *Præſentatio facta contra legem fundationis, eſt nulla.*
13 *Præſentatio, qua fit per patronum, videtur quædam ſpecies electionis, ſed impropria.*
14 *Præſentatio facta contra formam fundationis, cùm ſit nulla, non privat patronum jure præſentandi pro illa vice, niſi præſentatio ſit culpoſa.*
15 *ſimplex nominatio non admittit facultatem variandi in electione, vel præſentatione.*
16 *Incapax tempore nominationis ſufficit quod ſit capax tempore præſentationis.*
17 *Pœna privationis non eſt extendenda ad caſus non expreſſos.*
18 *Mandatum ad præſentandum non effectuatum, nullius eſt conſiderationis.*
19 *Quando voces ſunt æquales, & merita æqualia. Epiſcopus poteſt uti gratificatione.*
20 *Quando unus eſt majoris meriti, quàm alius, Epiſcopus tenetur illum inſtituere; aliàs poteſt appellare.*

CVm juſpatronatus cujuſdam Capellaniæ ad Conſules certi loci pertineret, quilibet ex tribus ſeparatim ſuam nominationem fecit: & Primus quidem, Thomam; Secundus, Michaelem; Tertius, Bonifacium infantem, & deinde variando, Ludovicum ejuſdem Bonifacii fratrem præſentavit, ſeu nominavit: ultimo verò loco, idem Tertius Conſul approbavit, & tertiò nominavit dictum Thomam, quem primus Conſul nominaverat: & ideo dubitatum fuit, quis ex nominatis meliora jura foveret.

Concludebant aliqui ex Dominis conſulentibus in patria Linguæ Occitanæ, nullam ex tribus nominationibus, ſeu præſentationibus ſubſiſtere poſſe, ex eo quod Conſules debebant inſimul convenire, non autem ſeparatim præſentare; neque ſufficiebat quod primus Conſul tam proprio, quàm aliorum Conſulum nomine præſentationem feciſſet, ſed debebant intervenire voces majoris partis patronorum: *l. ſi duo ex tribus, & l. inter partes, ff. de re judic.* Roch. de Curt. *in tract. de jurepatron. in verbo, Honorificum, n. 90. & 94.*

Hanc tamen reſolutionem ego ſimpliciter approbare non potui, niſi probaretur conſuetudo Conſulum collegialiter nominandi, ſeu præſentandi, cùm in his conſuetudo potiſſimùm ſit attendenda. Lambertin. *de jur. patronatus, 2 p. 2. lib. 2. art. 8. n. 8. fol. 140. verſ. limitat tamen ipſe Rochus*, ubi alios allegat. Idem Lambertin *dicto lib. 2. part. 2. q. 2. art. 9. n. 2. & art. 8. num. 8. verſic. qua tamen dicit limitanda, dicto fol. 140.* Vivian. *de jurepatronat. lib. 8. cap. 2. n. 13.*

Ceſſante autem conſuetudine, aut ea non probata, exiſtimo non eſſe neceſſarium ut intervenat coadunatio trium Conſulum ad faciendam præſentationem: cùm generalis ſit regula, *quod* quando plures patroni præſentant tanquam ſingulli, poſſunt ſeparatim præſentare, nec opus eſt ut alii patroni vocentur: per text. *l. per fundum, ff. de ſervitut. ruſtic. prædior. & l. finali, communia prædiorum*, Lambertin. *loco citato, verſic. movetur etiam*, Riccius *in praxi juris patronatus, deciſ. 177.* Vivian. *de jurepatronat. lib. 8. cap. 2. n. 5. & n. 10.* Quamvis nonnulli dicãt cautius eſſe ſi ſimul patroni conveniant: imò quoſdam Doctores Gallos præfati Domini conſulentes allegabant, qui exiſtimarunt, ſi ex pluribus patronis unus petat ut alii congregentur, omnes congregandos eſſe ad congregandum: & allegabatur doctrina *ad regulam de infirmis, n. 53. verſic. quod ſi ſint plures patroni, junctò ſumario d. n. 53. in ſecunda illius parte.* Dicti verò Conſules non habent juſpatronatus collegialiter, cùm non faciant collegium: in dubio jus præſentandi præſumitur potiùs competere uti ſingulis, quàm uti univerſis: Felin: *in cap. cum omnes, ſub n. 29. de conſtitutionibus*, Cæſar de Graſſ. *dec. 1. de jurepatron. n. 2. & dec. 2. n. 2.* Lambertin. *dict. art. 8. n. 14.* & cùm nullum extet ſignum univerſitatis, vel collegii in perſona trium Conſulum, non poteſt dici quod juſpatronatus ad illos ſpectet jure collegii: Abb. *in cap. dilecta, n. 1. de exceſſib. prælat.* Cæſar. de Graſſ. *dicta dec. 2. n. 2. in fin.*

Et hoc multò magis confirmatur ex eo, quod dum juſpatronatus datum fuit Conſulibus, non cenſetur relictum ipſi communitati, ſeu univerſitati, in qua conſiſtit collegium: ſed ſolùm ipſis Conſulibus pro tempore exiſtentibus, ut ipſi ſoli debeant præſentare. Bald. *in l. ſi quis 48. §. in omnibus, n. 19. C. de Epiſcop. & cleric.* Rot. *dec. 574. n. 8. p. 1. diverſ.* Duran. *dec. 285. n. 123.* Rot *dec. 144. n. 8. p. 5. recent.* Cùm igitur Conſules principaliter fuerint conſiderati ratione officii quod exercent, ſequitur in jure præſentandi illos non uti collegium, ſed particulariter in fundatione fuiſſe conſideratos. Et ſic quilibet poteſt ſuam præſentationem facere

facere seperatim, absque condonatione aliorum.

8 Deveniendum igitur fuit ad alias rationes, nempe examinando singulas præsentationes seperatim. Vnde incipiendo à præsentatione facta per tertium Consulem, non solùm nulla est, cùm facta fuerit de persona infantis septennio minoris, cùm tamen tam ex Concilio Tridentino *sess.23. de reform.c.6.* quod requirit ætatem quatuordecim annorum, ad obtinendum quodlibet etiam simplex beneficium, quàm ex juris communis dispositione, saltem requiratur ætas septem annorum: Gloss. *in cap. si eo tempore, in verbo, ætatem,& ibi* DD. *de rescript.in6.* & per consequens, cùm dictus nominatus non esset clericus tempore nominationis, nec talis esse potuerit tempore præsentationis, quia erat in ætate infantili constitutus, dicta præsentatio nulla est.

9 Et præterea si dictus tertius Consul ultra nominationem processit etiam ad actualem præsentationem coram Episcopo, amisit jus præsentandi pro illa vice. Quod ut melius ostendatur, cùm Vivianus hanc controversiam non satis explicasse videatur, *in dicto tract.de jure patronat.lib.9.cap.7.n.* 68. *& seqq.* fieri debet differentia inter patronos Ecclesiasticos, & laicos. † Ecclesiastici siquidem indignum præsentantes, aut minùs idoneum, privantur ea vice facultate præsentandi, cum dicantur eligere, Vivian. *ibid.n.*67. In laicis verò distinctio hæc adhibenda est: Aut enim præsentant indignum, veluti crimine aliquo notatum; & tunc privantur facultate nominandi pro illa vice: aut verò minùs idoneum, & hoc casu non privantur jure præsentandi, etiam pro illa vice, sed possunt variare, & alium nominare, dummodo hoc faciant intra quadrimestre, dummodo incapacitas non proveniat ex eo, quod præsentatus non habet qualitates requisitas ex fundatione, veluti si non esset Sacerdos, sed puer; & sic evidens & culposa fuisset contraventio, cùm sacerdotium requireretur tempore præsentationis, ex tenore ipso fundationis. Quod autem diximus; patronum laicum privari præsentando indignum, intelligi debet quando præsentavit scienter: nam si indignum præsentaverit ignoranter, non privatur, sed intra quadrimestre variare potest: ita distinguit Lambertin. *in dicto tractatu, 1. parte, lib. 3. quæst.*10. eandémque differentiam inter patronum Ecclesiasticum & laicum, in hac materia proponit Ioan. Baptist. Cost. *in tract. de fact.scientia, centur.1.distinct.*90. & Didac.Spino *in specul. testament.gloss.4.num.*86. *& sequentib.*

11 Videndum igitur est, utrum iste Tertius Consul amiserit jus præsentandi, præsentatione facta de infante, & sic de eo qui non erat clericus: & Lambertin. *loco citat.* nempe *prima parte lib.2. in 4. articulo* 10. *quæst.princip.numero* 42. *in fine, versic. Et idem dicerem*, manifestè censuit præsentantem laicum privari jure præsentandi pro illa vice, cùm injuriam faciat Ecclesiæ, & abutatur gratia sibi concessa, volendo laicum spiritualibus præficere, cùm laicis prohibitum sit tractare spiritualia: & *numero* 23. idem dicit de eo qui præsentaret mulierem, quia censeretur id ludibrio factum esse: quod eadem ratione locum habere debet in præsentante infantem. Verùm *ibidem* existimat, etiam indignum in hac materia dicendum esse, quando præsentatio fit contra dispositionem testatoris, veluti si præsentari debeat Sacerdos, & præsentaretur puer, tunc enim præsentans abuteretur concessione sibi facta à fundatore: ut per eum *dicto numero* 13. *versic. Et idem dicerem si ex dispositione* quod nos etiam mox dicebamus; cujus tamen sententia in hoc ultimo capite non transit sine difficultate: † nam quando præsentatio fit contra formam fundationis, est omnino nulla; & ideo propter eam patronos non privari facultate præsentandi, censuit Cost. *in tract. de facti scientia, centur.1, distinct.* 90. *numero* 24. qui ad hoc allegat Cravet. *cons.*63. *numero* 4. *&* 10. ubi concludit patronum, qui nulliter præsentavit, & contra formam fundationis, posse variare, & iterum præsentare; non cumulativè, propter nullitatem primæ præsentationis, sed recedendo in totum à præcedenti præsentatione: ad hoc etiam allegat Mascard. *de probat. conclus.*1217. *numero* 10. *& sequent.* quæ in libro meo est *conclus.* 1223. ubi solùm dicit præsentantem scienter indignum, privari potestate præsentandi pro illa vice, & præsentantem præsumi scire qualitates præsentati: allegat etiam Castrens. *cons.* 46. *numero* 3. *vol.*1. ubi tamen non loquitur de præsentatione, sed de electione: † quanquam præsentatio, quæ fit per patronum, videatur quædam species electionis; & disposita circa electionem, videantur etiam locum habere in præsentatione: ut docet Lambertin. *in dicto tractatu de jurepatronat. lib. 2. part.1. quæst.1. articulo 4 per totum*, maximè *numero* 1. *&* 14. ubi ostendit quod patroni dicuntur largo modo eligere presbyterum, & quod jura loquentia de electione, plerumque procedunt in præsentatione: sed tamen fatetur quod istud procedit impropriè, & largo modo; cùm præsentatio, non electio, spectet ad patronos, ut *in dicto articulo 4. fol.*2. † Ego existimo doctrinam Lambertini posse concordari cum sententia Cravetæ, & Costæ, nempe ut istorum sententia locum habeat generaliter, quando defectus formæ fundationis non erat adeo evidens & notorius: opinio verò Lambertini locum habeat in suo casu, in quo aderat non solùm contraventio: sed etiam contemptus fundationis; quia præsentatus fuerat puer, cum tamen ex fundatione debuisset præsentari sacerdos. Cùm igitur iste compatronus infantem, & sic notoriè indignum (quia propter infantiam charactere clericali insigniri non poterat) præsentasset, clarum est ipsum privatum fuisse jure præsentandi pro illa vice, & per consequens ejus variationem, & novam præsentationem admitti non potuisse.

12 13 14

Si tamen non fuisset deventum ad præsentationem, sed sola intervenisset nominatio, non videtur quod iste compatronus privatus fuerit jure suo; cùm talis nominatio valde differat à præsentatione, & in ea facilius admittatur variatio patroni quando non est deventum ad actum præsentationis; sicut dicitur de electione, in qua simplex nominatio non admittit facultatem variandi: Vivian. *de iurepatronat. lib.5. capite* 1. *numero* 50. ita à simili simplex nominatio per patronum non est attendenda: † Quia antequam illa superiori præsentetur, non tribuit aliquod jus in re, nec ad rem, & ideò sufficit ut nominatus sit capax tempore præsentationis, licèt incapax, vel inhabilis sit tempore nominationis: Garc. *de benefic. parte 7. capite* 1. *num.* 53. *& sequentibus.* † Non enim debemus extendere privationis pœnam ad casus in jure non expressos; nec per consequens ad simplicem nominationem: Lambert. *de jurepatron.lib.2. part.1. quæst.*10. *articulo* 4. *numero* 27. *fol.*110. Et licèt forsan in instrumento

15 16 17

nominationis fuiſſet inſertum mandatum ad præſentandum, hoc non ſufficit ad privandum patronum jure ſuo, cùm non fuerit deventum ad actualem
18 præſentationem,† & mandatum non effectuatum nullius ſit conſiderationis: Lambertin. *in dicto tract.lib.2.part.2.in prima quæſtione principali, art.21.& 22.num.1.* Poſito igitur quod iſte tertius Conſul devenerit ad actualem præſentationem coram Epiſcopo, præſentatio fuit nulla, nec amplius vocem habere potuit pro hac vice.

Deveniendo ad vocem ſecundi Conſulis, cùm illa ſit deſtituta auxilio alicujus ex compatronis, non potuit obligare Epiſcopum ad inſtituendum illum, quem iſte Secundus præſentavit; poterit tamen uti gratificatione in concurſu Primi & Secundi Conſulis, quorum duorum duntaxat voces ſunt conſiderandæ, ob excluſionem Tertii, qui indignum præſentavit, ut probavimus *ſup.cap.18.p.1.*
19 *n.33.*† cui gratificationi locus eſt quando voces ſunt æquales, & merita æqualia: nam ſi unus ſit alio dignior, & majoris meriti, Epiſcopus tenetur illum inſtituere, nec locus eſt gratificationi: & ſi minùs dignus fuerit inſtitutus, dignior appellare potuit: teſte Barboſ.*de Epiſcop. part.3. allegat.72. n.199.200.& 201.*

Denique quoad primum Conſulem, ejus etiam vox erat ſolitaria, & ſic duæ aderant voces, vel ad ſummum tres diverſæ, ideo locus fuit gratificatio-
20 ni, ut dictum eſt; † niſi præſentatus à primo Conſule doceret ſe majoris eſſe meriti: quia eſſet de familia fundatoris, & doctior, aliæque concurrerent qualitates, de quibus Barboſ. *de Epiſcop.allegat.72. n.202.& ſequentibus.* Hoc enim caſu, Epiſcopus non debuiſſet gratificari, imò tenebatur iſtum inſtituere, ut dictum eſt; alioquin excluſus poteſt appellare ab inſtitutione minùs digni

CAPVT CLX.

De ſimonia tam in foro conſcientiæ, quàm in foro exteriori judicanda, dum eodem tempore reſignatio ex una parte, & venditio prædiorum pretio exceſſivo intervenit. Et de conventione ante reſignationem facta, à qua partes receſſerunt re integra, vel quæ fuit adimpleta tantùm ex una parte, utrùm ex ea incurratur pœna cenſurarum, & amiſſionis beneficiorum obtentorum, vel obtinendorum? Et utrum ſola ſimonia conventionalis, maximè confidentialis, ſubjaceat dictis pœnis? Et de reſignatione nulliter facta in favorem coram Legato, completa, vel incompleta.

SUMMARIUM.

1 *Simoniæ judicium in foro conſcientiæ dependet ex anima, & intentione partium.*
2 *Promittens ſiclè rem temporalem pro beneficio, incidit in crimen ſimoniæ, propter cooperationem ad peccatum, idque in foro conſcientiæ.*
3 *In foro exteriori ficta intentio non excuſat, quia in eo judicatur tantùm de externis.*
4 *De triplici ſimonia, mentali, conventionali, & reali.*
5 *Simonia recipit ſuam formalitatem à conventione, ita ut res mala ſine conventione precedenti non inducat ſimoniam, & è contra res bona, promiſſa pro beneficio per conventionem precedentem, illam inducat.*
6 *Simonia conventionalis efficitur realis per receptionem pretii, vel partis ipſius.*
7 *Qui fecit chirographum promiſſionis rei temporalis reſignanti, non incidit in ſimoniam, ſi pœnitentia ductus illud laceravit re integra.*
8 *Conventio ſimoniaca ſecundum multorum ſententiam non nocet, ſi non fuit deducta ad effectum.*
9 *Contrarium multi verius eſſe exiſtimant, quia ſimonia committitur tam promittendo, quam recipiendo.*
10 *Proponuntur varii caſus, in quibus ſimonia incompleta nocet, aut non nocet, ad privationem beneficii.*
11 *Quando agitur de ſimonia confidentiali, illa dicitur completa per ſolam promiſſionem, & ex ea ſola infligitur pœna privationis.*
12 *Secundum ſententiam aliquorum non inducit privatio beneficiorum obtentorum, ſed ſolum obtinendorum.*
Sed contrà, infrà num. 14.
13 *Si nihil intervenerit niſi ſolus tractatus, non incurruntur pœnæ ſimoniæ.*
14 *Verius eſt, ex ſola ſimonia conventionali induci privationem, & inhabilitatem, ſi reſignatio ſubſequuta fuerit, præſertim juxta conſtitutiones Apoſtolicas, idque tam quoad beneficia obtenta, quam in futurum obtinenda.*
15 *Conſtitutiones Pauli II. & Pii V. ſuntne in Gallia, quoad pœnas contra ſimoniam conventionalem.*
16 *Venditio facta reſignanti pretio exceſſivo primo argumentum ſimoniæ.*
17 *Simoniacus poteſt rehabilitari ad idem, vel alia beneficia, per ſummum Pontificem, aut etiam in Legatione.*
18 *Reſignans in favorem coram Legato, licèt conditionaliter, amittit titulum & poſſeſſionem ſi deventum fuerit ad traditionem & poſſeſſionem reſignatarii.*

PRoponebatur in facto, Franciſcum Prioratum quem obtinebat, reſignaſſe: eodémque tempore quoddam ſui patrimonii prædium, pretio ſatis exceſſivo, vendidiſſe, præcedente pacto de faciendo venditionem: reſignatarium tamen nunquam habuiſſe intentionem prædium illud ſub illo pretio, ſed tantùm ſub ejus vero & legitimo valore acquirendi; attamen pretii partem jam exſolviſſe. Et ex his dubitabatur *primò*, utrùm dictus reſignatarius argui poſſet de ſimonia; & per conſequens utrùm beneficii ſui jacturam incurreret. *Secundò* quibus remediis ſibi conſulere poſſet ad evitandas ſimoniæ pœnas, in utroque foro.

Ad primam quæſtionem dixi, quod ſi negotium in foro poli decidendum ſit, nullus melior judex adeundus eſt quàm propria ipſius reſignatarii conſcientia, qui magis ſcire debet utrùm verè habuerit mentem, & intentionem ſimoniam faciendi, aut ad aliquos actus procedendi, ex quibus ſimonia oriri poſſet: *cap.tua nos 34. de ſimon.verſic. licèt autem*, ub dicitur quod licet pactio ſimoniaca non aperreat, ſi tamen intentio occulta fuerit, non aliter quàm ſub illa conditione beneficium dimittendi, incurritur vitium ſimoniæ, quod etiam dixit Bonacin. *in tract. de ſimon. q.1.§.2.n.1.*

Quamvis autem ſecundùm multorum opinio-
nem

nem, resignatarius fictè promittens summam excedentem justum & legitimum pretium rei venditæ, non incidat in crimen simoniæ; tamen contrariam sententiam veriorem esse existimat Bonac. *in d. tr. de simonia*, post Navar. & Suarez quem allegat, nempe etiam hoc casu fictæ promissionis, locum esse in foro conscientiæ crimini simoniæ, ut per eum *disp. 1. quæst. 1. num. 5.* contra Caietan. & alios quos allegat: quia licèt revera qui promittit rem temporalem animo decipiendi resignantem, non sit formaliter simoniacus, & ex intentione formali, & per consequens non videatur ligari censuris contra simoniacos latis, non tamen excluditur quin reus sit simoniæ ob cooperationem ad peccatum simoniæ.

5 In foro autem exteriori sequitur multò magis, fictè promittentem incidere in crimen simoniæ, nec aliquam excusationem posse prætendere, quia fotus externus non judicat de internis, sed solùm de externis: ut idem Author profitetur *dicto num. 5. versic. in foro tamen externo, & eadem disput 1. q. 2. num. 8. §. hinc sequitur primò, versic. negandum tamen non est.*

4 Et cum triplex sit simonia, nempe mentalis, quæ in sola intentione consistit; conventionalis, quando deventum est ad pactum & conventionem, & realis, quando processum est ad executionem conventionis, vel traditionem pretii; constat in casu isto non tractari de sola mentali, cùm deventum fuerit ad conventionem & pactum præcedens; 5 † quia simonia recipit formalitatem à conventione: & quamvis ageretur de re quæ ex se esset bona, tamen si deducta fuerit ad conventionem, ex ea inducitur simonia, ut per Mohedan. *de simon. decis. 1.* Ita & è contra, super re prohibita & injusta, non præcedente tractatu & conventione, non potest simonia induci, ut contrariorum eadem sit disciplina: Rot. *decis. 358. n. 12. part. 2. recent.* Ludovis. *decis. 517. num. 32. & 33. & decis. 238. num. 9.*

6 † Immò constat non tractari de sola conventionali, sed de reali simonia, cùm conventio & pactio præcedens de vendendo ultra legitimum pretium, fuerit deducta ad actum per solutionem partis pretii bonorum venditorum, quod resignans recepit; & sic intervenit simonia vera & realis, quæ inducitur per solam receptionem partis pretii, licèt totum non fuerit solutum: ut per Pyr. Corrad. *in praxi dispensat. lib. 5. c. 9. n. 5. & 6.*

Sed pone quod ante resignationem resignatarius promiserit resignanti dimittere illi fructus sui beneficii quod resignavit, durante vita ipsius resignantis, sed conventio illa non habuit effectum, quamvis de ea scriptura publica, vel privata facta fuisset; sed resignans aliquot post resignationem diebus mortuus esset, & sic nullos fructus percepisset, nec percipere propter obitum potuisset: ideo quæritur, utrum iste resignatarius in crimen confidentiæ, vel simoniæ inciderit; cùm conventio non fuerit effectuata per traditionem alicujus rei temporalis.

7 Ista quæstio videtur decisa apud Navarr. *cons. 48. de simon.* aliàs 53. ubi supponit, quod resignatarius pœnitentia ductus chirographum laceravit, agnoscens conventionem hanc esse simoniacam, sed postea resignatio purè & liberè facta fuit, & concessit hunc resignatarium liberè, & sine scrupulo conscientiæ beneficium resignatum obtinere potuisse, cujus sententiam sequitur, & multis rationibus comprobat Paris. *in tractat. de confidentia, q. 39. per totam*, ubi hoc ampliat ut locum habeat quamvis resignans promissionis suæ chirographum resignatario ante resignationem tradidisset: † & generaliter non esse simoniæ locum, quando non fuit completum id, quod fuit deductum in pactum. 8 Quod & Navarr. *eodem tit. consil. 42.* aliàs 36. observavit; & ipsemet Paris. *dicta quæst. 39. n. 19.* post Rebuff. *consil. 63. num. 13.* ubi dicit conventionem super certo beneficio non esse simonicam, quando non est deducta ad effectum: idem Paris. *de resignat. lib. 14. q. 7. num. 72.* ubi dicit hanc conclusionem esse notandam, quia sæpè occurrit, & secundùm eam vidit judicari.

Verùm contrariam regulam proponit ipsemet 9 Paris. *eodem lib. 14. quæst. 7. n. 30. versic. Decimus casus*, ubi dicit quod si sola adsit promissio aliquid temporale dandi pro beneficii assecutione, incurritur simonia; & quod simoniacus est qui promittit, sicut qui dat: allegans Bald. Francum, & Anchar. *in cap. 1. de testib.* dicens ex sola promissione de dando aliquid temporale pro beneficio consequendo, promittentem esse simoniacum, & privari beneficio, quod consequutus fuit per solam promissionem de dando, ut per Gloss. Abb. & Felin. *in cap. tua nos, de simonia.*

Vera resolutio hujus quæstionis hæc est, ut si- 10 monia realis incompleta dicatur, dum ex una parte tantum adimpletur, veluti si tradatur res spiritualis, veluti beneficium, interveniente solo pacto & conventione absque traditione reali alicujus rei temporalis: completa verò dicatur, dum ex utraque parte deventum fuit ad traditionem, nempe subsequuta fuit resignatio ex una parte, & traditio rei temporalis ex alia, atque ita discordantes Doctorum sententias conciliat Bonacina *in dicto tractat. de simon. disput. 1. quæst. 2. num. 5.* Sed hæc distinctio non solvit nodum difficultatis: melius ergo Sanch. *in consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 106. n. 4.* concludit. *Primò*, quod quando simonia est incompleta ex utraque parte, quia scilicet nec tradita est res spiritualis, nec pretium, non incurritur excommunicatio, nec aliæ pœnæ contra simoniacos latæ. *Secundò*, quod similiter non incutritur pœna simoniæ, quando simonia est completa ex parte solius promittentis, quia scilicet dedit pretium, & alter non dedit beneficium. *Tertiò*, quando conventio fuit completa ex parte promittentis beneficium, quia illud resignavit; sed resignatarius non solvit pretium, tunc dicit verius esse, quod non incurruntur pœnæ simoniæ, nec resignatarius tenetur dimittere beneficium, sed ad incurrendum pœnas ac obligationem dimittendi beneficium cum fructibus, requiritur simonia completa ex utraque parte, dicens quod ita servat stylus, de cujus dicti veritate mox agemus. † *Quarto*, in casu proposito cessat 11 omnis dubitatio, quia agitur de simonia confidentiali, quæ subjacet pœnis & censuris, quamvis nondum sit completa, ut patet ex verbis constitutionis Pii V. *ubi etiam sola dimittentis intentione receperit*: ut probat Bonacina *de simon. disp. 1. quæst. 7. punct. 1. §. 1. num. 4* Sanch. *dicto lib. 2. consil. moral. cap. 3. dubit. 106. num. 5.* & bene explicat Paris. *in tractat. de confident. quæst. 1. num. 150.* ubi dicit confidentiam adimpleri per solam promissionem, & sic interpositionem fidei, cùm tota in fide sit posita: & *num. 159.* ubi dicit quod eo ipso quod quis accepit beneficium in confidentiam, antequam impleat quod promisit, est ipso jure excommunicatus, & ipso jure collatio ei facta, est nulla, & tenetur resignatarius ad restitutionem omnium fructuum quos percipit; quamquam etiam cessante confiden-

tia, incurri pœnam privationis beneficiorum, *ibid.* Pariſ. exiſtimet, allegando ad hoc *deciſionem* Putei 80. & Veralli *deciſ.* 201 *part.* 1. Sed iſtæ deciſiones hoc ſolùm concludunt, quod ille qui commiſit ſimoniam conventionalem, eſt inhabilis ad obtinenda beneficia in futurum, niſi fuerit diſpenſatus ? † Sed non privatur beneficiis jam obtentis, & ipſemet Pariſius loquitur tantùm de inhabilitate ad obtinenda beneficia in futurum : caſus autem propoſitus per Navarr. *dicto conſ.* 48. procedere poſſit etiam in ſimonia confidentiali, ſi re ipſa ante reſignationem factam partes receſſiſſent à conventione, lacerando chirographum, vel cancellando inſtrumentum : † quia ſolus tractatus non eſt punibilis, nec ex eo aliqua pœna incurritur, ut oſtendit Pariſ. *dicta quæſt.* 39. *num.* 6. *& multis ſequentib.* † Cæterùm quæ dicta ſunt de inhabilitate ad futura beneficia, juxta dictas deciſiones Putei 80. *lib.* 2. & Veralli *deciſ.* 206. *part.* 1. quas etiam ita, ut mox dictum eſt, explicat Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 15. *num.* 70. non tranſit ſine difficultate in terminis juris communis : cùm multi exiſtiment ſolam ſimoniam conventionalem ſufficere ad pœnam privationis, ſi collatio, vel reſignatio ſequuta fuerit, quamvis nulla adhuc rei temporalis traditio intervenerit, ut fusè oſtendit Garc. *de benefic. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 20. *& multi ſeqq.* & Rota ſequitur illam opinionem, quod ob ſolam ſimoniam conventionalem incurratur pœna inhabilitatis, etiam ad obtinenda in futurum beneficia, propter conſtitutiones Apoſtolicas Pii V. Duran. *deciſ.* 237. *num.* 14. & ex conſtitutione Pauli II. *in extravag. cùm deteſtabile, de ſimonia.* Sed tamen in Senatu Toloſano judicatur, quod ſi ſola intervenerit conventionalis ſimonia, poſſeſſio triennalis pacifica ſuffragatur proviſo : Maynard. *lib.* 5. *cap.* 5. & diximus *part.* 1. *cap.* 85. *num.* 59.

Redeundo ad quæſtionem principalem propoſitam, concludendum eſt, quod ſi nulla præceſſiſſet conventio, ſed ſimpliciter facta fuiſſet venditio prædii, eodémque tempore reſignatio beneficii facta fuiſſet, ex ſola temporis brevitate, & actuum correſpectivitate non poſſet oriri præſumptio ſimoniæ vel confidentiæ, cùm reſignatio & venditio ſuas cauſas habeant diſtinctas & ſeparatas, ut deciſum fuit apud Puteum *deciſ.* 171. aliàs 167. *lib.* 2. & præcisè in caſu venditionis & reſignationis ſimul factæ deciſum reperitur apud Mohedan. *dec.* 5. *de ſimonia.* Idémque de locatione, & reſignatione deciditur apud Burat. *deciſ.* 445. *n.* 4. & apud Rotam *in recentiorib. deciſ.* 418. *n.* 4. *part.* 1.

Niſi tamen magnus exceſſus in pretio contrarium ſuaderet, ut teſtatur Put. *deciſ.* 489. aliàs 490. *in una Abulenſi, num.* 2. *lib.* 2. ubi dicit judicandum eſſe pro ſimonia, ſi magna ſit exceſſivitas pretii, arbitrio judicis.

Advertendo tamen quod cùm tria ſint rerum pretia, magnum ſcilicet, parvum, & mediocre ; nulla poteſt ſiniſtra deſumi intentio ex pretii exceſſu, ſi in uno ex tribus non adſit aliqua diſproportio, quia pretia rerum non conſiſtunt in indiviſibili, ſed aliquam habent latitudinem : Covarr. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 3. *num.* 1.

Et ex prædictis ſequitur *primò*, quod ſi in foro exteriori probetur præcedens conventio circa venditionem factam pretio exceſſivo, pro obtinenda reſignatione beneficii, & poſtea ſubſequuta ſit reſignatio, beneficium erit impetrabile ex capite ſimoniæ, quamvis ſola adſit conventio exequutioni demandata per reſignantem, & tradentem rem ſpiritualem, & ſic conventio fuerit impleta ex una parte tantùm : tum ex eo quod agitur de ſimonia confidentiali, ut *ſuprà* dictum eſt ; tum etiam ex conſtitutionibus prædictis Pauli II. & Pij V. quas etiam in Gallia obſervari, & receptas eſſe teſtatur Thoveneau *in conſtitut. Reg. lib.* 4. *tit.* 2. *artic.* 1. *in verbo, des peines indictes par les ſaincts decrets*, Bouchel *in ſumma benefic. in verbo*, Simonie, *column.* 3. verſic. *la collation faicte*, Moderni Aquenſes *in tract. de benefic. lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 18. Petr. Gregor. *in inſtitut. rei beenefic. cap.* 26. *num.* 1. *verſic. intelligeno quoque.*

Sequitur *ſecundò*, quod ſi nihil aliud probari poſſit præter correſpectivitatem venditionis, & reſignationis, præſumptam ex vicinitate temporis, non probata conventione præcedenti, beneficium non erit impetrabile, nec inducta ſimonia in foro exteriori : ex Mohedan. *dicta deciſ.* 5. *de ſimonia*, niſi tamen in pretio magnus adeſſet exceſſus, ut ſuprà dictum eſt, ex Put. *dicta deciſ.* 479. aliàs 490. *lib.* 2.

Ad ſecundam quæſtionem breviter reſpondetur, quod ſi ſimonia eſſet completa, vel talis ex qua locus eſſet cenſuris, recurrendum eſt ad abſolutionem, & condonationem fructuum perceptorum, & rehabilitationem ad obtinendum idem beneficium, cum expreſſione qualitatis beneficii, & valoris fructuum perceptorum : quæ omnia obtineri poterunt in Vrbe, vel in Legatione, vigore facultatum dictæ Legationis.

In conſequentiam verò eorum, quæ ſuperius de ſimonia completa, vel incompleta, dicta ſunt, concludendum eſt in ſimili caſu, quod ſi reſignato non abdicatoria, ſed in favorem facta fuerit in Legatione (quæ ſine dubio in Gallia non admitterentur, ſi poſtea reſignatarius vigore proviſionis inde ſequutæ, beneficii reſignati poſſeſſionem adeptus fuerit,) tunc abſque alia privatione vel ſententia, poterit Ordinarius conferre illud beneficium tanquam vacans per reſignationem, quam Galli ſimoniacam vocant, & exequutionem de facto ſubſequutam, quia illa exequutio facti tranſit in meram abſtractionem vitio infectam, quæ non purgatur, ſed magis augetur, & originaliter inficit titulum & poſſeſſionem uſurpantis. Et cùm reſignans poſſeſſionem dimiſerit cum effectu, antiquus titulus reſignantis durare non poteſt ; & ſic poteſt Ordinarius conferre : conditio enim ſuſpenſiva, ſub qua reſignatio facta erat, deſinit per exequutionem de præſenti conſummatam : *l. ſub conditione, in fine, &* Gloſſ. ult. *ff. de ſolut. l. dotis fructus, in fin. cum ſequenti. ff. de jur. dot. l.* 1. *verſic. ſi tamen, ff. de action. pro dote :* cùm enim reſignatio vitioſa, fuerit completa per traditionem poſſeſſionis ; neceſſe eſt, reſignantem ex tali vitio amiſiſſe ſuum beneficium, inſtar ſimoniæ conventionalis, quam per traditionem rei ſpiritualis compleri, & in realem tranſire ſuperiùs oſtendimus. Quod etiam probatur ex notatis per Peleum *ad reg. Cancell. c.* 4. *verſ. per reſignationem in favorem, fol.* 12. cum *verſ. ſequenti*, ubi dicit, eum qui reſignavit in favorem in manu non habentis poteſtatem, iterum ante poſſeſſionem dimiſſum, & ſic re integra, poſſe reſignare ſimpliciter apud Ordinarium, vel in favorem apud Summum Pontificem ; ſed tunc debere mentionem facere de priori reſignatione nulliter facta. Qua de re fuſiùs egimus ſuprà, *p.* 1. *cap.* 33. ubi tractavimus, quando poſſit Ordinarius conferre idem beneficium, quod priùs nulliter contulerat.

CAPVT

CAPVT CLXI.

De possessione beneficii captæ non vocato possessore; & quæ hac in re sit praxis Galliæ. Et de præsentatione facta de Clerico, qui non est capax ordinis Sacerdotalis suscipiendi intra tempus à fundatore definitum. Quæ sit vis illorum verborum in fundatione appositorum, *Quod patronus præsentare possit & valeat casu quo præsentatus sacrum Presbyteratus ordinem non susceperit*, utrum ex illis arguatur vacatio beneficii? Vtrùm ex facultate data per fundatorem Capellæ, ut per substitutum deserviri possit, censeatur recessum à præcedentibus verbis Sacerdotium in proviso requirentibus. Et ex quibus verbis colligatur requiri Sacerdotium actuale, vel saltem habituale in proviso, vel præsentato. Et utrùm collatione facta illi, qui non est habilis juxta fundationem, beneficium sit vacans ipso jure, an verò requiratur monitio. Quid si sit habilis, sed non promotus intra annum, aut aliud tempus à fundatore definitum. Quomodo annus iste computetur in Gallia.

SVMMARIVM.

1 *In Gallia possessio beneficii capi solet, non vocato possessore.*
2 *De jure communi possessio beneficii non vocato possessore non est manutenibilis.*
3 *Quando qualitas Sacerdotii habitualis requiritur, provisus debet esse in ea ætate, ut intra annum promoveri possit.*
4 *Qui non habet ætatem requisitam, non est tutus in utroque foro, etiamsi illi ad legitimum tempus aliquid vel minimum desit.*
5 *Si collatio beneficii facta fuerit personis inhabilibus, jus conferendi ad Superiorem devolvitur.*
6 *Habilitas post tempus requisitum superveniens non suffragatur.*
7 *Dictio* potest, *affirmativè prolata, meram significat facultatem.*
8 *Sed tamen aliquando importat necessitatem, secundùm subjectam materiam, maximè in ultimis voluntatibus.*
9 *Dictio* potest, *importat necessitatem respectu illius, cui adimplendum est.*
10 *Dictio* potest, *importat necessitatem, quando agitur de destitutione personæ inhabilis.*
11 *Beneficium supponitur vacare, quando alicui competit jus præsentandi in certo casu.*
12 *Fieri debet differentia inter onus celebrationis Missarum relatum ad personam, & illud quod habet relationem ad beneficium: nam in primo casu institutus debet esse habilis ad celebrandum tempore præfixo.*
13 *Quæ sit vis illius verbi,* Clerc celebrant, *vel dum fundator ordinavit quod præsentatus tot Missas celebret: &* num. 15.
14 *Ex quibus verbis sacerdotium actuale, vel habituale requiratur in præsentato.*
16 *In beneficiis simplicibus, ex generali consuetudine, potest quis deservire per substitutum: de quo tamen videnda sunt dicta parte 1. capite 31. num. 13.*
17 *Ex eo quod quis possit Missas celebrare per substitutum, non tamen ideo sequitur beneficium conferri posse simplici Clerico, si fundator voluit præsentari illum, qui sit Sacerdos.*
18 *Ob non promotionem intra annum non inducitur vacatio ipso jure, sed debet præcedere monitio, nisi agatur de Ecclesia parochiali, in qua incurritur privatio ipso jure.*
19 *Possidens Capellaniam non privatur ipso jure ob non promotionem.*
20 *Qui est inhabilis ad Ordinem in fundatione requisitum, privatur ipso jure.*
21 *In beneficialibus semper attenditur ultimus status.*
22 *Datur annus illi qui debet promoveri, à die pacificæ possessionis: sed in Gallia datur biennium.*

COntulerat Episcopus loci Ordinarius quandam Capellaniam vacantem per obitum ultimi illius possessoris, subsequuta adeptione possessionis, sexto post collationem die; quam quidem Capellaniam tertius quidam in Legatione impetraverat, certis post collationem mensibus, propter dicti provisi inhabilitatem, incapacitatem, provisionum nullitatem, & qualitatum ex fundatione requisitarum inobservantiam; & nominatim ex eo quod dictus provisus ab Ordinario non erat Sacerdos actu, neque habitu; cùm non esset in ea ætate, ut intra biennium ad sacrum sacerdotii Ordinem promoveri posset, prout in fundationis instrumento cavebatur.

Tertium istum impetrantem dixi in possessorio manutenendæ non esse fundatum, sed in possessorio adipiscendæ jus illi competere adversus primum provisum: † quia licèt in Gallia is qui impetrat certo modo, soleat possessionem adipisci non vocato possessore, adeo ut recredentia vel manutentio postea illi adjudicetur, cujus jura meliora & potiora cognoscentur, quæ praxis est in Gallia notoria: † tamen quia beneficium erat constitutum in loco summo Pontifici immediatè subjecto, & possessio erat jam plena, dictúsque primus provisus in effectu dictam Capellaniam possidebat, si dictus tertius impetrans in Legatione possessionem accepisset, non vocato dicto primo proviso, possessio hujus impetrantis nulla esset, & invalida: *cap. licèt Episcopus, de præbendis in 6. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. in annotat. n. 227. Rot. decis. 476. part. 3. recent.* & alibi passim. 1 2

In negotio principali, tam ratione possessorii adipiscendæ, quàm ratione petitorii concludebam, dictum Sertomodarium esse fundatum in sua impetratione: quia licèt dicta Capellania non esset Sacerdotalis actu, ita quod tempore præsentationis non esset necessarium quod præsentatus esset actu Sacerdos, propter verba fundationis, in qua dicitur quod præsentatus debeat esse Presbyter, aut Clericus idoneus & sufficiens, ad sacros Ordines promoveri desiderans; tamen ex sequentibus fundationis verbis requirebatur sacerdotium habitu, ita quod præsentatus esset talis Clericus, qui intra duos annos

annos à tempore ſuæ præſentationis computandos ad ſacrum Presbyteratus Ordinem promoveri poſſet: quia licèt aliàs regulariter quando requiritur Sacerdotium habituale, ſufficit quod præſentatus ſit in tali ætate & ſtatu, ut intra annum promoveri queat, tamen fundator annum legalem extenderat
3 ad biennium: † ita ut ſi quis in ea eſſet ætate ut intra termintum præfixum promoveri non poſſet, præſentatio nulla eſſet, & invalida, & per conſequens etiam inſtitutio: *cap. licèt canon, de elect. in 6. cap. ſi pro clericis, de præbendis in 6. cap. 2. de inſtitutionib. cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6.* & *ibid.* DD. Cardinal. *conſ. 69. col. 3.* Garc. *de benef. p. 7. c. 4. n. 85. junctо num. 82.* Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 4. q. 9.*
4 *num. 20. & ſequentibus*, † adeo ut qui beneficium obtinet non habens ætatem requiſitam, non ſit tutus in conſcientia: etiamſi ad ætatem requiſitam aliquid vel minimum deſit, veluti unus dies, vel hora; quia in iis, quæ à jure ſunt limitata, non licet arbitrari: ut per Garc. *loco citato, n. 83. & 84.* Cùm igitur proviſus ab Ordinario in ea eſſet ætate, ut intra biennium ex fundatione requiſitum non poſſet ad ſacerdotium promoveri, concludendum eſt collationem illi factam nullitatis vitio laborare, & locum eſſe devolutioni, † propter collationem factam contra formam & tenorem fundationis, attento quod patroni intra dilationem juris minùs legitimè præſentarunt, & ſic jus devolutum eſt ad ſuperiorem, *cap. 2. in verbo, perſonis quæ dignè adminiſtrare valeant, de conceſſ. præbend.* cum *ibi* no-
6 tatis: † adeo ut licèt ſic proviſus per Ordinarium aſſequutus fuerit ſacerdotium poſt tempus à fundatore præſcriptum, talis præpoſtera habilitas illi non ſuffragetur, cùm illa requiratur de tempore actus: Ferret. ſub diſtinctione *conſ. 305. num. 2. & ſequent.* Lambertin. *de jurepatronat. part. 1. lib. 2. quæſt. 7. principal. art. 27.*

Accedat præmiſſis, quod fundatoris intentio in caſu propoſito ſatis evidenter colligebatur ex verbis ejuſdem fundationis, in qua fundator nominabat pro prima vice quendam non Presbyterum, ea tamen conditione quod ipſe nominatus intra tres annos Miſſam celebraret, & in defectum dictæ celebrationis nominavit alium, qui actualiter tunc erat Sacerdos Miſſam celebrans: ex quo conſtat, quod ejus intentio fuit, ut Clericus præſentandus eſſet talis, qui intra tempus ab ea præfixum Miſſam in effectu celebrare poſſet, & ad Sacerdotii Ordinem promoveri.

Neque obſtare dixi, quod poſtea fundator videtur remiſiſſe arbitrio & voluntati patronorum deſtitutionem præſentati inhabilis, dum dicit, quod *caſu quo dicta Capellania conferretur Clerico non Presbytero, & ipſe Clericus non celebraret Miſſam intra duos annos poſtquam ipſa Capellania ſibi collata fuerit, quod dicti patroni poſſint & valeant alium Presbyterum ſufficientem & idoneum, in Rectorem ejuſdem Capellaniæ eligere, & præſentare.* Ad hanc enim objectionem duæ dantur reſponſiones.

7 Prima eſt, quod licèt regulariter verbum *poteſt* affirmativè prolatum, ſit merè facultativum, ut per Gratian. *lib. 1. reſolut. reſol. 146. n. 15.* & plures alios quos congerit Barboſa *in tract. de dictionibus,*
8 *cap. 368. n. 1.* † aliquando tamen importat neceſſitatem, ſi non præciſam, ſaltem cauſativam, ſecundùm ſubjectam materiam: maximè in ultimis voluntatibus, ex Bartol. *in l. Gallus, in princip. n. 4. ff.*
9 *de liber. & poſthum.* † præſertim quando tractatur de intereſſe illius, cui aliquid fieri vel tradi debet, (prout in caſu iſto) ratione beneficii, vel Presbyteri, qui ad illud præſentari debet, ex notatis per Bart. *in l. unica, num. 3. & 4. ff. de condict. ex lege,* quem citat & ſequitur bene explcans Fortun. Garc. *in dicta l. Gallus, in princip. n. 68. ff. de lib. & poſthum.* Ludoviſ. *deciſ. 85. n. 7.* † Quod præſertim locum habet quando agitur de deſtitutione illius, qui inhabilis eſt ad munus, de quo agitur, exequendum, ut benè explicat Socin. ſen. *conſ. 193. num. 1. vol. 1.* ubi quod quando diſpoſitio facta fuit per verbum *poteſt*, & mandat alium ſubrogari in officio, illud verbum *poteſt*, inducit neceſſitatem, quando ille, cui exercitium muneris competit, non eſt ſufficiens, ſeu idoneus: quem ſequitur Burat. *deciſ. 389. n. 8. & 9.* ubi quod licèt lex dicat, quod inter plures tutores poteſt alius in locum demortui ſubrogari, ut *in l. ſi quis ſub conditione*, in verſic. *planè*, in illis verbis, *poterit dari alius, ff. de teſtament. tut.* tamen verbum illud, *poterit*, intelligitur ut judex teneatur alium ſubrogare, quando is qui remanſit, non eſt ſufficiens, nec idoneus.

Secunda reſponſio eſt, quod imò facultas præſentandi ſic conceſſa patronis facit, ut neceſſe inferri debeat vacatio Capellaniæ in caſum non aſſumpti Ordinis Sacerdotalis tempore per fundatorem præfixo: non enim data eſſet facultas præſentandi patronis, ſi Capellania non vacaret, cum certum ſit præſentationi locum eſſe non poſſe, niſi ſuppoſita beneficii vacatione præcedenti: *cap. ſicut, de jurepatronat. cap. final. de conceſſ. præbend.* Virian. *in praxi juriſpatronatus, part. 2. lib. 5. cap. 5. num. 1. & ſequentibus*, nec ad rem facit, ſi dicatur quod verba illa, *quod præſentatus intra biennium Miſſam celebret*, ſic interpretari debeant, nempe ut præſtum celebrari faciat.

Siquidem qualitas illa celebrationis Miſſarum duobus modis explicari poteſt. Primò quidem, quando verba referuntur ad ſervitium Capellaniæ: & hoc caſu cùm fundatoris intentio ſolùm reſpiciat ſervitium beneficii, cui ſatisfit celebrando, ſive per ſe, ſive per alium, tunc ſufficit ut ſervitium fiat per ſubſtitutum, ad notata *in cap. ſuper eo, de præbend. in 6.* Lap. *allegat. 33. numero 4.*

Secundò, quando fundator habuit directè reſpectum ad perſonam illius, qui ad beneficium præſentari debet, nullo habito reſpectu, ſaltem principaliter ad Capellaniam, ſed potiùs ad perſonam præſentandam, tunc dicendum eſt, quod licèt beneficio per ſubſtitutum deſerviri poſſit; tamen quia perſonam præſentandam qualitas celebrationis ejus perſonam relata, in ejus perſona verificari debet, ſecundùm modum & tempus à fundatore inquiſitum; ſicut in caſu propoſito, † dum fundator voluit quod præſentetur Presbyter, vel Clericus qui intra biennium Miſſam celebret, ut dicitur de eo, qui voluit quod præſentaretur *un Clerc qui celebrant*, quod apud Hiſpanos dicitur, *Clerigo de Miſſa*, ut advertit Garc. *in tract. de benefic. part. 7. cap. 1. n. 58.* Qua ratione fuit aliàs deciſum in Rota, Capellaniam eſſe Sacerdotalem, in cujus fundatione dictum fuerat, quod ille Sacerdos, ſive Capellanus teneretur qualibet hebdomada celebrare tres Miſſas, ut habetur *in deciſione 570. part. 4. diverſ.* idemque fuit deciſum *in Valentina Juriſpatronatus*, infra apud Garc. *dicta part. 7. cap. 1. n. 113. in fine*, ubi loquitur de fundatore volente quod præſentetur qui tot Miſſas celebret: & dicit ſufficere quod ſit Sacerdos habitu, licèt non actu; & ſic patet quod illa qualitas celebrationis relata ad perſonam, intelligenda eſt de Sacerdotio habituali exiſtente tempore

tempore præsentationis : quod melius explicatur ex traditis per Rot. *in Romana Capellaniæ*, quæ reperitur apud Garc. *dicta parte 7. cap. 1. num. 94. versic. non obstat quod in hoc casu, & versic. ultra quod in casu resolutionis* : ubi clarè fit differentia inter actum celebrationis Missarum relatum ad personam præsentati, & eum, qui refertur ad Capellaniam, & ejus servitium.

14 Et in effectu post plurimas Rotæ Romanæ decisiones, quæ inter se pugnare videntur, qualitatem Sacerdotii actualis requiri in præsentato quando mandavit præsentari Capellanum, qui Missam celebret ; vel quando non facta mentione Missarum, mandavit præsentari Presbyterum, *Que soit presenté un Prestre*, concludit Modernus *in tractat. de stylo Dataria, lib. 1. cap. 6. num. 27. & 28.* & deinde *num. 29. versic. unde remaneat firma conclusio*, dicens illi suffragari stylum Datariæ, in qua si exponatur quod ex fundatione debeat eligi Sacerdos, sive Presbyter, vel Capellanus qui Missam celebret, semper derogat, sive dispensat : quod tamen non faceret, nisi dispensatio seu derogatio esset necessaria, quia in litteris Apostolicis nihil ponitur frustra : ex Paris. *de resignat. lib. 8. q. 7. num. 138.* Sed de hac quæstione satis copiosè per nos actum fuit superiùs *in prima parte, cap. 118. & cap. 31. per tot.* & videri poterit Rot. *decis. 216. part. 2. recent. & 496. num. 3. part. 1. recent.* Gratian. *discept. forens. c. 133. num. 11.* Burat. *decis. 92. num. 4.* quamvis casus

15 propositus versetur in fortioribus terminis : † cùm in fundatione non fuerit dictum, quod præsentetur aliquis qui Missam celebret ; quæ verba adaptari possunt ad tempus futurum : sed quod dictum fuerit, quod præsentaretur *un Prestre celebrant*, vel *un Clerc celebrant*, cùm verba illa non possint referri nisi ad tempus præsens ; & ita posset prætendi ex vi illorum verborum, quod conditio celebrationis respiciens actum præsentationis, debuisset intervenire tempore actus, nisi fundator expressis verbis tempus promotionis ampliasset ad biennium.

16 Et licèt prætendi possit, quod ex generali consuetudine licitum sit præsentato deservire per substitutum in omnibus beneficiis simplicibus curam animarum non habentibus, de qua consuetudine generali testatur Ludovis. *decis. 108 n. 4. & dec. 175. num. 2.* & *ibi Addent.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 36. num. 39.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 5. n. 80.* quod tamen fuit per nos in dubium revocatum, quando agitur de eo, quem fundator visus est ad per se celebrandum cogere, ut diximus *dicto c. 31. num. 13. part. 1.*

17 Tamen etiam posito quod præsentatus possit Missas celebrare per substitutum, vigore dictæ consuetudinis generalis ; non propterea inferri potest, quod Capellania conferri possit illi, qui non est habilis ad Presbyteratus Ordinem suscipiendum, tempore per testatorem definito : quia in casu fortioti, quamvis fundator voluisset præsentari Presbyterum, qui per se, vel per alium Missas celebret ; non ideo minùs intervenire debet qualitas Sacerdotii intra tempus à fundatore præfixum : quia per illa verba non voluit suam dispositionem ampliare, ut præsentandus ad dictam Capellaniam non sit actu Sacerdos, aut saltem habitu intra tempus requisitum ; sed voluit ampliare duntaxat, ut si fortè esset impeditus alio impedimento, quod tunc posset celebrare per substitutum, ut bene explicat Barbat. *cons. 33. num. 9. versic. & si quispiam dixerit, vol. 2.* & bene Modern. *de stylo Dataria, dicto lib. 1. cap. 6. num. 29. versic. non improbo* : ubi concludit quod generalis consuetudo deserviendi per substitutum, non impedit quominus provisus debeat habere habilitatem, ut si velit, per se ipsum deservire possit ; præsertim cùm in casu isto tractaretur de provisione facta per Ordinarium, per quam providetur Ecclesiis, & non personis.

Non etiam mutat resolutionem prædictam, si 18
opponatur, beneficium ob non promotionem intra tempus requisitum, non vacare ipso jure, sed prævia tantum nominatione, ex notatis per Matesc. *lib. 2. variar. resolut. cap. 35. num. 96.* Quia licèt quando agitur de Ecclesiis Parochialibus, inducatur privatio ipso jure propter non promotionem intra annum, *cap. licèt canon, de elect. in 6.* tamen hoc est speciale in Ecclesiis parochialibus ; nam in aliis non oritur privatio ipso jure, sed tantùm prævia monitione : quia cùm dispositio dicti *cap. licèt canon*, sit pœnalis, non est ad alios casus extendenda : veluti si ageretur de obtinente Dignitatem, Canonicatum, vel præbendam, aut aliud beneficium, cui Ordo Sacerdotii annexus est, is enim non est ipso jure privatus, sed tantùm prævia monitione, & per sententiam privandus est : Garc *de benef. part. 3. cap. 4. n. 10. 11. & 16.* † & in terminis Capel- 19
laniæ Sacerdotium exigentis, adest *decisio* Rot. 3. aliàs 520. *sub tit. de pœn. in antiquis*, quam sequitur Rebuff. *in praxi, titulo de non promotis intra annum, n. 61.* & Ricc. *collectan. 1988. in 1. limit.* Matesc. *loc. citato*, & in beneficiis Galliæ ita indistinctè observatur, ut ob non promotionem non imponatur privatio, nisi prævia monitione, ut testatur Additio ad Louet *littera B, num. 4. columna. ult.* Et sic cùm dictus impetrans non doceat provisum fuisse monitum, neque per sententiam privatum, videbatur dicendum illum non esse in sua impetratione fundatum.

Quia dubium procedere posset, si ageretur de 20
persona quæ haberet ætatem requisitam, & esset habilis ad Ordinem suscipiendum, quem fundatio requirit tempore præfixo ; sed aliud dicendum est quando præsentatus non est in tali ætate, ut infra tempus à testatore designatum promoveri queat ; tunc enim collatio facta ei, qui non habet ætatem requisitam, est ipso jure nulla : *dicto cap. licèt canon*, ibi, *viribus omnino carere : de elect. in 6.* Paris. *de resignat. lib. 4. quæst 9. num. 24.* Garc. *dicta part. 7. cap. 4. num. 82. & 85.* Vivian. *de jure patronat. lib. 6. cap. 7. num. 69.*

Confirmantur prædicta ex ultimo statu dictæ 21
Capellaniæ, quæ collata fuit Sacerdotibus, & per eos possessa, qui ultimus status attendendus est, quando res esset dubia, *cap. consultationibus, de jurepatronat.* Oldrad. *cons. 312. in fine*, Dec. *cons. 26. in princip.* & de præsenti statu præsumitur in præteritum, præsertim ubi adest probabilis causa ita præsumendi : DD. *in l. ex persona, Cod. de probat.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 26.*

Advertendum tamen est, quod si sacerdotium 22
habituale requiratur, nullo per fundatorem termino præfixo, is qui provisus est, tenetur quidem intra annum ad Presbyteratus Ordinem promoveri, ut mox dictum fuit, quia dispositio *cap. licèt canon, de elect. in 6.* locum habet etiam in istis Capellaniis, ut notat Rebuff. *in praxi, tit. de non promot. intra annum, num. 17.* non tamen ad effectum privationis ipso jure, ut *suprà* dictum est *num. 18.* sed annus iste computatur duntaxat à die adeptæ pacificæ possessionis : & quia in Gallia non dicitur quis habere pacificam possessionem ante annum, ideo post annum pacificæ possessionis, alterum

habet

habet annum ad promovendum ; ne ſi promoveretur in primo anno , & deinde in fine anni beneficium ab eo evinceretur , remaneret ſine beneficio, & in dedecus Ordinis clericalis mendicare cogeretur : ut teſtatur Rebuff. *in d. tit. de non promotis intra annum, n.45.* quem citat Sanch. *in conſ. moral.*
23 *lib.2. c.2. dubit.22. n.9.* † Quamvis de jure communi poſſeſſio dicatur pacifica , quando proviſus poſſedit per aliquod tempus , quamvis poſtea intra annum lis mota fuerit : unde ſi poſſeſſio ſine lite continuata fuerit per unum, aut duos menſes, tempus anni ad promotionem datum currit: Sanch. *lib.2. cap.2. dub.7. num.10. & 13.* & nos diximus *p.2. c.5. §. ultimo, n.21.*

CAPVT CLXII.

Facta fundatione certi numeri Miſſarum, ſi ſucceſſu temporis victualium, & aliarum rerum ad Sacerdotis ſuſtentationem neceſſariarum pretium augeatur,in quibus caſibus procedi debeat ad reductionem numeri Miſſarum ; & cujus authoritate id fieri debeat. In quibus verò caſibus, retento eodem Miſſarum numero, poſſit Eccleſia petere ſibi augeri ſtipendium,ſeu verius eleemoſynam pro Miſſis fundatis. Et quando verba piæ fundationis taxativè, vel demonſtrativè prolata cenſeantur.

SVMMARIVM.

1 *Miſſarum reductioni ubi locus eſt, ſummus Pontifex illas reducendas eſſe cenſuit ad rationem 50. vel 60. ſcutorum annuorum pro qualibet Miſſa diurna.*

2 *Olim reductio Miſſarum fieri poterat authoritate Ordinarii , hodie tamen ſummus Pontifex adeundus eſt.*

3 *Miſſas nondum acceptatas Epiſcopus ad Capituli requiſitionem , etiam inconſulto Romano Pontifice , reducere poteſt ad minorem numerum.*

4 *Legatum taxativè relictum, non admittit augmentum ſalarii Miſſarum.*

5 *Si teſtator legati verba inceperit à numero Miſſarum, & poſtea adjecerit quantitatem eleemoſynæ, ſeu ſtipendii, cenſetur loquutus demonſtrativè : & ideo remanente eodem Miſſarum numero, ſtipendium augeri debet.*

6 *Diſpoſitio facta favore piæ cauſæ,potiùs demonſtrativè quàm taxativè facta cenſetur.*

7 *Immò Senatus Toloſanus judicavit diſtinctionem illam taxationis, vel demonſtrationis, in legatis piis non eſſe admittendam ; ſed indiſtinctè fundationem in totum exequendam ſuper omnibus bonis fundatoris.*

8 *Quando agitur de opulenta hæreditate , Miſſarum ordinatarum numerus adimpleri debet , aſſignato competenti ſtipendio, nec illarum reductio fieri debet.*

9 *Regulariter diſpoſitio debet taxari ſecundùm tempus, quo illa effectum ſortitur,nempe tempore faciendæ fundationis.*

10 *Augeri debet ſtipendium Miſſarum fundatarum, quando talis eſt veriſimilis voluntas fundatoris.*

11 *Quando tractatur de iis quæ ſucceſſu temporis variantur , debet etiam ad futurum habere reſpectus.*

12 *Si pecunia propter fructus ſolvenda ſit, attenditur tempus ſolutionis, non diſpoſitionis.*

13 *Quidquid ſit ob aliquam cauſam , regulari debet ſecundum illam cauſam.*

14 *Per receptionem ſolutionum præteritarum Eccleſia ſibi non præjudicat quoad ſolutiones futuras, ſeu decurſas à die litis motæ.*

TEſtatrix mandaverat ſuper omnibus bonis ſuis fundari unam Miſſam ſingulis diebus perpetuò in certa Eccleſia celebrandam , quam voluit bene & decenter fundari ſuper omnibus ſuis, infra unum annum à die ſui obitus computandum, & acquiri cenſus pro prædicta fundatione, ut in perpetuum illius fundationis memoria remaneret.

Et poſt ejus obitum , ejus hæres motus devotione voluit in eadem Eccleſia fundari unam Miſſam ſemper & in perpetuum ſingulis diebus celebrandam : pro qua quidem fundatione illius Miſſæ legavit quingentos florenos monetæ currentis, ſimel per hæredem ſolvendos intra annum ſui obitus , volens quod emantur cenſus pro dicta fundatione.

Cùm autem dicta Eccleſia , in qua fundatio facta fuerat, per plures annos contenta fuiſſet ſolutione annua 36. librarum pro dictis duabus Miſſis, illius adminiſtratores illa non contenti quæsierunt utrùm de jure petere poſſent augmentum ſtipendii, ſeu eleemoſynæ pro dictis Miſſis , attenta quod ſumma illa ſolvi conſueta non eſt ſufficiens rerum omnium pretia, propter multas cauſas intervenientes , mirum in modum hodiernis temporibus aucta ſint : an verò duntaxat agere poſſint ad reductionem numeri Miſſarum , juxta ſummum qui tempore præſenti Sacerdotibus Miſſam celebrantibus præſtari ſolet.

Et quidem quoad Miſſas per dictum hæredem fundatas major erat difficultas : non quidem pro Miſſarum reductionem ad competentem numerum faciendam , quatenus Eccleſia tali reductione non contenta , quia reductio Eccleſiæ denegari non poſſet , habita ratione & ad proportionem eleemoſynarum , quæ hodiernis temporibus præſtantur pro qualibet Miſſa , † videlicet ad rationem ſexaginta ſcutorum pro quolibet anno pro tenore Miſſæ ſingulis diebus celebrandæ, quod aſcendit ad decem ſolidos pro qualibet Miſſa, prout editum fuit per Vrbanum VIII. in favorem Fratrum Conventualium ordinis Minorum, ſub *die 6. Auguſti 1639.* quæ conſtitutio eſt inſerta apud Laurent. de Peyrin. *inter conſtitutiones noviſſimas, in conſtit.27. fol.436.* vel ſaltem ad rationem 50. ſcutorum quolibet anno pro qualibet Miſſa quotidiana perpetua , prout reductio facta fuit per eundem ſummum Pontificem in favorem RR. PP. Minimorum *die 13. Iulii 1626.* quæ reductio aſcendit ad octo ſolidos cum tertia parte unius ſolidi pro quolibet Miſſa , ut habetur *in conſtitutione 5. apud eundem Authorem, fol.278.* ita tamen ut æquus Iudex ſemper rationem habeat loci, temporis , & conſuetudinis regionis. † Quæ reductio Miſſarum licet fieri poſſet per Epiſcopos , vel Abbates, aut Generales Ordinum , juxta Concilium Tridentinum *ſeſſ.25. de reformat.c.4.* ſicuti etiam reductio Anniverſariorum fieri poteſt per Epiſcopum ad certum numerum Miſſarum, vigore facultatis illi à Con-

ho

lio *in dicto cap.* 4. concessæ, quod intelligi debet de oneribus Missarum ante Concilium impositis, ut testatur Barbosa *in notis ad dictum caput* 4. *n.* 11. post plures ab eo citatos: de qua materia copiosè tractat Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 1. *n.* 125. *& mult. sequentib.* Monet. *de commut. ultim. vol. cap.* 5. *n.* 365. *& sequent.*

Hodie tamen propter constitutionem Vrbani VIII. *sub die* 21. *Iulii* 1625. recurrendum est ad Sedem Apostolicam, & illius authoritate facienda est reductio, ut testatur Barbosa *in decisionibus Apostolicis, c.* 475. *n.* 5. qui dictam constitutionem refert *in tractatu de jur. Eccles. univ. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 92. quæ constitutio Vrbani intelligenda est de Missis, 3 quæ fuerunt acceptatæ: si enim agatur de fundatione Missarum nondum acceptata per Capitulum, vel Ecclesiam, posse Episcopum solum illas reducere & moderari; cùm ad id facultatem haberet de jure communi ante Concilium, ut refert Diana *resolut. moral. p.* 6. *tract.* 6. *resolut.* 10.

Sed dubium principaliter in eo consistit, utrùm si Ecclesia nolit agere ad reductionem Missarum, sed illas celebrare velit juxta tenorem fundationis, & ideo petat annuam præstationem pro dictis Missis faciendam augeri ad competens salarium, seu eleemosynam, veluti ad rationem octo, vel decem solidorum pro qualibet Missa, aut aliàs arbitrio Iudicis, debeat Iudex augere dictam eleemosynam, an verò numerum Missarum duntaxat reducere? Difficultas oritur ex eo, quod summa per testatorem legata pro Missis recitandis, limitata est ad quingentos florenos, quos testator voluit converti ad cen- 4 sum annuum pro securitate fundationis: unde † cùm taxativè relictum videatur legatum, non debet augeri, quamvis Missarum stipendia causa temporis aucta sint, & præstari soleant, ut testatur Castrens. *cons.* 338. *lib.* 1. Gigas *de pens. q.* 62. *n.* 2. *&* 3. Monet. *de commut. ultim. volunt. dicto c.* 5. *n.* 572. Castil. *lib.* 4. *controv. c.* 54. *n.* 21. Cavalc. *in indice decisionum primæ partis, in versic. verba in dubio,* Rot. *decis.* 11. *de testamentis, in antiquis,* Duran. *de art. testand. tit.* 6. *de legat. cautel.* 59.

Contrarium nihilominus verius esse existimavi, videlicet Ecclesiam fundatam esse petendo augmentum stipendii Missarum: quæ sententia in eo fundata est, quia in casu proposito, non taxationis, sed demonstrationis gratiâ summa quingentorum flo- 5 renorum per fundatorem relicta fuit: † cùm ipse non dixerit se legare quingentos florenos pro celebratione Missarum, nec incœperit à legato quantitatis, sed incœperit suam dispositionem à numero Missarum: addendo quod pro illarum dotatione legabat quingentos florenos: atque ita non adjecit præstationem illius summæ substantiæ legati, sed duntaxat illius executioni: cùm igitur demonstrativè, non autem taxativè loquutus fuerit, & summa legata non sit sufficiens ad numerum Missarum à testatore ordinatarum, habito respectu ad tempus præsens, numerus Missarum non debet diminui, sed illarum dotatio potiùs augeri: juxta distinctionem superiùs allatam ex Castrensi *dicto cons.* 338. *lib.* 1. & alios superiùs allegatos, & nominatim Monet. *dicto c.* 5. *de commut. ultimar. volunt. n.* 571. *&* 572. ubi benè distinguit utrum dispositio incipiat ab onere, an verò à quantitate: ut primo casu augeatur stipendium, remanente eodem numero Missarum: secundò verò casu remaneat quidem stipendium in eadem quantitate, sed numerus Missarum minuatur, & reducatur ad legitimum modum.

6 Præsertim cùm agatur de causa pia, & favorabili: quo casu designatio illius summæ censetur facta demonstrativè, non autem taxativè, & per consequens legatum augeri debet: ut fusiùs comprobavimus superiùs *in* 1. *p. c.* 90. *n.* 2. ubi plures allegavimus, sed nominatim Ferret. *ad Guid. Papæ, q.* 8. ubi dicit indistinctè, sive gratia taxationis, sive demonstrationis, summa relicta fuerit, & sive ab onere, sive à quantitate incœptum fuerit, sive in eadem, sive in diversis orationibus, semper debere fieri augmentum stipendii Missarum, nec locum esse illarum reductioni: † atque ita in Senatu Tolosano judi- 7 catum testatur D. Dolive *lib.* 1. *quæst.* 1. *c.* 6. ubi decidit in similibus legatis distinctionem illam taxationis, aut demonstrationis, locum non habere.

Sed hic cessabat omnis difficultas, quia agebatur 8 de hæreditate opulentissima, & de fundatione, quam testator voluit esse perpetuam: & sic non reductioni Missarum, sed augmento salarii locus esse debet, ut benè determinat Genuens. *in practicab. Eccles. q.* 180. *n.* 3. Diana *in resolut. moralib. part.* 2. *tract.* 14. *de celebrat. Miss. resolut.* 17. quia testator habuit præcipuam intentionem, ut Missæ perpetuis temporibus celebrarentur, quamvis prævidisset numerum Missarum majus salarium exigere, quia hæreditas erat sufficiens: Barbosa *de potestate Episcopi, allegat.* 29. *n.* 7. & ad *Concil. Trident. sess.* 25. *de reformat. c.* 4. *n.* 6.

Quod autem attinet ad fundationem contentam in priori testamento, facilis propositi dubii resolutio colligitur ex præcedentibus; cùm enim facta certæ summæ designatione in testamento hæredis, superiùs ostensum fuerit, auctis successu temporis rerum pretiis, Missarum augenda esse stipendia, multò magis hujusmodi augmento locus erat in casu prioris testamenti, in quo simplex Missarum fundatio absque ulla certæ summæ determinatione facta fuit, cùm principalis testatricis intentio fuerit, ut Missa illa perpetuis temporibus celebraretur, & ageretur de opulenta hæreditate: nec sit verisimile eam habuisse intentionem, quod in futurum numerus Missarum per eam ordinatus reduci, aut minui posset, ut ostendunt Genuens. Dian. Barbosa, & alii *superiùs* allegati.

Et quamvis ex dispositione testatricis Missarum 9 dotatio intra annum fieri debuisset, ita ut obligatio hæredum non videatur extendenda ultra suos terminos temporales, & sic restringenda ad statum, qui erat tempore faciendæ fundationis, ex notatis per Mantic. *de tacit. convent. lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 5.

Illa tamen generalis regula locum non habet 10 quando in contrarium adest verisimilis voluntas testatoris; tunc enim non solùm attenditur tempus, intra quod ipsius voluntati satisfieri debet, sed etiam ad futura tempora respectus habendus est: Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 22. & per hanc rationem, in terminis casus propositi ita determinat Genuens. *practicab. Ecclesiast. quæst.* 180. *n.* 3. ut etiam futuri temporis habenda sit ratio pro augenda Missarum eleemosyna.

Immò neque solum tempus obligationis respi- 11 ciendum est, sed etiam ad futura tempora respectus haberi debet, quando agitur de iis in quibus successu temporis variatio contingit, veluti dum agitur de alimentis, quæ quamvis judicialiter taxata fuerint, novam tamen successu temporis judicis expostulant taxationem: Mantic. *decis.* 331. *n.* 2. semper enim in iis, quæ tempore variantur, subintelligitur clausula, Rebus sic stantibus: *l. quod Servius, ff. de condict. ob causam,* Mantic. *dicta decis.* 331. *num.* 6. Rip. *in l. ex facto, num.* 38. *ff. de vulgari,* Roland. *cons.* 39. *num.* 54. *lib.* 4. Surd. *cons.* 335. *num.* 21. &

probatur per text. *in Clement. 2. de decim.* † ubi ſi pecunia propter fructus ſolvenda ſit, attenditur tempus ſolutionis, non diſpoſitionis: Geminian.
13 *conſ. 137. col. 2. verſic. & penſio eſt ordinata.* † Et quidquid ſit ob aliquam cauſam, regulatur ſecundùm illam cauſam: Bartol. *in l. Seio, ff. de annu. leg.* Caſanat. *conſ. 44. à n. 26. ad 40.* Geminian. *conſ. 70.* quem citat & ſequitur Tuſch. *littera L, concl. 72.*

14 Neque per receptionem ſolutionum præteritarum Eccleſia ſibi præjudicavit quoad decurſas à die litis motæ, vel quoad eas quæ in futurum decurrent, *cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* cum *ibi* notatis per Doctores, qui regulariter concludunt non cenſeri Canonicos renuntiare quoad futura, quando agitur de re tractum ſucceſſivum habente. Et ex his concludendum eſt, in utroque caſu, non Miſſarum reductioni, ſed augmento ſalarii locum eſſe, & ita bis fuit judicatum, licèt nunc cauſa pendeat in tertia inſtantia ex aliis fundamentis in facto deductis.

CAPVT CLXIII.

Litem ſuper poſſeſſorio manutenendæ, vel adipiſcendæ, non reddere beneficium litigioſum, ſed tantum poſſeſſionem; adeo ut alteri cedi non poſſit. Et utrùm poſſeſſio poſtlitem alteri ceſſa, revocari in primis debeat, tanquam attentatoria. Quod ſi tertius iſte fuerit proviſus ab Ordinario, an dici poſſit legitimus contradictor adverſus proviſum Apoſtolicum. Beneficia litigioſa eſſe impropriè reſervata, ſed tamen ad Ordinario collatore conferri non poſſe. Beneficium utrùm deſinat eſſe litigioſum per ceſſionem juris, & litis, ſive ceſſio ſeu renunciatio facta fuerit ſimpliciter, ſive in favorem alterius.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio efficitur litigioſa per litem motam ſuper poſſeſſorio.*
2 *Poſſeſſio litigioſa in alium transferri non poteſt.*
3 *Sola lis ſuper poſſeſſorio non efficit, ut beneficium dicatur litigioſum, etiamſi eſſet poſſeſſorium adipiſcendæ, & num. 15.*
4 *Beneficia litigioſa Ordinarius conferre non poteſt, quia ſunt Sedi Apoſtolicæ reſervata, licèt reſervatio ſit impropria.*
5 *Reſervatio beneficii litigioſi locum non habet, niſi lis ſit ſuper titulo.*
6 *Poſſeſſio capta, lite pendente ſuper poſſeſſorio, dicitur attentatoria.*
7 *Qui poſſeſſionem habuit, vel collationem obtinuit à non habente poteſtatem, dicitur intruſus, & non eſt legitimus contradictor adverſus proviſum Apoſtolicum.*
8 *Quæ probanda ſint per ſubrogatum Apoſtolicum ad hoc ut ejus ſubrogatio ſortiatur effectum.*
9 *In Gallia collatores ordinarii conferre ſolent beneficia, quamtumvis litigioſa.*
10 *Reſervatio beneficiorum litigioſorum eſt potiùs inhibitio temporalis lite pendente, quàm reſervatio.*
11 *Indultum conferendi beneficia reſervata, non tollit impedimentum litis pendentis.*
12 *Patroni non poſſunt alium præſentare in præjudicium litis pendentis.*
13 *Præſumitur, Papam minùs nocere velle patronis, quàm collatoribus ordinariis.*
14 *Ad hoc ut collitigans obtineat ſubrogationem ſuffi-cit ſummo Pontifici narrare litem pronè eſſe, etiamſi ſit tantum ſuper poſſeſſorio, quia obtinebitur ſubrogatio quoad poſſeſſionem.*
16 *In materia ſubrogationis acta facta ad inſtantiam unius ex collitigantibus, ſuffragantur alteri collitiganti.*
17 *Per renunciationem factam liti & cauſæ, lis finitur & poteſt Ordinarius conferre antequam ſummus Pontifex manum apposuerit.*
18 *Per ceſſionem juris, & beneficii factam, lis etiam extincta, ſi purè & ſimpliciter ceſſio facta fuerit, & non in favorem alicujus.*
19 *Quando ceſſio facta fuit in favorem alicujus tertii coram Papa, ille ceſſionarius vigore proviſionis Pontificiæ ſubrogatur in locum alterius, & lis adhuc durat, & beneficium adhuc dicitur litigioſum.*

PRoviſus Apoſtolicus fuit impetitus ab alio, qui etiam obtinuit proviſionem Apoſtolicam, & obtinuit ſe immitti priùs in poſſeſſionem beneficii collati: cúmque primus proviſus nulliter conſe-ſe immitti in poſſeſſionem, videlicet non vocato ſecundo proviſo, contra formam textus *in cap. licèt Epiſcopus, de prabend. in 6.* poſſeſſor appellationem interpoſuit ab hujuſmodi proceſſuris: ſed primus proviſus comparuit petens cauſam ad Inferiorem dinarium remitti: re tamen in Signatura fuit cognitum procedi debere in cauſa appellationis cum toto negotio principali. His peractis, vita appellans vita functus eſt, & Ordinarius illud beneficium cuidam tertio contulit.

Quærebatur utrum proviſio facta huic tertio eſſet valida, an verò primus proviſus, vel vigore proviſionis Apoſtolicæ ſibi conceſſæ, vel vigore ſubrogationis per eum obtentæ in jus & locum collitiganti, vel denique vigore novæ proviſionis contentæ in litteris dictæ ſubrogationis præferendus eſſet huic tertio, cui ultimo loco collatio facta tam quoad petitorium, quàm quoad poſſeſſorium

Quoad poſſeſſorium dubium faciebat contra mum impetrantem, quod licèt poſſeſſio efficia litigioſa per litem intentatam ſuper ſolo poſſeſſorio, ex notatis per Pariſ. *de reſignat. lib. 2. q. 3. n.* † adeo ut talis poſſeſſio litigioſa non poſſit alicedi, nec jus ad illam adipiſcendam, teſte Pariſio citato, *n. 54.* † Tamen ex ſola lite ſuper poſſeſſorio beneficium non fuit effectum litigioſum, non ilùm ratione litis ſuper ſummariiſſimo poſſeſſorio ſed etiam ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ: ſuper quo licèt lis pendeat, non tamen impeditur Ordinarius conferre, quamvis tale poſſeſſorium dicatur quodammodo habere admixtam cauſam proprietatis de ſummariiſſimo poſſeſſorio teſtatur Burat. *dec. 15. n. 11.* & de poſſeſſorio adipiſcendæ, Addent. ad Lodoviſ. *deciſ. 335. n. 19.* & ſic cùm beneficium non eſſet litigioſum, ceſſabat reſervatio, † cùm de jure omnia beneficia litigioſa ſint Apoſtolicæ Sedi reſervata, *cap. 1. & 2. ut lit. pend.* licèt iſta ſit impropria reſervatio, ut mox dicemus, & per conſequens Ordinarius illa conferre non poſſit: Pariſ. *de reſignat. lib. 2. quæſt. 2. numero 1.* † Sed illa regula locum non habet, niſi lis adſit ſuper titulo, non autem ſuper ſola poſſeſſione, ut diximus ſuperiùs, *part. 2. capite 3. § 3. numero 97.* ergo videtur quod

quod provisus ab Ordinario sit immittendus in possessionem beneficii.

Nihilominus contrarium verius esse existimavi: quia causa appellationis secundi provisi commissa fuerat cum clausula, *unà cum incidentibus & dependentibus*: quæ facit ut lis censeatur introducta etiam super petitorio, maximè ad effectum subrogationis, quia cùm ageretur de jure reali, scilicet de collatione primo loco facta, beneficium fuit effectum litigiosum. Rot. *decis.* 342. *n.* 2. *part.* 1. *recent.* † & in omnem eventum, ad effectum ut possessio istius tertii diceretur attentatoria, satis erat quod possessio caperetur in præjudicium litis pendentis super ipsa possessione, ut determinat Rot. *decis.* 148. *n.* 8. 9. & 10. *part.* 3. *recent.* † Dictúsque tertius diceretur intrusus, ejúsque titulus & possessio infecta procedens ab eo, qui non habebat potestatem conferendi, & ideo iste tertius nullo modo posset dici legitimus contradictor adversus primum provisum Apostolicum, & subrogatum in locum renunciantis liti: Garc. *de benefic. part.* 6. *cap.* 4. *per tot.* Argel. *de legitim. contradict. quæst.* 15. *num* 119. *& sequentib.* maximè *num.* 121. ubi dicit quod iste provisus ab Ordinario dicitur intrusus, ejúsque titulus & possessio infecta, & nullo modo potest esse legitimus contradictor adversus collitigantem authoritate Apostolica provisum, & subrogatum; † probato tamen clericatu dicti primi provisi, & aliis requisitis, de quibus Argellus *loco citato, num.* 122. Ludovis. *decis.* 32. Rot. *decis.* 7. *num.* 8. *part.* 7. *recent.*

Quæ quidem superiùs dicta non observantur quoad beneficia Galliæ, quæ subjacent collationi Ordinariorum, non obstante litispendentia, ut diximus superiùs, *p.* 1. *c.* 28. *n.* 6. & testatur Lancellot. *de attentat. p.* 1. *c.* 3. *n.* 141.

Quod ad petitorium attinet, dicendum est similiter, dictum tertium impetrantem non esse fundatum propter nullitatem tituli ex defectu potestatis collatoris ordinarii, qui beneficium litigiosum conferre non poterat, ut mox dictum est: quia quamvis ex lite propriè non oriatur reservatio, resultat tamen inhibitio temporalis, per quam inferior prohibetur conferre beneficium lite pendente: Duran. *dec.* 68. *n.* 6. † Et ideo indultum conferendi beneficia reservata, removet quidem obstaculum reservationis, non tamen removet impedimentum litis pendentis, ut Duran. *ibid.* probat: Seraphin. *decis.* 990. *num.* 5. ubi dicit quod hoc casu Ordinarius habet manus ligatas, neque conferre potest beneficium tunc vacans, ne detur novus collitigans, † & in fortioribus terminis dicit *n.* 6. quod neque patroni possunt alium præsentare durante lite, non obstante † quod Papa minus velit præjudicare patronis laicis quàm Ordinariis: addens sufficere, quod lis verificetur eodem modo, quo fuit narrata † nempe etiamsi narrata fuerit lis super possessorio tantùm, ut per Gomes. *de triennali, quæst.* 11. *n.* 13. non quidem ad effectum, ut ex eo beneficium dicatur litigiosum, † quia sola lis super possessione ad hoc non sufficit, ut suprà diximus, & bene testatur Lancellot. *de attent. p.* 1. *c.* 3. *n.* 141. Sed ad hoc ut obtineri possit subrogatio etiam quoad possessionem, & jus super ea comperens collitiganti mortuo, ut per Gom. *dicto n.* 13.

Nec obstat quod commissio appellationis data fuerat ad instantiam defuncti collitigantis, non autem ipsius primi provisi: quia in materia subrogationis, acta facta ad instantiam unius partis, tantum suffragantur alteri parti collitiganti, ut post Puteum *decis.* 459. *lib.* 2. *in correctis*, & alios probat Rot. *decis.* 7. *n.* 11. *part.* 7. *recent.*

Sed quid dicendum, si collitigans non quidem mortuus fuerit, sed juri & beneficio renunciaverit, utrum hoc casu lis censeatur extincta, & beneficium adhuc dicatur litigiosum.

In hac quæstione certum est, quod si collitigans cesserit, seu renunciaverit liti & causæ, lis finitur, & non incurritur ampliùs nullitas provisionis factæ per Ordinarium: & ideo si priùs Ordinarius contulerit antequam collitigans à summo Pontifice sui juris confirmationem legitimè obtinuerit, collatio Ordinarii erit valida, quia tunc non est locus regulæ *de subrogandis collitigantibus*: Cokier *ad reg. de subrog.* 28. *n.* 36. *vers. per renunciat.*

Sed si collitigans fecerit cessionem juris & beneficii, lis non censetur extincta, & beneficium remanet adhuc litigiosum, ut probat Lancellot. *de attent. lit. penden. cap.* 4. *n.* 304. sed tamen hoc cum distinctione intelligendum est: aut enim cessio, vel renunciatio facta fuit simpliciter, aut in favorem alicujus: si simpliciter, tunc lis cessat, & per consequens non intrat regula, *de subrogandis*: † si verò in favorem, lis durat, & locus est prædictæ Regulæ. Quando enim quis est subrogatus alicui viventi per viam cessionis quoad prosequutionem possessorii, totum jus transit in cessionarium, maximè si Papa talem cessionem approbet, quamvis aliàs regulariter successor in beneficio non censeatur succedere in jure competenti illi, à quo jus metitur, & creetur novum jus ex persona successoris; tamen iste subrogatus in jus alterius potest prosequi litem, & sic non dicitur lis finita, nec beneficium desinit esse litigiosum, ex notatis per Gomes. *de trienn. dicta quæst.* 11. *versic. secundus casus est.* Et hanc distinctionem refert Additio ad Burat. *decis.* 307. *num.* 11. allegans Rot. *decis.* 383. *num.* 1. *& sequent. part.* 2. *recent.* & coram Vbaldo *in Regiensi Iurispatronatus, die* 5. *Martii* 1625. *decis.* 599. *num.* 27. *parte* 4. *recent. tomo* 3.

CAPVT CLXIV.

Ex generali Galliæ consuetudine possessores beneficiorum Ecclesiasticorum possunt disponere de fructibus suorum beneficiorum, & illos ad hæredes transmittere tam ex testamento, quàm ab intestato, ideo reditus decursi, nondum tamen exacti, spectant ad illorum hæredes, & successores in beneficio nihil super illis prætendere possunt. In Curia autem, & Statu Avenionensi, ex consuetudine & approbatione summorum Pontificum, bona Clericorum sæcularium, qui Episcopis sunt minores, etiam ad hæredes transeunt. Quomodo autem dividendi sint fructus illi, qui tempore mortis Clerici nondum exacti fuerunt, ostenditur.

SVMMARIVM.

In Gallia, ex generali regni consuetudine, Clerici bona sua undequaque quæsita transmittunt ad hæredes: nec in illis successores in beneficio quidpiam prætendere possunt.

2 *Fallit, ſi nomine Eccleſiæ facta fuerit acquiſitio, tunc enim ſine dubio Eccleſia ſuccedit.*

3 *In Gallia fructus illius anni, quo Clericus obiit, dividuntur pro rata temporis inter hæredes & ſucceſſorem in beneficio, & annus computatur à die prima Ianuarii: &* num. 4.

5 *Fructus civiles non exacti, non pertinent ad hæredes gravati, ſed ad fideicommiſſarium.*

6 *Quæ ſit differentia inter uſufructuarium, & hæredem gravatum, dum tractatur de diviſione fructuum anni obitus.*

7 *In Civitate, & ſtatu Avenionenſi, Clerici habent hæredes tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, in bonis etiam intuitu Eccleſiæ quæſitis.*

8 *Licèt locatio facta fuerit in pecunia, tamen attendi debet tempus perceptionis fructuum, quorum loco pecunia ſolvitur.*

9 *Fructuum diviſio in naturales, induſtriales, & civiles.*

10 *Fructus civiles veniunt appellatione fructuum impropriè.*

11 *Differentia fieri debet inter penſionem impoſitam ſuper beneficio, & reditus ſeu penſiones domorum, & ſimiles fructus civiles, qui debentur poſſeſſori beneficii.*

12 *In vacatione neceſſaria quæ contingit propter obitum illius, qui beneficium poſſidet, fructuum anni obitus diviſio fieri debet pro rata temporis, quo beneficiatus vixit.*

13 *Reſignans cenſetur omne jus fructuum illius anni tranſtuliſſe in reſignatarium, niſi illud ſibi expreſsè reſervaverit.*

14 *Si tamen facta fuerit reſignatio in favorem, non amittit reſignans fructus, niſi à die acceptationis facta per reſignatarium.*

15 *Fructus pendentes, & nondum percepti, ſpectant ad ſucceſſorem in beneficio, ad inſtar uſufructuarii: exacti verò, & à ſolo ſeparati ad hæredes ſpectant.*

16 *In locis ubi Bulla Iulii III. non eſt recepta, fructus non exacti ſpectant ad hæredes, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*

17 *Fructus percepti ex induſtria poſſeſſoris beneficii, veluti diſtributiones, ſpectant ad illius hæredes.*

MOrtuo quodam Presbytero in fine menſis Maii, qui præbendam poſſidebat fundatam in terris Regis Chriſtianiſſimi, cujus fructus conſiſtebant partim in granis, partim in cenſibus, & reditibus domorum ſub annua locatione conceſſis, ſoluta mercede in duobus terminis, videlicet pro medietate in feſto Omnium Sanctorum, & pro alia medietate in feſto Paſchali, poſſidebat etiam quaſdam Capellanias in Comitatu Venaiſſino, & ſic in terris ſummi Pontificis, quarum proventus partim in granis, partim in domorum reditibus conſiſtebant.

Dubitatum fuit quid, & quantum prætendere poſſent hæredes, & ſucceſſores dicti presbyteri, & utrum in totum ſuccederent, vel pro rata.

1 In hac quæſtione diverſimodè conſiderandi ſunt reditus exiſtentes in Gallia, & reditus qui percipiuntur in terris ſummi Pontificis: ſiquidem in Gallia certiſſimum eſt, ex generali regni conſuetudine non ſolùm Clericos de fructibus ſuorum beneficiorum rectari & diſponere poſſe, ſed etiam illos tranſmittere ad ſuos hæredes & ſucceſſores: ut patet ex Additione ad Alexand. *conſ.* 101. *n.* 2. *litt. B. verſ. ſed invaluit conſuetudo, vol.* 7 Additio ad Louet *lit. E, n.* 4. *col.* 3. *verſic. l'Arreſt rapporte*, ubi teſtatur quod ex generali regni conſuetudine affines, conſanguinei, & alii ſucceſſores Presbyterorum, Curatorum, Epiſcoporum, & aliorum Eccleſiaſticorum ſæcularium decedentium ab inteſtato, illis ſuccedunt in omnibus, & ſingulis eorum bonis, tam propriis ſeu patrimonialibus, quàm mobilibus, & acquiſitionibus, undecunque bona quæſita ſint, etiam in fructibus beneficiorum, cujuſcumque ſint qualitatis, tam perceptis, quàm percipiendis: quæ receptum eſt, ut in iſtis ſacerdotiis titularii, vel commendatarii æquiparentur uſufructuariis, adeo ut in iſtis bonis Eccleſia, vel ſucceſſor in beneficio nihil prætendere poſſit. † Quod tamen ſic accipi debere teſtatur, ut id Prælati, vel Clerici ſuum tantùm faciant, quod ex fructibus Eccleſiæ ſuo jure & privato nomine acquirunt; non etiam ſi nomine Eccleſiæ.

Hoc etiam certum eſt, quod fructus beneficii in Gallia exiſtentes, quamvis nondum percepti, dividi debent pro rata temporis inter hæredes Clerici, & ſucceſſorem in beneficio; eodem planè modo quo ſoluto matrimonio per mortem viri, dividuntur pro rata temporis inter viduam, & hæredes mariti, quæ rata ita computati debet, ut annus incipiat à menſe Ianuarii uſque ad ultimam diem menſis Decembris: prout ſæpiùs fuiſſe judicatum teſtatur Additio ad Louet *littera F, num.* 12. quod propterea ſic judicabitur in Gallia.

Suppoſito igitur pro vero, quod Clerici in Gallia habeantur pro uſufructuariis, non autem pro ſimplibus uſuariis, ſequitur quod fructus & reditus decurſi durante vita Eccleſiaſticorum, tranſmittuntur ad illorum ſucceſſores, ut bene de uſufructuariis loquens comprobat D. Ludovicus Bell. *conſ.* 151. *n.* 4. & 5. concludens quod etiam reditus ultimi anni pro rata dividendi ſunt. † Et quamvis fructus civiles non exacti (veluti fructus annuorum reditiuum, vel mercedes domorum, quæ inter fructus civiles numerantur, teſte Cenſu in tract. *de cenſib. quæſt.* 70. *p.* 12.) pertineant ad fideicommiſſarium, non autem ad hæredem hæredis gravati, teſte Vincent. de Franch. *deciſ.* 13. Rot. apud Cenſ. *deciſ.* 458. & idem Cenſ. *dicta quæſt.* 70. *num. ult.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 49. *n.* 66. † Tamen differentiam inter hæredem gravatum, & uſufructuarium benè explicat D. Bell. *loco citato*, quia fructus, ſeu reditus maturati ſtatim atque deberi incipiunt, non ſunt amplius de corpore, ſeu re principali, ſed ſunt tanquam proprietas ſeparata: & per conſequens in Gallia ſpectant ad ſucceſſorem legitimum Clerici.

Deveniendo ad Beneficia conſtituta intra monarchiam ſummi Pontificis, pro vera reſolutione quædam ſupponenda ſunt.

In primis quod in civitate Avenionenſi Bulla Bellic. record. Iulii III. ſuper fructibus beneficiorum, nunquam fuit uſu recepta: quinimò ex conſuetudine generali omnes Eccleſiaſtici Epiſcopis minoribus liberè diſponere poſſunt de fructibus ſuorum beneficiorum, & bonis inde quæſitis, & nulla facta diſpoſitione, illa tranſmittunt ad ſucceſſores ab inteſtato, ut per plures ſummos Pontifices declaratum fuit, & per nos ſuſiùs comprobatum ſuperiùs, *c.* 153.

Secundò ſupponendum eſt, quod cùm agitur de tempore perceptionis fructuum beneficii, non debet haberi ratio illius temporis, quo reditus in pecunia pro fructibus ſolvi debet, ſed duntaxat illius temporis, quo fructus ipſi percipiuntur: veluti ſi ſolutio deſtinata ſit ad diem feſtum Omnium Sanctorum, non tempus illud, ſed tempus percep-

tionis

ptionis granorum, vel respectivè vindemiæ, attendendum erit: quia pecunia succedit loco fructuum, & per consequens fructuum tempus inspici debet, ut in simili per nos conclusum fuit superiùs, *c.22. num.7. part.1.* & probatur per text. *in l. si mentes, ff. de petit. hæredit. & l. divortio, §.item si merces.ff. solut. matrimonio,* ubi dicitur, quod si agatur de colono qui nummis colit, divortio subsequuto post tempus messium, & ante tempus vindemiæ, pecunia messium veniet in computationem; sed quoad vindemiam habebitur ratio solius spei futuræ perceptionis: & ita tenet Honded. *cons.85.n.13. & 23. lib.2.* Alexand. *cons.28. n.1. vol.1.* Rot. *decis.278. num.1. part.2. recent.* Tusch. *in verbo, fructus, concl.517.num.1.*

9 Tertiò supponendum est, inter varias fructuum divisiones, hanc præcipuam à Doctoribus admitti, ut aliqui sint fructus naturales, alii industriales, alii verò civiles. Naturales dicuntur, quos natura ipsa producit absque eo quod hominis industria aliquid operetur, aut saltem accedente parva hominis industria, quales sunt nuces, poma, glandes, fœnum, & similia, *l. fructus percipiendo 45. ff. de usur. l. bonæ fidei emptor, ff. de acquir. rer. dominio:* fructus industriales sunt, quos hominis industria, & labor coadjuvante natura producit, veluti frumentum, vinum, & similia: Civiles sunt qui non ex aliquo corpore, sed jure proveniunt, quales sunt vecturæ navium, & jumentorum, & pensiones urbanorum prædiorum, & redditauum; quam divisionem licèt aliqui commentitiam existiment,
10 ut ostendit Castil. *de usufr. cap.36. num.63.* † Tamen verissimum est, hanc fructuum denominationem saltem impropriè, & in ampla significatione sumpto fructuum vocabulo, recipiendam esse: quam admittunt in hoc sensu omnes Doctores, ut per Castil. *loco citato, num.65. & multis seqq.* quam divisionem fructuum inter naturales & civiles, eleganter more suo exponit Clarissimus Dominus Senator Leotardus *in suo tractatu de usur. quæst.50. num.11. & seqq.*

11 Quibus ita præsuppositis, hoc constituendum est, quod ratione fructuum civilium, qui consistunt in censibus annuis, aut pensionibus domorum, divisio debet fieri pro rata temporis inter hæredem defuncti, & successorem in beneficio. Advertendo tamen nos modò non loqui de pensione impositа super beneficio, de qua fuit per nos copiosè actum *dicto cap.22.* ubi explicavimus quomodo illius fieri debeat divisio, mortuo beneficii possessore: sed nos hic tractamus qua ratione fieri debeat divisio fructuum & redituum, qui beneficii possessori defuncto in granis, vel pecunia, aut
12 ex censibus annuis (qui apud nos etiam pensiones vocantur) solvi debuissent. † Exemplum igitur hujus rei est, si beneficii possessor obierit die 25. Maii, & terminus solutionis annui census cesserit die 25. Aprilis, hæredes beneficiati defuncti integrum habebunt terminum maturatum die 25. Aprilis, & præterea ratam portionem unius mensis, qui lapsus est à die termini usque ad diem mortis defuncti, quando agitur de successore per obitum; quia datur tunc vacatio necessaria. Si enim ageretur de successore per viam resignationis, distinguendum esset; nam si resignatio facta fuerit purè & simpliciter, resignans videtur à se totum jus
13 abdicasse, nisi aliquid sibi reservaverit. Et ratio diversitatis est, quia in moriente nullus potest considerari actus positivus, per quem jus, vel actionem ad fructus illos remisisse videatur. † At verò dum agitur de resignante, censetur totum jus remisisse, si nihil sibi reservaverit. † Quod si resignatio facta 14
fuerit in favorem certæ personæ, fructus pro rata temporis debentur resignanti usque ad tempus acceptationis, quia non antea resignans possessionem aut dominium amittit: Puteus *dec. 14. lib.3.* & optimè explicat Rot. *decis. 278. per totam*, & maximè *n.7. p.2. recent.* Lotter. *de re benefic. lib.1. q.44. n.31. & seqq.*

Major difficultas est circa fructus consistentes in 15
granis, super quibus duæ sunt Doctorum contrariæ sententiæ. Aliqui enim existimant fructus dividi debere pro rata temporis: alii verò, fructus à solo separatos, quamvis nondum exactos, nec in horreo reconditos, ad hæredes Clerici defuncti pertinere; fructus autem nondum perceptos, sed pendentes tempore mortis, pertinere ad successorem in beneficio: quia beneficiarius in vita usufructuario comparatur, qui solùm fructus jam collectos suos facit, juxta text. *in l. defuncta, ff. de usufructu,* Anton. de Marin. *resolut. cap.152. num.11.12. & 13.* & hanc Doctorum diversitatem notavit Garc. *de benefic. part.2. cap.1. n.96. 97. & 98.* Verùm nos errare non possumus, si Rotæ Romanæ sententiam sequamur, videlicet ut soli fructus exacti, & à solo separati, si naturales sint, ad beneficii successorem pertineant: ut fuit dictum per Rot. coram Cavalerio *decis.104.* ubi tamen loquitur de successore voluntario per viam resignationis; & ideo melius facit ad propositum Burat. *decis.852. num.6.* ubi Addentes.

Sed tamen notandum est, quod *ibi* Rota loqui- 16
tur in terminis Bullæ Iulii III. Contrarium sentiens si agatur de locis, ubi dicta Bulla recepta non est: in illis enim locis, prout in præsenti Statu Avenionensi, & Comitatu Venaissino, fructus beneficiorum, tam ab intestato, quàm ex testamento decidentium, transmittuntur ad hæredes beneficiati: ut per Rotam *decis.19. n.12. part.6. recent.* Et ideo verius est, cessante dicta Bulla, ut fructus inexacti ad hæredes transmittantur, pendentes verò duntaxat pro rata temporis, ut per Anton. de Marin. *loco citato, n.11.* Rot. *dicta decis.19. num.12.* † Quod 17
sine dubio multò magis procedit quando agitur de fructibus industria & labore per Clericum acquisitis, ad instat distributionum quotidianarum, quæ pertinent ad hæredes Clerici defuncti, tam ex testamento, quàm ab intestato: ut per Rot. *dicta decis.19. part.6. recent.* & generaliter stante dicta consuetudine, decisum fuit fructus recollectos, non tamen exactos, ad hæredem beneficiati pertinere, apud Duran. *decis.304. num.2.* Et faciunt tradita per Bertrand. *cons.134. vol.7.* Atque ita sæpiùs in diversis causis consului, & nominatim *die 11. Octobris 1625.* pro hæredibus Domini de Novi, Canonici Cavallicen. Et deinde *die 30. Ianuarii 1653.* pro hæredibus Domini Vicarii perpetui loci Flassani, & aliàs sæpè.

CAPVT CLXV.

Matrimonia præsumpta, quæ olim admittebantur, hodie non posse subsistere, sed necessariò pro validitate matrimonii adhibendam esse Parochi præsentiam. Virum in quasi possessione concubinæ manuteneri non posse. Mulierem, pendente

lite ſuper matrimonio, ſi dubitetur de illius voluntate, in loco tuto reponendam pro exploratione, & illâ factâ, priſtinæ libertati reſtituendam. Impedimentum matrimonii unico teſte probari ad illud impediendum ne contrahatur; ſed quæ in tali teſte concurrere debeant, ut ejus dictum fidem faciat? De legitimatione liberorũ per Principis reſcriptum: Quæ ſit illius vis, & quis effectus? Et quomodo liberis ſic legitimatis conſulatur, ut patri naturali ſuccedere poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia præſumpta hodie locum non habent, ex Concilio Tridentino, quod in Gallia hac in parte receptum eſt.*

2 *Defectus denunciationum utrum reddat matrimonium in Gallia invalidum.*

3 *Nemo confovendus eſt in quaſi poſſeſſione juris improbi, & peccati.*

4 *Mulier de cujus voluntate dubitatur circa matrimonium contrahendum, poni debet in loco tuto ad explorandam illius voluntatem, quo facto remanere debet in ſua priſtina libertate.*

5 *Ad impediendum matrimonium nondum contractum, ſufficit unus teſtis deponens de impedimento.*

6 *Depoſitio, ſeu declaratio unius perſonæ, non ſufficit ad impediendum ne matrimonium contrahatur, quando illa perſona habet intereſſe, & deſiderat matrimonium non celebrari.*

7 *Quænam teſtibus fides adhibenda ſit, Judicis arbitrio committitur.*

8 *Qui non vocatus ſeſe ingerit ad faciendam declarationem, ſeu depoſitionem adverſus matrimonium contrahendum, ut illud impediat, uti ſuſpectus removendus eſt.*

9 *Confeſſio extrajudicalis mulieris dicentis ſe commiſiſſe adulterium, revocari poteſt.*

10 *Confeſſio impedimenti matrimonii facta per mulierem, non nocet viro, quando præceſſit inſtrumentum, quo ambo ſe in conjuges accipere promiſerunt.*

11 *Mulier quæ fecit confeſſionem impedimenti matrimonii poteſt illam revocare.*

12 *Legitimatio liberis quidem legitimis nondum natis per reſcriptum Principis præjudicare poteſt, ſed non jam natis.*

13 *Ad validitatem legitimationis, quæ fit per reſcriptum Principis, conſenſus filiorum jam natorum requiritur.*

14 *Legitimatio per reſcriptum Principis prodeſt filiis legimatis ad honores, & quoad integrum ſtatum, non quoad ſucceſſionem in præjudicium juris quæſiti liberis jam natis.*

15 *Legitimatis non competit jus primogenituræ in præjudicium liberorum legitimorum, etiam naſciturorum.*

16 *Qua cautela uti debeat pater, ſi velit liberos legitimatos per reſcriptum Principis ſuccedere in bonis ſuis.*

NObilis quidam Vir prætendebat matrimonium legitimum, & validum per ipſum fuiſſe contractum cum quadam muliere, quam ipſe per aliquot annos focariam habuerat, & liberos inde ſuſceptos legitimos debere declarari: adverſus quam prætenſionem, Nobilis & valde Generoſus filius pro ſuo & familiæ intereſſe acriter ſe opponebat; qua de cauſa pater inſtabat, ut ſi matrimonium legitimè factum non fuiſſet, iterum fieret, repugnante filio, & allegante impedimentum, ob copulam quam ipſe aſſerebat ſe cum dicta muliere habuiſſe. Dubitatum fuit quid juris.

Dixi in primis juſtam non eſſe Patris prætenſionem, qui cum dicta muliere matrimonium legitimè contractum eſſe credebat: quia licèt jure antiquo admitterentur matrimonia præſumpta, & promiſſo matrimonii, ſubſequutâ copulâ carnali, tranſiret in verum matrimonium, *cap. is qui fidem 30. de ſponſalib.* tamen ex conſtitutione ſacri Concilii Trident. *ſeſſ. 24. de reform. c. 1.* defectu proprii Parochi unius ex contrahentibus, matrimonia omnino nulla & irrita redduntur: quod Concilium hoc in capite receptum eſt in Gallia, attento maximè edicto Bleſenſi Henrici III. authoritate promulgato: ut copiosè comprobat Dominus Ludovic. Bel. *conſ. 224. per tot.* Quod adeo verum eſt, ut ſæpè in Gallia ſolus denunciationum defectus attendatur, ad declarandam matrimonii nullitatem, ut teſtatur idem D. Bell. *dicto conſ. 224. num. 8.* quod per nos alibi declaratum fuit, nec eſt præſentis ſpeculationis. Sufficit quod in Gallia, ex dicta conſtitutione Regia *art. 40.* matrimonium probari non poſſit, niſi interveniente benedictione ſacerdotali, ut ſæpiùs judicatum fuiſſe teſtatur Louet *lit. M. n. 26. & ibi Add. & eadem littera, n. 6.* ubi *in Additione* dicitur matrimonia aliter quàm interveniente Eccleſiæ benedictione contracta, eſſe invalida, non ſolùm ratione Sacramenti, ſed etiam ratione ſucceſſionum, & aliorum effectuum matrimonii. † Et *in eam tit.* latiùs tractatur materia dictarum denunciationum in Gallia.

Secundò dixi, dictum patrem non eſſe fundatum prætendendo ſe manuteneri in poſſeſſione ſtatûs mulieris, quia nemo in peccato confovendus eſt, neque in poſſeſſione illicita manutenendus: Gutian. *diſcept. 850. n. 6.* Poſt. *de manutent. obſerv. 10. n. 97.* Et ideo lite pendente, invicem ſeparari debent ex judicis officio: Geminian. *conſ. 76. in primo.* Tuſch. *littera P, concluſ. 441. n. 14.* Burat. *deciſ. 61. num. 12.* ubi quod ſi dubitetur de validitate matrimonii propter minorem ætatem contrahentium partes lite pendente ſeparati debent.

Tertiò, quia cùm dubitaretur de voluntate mulieris circa celebrationem dicti matrimonii, ſi quidem ipſa modò declararet ſe velle contrahere, modò contrarium declararet; dixi ipſam reponendam eſſe in loco tuto, & libero, ad explorandam ejus voluntatem, ex notatis per Gutier. *in tractatu de matrimon. cap. 37. num. 3.* Statimque facta declaratione, dictam mulierem ad priſtinam libertatem reponendam eſſe, non tamen apud dictum Dominum prætendentem, ut docet Gutier. *loco citato*, cùm tamen alioquin ſequeſtratio durare debeat lite pendente, & donec ſententia fuerit executioni demandata, ſi fieret duntaxat pro ſecuritate executionis: textus eſt expreſſus *in cap. cùm locum, de ſponſalibus.*

Quartò dixi, declarationem factam per filium non poſſe impedire matrimonium contrahendum inter ejus patrem & iſtam mulierem: quia licèt ſingulariter verum ſit, quod ad impediendum matrimonium nondum contractum, ſufficit unicus teſtis, quia tunc agitur de evitando peccato, tamen eſt *in cap. præterea 12. de ſponſalibus*, ubi Barboſa *n. 2.* plures

plures citat. Idem *in cap. in omni negotio 4. num. 9. de teſtibus*, Farinac. *de teſtibus, q. 63. n. 48.* † Tamen hoc locum non habet quando agitur de perſona, quæ ſe opponit adverſus matrimonium, & quæ habet intereſſe ne matrimonium contrahatur, ut probat Gloſſ. *in dicto cap. præterea 12. in verbo, publicè, de ſponſalibus*, & *ibidem* tradunt Hoſtienſis, Anacharan. & alii, quos citat & ſequitur Sanch. *lib. 1. diſp. 71. n. 12. verſic. hinc infertur*, ubi cùm priùs dixiſſet. *n. 4.* teſtē unicum ſufficere, quamvis eſſet denunciator vel accuſator, & allegaret turpitudinē ſuam, ſubdit judicem debere conſiderare qualitatem perſonæ teſtificantis, an ſibi diſpliceat matrimoniū, necne, &
7 alias circunſtantias, † quia quænam ſint veræ probationes, & quæ teſtibus fides adhibenda ſit, multùm
8 dependet ex judicis arbitrio: ut *ibid.* Sanch. probat, *& n. 8.* † Quod maximè locum habet quando agitur de declaratione facta per eum, qui ſeipſum ingerit ad faciendam talem declarationem; ille enim tanquam ſuſpectus repellēdus eſt, ut poſt Maſcard. *de probat. concluſ. 1035. n. 10.* probat Gutier. *de matrimonio, c. 36. n. 4.* ubi alios allegat; & *n. 19.* ubi id maximè locū habere ait, quando contra ſic declarātem adſunt aliquæ præſumptiones, & conjecturæ.

Quintò dixi, quod licèt extorta fuiſſet ab iſta muliere declaratio, & confeſſio circa factum ſuperiùs allegatum; illa tamen huic mulieri non noceret, quominus aſpirare poſſet ad iſtud matrimoniū:
9 † tum quia erat ſola confeſſio extrajudicialis, quæ non nocet mulieri dicenti ſe adulterium, aut ſimilē actum illicitum commiſiſſe. Gloſſ. *c. penult. de adult. & ibi* Hoſtienſ. & *in c. 1. in verbo patronus, 32. q. 1.*
10 † tum etiam, quia conſtabat dictam promiſſionem factam fuiſſe per vim & metum, cùm ipſa jam promiſiſſet per inſtrumentum publicū juriſiurandi religione vallatum, ſe cum dicto Vito Nobili matrimonium contracturam, quo caſu conſenſio impedi-
11 menti non nocet viro matrimonium contracturo, † præſertim dum mulier declarat confeſſionē eſſe falſam, illamque revocat & aſpirat ad Matrimonium: Gutier. *dicto cap. 36. n. 18. verſic. confeſsio verò impedimenti*, Sanch. *de matrimonio, lib. 1. diſp. 72. n. 3.* ubi probant confeſſionem unius ex ſponſis, alteri ad matrimonium aſpiranti non præjudicare: multò ergo fortiùs, dum uterque ad illud aſpirat.

Sextò quia dicta mulier deceſſerat lite pendente, & ex ea ſupererant liberi naturales, utpote ex ſoluto & ſoluta progeniti: deſiderābatque patet illos
12 per reſcriptum Principis legitimare. † Dixi legitimationem illam liberis quidem legitimis nondum natis præjudicium allaturam; ſed non illis qui jam tempore reſcripti in lucem editi erant, ut advertit Bacquet *in tract. du droict de Baſtardiſe, cap. 12. n. 7.*
13 *& 10.* † Idem conſenſus filiorum legitimorum tunc
14 natorum, ad validitatem legitimationis eſt neceſſarius, ut idem oſtendit *dicto num. 10.* † Illa igitur legitimatio proderit liberis naturalibus ad alios effectus, nempe quoad honores, & abſterſionem maculæ ipſorum legitimatorum, & quoad integrū illorum ſtatum, ut pluribus citatis probat Lup. *in tract. de illeg. comment. 3. §. 4. num. 22.* Et quoad honores Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubric. 8. §. 3. in verbo*, ab inteſtato *num. 32.* Et de hac materia fusè tractat Barry *in tract. de ſucceſſ. lib. 18. tit. 1.*
15 *n. 24.* † Non tamen quoad jus primogenituræ, etiam in præjudidium naſciturorum: Bacquet *dicto c. 12. n. 7.*
16 Igitur ſi pater velit liberos ſuos naturales ſibi ſuccedere, conſilium illi datur, ut ipſis legitimatis donationem faciat: Bacquet *dicto cap. 12. num. 10.* verſic. *partant le meilleur ſera.* Qui plura volet, adeat Louet, & ejus Scholiaſten. *littera L n. 7.* cum pluribus *ibi* citatis.

CAPVT CLXVI.

Beneficium ex quibus probetur eſſe Regulare? Et ſi de ejus primævo ſtatu conſtet, quid requiratur ut fiat ſæculare. Quando attendatur ſtatus ultimus, quo beneficium ex ſui origine Regulare, fuit collatum uti ſæculare. Quæ ſit natura Commendæ: Et illa finiente quomodo dicatur beneficium vacare. Manutentio utrum detur collatori exiſtenti in quaſi poſſeſſione conferendi, in præjudicium tertii, qui clarè probavit primævum ſtatum contrarium beneficii. Proviſus vigore indulti conceſſi Cardinali, utrùm dicatur proviſus Apoſtolicus, ad hoc ut ſententia in ejus favorem lata mandetur executioni adverſus proviſum ab Ordinario. Et quando quæſtio ſuper ſæcularitate remittenda ſit ad petitorium.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium ſæculare ſi per longiſſimi temporis ſpatium fuerit collatum tanquam Regulare, mutat naturam, & fit regulare.*
2 *Enunciativæ antiquiſſimæ probant ſtatum beneficii, & habent vim famæ & privilegii.*
3 *Beneficium ſi conceſſum fuerit in Commendam, ex eo arguitur eſſe regulare: & infrà n. 9.*
4 *Idem ſi datum fuerit tanquam dependens ab alio beneficio Regulari.*
5 *Collatio facta ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione conferendi, nō revocatur pro illa vice, & infrà n. 11.*
6 *Ad introducendam ſtatus beneficii mutationem quæ requirantur.*
7 *Summus Pontifex nunquam cenſetur derogare juri conferendi, quod inferiori à ſe competit.*
8 *Collatio beneficii facta tanquam de libero, non præjudicat patronis, niſi data illorum ſcientia & patientia.*
9 *Commenda probat regularitatem beneficii: & ſuprà num. 3.*
10 *Vacante beneficio commendato, inducitur vacatio ut prius, id eſt eo modo, quo vacabat ante Commendam.*
12 *Quando lis eſt inter duos collatores, non valet collatio facta in præjudicium juris conferendi uni ex illis competentis.*
13 *Manutentio in quaſi poſſeſſione juris conferendi non datur in præjudicium illius, qui probavit anteriorem ſtatum contrarium.*
14 *Collatio beneficii Regularis facta ſæculari, eſt nulla ipſo jure, & non excuſat à devolutione collationis ad Superiorem, & num. 24.*
15 *Quaſi poſſeſſio conferendi non excuſat, niſi continuata fuerit per quadraginta annos, quando conſtat de ſtatu anteriori excluſivo illius juris.*
16 *Proviſio facta vigore indulti Cardinalis habet vim proviſionis Apoſtolicæ in caſibus, in quibus Car-*

dinalis providere non poteſt jure ordinario, remotis ſcilicet impedimentis reſervationum.

17 *Proviſus ab Ordinario eſt legitimus contradictor adverſus proviſum Apoſtolicum, dummodo titulum ſuum producat ante ſententiam, nec ſufficit productio poſteà facta.*

18 *Proviſus ab Ordinario, & poſſidens, eſt legitimus contradictor adverſus proviſum Apoſtolicum.*

19 *Per traditionem poſſeſſionis ab eo, qui habet poteſtatem conferendi, probatur collatio, ſed ex collatione non probatur poſſeſſio: & n. 20.*

21 *Proviſus ab Ordinario, & poſſidens, non eſt ligitimus contradictor adverſus proviſum Apoſtolicũ, niſi ſuum titulum producat ante ſententiam.*

22 *Diſparitas titulorum facit, ut quis non ſit legitimus contradictor.*
Idem ſi titulus ſit nullus, num. 23.

24 *Collatio de beneficio curato, tanquam de ſimplici, eſt ipſo jure nulla.*

25 *Pendente lite ſuper regularitate beneficii, interim poſſeſſor regularis manutenendus eſt, & quæſtio regularitatis ad judicium petitorium remittenda.*

26 *Intellige, niſi clarè conſtaret de anteriori ſtatu regularitatis.*

27 *Explicatur* deciſio *Seraphini* 287. *& in quibus terminis procedat.*

CVm ſupponeretur, Prioratum quendam ex primæva ſui origine eſſe Regulatem, & habere curam animarum annexam, ut conſtabat ex variis bullis ſummorum Pontificum; quorum aſſertioni, præſertim in hac materia beneficiali, ſtandum eſt, teſte Maſcard. *de prob. concl.* 622. *n.* 6. *& ſeqq.* præſertim cum dictæ aſſertiones ſummorum Pontificum eſſent antiquiſſimæ, & ſæpiùs repetitæ per longã & multiplicatam annorũ ſeriem, ex notatis per Maſcard. *loco citato, n.* 15. Matium Antonin. *lib.* 1 *variar. reſol. cap.* 20. *n.* 2. *&* 3. quæ Pontificiæ aſſertiones confirmabãtur per multas & repetitas enunciativas ex quibus conſtabat dictum prioratũ ſemp r fuiſſe
1 collatum tanquam Regularem, adeo ut, † ſi æculatis fuiſſet ab initio, tamen per tanti temporis præſcriptionem fuiſſet effectus Regularis. *cap. cum de beneficio, de prabend. in* 6. Rebuff. *in praxi, tit. regularia beneficia, n.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 172.
2 *n.* 2. Antonin. *d. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 3. † cùm dictæ enunciativæ antiquiſſimæ per longam annorum ſeriem continuatæ, probent verum & antiquum ſtatum Regularem dicti beneficii: Burat. *deciſ.* 636. *num.* 4. quia tales enunciativæ habent vim famæ & privilegii ad effectum regularitatis probandæ:
3 Rot. *deciſ.* 163. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* † Quibus accedit quod iſtud beneficium ſæpius datum fuit in commendam, ex quo illius qualitas Regularis comprobatur: Rot. *deciſ.* 202. *num.* 4. *ead. part.* 1. *recent.*
4 † Item quia collatum fuit tanquam dependens ab alio beneficio cujuſdam domus Regularis, ex Ludoviſ. *deciſ.* 370. *num.* 3.

5 Dubitatum fuit primò, utrùm per proviſiones de dicto prioratu factas ab annis quinquaginta, & amplius, tanquam de beneficio ſæculari, ſtatus ejuſdem beneficii fuerit legitimè præſcriptus, ita ut hodie verè dici poſſit beneficium ſæculare.

Secundò, utrùm attento quod proviſio ejuſdem prioratus ultimo loco, ante collationem de qua erat quæſtio, facta, ſola Epiſcopi loci Ordinarii authoritate nititur, illa quæ facta fuit etiam authoritate Epiſcopi loci Ordinarii, de qua erat quæſtio, ſubſiſteret ſaltem pro hac vice, ſine præjudicio juris conferendi competentis Domino Abbati in petitorio, juxta *dec.* 70. *n.* 3. *&* 4. *p.* 4. *rec.* ubi dicitur quod prioratus à primæva ſui origine eſſet Regularis. nihilominus ad effectum ſuſtinendi collationem factam ab Ordinario, ſufficit quaſi poſſeſſio, & ultimus ſtatus ſæcularitatis.

Ad primam quæſtionem reſpondetur, ſtatum Regularem ſemper in ſuo robore permanſiſſe, neque præſcriptionem ullam introductam fuiſſe in caſu, de quo agitur, ad mutandam qualitatem beneficii regularis in ſæcularem. † Ad hoc enim ut ſtatus beneficii mutatio fiat per præſcriptionem, non ſolùm requiritur lapſus quadraginta annorum, ſed etiam alia concurrere debent, nempe quod ille qui poſſidet beneficium, illud obtineat titulo inſtitutionis; & quod ille qui vult mutare ſtatum beneficii, habeat poteſtatem & intentionem mutandi illum, & quod talis mutatio facta fuerit bona fide, ex notatis per Ricc. *collect.* 784. Rot. *in recent. part.* 1. *dec.* 163. *n.* 3. *&* 4. ubi hoc intelligendum eſſe dicitur, quando de legitimo ſtatu anteriori regularitatis evidenter conſtat: Ludoviſ. *& ibi* Addent. *dec.* 434. *n.* 16. *&* 20. & ideo proviſiones Põtificiæ non mutãt ſtatum beneficii, † quia Papa nunquã cenſetur voluiſſe præjudicare juri conferendi, quod competit tertio, ut *in dicta dec.* 163. *n.* 5. *part.* 1. *recent. & deciſ.* 685. *n.* 7. *part.* 2. *recent.* & fusè *in Lucana ſuppl. patronatus de Podiis*, quam allegat Beltram. *ad deciſ.* 434. *n.* 20. ubi dicitur, quod debet etiam intervenire ſcientia & patientia illorum, qui ex mutatione præjudicium recipiunt. † Eadem planè ratione qua requiritur ſcientia patronorum, ad hoc ut collatio beneficii facta per Ordinarium tanquam de libero, illis præjudicet; ſic in ſimili dicitur de quaſi poſſeſſione præſentandi, quæ non acquiritur ſine ſcientia & patientia illorum, quibus præjudicatur, Poſt *de manutent. obſerv.* 13. Vivian. *dicto lib.* 5. *c.* 4. *num.* 55.

Et ſic cùm non conſtaret de prædictis requiſitis ad immutandum ſtatum beneficii, ſed ſolùm abeſſet lapſus pluſquam quadraginta annorum, immo quod temporis intervalluma derant variæ proviſiones Apoſtolicæ, ſequebatur beneficium retinuiſſe ſuam naturam Regularem, ut ultra citatos, oſtendit Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 12. Rot. *dec.* 211. *n.* 20. *part.* 6. *recen. & deciſ.* 401. *num.* 16. *part. recent.*

Neque commenda poteſt mutare ſtatum beneficii Regularis; immò potiùs oſtendit illud ſemper fuiſſe Regulare; cùm commenda ſoleat concedi à ſummo Pontifice, vel ut quis duo beneficia Regularia inſimul tenere poſſit, vel ut ſæcularis beneficium Regulare teneat, aut è contra Regularis beneficium ſæculare: ita dicit Rebuff. *in praxi, tit. de commenda, numero* 8. & cùm commenda nihil aliud ſit quàm depoſitum, ex Rebuff. *loco citato, num.* 1. Gambar. *de poteſtate Legati, tit. de poteſtat. in commenda beneficiorum, lib.* 4. *n.* 20. † ſequitur ceſſante commenda, prout ceſſavit per collationes factas perſonis ſæcularibus per Ordinarios, & ſic nulliter, beneficium remanere in priſtina natura, & vacationem inductam fuiſſe ut priùs, id eſt eo modo quo vacabat ante commendam: & ſic per obitum ultimi illius poſſeſſoris Religioſi, qui illud ante vacationem obtinebat, cum beneficium eſſet ſitu in Comitatu Venaiſſino, Garc. *de benefic. part.* 4. *c.* 4. *num.* 64. Dixi *in comitatu Venaiſſino*, quia ſi ageretur de beneficiis Galliæ, aliud eſſet dicendum. Siquidem in Beneficiis Galliæ commenda habet vim tituli, & beneficium ſemel commendatum, ſemper remanet commendatum, ut nos ſatis explicavimus,

mus *part. 2.benefic.cap.11.§.12.num.20.& 28.* post Doctores ibidem citatos. Quod procedit in Gallia, quamvis summus Pontifex expressè mandaverit, quod cùm primum beneficium vacare contigerit, vacet ut prius, hoc est, perinde ac si commenda facta non fuisset, quia ista clausula continet quandam speciem reservationis, quæ non debet fieri in Gallia ex concordatis, ut probat D. Fevret *in tract. de abusu, lib. 2.c.4.n.24.& 25.* quod notandū est, quia sic non ita pridem habuimus in praxi. Commenda igitur tantum abest ut probet qualitatem beneficii sæcularis, quin potiùs arguat regularitatem, ut *in dicta decis.163.n.1.& 8.& decis.202.n.4.p.1.recent.*

11 In secundo capite major videtur adesse difficultas, quia licèt verum sit quoad quasi possessionem conferendi manutenendum esse, & præferendum provisum ab eo, qui pro se habet ultimum statum, & qui ultimam collationem fecit effectuatam, & executioni demandatam, quamvis talis conferens non sit fundatus in titulo, nec in præscriptione: *cap. consultationibus 19. de jurepatron.* qui textus, quamvis loquatur de quasi possessione juris præsentandi, tamen ex communi Doctorum intentione extendi debet etiam ad jus conferendi: Lotter. *de re beneficiaria, lib.1.quæst.34.n.26.* dummodo tamen collatio, cui innititur ille, qui habet quasi possessionem conferendi, fuerit fortita effectum, aliàs non relevat, teste Postio *de manutent. observat.* 33.n.7. Rot. apud eundem *decis.125.num.4.*

12 Tamen regula illa generalis limitatur, ut non habeat locum quando non agitur duntaxat inter duos provisos, sed præterea tractatur de duobus collatoribus de statu beneficii disceptantibus, & de pertinentia collationis; quia ambo collatores erant in lite mediantibus procuratoribus per eos constitutis, quod apertè voluit Rot. *decis.154.n.4. part.1.recent.*

13 Item quia manutentio in quasi possessione conferendi non datur in præjudicium tertii, qui probavit anteriorem statum legitimè impressum, quia cùm ultimus status sit tantùm præsumptus, non debet considerari in præjudicium illius tertii, qui habet pro se claram & indubitatam probationem regularitatis: Rot. *decis.2.num.2.de præbendis, in novis,* ubi ostenditur, necessariam esse probationem temporis quadragenarii, quando constat legitimè de statu anteriori, & agitur de præjudicio Religionis, Ordinis, vel Ecclesiæ: & facit *decis.171.* apud
14 Bellamer.† Quia collatio beneficii Regularis facta sæculari est nulla ipso jure, propter incapacitatem & inhabilitatem illius, *cap. super eo, de regularib. cap. cùm singula, §. prohibemus, de præbend. in 6. Clement.1. de electione,* Concil. Trident. *sess.14.cap.10. & 11. de reformat.* & per *regul. Cancellariæ 42.* Et cùm talis collatio sit ipso jure nulla, sicut non excusat negligentiam conferre vel præsentare debentis, quo-
15 minus devolutio ad Superiorem locum habeat, ut per Bellamer. *dicta decis.172.*† ita non sufficit ad acquirendam quasi possessionem conferendi considerabilem in ista materia, nisi bona fide fuerit continuata per 40. annos: Rot. *decis.308.n.6.& 7. part.1.recent. & decis.737. num.6. part.2.* Maximè ubi agitur de præjudicio tertii, qui probavit anteriorem statum, & sequens non est legitimè præscriptus. Rot. *decis.737.num.6.part.2.recent.* Lotter. *de re beneficia, lib.1. quæst.34. num.44.* Ludovis. *decis. 112.num.5. littera B,* ubi sequitur *dictam decis.737. part.2.recent.* Rot. *decis.188.numero 1.part.1.recent.* ubi clarè decidit, quod quando constat de contrario statu præcedenti regularitatis, provisus ab Ordinario ad suam provisionem sustinendam contra provisum Apostolicum, adstringitur hoc casu ad probandum statum sæcularitatis fuisse observatum per 40. annos: ut *in dicta decis. numero 2.* Idem tradit Gratian. *discept. forens.574. num.13. & sequent.* & præsertim *num.16.* Addit. ad Burat. *decis.776 num.19.* per text. *in cap. cùm de beneficio, de præbend. in 6.* quia textus ille procedit in re dubia, non autem quando clarè constat de statu anteriori: Rot. *decis.238.num.4.& 5.part.5.recent.* & dicta decisio 70. *part.4.recent.* in contrarium allegata, quæ est *in Ferrariensi Prioratus coram Penia, 17. Martii 1608.* & est repetita *decis.154. in recentiorib. part.1.* fuit postea per eandem Rotam revocata, ut videre est *dicta decis.188. parte 1. recentior. num.2. versic. prima decisio*: & in pluribus aliis decisionibus in eadem causa factis, & superiùs in discursu allegatis.

Cùm autem vigore dictarum rationum, provisus de beneficio tanquam regulari sibi commendato favorabilem sententiam obtinuisset, à qua fuerat appellatum pro parte provisi ab Ordinario, multùm fuit disputatum, utrum sententia immissionis deberet mandari executioni adversus provisum ad Ordinario, non obstante appellatione per eum interposita.

Super hoc dubio respondi, sententiam execu- 16
tioni, non obstante appellatione, demandandam esse, supponendo in primis, quod licèt appellatus niteretur provisione facta vigore indulti Cardinalis Abbatis, quod indultum solùm removet obstacula reservationum; adeo ut provisiones factæ authoritate Abbatis, dicantur factæ authoritate ordinaria, & per consequens non habeant privilegium provisionum Apostolicarum, ut probavimus superiùs *p.2.c.3.§.5.n.10.* Bur. & *ibi* Addent. *dec.622. n.10.& 11.* tamen in casibus, in quibus cessante indulto Cardinalis non posset conferre tanquam Ordinarius, veluti quando indultum continet majorem vim quàm remotionem impedimenti, tunc non dicitur collatio fieri authoritate ordinaria, sed Authoritate Papæ, & provisio dicitur Apostolica, ut eodem loco ostendimus *n.12.* quæ hic non repetemus, agebatur enim de concessione facta in commendam, quæ authoritate ordinaria fieri non poterat; & propterea non obstante appellatione sententia debebat demandari executioni.

Neque obstare dixi quod opponebatur, provi- 17
sum ab Ordinario esse legitimum contradictorem adversus provisum Apostolicum: *cap. si à Sede, de præbend. in 6.* Argel. *de legitim. contradict. q.15. n.103.* si habeant titulum coloratum.

Quia respondetur illud non habere locum, quando talis provisus ab Ordinario non produxit suum titulum ante sententiam, quia productio tituli facta post sententiam, non impedit quominus immissio concessa provisо Apostolico, demandetur executioni, non obstante appellatione, Rot. apud Marchesan. *de commiss. part.1.decis.19.n.5. fol.350.* Gonzal. *ad regul.8. gloss.11.n.108.* Argel. *de legitim. contradict. q.15. art.5.n.105.*

Non etiam dixi obstare replicationem, quod 18
provisus ab Ordinario videbatur obtinuisse possessionem, & propterea talis provisus possidens esset legitimus contradictor adversus provisum Apostolicum, ex notatis per Argel. *dicta quæst.15 num.99. & sequent.* † possessio verò provisi ab Ordinario vi- 19
debatur probata ex eo quod Ordinarius habebat potestatem conferendi, & sic ejus collatio habebat vim possessionis adeptæ, ex Burat. *decis.746.n.11.*

ubi

ubi poſſeſſionis traditio facta ab habente poteſtatem conferendi, habet vim collationis : Boër. *deciſ.* 308. *num.* 3. & de adeptione poſſeſſionis videbatur conſtare per confeſſionem dicti proviſi Apoſtolici, quæ ipſi præjudicabat : ex traditis *deciſ.* 738. *n.* 2. & 3. *part.* 2. *recent.* quia reſponſum fuit, nec de tali
20 confeſſione conſtare, † nec poſſeſſionem probari per titulum, illiúſque conceſſionem ; licèt è contra per inveſtituram & conceſſionem poſſeſſionis factam ab eo qui conferre poteſt, cenſeatur facta collatio, ut dicitur in deciſionibus in contrarium allegatis. † Sed quamvis de tali poſſeſſione conſtaret,
21 ſola poſſeſſio non ſufficeret proviſo ab Ordinario ad conſtituendum illum legitimum contradictorem adverſus proviſum Apoſtolicum : niſi etiam doceret de titulo legitimo : Bart. *in l. finali*, §. *ſin autem aliquis*, *C. de edicto divi Adriani*, *num.* 21. *verſic. aut comparet aliquis* : & *verſic. ſi verò allegaverit poſſeſſionem* Pacific. *de Salvian. interdict. inſpect.* 2 *cap.* 2. *num.* 1. Campanil. *in diverſor. jur. canonici*, *rubrica* 11. *cap.* 13. *num.* 224. Neque fieri debet differentia inter materiam beneficialem, & ea quæ traduntur per dictos Doctores, loquentes de *dicta l. finali*, *Cod. de edict. Divi Adriani*. Quia materia beneficialis eiſdem regulis regitur, & limitatur, quibus tradita in *dicta l. finali*, ut per Coccin. *deciſ.* 347. *num.* 2. & non ſolùm productio tituli eſt neceſſaria, ſed etiam debet intervenire ante ſententiam, ut mox diximus ; & advertit Campanil. *dicta rubric.* 11. *cap.* 13. *n.* 231. & 232. Veral. *deciſ.* 346. *num.* 4. *part.* 2. ubi dicit quod remedium immiſſionis juxta *dictam legem finalem*, *Cod. de edicto divi Adriani*, datur etiam contra poſſidentem, qui non poteſt immiſſionem impedire, niſi producat talem titulum, per quem in dicta immiſſione obtinere poſſit : Rot. *deciſ.* 711. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & 641. *n.* 1. *part.* 4. *recent.*

22 Quod maximè procedit, data diſparitate titulorum inter duos proviſos, non ſolùm quia unus procedit ab Ordinario, & alter à Papa, ut dictum eſt, ſed etiam quia tituli non ſunt ejuſdem ſpeciei : cùm proviſio ab Ordinario facta fuerit in titulum & per obitum ultimi poſſeſſoris ; & proviſio Apoſtolica facta fuerit in commendam, & per vacationem ut priùs, & ſic cùm tituli ſint à diverſis fontibus, & diverſæ ſpeciei, tituli non dicuntur pares ad effectum de quo agitur : Duran. *deciſ.* 430. *numero* 9. & 10.

23 Addatur præmiſſis, quod data nullitate tituli provenientis ab Ordinario, proviſus non dicitur habere parem titulum. Rot. *deciſ.* 520. *num.* 17. *p.* 4. *recent. tom.* 3. † nullitas autem conſiſtit ultra ſuperiùs dicta, in eo quod beneficium fuit collatum tanquam ſimplex, cùm tamen haberet curam animarum, ex notatis per Selv. *de benefic. part.* 3. *q.* 11. *num.* 42. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 30. & diximus ſuperiùs *part.* 2. *cap.* 2. §. 1. *num.* 11. & 12. & *ſequent.* non enim poteſt Epiſcopus alterare qualitatem beneficii, & ex curato illud convertere in ſimplex, ut ſtatutum fuit in Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 16.

24 Et cùm ſæcularis ſit omninò incapax beneficii Regularis ſine diſpenſatione, *Clement.* 1. §. *ſanè prioratus*, *de ſtatu monachorum*, *cap. cùm de beneficio*, *de præbend. in* 6. Mantic. *deciſ.* 68. *num.* 5. Seraphin. *deciſ.* 1165. *n.* 12. & 13. ex hoc etiam capite reſultat nullitas tituli allegati.

Denique dixi non obſtare deciſionem Seraphini 287. *num.* 4. ubi dicitur, quod licèt allegetur, poſſeſſionem & titulum eſſe infectum, ex eo quod ſæcularis poſſidebat, cùm tamen prætenderetur beneficium eſſe Regulare : quæſtio illa remittenda erat ad judicium petitorium : † Quia cùm ſuper hac re lis penderet, non erat poſſeſſor lite pendente amovendus à ſua poſſeſſione : quod ſequutus eſt Poſtius *in tractat. de manutent. obſerv.* 46. *num.* 19. † Fuit enim reſponſum, objectum non procedere ex eo quod proviſus ab Ordinario, non ſolùm non produxerat titulum ante ſententiam, ſed etiam conſtabat titulum illius non eſſe legitimum, poſito quod illum ſuo tempore produxiſſet : quod non erat in caſu dictæ deciſionis Seraphini, in qua non conſtabat de anteriori ſtatu regularitatis, qui tamen in caſu poſito fuerat bene verificatus : & ideo non poterat impediri immiſſio proviſi Apoſtolici, cùm de jure ſi beneficium Regulare collatum fuerit ſæculari, ille ſæcularis non ſit tutus, niſi ſit triennalis poſſeſſor : Rot. *deciſ.* 229. *n.* 4. *part.* 1. *recent.* † Si tamen docuiſſet ante ſententiam de titulo, & clarè non conſtitiſſet de ſtatu anteriori regularitatis ; poſſeſſor fuiſſet manutenendus lite pendente, juxta *dictam deciſ.* 287. Seraphini, & doctrinam Poſtii *dicto tractat. de manutent. obſervat.* 44. *n.* 53. *in fine*, *verſic. ſed dicto de titulo.*

Et ex his dictus proviſus præfati prioratus incommendam obtinuit prædictum prioratum, quem adhuc hodie poſſidet.

CAPVT CLXVII.

De tranſactione inita inter Prioren & populum, & ejus validitate, & utrum conventio ratione juris decimandi facta bene authoritate ſummi Pontificis, obligę ſucceſſores ad illius obſervationem. Lóga & immemorialis poſſeſſio utrùm ſuffragetur laicis quoad jus decimas percipiendi, vel immunitatem ab ipſis obtinendi ; & quæ ad id neceſſaria ſint tam de jure cõmuni, quàm ex obſervantia Tribunalium Galliæ. Quando jus decimandi conceſſum cenſeatur ; quando vel ſola decimarum temporalitas. De Eccleſiis ſuccurſalibus, & deputatione Vicarii in ipſis, ſive perpetui, ſive amovibilis & quibus concurrentibus talis deputatio fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta ſuper decimis non obligat ſucceſſorem in beneficio, ſi non interveneris in ea ſummi Pontificis authoritas.*

2 *Vt confirmatio tranſactionis ſit realis, requiritur quod fiat cum cognitione cauſæ.*

3 *Si confirmatio facta fuerit authoritate Superioris minùs legitimè, debet adverſus illam obtineri reſtitutio in integrum.*

4 *Laici non poſſunt allegare poſſeſſionem juris decimandi.*

5 *Concilium Lateranenſe quando factum ſit, & quæ ita nuncupetur.*

6 *Temporis immemorialis lapſus non juvat ad præſcriptionem juris decimandi, in favorem laicorum.*

7 Exem

7 *Exemptionem totalem à solutione decimarum nullo tempore, etiam immemorialis, laicus præscribit.*

8 *Laicus qui decimas acquisivit ante Concilium Lateranense debet manuteneri in sua possessione, si concurrat fama privilegii.*

9 *Quibus concurrentibus laicus sit fundatus in decimis ante Concilium Lateranense concessis.*

10 *In Gallia quid observetur circa possessionem decimarum in favorem possessoris laici.*

11 *In Gallia feuda decimarum sunt ad instar aliorum feudorum domanialium,* & num. 13.

12 *Quæ sit ratio differentiæ inter concessiones decimarum factas ante, vel post Concilium Lateranense.*

14 *Producto titulo invalido concessionis decimarum, cessat omnis præsumptio tituli validi.*

15 *Laici sunt capaces decimarum quoad temporalitatem illarum.*

16 *Ex quibus probetur, concessam fuisse solam decimarum temporalitatem, vel jus ipsum decimandi.*

17 *Vicarios perpetuos in beneficiis unitis Episcopus deputare potest.*

18 *In Ecclesiis nimis remotis deputandus est Sacerdos amovibilis pro administratione sacramentorum.*

19 *Deputatio Sacerdotis in capellis remotis ab Ecclesia principali, debet fieri sine dismembratione parochiæ.*

20 *Parochiani qui promiserunt suis expensis manutenere Presbyteros servitores, tenentur ad observantiam pacti.*

21 *In dispositione faciente mentionem Ecclesiæ principalis, comprehenduntur Ecclesiæ annexæ.*

22 *Ecclesiæ succursales, quantum fieri potest, constituendæ sunt sine præjudicio Ecclesiæ principalis.*

23 *Expensa Presbyteri amovibilis debet fieri sine incommodo Parochi principalis.*

24 *Populus, si necesse sit, cogi potest ad expensam Presbyteri.*

INter Priorem cujusdam Ecclesiæ parochialis, quæ plures sub se habebat filiolas, seu Ecclesias succursales; & populum oppidi principalis, ante annos septuaginta inita fuerat quædam transactio, per quam conventum fuerat, quod habitatores dicti loci exigerent in futurum decimas, & jura decimalia ad ipsos pertinerent, & de illis ad libitum disponere possent; ea tamen conditione, quod dicti parochiani tenerentur reædificare, & manutenere propriis expensis in perpetuũ dictas Ecclesias & Presbyteros capaces ad faciendum totum servitium, & de ornamentis providere, reservato tamen dicto Priori jure præsentandi Presbyteros pro servitio dictæ Ecclesiæ: & his mediantibus, dicti parochiani promiserunt solvere Priori, & ejus successoribus in dicto beneficio quibuscumque quantitatem annuam quinquaginta trium salmatarum bladi, francam, immunem ab omnibus decimis, tam Pontificiis, quàm Regiis, & sub aliis oneribus, & pactis in transactione contentis.

Cum autem Episcopus loci Ordinarius mandasset deputari unum novum Presbyterum in una ex Ecclesiis dependentibus à dicta Parochiali, dubitatum fuit *Primò* de viribus dictæ transactionis. *Secundò*, de justitia dictæ ordinationis Episcopi. *Tertiò*, cujus expensis dictus Sacerdos adjunctus manutenendus esset, & stabiliendus.

Circa primum dubium constat evidenter, 1
successorem in beneficio non teneri ad observationem transactionis factæ per ejus prædecessorem super decimis, & jure decimandi, cùm non intervenerit authoritas Summi Pontificis, *cap. de cætero 5. de transactionib.* Abb. *in cap. multiplici, num. 1. de decimis,* Rebuff. *in tractat. de decimis, quæst. 13. num. 25.* Coccin. *decis. 279. num. 7.* textus est *in cap. veniens 8. de transact.* † Immò ad hoc ut confirmatio, & ap- 2
probatio transactionis efficiatur realis, non sufficit quælibet confirmatio simplex, sed necesse est, ut illa facta fuerit cum cognitione causæ, & ex causa rationabili, ad utilitatem Ecclesiæ, teste Barbos. *in l. si filiofamilias 26. §. fin. ff. solut. matrimon. num. 20. versic. quinimò adverto.* † Quamvis hoc casu, pro- 3
pter authoritatem Superioris petenda sit restitutio in integrum nomine Ecclesiæ Barbos. *dicto §. finali, n. 25. in fine, versic. item quod licèt.*

Neque obstat observantia dictæ transactionis 4
per longum tempus continuata, quia cùm universitas & homines præfati oppidi sint laici, non possunt allegare possessionem percipiendi decimas: *cap. causam quæ,* & *ibi* Glossa & DD. *de præscript.* Bertrand. *cons. 116. num. 4. versic. tum quia cùm universitas, vol. 1.* Habent enim laici contra se resistentiam juris communis quoad perceptionem decimarum, *cap. prohibemus 19. de decim.* dependent enim decimæ ab administratione Sacramentorum, *dicto cap. causam quæ 7. de præscript.* & dicuntur cõcessæ in casum pietatis, *can. decimas, 16. q. 7.* præsertim post Concilium Lateranense, † sic nuncu- 5
patum, quia fuit habitum intra Ecclesiam sancti Ioannis Lateranensis Vrbis Romæ *anno 1179.* sub Alexandro III. quod Concilium differt ab alio convocato *anno 1215.* sub Innocentio III. † adeo ut 6
non obstante quocumque temporis immemorialis lapsu, non possit allegari præscriptio infeudationis; quia alioquin dispositio dictorum jurium redderetur illusoria, ut dicit Rot. apud Duran. *decis. 205. num. 15.* Addent. ad Louet *littera D. circa finem, versic.* mais quand une personne laique, *num. 9.* † ubi dicit, quod immunitas à solutione decima- 7
rum non potest præscribi spatio temporis quantumvis immemorialis, & quod eadem ratione concessio decimarum nulla temporis longissimi possessione roborari potest.

Verum quidem est, quod si laicus à tempore im- 8
memoriali decimas possederit, & præterea allegetur communis fama & opinio, quod laicus ille possessor, seu quasi, decimarum, mediante persona suorum Majorum, illas consequutus fuerit ante Concilium Lateranense, tali casu in suo jure & possessione conservandus erit: ut testatur Menoch. *lib. 6. præsumpt. 86. num. 4. & 5.* & ita intelligendus est Monet. *in tract. de decim. cap. 5. quæst. 3. num. 74.* quod ipse etiam explicat *ibid. versic. puto tamen requiri.* † Vbi tamen dicit sufficere, quod laicus ali- 9
quid solverit Ecclesiæ per tempus immemoriale in recognitionem: ad quod conferunt tradita per eundem *num. 118.* ubi dicit sufficere, quod ad hanc immemorialem præscriptionem accedat fama privilegii seu feudi obtenti ante Concil. Lateranense, vel etiam fama feudi absolutè: & quod tunc laicus tutus erit. Quod etiam determinatum fuit per Rot. *decis. 215. p. 2. divers. per totum.*

Sed quia negotium decidendum erat in Gallia, 10
supponendum fuit quod ex observatione generali totius Galliæ, confirmata per supremarum Curiarum arresta, non ita præcisè cum immemoriali possessione jungenda est probatio famæ privilegii, immò

immò ſola poſſeſſio immemorialis ſufficit ad præſumendam infeudationem, ſi producantur aliqui antiqui tituli: quibus deficientibus, Parochus obtinebit in ſupremis illis Tribunalibus adjudicationem decimarum, non quidem pro tempore præterito, ſed pro futuro: ut explicat Brodeau ad Louet, *littera D, num.9.* juncto *num.* 35. † Vbi dicitur, 11
quod in feudis decimarum, ſive ante, ſive poſt Concilium Lateranenſe, idem jus obtinet quod in aliis feudis domanialibus, ſeu patrimonialibus; & quod ad ſimilitudinem aliorum feudorum regun-
tur. Quamvis igitur Concilium Lateranenſe ſolùm prohibuerit infeudationes, & conceſſiones decimarum faciendas laicis in futurum, tolerando illas, 12
quæ factæ fuerant ante Concilium,† quæ eſt ratio, propter quam fit diſtinctio inter conceſſiones & infeudationes factas ante, vel poſt dictum Concilium, *dicto cap. prohibemus*, cum *ibi* notatis, *de decim.* In Gallia tamen aliter judicatur, ut mox dictum eſt, propter infinitas caſuum fortuitorum varietates, bella, incendia, & alia inconvenientia, quæ nimis frequenter acciderunt in Gallia, ob multa & continua diſſidia propter diverſitatem Religionis, aliáſque cauſas exorta, ne alioquin Domini temporales ob defectum titulorum ſuo jure privati remanerent, ut teſtatur Grimaudet *in tract. de decimis, lib.2.cap.6.num.*32.41.*& ſequent.* & maximè *num.* 13
47.† ubi dicit ſufficere recognitionem, vel præſtationem homagii obedientiæ, vel dinumerationis factæ alicui Domino feudi; juncta temporis immemorialis diuturnitate, ad hoc ut Dominus temporalis obtineat adjudicationem juris decimādi: quod etiam bene explicat Forget *in tract. de decim. c.3. n.4.& 5.* quem refert Bouchel *in ſumma beneficiali*, in verbo, *Diſmes*.

14 In caſu tamen propoſito non poterat Communitas deſumere aliquod fundamentum ex dicta tranſactione: tum quia clarè conſtabat illam fuiſſe factam longè poſt Concilium Lateranenſe, & tantum abeſt ut allegari poſſet aliqua præſumptio tituli legitimi, quin potiùs conſtabat de titulo vitioſo & invalido per productionem & inſpectionem dictæ tranſactionis, per quam ceſſabat omnis præſumptio tituli melioris, ut nominatim probat Grimaudet *in dicto tractat. des diſmes, cap.6. numero* 32. *verſic.* parquoy s'il apparoiſſoit du tiltre vicieux, *lib.2.*

15 Neque eſt quod dicatur, ſolam fructuum temporalitatem per dictam tranſactionem fuiſſe tranſlatam, non autem jus decimandi, cuius temporalitatis laici ſunt capaces: Abb. *in cap. ad hæc, n.4. de decimis.*

16 Quia conſtat ex verbis tranſactionis, non ſolùm fructus decimales fuiſſe tranſlatos per tranſactionem, ſed ipſum etiam jus decimandi, ſine aliqua temporis præfinitione, quod ſummè notandum eſt; dicitur autem jus decimandi tranſlatum in eum, qui propria authoritate, & de manu excolentium prædia decimas percipere poteſt: Rebuff. *in tract. de decim. quæſt.10.num.34. in fine*, Gratian. *diſcept. forenſ.* 138. *num.21.& ſequent.* & judicavit Rot. *in Ferrarien.* ſeu *Ravennaten. Decimarum, coram Meltio*, & nos fuſiùs expoſuimus *in tract. de prævent. part.1.capite* 25. *numero* 8. & *ſequent.* ideo hîc non repetimus.

17 Poſito igitur quod priores moderni velint ſtare dictæ tranſactioni, nec illam impugnent, concludendum eſt, quod licèt permiſſum ſit Epiſcopis conſtituere Vicarios perpetuos in beneficiis unitis curam animarum habentibus, quale erat illud de quo tractabatur; ſive unio facta fuerit in favorem Monaſterii, ſive Dignitatis, vel Capituli, ex diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ.7.c.7. de reformat.* Barboſ. *in cap. extirpanda* 30. §. *qui verò, in verbo, qui idoneum, de prabend.*

Tamen deputatio iſta Vicarii perpetui facta per 18
Epiſcopum in dicto prioratu, locum habere non poteſt in caſu de quo agitur, ſolùm enim permiſſum eſt Epiſcopis deputare unum ſacerdotem ſimplicem, presbyterum, amovibilem, per eundem Epiſcopum approbatum, pro adminiſtratione Sacramentorum parochianis reſidentibus in loco ſatis remoto ab Eccleſia principali, ſtante difficultate & incommoditate itinerum, qui tamen deputatus non erit Vicarius perpetuus, ut probatur *in cap. ad audientiam 3. de Eccleſiis ædificandis*,† ſine tamen 19
diviſione, diſmembratione, & ſeparatione parochiæ, quæ ſemper remanere debet unita, & dependens ab Eccleſia matrice: Abb. *in dicto cap. ad audientiam, n.16.* Menoch. *conſ.*477. *per totum.*† Sed 20
tamen cùm conventum fuerit, quod parochiani oppidi principalis tenerentur propriis ſumptibus manutenere in perpetuum presbyteros capaces ad faciendum totum ſervitium, talis expenſa non debet fieri per Priores, ſed tantùm per populum, qui illam facere promiſit, & ita in terminis hujus poſſi de quo agitur, tradit Menoch. *dicto conſ.*477. *n.2.* & licèt conventio illa ſimpliciter loquatur de expenſis pro adminiſtratione Sacramentorum dictæ Eccleſiæ,† tamen eadem ratione locum habere de- 21
bet quoad Eccleſias annexas & dependentes, quæ comprehenduntur in qualibet diſpoſitione facienda mentionem de Eccleſia parochiali, *cap.* [illegible] *prio, de prabend. in 6.* Gloſſ. *in cap. gratia, verb.* [illegible] *de jure, de reſcript. in 6.* fusè Barboſ. *de jur.* [illegible] *lib.3.cap.16.num.7.& ſequent.* & nominatim n.18.

Semper autem iſtæ Eccleſiæ ſuccurſales ſic con- 22
ſtitui debent, ut quantum fieri poteſt non fiat præjudicium Eccleſiæ principali, ſeu matrici, ſed omnes teneantur dictam Eccleſiam matricem agnoſcere, illamque adire argumento *cap. ſignificatum, de prabend.* Rebuff. *in praxi, tit. de erectione Eccleſ. in curatam & parochialem, num.*10.† Et expreſſe illius presbyteri amovibilis ita fieri debet, ut nil oriatur incommodum Parocho primitivo: *dicto cap. ad audientiam. & cap. de monachis, de prabend. & eod. tit. in 6.* Rebuff. *loco citato, n.5.*† Quod confirmat eſt diſpoſitioni Concilii Tridentini *ſeſſ.*21. *cap. verſic. & ſi neceſſe fuerit, compellere poſſit populum*, atque ita declaratum fuit per ſacram Congregationem Concilii apud Barboſ. *in notis ad dictum cap.* Coſt. *de ſubſidiariis remed. c.*75. *n.3.*

Et ex his reſoluta manent omnia dubia propoſita: & concludendum *Primò*, tranſactionem eſſe nullam: *Secundò* Epiſcopum gravaſſe, inſtituendo Vicarium perpetuum: *Tertiò*, Vicarium, ſeu præſbyterum amovibilem conſtituendum eſſe expenſis populi, non autem Prioris.

CAPVT CLXVI.

Quando beneficiũ impetrari poſſit propter non reſidentiam in beneficiis, quibus cura animarum imminet, ſtante conſuetudine antiquiſſima non reſidendi, quævis ex fundatione requiratur reſidentia.

in tali beneficio. Quid juris si beneficium curatum adeo esset tenue,ut ex illius reditibus Sacerdos non possit habere necessaria pro suæ vitæ sustentatione, aut si vel nulli, vel admodùm pauci incolæ in loco remanerent. Temporis diuturnitatem operari posse, ut Ecclesia Parochialis reducatur ad simplex beneficium. Et utrùm Episcopus possit dispensare in aliquo casu à residentia.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo generalis, qua nemo regulariter tenetur residere in simplicibus beneficiis, non habet locum quando fundator residentiam indixit.*

2 *Consuetudo non residendi in beneficiis curatis non valet.*

3 *In beneficiis simplicibus consuetudo non residendi admittenda est, si ex legitima causa introducta fuerit, quamvis fundator mandaverit beneficium conferri alicui, qui quotidie celebraret.*

4 *Tenuitas reditum beneficii præbet justam causam introducendæ consuetudinis non residendi in beneficio simplici, non obstante dispositione fundatoris in contrarium.*

5 *Quando subsistat consuetudo non residendi in beneficiis curam animarum habentibus.*

6 *Residentia in beneficiis curatis est de jure divino.*

7 *Etiamsi reditus beneficii curati sint tenues, ex veriori sententia non valet consuetudo non residendi.*

8 *Curatus tenetur ad residentiam, quamvis tres vel quatuor tantùm incolæ in loco remanserint: non tenetur tamen, si omnes recesserint.*

9 *Possidens beneficium curatum non tenetur promoveri intra annum, si omnes incolæ à loco illo recesserint.*

10 *Beneficium curatum non inducit incompatibilitatem, si omnes incolæ à loco illo recesserint.*

11 *Ecclesiæ status mutari potest, ut parochialis Ecclesia fiat simplex beneficium, ex longissimi temporis diuturnitate, vel ex summi Pontificis privilegio.*

12 *Solus Episcopus in simplici beneficio servitorio potest beneficiatum ex justa causa eximere à residentia, absque alterius Superioris dispensatione.*

13 *Stante redituum tenuitate Episcopus potest eximere à residentia, non obstante fundatione in contrarium, in beneficiis simplicibus.*

14 *Distributiones quotidianæ non debentur Canonicis non interessentibus.*

15 *Capitulum non potest habilitare Canonicum absentem, ut percipiat distributiones quotidianas, nec consuetudo contraria sustineri potest.*

16 *Ampliatur ut nec valeat hujusmodi habilitatio, etiam per viam donationis.*

17 *Quando distributiones accrescunt aliis Canonicis, possunt illas condonare postquam sibi fuerunt acquisitæ.*

18 *Justa necessitas, aut Ecclesiæ evidens utilitas, præbet Capitulo authoritatem eximendi aliquem à residentia.*

PRopositum fuit dubium per Rectorem cujusdam Capellaniæ super eo quod post fundationem, & institutionem illius, facta fuerat alia pia fundatio in augmentationem cultus divini, pro celebratione certi Missarum numeri per alium particularem, qui certa prædia ad hunc effectum donaverat; sed ea tamen conditione, quod quicunque provisus esset de dicto beneficio, teneretur continuam residentiam facere in illo loco, & esset actu Sacerdos, alioquin dedit potestatem Sactistæ, & curato Ecclesiæ dicti loci, faciendi per se servitium dictarum Missarum, & accipiendi propria authoritate possessionem prædiorum eidem Capellaniæ relictorum. Qua fundatione non obstante, duo ultimi dicti beneficii possessores, & alii illorum antecessores illud possederant tanquam exemptum à residentia, & servitium fecerant per substitutos, & nominatim dictus ultimus possessor durante spatio 29. annorum, supponendo quod reditus dicti beneficii non erant sufficientes ad sustentationem unius Sacerdotis, & quod prædia relicta Ecclesiæ, fuerant pro majori parte, fluminis impetu corrosa. 1

Dixi dictum possessorem Capellaniæ non posse, nec debere cogi ad dictam residentiam, nec illius defectu incurrisse pœnam privationis reditum dictæ augmentationis: non quidem ex eo quod omnia beneficia simplicia ex generali consuetudine admittunt servitium per substitutum faciendum, ut aliàs diximus, & tradit inter ceteros Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 36. n. 39.* cùm generalis illa consuetudo locum non habere videatur, quando residentia ex lege fundationis requiritur, præsertim in Gallia, ubi fundatio strictè observari debet ex Regiis constitutionibus.

Sed ex eo, quod consuetudo per longissimum 2
tempus observata talis erat, quod hujus beneficii possessores non tenerentur ad residentiam: quæ consuetudo de non residendo, licèt non valeat quando agitur de beneficiis, quibus cura imminet animarum, cùm hæc nimis sit Ecclesiis & animabus damnosa, *cap. licèt canon, de electione, in 6.* Gloss. Pragmaticæ sanctionis *in proœm. in §. nam Ecclesiarum*, in verbo, *resident.* † Tamen aliud dicendum est, quando 3
agitur de beneficio simplici non habente annexam curam animarum, tunc enim consuetudo non residendi valida est, & observanda, si introducta fuerit ex legitima causa, *cap. cùm omnes, de constit. cap. ad audientiam, de cleric. non resident.* Rebuff. *in praxi, part. 2. cap. ult. de dispensatione de non residendo, n. 65.* & tradunt DD. omnes *in dicto cap. cùm omnes, de constitutionibus, super gloss. finali*, maximè stante tenuitate reditum, ex quibus Capellanus commodè vivere non potest: † quæ causa justam & vali- 4
dam reddit consuetudinem: Rebuff. *loco citato, num. 67.* Quod procedit etiamsi ex ordinatione testatoris Ecclesia deberet conferri uni, ut ibi quotidie celebraret, quia valet consuetudo ut per alium celebretur: juxta Lap. *allegat. 36. num. 1. & 2.* ut expressè tradit Ioan. de Selva *in tractat. de benefic. part. 4. quæst. 2. numero 3. versic. & hoc procedit etiamsi ex ordinatione testatoris.* Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 5. in princip. numero 107.* ubi expressè dicit, talem consuetudinem valere, quamvis in fundatione contrarium disponatur. Idem tenet Afflict. *decis. 289. n. 11.* ubi tamen dicit, illam consuetudinem non valere, nisi introducta fuerit ex justa causa, de qua tamen constare in præsenti casu jam demonstratum fuit: Navar. *in tit. de cleric. non resident. consil. 7. numero 1.* atque ita sæpiùs declaratum fuisse per sacram Concilii Tridentini

Congregationem, teſtatur Gonzales *dicto numero* 107. *in fine*, Moneta *de commut. ultimar. volunt.*
5 *cap.* 11. *quæſt.* 237. & 238. † Licèt ipſe hoc videatur ampliare, ut procedat etiam in beneficiis curatis, ut in illis deſerviri poſſit per Vicarium ſubſtitutum, ſi talis ſit conſuetudo ex juſta cauſa introducta, quæ ſit utilis, vel neceſſaria ipſi Eccleſiæ: poſt Angel. *in Summa, in verbo, Clericus*, §. 1. *numero* 7. Ioan. de Selva *dicto tractatu de benefic. part.* 4. *quæſt.* 2. & alii per eum relati: cujus tamen contrarium ſuprà diximus ex Rebuffo *dicto tit. de diſpenſatione de non reſidendo, numero* 66. quam ſententiam ſequitur & comprobat Covar. *lib.* 3. *variar. reſolut. capite* 13. *numero* 9. *verſic. cæterùm in ſacer-*
6 *dotibus*. † Cujus rei ratio eſt, quia reſidentia eſt introducta de jure divino in hujus generis beneficiis, & ideo contra illam conſuetudo introduci non poteſt, nec per illam legi divinæ derogari: *cap. quanto, de conſuetudine*, & facit Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat. in verbo, aut conſuetudinis*, & *ibi* Barboſ. *numero* 70. Tamen Selva *loco citato*, exiſtimat ſententiam Angeli poſſe locum habere, ſi beneficium curatum adeo eſſet tenue, ut ex ejus reditibus Presbyter ali non poſſet, nec populus ſufficeret ad dandum Curato alimen-
7 ta neceſſaria. † Verùm contrarium tenet, nempe Parochum teneri ad reſidendum, etiamſi parochialis Eccleſia ſit tenuis, Barboſa *de offic. parochi, cap.* 8.
8 *numero* 4. † ubi hoc ampliat ut locum habeat, etiamſi in illa parochia remanſerint tantum tres, vel quatuor incolæ: ut fuit deciſum per Sacram Congregationem, apud Garz. *de benefic. part.* 3. *capite* 2. *numero* 179. *in decimaquarta declaratione*. Quamvis ſi omnes Parochiani receſſiſſent, ita quod nullus remaneret, non teneretur quis perſonaliter reſidere, cùm tale beneficium hoc caſu habeatur tanquam ſimplex; eſt enim tunc beneficium curatum habitu, ſed non actu: Ricciul. *in tract. de jure perſonar. extr. grem. Eccl. exiſt. libro* 1. *capite* 14.
9 *numero* 2. ubi dicit taliter proviſum non teneri perſonaliter reſidere, † neque promoveri ad Sacerdotium intra annum: per eundem *dicto cap.* 14. *n.* 4.
10 † ſicut pariter tale beneficium non inducere incompatibilitatem cùm alia Parochiali: ut *in dicto cap.* 14. *num.* 5.

11 Poteſt tamen ſtatus Eccleſiæ mutari longiſſimi temporis præſcriptione, & ex Parochiali Eccleſia fieri beneficium ſimplex: ut per Monet. *dicto c.* 11. *num.* 237. *in princip.* ſi interveniat immemorialis conſuetudo, vel ſummi Pontificis privilegium, ut probat Monet. *in dicto tract. de commut. ultimar. volunt. quæſt.* 11. *num.* 107. & *num.* 110. *verſic. & in ſpecie*, & hoc caſu ſine dubio Parochus non tenebitur ad reſidentiam, quia beneficium efficitur ſimplex, & liberum à reſidentia.

Multò igitur magis in caſu propoſito valida erit conſuetudo non reſidendi, cùm non agatur de beneficio curato, ſed de ſimplici beneficio ſervitorio,
12 † in quo propter diminutionem reddituum beneficii, poteſt Epiſcopus ſolus exonerare poſſeſſorem à ſervitiis & oneribus in fundatione contentis: Roch. de Curt. *in tract. de jur. patronat. in verbo, Et quod de diœceſani conſenſu, quæſt.* 15. *in princip.*
13 Lambert. *in eodem tract. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 7. † Immò ceſſante conſuetudine poteſt Epiſcopus propter ſolam tenuitatem reddituum tollere obligationem reſidentiæ, quamvis Capellania ſit fundata cum obligatione reſidendi perſonaliter: ut per Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *n.* 126. & *ſequent.* maximè *n.* 129.

Et per conſequens dictus Capellanus non poteſt privari beneficio propter non reſidentiam, ſtante dicta conſuetudine antiquiſſima non reſidendi in dicta Capellania, cum tolerantia & ſcientia Epiſcopi diœceſani, attenta potiſſimùm dicta ſtructuum tenuitate, ut *ſuprà* oſtenſum fuit.

Sed hîc opportunè dubitari poteſt, utrùm Capitulum poſſit abſentem, & non reſidentem diſtribuere, ſeu illi condonare diſtributiones quotidianas? † In hac quæſtione certum eſt, diſtributiones illas non deberi niſi intereſſentibus, tam ex diſpoſitione juris communis, quàm ſacri Concilii Tridentini, *ſeſſ.* 24. *c.* 12. §. *diſtributiones*, Seraphin. *deciſ.* 1131. *numero* 1. & 1140. † Et ideo regulariter Capitulum non poteſt habilitare abſentem, & non reſidentem, ad percipiendas diſtributiones, non obſtante quacunque contraria conſuetudine, quæ eſt corruptela: Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 402. 407. & 423. & ex mente ſacræ Congregationis *n.* 427. † dicens quod nec etiam ſuſtinetur iſta exempto per viam donationis: † Sed tamen quando diſtributiones amiſſæ accreſcunt aliis Canonicis, & poſtquam illis fuerunt acquiſitæ, poſſunt conſentire quod abſens portionem ſuam habeat: Rot. *deciſ.* 61. *n.* 4. *part.* 1. *recent.* † Excipio tamen cauſam infirmitatis, ſeu juſtæ & rationabilis neceſſitatis, aut evidentis Eccleſiæ utilitatis: de quibus *in cap. unico de clerc. non reſident. in* 6. & vide quæ dixi *ſuprà, cap.* 101. *num.* 47. *part.* 1.

CAPVT CLXIX.

De materia Regulæ, *de infirmis reſignantibus*, quæ eſt Regula 19. Sanctiſſimi D. N. Alexandri Papæ VII. concluditur ibi locũ eſſe in collationibus Ordinariorũ quamvis contrarium ſervetur in Gallia. Item huic Regulæ locum eſſe in mutuis reſignationibus, ſeu permutationibus. Et quæ hoc in capite ſit obſervantia ſupremorum Tribunalium Galliæ, præſertim circa probationem fraudis in permutatione, ex conjecturis, in odium Graduatorum, ſive æqualis, ſive inæqualis ſit permutatio: Et utrùm in materia hujus Regulæ collatio ex permutatione cenſeatur potiùs voluntaria, quàm neceſſaria. Si collatio facta fuerit in terris ſummo Pontifici immediatè ſubjectis de beneficio ſito in Gallia, utrùm debeat quoad hanc Regulam obſervari conſuetudo, vel præjudicia tribunalium Galliæ. In Legatione huic Regulæ derogari poſſe, & debere: non tamen in præjudicium indulti Cardinalis. Et in cujuſcunque generis beneficiis huic Regulæ locum eſſe, niſi illi per habentem poteſtatem fuerit derogatum.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ de infirmis S. P. Alexandri VII. hoc inſeritur.*

2 *Regulæ* de infirmis *locus est etiam in collatore ordinario.*

3 *In Gallia Episcopi, & alii collatores ordinarii non subjiciuntur Regulæ* de infirmis resignantibus, *& num. sequenti.*

4 *Si resignatarius, cui Episcopus contulit in Gallia, moriatur intra viginti dies post resignationem, beneficium non vacat per obitum, sed per resignationem.*

5 *Extra Galliam Regula* de infirmis *locum habet in permutatione.*

6 *Mortuo permutante intra viginti dies, ejus beneficium Ordinarius conferre potest uti vacans per obitum.*

7 *Huic Regulæ de* infirmis, *de jure locus est etiam in permutatione æquali.*

8 *Fraudis conjecturæ quæ sint dum agitur de permutatione beneficiorum.*

9 *Permutationes beneficiorum fieri etiam possunt coram Ordinariis.*

10 *In Senatu Tolosano huic Regulæ* de infirmis *locus est quando agitur de collatione necessaria, seu ex causa permutationis.*

11 *Ex veriori sententia apud Gallos permutatio dicitur potius spontanea, quàm necessaria collatio.*

12 *Graduati, vel indultarii in Gallia non admittuntur ad probationem fraudis, quando agitur de simplici resignatione, mortuo intra viginti dies resignante; secus est si agatur de mutua resignatione ex causa permutationis.*

13 *Si collatio beneficii existentis in Gallia facta fuerit in terris subditis immediatè summo Pontifici, observanda sunt Curiarum Galliæ præjudicia.*

14 *In dubio non attenditur persona conferentis beneficium, sed potius locus in quo beneficium situm est.*

15 *Legatus Avenionensis potest derogare Regulæ* de infirmis, *immò requisitus derogationem denegare non potest.*

16 *Derogatio facta in Legatione Regulæ* de infirmis *sortitur effectum etiam in præjudicium Graduatorum nominatorum in illorum mensibus.*

17 *Derogatio Regulæ* de infirmis *operatur etiam in præjudicium Indultariorum Curiarum Galliæ.*

18 *Regula* de infirmis *locum etiam habet in Cardinalibus in infirmitate resignantibus, & eorum familiaribus,* n. 19.

20 *Huic regulæ* de infirmis *derogari non potest in præjudicium indultorum Cardinalibus concessorum: & ita judicatur in Gallia.*

21 *Infirmi in Curia resignantis, & intra viginti dies decedentis beneficium vacat quidem in Curia; non tamen est reservatum, & potest à quocunque Ordinario conferri. Sed contrarium verius est ex mente Rotæ Romanæ.*

22 *Sub hac regula comprehenduntur beneficia patrimonialia, quæ filiis naturalibus certi loci conferenda sunt.*

23 *Item Præceptoriæ perpetuæ, si datæ sint in titulum beneficii.*

24 *Item commendæ, & quæcumque alia beneficia, quamvis litigiosa, reservata, electiva, sæcularia, & etiam regularia.*

25 *Item hæc Regula* de infirmis *observanda etiam est in beneficiis juris patronatus.*

26 *Mortuo resignante intra viginti dies patronus confert per obitum, nec Papa aut alius confert nisi tanquam vacans per obitum, & ad præsentationem patroni.*

27 *Regula* de infirmis *locum habet etiam in dignitatibus.*

28 *Si Abbas, vel Abbatissa infirma resignans moriatur intra viginti dies de eadem infirmitate, poterunt Monachi, vel moniales procedere ad electionem.*

29 *De materia Regulæ* de infirmis, *fusè tractavit Parisius.*

QUIA Regula Cancellatiæ *de infirmis resignantibus* una est ex illis quæ receptæ sunt in Gallia, præcipuas difficultates, quæ circa illius praxim occurrunt, paucis explanandas esse existimavi.

Primò igitur notandum est, olim Regulam hanc *de viginti diebus*, sic simpliciter fuisse nominatam, ita ut omnes resignationes comprehenderet, sive in infirmitate, sive in sanitate factas; sed postea felicis memoriæ Bonifacius VIII. anno circiter 1295. Regulam *de viginti diebus*, instituit *de infirmi resignantibus*, licèt utroque nomine sæpiùs promiscuè utamur, ut ostendit Louet *in sua recollectione arrestorum, littera B, n.* 15. Cui Regulæ alii Successores aliquid semper addiderunt. Ea autem talis est quæ sequitur, juxta publicationem factam per Sanctissimum D.N. Papam Alexandrum VII. in crastinum suæ assumptionis ad Pontificatum, nempe die 7. Aprilis anni 1656. & est in ordine Regula 19.

Item voluit quod si quis in infirmitate constitutus 1
resignaverit, sive in Romana Curia, sive extra illam aliquod beneficium, sive simpliciter, sive ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficii unionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signatæ, & postea infra viginti dies à die per ipsum resignanem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quavis authoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsúmque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

Notandum secundò, quod diutiùs aliàs discep- 2
tatum fuit, utrum hæc Regula *de infirmis* locum haberet in collationibus factis per Episcopos, aut alios ordinarios collatores? Vera tamen resolutio est, huic regulæ locum esse, etiam in collationibus factis per Ordinarium: ita docet Gomes. *ad hanc regulam, q.* 66. Paris. *de resignat. lib.* 22. *q.* 5. *n.* 8. quos citat & sequitur Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 130. Cokier *ad dictam regulam, n.* 20.

In Gallia tamen contrarium judicatur, & ob- 3
servatur; nempe resignationem puram & simplicem factam coram Ordinario non subjacere dispositioni hujus Regulæ, quidquid in contrarium dicat Rebuff. *in praxi ad hanc regulam, gloss.* 12. *n* 1. & in *tract. at. nominat. q.* 16. *n.* 18. ejus enim opinio non admittitur in Gallia. † Sed quamvis resignans moriatur intra viginti dies infirmitatis, ab ipsa resignatione computandos, beneficium non vacat per ejus obitum, sed remanet penes resignatarium superstitem. Addent. ad Paris. *de resignat. lib.* 12. *q.* 5. *n.* 8. Papon. *lib.* 3. *tit.* 2. *Arrest.* 1. Louet *littera I, n.* 5. & *ibi* Addent.

Notandum rectiò, quod sæpiùs fuit dubitatum 4
utrum collationes Ordinariorum, vigore resignationum coram ipsis per constitutos in infirmitate factarum, eximantur in Gallia ab hujus Regulæ observatione, quando agitur de mutuis resignationibus ex causa permutationis factis? Pro cujus quæstionis decisione.

Supponendum est primò, quod extra Galliam, ubi regula ista observatur secundùm ejus tenorem, indubitatum est, illi locum esse in permutatio-

ſiue propter verba illa regulæ, *ſive ſimpliciter, ſive ex cauſa permutationis:* per quæ verba ceſſant omnes controverſiæ, de quibus tractat Cokier. *in tractatu de permutat. benefic. cap. 5. lib. 1.* † Si igitur reſignans ex cauſa permutationis moriatur intra viginti dies præſtiti conſenſus, beneficium illius permutatum alteri liberè conferri poterit. Cùm enim duæ ſint cauſæ finales hujus regulæ, nempe ut fraudes evitentur, quæ fieri poſſent in præjudicium Ordinariorum, & ne detur ſucceſſio quaſi hæreditaria in beneficiis; ſublata prima cauſa, remanet ſecunda, nempe vitandæ ſucceſſionis hæreditariæ, ut Cokier *loco citato* diſcurrit *n. 3.*

7 Quæ rationes cùm locum etiam habeant, ſive permutatio ſit æqualis, ſive inæqualis; dicendum eſt etiam in permutatione æquali huic Regulæ locum eſſe; poteſt enim fieri fraus ſetiamſi beneficia permutata ſint æqualia; ſeu paris valoris; quia infirmi ad fraudandum Ordinarios, vel Graduatos, quibus afficeretur beneficium ægrotantis, in eo menſe, turno, vel articulo, non autem beneficium

8 compermutatum, quod forſan eſſet de jurepatronatus laicali, facerent talem permutationem: † Ideo hoc caſu nõ erit recurrendum ad conjecturas fraudis, de quibus Gloſſ. *in dicto c. 2. in verbo, vel alias,* aut ad ſimiles, de quibus God. Fabrian. *lib. 1. tit. 2. de ſacroſanct. Eccleſ. definit. 88.* & Rebuff. *conſ. 22.* Quamvis ex eo ſolo irritam non eſſe collationem aſſerat Faber. Non, inquam, erit ad cõjecturas fraudis hoc caſu recurrendum; quia quomodocunque locus erit Regulæ, ſive æqualis, ſive inæqualis ſit permutatio; cùm non ſolùm inæqualitas fraudem arguat, ſed in permutatione æqualis fraus etiam fieri poſſit; ut dictum eſt: quod bene probat Pariſ. *de reſignat. lib. 12. quæſt. 5. num. 15.* & ab hac opinione recedendum non exiſtimo, tum propter generalia verba dictæ Regulæ, tum etiam propter Rotæ authoritatem, apud Put. *deciſ. 234. aliàs 235. lib. 3.* Ideo non eſt admittenda diſtinctio, quam affert Petr. Gregor. *in inſtitut. rei benefic. cap. 31. num. 15.* & in noſtram ſententiam inclinat Cokier *ad hanc regulam 18. quæ hodie eſt 19. n. 29.* & clarè probat Rot. apud Achill. de Graſſ. *deciſ. 376.* aliàs *deciſ. 1. ad regulam de infirmis, in fine ſuarum deciſionum,* quem citat Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 14. n. 57.*

9 Secundò ſupponendum eſt, etiam coram Ordinariis fieri poſſe beneficiorum permutationes, non obſtantibus conſtitutionibus Pii V. quæ in contrarium allegari poſſent, ut obſervat Cokier. *in dicto tract. de permut. lib. 2. c. 2. n. 4. & 5.* quod potiſſimùm in Gallia locum habet, adhibita tamen cauſæ cognitione: Louet *ad regulam de infirmis, n. 31.*

10 Tertiò ſciendum eſt, circa deciſionem quæſtionis principalis, non ſolùm apud Doctores Gallos, ſed etiam apud ipſas ſupremas Curias Parlamenti variatum fuiſſe: ſiquidem in Senatu Toloſano deciſum fuit, Ordinarium collatorem ſubjici huic Regulæ, quando agitur de collatione neceſſaria, qualis eſt permutatio, cùm non poſſit beneficium permutatum alteri conferri quàm compermutanti: Maynard. *lib. 1. c. 54.* ubi allegatur Chopin. *de ſacra polit. lib. 1. tit. 6. n. 3.* Sed revera Chopinus probat contrarium: fatetur enim Regulam *de infirmis,* afficere Ordinarium, quando agitur de collatione neceſſaria, quod exemplificati poteſt in collatione beneficiorum, quæ Graduatis nominatis, vel indultariis conferenda ſunt: in his ſiquidem non eſt admittenda permutatio per infirmum etiam coram Ordinario facta in illorum præjudicium, ut fuit deciſum apud Papon. *lib. 1. arreſtor. tit. 2. arreſt. 3* probatis infrà requiſitis. † Ipſe autem Chopinus *loco citato, dicto num. 3. verſic. ne tamen huius occaſione decreti,* dicit ſpontaneas potiùs, quàm neceſſarias hac in materia per Senatum Pariſienſem fuiſſe declaratas permutationes beneficiorum: ideò Regulæ *de infirmis,* quoad permutationes coram Ordinariis factas, locum non eſſe; eodem planè modo quo in ſimplicibus & puris reſignationibus ſuperiùs ex jure Gallico conſtitutum eſt; & ideò ſi permutans intra viginti dies deceſſerit, ſubſiſtere nihilominus permutationem, nec per obitum permutantis infringi.

Ego hanc Chopini ſententiam veriorem exiſtimo, niſi per graduatum, aut indultarium proponerentur fraudis conjecturæ: nam licèt quando agitur de ſimplici reſignatione non admittantur ſimiles perſonæ ad probationem fraudis, deſumptæ ex *dicto cap. 2.* & Gloſſ. *ibid. de renunciat. lib. 6.* velut quod reſignans eſſet infirmus, & quod reſignatio facta ſit in favorem conjunctæ perſonæ, & quod agatur de beneficio affecto graduatis, & ſimilibus, ſed debeat hoc caſu probari fraus extra regulam *de infirmis,* veluti illicita nundinatio, aut quid ſimile, ut per Scholiaſt. ad Louet *littera P. n. 42.*

Licèt etiam quando agitur de permutatione facta coram Ordinario, & probatur permutationem non ſolùm fuiſſe factam in fraudem, ſed etiam fictam & ſimulatam, veluti ſi probaretur permutationem fuiſſe per infirmum factam de beneficio pingui, cum alio pauci reditus; & reſignatarius pinguis beneficii illius poſſeſſionem capere, eo qui tenue accepit, illius poſſeſſionem adipiſci negligente; & ſimilia concurrerent ſimulationis argumenta, poſſit impetrans per obitum reſignatis pingue beneficium contra reſignatarium intra viginti dies decedentem obtinere, ut notat Addit. ad Louet *littera L. n. 5.*

Tamen probatis ſimpliciter fraudis conjecturis per Graduatum, vel indultarium, mortuo intra viginti dies permutante, Graduatus, vel indultarius impetrans per obitum fundatus erit, ut notatis per Louet *littera G, num. 8.* Quod intelligi ut locum habeat quando agitur de permutatione; nam ſi de ſimplici reſignatione ageretur, non admitteretur Graduatus ad fraudis probationem: cum Graduatus nullum jus habet in beneficio, quod per alium poſſidetur, propter ſpem mortis, cujus tempus adeo incertum eſt, ut is qui beneficium mortem expectabat, prior quandoque moriatur, nullum quoque lucrum à benefaciato vel collatore accipiat, nec damnum patiatur, cùm agatur de re prorſus incerta: ut paucis & benè explicat Petrus *in notis ad regulas Cancell. cap. 31. fol. 72. verſic. contra,* & *verſic. tres præſumptiones.* Et hæc ſatis de praxi Galliæ.

Notandum eſt quartò, quod fuit aliàs dubitatum circa collationem Archiepiſcopi Avenionenſis factam de beneficiis ſitis intra ſuam diœceſim in tertiis Chriſtianiſſimi Francorum Regis, utrum Regula iſta *de infirmis reſignantibus,* locum habeat in collationibus extra Galliam: cùm incertum ſit collationem beneficii, quæ eſt actus voluntariæ juriſdictionis, fieri poſſe ubicunque etiam extra territorium, *l. 2. ff. de offic. proconſul.* Dominic. *in cap. final. de offic. vicar.* Gloſſ. pragmaticæ ſanctionis *tit. de collationibus, §. item voluit, in verbo Vicario, numero 10.* & ſic an attendatur locus collationis ſubditus immediatè ſummo Pontifici, etiam in temporalibus, an verò locus ubi ſitum eſt beneficium? Vera reſolutio eſt, attendendum locum, in quo

quo ſitum eſt beneficium: & ſic Archiepiſcopum Avenionenſem, quoad beneficia quidem Avenionenſia,& alia ſita in terris Pontificiis, ſubjici huic Regulæ, ſed quoad beneficia Galliæ illis non ſuppoſi. † Ratio eſt, quia in dubio non attenditur perſona concedentis, ſed locus, in quo ſitum eſt beneficium, Pariſ. *de reſignat.lib.*11.*quæſt.*8.*n.*1.& certum eſt quod in tribunalibus Galliæ,coram quibus ſimilium beneficiorum controverſiæ tractabuntur, non aliter quàm juxta proprium ſtylum judicatura ſunt. Sed ſi collator Gallus conferat beneficium ſitum extra Galliam, multi credunt locum beneficii attendi debere,ut Romanus,Bertrandus & alii quos citat Gonzal. *ad Regul.*8.*Cancell. gloſſ.*10.*n.*4.& 31.Alii perſonam collatoris Galli, propter favorem concordatorum, & juriſdictionis ordinariæ,ut Mohedan.*dec.*3.*de prabend.*& Gonzal. *loco citato,n.*31.Et ſic ſi iſta opinio vera ſit, concludendum erit quod locus beneficii quandoque attendi debet,quandoque perſona conferentis, prout favorabilius erit collationi ordinariæ, & ſic non obſtabit deciſio Mohedani noſtræ concluſioni. De hac quæſtione videri poterunt tradita per Bertrand. *conſ.*38.*n.*1.*vol.*3.*p.*1.Chaſſan.*conſ.*31.*poſt n.*25.*verſic. Item adde,*Verall.*deciſ.*178.*p.*1. Garc.*de benefic.p.*5.*c.*3.*n.*28. Sed tamen addentes ad Decium *conſil.*207. *aliàs* 209.*lit.B.* dicunt Romanum *conſ.* 361.& *conſ.*376.peſſimè conſuluiſſe. Ad idem videatur D. Fevret *in tract. de abuſu,lib.*2.*cap.*6.*n.*13. circa med. *verſic. il s'eſt preſenté, fol.*219.

15 Notandum quintò,quod licèt aliàs inter Doctores Galliæ fuerit dubitatum, utrùm Legatus poſſet huic Regulæ derogare; hodie tamen res eſt expedita; adeò ut non ſolùm poſſit,ſed etiam teneatur Legatus huic regulæ derogare requiſitus,ut ſuperiùs probavi *in quæſt.benefic.part.*2.*c.*4.§.1.*num.*29.

16 † Poſtea verò dubitatum fuit utrùm illa derogatio admittenda eſſet in præjudicium Graduatorum nominatorum in illorum menſibus? Senatus Pariſienſis ſuſtulit dubium, dum talem derogationem valere ſtatuit,† ex quo prætoriani Iudices adverſus Senatores idem jus ſtatuere æquum putant, teſte Adriano Iacqueſlot *in compend.benefic.num.*92. atque ſuper hoc arreſtum allegabatur ſub *die* 2.*Junii* 1536.apud Pithæum *in tract.at. des liberez,&c. art.*43 quod Rebuff bene comprobat *in concordat. tit.de collationib.*§.*præfatique Ordinarii,in verbo,valere contigerit,fol.mihi* 950.

18 An autem hæc Regula locum habeat in Cardinalibus infirmis reſignantibus? Affirmativè con-
19 cludit Pariſ.*de reſignat.lib.*12.*q.*4.*num.*7.dicens † idem fortiùs obtinere in eorum familiaribus, *ibidem n.*20. & hanc veriorem eſſe ſententiam dicit Cokier.*ad regul.*18.*num.*10.*verſic. contraria tamen opino,& num.*11.Intellige ceſſante privilegio Pon-
20 tificio. † In præjudicium tamen indulti Cardinalium huic Regulæ derogati non poſſe,deciſum fuit apud Louet *littera B n.*15.

21 Notandum Sextò, quod beneficium vacans per obitum,juxta diſpoſitionem hujus Regulæ, quamvis reſignatum fuerit in Curia,non tamen eſt reſervatum; ſed poteſt à quocumque etiam ordinario collatore conferri, ut concludit Cokier *ad dictam regulam, n.*23. quem tamen reprobat Lotter. *de re benefic. lib.*3.*q.*15.*num.*66. poſt Rotam *deciſ.*419. *in fine.part.*1.*diverſ.* Ab hac igitur Rotæ ſententia non eſt apud nos recedendum.

22 Notandum Septimò, quod ſub hac Regula omnia beneficia comprehenduntur, nempe beneficia patrimonialia, ideſt quæ conferri debent filiis naturalibus certi loci: † Præceptoriæ,ſi ſint perpe- 23
tuæ,datæ in titulum perpetuum beneficii: Commendæ, & quæcumque beneficia etiam litigioſa, reſervata & electiva,regulatia,& ſæculatia,ut pro- 24
bat Barb.*in tract.de jure Eccleſiaſt.univerſ.lib.*3.*c.*15. *n.*129.† Item locum etiam habet Regula in bene- 25
ficiis juriſpatronatus,Pariſ.*de reſig.lib.*12.*q.*3.*n.*22.
† Mortuo igitur reſignante intra viginti dies, va- 26
cabit quidem per obitum beneficium juriſpatronatus,non tamen ſtatim conferre poterit Papa, vel Ordinarius liberè; ſed tantùm ad præſentationem patronorum, qui præſentabunt per obitum, teſte *Pariſ.d.lib.*11.*q.*3.*n.*37.& 38.Quod autem de be- 27
neficiis dictum eſt, locum etiam habet in Dignitatibus, ut ſi illas reſignans intra viginti dies moriatur, beneficium vacet per obitum, & non per 28
reſignationem: † Ideò ſi Abbas, vel Abbatiſſa infirma reſignaverit, & moriatur intra viginti dies de eadem infirmitate, poterunt Moniales, vel Monachi procedere ad electionem: Cokier *ad regulam prædictam.*

Reliqua, quæ ad hujus Regulæ materiam per- 29
tinent,videri poterunt apud Pariſ.*toto lib.*11.*de reſignat.beneficiorum.*Hæc præcipua dixiſſe ſufficiat.

CAPVT CLXX.

De impetrantibus per obitum beneficia viventium, & illorum pœnis.Et quando reddantur inhabiles ad illud idem beneficium malè impetratum obtinendum: Et à quo deſuper diſpenſari poſſint. Vtrùm juſta,& probabilis ignorantia ab his pœnis excuſet. Quomodo differat Regula *de impetrantibus beneficia viventium*, à Regula *de veriſimili notitia.*Regulæ huic *de veriſimili notitia* ſubjici Legatos,& Ordinarios, quoad collationes per eos faciendas,non autem collationes factas in Regalia.In quibus caſibus admittatur in Gallia derogatio illius Regulæ. Quid de præſentationibus patronorum ante tempus veriſimilis notitiæ factis. Quæ ſit pœna occultantium corpus defuncti. Quomodo computari debeat tempus veriſimilis notitiæ,ratione diſtantiæ locorum. Epiſcopus utrùm poſſit conferre beneficium ſub illa conditione, *ſi vacat.*Eandem regulam etiam locum habere in conceſſionibus factis per Papam motu proprio.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit pœna impetrantis beneficium viventis de jure communi.*
2 *Quid contineatur appellatione* communionis Eccleſiaſticæ.
3 *Impetrans beneficium viventis non poteſt illud amplius obtinere,niſi diſpenſetur à Papa.*
4 *Ordinarius qui contulit beneficium viventis, non poteſt illud amplius conferre, niſi probabilem habuerit ignorantiam; ſed tamen requiritur declaratoria.*
5 *Non ſufficit ad incurrendam dictam pœnam præſentatio*

ſentatio ſupplicationis, niſi fuerit datata & regiſtrata.

6 *Probandum eſt, impetrationem beneficii viventis fuiſſe factam de mandato impetrantis, quod præſumitur, ſi impetrans erat præſens in Curia, aut concurrant alia indicia, niſi probetur contrarium.*

7 *Obtinens mandatum de providendo in forma Dignum, ſuper beneficio viventis, ſubjicitur pœnis juris introductis contra impetrantes per obitum beneficia viventium.*

8 *Impetrans beneficium viventis per obitum excuſatur aliquando à pœnis, ſed per illam collationem nõ acquiritur illi jus ſuper beneficio ſic impetrato.*

9 *In quibus differat regula* de verisimili notitia, *ab alia Regula* de impetrante beneficium viventis per obitum.

10 *Tempus veriſimilis notitiæ non incipit ab opinione, ſed à vera vacatione.*

11 *Litteræ privatæ non excuſant impetrantem beneficium viventis propter ſuſpicionem antidatæ.*

12 *Impetrans beneficium viventis ignoranter debet illud exprimere in ſupplicatione porrecta ſummo Pontifici.*

13 *Quid contineat Regula* de veriſimili notitia.

14 *Regula* de veriſimili notitia, *ſecundum aliquos, non habet locum in proviſione Legati; ideo ſufficit, quod poſſeſſor beneficii eſſet revera mortuus tempore proviſionis; licèt mors propter locorum diſtantiam ſciri veriſimiliter non poſſit.*

15 *Contrarium verius eſt, nempe Regulam illam habere locum in proviſionibus Legati.*

16 *Papa cenſetur dediſſe Legato ſuo facultatem conferendi eodem modo, quo ipſe facturus eſt.*

17 *Regula* de veriſimili notitia, *habet etiam locum in collationibus Ordinariorum, ſaltem ex diſpoſitione juris communis.*

18 *In Tribunalibus Galliæ judicatur, Regulam* veriſimilis notitiæ *præcedere in collationibus Ordinariorum, niſi præcedat mandatum ad reſignandum, & interim reſignans moriatur, adjecta in Curia Romana clauſula*, etiamſi per obitum.

19 *Regula illa non habet locum in collationibus factis per Regem jure Regaliæ.*

20 *Proviſus ab alio quam à Rege de beneficiis Regaliæ ſuppoſitis, ex nova Galliæ juriſprudentia juvatur Regula* de triennali, *quamvis aliàs Regalia duret per triginta annos.*

21 *In jurepatronatus non conſideratur veriſimilis notitia, & ideo ſufficit quod tempore præſentationis poſſeſſor beneficii eſſet mortuus, quamvis veriſimiliter illius obitus ſciri non poſſet.*

22 *Requiritur tamen quod tempore præſentationis beneficium ſit vacans, quia non convalidatur per mortem ſupervenientem.*

23 *Regula* de veriſimili notitia *quomodo locum habeat contra occultantem corpus defuncti.*

24 *Collatio Ordinarii poſterior præfertur anteriori factæ in favorem illius, qui corpus defuncti occultavit.*

25 *Pœna contra occultantes corpus defuncti, quoad validitatem collationis locum habet, ſi parentes, vel amici impetrantis occultaverint.*

26 *Virum Papa poſſit derogare Regulæ* de veriſimili notitia.

27 *In Gallia non admittitur derogatio Regulæ* veriſimilis notitiæ, *niſi principium vacationis incœperit à reſignatione.*

28 *Tempus veriſimilis notitiæ taxatur arbitrio Judicis per indicia & conjecturas, quæ tamen locum non habent quando conſtat de contrario per veras probationes.*

29 *Quot dies computentur à Pariſiis, Lugduno, & Toloſa ad Vrbem.*

30 *Sede Apoſtolica vacante, Epiſcopus poteſt in quibuſcumque menſibus, etiam reſervatis conferre beneficia.*

31 *In collatione Epiſcoporum non eſt neceſſaria veriſimilis notitia mortis Papæ.*

32 *Ordinarius utrùm poſſit conferre beneficium ſub conditione*, ſi vacat.

33 *Illa collatio ſub conditione*, ſi vacat, *non habet locum in vacatione per obitum.*

34 *Regula* de veriſimili notitia *habet etiam locum in proviſionibus factis per ſummum Pontificem motu proprio, &* num. 35. *procedit in Commendis, Dignitatibus, & officiis*

36 *Impetrans beneficium vivemis per obitum non probatur triennali poſſeſſione.*

DVÆ ſunt regulæ Cancellariæ, quæ magnam invicem connexitatem habent, & quarum uſus eſt frequentiſſimus: quarum una eſt *de impetrantibus beneficia viventium per obitum*, & eſt octogeſima prima, inter conſtitutiones ſeu Regulas S.D.N. Alexandri VII. nunc feliciſſimè regnantis. Altera eſt *de veriſimili notitia*, & eſt ordine octogeſima, inter eaſdem Regulas. Circa quas varie ſæpiùs occurrunt difficultates, pro quarum explicatione.

Notandum eſt primò, quod ex diſpoſitione juris communis, ſi quis beneficium viventi impetraverit, Eccleſiaſtica communione privatus etiam pœnam: *text. in cap. 1. de conceſſ. prabend.* Communionis autem Eccleſiaſticæ appellatione, Sacramentorum perceptionem intelligit Rebuff. *in praxi, tit. de reprobata beneficii viventis impetratione, n. 1. fol. mihi* 253. † Et talis ſic impetrans efficitur inhabilis, & eſt deponendus; nec illud idem beneficium poſſit unquam habere, etiamſi poſtea vacaverit, quamvis ſibi ab Ordinario, aut etiam à ſumma Pontifice collatum fuerit; niſi tamen ſummus Pontifex ex certa ſcientia, hoc eſt incapacitate incusâ ſibi expoſitâ, contulerit. Rebuff. *ibid. à n. 18. uſque ad* 18. † Ordinarius autem niſi probabilem habuerit ignorantiam, non poteſt illud idem beneficium ampliùs conferre, circa quod deliquit. Rebuff. *eodem, n. 19. & 21.* Sed hanc pœnam non incurrit niſi prævia declaratione: Idem *n.* 20. Sed vix eſt ut Ordinarius ſic conferat ſine probabili ignorantia.

Secundò notandum eſt, quod ad incurrendas ſupradictas pœnas introductas contra impetrantes per obitum beneficia viventium, non ſufficit quod ſupplicatio præſentata fuerit, ſed oportet quod fuerit ſignata, & data in ea appoſita, quamvis non fuerit regiſtrata: Seraphin. *deciſ.* 975. *n.* 1. † Profitendum autem eſt, impetrationem factam fuiſſe mandato illius, ad cujus favorem collatio facta fuit, quod præſumitur ſi ſit præſens in Curia. Seraphin. *deciſ.* 975. *n.* 2. vel ſi ſupplicatio manu impetrantis conſcripta fuerit, vel ſubſcribi mandaverit, aut ſi expenſa notabilis intervenerit: Gomez. *ad dictam regulam de impetrant. benefic. vivent. §. 5. nisi* tamen dicit hoc caſu illum, cujus nomine facta fuit impetratio, admittendum eſſe ad probandum contrarium.

Notandum eſt tertiò, huic regulæ & pœnis in ea contentis locum eſſe etiam in obtinente mandatum de providendo in forma *Dignum* ſuper beneficio viventis. Quia verba Regulæ comprehendunt hunc-

hunc casum, cùm dicant; *si quis supplicaverit sibi provideri*: & sic comprehendunt mandatum de providendo, quia militat eadem ratio prohibitionis, ut per Seraphin. *dicta decis.* 975. *n.* 4.

8 Notandum est quartò, quod licèt justa & probabilis ignorantia excuset eum, qui viventis beneficium per obitum impetraverit, Rebuff. *in praxi, tit. de reprobat. benefic. viventis impetrat. n.* 52. quæ excusatio prodest, ut eximatur ab incursu supradictarum pœnarum, ac etiam ab inhabilitate ad illud idem beneficium, sed tamen jus illi per talem collationem non acquiritur: Cokier *ad regulam* 20.

9 *seu* 21. *de impetrando per obitum, &c. num.* 14. † Et in hoc differt ista Regula 21. à Regula *de verisimili notitia*, quia in hac posteriori nulla debet fieri distinctio scientiæ, vel ignorantiæ, cùm illi locus sit quantumvis impetrans, aut etiam collator justam causam credulitatis habuerit, quod beneficium esset

10 vacans: † tempus enim verisimilis notitiæ nunquam incipit ab opinione quantumvis publica, & justa, sed duntaxat à vera vacatione, ut postea ostendemus.

11 Cæterùm ad justam credulitatis causam requiritur saltem fama publica, nec sufficit ostendere literas quibus impetranti mors significatur, propter suspicionem antidatæ: Seraphin. *dicta decis.* 975. *num.* 6. & 7.

12 Et hæc justa ignorantia licèt excuset à pœna, non tamen excusat ab onere exprimendi talem impetrationem nulliter factam in posteriori supplicatione summo Pontifici porrecta: Rebuff. *dicto tit. de impetr. benefic. vivent. num.* 53. Est igitur hoc onus, sed non pœna: sed quomodo debeat hoc casu concipi clausula derogationis super inhabilitate hujusmodi incursa, docet Cokier *ad dictam regulam* 21. *num.* 21.

13 Notandum quintò, quod Regula *de verisimili notitia*, quæ hodie est trigesima inter constitutiones summi Pontificis & Domini Nostri Alexandri Papæ VII. hoc habet, quod de omnibus gratiis, quas de quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, vel sine cura, sæcularibus vel regularibus, per obitum quarumcunque personarum vacantibus, summus Pontifex in antea fecerit, nullius roboris vel momenti sint, nisi post obitum, & ante datam gratiarum hujusmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus personæ prædictæ decesserint, ad notitiam ejusdem Domini nostri verisimiliter potuerint pervenire.

14 Notandum sextò, rem esse satis dubiam, utrùm hæc constitutio super verisimili notitia obitus, locum habeat in provisione Legati: nam verba Regulæ soli summo Pontifici conveniunt: & ideo illam non habere locum in Legato tenuit Mohedan. *de præbend. decis.* 30. Et secundùm hanc opinionem collatio Legati subsisteret, dummodo tempore collationis verè beneficium vacaret, etiamsi tempus sufficiens ad mortis notitiam habendam non interveniisset: quam sequitur etiam Bertrand. *cons.* 128. *lib.* 1. *part.* 2. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 47. & 49. nec quidquam certi determinat Rot. *decis.* 344. *n.* 8. *part.* 5. *recent.*

15 Contrarium tamen, nempe quod collationes factæ per Legatum subjiciantur huic Regulæ, verius esse existimo, prout tenuere multi, & numero plures, & inter cæteros Alfons. Soto *in explicatione hujus Regulæ, num.* 3. Selva *de benefic. part.* 3. *q.* 46. *num.* 2. Gloss. pragmat. sanct. *in tit. de collationib. §. neque etiam collationes, in verbo, faciendas*, & *ibi* Additio *n.* 5. & ita per attestum Curiæ fuisse judicatum testatur Petr. Gregor. *in institut. ver. benefic. cap.* 32. *num.* 4. & sequuntur plures alii, quos refert Cokier *ad dictam reg. de verisimili notit. num.* 19. † non enim censetur Pontifex Legato suo conferendi potestatem aliter concessisse, quàm eo modo, 16 quo ipse facturus esset, *l. vel universorum, ff. de pignorat. actione.* Et sanè hæc opinio videtur fundata in æquitate & ratione naturali, scilicet ut tollatur occasio alienæ mortis captandæ, & ne detur occasio delinquendi.

Et quod plus est, ob eandem rationem verior est 17 sententia existimantium, hanc Regulam locum etiam habere in collationibus Ordinariorum, non tam ex vi ipsius Regulæ, quæ de solo summo Pontifice loquitur, quàm ex dispositione juris communis, *in cap. detestandæ, de concess. præbend. in* 6. ut dicit Rip. *in l.* 1. *num.* 65. *ff. si certum petatur, & in cap.* 2. *num.* 85. *de rescript. & respons.* 7. *de rescript.* Gloss. pragmat. Sanction. *mox allegata*, & *ibi* Additio *num.* 5. dicens hanc esse magis communem sententiam, quia etiam hoc hoc casu militat votum captandæ mortis, & fraudis suspicio: nam ut dicit Selva *loco citato*, nisi dicta Regula locum haberet in Ordinariis, quotidie fraudaretur Papa per præmaturas illorum collationes: atque ita decisum fuit in Cod. Fabrian. *lib.* 1. *tit.* 2. *de sacros. Eccles. definit.* 8. Francis. Marc. *lib.* 2. *decis.* 381. & 1000. † Sanè 18 in Gallia quæstio hæc nullam prorsus habet difficultatem, cùm per plurima arresta fuerit decisum, illam locum habere, tam in collatione Ordinarii, quàm Legati, ut in Senatu Gratianopolitano sæpè decisum refert Expilly *arrest.* 21. *num.* 12. Idem Addit. ad Louet *littera V, n.* 2. versic. *cette regle est enregistrée.* Tornet *in sua collectione arrestorum, littera R, num.* 113. eandémque sententiam ego probavi superiùs, *part.* 1. *c.* 3. *§.* 6. *num.* 8. quam tamen *ibidem* limitavi *num.* 9. ut locum non habeat si mandatum factum fuerit ad resignandum, & interim resignans moriatur appositis in Curia Romana clausulis consuetis, veluti, *etiam per obitum dicti resignantis, nunc forsan extra Romanam Curiam defuncti*, & similibus.

Notandum septimò, quod cùm Regula *de veri-* 19 *simili notitia*, non habeat locum in collationibus per Regem factis jure Regaliæ, ut dixi superiùs, *p.* 2. *cap.* 3. *§.* 3. *num.* 13. ubi adde Nicol. Frerot *in collatione ordinationum Regiarum, lib.* 10. *titul.* 4. *§. n.* 5. † Tamen si provisus ab alio quàm à Rege de be- 20 neficio in Regalia vacante possederit per triennium pacificè, non debet à sua possessione dimoveri, non obstante quod aliàs Regula prædicta *de verisimili notitia*, & aliæ similes non habeant locum in provisionibus factis jure Regaliæ, & quod jus Regaliæ duret per triginta annos, ex ordinatione, de qua Theven. *in ordin. Reg. lib.* 1. *tit.* 2. *articulo* 3. Quia Rex ita declaravit ad instantiam totius Cleri Galliæ *anno* 1606. ut dicit Theveneau *dicto loco*, in verbo, *trente ans*, Addit. ad Louet *littera V, num.* 2. *circa finem*, versic. *mais aujourd'hny.*

Notandum octavò, hanc Regulam non habere 21 effectum in præsentatione patroni, qui licèt non habuerit verisimilem notitiam mortis illius, qui beneficium patronatum possidebat, tamen præsentatio per eum facta valida est, si possessor tunc revera mortuus erat, & sic beneficium vacabat. Ratio est, quia Regula solùm loquitur de gratiis, seu provisionibus factis per summum Pontificem: & licèt ad Legatos, & Ordinarios extendatur, non tamen ad præsentationes patronorum: ita decidit Rota apud Put. *decis.* 246. & 238. *in nova impress. lib.* 1.

quia Regula loquitur de gratia tribuente jus in re, quod non tribuit præſentatio. Ceſſat etiam ratio præventionis, quia patronus non ſolet præveniri per Papam. Item ceſſat Ratio ambitionis, quia patronus utilitatem ex præſentatione non conſequitur. Denique ceſſat ratio voti captandæ mortis, quia patronus non ad ſuam utilitatem præſentat, ſed pro conſervatione juris ſui duntaxat.

22 Quod eſt verum, ſuppoſito quod tempore præſentationis beneficium in effectu vacaret per obitum, quamvis patronus veriſimiliter non habuiſſet notitiam vacationis: ſed ſi beneficium tunc nondum fuiſſet vacans, non valeret præſentatio, nec convalidaretur per vacationem poſtea ſupervenientem: Barboſa *de Epiſcop. allegat.* 72. *num.* 3. 4. 5. & 6. Vivian. *de jurepatronat. lib.* 5. *capite* 5. *num.* 3.

23 Notandum nonò, Regulam *de veriſimili notitia*, locum etiam habere in eo, qui ad impediendam Ordinarii, aut Legati collationem, quæ in favorem alterius præcurrentis fieri poſſet, corpus beneficiati mortui occultat: non enim valebit impetratio, niſi à die quo revelata & manifeſtata fuerit mors, quia ante illud tempus ceſſat veriſimilis notitia: *Clem. unica, in fine, de conceſſ. præbend.* † Ideo ſi ante veriſimilem notitiam obitus, à die revelationis mortis defuncti computando, facta fuerit collatio beneficii alicui impetranti, & poſtea Ordinarius alteri per obitum contulerit, præferenda erit collatio Ordinarii, quamvis poſterior: Boër. *deciſ.* 287. Et de hoc in Gallia adeſt expreſſa Regis conſtitutio, de qua Rebuff. *in conſtitut. Reg. tom.* 2. *tit. Ne defunctorum cadavera cuſtodiantur, gloſſ.* 1. *in fine, tom.* 2. Petr. Gregor. *de benefic. cap.* 32. *n.* 5. confert *extravag.* 24 *Deteſtandæ feritatis, de ſepult.* † Et hoc procedit, ſive impetrans fuerit conſcius occultationis, ſive ejus amici eo inſcio occultaverint: Peleus *ad reg. Cancell. cap.* 33. *verſic. demitur ex veriſimili notitia, fol.* 101. *verſo*, Papon. *lib.* 1. *tit.* 4. *arreſt.* 4.

25 Notandum decimò, quod licèt dubitatum fuerit, utrùm ſummus Pontifex deròget huic Regulæ, & Rebuff. *ad hanc regulam, gloſſ.* 1. *num.* 2. dicat illi per ſummum Pontificem derogari non poſſe: In contrarium tamen Mandoſ. *dicta ad regul.* 19. *quæſt.* 5. *num.* 3. *& ſequent.* & Gomeſ. *ad hanc regulam, q.* 4. exiſtimant Papam huic Regulæ in certis caſibus derogare, id tamen rarò facere, & ex magna cauſa, veluti in favorem perſonarum de Sede Apoſtolica benè meritarum: ut dicit Cokier *ad hanc regulam, num.* 18. Modern. *de ſtylo datariæ, lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 14.

26 In Gallia verò non admittitur derogatio hujus regulæ: ut teſtatur Rebuff. *in notis ad hanc regulam*, & Papon. *dicto lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 5. Excipe caſum, quo reſignans poſt miſſum Romam, vel ad Legationem mandatum ad reſignandum, mortuus fuerit, ut explicavimus *part.* 2. *c.* 3. §. 6. *n.* 10. *& ſequentib.* & hîc non repetimus. Quibus addo Gregor. *de benefic. dicto cap.* 32. *num.* 6.

27 Notandum undecimò, quod cùm tempus veriſimilis notitiæ arbitrio judicis taxandum ſit, ex notatis per Menoch. *de arbitr. caſ.* 206. hac in re inſpiciendum eſt illud temporis ſpatium, quo veriſimiliter nuncius acceſſit concitatis equis veniens à loco, in quo mors contigit: quamvis Menoch. dicat computationem fieri debere à fine diœceſis, *dicto caſu* 206. De quo tamen ego dubitarem, quia notitia obitus inſpicitur, quæ non poteſt haberi niſi in loco obitus, non autem in fine diœceſis: illa ergo ſententia Menochii in aliis caſibus procedere poteſt; ſed meo judicio dum agitur de veriſimili notitia obitus, debet attendi locus, in quo mors contigit, à quo ad locum, ubi collatio facta eſt, accedere potuit, ab ipſo die obitus computando. Qua in re Iudices conſiderare debent locorum diverſitatem, & temporis æſtivi, vel hyberni diverſitatem, ac regionis conſuetudinem, & ipſius curſoris probatam in individuo diligentiam: veluti ſi probetur curſorem eodem obitus die à loco mortis profectum fuiſſe, & verè in loco collationis eodem etiam die, quo collatio facta eſt, fuiſſe præſentem, hoc enim caſu veritas prævalebit præſumptioni, ut explicat Petr. Gregor. *lib.* 17. *ſyntagm. cap.* 17. quem citat Peleus *in notis ad hanc regulam. cap.* 33. *fol.* 101. † Regulariter autem dies ſeptem à Civitate Pariſienſi ad Romanam Vrbem eſſe computandos, cenſuit Peleus *loco citato, fol.* 101. ſed Cokier ab eadem Civitate computat dies ſex; à Lugduno quinque: à Toloſa ſeptem: à Lodeo verò decem.

Notandum eſt duodecimò, quod cùm, Sede Apoſtolica vacante, Epiſcopus poſſit etiam in menſibus reſervatis conferre beneficia, etiam in menſibus Apoſtolicis, ut probat Gonzal. *ad regul.* 8. §. 5. *procem. num.* 2. *& multis ſequentibus*, † ſi Epiſcopus beneficium contulerit in menſe reſervato, cùm tamen non potuiſſet habere veriſimilem notitiam mortis Papæ, ſed tamen tempore collationis eſſet reverà mortuus, collatio Epiſcopi ſuſtinetur, non obſtante Regula hac *de veriſimili notitia*, quæ hoc caſu locum non habet, quia Regula hæc non extenditur de caſu ad caſum, nec militat eadem ratio fraudis, nec voti captandæ mortis: ita tenent Gonzal. *dicto* §. 5. *procem. num.* 122.

Notandum eſt decimotertiò, quod licet nihilominus Doctores dicant Epiſcopum, aut alium collatorem ordinarium conferre poſſe beneficium, ſub illa conditione, *ſi vacat*, ut Covarr. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 18. & plures quos refert & ſequitur Garc. *de benefic. p.* 8. *cap.* 2. *num.* 4.

Illud tamen locum non habet in proviſione Ordinarii, quæ fit per obitum, quia requiritur quod in Ordinario certa notitia obitus, per dictam regulam Cancellariæ: atque ita expreſsè tenet Gonz. *ad dictam regulam, quæſt.* 1. & expreſsè Addition. Oliva marginalis ad Selvam *de beneficiis, part.* 3. §. 1. *num.* 3. his verbis; *Immo collator debet eſſe certus vacet per mortem: & collatio ſub hac verba, ſi vacat ambitioſa eſt.* Et ſanè ſi aliter diceremus, ſemper poſſent Ordinarii fraudem huic Regulæ facere in proprio judicium ſummi Pontificis, aut Legati, quod non eſt dicendum: nec eſt adeo certum quod dicunt collationem beneficii fieri poſſe ſub conditione *ſi vacat*, ut notat Antonin. *lib.* 1. *reſolut. ult. caſus verſic. tum quia ſupradicta.* Et ideo quamvis neſciat non ſit, collatorem ordinarium ſcire utrum beneficium vacet, & ex qua cauſa vacet, tamen neceſſe eſt, vitium ambitionis impetrantis coërceri, ſive ab Ordinario, ſive à Legato, ſive à Papa impetret, & eſt obviandum fraudibus, & præventionibus eorum, qui captant beneficia nondum vacantia, & ſic in odium antevertentis nulla eſt collatio, etiam jure communi: *capite* 1. *de conceſſ. præbend.*

Notandum eſt decimoquartò, Regulam hanc procedere etiam in gratia conceſſa motu proprio Pontificis: Gomeſ. *in hac regula, quæſt.* 2. idque etiamſi conſtet de bona fide, & ignorantia ejus, cui conceſſio facta eſt, quia motus proprius non operatur in iis, in quibus Princeps concedens non

est bene informatus, & quæ consistunt in facto:
35 Cokier. *hîc, num.* 15. † Item procedere in Commendis, & Dignitatibus, ac officiis Ecclesiasticis: Idem *num.* 16. Rebuff. *in praxi, in notis ad hanc re-*
36 *gulam, gloss.* 5. *&* 6. † ubi dicit hujusmodi provisiones adeo nullas esse, ut ne quidem post triennium juvent, quia Regula *de triennali* requirit titulum coloratum, qui non producitur ex collatione ante tempus verisimilis notitiæ obitus facta, idque sive impetratio facta fuerit à malè impetrante, sive ab alio qui currens impetraret alteri, & postea sibi, quia fraudibus obviandum est: ut *ibi* per eum.

CAPVT CLXXI.

Electionibus capitularibus intervenire non potest, qui non fuit adeptus sacros Ordines, quamvis Canonici illum admittere vellent: idque non obstante consuetudine contraria, vel etiam dispensatione Pontificia ad obtinendum Canonicatum. Dispensatum ante ætatem ad obtinendum sacerdotium, non censeri dispensatum ad obtinenda beneficia curam animarum habentia. Electionem nullam esse quando vota eligentium sunt paria: & si in nova electione adsit æqualitas, recurrendum est ad Superiorem. Quid si Canonicus tempore vacationis non esset in Sacris constitutus, sed tantùm tempore electionis? Absentes quomodo vocandi sint in electione.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus qui non est constitutus in sacris Ordinibus non est capax vocis capitularis.*
2 *Ampliatur ut procedat tam in Ecclesiis Collegiatis quàm Cathedralibus.*
3 *Ampliatur secundò, ut non possit dare vocem, etiamsi alii Canonici consentiant.*
4 *Ampliatur tertiò, non obstante quacumque consuetudine in contrarium.*
5 *Ampliatur quartò, quod dispensatus ad Canonicatum super ætate, non censetur dispensatus ad dandam vocem in Capitulo, donec sacros Ordines susceperit.*
6 *Dispensatus ad suscipiendum Sacerdotium ante legitimam ætatem, non censetur dispensatus ad obtinenda beneficia curata.*
7 *Electionibus interesse non potest, qui non est in Sacris.*
8 *Cæteris paribus, semper locus est gratificationi.*
9 *Differentia constituì debet inter paritatem vocum in præsentatione, & eam quæ intervenit in electione.*
10 *Solus Papa potest gratificari quando voces eligentium sunt æquales.*
11 *In electionibus non sufficit vota esse æqualia, sed requiritur major numerus, alioquin electio nulla est.*
12 *Publicato scrutinio non licet procedere ad novam electionem.*
13 *Limitatur nisi prima electio esset notoriè nulla, tunc enim proceditur ad novam electionem.*
14 *Quando voces eligentium sunt æquales, deveniendum est ad secundam electionem: & si iterum adsit paritas vocum, recurrendum est ad Superiorem.*
15 *Sufficit quod eligens sit constitutus in sacris Ordinibus tempore electionis, quamvis non esset tempore vacationis beneficii: Capitulum tamen non tenetur illum expectare, si dicat se paratum ad suscipiendos Ordines.*
16 *Absentes, qui volunt & possunt assistere electioni, debent omnes citari particulariter, nec sufficit citatio per sonum campanæ.*
17 *Electio non valet, si facta fuerit ante corpus defuncti sepulturæ traditum.*
18 *Absentibus dari debet tempus congruum, ut venire possint ad electionem.*

CVm Capitulo cujusdam Ecclesiæ collegiatæ, sitæ in partibus Galliæ, legitimè congregato die 20. Iunii, fuissent Canonicorum vota divisa, quorum medietas favebat cuidam Stephano, hic literas sub illa data suæ provisionis obtinuit ab ejusdem Ecclesiæ Præposito, qui erga istum gratificatione usus fuit, data vocum paritate: sed idem Præpositus, iterum congregato Capitulo, collectis vocibus, ex pluralitate votorum alteri posteriori alias provisiones concessit, sub eo prætextu quod Ludovicus quidam in electione interveniens de novo, vocem dedit in favorem posterioris, quæ vox superaddita secundæ nominationi (quæ in prima non intervenerat) effecit ut votorum æqualitas cessaret, & una voce addita posterior in vocum numero potior reperiretur. Nitebatur etiam iste posterior data capta in Legatione: cui replicabat Primus, quod illa non solùm erat inutilis, verùm etiam nocebat posteriori proviso, cùm captam assereret adhuc vivente ultimo beneficii possessore: unde quæsitum fuit uter ex duobus esset præferendus.

Dixi in primis, prætendi non posse quod posterior esset fundatus in pluralitate vocum, quia Ludovicus ille, qui æqualitati superadditus fuerat, non erat capax vocis capitularis, ex eo quod non erat tunc in aliquo sacro Ordine constitutus: juxta *Clem.* 2. *de ætate, & qual.* & Conc. Trid. *sess.* 22. *c.* 4. † cujus Concilii dispositio observanda est tam in 2
Ecclesiis Cathedralibus, quàm in Collegiatis. Quamvis enim in Collegiatis sufficiat ætas quatuordecim annorum ad obtinendos illorum canonicatus, non tamen admittendi sunt ad vocem capitularem, nisi sint constituti in sacris Ordinibus, ad quorum susceptionem necessaria est ætas 22. annorum: ita declaravit sacra Congregatio, ut refert Barbosa *in tractat. de Canonicis & Dignit. c.* 37. *num.* 10. † Quod procedit, quamvis alii Canonici 3
liberè talem Canonicum in sacris Ordinibus non constitutum ad dandam in actibus capitularibus vocem admitterent: Garc. *in tractat. de benefic. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 24. † Idque non obstante quacunque 4
consuetudine in contrarium, quæ tali Canonico minimè suffragari potest, ut censuit sacra Congregatio Concilii, teste Garc. *dicto cap.* 4. *num.* 25. Barbosa *de Canonicis, dicto c.* 37. *n.* 6. † Immò quamvis probatum fuisset, dictum Ludovicum fuisse dispensatum ad obtinendum canonicatum, qui ex fundatione, statuto, vel alia ratione sacros Ordines in Canonicis requireret; non tamen ideo censeretur dispensatus, ut vocem in Capitulo, antequam sacros

Ordines

Ordines habuiſſet, dare poſſet, niſi verba diſpenſationis adeo ampla eſſent, ut hunc etiam caſum vocis dandæ in Capitulo comprehenderent: atque ita pugnantes invicem ſententias ad concordiam reducit Barboſa *dicto cap.37. num.13.* Et ſic intelligenda ſunt dicta per ipſum *in dicto tract. cap.19.*

6 *num.18.* † Prout in ſimili videmus, quod diſpenſatus ad ſuſcipiendum ſacerdotium ante legitimam ætatem, non ideo cenſetur diſpenſatus ad obtinenda beneficia, quibus cura animarum imminet. Rebuff. *de privileg. ſcholaſtic. privileg.36. n.119.* Garſ. *de benefic. part.1. cap.6. num.72.* Pyrrh. Corrad. *in praxi diſpenſat. Apoſtolic. part.1. cap.5. num.15.* Sed ut dictum eſt, totum hoc pendet ex verbis & tenore diſpenſationis, quæ adeo ampla eſſe poſſent, ut utrumque caſum comprehenderent.

7 Cùm igitur dictus Ludovicus Canonicus, non conſtitutus in Sacris, nullam habere potuiſſet vocem in Capitulo, & nominatim in electionibus, prout præcisè declaravit ſacra Congregatio apud Garſ. *dicta part.3. cap.1. n.15.* Monet. *de diſtribut. quotidian. part.2. quæſt.20. num.3.* ſequitur, illius vocem non eſſe conſiderandam, & ſic voces capitulares fuiſſe hinc inde æquales, & per conſequens prætendebatur locum fuiſſe gratificationi, & primam electionem ac proviſionem inde ſequutam, validam

8 & legitimam fuiſſe: † ſemper enim locus eſt gratificationi, cæteris paribus, ex notatis per Vivian. *in praxi Iuriſpatronat. lib.12. c.9. n.1.*

9 Verùm hîc ſubſiſtendum eſt, quia verius eſt primam illam electionem nullam eſſe, & invalidam, attenta paritate votorum; neque locum eſſe gratificationi reſpectu Capituli, ſed tantùm reſpectu Superioris, nempe Sedis Apoſtolicæ, non etiam alterius Prælati inferioris, qui gratificatione uti non poteſt hoc caſu, quidquid ſit de præſentatione fa-

10 cta à patronis, in qua diverſa eſt ratio. † Ideo ſtante paritate votorum, recurrendum erat ad Papam, ut advertit Franciſc. Marc. *deciſ. Delphin.1344. n.4. part.1.* & poſt eum Tuſc. *litera E, concluſ.80. n.7.* Qui recurſus, cùm non fuerit interpoſitus, nec interponi potuiſſet in tempore, ſequitur concludendum, primam illam electionem capitularem nullam eſſe, cùm facta fuerit non interveniente majori

11 numero vocum, † qui tamen ad electionis validitatem erat neceſſarius, nec ſufficiebat quod vota eſſent æqualia, *cap. Eccleſia veſtra 57.* & *ibi* Gloſſ. ultima, *in verſic. ſed ſi omnia, de elect.* & *ibid.* Abb. *num.13. verſic. ſi autem omnia hinc inde ſint paria,* Rota *in Nullius canonicatuum de Ronceſualles, 21. Maii 1628. coram eruditiſſimo Domino & patrono meo, Domino du Nozetto*, inſerta apud Tamburin. *de jure Abbatum, deciſ.19. n.1.*

12 Et quamvis aliàs, publicato ſcrutinio, non poſſit Capitulum variare, & ad novam electionem procedere, *cap. publicato 58. de electione,* & *ibi* DD. om-

13 nes; † tamen hoc locum non habet, quando prima electio notoriè nulla eſt, tunc enim ad ſecundam electionem deveniendum eſt, niſi obſtet intermedia ſummi Pontificis authoritas, ut bene explicat Ioan. Baptiſt. Coſt. *in tract. de re integra,*

14 *diſtinct.107. n.2.* † Et in ſpecie caſus noſtri, quando in prima electione voces fuerunt æquales, quod ſit deveniendum ſemel tantùm ad ſecundam electionem, ita tamen ut ſi hac ſecunda vice adfuerit æqualitas, ſeu patitas vocum, tunc recurrendum ſit ad Superiorem, qui poterit gratificari uni ex electis: tradunt DD. *in dicto c. Eccleſia veſtra 57. de electione,* & *ibid.* Gloſſ. ultima, & Barboſa *n.8.* Tiraq. *de jure primog. q.17. in 2. opinione, n.7. & in 6. opinione, n.10.*

Sed circa præmiſſa dubitari poteſt, quid dicendum ſit de eo, qui tempore vacationis non erat in ſacris Ordinibus conſtitutus, illos tamen ritè ſuſcepit ante electionem? Reſpondeo ſufficere quod initiatus ſit ſacris Ordinibus tempore electionis, licèt talis non fuerit tempore vacationis: Gloſſ. in *Clement. ut ii, & c. de ætat. & qual. in verbo, conſtitutis,* Monet. *de diſtrib. quotidian. p.2. q.20. num.8.* quamvis Capitulum non teneatur illum expectare, dicentem ſe paratum eſſe ad ſuſcipiendos Ordines: Imol. *in dicta Clement. n.23.*

Præterea dubitatur, utrum electio fuerit nulla et vi alio capite, nempe quia non omnes abſentes ad illam vocati fuerint? Reſponſio eſt in promptu nempe quod pro validitate actuum capitularium, vocandi ſunt omnes, etiam abſentes, in tribus caſibus, de quibus per Gloſ. *in cap.2. verbo, ipſorum, de teſtibus in 6.* inter quos actus electionis recenſetur: intelligendo de illis qui debent, volunt, & poſſunt aſſiſtere electioni: *cap. quia propter, in principio. de elect. cap. coram, eodem tit.* Tamburin. *de jur. Abbatum, tom.2. diſput.5 quæſt.3.* Ideo ceſſante conſuetudine in contrarium, vocandi ſunt omnes qui ſunt in provincia, ſive diœceſi, non tantùm per ſonum campanæ, qui non ſufficit; ſed etiam per nuncium: Caſtellin. *in tract. de elect. cap.8. n.7.* Mantic. *deciſ.285.* Debent ergo abſentes citari perſonaliter, ſi id commodè fieri poteſt: *cap. tam diu,* & *ibi* Gloſ. *in verbo hyberna, de dolo & contum. cap. venerabilis, eodem titulo.* Reliqua ad hanc quæſtionem ſpectantia tradit Barboſa *in tract. de Cons. & Dignitat. cap.39.* & *de jure Eccleſ. univerſ. lib.1. cap.19. numero 88. & numero 44. & ibi ſuperioribus.*

Denique non ſine ratione dicebatur præcipuè 15 tam fuiſſe electionem, quia non ſolùm debet expectare quod corpus defuncti fuerit traditum ſepulturæ, alioquin electio nulla eſt: per text. in cap. *memoriæ 35. de elect.* † Sed etiam debet dari tempus congruum abſentibus, ut venire poſſint, niſi in contrarium adſit conſuetudo, cùm nihil urgeat quia Capitulo datur tempus unius menſis ad eligendum: Mantic. *dicta deciſ.288.* præſertim cùm beneficium ſitum eſſet in loco, ubi Legationis facultates receptæ non ſunt, & ideo non erat timendum de præventione. Quod ſi legitimè citati intra convenientem terminum non venerint, non ſunt amplius expectandi: Barboſa *dicto lib.1. juris Eccl. univerſi, cap.29. n.96.* ubi *à num.91.* ponit formam dictæ citationis.

CAPVT CLXXII.

De tribus diverſis præſentationibus, quarum prima facta fuit per venditorem Caſtri, à quo juſpatronatus dependebat. Secunda verò, & Tertia per emptorem, ſed ultima facta per emptorem, non cumulativè, ſed privativè facta fuerat, & re non integra, nempe poſt inſtitutionem factam ab Epiſcopo. Quomodo concipiendus ſit contractus ad hoc ut juſpatronatus validè transferatur in emptorem cum univerſitate bonorum.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *In Vrbe non solet extendi Data post quatuor menses ex decretis summorum Pontificum. Quod tamen in beneficiis Galliæ non admittit Rebuffus.*

2 *Iuspatronatus transit cum universitate bonorum, dummodo illius mentio in contractu venditionis non fuerit facta conjunctivè, sed tantùm declarativè: quod* ibi *explicatur.*

3 *Quando ex conventione contractus non potest fieri sine præsentia alicujus, talis præsentia debet esse personalis.*

4 *Si patroni contendant de jurepatronatus, aut illius quasi possessione, Episcopus providere potest, si lis post quadrimestre non fuerit terminata.*

5 *Episcopi authoritas non est necessaria in juris patronatus translatione, quæ fit cum universitate bonorum.*

6 *Præsentationis quæstione inter duos præsentatos pendente, Episcopus alii conferre, & tertiam præsentationem admittere non potest.*

7 *Litispendentia inter patronos non reddit beneficium litigiosum: secus est si introducta fuerit inter præsentatos.*

8 *In Gallia Episcopi non prohibentur conferre beneficia litigiosa.*

9 *Patronus laicus variare non potest, seu novam facere præsentationem, quando res non est integra, hoc est post quam Episcopus processit ad institutionem illius, qui fuit præsentatus.*

10 *Variatio licita quidem est patronis laicis cumulativè, secus si privativè: & sic non potest patronus revocare primam præsentationem, sed tantùm novam addere primæ: & aliter facta præsentatio, nulla est.*

VAcante quadam Capellania in diœcesi Gratianopolitana, per obitum ultimi illius possessoris, duæ diversæ subsequutæ fuerant præsentationes, & collationes: præsentationes quidem per diversos patronos, quorum alter sibi competere prætendebat, vigore reservationis per eum factæ in venditione Castri, à quo juspatronatus dependebat: alter verò vigore venditionis, (dicta reservatione non obstante, quam variis modis impugnabat:) collationes verò authoritate Episcopi in defectum Capituli collatoris ordinarii. Sed quia secundus provisus non habebat qualitates requisitas ex fundatione, dimisit illud beneficium, dictáque dimissio dedit locum novæ præsentationi factæ per emptorem castri, & collationi per eundem Episcopum factæ, cùm interim primus provisus rescriptum *si neutri*, cum nova provisione in Legatione obtinuisset ante dictam tertiam præsentationem.

Quibus sic suppositis, dubitatum fuit utrùm gratia facta in Legatione in favorem primi subsisteret, & valida esset, attento quod Data fuerat capta jam ante quatuor menses absque expeditione bullarum, quæ in Legatione solent expediri, quamvis Romæ expeditiones similium beneficiorum fiant sub simplici signatura.

1 Cui dubio fuit responsum, quod in beneficiis Galliæ sufficit quod Data extendatur intra annum, teste Rebuffo *in praxi, tit. de pœna Datæ, num.* 4. Quamvis in Vrbe sit regulamentum, quod Data non extendatur post quatuor menses elapsos, teste Rebuff. *in eodem loco*, & Modern. *de stylo dataria, cap.* 30. *n.* 16. sed dicto primo proviso sufficit, si bullæ in Legatione sub illa prima Data fuerint expeditæ, quod in beneficiis præsertim Galliæ fieri solet.

Secundò dubitatum fuit, quænam ex istis duabus præsentationibus prævaleret, utrùm videlicet ea, quæ facta fuerat per venditorem Castri, an verò per emptorem? Qua in re considerandum censui *primò*, utrùm juspatronatus vendito castro transiret ad emptorem? † Regula est transire cum universi- 2
tate bonorum, & sic cum castro, quod est quid universale: *cap. de jure* 16. *de jurepatronat.* Quod si juspatronatus expressum fuerit in ipsa venditione, talis venditio est nulla, quoad juspatronatus: *cap. unic. de jurepatr. in* 6. Sed hoc cum distinctione intelligendum est, aut enim mentio juris patronatus facta fuit conjunctivè in contractu venditionis, aut declarativè: conjunctivè facta dicitur venditio, quando dictum est, *vendo tibi castrum, & juspatronatus illi annexum*: declarativè, quando dictum est, *Vendo tibi tale castrum, cui annexum est juspatronatus.* Venditio, in qua facta est mentio juris patronatus conjunctivè, nulla est: quando verò declarativè, subsistit, nec impugnari potest. Hanc distinctionem amplectitur, atque ita resolvit Rot. *decis.* 399. *n.* 4. & 5. *part.* 2. *recent.* post Ioan. Andream, & Calderin. *in dicto cap. unico, de jurepatronatus, libro* 6. Vivian. *in praxi Iurispatronat. lib.* 4. *cap.* 5. *numero* 14.

Sed supposito, quod in venditione fuerit facta 3
mentio juris patronatus declarativè, prout fieri debet, præsentatio tamen per emptorem facta non subsistebat, quia facta fuerat sine interventione, consensu, & præsentia venditoris, contra reservationem expressam in dicto contractu venditionis requisitam, & reservatam: quia quando ex statuto, vel conventione requiritur præsentia alicujus in certo actu, illa debet esse personalis: Tiraquell. *ad* §. 6. *connub. n.* 31. ubi id fusè declarat.

Et propterea benè dictus primus provisus, ela- 4
psis quatuor mensibus obtinuit sibi de dicto beneficio in Legatione provideri, juxta notata per Cardinalem Zabar. *in Clement. plures*, §. *fin. num.* 1. *versic. Tertio casu*, ubi dicit, quod si patroni contendant de jure, vel quasi possessione juris patronatus, si intra quatuor menses quoad patronos laicos contentio illa non fuerit finita, Episcopus ordinabit Ecclesiam sine præjudicio evincentis, dicens hunc esse casum, in quo tempus currit impedito.

Nullum tamen fieri debet fundamentum adver- 5
sus prædictam juris patronatus translationem, sub eo prætextu quod in ea Episcopi authoritas non intervenerit, prout regulariter requiritur, quia quando juspatronatus transfertur in aliquem cum universitate bonorum, veluti cum Castro, cui tale jus annexum est, non requiritur authoritas Episcopi, *cap. ex litteris* 7. *de jurepatronat.* & *ibi* Barbosa *n.* 2. Mantic. *decis.* 140. *n.* 2.

Tertiò dubitatum fuit utrùm tertia præsentatio facta per emptorem Castri, (quæ quoad istum Castri emptorem est secunda (esset valida, attento quod primus provisus declaravetat se dimittere beneficium, de quo agebatur: fuerunt enim, ut diximus, factæ tres præsentationes, una per Castri venditorem; aliæ, nempe secunda & tertia, per dictum Castri emptorem.

Super quo dubio fuit conclusum, nec ex jure 6
communi, nec ex stylo Galliæ, secundam hanc emptoris præsentationem, & institutionem subsequutam sustineri posse. De jure quidem communi, quia Episcopus non potest instituere præsentatum secundo

cundo loco per patronum, quando lis introducta fuit inter utrumque præſentatum, prout hic factum fuerat: *cap.2. ut lite pend. in 6.* & per *deciſ.*
7 Creſcentii 10. *de jure patron.* † Quia licèt ſola lis introducta inter patronos non reddat beneficium litigioſum, tamen aliud eſt, quando eſt etiam introducta inter præſentatos, prout hoc caſu: Ror. *deciſ.599. num.18. part.4. recent. tom.3.* Roch de Curt. *in tract. de jurepatronat. in verbo, honorificum, quæſt.23. num.33.* Lambertin. *de jurepatronat.lib.2. part.1.quæſt.6.art.23.fol.mihi 55.* & per conſequens beneficium iſtud litigioſum non poterat ſubjacere proviſioni Ordinarii.

8 Verùm, quia in Gallia Epiſcopi non prohibentur conferre beneficia, ut alibi diximus, & refert Peleus *in Analyſi ad regul. Cancell. cap.37. verſic. in hoc regno, fol. mihi 131.* ideo ex alio etiam capite collationem hanc tertio loco factam ad præſentationem ſecundam iſtius emptoris Caſtri, ſubſiſtere non poſſe exiſtimavi, quamvis præſentatio intra quadrimeſtre facta fuiſſet. Licèt enim patrono permiſſam eſſe variationem cumulativam veriſſimum
9 ſit, † tamen hoc jus variandi ceſſabat hoc caſu, quia res non erat integra, cùm ultra patroni præſentationem fuiſſet ſubſecuta inſtitutio Epiſcopi, quo caſu non eſt licita patrono laico variatio: *cap. cum autem, 24 de jurepatronat.* & *ibi* Gloſſ. *poſt figurationem caſus*, ibi: *antequam præſentatus fuerit admiſſus*, Barboſa *de Epiſcop. allegat.72. num.151.* Ricc. *in praxi rer. for. Eccleſ. deciſ. 173. in princip.* Garc. *de benefic. part.5. cap.9. num. 215.* Vivian. *in praxi juriſpatronat. lib.10. c.1. n.1.* Lambertin. *lib.2. part.2. q.7. art.1. num.2. verſic. alia ratione, fol.177.* aliàs 829.

10 Addatur, quod dum variationi locus eſt, patronus illam facere non poteſt privativè, ſed tantùm cumulativè, ut dicunt omnes DD. *ſuprà* citati, & nos aliàs oſtendimus.

Iſta autem ſecunda emptoris præſentatio, in cujus ſequelam tertius proviſus comparat, non erat cumulativa, ſed privativa, cum expreſſa revocatione primæ nominationis per eum factæ: & per conſequens nulla, & contra formam juris: Lambertin. *lib.2. part.2. quæſt.7. artic.21. & 22.* Vnde ſtante nullitate præſentationis, inſtitutio ſubſequuta corruebat, & primus proviſus, ſaltem vigore gratiæ *ſi neutri*, novæque proviſionis obtentæ in Legatione, præferendus.

CAPVT CLXXIII.

Epiſcopo Sacra facienti nemo aſſiſtentiam facere poteſt, qui non ſit in Ordine Sacerdotali conſtitutus. Qui verò in ea ætate non eſt, ut ad Sacerdotium promoveri queat, ſi ex diſpenſatione Apoſtolica primam Dignitatem obtineat, quamvis aſſiſtentiam facere non poſſit, non tamen cogendus eſt ad functiones Diaconales, vel Subdiaconales, dum Epiſcopus celebrat, nec inferioris officium cogendus eſt ſuperior unquam exercere. Capitulum non poſſe quiquam ſtatuere ad ſuam utilitatem, minúſque in præjudicium Præpoſiti, tam circa præcedentiam, quàm circa Eccleſiæ emolumenta.

SVMMARIVM.

1 *Præpoſitus ex diſpenſatione Apoſtolica Dignitatem illam obtinet, & ea ratione ſi non poteſt exercere functiones ſacerdotales, non poteſt cogi ad exercitium functionum Diaconalium.*
2 *Prima Dignitas nunquam cogi debet ad munus Diaconi dum Epiſcopus celebrat, ſed iſtud omus pertinet ad duos Canonicos: Et quomodo id fieri debeat juxta Cæremoniale Romanum oſtenditur.*
3 *Aſſertur declaratio ſacræ Congregationis Rit. quod Dignitates non debent ſupplere vices inferiorum, ſed potiùs inferiores vices Superiorum.*
4 *Prima Dignitas quando ex juſto impedimento non poteſt facere aſſiſtentiam Epiſcopo, poteſt eſſe præſens in choro, & lucrari quotidianas diſtributiones.*
5 *Abſurdum eſt, Superiorem cogi exercere officium inferioris.*
6 *In materia præcedentiæ, ſeu honoris, conſuetudo maximè attendenda eſt.*
7 *In materia honorifica conſuetudo attenditur, quamvis non ſit præſcripta.*
8 *Qui eſt in quaſi poſſeſſione præcedendi, poteſt interare remedia poſſeſſoria, probando quod ea in poſſeſſione tempore litis motæ.*
9 *Statuere eſt actus juriſdictionis.*
10 *Ad validitatem ſtatuti facti per Capitulum requiritur confirmatio Epiſcopi.*
11 *Concluſio Capituli facta ad propriam utilitatem, & in præjudicium tertii, non valet.*
12 *Decreta Capituli facta in præjudicium unius perſonæ, ſuſtineri non poſſunt.*
13 *Adverſus concluſiones capitulares datur remedium appellationis intra decem dies, & in quo defectum, remedium querelæ intra annum.*
14 *Pro conſueta præcedentia competunt remedia poſſeſſoria.*
15 *Quaſi poſſeſſio præcedentiæ univerſalis tribuit remedia poſſeſſoria pro aliis actibus præcedentia particularibus.*
16 *Diſtributionum quotidianarum portio conſueta fit, ut ſi nihil aliud probetur in contrarium, eadem proportio ſervetur in aliis Eccleſiæ emolumentis, veluti mortuariis, & anniverſariis, & eodem jure reguntur.*
17 *Capitulum non poteſt novam conſuetudinem in Eccleſia introducere, maximè ſine conſenſu Epiſcopi.*
18 *Non licet Præpoſitis, aut Canonicis, Miſſam celebrare volentibus, induere ornamenta ſacerdotalia in Altari, ſed tantùm in Sacriſtia.*
19 *Conſuetudo Capituli non ſubſiſtit adverſus tranſactiones authoritate Apoſtolica confirmatas.*

DVo Præpoſiti, unus Metropolitanæ, alter Cathedralis Eccleſiæ, cum ſuis Capitulis contendentes, diverſas ſeparatim difficultates propoſuere, quarum reſolutio ſæpiùs in praxi evenit, & utilis eſſe poteſt. Et quidem quoad Præpoſitum Metropolitanæ, ſupponebatur quod illius Eccleſiæ ſtaturis cautum eſt, Præpoſitos, & Archipresbyteros teneri aſſiſtentiam facere Archiepiſcopo celebranti intra illam Eccleſiam: Archidiaconum verò, & Sacriſtam, fungi munere Diaconi, & Subdiaconi. Cùm autem Præpoſitus non habens attitem de jure requiſitam, dignitatem illam poſſideat ex diſpenſatione Apoſtolica, conſtitutus tamen ſa-

sit in Diaconatu; dubitatum fuit, utrum qui ex defectu ætatis, & Ordinis Sacerdotalis assistentiam Archiepiscopo facere non potest, saltem Diaconi, vel Subdiaconi officium, illo celebrante, exercere teneatur.

Super hoc dubio, hoc in primis pro fundamento constituendum est, illum qui in ordine Sacerdotali constitutus non est, Episcopo celebranti assistentiam facere non posse. Quod clarè probatur ex Cæremoniali Episcoporum *lib. 1. cap. 7. in principio*, his verbis: *Interomnes Episcopi ministros, qui ei in divinis assistunt, & serviunt, primus & dignior est Presbyter assistens, qui idcirco debet esse dignior ex Presbyteris*, & paulo post subjiciuntur verba sequentia: *sit dignior omnino ex omnibus, & in Sacerdotio constitutus, atque in Sacerdotalibus officiis expertus.*

1 Hoc supposito, Dico Præpositum ex dispensatione Apostolica, ætatis defectum habentem, & in ordine Sacerdotali minimè constitutum, quamvis assistentiam facere nequeat, non propterea cogendum esse ad functiones Diaconales, aut Subdiaconales tempore officii Archiepiscopalis. Quod probatur *Primo*, ex dicto Cæremoniali: *Secundo*, ex statutis dictæ Ecclesiæ: *Tertiò*, ex consuetudine illius Ecclesiæ: *Quartò*, ex ratione naturali.

2 Quod attinet ad Cæremoniale, constat ex *octavo* illius *capitulo*, quod nunquam habuit intentionem obligandi primum Dignitatem ad assistendum Episcopo in habitu Diaconali, tam *ex rubrica dicti capitis* quæ loquitur de assistentia duorum Canonicorum in habitu Diaconali, quàm *ex corpore ejusdem capitis* 8. in quo dicitur, quod duo Canonici assistere debeant, videlicet duo Canonici ex ordine Diaconali: quod si forte Ordines distincti non essent, onus illud incumberet duobus primis Canonicis, vel Dignitatibus sedentibus post primam Dignitatem, vel primum Canonicum. Ex quibus verbis evidenter apparet primam Dignitatem eximi ab hoc Diaconi munere exercendo.

3 Atque ita declaratum fuit per sacram Rituum Congregationem *die 3. Junii 1617.* referente Barb. *de jure Eccl. universf. lib. 1. c. 21. n. 93.* nempe Dignitates non supplere vices Canonicorum, & aliorum inferiorum, sed bene inferiores pro Dignitatibus.

4 † Immò stante hujusmodi notorio, & non fraudulento impedimento, potest Præpositus, qui prima Dignitas est, tunc adesse in choro, & lucrari suas distributiones, ut decisum testatur Barbos. *dicto lib. 1. cap. 21. num. 104.*

5 Ex statutis verò prædictæ Ecclesiæ constat evidenter, officium Diaconi, & Subdiaconi spectare in Missis Pontificalibus ad Archidiaconum & Sacristam, non autem per consequens ad Præpositum, ut evitetur absurdum, quod nascetur, si superior cogeretur exercere officium inferioris: *l. consulta 21. §. absurdum, C. de testament.* Absurdum enim est si promiscuis actibus rerum turbentur officia, *dicto §. absurdum.*

6 Consuetudo Ecclesiæ, quæ in similibus controversiis attendenda est, *l. fin. ff. de offic. præfect. urb.* Bald. *in l. observare, §. antequam ff. de offic. proconf.* Peregrin. *conf. 3. num. 15. vol. 4.* eidem Domino Præposito suffragatur: quia sæpiùs ab eo tempore, quo ipse Præpositurâm adeptus est, durantibus Missis Pontificalibus, nec Assistentis, nec Diaconi, vel Subdiaconi munus exercuit: Seraphin. *decis. 402. num. 1. & decis. 716. num. 18.* ubi tractat de consuetudine observanda in materia præcedentiæ: Bald.

7 *in cap. cum olim, num. 1. de consuet.* † Et non est opus hanc consuetudinem fuisse præscriptam, cum duo actus possessorii sufficiant: Rip. *in cap. cum Ecclesia, num. 53. de causa possess. & proprietat.*

Ratio naturalis concurrit pro Domino Præposito; cùm indecorum sit turbari ordinem præcedentiæ, & inferiorem præcedere eum, qui sibi Superior est: ideò rectè Dominus Præpositus potest intentare remedia possessoria, ut manuteneatur in sua quasi possessione præcedendi: §. *hodie, Instit. de interdict.* † cùm illi sufficiat probare, quod erat in 8
hac quasi possessione tempore litis motæ: Bartol. *in l. 1. §. hoc interdicto, num. 1. & §. final. num. 18. ff. uti possidetis*, Coccin. *decis. 452. num. 1.* Postius *de manutent. decis. 73. & 101. & observat. 10. n. 31.*

Quod autem attinet ad Præpositum Ecclesiæ Cathedralis, quæ tio vertebatur super quibusdam conclusionibus capitularibus, quæ sine dubio fieri non poterant in præjudicium diversarum præeminentiarum illi competentium, quia Capitulum non poterat has conclusiones facere, quia non habet jurisdictionem in Præpositum; † cùm tamen 9
statuere, sit actus jurisdictionis: Bart. *in l. omnes populi, num. 3. vers. aut non intervenit. ff. de justit. & jure*, quem *ibi* omnes Doctores sequuntur: Surd. *conf. 48. n. 10. & conf. 210. num. 6.* † Ideo requi 10
rebatur ad ejus validitatem authoritas, seu confirmatio Episcopi: *cap. cum omnes. & ibi* Abb. *num. 6.* & alii *de constitution.* † Multò magis invalida de- 11
clarari debet conclusio Capituli, cùm facta fuerit ad propriam concludentium utilitatem, & in præjudicium tertii: Dec. *in cap. cum accessissent, num 23. & ibi* Felin. *n. 22. de constitut.* Abb. *in cap. in Genesi, n. 2. de election.* † Et hujusmodi decreta 12
facta in odium certæ personæ, vocantur ambitiosa: *leg. ambiosa, & ibi* Bart. *ff. decretis. ab ord. faciend.* Abb. *in d. c. cum omnes, n. 6.*

Propterea adversus hujusmodi decreta Capituli, potest Præpositus ad Superiorem recurrere per 13
viam querelæ quæ durat per annum: Rot. *dec. 289. num. 54.* junctò *num. 57. part. 6. recent.* per text. *in l. qui gravatos, C. de censibus, lib. 11 cap concertationi, & ibi* DD. *de appellat. in 6.* ubi dicitur, quod in actibus istis extrajudicialibus appellatio debet interponi intra decem dies à tempore notitiæ: quod si non fuerit appellatum, utendum, est aliis juris remediis, quæ competunt, non obstante lapsu decem dierum.

Ultra nullitatem, aderat injustitia conclusionum, quibus Dominus Præpositus privaretur juribus consuetæ præeminentiæ in nonnullis actibus extrajudicialibus: † pro quibus illi competunt reme- 14
dia possessoria, prout comperere judicatum fuit per Rotam super delatione florum consueta, apud Burat. *dec. 604.* † & sola possessio universalis præce- 15
dentiæ suffragatur Præposito in actibus particularibus: Surd. *conf. 323. n. 44.* Rot. *dec. 17. n. 2. p. 2. divers.* Seraph. *dec. 1295. n. 6.* Burat. *dicta dec. 604. n. 22.* Post *de manutent. observat. 10. n. 78.*

Similiter non obstantibus prædictis conclusio- 16
nibus, Præpositus manutenendus erat in quasi possessione exigendi certam portionem majorem portione Canonicorum, in omnibus emolumentis, tam distributionum, quàm candelarum & emolumentorum ex funeralibus, quia talis erat antiquissima Ecclesiæ consuetudo, cui Canonici per suas conclusiones capitulares derogare non poterant: juxta constitutionem Bonifacii VIII. *de cleric. non resident. in 6.* maximè cùm de jure portiones emolumentorum promoventium ex mortuariis, & anniversariis, eodem jure regantur, quo distributiones quotidianæ: DD. *in dicto c. unico*, Gloss. pragmat.

ſanction. *in rubric. quo tempore quis debeat eſſe in choro, §. jubet etiam, in verbo, diſtributiones.*

17 Non potuit igitur Capitulum novam introducere conſuetudinem in Eccleſia, maximè ſine conſenſu Epiſcopi, *cap. novit, 12. diſtinct. cap. cùm conſuetudinis, de conſuetud.* Franc. *in dicto cap. unico, §. ſtatuimus, num. 21. de cleric. non reſident. lib. 6.* Geminian. *ibid. num. 4.*

18 Quod autem objiciebatur Domino Præpoſito, non licere ipſi pro Miſſis celebrandis induere in ipſo Altari veſtimenta Sacerdotalia, juxta declarationem ſacræ Congregationis Rituum, confirmatam per felic. recordat. Vrbanum VIII. cujus fit mentio in Miſſali Romano, & notat Barboſ. *in dec. Apoſtolic. cap. 153. n. 2.* ſanè huic decreto obtemperare debet Præpoſitus, niſi contrariam in Gallia conſuetudinem vigere doceat, & conſtitutiones prædictas non eſſe uſu receptas, ut alibi de conſtitutionibus uſu non receptis oſtendimus.

19 In præjudicium verò aliorum jurium Domino Præpoſito competentium, vigore tranſactionum antiquiſſimarum, Apoſtolica authoritate confirmatarum, cum clauſula decreti irritantis, nulla potuit fieri concluſio, aut introduci conſuetudo: DD. *in cap. cùm de beneficio, de præbend. in 6.* nominatim Geminian. Anchar. Franc. & alii, quos citat & ſequitur Rot. apud Veral. *deciſ. 204. part. 3.* cum pluribus citatis per Barboſ. *in tract. de clauſul. cap. 40. num. 34. & 35.* Monet. *de comm. ultimar. volunt. cap. 7. n. 243. & 244.*

CAPVT CLXXIV.

De irregularitate incurſa ante impetrationem beneficii: Et utrùm indigeat diſpenſatione, quando irregularis vult promoveri. Aſſiſtens bello juſto utrum incurrat irregularitatem: Et utrum illi ſuffragetur poſſeſſio decennalis. Quomodo ſit verum quod dicitur, eum qui militiæ ſæculari ſe adſcribi fecit, eo ipſo privandum eſſe ſuis beneficiis? Et utrùm idem jus ſtatuendum ſit, quando agitur de penſione alicui reſervata. Pœnæ privationis utrum ſit locus ob non delationem habitus clericalis.

SVMMARIVM.

1 *Qui exiſtens in ſtatu laicali incidit in irregularitatem, ſi velit beneficium obtinere, tenetur habere diſpenſationem ſuper tali irregularitate.*

2 *Qui homicidium commiſit, non ſolùm non debet promoveri, ſed etiam in perpetuum debet deponi.*

3 *Clauſulæ generales abſolutionum à cenſuris non comprehendunt irregularitatem.*

4 *Aſſiſtens bello, ſive juſto, ſive injuſto, efficitur irregularis, ſi aliqui hinc inde interfecti fuerint: quod tamen inferius declaratur.*

5 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus non fit irregularis aſſiſtens bello juſto, quamvis propria manu pugnet, dummodo neminem occiderit, aut membro mutilaverit.*

6 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, ſi neminem occidat, non privatur beneficio; ſed tamen ſi habeat beneficium, peccat mortaliter.*

7 *Qui beneficium poſſedit per ſpatium decem annorum, præſumitur diſpenſatus ab irregularitate, & illius beneficium impetrari non poteſt.*

8 *Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus, ſi neminem occiderit, aut mutilaverit in bello, non efficitur irregularis.*

9 *Clericus aſſiſtens bello juſto, non fit irregularis, ſi non deformet, aut occidat; ſecus eſt ſi bellum eſſet injuſtum.*

10 *Ampliatur ut procedat, quamvis plures in conflictu mortui fuerint, ſi ipſe non occiderit, nec mutilaverit.*

11 *Qui dicit clericum occidiſſe, vel mutilaſſe in bello, debet hoc probare.*

12 *Clericus accedens ad bellum, vel permittens ſe adſcribi in militia ſæculari, ipſo jure privatus eſt beneficiis.*

13 *Sola deſcriptio in militia ſæculari, non privat beneficiis, niſi quis actu militiam exerceat.*

14 *Militia ſolo jure poſitivo interdicta eſt Clericis.*

15 *Si Clericus actu militiam non exercuerit, non amittit ſua beneficia.*

16 *Qui profecturus eſt ad bellum, ſi beneficia reſignaverit, concurrentibus aliis conjecturis, facilius præſumitur committere confidentiam.*

17 *Penſio aſſignata alicui in ſtipendium non amittitur propter aſſiſtentiam in bello.*

18 *Incapacitas ad beneficia non infert privationem capacitatem ad penſiones.*

19 *Laicus exercens militiam, ſi fuerit monitus deſiſteret, amittit penſiones.*

20 *Vtrum ex dimiſſione habitus clericalis amittatur beneficium.*

SAcerdos quidam beneficium curatum per plures annos pacificè poſſederat, ſed tamen antequam ſacros Ordines ſuſciperet, Tonſuram & Habitum, interfuerat juſtiſſimo bello per Regem Chriſtianiſſimum contra rebelles inſtituto, dubitatum fuit ſub irregularitatis prætextu devolutarius quidam beneficium illud tanquam vacans, non obſtante ſua pluſquam triennali, imò pluſquam decennali poſſeſſione, impetrare contenderet: Quæſitum item ex illo capite impetrationi locus eſſet, ſub eo prætextu quòd ipſe incurriſſet irregularitatem, & de beneficio per eum poſſeſſo nulla obtenta diſpenſatione proviſus fuiſſet: † cùm de jure etiamſi quis in ſtatu laicali incurrerit irregularitatem, teneatur obtinere diſpenſationem ſuper tali irregularitate antea contracta, antequam beneficium aſſequatur, *cap. ſicut 6. §. fin.* juncta Gloſſ. *in verb. conſilium, de homicid.* † ubi dicitur, quod ſi quis commiſerit homicidium, non ſolùm non debet promoveri, ſed in perpetuum debet deponi. Card. *in Clem. 1. eod.* † Nec ſufficit quòd impetrans beneficium habeat in ſuis proviſionibus clauſulam cum abſolutione. Quia irregularis non poteſt gaudere hac clauſula, cùm irregularitas non ſit cenſura: *cap. quærenti, de verbor. ſignificat.* & ideo per abſolutionem à cenſuris non cenſetur diſpenſatum cum irregulari: Navarr. *in manuali, cap. 14. §. 1. num. 26.* Rot. *deciſ. 44. num. 4. & 5. p. 2. recent.* † atqui aſſiſtens bello, ſive juſto, ſive injuſto, irregularitatem incurrit, ſi aliqui hinc inde interfecti fuerint, teſte Nicolao Plorio *in tract. de irregul. num. 20. regul. 33.* Sed

5 Sed tamen verius est, dictum Sacerdotem tunc in sacris Ordinibus nondum constitutum nullam incurrisse irregularitatis notam. In primis siquidem advertendum est, Clericum in minoribus Ordinibus constitutum, & nondum Sacris initiatum, posse absque peccato in bello justo propria pugnare manu, sicut & laicus, nec esse irregularem, quamvis propria pugnet manu, dummodo neminem occiderit, aut membro mutilaverit: ut explicat Covar. *in Clem. si furiosus, de homicid. p.* 2. §. 3. *n.* 2. Dian. *resolut. moral. part.* 6. *tract.* 4. *resolut.* 34.

6 † ubi post Molinam dicit, verendum esse, ne Clerici in minoribus constituti peccent mortaliter assistentes bello, si actu habeant tunc beneficium Ecclesiasticum, quia reddunt se ad officium, ad quod obligantur, inidoneos: si verò beneficium non habeant, nec ministerio Ecclesiastico deputati sint, non peccare, quia habentur quasi laici; si verò accidat, beneficiarium propria manu aliquem occidere, vel mutilare, beneficium resignare debere, vel dispensationem super irregularitate impetrare: Bonacin. *de irregularitat. disput.* 7. *quæst.* 4. *punct.* 4. *num.* 10.

7 Cùm igitur in casu proposito, possessor dicti beneficii nullam incurrerit irregularitatem, non indigebat dispensatione, & ideo omni ex parte tutus erat in suo beneficio, præsertim attenta illius possessione pacifica plusquam decennali, quæ facit ut præsumatur dispensatio, aut alius quilibet legitimus titulus, etiamsi esset tantùm triennalis: Rot. apud Mantic. *decis.* 50. *numero* 10. Non enim præsumendum est, quod Episcopus tanto tempore irregularitatem toleraret: Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 31. *numero* 33. ideo ob longam possessionem molestari non potest in suo beneficio, nec impetratio beneficii tanto tempore possessi sustinetur: Rebuff. *in praxi*, *in* 3. *parte signaturæ*, *in verbo, ac regulæ de annali*, & Ricc. *in praxi rer. for. Eccles. decis.* 397. ubi loquitur de possessore decennali.

8 Et ad majorem prædictorum corroborationem notandum est, quod etiamsi quis in sacris Ordinibus fuerit constitutus, cui non licet propria pugnare manu, quamvis bello justo interfuerit, & in eo pugnaverit, non efficitur irregularis, si neminem occiderit, aut membro mutilaverit, quamvis in illo conflictu plures occisi fuerint, aut membris mutilati: Covarruv. *in dicta Clement. si furiosus, de homicid. part.* 2. §. 3. *numero* 2. S. Antonin. Archiepiscop. Florent. *in tract. de irregularitat. capite* 2. *numero* 47. Addent. ad Bernard. Diaz *in practic. criminal. canonic. capite* 101. Graff. *de effectibus clericat. effect.* 28. ubi tamen contra DD. superiùs allegatos probat, quod Clericis interdictum est propria manu, & per se ipsos pugnare, quamvis essent in minoribus Ordinibus constituti, quia sunt verè Clerici, adeo ut nec etiam possint esse Duces belli; quamvis tali casu propria manu non pugnent, ex doctrina Abbat. *in capite sententiam, numero* 16 *ne clerici vel monach. secular. negot. se immisc.* Dicit tamen *numero* 15. † Quod Clericus assistens bello justo, non fit irregularis, etiam percutiendo, si per se non deformet, aut occidat; secùs tamen dicit esse, si bellum esset injustum.

9 Quod probatur per textum *in capite petitio, penultim. de homicid.* ubi summus Pontifex Honorius III. cuidam Pelagio Presbytero, qui ad bellum contra infideles accesserat, in quo plurimi hinc inde occisi fuerant, respondet eum ab Altaris ministerio abstinere debere, si ipsum de interfectione in illo conflictu conscientia remordeat: unde colligunt DD. omnes communiter, veluti Abb. Felin. Henric. & alii, quod si Clericus neminem occiderit, aut mutilaverit, † nullam incurrit irregularitatem, etiamsi in conflictu plures mortui fuerint: prout ultra jam citatos concludit Diana *resolut. moral. parte* 6. *tractat.* 4. *resolut.* 38. *versicul. non nego*, Campanil. *in diversor. jur. canonic. rubric.* 11. *cap.* 24. *numero* 10. Bonacin. *de irregularitat. dicta disputat.* 7. *quæstione* 4. *punct.* 4. *numero* 10. Rot. *decis.* 3. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* † ubi quod Clericus exercens militiam in bello justo, etiam adhortando ad victoriam generaliter, & percutiendo, non efficitur irregularis, nisi ipse occidat, vel deformet: & ideò licèt probetur, aliquem in tali bello interveniſſe, non tamen ideo dici potest, eum incurrisse irregularitatem, quæ tantùm incurritur in casibus à jure expressis: *cap. is qui, de sentent. excommunic. in* 6.

10 Non levis tamen esset dubitatio, si dictus beneficiarius eo tempore, quo ad bellum accessit, possedisset dictum beneficium: quia eo ipso, quod quis militiæ sæculari se adscribi fecit, non solùm censetur renunciasse privilegio clericali, quoad forum, ut testatur Cæsar de Graff. *de effectib. clericat. effect.* 1. *num.* 865. *versic. aliqui verò*, quia facit actum statui clericali contrarium, sed etiam privatur ipso jure beneficiis per eum obtentis: secundùm sententiam Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 15. *numero* 54. *& gloss.* 14. *num.* 63. ubi quod si quis efficiatur miles sæcularis, videtur renunciare beneficio, & illud vacat ipso jure: Paris. *de resignat. lib.* 1. *quæstion.* 1. *numero* 22. Clar. *in pract. criminal.* §. *final. quæst.* 73. *num.* 6. *versic. item clericus*, Rebuff. *in tractat. nominat. quæst. ultim. numero* 18. qui tamen id limitat *in versic. idem tacitè*, si talis miles factus arma militaria exerceat: quasi velit dicere, 13 † quod si non exerceat militiam, non privetur beneficiis, nec illis tacitè renunciare censeatur. Quæ limitatio confirmatur ex eo, † quod mili- 14 tia Clericis solo jure positivo & Ecclesiastico interdicta est, ut constat *ex capite clericum*, *capite de his clericis, capite eos qui*, 20. *quæstione* 3. & aliis juribus allegatis per Dianam *tom.* 6. *tractatu* 4. *resolutione* 35. *versic. dicendum est.* Et ideò quamvis Gloss. *in capite finali de cleric. non residentibus, in verbo, redierint*, dicat quod ex eo quod quis factus est miles, censetur habere Ecclesiam pro derelicto, & quod Episcopus statim ejus beneficium conferre potest; † tamen hoc debet in- 15 telligi cum effectu, nempe quando exerceat in effectu militiam, ita ut sola descriptio non sufficiat ad privandum ipso jure, ex notatis per Chassaneum *in consuetudin. Burgund. titulo* des Iustices, *Rubric.* 1. §. 5. *in verbo*, s'il n'a grace, *numero* 52. *&* 54. Vnde non immeritò Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæstione* 26. *numero* 90. dicit illam pœnam amissionis beneficii ipso jure, non ita facilè admittendam esse, nisi ad sæva etiam per Clericum deventum esset: cum quo temperamento existimo sententiam Gonzalez *in præcitatis locis* intelligendam esse.

16 Negari tamen non potest, quin una ex causis committendi confidentiam illa sit, nempe cùm aliquis existens in minoribus ordinibus habet beneficium, & vult ad bellum proficisci, ne amittat illud, potest confidere de amico circa fructus vel titulum ipsius beneficii; quo casu esset commissa

confidentia, ut notat Pariſ. *in tract. de confident. quæſt. 9. num. 24. & 25.*

17 Non eadem eſt ratio penſionis beneficialis, quæ non eodem modo amittitur propter aſſumptam militiam ſæcularem, neque propter irregularitatem, præſertim ſi agatur de penſione reſervata alicui in ſtipendium: quia reſervata cenſetur pro ſervitio temporali uti laico, veluti pro patrocinio, pro pulſandis campanis, pro aperiendo fores Eccleſiæ, vel aliàs pro remuneratione laborum; iſta enim eſt omninò profana, quæ laico competere
18 poteſt: Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. n. 8.* † & ideo ſacra Congregatio declaravit incapacitatem ad beneficia non extendi ad penſiones: Garc. *dicto cap. 5. num. 136. & 137.* qui ſubdit *n. 138.* quod licet iſta declaratio difficultatem patiatur, tamen illi ſtandum eſt propter authoritatem ſacræ Con-
19 gregationis. † Si tamen talis laicus monitus eſſet, ut à militia deſiſteret, & id non faceret, tali caſu amitteret etiam penſionem ſibi in titulum beneficii aſſignatam, ut teſtatur Gigas *in tract. de penſionib. q. 55. num. 54 & 5.*

20 Poſſet etiam hoc caſu contra beneficiarium opponi, quod propter ſolam clericalis habitus abjectionem amittit ſuum beneficium, juxta Bullam Sixti V. editam *anno* 1589. quæ *in Bullario* eſt ordine 92. qua cavetur ut Clerici beneficia, vel penſiones obtinentes, tonſuram & habitum clericalem ac veſtes talares deferant, & contravenientibus pœnam amiſſionis beneficiorum imponit, eorúmque beneficia tanquam vacantia impetrari poſſe, & penſiones extinctas eſſe declarat. Sed hæc Bulla non eſt recepta in Gallia, & extra eam difficilis eſſet ex hoc capite impetratio propter multas exceptiones, & cauſas rationabiles, quas refert Lotter. *libro 3. quæſtione 26. numero 96. & ſequentibus*, quæ per beneficii poſſeſſorem probari poſſunt.

CAPVT CLXXV.

Quando teſtator fecit legatum alicui monaſterio, ſub onere, vel modo per eum præſcripto, quod onus, ſeu modus non poteſt executioni demandari ſecundùm regulas illius Ordinis, legatum non vitiatur, ſed modus, aut onus adjectum debet adimpleri ad favorem ejuſdem monaſterii, alio modo æquipollenti, recedendo quantominus fieri poteſt à voluntate teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Quando legatum fuit relictum ſub conditione impoſſibili impoſſibilitate juris, quam tamen teſtator poſſibilem eſſe credebat, legatum eſt validum, & conditio habetur pro non ſcripta.*

2 *Legatum libertatis, & legatum pium aquiparantur.*

3 *Conditio contraria conſtitutionibus Ordinis religioſi habetur pro impoſſibili.*

4 *Conditio impoſſibilis de jure vitiat, & non vitiatur, niſi agatur de legato relicto piæ cauſæ.*

5 *Quando agitur de conſtitutione, vel ſtatuto particulari, præſumitur quod teſtator talem conſtitutionem ignoraverit, ſi talis conſtitutio non ſit inſerta in corpore juris.*

6 *Opinio teſtatoris in explicando teſtamento prævalere debet, & haberi pro veritate.*

7 *Non præſumitur quod teſtator voluerit facere actum nugatorium in ſuo teſtamento.*

8 *Conditio impoſſibilis in contractibus vitiat diſpoſitionem, non autem in teſtamentis, & ultimis voluntatibus.*

9 *Quando legatum pium non poteſt adimpleri in totum, & conditio non eſt in totum impoſſibilis, debet adimpleri eo modo quo poteſt.*

10 *Legatum pium factum ad certum uſum, ſi non poſſit valere ad illum uſum, converti debet ad alium ſimilem.*

11 *Modus, vel conditio prohibita rejicitur, & legatum remanet validum: quod adhibita trium caſuum diſtinctione explicatur.*

12 *Legatum pium conſentiente hærede commutandum eſt ad alium ſimilem uſum.*

13 *Quando agitur de mutanda teſtatoris voluntate, quandominus fieri poteſt, debet hoc fieri cum conformitate ad voluntatem teſtatoris.*

14 *Alteratio voluntatis teſtatoris fieri debet mutata forma, ſed non mutata ſubſtantia.*

15 *Requiſitio Eccleſiæ ſuper commutatione voluntatis teſtatoris, prævalere debet conſenſui, ſu requiſitioni hæredis.*

RElictum fuit Reverendis PP. Carmelitanis Diſcalceatis legatum certæ pecuniarum ſummæ, ſub onere celebrandi quendam numerum Miſſarum majorum, ſeu conventualium: quod tamen legatum executioni demandare nequeunt ſecundum formam à teſtatore præſcriptam, cùm per conſtitutiones illius Ordinis prohibitum illis ſit onus ſimilium Miſſarum conventualium ex fundatione acceptare. Vnde quæſitum fuit utrum dictum legatum poſſit commutari debeat in favorem ejuſdem Conventus, ad quem teſtator affectionem habebat, ad certum numerum Miſſarum privatarum? Super quo dubio Reſpondi, dictum legatum convertendum eſſe ad alium pium uſum, & dictam conversionem fieri debere in favorem, & ad utilitatem ejuſdem Conventus, cui legatum relictum fuit, & non alteriùs.

Prima pars hujus reſolutionis probatur ex eo quod licèt onus celebrandi Miſſas cantatas, & conventuales, fuiſſet legato adjectum per viam conditionis, aut modi, & ſic modus, vel conditio adimpleri non poſſet tanquam continens rem impoſſibilem impoſſibilitate juris, attento quod ſecundùm conſtitutiones dicti ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum, quæ faciunt jus quoad Religioſos ejuſdem Ordinis, ſimilia onera hujuſmodi Miſſarum acceptari non poſſunt; non tamen ideo dicti Patres legati commodo privandi erant. † Quando enim conditio eſt impoſſibilis impoſſibilitate juris, ſi teſtator illam poſſibilem eſſe credebat, vitiatur conditio, firma tamen & valida remanet diſpoſitio, præſertim favore piæ cauſæ: ut probatur per text. *in leg. cùm ita datur, Dig. de condition. & demonſtrat.* quam ad id allegat Ludovic. Roman. *in leg. impoſſibilis, num. 14. ff. de verbor. obligat.* † ubi licèt loquatur de legato libertatis, idem tamen obtinere debet in legatis piis, quæ eodem jure utuntur, ut explicat Iaſon in *leg. ſervo manumiſſo, Digeſt. de conditione indebiti.*

in

in quinta limitat. ut in specie casus nostri determi-
3 nat Menoch. *cons.*1014. *num.*32.ubi dicit,† conditionem, quæ obligat ad faciendum actum contrarium constitutionibus Ordinis religiosi, esse de jure impossibilem, & haberi pro impossibili, quando agitur de legato relicto Ecclesiæ, vel piæ causæ:
4 † & ideo conditionem variari, & legatum valere, & deberi: ejusdémque sententiæ est Tiraquell. *in tractat. de privileg. pia causæ, privilegio* 75. dicens, quod licèt aliàs conditio impossibilis, quam testator putabat esse possibilem, non habeatur pro impossibili, & ideo defuncto testatore legatum quoque deficere, & ita non vitiari conditionem, sed eam variare dispositionem: per text. singularem *in dicto l. manumisso, ff. de condict. indebit.* hoc tamen fallere in legato relicto piæ causæ, quod non vitiatur propter conditionem impossibilem, quam testator putabat esse possibilem.

Quod autem testator in casu isto existimavit conditionem esse possibilem, probatur ex eo quod illa impossibilitas non resultat ex aliqua lege universali, sed ex particulari quadam Ordinis illius constitutione, prohibente acceptationem oneris similium Missarum, quam testator ignorabat, & sci-
5 re non poterat: † & dum agitur de probanda scientia, aut ignorantia testatoris, inspiciendum est quod est verisimile: præsertim quia in dubio præsumitur ignorantia: *l. verius, ff. de probat. cap. præsumitur, de reg. jur. in* 6. Quod fine dubio procedit quando agitur de ignorantia statuti particularis, quam quilibet ignorare præsumitur, quia habetur pro ignorantia facti: Alexand. *cons.*165. *Dubitatur, num.*11. *versic. quinimò, lib.*6. Tusch. *in verbo, Ignorantia, concluf.*10. *num.*2. Et idem dicendum est de qualibet alia constitutione extravaganti, non inserta in corpore juris: quia illius præsumitur ignorantia: Geminian. *cons.*78. *colum.* 1. *versic. nec obstat si dicatur*, Tusch. *loco citato, concluf.*11. *num.*5. Gabriel *cons.*178. *numero* 26. *&* *numero* 54. *&*
6 *seq. lib.*2. † Semper enim debemus potiùs attendere mentem, & opinionem testatoris, & debet haberi pro vero illud quod testator verum esse credebat: per text. in *l. quo loco*, §.1. & *ibi* DD. maximè Castrens. *ff. de hæredibus instituend.* Mantic. *de*
7 *conjectur. lib.*3. *tit.*10. *num.*2. † Nec præsumendum est, quod testator voluerit facere actum frustratorium in re magni momenti, nempe in testamento, quidquid sit in contractibus, ut bene explicat Duran. *in tract at. de conditione impossibili, part.*2. *cap.*1. *numero* 1. *&* 46. Cùm enim res dependeat ex animo & voluntate testatoris, ejus intentio ex conjecturis, & facti qualitate colligitur: *capite* 1. *de præsumpt. lib.* 4. §. *puto, ff. de hæredib. instituend.*
8 atque ita ultra præcitatos † concludit Cancer. *lib.*3. *variar. resolut.*22. *numero* 156. ut bene comprobat dictam distinctionem inter contractus, & ultimas voluntates: dicens hanc esse communem, & veriorem opinionem, nempe quod conditio impossibilis, in contractibus vitiat dispositionem, non autem in testamentis, & ultimis voluntatibus.

9 Secunda pars dictæ resolutionis probatur ex illa regula generali, quod quotiescumque legatum pium non potest adimpleri in totum, secundùm voluntatem testatoris, & sic conditio non est in totum impossibilis, debet adimpleri eo modo quo potest: Cravet. *cons.*1. *numero* 5. *&* *seqvent. versic.*
10 *Secundò respondeo*, † & quando legatum pium factum fuit ad certum usum, si non possit valere ad illum usum, converti debet ad alium similem:

cap. 3. *de testament. l. legatum, ff. de usufr. legat.*
† Vnde legatum, quamvis factum fuerit ad usum 11
prohibitum, remanet nihilominus validum, sed onus rejicitur & habetur pro non adjecto: Caldederin. *consil.*343. aliàs 14. *de testament.* Nec displicet distinctio trium casuum, quam affert Petr. de Vbald. *in tractat. de canonica Episcopali, cap.*7. *n.*35. Primus casus est, quando ille usus potest adimpleri de jure & de facto: Secundus est, quando potest adimpleri de jure, & non de facto: Tertius casus est noster, quando non potest adimpleri de jure: & hoc casu, si talis usus ad quem legatum factum fuit, est licitus & honestus, tunc legatum valet, & convertendum est ad alium finem honestum & licitum: ut bene etiam explicat Monet. *d. tractat. de commutat. ultimar. voluntat. capite* 4. *numero* 120. *&* *sequent.* † Quod maximè procedit stante consensu hæredum, & requisitione facta per hæredes, qui petebant Missas cantatas converti ad certum numerum Missarum privatarum: ex notatis per Barbos. *de Episcop. allegat.*83. *n.*5.6. *&* 8. 12

Neque audiendus erat unus ex executoribus testamenti, qui volebat dictas Missas, & legatum transferri in conventum Carmelitarum mitigatorum, qui non prohibentur acceptare similia legata secundum suas regulas, seu constitutiones. Quia quantum fieri potest, voluntas testatoris observanda est, nec ab ejus intentione recedendum: Monet. *de commut. ultimar. voluntat. cap.*4. *numero* 175. *& sequentib.* Mantic. *de conjectur. lib.* 3. *titulo* 3. *numero* 6. † ita tamen ut mutata forma remaneat 13 14
substantia: Menochius *cons.* 199. *numero* 10. *&* 11.

Ergo posito quod onus celebrandi prædictas Missas cantatas, non haberetur pro non scripto, quod tamen ita haberi superiùs demonstratum fuit, locus nihilominus esset conversioni dicti oneris in aliud onus simile, in favorem ejusdem Conventus, ut quantum fieri potest, non recederetur à voluntate & affectione testatoris: & licèt quodammodo recederetur à forma, non tamen recederetur mente: Mantic. *loc. citat. n.*8. Consentiebat quidem hæres huic commutationi, sed quamvis ipse consensum non præstitisset, poterat tamen ad istam commutationem procedi, requirente Ecclesia, cui relictum
15 fuit: † Quia consensus, seu requisitio Ecclesiæ prævalere debet consensui hæredis: Barbos. *de Episcop. dicta allegat.*83. *num.*6. *in fine, versic. si hæres contradicat.*

Et his rationibus motus Illustrissimus Dominus Vicelegatus, relicto apud eundem Conventum Patrum Carmelitarum discalceatorum legato, Missas conventuales reduxit ad certum numerum Missarum privatarum, quarum fundationis capax est dictus Conventus: & ita fuit executioni demandatum.

CAPVT CLXXVI.

Si Princeps Ecclesiæ, vel alteri concedat Castrum, vel Civitatem, utrum simul censeatur concessisse jurisdictionem. Et utrum talis jurisdictio sit privativa. Quomodo inter se differant jurisdictio activa, & passiva: Et quomodo Episcopus retineat jurisdictionem universalem in

tota Civitate, quamvis Capitulum exerceat actus jurisdictionales in loco Capituli proprio, vel conducto, & erga personas capitulares, seu in Capitulo habituatas. Quomodo concesso Castro, censeatur facta concessio jure universali, vel particulari. Concessio jurisdictionis facta Episcopo, & ejus Ecclesiæ, utrum censeatur facta etiam Capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Concesso per Principipem Castro, censetur concessa jurisdictio cum mero & mixto imperio.*
2 *Concessio Civitatis facta à Principe, censetur facta privativè quoad omnes, quando adest clausula quod nullus alius illam exercere possit.*
3 *Concessa Capitulo nominatione Bajuli, non fit præjudicium jurisdictioni universali Episcopi, sed concessa tantum censetur jurisdictio passiva, & num. 8.*
4 *Jurisdictio passiva duntaxat censetur concessa Capitulo, non obstante facultate nominandi Bajulum, quando confirmatio illius spectat ad Episcopum.*
5 *Qui non habet facultatem deputandi Iudicem, seu Potestatem, non habet jurisdictionem activam.*
6 *Jurisdictio inhæret personis, & personarum est, in territorio autem consideratur tanquam nebula supra paludem.*
7 *Jurisdictio potest esse separata à territorio.*
9 *Dominium civitatis potest esse unius, & jurisdictio alterius.*
10 *Unus potest habere jurisdictionem in aliquo loco, quoad aliquam speciem; alius autem quoad alias.*
11 *Quando Imperator, aut Princeps habebat jurisdictionem tempore concessionis in aliqua civitate, vel loco, concedendo civitatem, censetur etiam concessisse jurisdictionem.*
12 *Concessio, vel venditio castri potest fieri tanquam de jure universali, vel tanquam de re particulari: primo casu censetur concessa jurisdictio cum castro, non autem secundo.*
13 *Concessio Principis multo magis comprehendit jurisdictionem, quando facta est cum clausulis amplissimis.*
14 *Concessio facta Episcopo, & ejus Ecclesia, non comprehendit Capitulum, quod nunquam jurisdictionem exercuit.*
15 *Nomen Ecclesiæ est ambiguum, & varias habet significationes, sicut nomen Ecclesia Matris.*
16 *Reo sufficit debilitare probationes actoris, quamvis ipse reus suam intentionem plenè non justificaverit.*
17 *Verba ambigua concessionis interpretationem recipiunt ab observantia longissimi temporis.*
18 *Si in concessione adsit locutio discretiva inter Episcopum & Ecclesiam, appellatione Ecclesiæ, Capitulum non continetur.*
19 *Ordinarius habet juris assistentiam pro exercenda jurisdictione in toto territorio.*
20 *Manutentio conceditur illi, qui pro se habet juris assistentiam.*
21 *Actus jurisdictionales præsumuntur facti authoritate ordinaria.*
22 *Causa universalis possessionem conservat per actus particulares.*
23 *Actus possessorii facti per antecessorem in beneficio, suffragantur successoribus.*
24 *Actus turbativi non nocent Domino habenti universalem jurisdictionem, maximè eo ignorante facti.*

CVm in quadam controversia jurisdictionis inter Episcopum & Capitulum, oppositum fuisset quod aliàs Capitulum deputaverat Bajulum, qui exerceret jurisdictionem super habitantibus in solo Capituli proprio, vel conducto: Dixi ex eo non fieri præjudicium universali jurisdictioni, quæ competebat Episcopo ex antiquis concessionibus Imperatorum, quibus inter cætera cavebatur, quod nullus unquam præter Episcopum in dicto loco, seu Civitate dominium & possessionem haberet. † Quando enim Princeps concedit Castrum, vel Civitatem, censetur etiam concedere omnimodam jurisdictionem, ut dicunt omnes DD. *in l. 1. ff. de jurisdict. omn. jud.* imò ex tali concessione censetur etiam translatum merum & mixtum imperium, juxta doctrinam Purpurati *in l. finali num. 161. eod. tit.* † Quæ jurisdictio censetur concessa privativè tam quoad Capitulum, quàm quoad omnes alios, excepto supremo Principe, attenta dicta clausula, quod nullus, excepto Episcopo, dominium habeat: quæ verba continent jurisdictionem privativam: Menoch. *lib. 2. præsump. 18. num. 13.* Trentacinq. *lib. 1. tit. de jurisdict. resolut. 1. num. 2. versicul. hæ sunt opinio.*

Ratio autem, cur per dictam deputationem Bajuli non fuerit factum præjudicium jurisdictioni universali Episcopi, est quia facultas Bajulo concessa respicit jurisdictionem, & administrationem illius passivè, id est quæ cohæret solo ipsius Capituli proprio, vel conducto limitatè; ita quod Bajulus Episcopi possit jurisdictionem universitati exercere in omnes habitantes dicti loci, nec detur Bajulus Capituli se intromittere valeat, nam Capitulo non competat jurisdictio in dominium, sed dependenter à jurisdictione universali Episcopi, & sic non potest prætendi à Capitulo jurisdictio activa, sed tantùm passiva, videlicet quæ exercetur in solo Capituli proprio, vel conducto: ut sic explicat Albert. Brun. *cons. 120. in princip. lib. 2.* post eum Cancer. *lib. 3. variar. resolut. cap. 3. de privilegio, num. 410. & sequent.* † Sed tamen talis jurisdictio passiva dependet à jurisdictione universali Episcopi, ad quem pertinet confirmatio Bajuli ad Capitulum verò sola nominatio. † Non potest autem jurisdictio esse apud aliquem, qui non deputet Potestatem, seu Iudicem Loci illius, ad exercendam jurisdictionem, ut testatur Brun. *dicto cons. 120. in princip.* quia ut dicunt DD. & nominatim Bartol. *in dicta l. 1. ff. de jurisdict. omn. jud.* † jurisdicto inhæret personis, & personarum est, licèt cohæreat territorio, & tunc jurisdictio consideratur tanquam nebula supra paludem: † licèt possit esse jurisdictio separata à territorio, ut explicat Camill. de Curte *in diverſ. jur. feudal. §. potest quoque feudum, numero 9. & 10. fol. 28.* † Quod confirmatur ex notatis per Alexand. *cons. 35. numero 1. & 2. libro 4.* ubi dicit quod merum & mixtum imperium ac simplex jurisdictio cohæret territorio materialiter, sive passivè, activè autem est apud eum, qui per se, vel per Magistratus ab ipso deputatos jurisdictionem exer-

cet. Itaque juriſdictio Epiſcopi activè & paſſivè eſt in toto territorio Civitatis, in ſolo autem Capituli proprio, vel conducto, juriſdictio reſpectu Capituli paſſiva duntaxat eſt; cùm ſola nominatio Bajuli ſpectet ad Capitulum, confirmatio verò ad Epiſcopum,ut bene per Cancer.*dicto cap.3.n.* 412. *lib.3.*

9 Et licèt dominium Civitatis, vel Caſtri poſſit eſſe unius, juriſdictio verò alterius, ſecundùm Bald. *in rubric.de rer.diviſ.* Guillelm.Benedict.*in cap.Raynut.in verb.& uxorem nomine Adelaſiam,num.*307. *&* 308. Caſtrenſ. *conſ.*56. *num.*2. *vol.*1. Alexand. *conſ.*76.*num.*6.*vol.*2.Covar.*in cap.peccatum,part.*2. *§.*9.*num.*8. *de regul.jur.in* 6. Hieronym. de Montr.

10 *in tractatu de finib. regund.cap.*11.*num.*14.† Sicut unus poteſt habere juriſdictionem in aliquo loco quoad unam, vel aliquas ſpecies & alius in eodem loco juriſdictionem quoad aliam ſpeciem : Capic. *deciſ.*96. *num.*9.Hieronym. de Mont.*in dicto tract.*

11 *cap.*78.*num.* 14.† Tamen in caſu propoſito aliud dicendum erat favore Epiſcopi, tum ex eo quod Imperator concedens Epiſcopo, & ejus ſucceſſoribus dictam Civitatem,habebat in ea jura ſupremi imperii & juriſdictionis : qua de cauſa conceſſa Civitate cenſetur etiam conceſſa juriſdictio,ut notat Pariſ.*conſ.*20.*num.*56.*lib.*1.Bald.*conſ.*245.*num.*1.

12 *vol.*3.† Præſertim verò quando Princeps concedit Locum, ſeu Civitatem cum clauſulis reſpicientibus univerſalitatem : quia ſi caſtrum concederetur tanquam ædificium particulare, non contineretur juriſdictio,ut dicit ad longum Pariſ. *dicto conſ.*20. *num.*50. *& ſequentib.lib.*1.Cancer.*lib.*3.*var.reſolut. cap.*13. *de jurib.caſtror.num.*30.*&* 31. Sed in caſu, de quo agitur,conceſſio Imperatoris facta erat jure univerſali,& cum clauſulis ampliſſimis ; & tamen generaliter ex ſimplici conceſſione Civitatis etiam juriſdictionem contineri, multi verius exiſtimant, prout de conceſſione ſupremi principis loquens, multi, rationibus probat Roderic. Suar. *allegat.*7.

13 *num.*9.† Quia conceſſio Principis largam & liberalem admittit interpretationem : Capiblanc. *de jur.Baron.pragmat.*8.*part.*1.*num.*48. ubi propterea concludit juriſdictionem in tali conceſſione contineri ; maximè ſtantibus clauſulis ampliſſimis in conceſſione contentis : Oldrad.*conſil.*252.*n.*8.*&* 9. cum pluribus aliis citatis per Barboſ. *de appellat.*

14 *verbor.c.*41.*num.*7.

Neque obſtare poterat Epiſcopo, quod in quibuſdam conceſſionis partibus fiebat mentio, quod conceſſio non ſolùm fiebat Epiſcopo,ſed etiam ipſi Eccleſiæ, his verbis : *Concedimus tibi, & tuæ Eccleſiæ* : & aliis in locis,*Eccleſiæ Matri* : Ex quibus videbatur etiam conceſſio facta favore Capituli.

15 † Quia verum eſt, quod verbum illud *Eccleſia tua*, eſt æquivocum,ut tradit Bellarmer. *conſ.*20. *n.*11. & copioſiùs Federic. de Senis *conſ.*296. *in princip.* Aliquando enim ſignificat Eccleſiam Cathedralem, *cap. clerici,de verbor ſignific.* Aliquando ad ſolum refertur Epiſcopum,*cap.novimus,eodem tit.cap. excommunicavimus, penult. verſ. damnati* verò *per Eccleſiam, de hæretic.* Aliquando verò nomen *Eccleſiæ* ſignificat Prælatum cum Capitulo, & omnibus quidem Corpus cum Canonicis conſtituunt, *c.per exceptionem,de privileg.in* 6.cum *ibi* notatis,*& cap. requiſiſti,de teſtament.* ubi nomen *Eccleſiæ* ſumitur pro Eccleſia Cathedrali ſeu principali. Eademque ratione nomen *Eccleſiæ Matris*, eſt ambiguum, & ſumi poteſt pro Epiſcopo ſolo, vel Capitulo ſolo,vel pro utroque conjunctim,ut advertit Gloſſ.*in cap.*1.*de ſentent. excommunic.in Clementin. in verbo,matricem,*Barboſ. *de jur.Eccleſiaſt.univerſ. lib.*2.*c.*1.*n.*18.

Vnde infertur, quod cùm Epiſcopus eſſet in poſſeſſione privativa juriſdictionis, & regalium, ſi Capitulum prætenderet excludere Epiſcopum, debebat ſuam intentionem concludenter probare,non

16 per probationes æquivocas. † quia reo & poſſeſſori ſufficit aliquo modo debilitare, & labefactare probationes actoris, Bartol.latè *in l.non ſolùm, §.ſed ut probari, ff. de novi oper. nunciat.* † Vltra quod ſi

17 aliqua adſit ambiguitas,illa declaratur per longiſſimi temporis obſervantiam, cùm in dubio pro poſſeſſore judicandum ſit, *cap. cum veniſſent* 6. cum *ibi* notatis,*de inſtitut.*

18 Vltimò res erat extra dubium ex eo, quod in conceſſione Imperatoris ſemper aderat diſcretiva loquutio inter Epiſcopum, ejuſque Eccleſiam, & Capitulum ; quæ diſcretiva loquutio oſtendit,dum de Eccleſia facta fuit mentio, Capitulum non eſſe comprehenſum : ut in ſimili arguit Bertrand. *conſ.* 276. *num.*2.*vol.*3.*part.* 1. ubi quod verba debent intelligi in eo ſenſu,quo per concedentem probata ſunt: & de diſcretiva loquutione, quod ex ea colligatur diverſitas diſpoſitionis tradit Merlin. *deciſ.* 801.*n.*11.*&* 825.*n.*20.

R. P. D.

CORRADO

Piſcienſis Juriſdictionis.

Veneris 24. *Martii* 1654.

PRO D. Præpoſito informante fuit reſolutum, concedendam illi eſſe manutentionem in quaſi poſſeſſione exercendi juriſdictionem in Caſtro Collis, & in Eccleſia Parochiali Sancti Laurentii in eo ſita,ac juris conferendi, ſive inſtituendi in eadem Eccleſia.

Quia cum ille ſit Ordinarius,in ejus Territorio, 18
quod nullius eſt Diœceſis,intra cujus fines eſt Caſtrum & Eccleſia prædicta, ut aliàs dictum fuit *in Piſcien.ſeu nullius Juriſdiction.* 27. *Octobris* 1584. *coram bon.mem.Cantuccio, deciſ.* 803.*ſub. numero* 4. *verſ. unde in hac cauſa parte* 1.*diverſ.& in alia Piſcien.ſeu nullius Juriſdiction.*16.*Decembris* 1593.*coram Gypſio deciſ.*798. *parte* 4. *earund* habet juris aſſiſtentiam pro ſe tam quoad juriſdictionem, ac ejus exercitium,juxta text.*in cap. conquerente,de offic.Ordin cap.cùm Epiſcopus,eod.tit.in* 6.*cap.cum venerabilis,*ibique Gloſſ. *in verb. Epiſcopale jus.& c.de Religioſ. domib.& cap.cum perſona,in fin.de privileg. in* 6. ac diſpoſitione S. Concil. *ſeſſ.*24. *de reformat. cap.*20. & fuit dictum *in Veronen.Juriſdiction.* 18. *Martii* 1596.*coram rec.mem.Card.Pamphil.*apud Marcheſ.*de commiſ.parte* 2. *fol.*601. Mantic. *deciſ.* 322. *ſub.num.*1.*& in recent.deciſ.*655 *num.*2.*verſ. hoc igitur ſtante,parte* 3.& penes Comitol.*deciſ.*26. *ſub numero* 1. *& ſeq.* quàm quoad Beneficiorum collationem,ſive inſtitutionem,*cap. omnes Baſilicæ,* 16 *q.*7.*d.cap.conquerente, de offic. Ordin. cap. quia diverſitatem,de conceſſ. præbend.* Rot. *in d. Veronen. juriſdict.* & penes Card.Gavaler.*deciſ.*193. *ſub n.*1. Durand.*deciſ.*226.*ſub n.*1. *verſ. quod jus conferendi,*

& c. & decis. 442. num. 1. vers. quæ visa fuit, ac in recent. decis. 382. sub num. 1. part. 2. & decis. 41. sub vers. unde consequitur, & c. & seq. parte 5. & decis. 247. sub n. 1. vers. ea moti præcipuè ratione, & c. cum seqq. parte 7.

20 Quæ quidem juris assistentia sufficit in jurisdictionibus pro manutentione, juxta text. *in d. cap. cum personæ, § si verò privilegium, in fin.* ubi DD. *de privileg. in 6.* Rot. penes Verall. *decis. 306. parte 1. & decis. 203. parte 2.* Card. Seraphin. *decis. 1499. sub numero 1. vers. unde quemadmodum, & c. ac in d. Veronen. jurisd. sub numero 1.* & penes Card. Mantic. *d. decis. 322. numero 2. vers. & quod Episcopus,* Cavaler. *d. decis. 193. sub numero 1. & in recent. d. decis. 382. part. 2. & d. decis. 655. sub numero 2. vers. unde ex sola hac assistentia juris, parte 3.* & penes Burat. *decis. 140. numero 2. vers. unde cum Episcopus, ac seq.* & Duran. *d. decis. 226. numero 2. vers. unde ex sola juris assistentia.* Etiam Ordinarij Episcopo inferioris, Rot. *d. decis. 798. numero 3. vers. quandoquidem, & c. cum seq. parte 4. diversi.* & penes Card. Seraph. *decis. 1052. & decis. 1402. numero 5. vers. & fuit latè comprobatum, & c.* Mantic. *decis. 391. numero 2. vers. unde cum Abbas,* Burat. *decis. 827. sub numero 1.* & Coccin. *decis. 346. sub n. 1. vers. & ratio prima partis, & c.*

Eóque magis, quia concurrunt plures actus facti, quibus illius quasi possessio re ipsa comprobatur, tum in exercenda jurisdictione in dicto Castro, ut apparet ex actis, processibus, & sententiis judicialibus exhibitis de anno 1556. ad annum 1646. & citra, *d. cap. conquerente, de offic. Ordin.* Rot. penes Card. Mantic. *d. decis. 361. sub numero 3. vers. de temporali etiam jurisdictione* : & san. mem. Greg. *decis. 325. sub numero 19. vers. probatur autem, & c.* & Burat. *decis. 219. numero 3. vers. ex ea itaque, & decis. 478. sub numero 2. vers. tum ex diversis actis, & c. cum seq. parte 4. tom 2.* Ac in eadem Ecclesia ex pluribus visitationibus continuatis de anno 1572. ad annum 1634. *d. cap. conquerente*, ubi DD. *de offic. Ordin. c. 1. § hanc autem, de cens. lib. 6.* Rot. *decis. 196. sub numero 2. vers. cùm visitatio, & c. parte 2. diversi.* & penes Card. Seraphin. *decis. 615. sub numero 2. vers. cùm visitatio*, & *decis. 1008. numero 4. vers. in qua continebatur, & c.* san. me. Greg. *decis. 304. sub num. 2. vers. cum actus visitandi, & c. & in recent. decis. 268. sub numero 2. vers. siquidem, & c. & decis. 398. num. 4. vers. præterea, parte 1. & decis. 577. sub numero 12. vers. per quod, parte 5. & decis. 118. sub numero 14.*

21 *vers. proinde, parte 7.* † Quæ ordinaria ejus auctoritate factæ censentur, Rot. penes sanct. me. Greg. *d. decis. 325. numero 24. vers. cùm autem, & c. & in Adrien. Jurisdiction. 30. Januarii 1623. coram bon. mem. Pirovano,* & comprobatur *in decis. 245. num. 4. vers. actus enim, & c. parte 1. recent.* tum in conferendo, sive instituendo in dicta Ecclesia, ac Beneficiis in ea fundatis de anno 1576. 1609. 1625. & 1643. *eod. cap. conquerente, de offic. Ordin. cap. ex frequentibus, & cap. cùm venissent, in princip. de instit.* Rot. penes Burat. *d. decis. 214. sub n. 9. vers. quia conferre, & instituere, & c. & in recent. decis. 214. sub n. 7. vers. id etiam magis procedit, & c. p. 3.*

22 Ac proinde efficaciùs concluditur, & justificatur illius quasi possessio etiam universalis, tanquam ab universali causa proveniens : juxta theor. Bald. *in repet. l. 1. sub numero 24. vers. tu dic quod magis est consideranda causa actus, quàm exercitium ipsius, C. de emancip. liber.* & respondit Rot. *in d. decis. 273. sub num. 2. in fin. vers. verum etiam, & decis. 501. sub numero 3. vers. non obstat quod non docentur de possessione, & c. parte 2. & decis. 22. sub numero 2. vers. sed quod Archiepiscopus, & c. cum seqq. parte 7. recent.* & penes Burat. *decis. 427. sub numero 11. vers. nam ex actibus subsequutis, & c.* Duran. *d. decis. 226. sub num. 3. vers. ex qua infertur,* & Coccin. *decis. 134. num. 1. vers. quo titulo.* Et propterea facilius manuteneri debet, juxt. text. *in § retinenda, Instit. de interd. & l. 1. ac tot tit. ff. & C. uti possidet.* Card. Mantic. *d. decis. 322. sub num. 2. vers. quod multò magis, & c.* Card. Cavaler. *d. decis. 226. sub numero 5. vers. præterea & c.* & Duran. *d. decis. 193. sub numero 3. vers. & tanto magis, & c. ac in recent. d. decis. 273. & decis. 382. & d. decis. 501. parte 2. & d. decis. 41. sub n. 2. vers. & hæc ipsa juris assistentia, & c. cum seqq. part. 5.*

Esto quod actus illi fuerint ab antecessoribus moderni Præpositi facti, cùm ei proculdubio suffragetur etiam ad hunc effectum illorum quasi possessio, quin potius ipsius Ecclesiæ, ut in specie respondit Rot. penes Coccin. *decis. 76. n. 3. vers. cum notis. sanum sit, & c.* Burat. *decis. 378. sub numero 3. vers. addatur quod, cum seqq. & in recent. d. decis. 501. sub n. 2. vers. & cessat omnis difficultas, & c. p. 2.*

Hæc autem quasi possessio Ordinarii prævalet contrariis actibus turbativis adversarii, juxta text. *in d. cap. cum personæ, § fin.* ubi DD. *de privileg. in 6.* & respondit Rot. penes Card. Seraphin. *decis. 473. in princip. vers. nam in tali casu, & c.* & Comitol. *decis. 26. numero 3. vers. & præferri debet, & c. cum seqq. per tot.* & Cavaler. *d. decis. 193. sub numero 1. vers. insuper, & sub numero 5. vers. præterea, cum seq. usque in fin. & d. decis. 382. par. 2. & d. decis. 41. n. 6. vers. quæ non sufficit & c. & numero 17. vers. ac demum, p. 5. & d. decis. 247. numero 19. vers. ad oppositio testium, parte 7. recent.* Præsertim cum gli testes rint post litem usque de anno 1584. introductam, & emanatam contra Præpositum, seu Commendatarium illius temporis, *decis. 803. parte 1. diversi.* Vel absente, ac inscio Præposito, Rot. penes Comitol. *d. decis. 138. sub numero 12. vers. nam & si haberet comestes,* Coccin. *d. decis. 26. sub numero 4. vers. non obstabat, & decis. 560. sub numero 1. vers. quantum ad testes, & d. decis. 655. sub num. 3. vers. præterim cum Abbas, parte 3. & d. decis. 41. sub numero 11. vers. visitationes, cum seq. parte 5.* Vel eo contradicente ac resistente, *ad l. 2.* ubi Gloss. *in verb. sciente, ac DD. C. de servit. & aqua,* Rot. penes Pur. *decis. 269. numero 3. vers. cum istis incorporalibus, & seq. lib. 1. correct.* Rot. *d. decis. 803. sub numero 7. vers. tum etiam & quartò. parte 1. diversi. & in recent. d. decis. 101. n. 4. vers. non obstat quod assistentia juris, & c. parte 2. & d. decis. 41. sub numero 11. vers. visitationes, cum seq. & decis. 546. sub num. 15. vers. quia cum actus, & c. parte 5.*

Et ita fuit resolutum informante tantùm præposito, altera tamen parte pluries citata, & requisita,

CAPVT CLXXVII.

Capitulum concedens prædium in emphiteusim tribus personis, & illorum descendentibus, cũ pacto reversionis, casu quo non extaret progenies ex ipsis, utrum extincta linea unius ex tribus possit Ecclesia petere portionem lineæ extinctæ, an verò alii descendentes alterius lineæ admittendi sint jure accrescendi.

SUMMA

SVMMARIVM.

1 *Vocata progenie, omnes ex eadem familia descendentes admittuntur, unus post alterum.*

2 *Vocata progenie, admittuntur etiam transversales, & similiter vocata prole.*

3 *Vocata prole, vel progenie in infinitum, omnes admittuntur, etiam transversales.*

4 *Quando agitur de emphyteusi antiqua, videlicet quæ habet originem à patre, aut alio ulterioris gradus, uno deficiente, alii admittuntur, excluso domino.*

5 *Differentia constitui debet inter emphyteusim hæreditariam, & eam quæ est ex pacto & providentia, seu conventionalis; in hac enim excluditur dominus, quandiu extat aliquis ex illa progenie.*

6 *In emphyteusi nova conventionali verius est locum esse juri accrescendi inter nominatos, ad exclusionem domini directi.*

7 *Quæ sit vis illius clausulæ*, ita quod aliquis non restaret ex illa progenie.

8 *Emphyteusis non revertitur ad dominum, quando pactum reversivum conceptum est per verba ablativi absoluti; veluti*, deficientibus descendentibus.

CAPITULUM cujusdam Ecclesiæ Regularis concesserat à longissimo tempore in emphyteusim Raymundo, & Ioanni ac Michaëli, Raymundi filiis, quædam prædia, cum pacto expresso in dicto contractu convento, quod si contingeret futuris temporibus, dictos Raymundum, Ioannem & Michaëlem filios suos prædictos, vel suos hæredes & successores, aut liberos liberorum in infinitum decedere, ita quod de ipsis non restaret progenies, quod dictæ possessiones seu prædia revertantur, & reverti debeant ad dictos Religiosos, aut successores eorundem in dicto monasterio.

Item fuit actum, & in pactum expresse deductum, quod dicti Raymundus, Ioannes, & Michaël, & sui non possint dare alicui personæ dicta bona immobilia, nisi de voluntate & consensu dictorum Religiosorum, seu eorundem successorum, nec etiam aliqualiter alienare, nec aliquem seu aliquos ibidem associare, nisi de voluntate & consensu, quibus suprà.

Nunc autem extincta linea unius ex dictis emphyteutis suprà nominatis, per obitum unius filiæ ab illo descendentis absque liberis dubitatum fuit utrùm portio dictæ emphyteuseos, quæ per dictum Raymundum possidebatur, reversa sit ad alios ex progenie Ioannis & Michaëlis provenientes, qui adhuc sunt in rerum natura.

In hoc dubio, Ego in hac fui sententia, dictum venerabile Monasterium fundatum non esse in jure reversionis, sed dictam portionem emphyteuticam, quam Raymundus possidebat, devolutam esse ad alios descendentes ex progenie Ioannis, & Michaëlis, in concessione emphyteutica comprehensos, & superviventes; cùm enim concessio facta fuisset sub pacto reversionis, casu quo dicti emphyteutæ, vel eorum hæredes & successores, aut liberi liberorum in infinitum decederent, ita quod de ipsis non restaret progenies: † sequitur omnes descendentes ex eadem familia & progenie, unum post alterum, ordine successivo ad bona emphyteutica esse vocatos: Franc. *in cap. si pater, num.* 110. *versic. Quartò qui veniant, de testament. in 6.* ubi dicit quod dum partes loquuntur *de progenie*, hoc nomine continetur tota linea descendentium, idem dicit Peregrin. *de fideicom. art.* 22. *numero* 23. addens, † quod si vocati essent omnes *de prole*, aut *progenie*, continerentur etiam transversales, in vim generalis loquutionis: Fusar. *de substit. quæst.* 335. *numero* 1. & *num.* 4. *versic. sed forsan verius est.* † Quod maximè procedit stante clausula, *in infinitum*, adjecta in dicta concessione, quæ operatur suum effectum absque præfinitione temporis. Barbos. *de dictionib. cap.* 63. *n.* 1. & 2. Fusar. *de substitut. q.* 381. *n.* 8. cum pluribus per eum citatis.

Neque poterat prætendere dictum Capitulum quod pluralitas resolveretur in suas singularitates, ita quod jus reversionis competat Capitulo domino directo, quando una linea deficit, ita quod non revertatur ad aliam lineam, quia contrarium verius est quando agitur de feudo vel emphyteusi antiqua, utpote quia habuerit exordium à patre, vel avo aut alio ulterioris gradus, & unus ex ejus descendentibus vocatus deficiat; putà si moriatur sine liberis feudi, vel emphyteusis capacibus, portionem sic morientis non reverti ad dominum, sed devolvi ad alios ex eadem progenie, & ab eodem acquisitore descendentes, ut decisum fuit in feudo, sive talis moriens ante acquisitionem, sive post illam deficiat, ut ex text. *in cap.* 1. *an agnati, vel filii*, & tradit Alexand. *consil.* 30. *numero* 9. *versic. Quintò, volumine* 1. Menoch. *consil.* 378. *numero* 59. *versic. quæ sententia.* † Et quod in emphyteusi dominus excludatur, & superstites ex familia admittantur, verius & receptius esse docet Bartol. *in l. si mihi & Titio, numero* 5. & 8. Castrens. *numero* 3. Iason *numero* 12. Alexand. *numero* 13 *ff. de verbor. obligat.* Quidquid in contrarium dixerit Bald. *in interpretatione ejusdem legis, versic. sed quid in emphyteusi*, cujus opinio forsan procedere posset si ageretur de emphyteusi hæreditaria: secus est in casu proposito, in quo tractatur de emphyteusi ex pacto & providentia; quo casu dominus excluditur in emphyteusi à superstitibus de familia existentibus, ut declarat idem Bald. *in l. unica, num.* 30. *versic. quid dicemus. C. quando non petent. partes petentib. accrescant*, & præterea in terminis quæstionis nostræ hanc sententiam adversus dominum directum tuetur Gratian. *discept. forens.* 271. *numero* 14. & *sequentib.* ubi hanc quæstionem bene examinat: Honded. *cons.* 36. *numero* 1. *volum.* 1. qui loquitur de emphyteusi antiqua, & hanc esse communem sententiam profitetur; post Iul. Clar. *in* §. *Emphyteusis, quæst.* 39. *versic. scias tamen*, & fusè Præses Bellon. *de jur. accresc. cap.* 6. *quæst.* 38. *numero* 5. ubi ad unguem examinata quæstione, concludit dominum directum excludi, quandiu remanet aliquis ex progenie primi acquirentis, in emphyteusi antiqua & conventionali ex pacto & providentia, qualis erat illa de qua agebatur.

Immò etiamsi ageretur de emphyteusi nova, dnobus vel pluribus simpliciter concessa, cum pacto quod post mortem ipsorum, aut filiorum ab eis provenientium, revertatur ad Ecclesiam, si quis ex ipsis sine liberis decesserit, ejus portio accrescit aliis, neque revertitur ad Ecclesiam, etiamsi non fuerit expressum, quod de uno ad alterum revertatur: quia hoc tacitè intelligitur, quod quandiu extat aliquis ex nominatis ad emphyteusim, seu illorum liberis, dominus directus maneat exclusus, ut post plures concludit Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 34. *n.* 24.

Quod indubitatum est in casu de quo agitur, etiamsi ageretur de emphyteusi nova, attenta illa clausula

clauſula appoſita in conceſſione facta per Eccleſiam, *ita quod de ipſis non reſtaret progenies*; quæ refertur ad progeniem cujuſlibet ex tribus inveſtitis, adeo ut quandiu aliquis in progenie ipſorum, & cujuſlibet eorum fuerit in humanis, dominus directus pactum reverſivum exercere non poſſit: ex notatis per Mantic. *dicto lib. 2 2. tit. 34. num. 30.* & benè per Gabriel. *conſ. 88. num. 6. vol. 1.* Cùm generatio non poſſit dici finita quotieſcunque adeſt aliquis ex acquirentibus, aut illorum deſcendentibus: ut ait Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 451. num. 9.*

8 Quod procedit etiamſi dictum non fuiſſet quod emphyteuſis poſt mortem omnium reverteretur ad dominum, ſed ſimpliciter pactum reverſivum fuiſſet conceptum per ablativos abſolutos, hoc modo: *Et ipſis, aut illorum filiis decedentibus, aut non extantibus, bona ad Eccleſiam revertantur*: hoc enim caſu locus eſt juri accreſcendi inter inveſtitos, & eorum deſcendentes inter ſe: Gabriel. *dicto conſ. 88. n. 6. vol. 1. & conſil. 66. n. 11. verſic. demùm, vol. 2.* & in ſimilibus terminis fuit deciſum apud Seraphin. *deciſ. 161. n. 1. & 2.* ubi teſtatur hanc eſſe magis receptam opinionem, & Gratian. *diſcept. forenſ. c. 707. num. 2. & n. 7. 8. & 9.*

CAPVT CLXXVIII.

Reſignans beneficium, ſi duntaxat fecerit mandatum ad reſignandum, cujus originale pœnitétia ductus laceravit, ſi Tabellio copiam dicti mandati reſignatario tradiderit (ipséque proviſiones in vim illius mandati obtinuerit, etiamſi beneficii poſſeſſionem adeptus ſit) nó eſt amovendus à ſuo beneficio, & poteſt uti remediis poſſeſſoriis adverſus prætenſum reſignatarium; & extractus ille mandati eſt invalidus, nullámque fidem facit, præſertim in Gallia, ex conſtitutionibus Regiis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad reſignandum eſt invalium, quando in extractu inſtrumenti dicti mandati reperitur nomen ejuſdem procuratoris diverſum ab eo quod eſt in originali.*

2 *Revocatio mandati ad reſignandum ſufficit quod fiat Notario, qui illud rogavit, antequam copiam parti traderet; ſi enim eo non obſtante, copiam expediat, incidet in crimen falſi.*

3 *Reſignatio facta in vim mandati revocati non eſt valida.*

4 *Regulariter extractus inſtrumenti mandati fidem facit, quamvis originale non reperiatur, quia culpa Notarii non debet nocere partibus; licèt contrarium multi teneant*, num. 5.

6 *Probabilior eſt ſententia, extractum fidem facere, quamvis Notarius culpa ſua, vel dolo amiſerit originale.*

7 *Qui producit extractum inſtrumenti, ſi habeat penes ſe originale, tenetur illud exhibere, vel jurare, ſi non habeat, quod dolo non deſiit poſſidere.*

8 *Extractum ſi petatur collationari cum originali, vel ſi pars contra quam producitur, declaret ſe velle impugnare de falſo, omninò originale exhibendum eſt.*

9 *In Gallia mandata ad reſignandum non valent, niſi in ſcripturam rediganter juxta formam à Regia ordinatione præſcriptam.*

10 *Quando agitur de contractu in ſcriptis celebrato, qui ad ſui eſſentiam requirit ſcripturam, extractus nullam fidem facit, ſi originale non reperiatur.*

11 *Ex Regia conſtitutione Ludovici XIII. Tabelliones tenentur mandata ad reſignandum in ſcripturam redigere, & originale cuſtodire, nec illud poſſunt partibus tradere ſub pœna falſi.*

PRIORATUM ſuum patruus nepoti reſignavit, ſeu mandatum ad reſignandum in favorem nepotis fecit, qui ſtatim, ubi Notarius publicaſſet, pœnitentia ductus illud revocare voluit, eundémque Notarium requiſivit, ut inſtrumentum publicum illius revocationis conficeret, quo facilius de ea conſtare poſſet. Cui Notarius reſpondit, non eſſe opus inſtrumento revocationis, ſed ſufficere quod mandatum, quod originaliter conſcriptum erat, ipſi reſignanti traderetur, prout in effectu traditum fuit, & ab ipſo reſignante, ut creditur laceratum: ſed tamen poſt aliquot menſes nepos iſte inſcio patruo, copiam mandati miſit ad Vrbem, & proviſiones dicti Prioratus obtinuit, & vigore commiſſionis in forma *Dignum*, approbatus fuit: quod ſcivit patruus litteras conſuetas à Curia Parlamenti obtinuit, & nepotem citari fecit. Vnde quæritur an adverſus nepotem fundatus eſſet?

Dixi in primis, conſultius fuiſſe patruo, ſi originale dicti mandati ſibi aſſervaſſet, illúdque non laceraſſet. Quia in ſimilibus mandatis nomen procuratoris ſolet omitti, ſed relinquitur duntaxat ſpatium in charta vacua, ut illius, qui procurator eligitur, nomen in illo ſpatio conſcribatur: hac itaque de ratione patruus alterius quàm illius qui ad conſentiendum reſignationi fuit adhibitus, nomen in originali appoſuiſſet, & ea ratione reſignatio, ſeu conſenſus præſtitus per eum, qui in originali non fuit nominatus, nulla eſſet: quod notat Bouchel. in *ſua ſumma beneficiali, in verbo*, Reſignation, verſice qui ſe faict, *fol. 986.*

Secundò hoc etiam certum eſt, quod ſi patruus verificare poſſet, ſe Tabellioni ſtatim poſt inſtrumentum confectum ſignificaſſe voluntatem ſuam circa revocationem mandati, & eundem ſibi in conſequentiam talis declarationis inſtrumentum originale mandati reſtituiſſe, omnia geſta in exequtionem talis mandati, nulla eſſent: cùm de jure ſufficiat mandati revocationem ſignificari Tabellioni inſtrumentum recipienti antequam copiam illius parti traderet. Si enim Tabellio, poſt factam ſibi talem ſignificationem, inſtrumentum mandati, ſeu copiam illius parti tradiderit, reputabitur tanquam falſarius. Rebuff. *in praxi, tit. de revocat. procur. ad reſignandum, numero 9.* Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 27. numero 20.* † Et reſignatio facta in vim mandati revocati, aut lacerati, nulla eſt omninò, & invalida: Pariſ. *de reſignat. libro 9. quæſt. 1. numero 44.* Rebuff. *in praxi, loco mox citato, numero 33.*

Tertiò, caſu quo patruus non poſſit verificare dictam revocationem, & cancellationem, ſeu lacerationem mandati ad reſignandum originalis, ſciente

sciente Tabellione prædicto, magna est in jure quæstio, utrùm copia, seu extractus ab eodem Notario subscriptus fidem faciat, quando originale illius non reperitur? In qua Baldi sententia fuit *in rubrica de fide instrument. num.* 20. extractum fidem facere, quamvis originale non reperiatur: quem sequuntur plures allegati per Gratian. *discept. forens. cap.* 877. *num* 25. *& c.* 468. *num* 41. Ea ratione, quia incuria, aut malitia Tabellionis, qui originale vel amisit, vel amittere voluit, partibus contrahentibus nocere non potest.

5 Verùm contrariam sententiam plures amplexi sunt, existimantes extractum mandati fidem non facere, si originale illius non reperiatur: quos ad longum refert Farinac. *in tract. de falsit. & simulat. q.* 153. *n.* 136.

6 Generaliter tamen loquendo, probabilius esset Curiam Parlamenti, in quo negotium terminari debet, amplexuram esse priorem sententiam, quam veriorem existimat Scholiastes ad Alexand. *cons.* 175. *num.* 4. *in verbo, Rogitus, volum.* 7 dicens instrumentum non vitiari, quamvis rogitus, hoc est protocollum, inter scripturas Notarii non reperiatur.

7 † Putat tamen, quod si producens instrumentum habeat etiam penes se protocollum, vel antigraphum, quam vocant *contra literam*, tenetur edere, vel se purgare medio juramento, indistinctè reprobans in hoc sententiam Ioan. Ferrar. *in practica, tit. de oppos. contra instrument. in verbo, dignoscitur esse falsum, num.* 7. qui tenet non debere quempiam cogi ad exhibendum instrumentum contra se. Et hæc sententia, quæ valt eum qui dicitur habere protocollum, teneri illud edere, vel se purgare medio juramento, se illud nec habere, nec dolo desiisse possidere, multo magis obtinebit in supremis tribunalibus, in quibus judicatur secundùm æquitatem: Immò & in Rota Romana, ex stylo illius Curiæ, qui habet penes se aliquod instrumentum, cogitur ad illius editionem, ut apud Ludovis. ubi Additio *decis.* 129.

8 Hæc cùm generaliter sic se habeant, multò magis attentis facti hujus circunstantiis obtinere debent, & Tabellio cogi ad declarandum utrùm originale mandati penes se habeat: & quatenus habeat, illud exhibere, attento quod dictus Prior vult impugnare extractum tanquam falsum, ex eo quod de eo nullum adest originale, ut dicit Alexand. *dicto cons.* 176. *numero* 4. *lib.* 7. Farinac. plures allegans *dicta quæst.* 153. *de falsit. & simulat. numero* 136.

9 Quod potissimùm in Gallia obtinere debet, ubi ex Regiis constitutionibus procurationes ad resignandum non valent, nisi in scripturam redigantur, & per resignantem subscribantur in præsentia duorum testium, qui habeant qualitates per Ordinationem requisitas: sic enim statuit Henricus II. *in constitutione edita anno* 1550. *art.* 3. quæ est forma essentialis, ut testatur Theveneau *ad constitut.*

10 *Reg. l.* 1. *tit.* 20. *art.* 1. †Quando autem agitur de contractu in scriptis celebrando, qui ex forma substantiali requirit scripturam, & sine ea consistere non potest, tali casu si nota originalis deperdita fuerit, extractus nullam fidem facit: teste Alexand. *dicto consil.* 175. *num.* 4. *vol.* 7. Roman. *cons.* 174. *num.* 7. & hanc esse communem Doctorum sententiam testatur Menoch. *remed.* 9 *adipisc. possess. num.* 742. Farinac. *de falsitate & simulat. quæst.* 153. *num.* 142. ubi alios allegat. Et sanè si aliter diceremus, hoc esset dare ansam Notariis, qui malè versari vellent, disponendi ad libitum de beneficiis, fabricando copiam resignationis, cujus nullum esset originale, in præjudicium publicæ fidei, & eorum qui beneficia possident.

Denique ut omnis tollatur difficultas, recurrendum erit ad edictum Ludovici XIII. felicis memoriæ, *sub die* 7. *Septembris anni* 1638. confirmatum *die* 5. *Ianuarii* 1647. primum quidem, *art.* 10. secundum verò *art.* 8. in quibus adsunt verba sequentia. 11

Injungimus Notariis de servando sollicitè originale dictorum mandatorum ad resignandum, cum inhibitionibus de illa remittendo partibus contrahentibus, sub pœna falsi, & nullitatis dictorum instrumentorum, & omnium damnorum, interesse & expensarum erga partes interesse habentes.

Vnde cùm Tabellio non posset exhibere notam originalem dicti mandati, fuit concluſum, illud non posse suffragari prætenso resignatario, qui visis supradictis rationibus, & habito peritorum consilio, renunciavit dictis provisionibus, & suam renunciationem patruo intimari curavit, ad evitandam expensarum condemnationem.

CAPVT CLXXIX.

Sententia, seu arrestum prolatum in suprema Curia Parlamenti contra resignantem utrùm præjudicet resignatario, præsertim si lata fuerit contra procuratorem dominum litis effectum. Et quibus in casibus sententia noceat successori in officio, vel beneficio, tam de jure communi, quàm ex speciali constitutione felic. recordat. Gregorii XIII. summi Pontificis. Quid dicendum sit, quando condemnatus per triennium & amplius remansit in possessione beneficii, post latam sententiam condemnatoriam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra resignantem antequam resignaverit, nocet resignatario; secus si post resignationem: sed vide infrà,* num. 5. & 11.

2 *Resignans dicitur mortuus civiliter in beneficio resignato, & quando mors civilis habeat eundem effectum, quem mors naturalis.*

3 *Sententia lata contra mortuum est nulla, aut saltem contra ipsam datur remedium restitutionis in integrum.*

4 *Sententia contra mortuum est valida, si procurator fuerit litem contestatus, quia durat mandatum. Intellige dummodo sententia feratur in personam domini.*

5 *Hoc non procedit in beneficialibus, immò sententia lata contra procuratorem qui litem contestatus est, non afficit resignatarium.*

6 *Ampliatur ut procedat in Rectoribus Hospitalium, & similibus administratoribus, quorum morte mandatum expirat.*

7 *Ampliatur iterum ut procedat tam in morte civili, quàm naturali.*

8 *Limitatur ut locum habeat si lis mota fuerit nomine Ecclesiæ, secus si pro interesse privato Prælati, vel administratoris.*

9 *Inſtantia litis tranſit in reſignatarium ; neceſſe tamen eſt quod ipſe citetur , ut acta illum afficiant : & hoc caſu omnia acta repetuntur unico contextu.*

10 *Sententia contra reſignantem lata nocet reſignatario ſcienti, & nihil opponenti , ad impediendam illius prolationem.*

11 *Ex conſtitutione ſummi Pontificis Gregorii XIII. ſententia lata contra reſignantem , indiſtinctè afficit reſignatarium , cui poſt litem motam facta fuit reſignatio.*

12 *Qui per ſententiam fuit declaratus inhabilis ad beneficium, non juvatur Regula de Triennali.*

13 *Cauſa ad Curiam devoluta per appellationem extrajudicialem , poſſeſſio ſemper remanet litigioſa , ideo poſſeſſor non poteſt dici pacificus triennalis , donec lis per ſententiam fuerit terminata.*

14 *Quando poſſeſſor beneficii obtinuit pro ſe ſententiam favorabilem, & tranſactam in judicatum, ſtatim efficitur pacificus.*

15 *Si poſſeſſor obtinuit ſententiam contra ſe , non dicitur pacificus , quamvis victor litem non fuerit proſequutus, niſi ſententiam illam poſſeſſor revocari curaverit.*

16 *Titulus dicitur diſcoloratus , quando poſſeſſor beneficii habet contra ſe ſententiam legis , vel hominis.*

PRoposita fuerunt quædam dubia ſuper impetratione cujuſdam beneficii regularis in Gallia, & inter cætera dubitatum fuit , utrum arreſtum latum contra reſignantem inſcio reſignatario , illóque non vocato , eidem reſignatario nocere poſſit, attento maximè quod reſignans poſt arreſtum latum ſemper remanſit in pacifica poſſeſſione ſui beneficii.

1 Hoc dubium reſoluitur ſub hac diſtinctione : Aut enim arreſtum latum fuit ante reſignationem, vel poſt : primo caſu , nocet reſignatario , ſecundo caſu , non nocet , niſi ipſo legitimè citato latum fuerit , cùm perinde ſit ac ſi ſententia, ſeu arreſtum
2 latum fuiſſet contra mortuum ; † cùm reſignans, facta & admiſſa reſignatione , illáque perfecta, cenſeatur veluti mortuus in illo beneficio : Pariſ. *de reſign. lib* 1. *q.* 16. *n.* 25. 30. *& ſequentibus*, hæc enim videtur quædam mors civilis , quæ naturali æqui-
3 paratur : *clement. fin. de procurat.* † Ergo ſicut ſententia contra mortuum naturaliter, eſt nulla, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 18. *num.* 24. aut ſaltem adverſus talem ſententiam competit remedium reſtitutionis in integrum , idem Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 243. *num.* 10. poſt Gabriel. *conſ* 50. *num.* 1. *lib.* 1. ubi loquitur de ſententia lata contra infirmum , adverſus quam datur reſtitutio , Ita & ſententia contra reſi-
4 gnantem mortuum civiliter in illo beneficio. † Eſt tamen verum, quod ſi procurator fuerit litem conteſtatus, & ea ratione effectus dominus litis , valet ſententia contra illum lata , & afficit dominum : Ludovic. *deciſ.* 396. *num.* 1. dummodo verba ſententiæ concipiantur in perſonam procuratoris , & non in perſonam domini : Gratian. *dicto cap.* 245.
5 *num.* 13. † Quod licèt procedat in cauſis profanis ; tamen in beneficialibus aliud dicendum eſt : nam ſi Prælatus nomine ſuæ Eccleſiæ , vel beneficiatus nomine ſui beneficii litem moveat, & ſententia proferatur contra procuratorem ab ipſo conſtitutum, qui factus ſit dominus litis per conteſtationem, ſi ſententia contra procuratorem ſic conſtitutum proferatur , mortuo conſtituente , talis ſententia non afficiet ſucceſſorem in beneficio, nec illi prajudicabit , quia mandatum expirat mortuo Prælato , vel beneficiato conſtituente : Mascard. *de tacit. convent. lib.* 7. *tit.* 23. *num.* 30. *per text. in clement. final. de procurator.* Trentecinq. *lib.* 2. *var. reſolut. de procuratoribus, reſolut.* 4. *n.* 4. † Qui hoc 4 ampliat *n.* 5. *& ſequentib.* ut locum etiam habeat in Rectoribus Hoſpitalium , Vicariis perpetuis , Rectoribus & Gubernatoribus Civitatum, & Univerſitatum, tutoribus, & aliis ſimilibus, quorum mandatum expirat mandatum ad lites per eos factum : † quod 5 iterum extendit *num.* 9. ut locum habeat non ſolum in morte naturali, ſed etiam in morte civili , vel in Prælato renunciante , depoſito , vel tranſlato, poſt Cardin. *in dicta clementina*, dicentem ita judicatum fuiſſe *in Rota Avenionenſi.* † Et quatuor prædicta locum habeant, dum lis intentata fuit nomine Eccleſiæ , tamen ſi actum fuerit pro intereſſe particulari ipſius beneficiati , & contingat ipſum mori poſtquam lis fuit conteſtata, & ſic res non eſt integra, tunc mandatum non expirat, & per conſequens ſententia lata contra procuratorem mortui eſt valida : Cardin. *in dicta Clement. final.* num. 3. Cæterum & cautius eſt, & ſecundum plurium tribunalium ſtylum obſervatum, ut ſucceſſores citentur ad reaſſumptionem cauſæ , ut teſtatur Barbol. poſt Bonacoſſam per eum citatum *in l. nulla dubitatio* 13. *Cod. de procuratorib. num.* 4. † Et licèt inſtantia litis tranſeat à reſignante in reſignatarium in eo ſtatu, in quo reperitur ; & ideo reſignatarius non poſſit mutare judicem in cauſa , quæ contra reſignantem fuerat intentata , ſed teneatur cauſam prædictam in terminis in quibus reperitur, Pariſ. *de reſign. lib.* 1. *quæſt.* 16. *n.* 10. *&* 14. Tamen inſtantia non tranſit ipſo jure, ſed neceſſe eſt ut ſucceſſor citetur, ad hoc ut in eum transferatur inſtantia : per text. in l. *edictum, ff. de judic. & l. orationi, ff. de feriis*: & tunc uno contextu repetuntur omnia acta, ut dicit Martha *conſil.* 83. *num.* 7. 8. *&* 9. Dixi *in tractat. de prævent. judic. part.* 1. *cap.* 30. *n.* 21. † Concludendum ergo eſt quod ſententia , ſeu arreſtum de quo agitur, ſi latum fuerit contra reſignantem poſt reſignationem perfectam , & publicatam , ſeu publicatam, non nocet reſignatario, qui litem ignorabat : nam ſi litis notitiam habuiſſet, & nihil dixiſſet, ſibi imputandum eſſet ; quia ſententia inter alios non nocet tertio ſcienti litem agitari , & nihil dicenti *l. ſæpe, ff. de re judicata, cap. penult. eod. tit.* Mascard. *conſ.* 319. *n.* 5. Duen. *Regul.* 274. *limit.* 1.

Cæterum ſi negotium in tribunalibus nullo decidendum eſſet, omne dubium ceſſaret, & procuratæ factæ etiam poſt ceſſionem , ſeu beneficii reſignationem contra cedentem , afficerent etiam reſignatarium , propter verba expreſſa Bullæ ſæpe recordat. Gregorii XIII. ſuper forma publicationis beneficiorum, cujus hæc ſunt verba.

Sed ne in beneficiis ſuper poſſeſſione vel proprietate litigioſis , litis proſecutio turbari valeat, vel differri, in cauſis hujuſmodi contra cedentem ad ulteriora, ac ad ſententiam definitivam, & rem judicatam ac ejus executionem (quouſque ille, qui gratiam ex reſignatione ſen ceſſione, qui ea omiſſa forma publicationis hujuſmodi obtinuit ad cauſam per ſe vel per procuratorem legitimum acceſſerit , litémque hujuſmodi ſuſceperit eodem modo & ordine procedi poſſit quo potuiſſet legitimè, ſi ceſſio hujuſmodi facta non fuiſſet ; ac quandiu interim ſic procedendo decretum & expeditum fuerit, ſive cum cedente, ſive contra eum, etiam poſtquam ipſe, vel quivis alius , incumbentia ſibi ſecundum præmiſſa præſtiterit , non ſolum circa fructus , ſed etiam circa poſſeſſio-

possessionem, & ipsum jus quod concessum est valeat omnino,& vim obtineat;illumque ipsum,cui gratia facta est,non minus afficiat, quam si ipso legitimè citato contra eum decretum,& executum fuisset;nec ipse adversus hæc, prætextu non acceptatæ gratiæ, vel illius ignoratæ, aut citationis, vel executionis adversus ipsum minimè mandatæ, aliáve ratione valeat excusari. Possit tamen ipse, etiamsi in lite & causa hujusmodi subrogatus non sit, quandocunque ad illius prosecutionem & terminationem venire,& à judice coram quo causam ipsam etiam ex delegatione pendere contigerit,in illis ipsis statu & terminis, in quibus tunc eam esse repererit, etiam absque rescripto speciali admitti. Hactenus summus Pontifex.

12 Sed tamen quamvis resignans per plures annos post condemnationem, beneficium de quo agitur pacificè possederit, non obstante arresto condemnationis, non ex eo convalidatur ejus titulus : cùm enim per arrestum Curiæ fuerit declaratus inhabilis ad hoc beneficium, illius titulus fuit omnino discoloratus, adeo ut illius possessio non possit dici pacifica ad affectum, ut ipse regula *de triennali* 13 fruì possit,ex notatis per Gomez *ad regul.de triennali, q.*54. † Vbi dicit, quod si causa per appellationem etiam extrajudicialem intimatam fuerit ad curiam devoluta, quamvis appellatio fuerit deserta, possessio tamen non definit esse litigiosa, nec dicitur pacifica, nisi per sententiam fuerit finita, vel sententiatum fuerit super desertione appellationis.

14 Quod tamen ut melius explicetur,duo casus distinguendi sunt.† Primus est, quando possessor beneficii sententiam obtinuit favorabilem:& hoc casu, ex tunc dicitur pacificus,etiamsi sententia non fuerit aliter executioni demandata, dummodo ab ea non fuerit appellatum, aut alitet transiverit in rem judicatam : quia satis est executa respectu possessionis, de qua agitur, quam penes se habet, & tueri potest:aliàs non potest dici pacificus,nisi postquam lis adversarii peremta est,vel appellatio ejus deserta, Papon. *lib.*8 *tit.*9.*arrest.* 2.

15 Secundus casus est, quando possessor condemnatus fuit per sententiam definitivam cõtra se prolatam:& hoc casu non dicitur pacificus, etiamsi victor sententiam exequi non fecerit, quamvis lapsum fuerit triennium : unde cùm lis adhuc duret, possessio non potest dici pacifica, nec possessor cõdemnatus potest se juvare Regula *de triennali*,alioquin victo sententia contra ipsum lata proficeret, 16 quod esset iniquum, *l. evidenter . ff. de re judicat.* † Ratio est,quia titulus dicitur incoloratus, quando quis licet titulum habeat ab eo,qui habet potestatem conferendi, vel eligendi, tamen jure suo privatus est per sententiam juris, vel hominis : Panormit.*in cap.cùm nostris,num.*23.*de concess prabend.* Gloss. pragmat. sanction. *in tit. de pacific. possessor. §.*2.*in verbo, coloratum.*

CAPVT CLXXX.

De resignatione beneficii triangulari, qua quis resignat alicui suum beneficium,ut resignatarius aliud quod obtinet, resignet suo consanguineo ; vel alteri. Mutuas resignationes esse validas, sive exprimatur titulus permutationis, sive nõ exprimatur. Summum tamen Pontificẽ triangulares, aut quadrangulares resignationes ex certa scientia admittere posse. Et ex quibus conjecturis colligi possit resignationem esse triangularem.

SVMMARIVM.

1 *Mutuæ resignationes sunt species permutationis.*
2 *Mutuæ resignationes fieri possunt exprimendo, vel non exprimendo, illas fieri ex causa permutationis.*
3 *Virum mutuæ resignationes fiant ex causa permutationis, sufficit illud colligi ex conjecturis.*
4 *Non præsumitur quod quis suo beneficio renunciet sine causa.*
5 *Resignatio, aut permutatio triangularis, aut quadrangularis,est nulla.*
6 *Hoc est verum, si id fiat præcedente firma conventione.*
7 *Explicatur* cap. penult.de rer. permut.
8 *Resignationes triangulares simoniacæ sunt.*
9 *Resignationes triangulares,aut quadrangulares sunt validæ, si interveniat authoritas summi Pontificis.*
10 *Papa non solet hodie concedere pensionem sub beneficio tertii,nisi sub certis conditionibus.*
11 *In Gallia non admittuntur triangulares resignationes; nec illas facilè summus Pontifex concedit.*
12 *Confidentia probatur per leviores probationes, quando agitur de repellendo illum, qui vult impetrare contra possessorem beneficii.*
13 *Præsumptio confidentiæ resultat ex diversis actibus factis eodem tempore,& eodem in loco,& coram eodem Tabellione, iidémque testibus, sine ullo temporis intervallo,& non divertendo ad extraneos actus.*
14 *Qui profecturus ad bellũ resignat,ut tertius aliud à resignatario beneficium consequatur, facilius præsumitur id facere per confidentiam.*
15 *Confidentia præsumitur in resignante, si aliquid imminebat, propter quod ipse resignans statim aliquid facere volebat, timens privationem sui beneficii,quam scibat se incursurum.*

COntendebant invicem Basilius, & Antonius super quodam Canonicatu : quia Basilius in Legatione provisus se potiorem esse asserebat, ob nullitatem tituli quo Antonius nitebatur, cùm fundatus esset in resignatione quadam triangulari facta per Petrum ejusdem Antonii authorem.

Iste siquidem Petrus fecerat mandatum ad resignandum,vigore cujus Antonius fuerat provisus, provisione tamen triangulari, quia eodem die quo Petrus mandatum fecerat ad resignandum Antonio, & cotã eodẽ Notario, iisdempue testibus,Antonius fecerat mandatum ad resignandum quasdam Capellanias in favorem patrui ejusdem Petri ; quia cum Petrus iturus esset ad bellum,& militiæ sæculari adscribendus,& sic nec Capellanias,nec Canonicatum possidere posset, Canonicatum verò patruo resignare non posset, quia jam in eadem Ecclesia Canonicus erat, procuravit ut suus resignatarius in compensationem Canonicatus dictas Capellanias ipsius resignantis patruo resignaret. Idcirco propositum fuit dubium, utrum collatio illa triangularis facta Antonio sustineri posset.

Super quo dubio dixi, regulam generalem esse, hujusmodi resignationes triangulares esse nullas &

1 de jure ſuſtineri non poſſe : † Mutuæ ſiquidem reſignationes ſunt ſpecies quædam permutationum, ut docet Garc. *de benefic.part.* 11.*c.*4.*num.*2. & bene determinat Gloſſ.*in Clement.*1.*in verbo,ex cauſa, de rer.permut.* † ubi dicit quod mutua reſignatio
2 fieri poteſt exprimendo, vel non exprimendo illam fieri ex cauſa permutationis,quia ſi non exprimatur, ſufficit illud colligi ex conjecturis Imol.
3 *in dicta clement.unica, num.*7. † ubi dicit quod licèt non exprimatur, mutuas reſignationes fieri ex cauſa permutationis,ſufficit tamē id colligi ex præcedentibus geſtis,vel dictis.Ancharan. *ibid. num.*3. Hoc etiam probari poteſt per teſtes, vel per inſtrumenta. Cardinal. Zabarell.*in dicta clement. unica,*
4 *n.*6.*in fine*, † quia non eſt veriſimile,quod quis beneficio ſuo renunciet ſine cauſa: *cap.ſanè,cap. veniens,cap.ſuper hoc,de renunc.*

5 Cùm igitur conſtet ex facti circunſtantiis, & nominatim ex identitate temporis, loci,Notarii, & teſtium, hanc reſignationem mutuam, eſſe veram permutationem triangularem, ſequitur illam eſſe proꝛſus nullam & invalidam.Petr.de Vbald. *in dicto tractat. de permutat. benefic. part. ult. n.*56. dicens quod ſi renuncio tibi meum beneficium, ut tibi conferatur,& tu meum beneficium, non mihi, ſed meo nepoti, aut conſanguineo reſignes, permutatio non ſubſiſtit : utrùm autem debeatur hoc caſu expectantibus,propter ſimoniam, diſſerit,
6 & concludit pro negativa, allegans Gloſſ. *in cap. ex parte* 1.*de offic.delegat.in gloſſ.*2.† quæ loquitur in caſu,quo nulla facta eſt firma conventio de reſi-
7 ſignando Tertio : † *& cap.cùm univerſorum,penult. de rer.permut.* in quo compermutans nullum fecerat pactum, nec expreſſum,nec præſumptum ; imò beneficium ſibi reſignatum proprio nepoti remiſerat,& recuſabat beneficium ſuum compermutanti reſignare; ideo dicitur, primum reſignantem ad
8 beneficium reſignatum redire debere. Qui caſus non pertinet ad reſignationem triangularem : † & propterea ſimiles reſignationes triangulares, vel quadrangulares, ſimoniacas eſſe aſſerit Pariſ. *de reſignat.lib.*14.*q.*7.*n.*63.Verall. *deciſ.*325.*p.*2.Achil. de Graſſ. *deciſ.*2.*de rer. permut.* Cockier. *in tractat.*
9 *de permut.benefic.part.*2.*c.*23.†Quod intelligendum eſt de permutationibus factis coram collatoribus ordinariis : aliud dicendum eſt de mutuis reſignationibus coram ſummo Pōtifice factis:ſi enim illas, quantumvis triangulares, aut quadrangulares, ex certa ſcientia admiſerit, purgatur omne vitium ſimoniæ,propter ſummi Pontificis authoritatem : ut teſtatur Cokier *in dicto tractat. de permut. benefic. lib.*2.*c.*25.*n.*1. dicens idem eſſe, quando tractatur de permutatione facta ſub reſervatione penſionis in favorem Tertii ſuper beneficio compermutato; dummodo ille ſit præſens,& conſentiens,ſuper cu-
10 jus beneficio imponitur penſio. † Et quod hodie Papa non ſolet facilè admittere reſervationem penſionis in favorem Tertii non reſignantis,niſi ſtudiorum causâ, in favorem pauperis, & de conſenſu poſſeſſoris beneficii : ſed nec ſolet hodie ſummus Pontifex ſimiles triangulares, aut quadrangulares reſignationes admittere : ut advertit Gonzal. *ad re-*
11 *gul.*8.*gloſſ.*14.*n.*59.*verſic.Immò nec Papa.*†Et tales reſervationes penſionum in favorem Tertii, nec permutationes triangulares.quibus beneficium dimittitur, ut Tertio conferatur, recipiuntur in Gallia,ſed ab eis appellatur tanquam ab abuſu,& abuſivæ declarantur : teſte Modern. Aquenſi *in tractat. de benefic. lib.*3.*tit.*11.*n.*10.

Vnde ſequitur firma concluſio,dictam mutuam reſignationem ſubſiſtere non poſſe : ſed Baſilium beneficii poſſeſſorem, in Legatione proviſum, excludere debere præfatum Antonium.Cùm enim Baſilius non agat de acquirendo beneficio, quod jam poſſidet, ſed de repellendo Antonium actorem, ſufficiunt illi leviores probationes confidentiæ dicti Antonii:† pro cujus verificatione, licèt regulariter exacta & concludens probatio requiratur, numen ſecus eſt ſi agatur ad effectum repellendi aliquem ab aſſequutione beneficii obtinendi,vel quando plures inter ſe contendunt de prælatione ; tunc enim ſufficiunt leviores probationes : Seraphin. *deciſ.*516.*n.*3.*&* 4.Addent.ad Ludovic.*deciſ.*238.*n.*1. *verſic. quod tamen procedit.* Addent.ad Burat.*deciſ.* 445.*n.*16.

Multò igitur magis removendus erit Antonius ſtantibus tot conjecturis triangularitatis confidentialis.Et primò quidem,quia utrumque mandatum ad reſignandum, tam per Baſilium, quàm per Petrum,factum fuerat in domo Antonii potentis viri, & coram eodem Notario, iiſdemque teſtibus, eodem anno,& die,& hora,& abſque ullo temporis intervallo,aut diverſione ad extraneos actus; quod eſt magnum argumentum ſimoniæ, vel confidentiæ. Pariſ.*de reſignat. lib.*14.*q.*9. *n.*10. ubi loquitur de ſimonia : de confidentia verò loquitur *in tract. de confidētia,q.*51.*n.*9.Garc.*de benefic.p.*11.*c.*3.*n.*169. *verſic.nec prædictis refragatur,& verſic.quod Franciſco.* Vbi dicit,quod licèt ex correſpectivitate non oriatur præſumptio confidentiæ, vel ſimoniæ, quando inter utrumque actum adeſt temporis intervallum ; ſecus tamen eſt quando utique actus eodem tempore, nullo alio extrinſeco actu interveniente,geſtus eſt : idem tenet Rot. apud Cæſar. *conſil.*75. *n.*54.

Præmiſſis accedit alia conjectura, nempe quod agebatur de patruo reſignantis, videlicet Petro, qui cùm non poſſet beneficium compermutanti poſſidere,cùm ille clericatum deſereret, & militiæ ſeculari quamprimùm adſcribendus eſſet, eáque de causa beneficium ſuum reſignaret, quod patruus ſuo reſignare non poterat,quia jam in eadem Eccleſia,in qua conſiſtebat Canonicatus per Baſilium reſignatus, idem patruus alium canonicatum habebat, hanc excogitavit cautelam, ut alteri Canonicatum ſuum remitteret, qui non ſibi, qui incapax futurus erat ; ſed patruo alia beneficia in compenſationem ſuæ reſignationis remitteret : ex quo oritur præſumptio confidentiæ, tam ex conſanguinitate dicti patrui,Pariſ.*de reſignat.lib.*14.*q.*4.*n.*11. *&* 12.quàm ex futura ſtatim incapacitate dicti Baſilii, ex quo fraudis oritur conjectura, ut teſtatur Cokier *de permutat.benefic.part.*3.*c.*1.*n.*7.† Vbi dicit, quod fraudulentæ permutationis conjectura oritur ſi aliquid imminebat tempore renunciationis, propter quod beneficium reſignantis de præſenti erat vacaturum : Quod potiſſimùm locum habere aſſerit *n.*8. ſi agatur inter patruum,& nepotem ut in ſpecie caſus noſtri,& determinat Pariſ.*in tract. de confidentia,q.*9.*n.*24.*& ſequent.* ubi dicit quod aliquis exiſtens in minoribus Ordinibus habeat beneficium, & velit ad bellum proficiſci, ne illud amittat,poteſt confidere de amico circa fructus,vel titulum ſui beneficii,quo caſu eſſet commiſſa confidentia. Et ex his concluſum fuit in favorem Baſilii.

CAPVT

CAPVT CLXXXI.

Abbas commendatarius quam potestatem habeat in beneficiis regularibus sibi cõmendatis. Liberam illi administrationem competere in beneficiis commendatis, necnon jus præsentandi, quod est in fructu. Vtrũ possit instituere, vel destituere Priores; vel novitios recipere; aut jurisdictionẽ in Monachos exercere, aut Monachos corrigere. Quid si Abbas commendatarius sit Cardinalis, cujus potestas major est aliis commendatariis inferioribus. Vtrùm professus alterius Ordinis, aut sæcularis, possit præesse Capitulo, præcedere in clero; beneficia conferre, Sacristam perpetuum deputare, & similia peragere, & deficientibus Religiosis illius Regulæ, alios Regulares, aut in subsidium alios sæculares deputare. Et quod jura competentia non Reformatis transeant ad Reformatos in illorum locum à summo Pontifice subrogatos.

SVMMARIVM.

1 *Ius præsentandi, eligendi, & instituendi, numeratur inter fructus beneficii.*
2 *Abbas commendatarius potest locare prædia sui beneficii.*
3 *Idem Abbas potest nominare, eligere, & præsentare ad beneficia.*
4 *Abbas commendatarius habet liberam administrationem in spiritualibus & temporalibus.*
5 *Abbati commendatario possunt delegari causæ à summo Pontifice, sicut & titulari.*
6 *Abbas commendatarius non potest instituere, aut destituere Priorem obedientiarium.*
7 *Vtrum possit novitios recipere, & in Monachos jurisdictionem exercere.*
8 *Commendatarius habetur pro vero Prælato, & in Gallia jurisdictionem exercet saltem correctionalem; maximè si sit Cardinalis.*
9 *Abbas commendatarius Cardinalis habet jurisdictionem in Monachos; novitios recipit, & alia facere potest quæ cæteris commendatariis non competunt.*
10 *Simplex Abbas commendatarius, si non sit Cardinalis, non succedit in peculio Monachorum*
11 *Abbas commendatarius, quamvis professus alterius Ordinis regulam est verè Prælatus, & est caput Capituli.*
12 *Abbates commendatarii fulgent iisdem honoribus quibus Titulares, & præcedunt in comitiis generalibus Galliæ, juxta ordinem antiquitatis.*
13 *Commendatarius Cardinalis deputat Sacristam perpetuum.*
14 *Consuetudo observanda est aut etiam fundatio, quando agitur de potestate Abbatis commendatarii.*
15 *Deficientibus Monachis alicuius monasterii possunt deputari Monachi ex alio Monasterio, & in eorum defectum sæculares.*
16 *Quantum fieri potest superiores Conventuum deputari debent ex eodem Ordine, & eodem habitu.*
17 *Clerici sæculares possunt compelli ad acceptandum beneficium regulare in subsidium, deficientibus Monachis.*
18 *Quando facta fuit reformatio alicuius monasterii, omnia jura non Reformatorum transeunt ad reformatos.*
19 *Nominatio facta per Reformatos, debet fieri eo modo quo antea fiebat per non Reformatos.*

VNito quodam primatu Ordinis sancti Benedicti cuidam Domui Regulari, dum agere tur de nominatione Monachorum clausttralium, videlicet Sacristæ perpetui, & trium amovibilium, quæsitum fuit in primis, utrùm jus nominandi & deputandi præfatum Sacristam perpetuum, & Monachos amovibiles, spectaret ad Abbatem commendatarium, qui Cardinalitia dignitate fulgebat; an verò ad priorem Ordinis, qui hoc jure ante dictam unionem fruebatur.

Secundò quæsitum fuit, utrùm posito quod Cardinalis Abbas habeat jus nominandi, utrum possit nominare Religiosos professos, alterius Monasterii, ejusdem tamen Ordinis, si non reperiantur aliqui professi ejusdem Monasterii.

Tertiò, si in toto Ordine non reperiantur aliqui Monachi capaces ad dicta beneficia exercenda, aut si capaces sint, tamen exercere nolint, aut non possint, utrum deputati possint Presbyteri sæculares in locum ipsorum.

Quartò, quatenus jus nominandi pertineat ad Regulares, utrum jus nominandi pertineat ad Reformatos ejusdem Ordinis, & sub quibus formis conditionibus.

Super quibus dubiis respondendo dixi in primis, jus præsentandi, eligendi, & instituendi pertinere ad Abbates commendatarios: quia jura hujusmodi sunt in fructu: *cap. consultationibus*, & *ibi* Gloss. *de jurepatronat.* Gloss. *in cap. cũ olim, de majorit. & obedient.* Rebuff. *in praxi. tit. de cõmend. n. 60. & 61.* post Anchar. *in cap. nemo, de elect. lib. 6.* † Vnde 2
sicut potest locare fructus & prædia, *cap. vestra, de locato, cap. fin. ne prælati vices suas, cap' cum nobis olim, de electione*, Rebuff. *loco citato, n. 62.* † & ita no- 3
minare, eligere, vel præsentare. Gonzal. *ad regul. 8. gl. ff. 5. §. 8. n. 12.* † ubi dicit tales Abbates commen- 4
datarios liberam habere potestatem in spiritualibus, temporalibus: Post Panorm. *in dicto cap. cum nobis olim, de elect. in ultimo notabili*, Rebuff. *de pacific. possess. n. 45.* & apud alios *n. 52. & 53.* † dicens Ab- 5
bati commendatario posse delegari causas à Romano Pontifice, sicut Abbati Titulari; & hoc in Gallia observari; quibus addi potest Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib. 3. c. 9. n. 41.* Patis. *de resignat. lib. 2. q. 17. n. 13. & 14.* apud quos Authores tota materia commendæ perpetuæ copiosè declaratur.

Et licèt Abbas commendatarius non possit in- 6
stituere, vel destituere Priorem obedientiarium sed hæc facultas pertineat ad Vicarium ipsius Abbatis ut judicatum fuisse in Parlamento Parisiensi *die 20. Junii 1521.* testatur Codex decis forens. *lib. 1. tit. 11. decis. 3.* † sicut nec potest talis Abbas no- 7
vitio ad professionem admittere, cum non habeat spiritualem censuram in Religiosos; *Clement. quia regulares, de supplend. negligent. prælator. cap. final. §. præcipimus, de statu Monachor.* potest tamen in Clericos Ecclesiæ sibi commendatæ, non solum apud Gallos, sed etiam in Italia, & alibi

ſecundum aliquos juriſdictionem exercere : ut per
8 Boër. *deciſ.* 271. *num.* 3. *verſic. ſed correctio*, Cod. Fabrian *lib.* 1. *tit.* 3. *definit.* 34. † ea ratione, quia commendatarius pro vero Prælato & Titulario habetur; quandoquidem commenda ipſa, titulus eſt diſpenſatorius : ut bene probat *ibid. n.* 1. dicens quod cum quidam Abbas commendatarius juriſdictione ſua in Monachos uſus eſſet ad morum correctionem, illi autem tanquam ab abuſu appellaſſent, Senatus celebertimo arreſto pronunciavit rejiciendam eſſe appellationem, Abbatique tam ex jure, quàm ex conſuetudine permittendam eſſe morum correctionem : Sed tamen Chopin. *lib.* 2. *de ſacra politica. tit.* 8. *num.* 13. *&* 26. *& lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 10. *& lib.* 2. *tit.* 1. *num* 19. contrarium verius eſſe exiſtimat, videlicet juriſdictionem correctionalem ad Abbatem commendatarium non ſpectare; quamvis in hoc attendendam eſſe conſuetudinem, verius ſit, illáque ceſſante, doceat experientia opinionem Boërij & fabri veriorem eſſe, & obſervari ſaltem in Gallia: & annis præteritis, Eminentiſſimus Cardinalis de Richelieu varias fieri mandavit proceſſuras & citationes contra quendam Monachum Ordinis Cluniacenſis ſancti Benedicti, quem ego aliter defendere non potui, quam propter decrepatam illius ætatem, infirmitates varias; ob quas dictus Eminentiſſ. Cardinalis illum à citationibus perſonalibus reiteratis exemit, & exemptum declaravit.

9 Sed quomodocumque res ſe habeat, jura Abbatis commendatarii majora ſunt, & certiora, quando agitur de Cardinali Abbate commendatario; is enim & novitios poteſt ad profeſſionem admittere, ut deciſum fuit apud Peleum *lib.* 1. *action. forenſ. cap.* 17. Chopin. *lib.* 1. *monaſtic. tit.* 2. *numer.* 2. clauſtrali præfecturæ Præpoſitos removere, idem Chopin. *de domanio, lib.* 3. *tit.* 29. *num.* 6. item & Monachos corrigere quoad mores, ut contrarias opiniones conciliando tradit Ferret. *in nova addit. ad Guid. Pap. deciſ.* 599. Bleynian. *in tractat. de benefic. in titulum & commend. n.* 24. *in gloſſ. F.* Quamvis Chopini veriorem eſſe ſententiam exiſtimet Ferr. *loco citato*, ut ſcilicet Abbas commendatarius, qui non eſt Cardinalis, non habeat in monachos correctionem, nec novitiorum profeſſionem recipere
10 poſſit † ſicut non poteſt etiam talis Abbas ſuccedere in peculio monachorum, allegans ad hoc Chopin. *de ſacra politica, lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 20. *&* 21. Quæ autem mox diximus de Abbatibus Cardinalibus, latiùs comprobantur apud Tornet. *in ſua recollectione arreſtor. littera A. num.* 9. verſic. *c'eſt une maxime.*

11 In actibus verò capitularibus poteſt Abbas commendatarius, licet ſit profeſſus alterius Ordinis regulam, aut etiam ſæcularis, illa omnia exercere quoad actus capitulares, quæ poteſt proprietarius, in cujus locum ſubrogatur; quandoquidem eſt verè Prælatus : Hieron. Roderic. *quæſt. regu. cap.* 1. *numer.* 15. Emmanuël Roderic. *tom.* 2. *quæſt. regul.* 52. *art.* 7. ubi iſti Abbates commendatarii perpetui, ſunt caput Capituli, ſine quo geſta firmitatem minimè obtinent.

12 Fulgent etiam iſti Abbates commendatarii ſolitis honoribus, & jus habent ſuffragii in comitiis generalibus Clerici Gallici, Louet *littera B. n.* 12. & habent præcedentiam in Clero, ſicut veri Titularii, ſecundùm ordinem antiquitatis ſuæ receptionis: Loyſeau *tit. des offices, lib.* 5. *cap.* 6. *des offices Eccleſiaſtiques. num.* 25. ubi tamen denegat juriſdictionem correctivam hujuſmodi Abbatibus; eadem ratione qua ipſis denegantur inſignia Epiſcopalia.

Redeundo itaque ad deciſionem dubii propoſiti, concludendum eſt, jus nominandi, & deputandi Sacriſtam perpetuum ad Dominum Abbatem Cardinalem Commendatarium pertinere, † niſi in contrarium adeſſet conſuetudo, ſeu fundatio, cujus tenorem omnino inſpiciendum eſſe concludit in ſimili caſu Rebuff. *conſil.* 77. *num.* 1. ubi dicit Abbatem commendatarium, beneficia conferre poſſe ſine conſenſu monachorum, niſi conſuetudo vel fundatio ſit in contrarium : ſtante enim diuturna conſuetudine nominandi introducta in favorem Superiorum Regularium adverſus Abbatem commendatarium ſtandum eſſet illi conſuetudini, & attendendus ultimus actus poſſeſſorius: *cap. conſultationibus, de jurepatronatus, cap. quærelam, de eleſtione, cap. cum olim, de cauſa poſſeſſionis & proprietat.* adeo ut talis conſuetudo ſit obſervanda; quamvis non fuerit præſcripta : Rot. *deciſ.* 337. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* Addit. ad Ludoviſ. *deciſ.* 77. *&* 212.

Secundò reſpondendo ad ſecundum, & tertium dubium, dixi, deficientibus Monachis illius monaſterii, nominari poſſe Religioſos ex alio monaſterio : & deficientibus perſonis Religioſis, nominari & deputari poſſe Presbyteros ſæculares, quia neceſſitas non habet legem : ita probat Rebuffus *concordat. in tit. de collationib. §. volumus autem, in verbo, & conformitatem:* † ubi dicit quod regularis nominatio & collatio fieri debet perſonis ejuſdem ordinis, & Religionis *cap. Deus qui de vita & honeſte cleric.* cùm non ſit conveniens ut inter Monachos, aliqui gerant habitum nigrum, alii verò album : tamen deficientibus Monachis nigris, beatus conferri poſſunt Monachis albis: ſicut deficientibus Regularibus, poſſent beneficia Regularia conferri perſonis ſæcularibus; quia neceſſitas facit licitum quo aliàs eſſet illicitum : ut bene probat Rebuf. *loco citato, fol.* 1012. *col.* 2. Pyrr. Cottad. *in prax. diſpenſat. Apoſtolicarum, lib.* 6. *c.* 1. *num.* 13. *verſic. hæc.* ubi ponit formam proviſionis factæ Regulari propter defectum perſonæ ſæcularis. Idem probat Gonſal. *ad reg.* 8. *gloſſ* 8. *n.* 43. † Imo deficientibus Monachis, poterunt Clerici ſæculares compoſiti ad acceptandum beneficium Regulare : Gonz. *dicta gloſſ.* 8. *num.* 45. Et ſupradicta probant traditis per Garz. *de benefic. parte* 7. *capite* 10. *numero* 26.

Ad quartam quæſtionem reſpondetur, totum illud jus nominandi, quod non reformatis competebat, tranſlatum fuiſſe ad Reformatos, niſi in contrarium obſtent Bullæ Apoſtolicæ ſuper reformatione emanatæ: quia Reformati non conſtituunt novam Regulam, cùm non differant in tribus votis ſubſtantialibus, videlicet paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, in quibus tribus votis conſiſtit eſſentia profeſſionis Religioſæ. Rot. *deciſ.* 333. *n.* 1. *& p. recent.* † Quam nominationem caſu quo illis competeret (quã tamen illos facere non poſſe ſuperius *n.* 13. *&* 14. oſtenſum fuit, niſi obſtet conſuetudo vel Bulla,) facere deberent ſub eiſdem modis, formis, & conditionibus, ſub quibus antiqui facere debuiſſent, tanquam in eorum locum ſubrogati : argumento *leg. eum qui injuriarum*, & *ibi* DD. cum aliis vulgatis, *ff. ſi quis cautionibus.*

CAPVT

CAPVT CLXXXII.

De matrimonio contracto inter Catholicos & hæreticos, in locis utriusque religionis professores permixtim vivunt: Et quale peccatum committant Catholici contrahentes cum hæreticis, in locis, ubi exercitium prætensæ religionis non est licitum: Et de validitate edicti generalis facti per Episcopum, quo prohibentur similia matrimonia; utrum matrimonium contractum contra prohibitionem Episcopi, sit validum: & quæ pœna imponi debeat contravenientibus. De matrimonio contracto in præjudicium litis pendentis super illius validitate. Si contrahentes mutaverint domicilium animo fraudandi dispositionem Concilii, utrum matrimonium in illo domicilio contractum, sit validum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium inter Catholicos & hæreticos est validum; sed regulariter sic contrahentes peccant mortaliter.*

2 *Quod dictum est de matrimonio contracto cum infideli, locum etiam habet in matrimonio contracto cum apostata à fide, vel schismatico.*

3 *Ecclesia dispensare potest ut fidelis matrimonium contrahat cum infideli ex justa causa.*

4 *Pœna confiscationis dotis non habet locum quando mulier Catholica cõtrahit ignoranter cũ hæretico.*

5 *In locis, ubi liberum est commercium inter Catholicos & hæreticos, Catholicus contrahens cum hæretica non peccat.*

6 *Pactum quo convenitur quod liberi ex matrimonio cum hæretica contracto procreandi, educari debeant in hæresi, est impium & irritum.*

7 *Si puella hæretica sit parata abjurare: matrimonium est validum.*

8 *Nullus Prælatus summo Pontifice inferior potest imponere impedimentum matrimonii ultra impedimenta juris.*

9 *Parochus, vel Prælatus possunt suspendere ad tempus matrimonium ex causa.*

10 *Matrimonium contractum contra prohibitionem Episcopi, est validum: sed in pœnam contemptus conjuges separantur ad tempus, non in perpetuũ.*

11 *Quando adest periculum incontinentiæ in conjugibus contra prohibitionem contrahentibus, pœna separationis temporalis commutanda est in aliam pœnam arbitrariam.*

12 *Pœna suspensionis usus matrimonii non debet imponi illi ex conjugibus, qui ignoranter contraxerit contra prohibitionem Episcopi.*

13 *Matrimonium contractum lite pendente super validitate alterius matrimonii propter impedimentum dirimens, aut etiam pendente appellatione est nullum.*

14 *Licitum est tranferre domicilium ad alienam diœcesim, ut ubi contrahatur matrimonium secundum mores illius regionis, quãvis id fiat in fraudẽ*

15 *Fallit ubi partes non habuerunt veram & firmam intentionem contrahendi domicilium in illo loco.*

DVæ difficultates propositæ fuerunt circa matrimonium, quod celebrandum erat inter puellam quæ profitebatur prætensam hæreticorum religionem, & virum Catholicum, quod impediebat Episcopus loci Diœcesanus, qui per decretum generale prohibuerat matrimonium celebrari inter viros Catholicos & fœminas hæreticas; quamvis ipsæ declararent se velle admitti ad Religionem Catholicam, nisi ipsæ in tali voluntate durantibus tribus mensibus persisterent.

In hac quæstione cautè omninò procedendũ est: si enim in his partibus summo Pontifici immediatè subjectis quæstio decidenda esset, non admitteretur hujusmodi matrimonia; cùm apud nos, hæreticis nõ sit licitum continuam habitationem facere: sed quia agebatur de matrimonio in Gallia contrahendo, ubi liberum est exercitium prætensæ religionis, † Concludendum est in primis, ex juris communis dispositione matrimonia inter Catholicos & hæreticos esse valida: quamvis generaliter loquendo, illi qui similia matrimonia contrahunt, committant peccatũ mortale, remanente nihilominus firmo & valido matrimonio: ut testatur Ricciul. *de jur. person. extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 2. c. 2. n. 24.* † Vbi idem dicit de matrimonio contracto cum schismatico, vel apostata à Religione; & de alio quocũque baptizato, † ubi amplius dicit Ecclesiam posse dispensare ut fidelis contrahat matrimonium cum infideli, ut per eundem *ibid. n. 25.* post Sanch. *de matrimon. lib. 7. disput. 71. n. 10.* asserentem summum Pontificem hoc non concessurum sine urgentissima causa; tamen si concedat, validũ erit omnino matrimoniũ; idque ratione potestatis quã Ecclesia habet erga personam fidelem, ut possit illius matrimoniũ cum infideli irritare: & ideo cùm ejusmodi matrimoniũ jure solo Ecclesiastico irritum sit, nõ frustratur sua validitate, quamvis dispensatio sine legitima causa facta fuerit: & eandem sententiam sequitur Gutier. *in tract. de matrimonio, cap. 104. num 6.* rejecta plurimorum contraria sententia, dicens hoc bene probari *in cap. decrevi, versic. quod intelligendum, de hæreticis, in 6.* ubi nisi fortè mulieres ipsæ cum viris matrimonia contraxissent, quos hæreticos tunc sciebant, ubi constant non irritari matrimonia inter Catholicos & hæreticos, † sed solùm imponi pœnam confiscationis dotis uxoris: cui tamen locũ non esse decernitur: quando mulier Catholica cum hæretico ignoranter contraxit: hoc idem docet Bonacin. *in tract. de matrimon. quæst. 3. punct. 7. n. 1.* ubi confirmat hanc sententiã locum habere jure Ecclesiastico, cum non intercedat disparitas cultus inter fidelem, & hæreticum, vel apostatam, vel excommunicatum, cum omnes isti sint baptizati: committitur tamen grave peccatum, quando contrahitur matrimonium cum hæretico, tum propter prohibitionem Ecclesiæ, *capit. non oportet, capit. cave, 28. q. 1.* tum propter periculum pervertionis: Sanch. *dicto lib. 7. disput. 72. numero 4.* nec non etiam ob periculum prolis, quã hæreticus contenderet trahere ad suam fidem, ut per Sanch. *dicta disput. 71. n. 7.* Prædictis accedit Basil. Pont. *in tract. de matrimon. fidelis cum infideli, cap. 1. num. 1.* ubi alios allegat, dicens ita apud omnes receptum esse, talemque communem esse Ecclesiæ consuetudinem; cùm non soleant isti conjuges ad invicem separari. Vnde concludendum est ex veriori & receptiori sententia dicta matrimonia esse valida, nec irritati posse etiam in locis, ubi non est liberum commercium inter hæreticos & Catholicos.

In locis autem ubi licitum est inter ambos commercium,

mercium, veluti in Gallia, Germania, & Polonia, ubi ex recepta conſuetudine hæretici cum Catholicis proximè convivunt, & ex recepta conſuetudine tolerantur hujuſmodi conjugia, non ſolùm valida ſunt matrimonia inter diverſæ profeſſionis perſonas, ſed etiam Catholicus non peccat contrahens cum hæretica, dummodò non fiat aliquod pactum, per quod Catholicus impediatur in libero exercitio ſuæ veræ Religionis; † nec etiam fiat aliquod pactum circa relationem liberorum in hæreſi, nam alioquin hujuſmodi pactum eſſet impium & irritum: ut probat Gutier. *dicto c.*104. *n.*7. *&* 8. Sanch. *dicta quæſt.*72.*n.*5.& in *præcept. Decal.lib.*2. *c.*9.*n.*9 Bonacin. *loco citato, n.*2. *verſic. additque id non procedere.* Baſil. Pont. *loc.cit.c.*5.*n.*4. *&* 5.

Ex quibus patet multo magis validum futurum eſſe matrimonium, ſi puella quæ hactenus hæreticam ſectam amplexa fuit, hæreſim adjurare parata ſit, & ad fidem Catholicam converti, ut determinat Baſil. Pont. *dicto c.*5. *n.*1.

Neque hoc caſu obſtabit validitati matrimonii decretum illud, ſeu edictum generale Epiſcopi, quo ordinavit non poſſe contrahi matrimonia inter Catholicos & hæreticos, niſi ſponſus hæreticus ad fidem Catholicam converteretur, & in illa per tres menſes ante contractum matrimonii perſiſtat. † Ratio eſt, quia nullus Prælatus ſummo Pontifice inferior, reddere poteſt perſonam inhabilem ad matrimonium cum alia perſona contrahendum, cum qua alioquin de jure contrahere poſſet: ut reſolvit Sanch. *dicto tractat. de matrimon.lib.*7. *de impedim. diſput.*1. *num.*9. quia licèt olim Epiſcopi id facere poſſent, hodie tamen hoc ſoli ſummo Pontifici reſervatum eſt, ex genetali Eccleſiæ conſuetudine.

† Et licet juſtis ex cauſis non ſolùm Epiſcopus, ſed etiam ipſe Parochus poſſit ad tempus interdicere, ſeu impedire matrimonium, veluti ad ſedandum ſcandalum, vel ad diſcutiendam impedimenti objecti veritatem, ex eo tamen matrimonium non redditur irritum, quia cauſa prohibitionis non eſt perpetuum impedimentum, ut advertit Sanch. *dicto lib.*7. *diſput.*6. *num.*6. ubi refert cauſas quibus moveri poteſt Epiſcopus, vel Parochus ad ſuſpendendum ad tempus matrimonium: & re plenè diſcuſſa, ita concludit idem Sanch. *dicto lib.*7. *diſput.*2. *num.*24. † Ex cujus dictis probatur, quod quamvis edictum generale dicti Epiſcopi eſſet validum, non tamen propterea matrimonium contra ejus prohibitionem contractum, nullum eſſet & irritum; ſed duntaxat in pœnam contemptus Iudicis, conjuges ab invicem ſeparandi eſſent non quidem in perpetuum, quia obſtaret textus *in cap.*2. *de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ*, ubi dicitur matrimonium contractum contra prohitionem Eccleſiæ non eſſe ſeparandum, quod intelligitur de ſeparatione perpetua, ſed tamen in pœnam, ut dictum eſt, ſeparatio debet fieri ad aliquod tempus: per text. *ibi cap.*1. *eodem tit.* ibi: *& impoſita ſibi de tanto exceſſu pœnitentia condigna, poſtquam in domo matris per menſem ſteterit, ad Tertium redire permittat.*

Imo ſi adeſſet periculum aliquod incontinentiæ, non ſolum tempus menſis eſſet abbreviandus, Verum etiam non eſſet imponenda pœna ſeparationis temporalis, ſed etiam pœna eſſet commutanda in aliam arbitrariam: ut docet Sanch. *dicto lib.*7. *diſput.*2. *num.*14. † Quæ interdicto viſus matrimonii ad tempus fit utrique conjugi, ſi uterque ſit in culpa: ſi verò unus tantum, non fit talis prohibitio conjugi innocenti, qui poteſt petere debitum conjugale durante ſuſpenſione, quæ illum non afficit: ut bene Sanch. *d.ſput.*2. *num.*14. † advertendo tamen, quod ſi penderet lis ſuper validitate matrimonii propter impedimentum dirimens allegatum, tale matrimonium pendente lite, & multo magis pendente appellatione contractum eſſet irritum & attentatorium, ut conſtat *ex cap. per fraternitas, de ſponſa duorum, & cap. cum in Apoſtolica, de ſponſalibus*, Abb. *in dicto cap. tua fraternitas, numero* 5. & bene probat Sanch. *dicta diſput.*2. *num.*15.

Quod intellige ut locum habeat ex duobus cauſibus. primus eſt, quando prohibito poſterioris matrimonii lite pendente celebrandi facta eſt cum decreto irritanti, juxta notata per Baſil. Pont. *matrim. lib.*6.*cap.*7.*n.*5.*& ſequent.*

Secundus eſt quando primum matrimonium fuit declaratum validum per ſententiam Lancell. *de attent.lite pend. c.*4. *limit.*17. *per totam*, cum aliis per nos citatis *p.*4. *de Penſion. Eccleſ.q.*75.*n.*38.ad quem locum recurrendum erit. Vbi dicitur quod ſi contractum fuerit ſecundum matrimonium in præjudicium litis pendentis ſuper nullitate primi, non poteſt Iudex Eccleſiaſticus procedere ad declarationem nullitatis vel validitatis ſecundi, donec judicium ſuper nullitate primi fuerit terminatum.

Vltimo advertendum eſt, quod caſu quo dicti conjuges mutare velint domicilium, & ſe transferre ad alienam Diœceſim animo ibi habitandi, fiunt ſubditi illius Diœceſis, & ibi ſtatim poſſunt contrahere matrimonium, quamvis majori anni parte in illa Diœceſi non habitaverint: Sanch. *lib.*7. *diſp.*14. *n.*4. Gutier. *de matrim. c.*63.*n.*13. *&* 14. Quod ampliat Additio ad Burat. *deciſ.*713. ut locum habeat etiamſi quis ſimulatè, & animo fraudandi populum Parochum ad alienam Parochiam ſe conferat: ut probat Sanch. *lib.*4. *diſp.*18. *de conſenſu clandeſtino, n.*29 *verſic. cæterum: & diſp.*25. *ſub n.*11. *in fine verſ. verum hac limitatio.* Baſil. Pont. *de matrim. lib.*8. *cap.*14.*n.*6. ubi loquitur de matrimonio eorum qui vagantur, & nullum certum habent Parochum, quod longè differt à caſu noſtro: & Gutier. *de matrim. cap.*65.*n.*11. & alii quos citat & ſequitur Additio prædicta ad Burat. *dicta deciſ.*713. *n.*16. & videtur ſequi Rot. apud Merl. *dec.*194.*n.*19. *in ejus impreſſ.*

Ego autem exiſtimo horum Doctorum ſententiam rectè procedere, quando domicilium vel Parochia verè relinquitur, & cum animo non revertendi ad illud, vel ad illam, ſed animo vagandi, vel permanendi in nova Parochia, licet in fraudem & odium proprii Parochi: ſecus eſſet ſi domicilium vel prior Parochia non verè deſereretur, ſed animo ſtatim, vel poſt aliquod tempus ad prius domicilium revertendi, tunc enim illa mutatio fraudulenta non prodeſſet: nam ſi aliter diceremus, facillimum eſſet fraudem facere conſtitutioni Concilii etiam in Gallia, ubi licèt Concilium non ſit in omnibus capitibus receptum, adeſt tamen Regia conſtitutio lata in conformitatem Concilii.

CAPVT CLXXXIII.

Quamvis cõcordiæ factæ cum reſervatione penſionis ſuper beneficiis, ſint nullæ niſi interveniat authoritas Sedis Apoſtolicæ, tamen ſi præcedat generalis licentia ſummi Pontificis, hoc ſufficit pro validitate conventionis. Tranſlatio monaſterii to-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tius, an & quomodo fieri possit. Clausula *sub beneplacito Sedis Apostolicæ*, quomodo intelligi debeat. Exceptionem non implementi non notere quoad capita separata: Et utrum talis exceptio impediat amnutentionem.

SUMMARIUM.

1 *Concordata super beneficiis fieri non possunt nisi interveniat authoritas Sedis Apostolicæ.*
2. *Si præcedat generalis licentia Sedis Apostolicæ, non requiritur specifica confirmatio pensionis impositæ super beneficio.*
3 *Translatio monasteriorum de loco ad locum fieri non potest sine licentia summi Pontificis; sufficit tamen licentia generalis.*
4 *Monasterium reformatum manutenendum est in possessione jurium prioris monasterii, cui succedit*
5 *Clausula, sub beneplacito, intelligitur quatenus de jure beneplacitum requiratur; nisi adjecta sit clausula, & non aliàs.*
6 *Contraventio in capitulis separatis & non connexis cum negotio principali, non impedit manutentionem.*
7 *Quando implementum non debet fieri ipsi neganti, sed tertio; tunc qui opponit de illa negativa, tenetur ipsam probare.*
8 *Quando negativa est fundamentum intentionis actoris, debet illam probare.*
9 *Exceptio non adimplementi, non retardat judicium manutentionis.*

SVmmus Pontifex Gregorius XV. per suas litteras Apostolicas *sub die* 17. *Maii anni* 1621. quas confirmavit Vrbanus VIII *sub die* 12. *Cal. Februarii* 1627. favere volens piæ intentioni nonnullorum Ordinis sancti Benedicti Monachorum, reformationem amplecti volentium, concessit, ut Congregationem S. Mauri ordinis sancti Benedicti erigere possent in Gallia, ad requisitionem quorundam monasteriorum jam reformatorum, atque etiam quorumvis aliorum monasteriorum prædicti Ordinis, ut dictum est in Gallia, ita quod dicta Congregatio in Conventibus & Mensis conventualibus ac locis, ac portionibus monachalibus, necnon officiis claustralibus ipsorum, & pro tempore aggregandorum monasteriorum locum habeat.

3 Et per dictam confirmationem seu ampliationem Vrbanus VIII. concessit facultatem dictis Monachis disponendi de reditibus temporalibus dictorum officiorum claustralium, cum permissione eidem Congregationi sancti Mauri data admittendi & acceptandi dimissiones illorum officiorum sub reservatione, concessione, & præstatione certæ annuæ summæ pecuniarum, & quantitatis vini frumenti, & aliarum rerum ipsis pro eorum portionibus monachalibus, sive aliis eorum debitis per dictos Reformatos danda: & similis licentia data fuit non reformatis ut hujusmodi conventiones facere possint.

Cum autem possessor Cameratiæ unius ex monasteriis antea non reformatis, suum officium dimisisset; alius monachus ejusdem Ordinis & domus regularis, illud idem officium Cameratiæ uti vacans per obitum, qui post dictam dimissionem supervenerat, impetravit, & virtute sanctæ obedientiæ acceptatum à præfata sancti Mauri Congregatione avocare prætendebat, *Primò* propter nullitatem reservationis pensionis sine authoritate Sedis Apostolicæ. *Secundò*, quia monasterium, de quo agebatur, dependebat immediatè à sancta Sede Apostolica. *Tertiò*: quia in concordia facta inter Religiosos illius monasterii Reformatos; & non Reformatos, aderat clausula, *sub beneplacito Sedis Apostolicæ*, quod cùm non fuisset obtentum, dictum monasterium remanebat in primævo statu, & sic dictum beneficium dimissum vacabat per obitum. *Quartò*, quia non fuerant adimpletæ diversæ conditiones in dictis bullis Apostolicis contentæ, ob quarum defectum, cessabat tota vis dictarum litterarum Apostolicarum, & per consequens beneficium vacabat per obitum ejusdem ultimi possessoris.

Consideratis nihilominus prædictis rationibus, censui impetrationem dictæ Cameratiæ non esse fundatam: nec in dubium revocari posse dimissionem dictæ Cameratiæ, factam per præfatum ultimum possessorem. † Quamvis enim regulariter 1
conventiones omnes, & concordata super beneficiis facta cum reservatione pensionis, aut alterius rei temporalis, sine specialis Sedis Apostolicæ licentia, nulla sint & invalida; *Canon. quam pio, prima, quæst.* 2. Louet. *littera C. num.* 40. & *ibi* Addent. † tamen conventio de qua agitur, & reservatio 2
pensionis non indigebat alia homologatione propter generalem licentiam concessam per litteras summi Pontificis Vrbani VIII. quibus similes conventiones faciendi facultatem dedit.

Neque obstare dixi quod opponebatur, monasterium, de quo agitur non esse de ordine sancti 3
Mauri, nec Cluniacensi, sed immediatè dependere à sancta Sede Apostolica, sic sub dictis nullis minimè contineri, & per consequens unionem ejusdem monasterii dictæ congregationi factam jure impugnari posse. quia cùm per diversa arresta Curiæ Parlamenti Tolosani, etiam instante Procuratore Regio lata, declaratum fuerit dictos Religiosos cogendos esse ad acceptandam dictam unionem quæ valida fuit declarata non est amplius de hoc dubitandū propter vim arrestorū tanti Senatus.

Et licèt utrùm sit in jure, quod monachi collegialiter se transferre possunt quoad personas duntaxat, non tamen, quoad loca sua, ut est text. *in cap. unico, §. ad hæc, de Religios. domib. lib. 6.* in illis verbis: *ita quod nullus Ordo ad alium, vel Conventus ad conventum se, ac loca sua totaliter transferat, Sedis ejusdem super hoc permissione specialiter non obtenta.* & *ibid.* tradunt Gloss. & DD. Sanch. *in præcept. decalog. lib. 6. cap. 7. num.* 7. Bonacin. *in tract. de clausura, quæst. 2. puncto 9. §. 2. num. 5.* Tamburin. *de jur. Abbatum tomo 3. disput. 7. quæst. 1. n. 24.* Barbos. *de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 42. num. 49.* & inter DD. Gallos Guid. Pap. *consil. 134. num.* 3. Tamen difficultas illa in casu proposito locum habere non potest, in quo summus Pontifex generalem omnibus monasteriis Ordinis prædicti sancti Benedicti concessit facultatem se transferendi ad Ordinem sancti Mauri in Gallia reformatum.

Et cum de præsenti Congregatio sancti Mauri 4
sit in quasi possessione dicti monasterii, ac jurium & redituum ipsius, illudque monasterium subsit effectualiter præfatæ Congregationi, quandiu est in dicta possessione, frui & gaudere debet omnibus privilegiis illi à summo Pontifice concessis: quia in istis actibus attenditur præsens & ultimus status: *cap. cum de benefic. de præbend. in 6. cap. consultationibus, de jure patronat.* & antequam dimissio, seu convētio illa nullā & invalida declaretur, necessariò

præcedere deberet ſententia declaratoria nullitatis dictæ unionis, interim tamen lite pendente, manutentio concedenda eſſet congregationi prædictæ: §. *retinendæ*, *Inſtit. de interdict.*

5 Non obſtat clauſula, *ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ*, contenta in concordia facta inter Religioſos reformatos, & non reformatos.

Quia clauſula illa, *ſub beneplacito*, *&c.* quando non eſt conjuncta cum clauſula annullativa, *& non aliàs*, intelligitur ſi & quatenus de jure beneplacitum Apoſtolicum ſit neceſſarium: ut bene explicant Addent. ad Rot. coram Gregorio XV. tunc ejuſdem Auditore, *deciſ.* 192. *n.* 1. & 3.

Non obſtat denique quod per Bullam Gregorii XV. cautum fuerit, quod in eventum quod reformatio in dictis monaſteriis ceſſet, vel extinguatur, officia prædicta clauſtralia eiſdem monaſteriis unita in priſtinum ſtatum ipſo jure convertantur, ita quod ut priùs in titulum conferri, & de illis eorumdem monaſteriorum monachis reſpectivè provideri debeat, & propter inobſervantiam quarundam conditionem in dictis bullis contentarum, videatur deficere reformatio regularis.

6 Reſpondetur enim, dictam prætenſam contraventionem, & inobſervantiam conditionum non obſtare: tum quia dicta aſſerta contraventio, erat in Capitulis omnino ſeparatis, & nullo modo connexis cum negotio principali, & cum falcultate, de qua agitur, reſervandi penſiones. Quando autem agitur de non implemento in Capitulis ſeparatis, & nullo modo connexis, non impedit manutentionem: Natt. *conſil.* 133. *n.* 5. Surd. *conſil.* 101. *n.* 25. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 22. Idem *deciſ.* 238. *num.* 2. quamvis in materia ſimoniæ aliud ſit ſtatuendum, ex notatis infrà *cap.* 185. *num.* 10. Maximè quia pro parte dicti Domini impetrantis, non fuit probata contraventio, ſeu non adimplementum conditionum requiſitarum: quod tamen probare tenebatur, cùm implementum non
7 deberet fieri ipſi impetranti. † Quando enim adimplementum non debet fieri ipſi neganti, tunc ille qui opponit de non implemento, tenetur probare illam negativam: Rot. apud Marcheſan. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 27. *in princip. fol.* 122. quia cùm impe-
8 trans fundet intentionem ſuam in negativa, † quæ eſt cauſa finalis ſuæ petitionis, debet illam concludenter probare: ut dicitur *in dicta deciſ.* & probat
9 Additio ad Ludoviſ. *deciſ* 261. *n.* 5. *in fine.* † Imo quod exceptio non adimplementi non retardet judicium manutentionis, probat Poſt. *in tract. de manutent. obſervat.* 63. *num.* 4. *in novis*, allegans Thomat. *deciſ.* 7. *n.* 24. Ideo dicti Reformati manutenendi ſunt in dicta quaſi poſſeſſione acceptandi dimiſſiones dictorum Officiorum clauſtralium, cum reſervatione penſionis: atque ita fuit exequutum, & dimiſſio effectum ſortita fuit.

CAPVT CLXXXIV.

Committens ſtuprum cum virgine, tenetur illam ducere, vel dotare, non autem præcisè cogendus eſt illam ducere. Promiſſio matrimonii, copula ſubſecuta, non facit ut matrimonium contractum fuiſſe dicatur. Raptus an & quando impediat matrimonium inter raptorem, & raptam. Probatio per teſtes an & quando admittatur in cauſa matrimoniali. Declaratio puellæ jurantis ſe fuiſſe à tali corruptam, non probat. Sufficit tamen ad probandam virginitatem, ſi juraret ſe fuiſſe virginem. Probatio per teſtes quando admittatur in cauſis matrimonialibus.

SVMMARIVM.

1 *Qui commiſit ſtuprum, non tenetur præcisè puellam ducere, ſed liberatur dotem illi conſtituendo.*

2 *Promiſſio matrimonii, ſubſequutâ copulâ non operatur verum matrimonium ex conſtitutionibus quæ vigent hodiernis temporibus.*

3 *Qui promiſit cum aliqua contrahere, & ſtuprum commiſit, cogi poteſt ad nubendum: ſed ſi perſiſtat in pertinacia, dimittendus eſt ſolùm dote.*

4 *Matrimonia coacta infelices ut plurimum ſortiuntur exitus.*

5 *Matrimonium adoleſcentis, qui promiſit aliquam ducere in uxorem, non eſt retardandum cum alia, cùm non poſſit præcisè cogi ad ducendam primam in uxorem.*

6 *Inter raptorem & raptam non poteſt conſiſtere matrimonium, diſpoſitione juris, & Concilii Tridentini.*

7 *Cauſa criminalis quando ſit præjudicialis civili, ratione incompatibilitatis.*

8 *Probatio per teſtes quando admitti poſſit in re de cauſa matrimoniali.*

9 *Probatio per teſtes non debet rejici, quando agitur de cauſa criminali.*

10 *Probatio per teſtes non eſt admittenda quando probato facto jus non reſultaret, & ſic probatio eſſet inutilis.*

11 *Probata inhoneſtate vitæ mulieris ceſſat actio criminalis contra ſtuprantem.*

12 *Statur juramento mulieris jurantis ſe fuiſſe virginem tempore ſtupri.*

13 *Probatio virginitatis per juramentum mulieris ceſſat, ſi probetur veritatem eſſe in contrarium & quod ab alio, vel aliis fuerit cognita.*

14 *Non creditur mulieri accuſanti certam perſonam de ſtupro circa ſe commiſſo.*

DVm Nobilis quidam adoleſcens eſſet in procinctu contrahendi matrimonium, factis de more denunciationibus, fuit impeditus per oppoſitionem factam pro parte Margaretæ, & ejus matris, quæ futurum illum ſponſum accuſarunt de raptu, & ſtupro, petentes illum cogi præcisè ad ducendam dictam Margaretam in uxorem: Cum autem hoc negotium in ſuprema Curia Parlamenti decidendum eſſet, ſupponendum fuit primo loco, quod per Legem antiquam *in libro Exodi, n.* 16. cautum erat, quod ſi quis ſeduxerit virginem necdum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotalis eam, & habebit illam in uxorem: quod etiam ordinatum fuit *in Deuteronomio, c.* 22. *num.* 29. nempe quod in tali caſu, is qui delictum hujuſmodi commiſerit, dabit patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, & habebit eam uxorem: cui decreto conformis eſt diſpoſitio juris Canonici *in cap.* 1. *de adult. & ſtuper.* † Super interpretatione quorum verbo

verborum, DD. unanimi consensu dixerunt verba illa : *Dotabit, & Ducet :* intelligenda esse alternativè, nempe *Dotabit, vel Ducet :* attento maximè, quod *in cap. 2. eod. tit.* summus Pontifex loquitur alternativè, nempe quod aut ducat, aut puniatur : Vnde DD. *in dicto cap. 1.* nempe Innocent. Host. Ioan. Andr. Henric. Bohic. & omnes alii dicta verba intelligunt alternativè, nempe quod aut dotet, aut ducat : teste Claro *in §. Suprum. n. 3.* Comes. *ad legem 80. Tauri, n. 7. in fine*, Chassan. *consil. 40. n. 1.* Le Brun, *au proces criminel, lib. 1. tit. de la fornication*, versic. *est remarquable.* Cod. Fabr. *lib. 9. tit. 7. ad leg. Iul. de adult. definit. 5. n. 5. & 6.* & ita decisum fuit in Rota Romana *dec. 779. p. 4. diversi.* repetita *dec. 74. inter decisiones criminales Farinacii*, & tradit idem Farinac. *de delict. carn. q. 147. n. 98.*

2 Et prædicta locum habent, non obstante promissione matrimoni & subsequuta copula carnali : quia hodie ex dispositione Concilii Tridentini, & ex edicto Henrici III. *sub anno 1585.* similia matrimonia præsumpta per copulam subsequutam locum non habent : & dispositio juris Canonici *in cap. it qui fidem 30. de sponsal.* est abrogata.

3 Potest quidem ratione fidei datæ cogi sponsus per censuras Ecclesiasticas, si sit Catholicus, vel per carcerationem suæ personæ, ad contrahendum sponsalia cum illa, quam defloravit, *cap. ex litteris, desponsi.* Rota *in Calaguritana matrimonii, 13. Martii 1643. coram D. Meltio*, sed coactio ista non debet esse præcisa, imò stante pertinacia prætensi sponsi, tenetur illum contrahere recusantem absovere, & relaxare : atque ita concordantur textus *in dicto c.* 4 *ex litteris 10. & in c. requisivit 17. de sponsal.* † quia matrimonia coacta malos & infelices ut plurimùm sortiuntur eventus : ut dicunt DD. *in c. requisivit, & dicto c. ex litteris*, Menoch. *consil. 786.* D. Bel. *cons. 32. n. 11.* Burat. *decis. 311. & ibi Addent.* Mant. *de tacit. convent. lib. 3. tit. 17. n. 16. & 11.*

5 Quibus ita suppositis sequitur matrimonium dicti adolescentis cum illa, quam uxorem habere desiderat, non posse retardari per oppositionem dictæ Margaretæ, nec per processum criminalem contra illum intentatum, cùm dicta oppositio sit inutilis : non enim potest impedire dictum matrimonium, cùm illi duntaxat jus competat ad petendam dotem, non autem ad impediendum dictum matrimonium : ut præter DD. supra citatos, tradit Thesaur. *decis. 3. n. 3. in 5. conclus. verf. tamen hodie.* Cancer. *lib. 3. c. 11. n. 26.*

6 Similiter non potest impediri dictum matrimonium sub prætextu raptus allegati, cùm licèt verus interveniisset raptus, non tamen cum dicta Margareta posset contrahi matrimonium per dictum Adolescentem, cùm inter raptorem & raptam matrimonium subsistere non possit, tam ex dispositione Concilii Trident. quàm ex antiquis Canonum constitutionibus : *c. de puellis, c. si autem, & c. si placuit. 36. q. 2. l. unica, § sin. autem, C. de raptu virginum*, notat. Glos. *in c. fin. de raptoribus.* Intellige ut hoc locum habeat quando rapta est in potestate raptoris. Aliàs si esset in loco libero matrimonium invicem contrahere possent, ut dixi suprà *c. 117.* post Menoch. *consil. 1083. n. 16.* Farinac. *de delict. Carnis. quæst. 145. num. 26.*

7 Neque causa criminalis potest dici præjudicialis ad civilem, cum una non sit præjudicialis alteri, & possint simul se compari, quod dictus Adolescens possit nubere cum sua sponsa, & simul condemnari ad dotandam Margaretam, aut ad pœnam aliquam extraordinariam, quatenus stuprum cum illa commissum probaretur : ex notatis per Bart. *in l. fundum ff. de exceptionib.* & per Coccin. *dec. 308. n. 7.*

Negari autem non potest, quod si tractaretur 8 de fœdere matrimonii consummati, probatio per testes esset admittenda : Addent. ad Louet *littera M. n. 26. col. 2.* versic. *ce neanmoins,* † Sicut etiam 9 in causa criminali stupri, non esset rejicienda probatio per testes, quia Ordinatio Regia, rejiciens probationem per testes faciendam, loquitur tantum de causis civilibus, non autem de criminalibus : ut videre est *in collatione Ordinationum Regiarum, lib. 4. tit. 3. §. 17.* Cod. decisionum forens. *lib. 3. tit. 20. decis. 12. n. 2.* versic. *devantage,* † Sed in casu 10 de quo agitur, probatio per testes non est admittenda, cum etiam probato stupro non possit impediri matrimonium cum dicta sponsa futura, & sic frustra admitteretur probatio, quæ facta non relevaret : *l. hæc stipulatio, §. Divus, ff. ut legator. nom. caveat.*

Hoc etiam certum est, quod si dictus Adolescens 11 probaret vitam inhonestam dictæ Margaretæ, liber esset ab omnibus impetitionibus illius : quia una ex præcipuis circunstantiis in hujusmodi negotiis hæc est, ut illa quæ petit se dotari, fuerit virgo : Mantic. *lib. 11. de conjectur. ultimar. volunt. tit. 12. num. 28. versic. secundò est advertendum*, Farinac. *de delict. carn. quæst. 147. n. 82. §. item lex Julia, & ibi* DD. *Instit. de public. judic.* † Verum est tamen quod 12 stabitur illius juramento, si asserat se tempore stupri fuisse virginem, cùm habeat pro se præsumptionem juris naturalis : Farinac. *de delict. carn. quæst. 147. num. 35.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 2. num. 6.* † Si tamen ex adverso probaretur illam fuisse ab 13 aliis cognitam, non crederetur tali juramento, quia præsumptio cedit veritati : Clar. in *§. stuprum, num. 4.*

Si verò etiam cum juramento dicat se fuisse à 14 tali, vel tali persona stupratam, illi non creditur quoad hoc : Thesaur. *dicta decis. 3. n. 4. in 6. concluf.* post Alexand. Bald. & Boët. *ibid.* Allegatos, Cod. Fabrian. *lib. 9. tit. 7. definit. 6.*

CAPVT CLXXXV.

Error in diœcesi impetrantis vitiat concessionem, si aliunde non constet de veritate & identitate personæ, secùs tamen est si adsit error in diœcesi, in qua beneficium situm est : Illa autem diœcesis exprimenda est, à qua impetrans originè ducit. Incompatibilitas beneficiorum inducit privationem si sit præcisa, secus si sit causativa : videlicet si consistat in sola jactura lucri fructuum. Si nepos, nullo præcedente pacto, patruum suum resignantem in domo canonicali receperit non potest ex eo solo argui de simonia, vel confidentia. Irregularitas incutsa propter malam promotionem ad sacros Ordines, utrùm operetur privationem tam ratione beneficiorum obtentorum, quam obtinendorum. Rehabilitatus ad beneficium utrum indigeat adeptione novæ possessionis.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Error in diœceſi impetrantis utrum præjudicet validitati proviſionum.*
2 *Error in diœceſi beneficii non nocet impetranti.*
3 *Si conſtet de identitate perſonæ impetrantis, ex viriis circunſtantiis in provaſionibus expreſſis, error in diœceſi non nocet impetranti.*
4 *Qui beneficium obtinet in aliquo loco, dici poteſt illius loci, & diœceſis.*
5 *Diœceſis exprimenda ab impetrantibus, intelligitur de diœceſi originis.*
6 *Beneficium ſimplex poſſidens ſub eodem tecto, tenetur illud narrare in impetratione.*
7 *Imcompatibilitas non nocet quando non eſt præciſa, ſed cauſativa, ratione fructuum duntaxat.*
8 *In Gallia beneficia incompatibilitia non vacant niſi poſt annum à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis.*
9 *Clauſula* jus juri addendo, *præſentat omnia priſtina jura in ſuo primævo ſtatu.*
10 *Concordia debet acceptari in totum, tam quoad partem confirmatam, quàm quoad partem rejectam, alioquin incurritur ſimonia.*
11 *Propter contraventionem unius capituli, etiam minimi, tota concordia corruit.*
12 *Patruus poſt reſignationem canonicatus, remanens in poſſeſſione domus canonicalis, cenſetur id facere jure familiaritatis.*
13 *Quando alius poſſidet jure proprio, non datur manutentio illi, qui poſsidet jure familiaritatis.*
14 *Ad excludendum delictum, præſumendum eſt quod poſſeſſio facta fuerit jure familiaritatis.*
15 *Suſcipiens ordines ante ætatem requiſitam, efficitur irregularis.*
16 *Solus Papa, aut is cui ſpecialiter conceſſum fuit, diſpenſat ad hæc irregularitate promotos ante ætatem.*
17 *Irregularitas privat ipſo jure à beneficiis obtinendis, ſed non ab obtentis.*
18 *Ignorentia excuſat malè promotum.*
19 *Rehabilitatus ad beneficium non indiget nova poſſeſſione.*
20 *Mera detentatio converti poteſt in poſſeſſionem manutenibilem, per acquiſitionem novi tituli validioris.*
21 *Canonicus non indiget nova inſtallatione, ſi novum & validum titulum acquiſiverit, quamvis primus eſſet invalidus.*

INita concordia inter patruum & nepotem ſuper canonicatu per patruum aliàs nepoti reſignato, per quam patruus nepoti canonicatum dimittebat, in cujus concordiæ executionem, nepos obtinuerat proviſionem Sedis Apoſtolicæ, præcedente alio reſcripto Pontificio continente confirmationem dictæ concordiæ, cum raſura tamen illius clauſulæ, *nec non illius domus canonicalis* : & dubitante nepote, ne quis alius ſuum canonicatum impetraret, diverſas propoſuit difficultates, quarum deciſionem enixè poſtulavit.

1 Et primò quidem dubitavit utrùm recurrendum eſſet ad remedium novæ proviſionis, aut aliud pro majori validitate ſuarum proviſionum, & poſſeſſionis inde ſequitur, ex eo quod dictus nepos ſe nominavit diœceſis Arelatenſis, cùm tamen eſſet alterius diœceſis, & ſic videbatur quod illa proviſio eſſet nulla, tanquam erronea : ex notatis per Rebuff. *in praxi, in tit. forma Signaturæ, in verbo, Magalonenſis, & in verbo, ejuſdem diœceſis* : ubi dicit omnino in impetratione exprimendum eſſe, cujus diœceſis ſit is qui petit, id eſt in qua diœceſi natus ſit : quia Papa faciliùs providet oriundis, quàm aliis : & ita vult quod ſi fuerit erratum in nomine diœceſis impetrantis, non valet impetratio : † Si tamen fuerit error in nomine diœceſis, ubi ſitum eſt beneficium, ille error non vitiat impetrationem ; ſecus in errore propriæ diœceſis impetrantis : & ideo in reſcriptis apponitur ſæpius illa clauſula, *vel alterius diœceſis.*

Verius tamen eſt in caſu propoſito, errorem illum in deſignatione diœceſis non vitiare reſcriptum : argumento *leg. ſi me in vacuam* 34. *ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. & l. ſi quis in fundi vocabulo* 4. *ff. legat.* 1. Ricc. *Collectanea* 1496. Barboſa in *cap. in noſtra, num.* 6. & 7. *de reſcript.* maximè quia conſtabat de identitate perſonæ ex variis circunſtantiis, quia dictus nepos, vocabatur nepos Nicolai patrui, & ſacræ Theologiæ Magiſter, & ſic perſona ejus erat certa & indubitata : quod ſufficit pro validitate proviſionis : ex notatis per Ricc. *dict. collectan.* 1496. Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt. n.* 53. & *ſequentib.*

Quod autem dicebatur dictum nepotem potuiſſe dici diœceſis Arelatenſis, ex eo quod in illa civitate jam aliud beneficium obtineret ; præſertim quia beneficium quod antea poſſidebat, non requirebat reſidentiam, unde domicilium in illa civitate acquiſiviſſe cenſebatur, ex notatis per Soſſin. *in verbo, domicilium, concluſ.* 596. *num.* 1. & *ſequent.* & cùm nepos iſte per plures annos in eadem civitate habitaſſet animo ibidem faciendi continuam reſidentiam, cum domicilium ſolo animo libertis acquiratur : *l. cives C. de incol. lib.* 10. non valet difficultatem.

Quia dum dicitur, exprimendam eſſe diœceſim impetrantis, intelligitur de diœceſi originis : Rebuff. *loco citato, in verbo, Magalonenſis, verſa quidem dico,* & ſic niſi aliunde conſtaret de identitate perſonæ, proviſio non ſubſiſteret, & recurrendum eſſet ad novam proviſionem.

Secunda difficultas proponebatur, quod in poſteriori proviſione, quam dictus nepos obtinuit, non fuit narratum illum poſſidere aliud beneficium ſimplex ſub eodem tecto. *cap. de multa, & addentes, de præbend.* & ſic ſecunda proviſio non videbatur ſubſiſtere, *cap. litteras, de conceſſ. præbend. Clement. fin. de præbend.*

Sed ad hoc fuit reſponſum non induci incompatibilitatem ratione exiſtentiæ ſub eodem tecto, quia duo beneficia non erant uniformia, neque requirebant reſidentiam ratione tituli, ſeu ex natura ipſius beneficii, ſed tantùm cauſativè, hoc eſt ratione fructuum : quo caſu non inducitur incompatibilitas, ut per nos probatum fuit ſuperiùs lib. 1. *cap.* 27. *n.* 2. poſt Garc. *part.* 11. *cap.* 5. *num.* 18. & iterum *part.* 2. *quæſtionum benefic. cap.* 5. §. 6. *n.* 7. & 8. † Imo in Gallia primum incompatibile non vacat niſi poſt annum, Louet. *in recollect. arreſtor. lit. G. n.* 5. *in fin.* & *ibi* Additio.

Sed præterea conſideratum fuit, quod iſta ſecunda proviſio fuit obtenta per dictum nepotem cum clauſula, *jus juri addendo, & quatenus opus eſt* per quam clauſulam fuit præſervatum jus omne illi competens, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, vigore primæ proviſionis, in qua omnia narrata fuerant, & ideo impugnata ſecunda proviſione

ne, remaneret prima in suo robore, vigore clausulæ prædictæ : ut bene explicat Barbos. *in tract. de clausul. cap.* 103. cum pluribus per eum citatis.

Tertia proposita fuit difficultas, ex eo quod non obstante cassatione reservationis habitationis domus in favorem patrui, de qua in dicta concordia, patruus ipse perseveravit in possessione domus ca-
10 nonicalis : † & sic videtur probata confidentia inter patruum & nepotem, per executionem illius capituli concordiæ à Sede Apostolica rejecti ; cùm concordia sit individua, & pro parte acceptari non possit, sed debeat adimpleri tam quoad partem confirmatam, quàm quoad partem cassatam, alioquin
11 esset simonia ; Verall. *dec.* 206. *p.* 1. † adeo ut propter contraventionem unius capituli, etiam minimi, tota concordia corruat, ut per Verall. *ibid. n.* 4. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 29. *n.* 182. quamvis aliud sit, dum agitur de implemento & manutentione contractus : ex dictis suprà, *c.* 183. *n.* 6. Et ideo cùm patruus post cessionem canonicatus semper remanserit in possessione domus canonicalis, videtur simoniam contraxisse. Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 9. *n.* 14.
12 Sanè hæc objectio subsistere posset, aut saltem difficultatem movere, nisi constaret nepotem in dicta sua domo canonicali manentem, patruum suum ad illam domum admisisse jure amicitiæ, familiaritatis & conjunctionis ; sic enim de jure factum fuisse præsumitur : *l. qui jure familiaritatis, & ibi* Gloss. *ff. de acquirend. possess.* Seraphin. *decis.* 138. *num.* 2. ubi dicit hoc maximè procedere ad excludendam præsumptionem delicti : Rot. coram Durano *decis.* 40. *num.* 11. 12. *&* 13. & cùm possidere uno, vel alio modo, dependeat ab animo, & non cadat sub sensu corporali, difficilè probari poterit, quod alio modo quàm jure familiaritatis possessio fuerit continuata per patruum, ut *in dicta decis.* quæ est repetita apud Postium *decis.* 206. *num.* 14. & fusè idem Post. *in tract. de manutent. observ.* 54. *num.* 8. *& sequ.* Gratian. *discept. forens. cap.* 450. *n.* 5. *& sequent.* nec debet possessor appellari, qui non
13 sibi, sed alteri possidet : Gratian. *ibid. n.* 17. † Et quando alius possidet jure proprio, non potest dari manutentio illi, qui possidet jure familiaritatis : Giovagnonus *cons.* 11. *num.* 2. *lib.* 1. Et cùm nepos haberet titulum, licèt patruus haberet possessio-
14 nem, tamen de jure † præsumitur possedisse jure familiaritatis, præsertim ad excludendum delictum, ut dictum est : Postius *dicta observ.* 54. *num.* 12. Et per consequens non potest aliquid objici, nec aliqua confidentia præsumi adversus patruum, ex habitatione dictæ domus canonicalis continuata cum nepote Canonico : Propterea datum fuit illi consilium, ut non recurreret ad aliam novam provisionem, non obstantibus prædictis oppositionibus. Sic determinat Paris. *cons.* 39. *n.* 17. *lib.* 4.

Secundo loco resignatarius iste dubitavit, utrùm alio ex capite beneficium istud impetrari posset, videlicet quod cùm ipse factum Diaconatus Ordinem ante vigesimum secundum ætatis annum à sacro Trident. Conc. requisitum suscepisset, necnon ad Sacerdotium ante vigesimumquintum scienter, ut credebatur, promotus fuisset, & in illo Ordine ministrasset, incurrerat irregularitatem ; ideò canonicatus uti vacans, impetrati posse videbatur.

15 Respondi verum quidem esse, ipsum in irregularitatem incidisse, & in pœnam suspensionis ab officio, cujus causa datur beneficium ; ideò beneficia ipsi conferri non potuisse, ex notatis per Ricc. *in praxi jurispatronatus, decis.* 185. *num.* 174. juxta constitutionem Pii Papæ II. cujus meminit idem Ricc. *in praxi variar. resolut. cap.* 105. *num.* 2. † qui 16
labitur, dum existimat Episcopum super hac irregularitate dispensare posse ; non enim expressè prohibitum est per constitutionem Sixti V. cujus meminit Maceratens. *lib.* 3. *resol.* 16. *num.* 10. *in* 4. *casu*, & adest Regula Cancel. 24 & nunc 24. Alexandri VIII. nunc feliciter regnantis, per quam innovatur constitutio Pii V. inducens privationem beneficiorum ipso jure, à qua absolvi possunt à solo Papa, (salvis facultatibus particularibus ab ipso Pontifice concessis) teste Cokier. *ad dictam regul.* 23. sublata videlicet constitutione Sixti V. quæ privationis ipso jure pœnam è medio sustuletat. Has bullas inserit Quarant. *in sum. Bullar. in verbo, Ordo. fol. mihi* 496.

Si talis irregularitas fuisset incursa post collatio- 17
nem canonicatus, non privaretur ipso jure provisus, quia irregularitas privat ipso jure ab obtinendis, sed non ab obtentis, Rot. *decis.* 236. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* In obtentis siquidem non inducitur privatio, nisi per sententiam. Garc. *de benef. part.* 11. *capite* 10. *numero* 47. Vgolin. *de irregular. cap.* 65. §. 2.

Similiter excusaret sic promotum probabilis 18
ignorantia : Cavaler. *decis.* 1. *per totam*, repetita *dec.* 200. *part.* 2. *recent.* Lotter. *de re beneficiaria, lib.* 2. *quæst.* 47. *num.* 88.

Tertiò dubitavit, utrùm obtenta per Sedem 19
Apostolicam dispensatione, & quatenus opus est, rehabilitatione, indigeret nova adeptione possessionis. Responsio est facilis, eum non indigere nova adeptione possessionis. Quia ex superveniente novo titulo, licet mutare causam possessionis, *l.* 3. §. *illud, l. qui bona fide, §. quod scriptum, ff. de acquirend. possess.* Immò licèt possessio capta fuisset pendente appellatione, & sic attentatoriè ; tamen superveniente novo titulo subrogationis convalidatur, & non posset opponi de attentatis : Mantic. *decis.* 71. *numero* 1. *&* 10. Rot. *decis.* 97. *num.* 3. 4. *& sequentib. part.* 5. *recent.* quæ habetur apud Postium *decis.* 37. † Et ex novo titulo validiore su- 20
perveniente, etiam mera detentatio converti potest in possessionem manutenibilem. Postius *decis.* 25. *num.* 1. *&* 11. repetita *decis.* 108. *part.* 5. *recent.* Ad quod optimè conferunt tradita per Bald. *in l.* 2. *num.* 57. *C. de servit. & aqua, versic. sed pone, aliquis* : † ubi dicit, quod si aliquis diu steterat in choro 21
tanquam Canonicus, & tamen non erat, sed Papa illum dispensavit, & contulit illi canonicatum, non requiritur nova installatio, quia ipso jure fit quædam conversio, & quædam mutatio ex causa superveniente : Rebuff. *in praxi, tit. de rescripto Etiam, & perinde valere, num.* 32. *secunda parte.* Quia licèt prima causa possidendi fuerit injusta, & non vera, ipsa tamen possessio vera est : Rot. *decis.* 275. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* Surd. *consil.* 93. *num.* 11. *&* 12. & Rota *dicta decis.* 97. *num.* 21. *part.* 5. *recent.* Et ex his remanent resolutæ omnes prædictæ difficultates.

CAPVT CLXXXVI.

De impetratione beneficii adversus illum, qui provisus fuerat non habens ætatem, nec Ordinem ad illud beneficium requi-

situm

ſitum ex ſtatuto Eccleſiæ Collegiatæ. Et utrum tale beneficium in caſu illo vacet ipſo jure. Et utrum ſic proviſus excuſetur propter ignorantiam dicti ſtatuti: Vel ſi proviſus fuerit ex cauſa permutationis. Ætatis diſpenſationem non ſufficere ad obtinēdum Canonicatum, quando certus Ordo requiritur ex ſtatuto. Poſſeſſio triennalis inducit præſumptionem tituli validi, & præſumptæ diſpenſationis. Negativa diſpenſationis non obtentæ quomodo probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium illius qui non habet Ordinem requiſitum exiſtatuto Capituli, vacat ipſo jure, & ſtatim impetrari poteſt.*
2 *Qui non habet qualitates requiſitas ex ſtatuto Capituli, non excuſatur prætextu ignorantiæ.*
3 *Obtinens diſpenſationem ætatis requiſitæ à ſtatuto Eccleſiæ, non poteſt allegare ignorantiam ſtatuti.*
4 *Qui tenetur intra certum tempus promoveri, excuſatur ſi fuerit impeditus, ſed tamen ceſſante impedimento, ſtatim tempus illi currit.*
5 *Per clauſulas generales non cenſetur derogatum ſtatuto particulari Eccleſiæ.*
6 *Promotus ante impetrationem tutus eſt, ſi pro ſe habeat triennalem poſſeſſionem.*
7 *Poſſeſſio triennalis inducit præſumptionem tituli validi, etiamſi conſtaret de alio titulo invalido.*
8 *Producens diſpenſationem invalidam facit ceſſare præſumptionem alterius diſpenſationis validæ.*
9 *Qui non fuit promotus, & ea ratione privatus ipſo jure, ſola triennalis poſſeſſionis præſumptione tutus eſt.*
10 *Negativa non obtentæ diſpenſationis quomodo probari poſſit.*
11 *Quamvis ex regiſtris Curiæ non conſtet aliquam diſpenſationem fuiſſe obtentam à die proviſionis, tamen hoc non ſufficit, quia ante dictam proviſionem diſpenſatio potuit obtineri.*

STatuto Eccleſiæ cujuſdam Collegiatæ cautum eſt, neminem ad illam admitti poſſe, niſi fuerit actu celebrans. Cùm autem quidam obtinuiſſet proviſiones Canonicatus in dicta Eccleſia, credebat ſe tutum propter diſpenſationem ætatis quam obtinuerat, nulla tamen facta mentione dicti ſtatuti requirentis actuale Sacerdotium: qua de cauſa, tertius quidam eundem Canonicatum impetravit propter inhabilitatem dicti proviſi. Super quo requiſitus pro parte dicti Canonici, † Dixi in primis, ſuppoſita inhabilitate proviſi, beneficium illud rectè impetrari potuiſſe, propter privationem inductam ipſo jure ex diſpoſitione dicti ſtatuti: quo caſu impetratio valida eſt, etiam non vocato poſſeſſore, & nulla expectata ſententia: ut *in cap. licet Epiſcopus, de prabend. in 6.* & *ibi* Gloſſ. *in verbo, te non vocato*, Garc. *de benefic. part. 11. cap. 10. n. 23.* cùm pluribus *ibi* citatis. Et licèt aliqui Doctores dicant contrarium, nempe requiri ſententiam privationis, tamen hoc debet intelligi ut ſententia declaratoria requiratur duntaxat ante executionem & ablationem poſſeſſionis: ſed hoc non impedit quin impetratio ſtatim fieri poſſit, ſicut dicitur de hæreticis, *in cap. cum ſecundum leges, de hæreticis*, & traditur in *cap. licet Epiſcopus, de prab. in 6.* Poteſt igitur beneficium ipſo jure vacans alteri conferri ante ſententiam, & poſſeſſor non habet in eo titulum in præjudicium impetrantis: Garc. *dict. cap. 10. n. 24. & 26.*

Neque poteſt dictus proviſus excuſari ſub prætextu ignorantiæ dicti ſtatuti: quia quotieſcunque beneficium ex ſui fundatione habet hoc onus annexum, ut ſit actu Sacerdos celebrans, cum pena expreſſa quod aliàs privetur ipſo jure, vel ſit inhabilis, ſi non habeat qualitatem requiſitam, amittit beneficium ipſo jure, nec illum ignorantia excuſat, etiamſi obtinuiſſet hujuſmodi beneficium ex cauſa permutationis: quia qui cum alio contrahit debet ſcire qualitatem contrahentis, & conditionem rei ſuper qua contrahitur: Staphil. *de latæ grat. ſub tit. de variis modis vacation. in 4. reg. principali, n. 4. & 5. fol. miki 138.*

Et hoc maximè procedit, quia in bullis & reſcripto dicti Canonici poſſeſſoris, non continetur aliqua diſpenſatio, aut dilatio alicujus temporis ut ſe promoveri faciendum, ſed nuda & ſimplex diſpenſatio ratione ætatis, ex eo quod ipſe etas in vigeſimotertio ſuæ ætatis anno conſtitutus: ex quo duo reſultant effectus.

Primus eſt, quod licèt dictum fuerit ignorantiam ſtatuti illum non excuſare, poſito etiam præjudicium veritatis, quod poſſet ſub eo prætextu excuſari, tamen colligitur ipſum non ignorare ſtatutum, quia niſi illius habuiſſet notitiam, ætatis diſpenſationem non obtinuiſſet, quæ aliàs non fuiſſet neceſſaria, cùm Canonicatus ſit in ſimplici Eccleſia Collegali, in qua regulariter ſufficit ætas quatuordecim annorum: *cap. ſuper ordinata, de prabend.* Gambar. *de offic. & poteſt. Leg. lib. 7. num. 428.* Non poterat igitur ignorare eſſe defectum ætatis, niſi dicti ſtatuti notitiam habuiſſet.

Secundus effectus reſultans ex ſupradictis conſiſtit in eo, quod cùm dictus Canonicus poſt obtinuerit duntaxat diſpenſationem ſuper defectu ætatis, non poteſt dici diſpenſatus ſuper defectu non promotionis, ut privatio inducta per tutum, non per viam extenſionis, ſed per comprehenſionis firma remaneat. Certum eſt, quod quando quis tenetur intra certum tempus promoveri, ſi durante illo tempore oriatur quod impedimentum, propter quod non fuit facta promotio, tempus datum ad promovendum incipit currere à die ceſſantis impedimenti: Rebuff. *in praxi, tit. de non promotis intra annum, num. 47. & 48.* Et ſic poſito quod ſtatutum non requirat actuale Sacerdotium tempore collationis, ſed concederet tempus anni ad dictam promotionem, ſi tim finito anno ætatis vigeſimoquarto compleri fuiſſet obligatus aſſequi ſacrum Presbyteratus ordinem, aut ad minus, ceſſante quocumque alio impedimento, tempus ad promotionem curreret.

Nec juvari poteſt dictus Canonicus, ſi oppona fuiſſe derogatum ſtatutis dictæ Eccleſiæ per clauſulas generales. Rebuff. *conſ. 40. n. 16.* Ror. *dec. 37. p. 4. recent.* Quia contrarium verius eſt, nempe quod per clauſulam generalem, *non obſtantibus, &c.* non cenſetur derogatum ſtatui particulari Eccleſiæ: Felin. *in cap. nonnulli, n. 23. de reſcript.* Mart. *de claus. ſul. part. 1. cap. 79. n. 4.* Barboſa *de clauſul. cap. 5. num. 16.*

Præ-

6 Prædictis omnibus consideratis, Dixi consultius fore huic Canonico, ut si non posset verificare in observantiam dicti statuti, recurreret ad beneficium Regulæ de triennali possessione, cujus ope tutus esse posset, attenta sua triennali possessione: sufficit enim, quod promotus fuerit ante impetrationem ab adversario factam: Maynard. *lib. 1. cap. 55.* Louet littera *B*, & *ibi* Addent. *num. 4.* Ricc. *collect. 2395. versic. amplia tertio*, faciunt tradita per Sanch. *in consil. moralib. lib. 2. cap. 1. dubit. 31. num. 20. 25. & 27.* ubi sic tenet contra Rebuff.

7 † Et hoc procedit quamvis aliunde constaret de titulo invalido, quia possessio triennalis inducit præsumptionem alterius tituli validi, etiamsi constaret de alio, Ludovis. *decis. 37. num. 9.* Gomes. *in reg. de trien. quæst. 10.*

8 Quod tamen intelligendum est, ut locum habeat si ipse possessor non produxisset titulum dispensationis invalidæ, quia ex hujusmodi productione cessaret præsumptio alterius tituli validæ dispensationis: Gomes. *ad reg. de triennal. quæst. 10. circa finem, versic. sed advertendum.* In hoc tamen non est diutiùs immorandum, cùm hæc quæstio tituli in materia triennalis possessionis, bene per nos explicata fuerit suprà, *lib. 1 cap. 85. num. 40. &*

9 *sequentib.* ibi igitur videri poterit resolutio. † Hoc sufficit, quod Regula *de triennali* inducit præsumtionem dispensationis, & cujuscumque melioris tituli, etiam favore ejus qui ob non promotionem ipso jure privatus fuisset: Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 2. definit. 72.* Sanch. *dicto lib. 2. consil. moral. cap. 1. dubit. 31. num. 29.*

10 Erit ergo tutus possessor triennalis adversus impetrantem, non obstante defectu promotionis, propter præsumptam dispensationem: Et licèt impetrans possit assumere onus probandi negativam, hoc est nullam factam fuisse dispensationem, nempe per diligentias & perquisitiones in registris: ex Verall. *decis. 44. part. 3. & decis. 45.* ubi apparet quod possessor debet se fundare in titulo præsumptæ dispensationis, & nullum alium dispensationis titulum producere.

11 Sed ista diligentia & perquisitio erit inutilis impetranti, quamvis doceret Canonicum istum à tempore suæ provisionis nullam obtinuisse dispensationem, quia illam potuit obtinuisse ante suas provisiones: Ludovis. *decis. 242. n. 8.* & sic probatio Negativæ non resultaret concludenter.

Itaque Canonicus iste solo triennalis possessionis beneficio tutus fuit, & impetrantem exclusit.

CAPVT CLXXXVII.

Ad quẽ spectat cura in Ecclesia parochiali & collegiata: Et nominatio Vicariorum ad curam exercendam? Quomodo fieri debeant provisiones Vicariorum in Ecclesiis unitis Dignitatibus, vel Capitulis: Et quod concursus in illis non sit necessarius. Provisio parochialiũ, quæ sunt de jure patronatus Ecclesiastico, quomodo fieri debeat secundùm Concilium Tridentinum. Quomodo differãt inter se unam Ecclesiam esse alteri subjectam, & alteri esse unitam. Similiter quomodo differãt jus præsentandi quod competit ratione subjectionis, & ratione juris patronatus. Subjectio uniusEcclesiæ alteri ex quibus probetur. Et de interpretatione Bullæ Pii V. quæ incipit *Ad exequendum*. Et utrum illi bullæ derogari possit, aut saltem requiratur illius specialis derogatio.

SUMMARIUM.

1 *In Ecclesiis parochialibus & collegiatis cura habitualis spectat ad primam Dignitatem.*
2 *Ecclesiæ parochialis provisio qua forma fieri debeat juxta Concilium Tridentinum.*
3 *Dispositio Concilii Tridentini circa provisiones parochialium locum etiam habet in provisionibus summi Pontificis, nisi facta fuerint per resignationem in favorem certæ personæ: quod non habet locum in Legatione.*
4 *Quando Papa providet sine concursu, necessaria est derogatio Concilii.*
5 *Parochialis existens de jurepatronatus Ecclesiastico subjacet concursui: & quæ forma tunc adhiberi debeat.*
6 *Nominatio quæ spectat ad Dignitatem, cui parochialis est unita, non dicitur procedere ex jure patronatus, sed ex jure subjectionis.*
7 *Subjectio unius Ecclesiæ alteri quomodo probetur.*
8 *Quomodo differant jus præsentandi ratione subiectionis, & quod competit ratione juris patronatus.*
9 *Ad probandam subjectionem Ecclesiæ non est opus producere instrumentum unionis, sed sufficiunt conjecturæ, & quæ?*
10 *Licèt Episcopus Vicarios amovibiles fecerit perpetuos, non præjudicatur juribus primæ Dignitatis Ecclesiæ.*
11 *Ex perceptione omnium decimarum præsumitur subjectio Vicariorum in Parochialibus.*
12 *Nudum exercitium curæ spectat ad illos, qui numquam in provisionibus vocati fuerunt Rectores.*
13 *Non fit præjudicium Dignitati, quamvis provisio Vicariorum ab illa dependentium fuerit semel, & pluries facta per concursum.*
14 *Viceleg atus Avenionensis utrum possit derogare bullæ Pii V.* Ad exequendum: *Et utrum dicta bulla requirat specialem derogationem: Et quid in beneficium Gallia.*

1 IN Ecclesia parochiali & collegiata cura habitualis spectat ad Præpositum, tam ex dispositione juris, cùm sit prima Dignitas in Ecclesia Parochiali, Cardin. Zabarell. *consil. 30. in princip.* ubi dicit quod satis expressum est, beneficium esse curatum, si fuerit narratum esse primam Dignitatem in parochiali: sed etiam ex antiquissima consuetudine, & statutis ejusdem Ecclesiæ, ut copiosiùs paulò pòst ostendemus. Vnde dubitatum fuit, utrùm collatio beneficii unius, ex duobus curatis à Præposito dependentibus, qui olim vocabantur *Servitores Præpositi*, & erant amovibiles, facta aliter quàm ad ipsius Præpositi nominationem, esset valida? Et ego pro nullitate provisionum concludendum existimavi.

2 Supponendo in primis, quod ex diſpoſitione ſacri Concilii Tridentini *ſeſſ.24.de reformat.cap.*18. quotieſcumque contingit vacatio Eccleſiæ parochialis, ſive per obitum, ſive per reſignationem, etiam in Curia Romana, ſeu aliter quomodocunque contigerit, etiamſi Eccleſia affecta, vel reſervata fuerit; proviſio illius fieri debet prævio concurſu, juxta formam à Concilio præſcriptam, aliàs proviſiones omnes, ſeu inſtitutiones, præter dictam formam factæ, ſubreptitiæ eſſe cenſentur.

3 Secundò ſupponendum eſt, conſtitutionem illam Concilii comprehendere omnes proviſiones, etiam ab ipſo ſummo Pontifice factas, multò igitur magis factas in Legatione. Rot. *deciſ.*48. *num.*1. *p.*1. *diverſor.* ubi hoc ex verbis & mente Concilii fusè comprobatur.

Quod tamen limitandum eſt, ut non procedat quando agitur de proviſionibus parochialium factis coram Papa per reſignationem factam in favorem certæ perſonæ, & cum commiſſione in forma *Dignum*; tunc enim concurſus non eſt neceſſarius in Eccleſiis parochialibus, ut teſtatur Gonzal. *ad regul.*8. *glaſſ.6. numero* 121. ſed ſi agatur de reſignatione pura, concurſus neceſſarius eſt, etiamſi proviſio fuerit facta per papam. Gonzal. *ibid. n.*213. & ſic cùm coram Legato reſignationes in favorem non admittantur, ſequitur in quacumque reſignatione parochialium Eccleſiarum, neceſſariò adhibendum concurſum, ſi proviſio in Legatione facta fuerit.

4 Quando autem Papa providet ſine concurſu, neceſſariam eſſe Concilii Tridentini derogationem, aſſerit *ibid.* Gonzal. *n.*120. Rot. *dicta deciſione* 48. *part.*1. *diverſ.*

Et per conſequens, ſi ad Præpoſitum ſpectaret juſpatronatus Eccleſiaſticum dictorum beneficiorum, quibus annexum eſt exercitium actuale curæ, conſtat quod proviſio facta in Legatione nullius eſſet momenti, quia facta non adhibito concurſu, qui tamen omninò neceſſarius eſt, etiamſi agatur de parochialibus exiſtentibus de ſimili jure patronatus, ſervata forma Concilii, nimirum ut patronus præſentet Epiſcopo unum ex illis, qui digniores reperti fuerint, quando inſtitutio ad Epiſcopum, & non ad alium pertinet.

5 Quando verò inſtitutio ab alio, quàm ab Epiſcopo faciendæ eſt, tunc Epiſcopus ſolus, ex iis qui digni habiti ſunt, eligit digniorem, quem patronus ei præſentat, ad quem ſpectat inſtitutio, ut ſtatuitur in dicto Concilio *ſeſſ.* 24. *capite* 18. *verſic. ſi verò jus patronatus*: & tradit Garz. *de benefic. parte* 9. *capite* 2. *numero* 163. *verſic. Quinta dubitatio.*

6 Sed revera potiùs ad primam Dignitatem ſpectat jus nominandi hujuſmodi Curatos, quàm jus patronatus: magna ſiquidem eſt inter hæc duo differentia, quia nominatio, & præſentatio competens Dignitati, vel ſi nulla ſit Dignitas, Capitulo, ut dicit Lotter. *de re benefic. lib.*1 *quæſt.* 20. *numero* 118. non competit ratione patronatus, ſed ſolùm ratione ſubjectionis, ut bene explicat Lambertin. *de jure patronat. part.*3. *lib* 1. *quæſt.*10. *princip. articul.*1. *verſic. quamvis modum, & verſic. & ſic concludit*, quem ad hoc citat Rot. *deciſ.*120. *numero* 6. *part.*1. *recent.* repetita *deciſ.*99. *part.* 3. *numero* 5.

7 *verſic. nec præſentationes.*† Siquidem ſubjectio probatur ex perceptione omnium decimarum, ſuſtentatione onerum, & aſſignatione congruæ portionis Vicario: ratione cujus ſubjectionis competit Præpoſito jus nominandi, ſeu præſentandi Vicarium, ſeu Curatum, cui nudum exercitium curæ competit, cujus inſtitutio ſpectat ad Superiorem ſine ullo concurſu: ideo *in deciſione eadem*, repetita *deciſ.*155. *part.*2. *recente* pro *nec præſentationes*, malè & per errorem Typographi ponitur dictio, *nam præſentationes*: quia in hoc DD. omnes conveniunt, quod ex totali decimarum perceptione, & aliis, de quibus ſuprà, oritur evidens probatio ſubjectionis Eccleſiæ, quod & probavit Rot. *deciſ.*332. *num.*8. *p.*4. *recent.*

Eandem differentiam inter jus præſentandi ratione ſubjectionis, & illud quod competit ratione juris patronatus, agnovit Rot. *deciſ.*789. *n.*5. *p.*1. *diverſor. verſic. & ſententia non dicit*: & *deciſ.*710. *n.*6. *part.*2. *recent.* Cavaler. *deciſ.*595. *n.*3. *verſic. neque viſum fuit obſtare*: & *deciſ.*599. *verſic. nec obſtare viſa fuerunt.*

Ratione cujus ſubjectionis non debet in beneficiorum parochialium ſubjectorum proviſioni, concurſus adhiberi, ſicut in aliis dependentibus à jure patronatus Eccleſiaſtico adhibendus eſſet; ſed inſtitutio fieri debet ad nominationem eorum, quorum Dignitatibus, vel Capitulis tales Eccleſiæ ſubjectæ ſunt: Rot. *deciſ.*102. *num.*1. *part.*1. *recent.* ubi generaliter fit mentio de Eccleſia ſubjecta, ſeu annexa, vel quæ eſt de menſa: & idem decidit *part.*6. *recent. deciſ.*16. *num.*12. Cavaler. *dicta deciſ.*595. *n.*3. Barboſ. plures allegãs *de offic. parochi. c.*2. *n.*19. Maſſobr. *in praxi concurſ. pralud.*14. *dubit.*1. *num.*2. & 6. Burat. *deciſ.*214. *n.*3.

8 Ad probandum autem, Eccleſiam eſſe annexam, ſeu unitam alteri, ſeu Dignitati, vel Capitulo, non eſt neceſſe producere inſtrumentum unionis, vel annexionis: immò ſufficiunt ad hoc ſignæ conjecturæ, ut bene per Seraphin. *deciſ.*1304. *num.*11. *verſiculo ultimò non obſtat*, Rot. *deciſ.*102. *num.*6. *recent. verſic. Eccleſiam eſſe ſubjectam.*

Vnde in caſu propoſito probationes ſubjectionis erant claræ. Primò, quia ab antiquiſſimo tempore cura habitualis ad illum ſpectabat, ut de illo loquens teſtatur Rip. *reſponſ.*26. *numero* 53. Deinde verò exercitium curæ fuit tranſlatum in duos Servitores præpoſiti amovibiles, licèt ex ordinatione Epiſcopi facti fuerint perpetui, ſine præjudicio nominationis ad Præpoſitum ſpectantis, qui antiqua Vicarii amovibilis nominatio arguit illius ſubjectionem. Seraphin *dicta deciſ.*1304. *num.*16. *verſic. Tertiò.*† Nec juribus primævis Præpoſiti fit per illam perpetuitatem præjudicatum; manente expreſſa reſervatione facta per Epiſcopum in ſuo decreto: Cavaler. *dicta deciſ.*595. *n.*2. Rot. *dicta deciſ.*102. *num.*10. *part.*1. *recent.* Maſſobr. *in concurſu, pralud.*14. *dubit.*1. *n.*6. Rot. *deciſ.*710. *n.*7. *p.*2. *recent.*

Secundò, ſubjectio Parochorum erga præpoſitum probatur ex eo, quod præpoſitus omnes decimas percipit, & Vicariis ſuis portionem ex ipſis met ſuis decimis aſſignat: Cardin. *in Clement.* unic. *de offic. vicar. n.*10. *quæſt.*9. Gloſſ. *in Clement. frequens, in verbo, ad menſam*, de *exceſſ. prælator.* & ibi Imol. *num.*16. Seraphin. *dicta deciſ.*1304. *num.*1. *verſic. hinc que reſultat*, & habetur in omnibus ferè deciſionibus *ſuprà* citatis.

Tertiò, quia parochiales iſtæ nunquam collatæ fuerant in titulum Rectoris: ex quo colligitur, ad illos nudum dumtaxat Curæ exercitium ſpectare. Cavaler. *dicta deciſ.*599. *n.*7. Rot. *dicta deciſ.*102. *n.*7. Maſſobr. *dicto pralud.*14. *dubit.*1. *num.*8. Et alia plura deducebantur in facto, propter quæ negari non poterat, quin cura habitualis illius Eccleſiæ

Ecclesiæ ad Præpositum pertineret, dictique vicariatus illi subjecti,& ab eo dependentes.

23 Nec nocebat Præposito, quod aliquando in illis beneficiis factus fuisset concursus : quia per tales actus non potuit fieri præjudicium Domino Præpositorio,nec in petitorio,nec in possessorio : propter decretum irritans contentum in bulla summi Pontificis,quæ dat nominationem Præpositi : quæ est Bulla, *Ad exequendum*, felic. recordat.Pii V. cuius meminit Gonzal. *ad regul.8.glossi.5.§.3.num.48. & sequentib.* ita determinavit Rot. apud Cavaler. *decis.593. num.3.versic. neque visum :* & *decis.599. n.7.versic.nec obstare :* & *decis.710.num.6.p.2.* & *dec.16.num.15. versic. cum non constet de tali jurepatronatus,part.6 recent.*

14 Et ex his indubitanter concludebam in favorem provisi ad præsentationem Præpositi. Verùm quia audio in Rota Romana negotium disputari, & ibi moveri difficultatem : utrum Vicelegatus Avenionensis potuerit huic constitutioni Pii V derogare; licet ego crediderim ipsum nec potuisse, nec voluisse derogare,cùm hæc constitutio sit explicatio, & veluti pars Concilii Tridentini, cui ipse non derogat, nec unquam ab ipso derogatum vidi; & casu quo voluisset derogare, requirebatur specifica mentio & derogatio dictæ constitutionis, quæ est speciali nota digna, cùm facta fuerit per viam legis : ut dicit Rota *Tirasonen. Vicariæ sancti Michalis,coram Orano in die 13.Octobris 1595. in fine,versic.& dum dicebatur* : & *in eadem 4. Decembr.1595.versic.& ad illud, quod regula* : quæ duæ decisiones sunt apud Garc. *de benefic. lib.9. c.2.n.308.& 310.* tamen nihil determino expectans sapientissimum ejusdē Rotæ judicium:Censeo tamen Vicelegatum posse huic constitutioni derogare quoad beneficia Galliæ; cùm hæc constitutio Pii V. in Gallia non sit recepta, nec observetur.

CAPVT CLXXXVIII.

Cui competat jus conferendi beneficia à collatione Decani dependentia, si ipse suum Decanatum resignaverit, vel mandatum fecerit ad resignandum. Ostenditur hac in re differentia inter resignationem puram, & conditionalē. Expresso uno vacationis modo,qui verus non sit, utrum provisio sustineatur per clausulam, *& aliàs quovis modo vacet.* Item motam per tertium non impedire quominus inter alios collitigantes quilibet utatur jure suo. Beneficium quomodo impetrari possit ex defectu cantus requisiti à statuto.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius nullum jus habet,si resignanti jus non competat,&* num.10.

2 *Qui pure resignavit, si resignatio fuerit admissa per Superiorem, non potest conferre beneficia dependentia à collatione beneficii resignati.*

3 *Quando resignatio non admittitur, beneficium non vacat.*

4 *Solum mandatum ad resignandum non nocet possessori beneficii, nec illum privat sua possessione.*

5 *Resignans dicitur mortuus civiliter in beneficio resignato : quod tamen locum non habet si solum mandatum fuerit factum, & non fuerit processum ulteriùs.*

6 *Mandatum faciens ad resignandum, potest licitè percipere fructus sui beneficii.*

7 *Jus conferendi,quod beneficio annexum est, pertinet ad eum qui solum mandatum fecit ad resignandum, non sequuto effectu.*

8 *Resignatio conditionalis non impedit resignantem quominus utatur jure suo, donec resignatario perfectè jus fuerit quæsitum.*

9 *Regressus infirmo resignanti, & ad sanitatem redeunti non datur in Gallia, nisi in resignatione conditionali.*

10 *In mandato de providendo in forma* Dignum,*resignans remanet semper in possessione, donec resignatarius fuerit repertus idoneus.*

11 *Collatio facta ab eo,qui est in quasi possessione conferendi, aliis prævalere debet.*

12 *Expresso uno modo vacationis, qui non est verus, quid operetur clausula,* & aliàs quovis modo vacet:*& quomodo hæc clausula intelligenda sit.*

13 *Sufficit impetranti quod modus vacationis expressus sit verus de facto, licèt non sit verus de jure.*

14 *Lis quæ vertitur cum tertiis personis, non nocet collitigantibus.*

15 *Quando ex Statuto requiritur quod provisus de Canonicatu sit peritus in cantu musico,si provisus sit inhabilis ad canendum, ejus beneficium impetrari potest.*

16 *Habilitas provisi requiritur, si non tempore provisionis, saltem tempore examinis.*

DEcanus cujusdam Ecclesiæ, qui in vim suæ Dignitatis jus conferendi Canonicatus sibi competere asserebat,contulerat unum, qui vacabat per obitum Henrici ultimi possessoris defuncti die 27.Maii : sed tamen adversus provisum à Decano, seu ejus resignatarium, tertius quidam eundem Canonicatum in Legatione impetravit ob primi provisi inhabilitatem, nullitatem provisionum, & ejus resignatarii incapacitatem,& aliàs quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona ¡vacet dictum beneficium.

In specie autem iste tertius impetrans jus suum fundabat ex eo,quod Decanus iste tempore obitus dicti ultimi possessoris,& collationis per ipsum factæ, jam resignaverat suum Decanatum mense Februario tunc antecedente, per quam resignationem amiserat possessionem sui Decanatus, & per consequens non habebat jus conferendi : ergo nulla existente provisione Decani ex defectu potestatis, corruebat collatio per Decanum primo loco facta, & per consequens corruebat etiam resignatio facta per dictum primum provisum : † Quia dictus resignatarius nullum jus habebat, si ipsi resignanti nullum jus competebat, Rot.*decis.189.n.3.p.5.recent.& decis.110.n.17.p.4.recent.* Corruebat etiam resignatio per ipsum facta, quia nemo dat quod non habet.

Secundò, opponebat jus conferendi non ad Decanum, sed ad Archidiaconum, ex illius Capituli fundatione pertinere.

Tertiò, contendebat clausulas generales *quovis modo,aut ex cuiuscumque alterius persona vacet,*non posse comprehendere (in favorem dicti resignatarii) vacationem per obitum Henrici.

Quartò, quia lite pendente inter primum provisum, resignantem, & quendam Cornelium, eidemque

démque Cornelio adjudicata per arreſtum Curiæ recredentia, nullâque per dictum reſignantem interpoſita appellatione, vel recurſu, videbatur reſignationem illam in præjudicium dictæ litis ſubſiſtere non poſſe.

Vltimò allegabat incapacitatem cantus muſici dicti reſignatarii, cujus tamen exercitium omnino erat requiſitum ex ſtatutis ejuſdem Eccleſiæ.

Ad primam difficultatem fuit reſponſum, duos
2 caſus diſtinguendos eſſe: Primus eſt, quando agitur de pura & ſimplici reſignatione, quam Superior admiſit: & hoc caſu verum eſt, collatorem à jure conferendi cecidiſſe, quia per talem reſignationem dicitur mortuus in illo beneficio, nec fructus illius percipere poteſt, inter quos numeratur jus conferendi: & in his terminis procedunt dicta per Fabrum *in Cod. lib. 1. tit. 2. definit. 54. verſic.*
3 *nam & hoc caſu*, † quia ut ait Gomeſ. *ad regul. de infirm. quæſt. 29.* quando reſignatio non admittitur, beneficium non vacat: *cap. quod in dubiis, & cap. ad noneo, de renunciat.* Licèt quando renunciatio facta eſt manibus non Superioris, poſſit ipſe Superior illam irritare, & renunciantem privare: ut probat Pariſ. *de reſignat. lib. 7. quæſt. 1. n. 5. & ſequentib.* qui omninò videndus eſt circa illam quæſtionem nullitatis reſignationis à Superiori non admiſſæ. Atque ita deciſum fuiſſe in Senatu Toloſano teſtatur Maynard. *lib. 1. cap. 62.* ejuſdémque ſententiæ fuit Chenu *in addit. ad Papon. lib. 3. tit. 6. des Vacations, arreſt. 3. verſic. note Auſſi*, & ego probavi in *quæſt. benefic. part. 2. c. 3. §. 7. n. 9.* poſt Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 127. n. 34. & c. 159. n. 24. & 25.* Anton. de Marin. *quotidianar. reſol. cap. 103. num. 7.*

Hoc autem multo fortius procedit, ſi dictus De-
4 canus ſolum fecit mandatum ad reſignandum, quod non fuit Superiori præſentatum, nec executioni demandatum: hoc enim caſu ante præſentationem, & effectuationem mandati, nullum jus fuit abdicatum à volente reſignare: † Vnde quam-
5 vis reſignans poſt reſignationem cenſeatur mortuus civiliter in beneficio reſignato, *capite ſuſceptum & ibi* Gloſſ. *in verbo, non morte, de reſcript. in 6.* Pariſ. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 5. num. 4.* tamen mors illa civilis conſiderari non poteſt, quando reſignatio conſiſtit in ſolo mandato ad reſignandum, nec ulteriùs progreditur quia procurator non fuit uſus mandato, nec conſenſum præſtitit; tunc enim adhuc remanet in ſuo beneficio, qui tale mandatum fecit; nec dicitur mortuus in illo. Pariſ. *di-*
6 *cta quæſt. 5. numero 23. & 24.* Et ideo reſignans ante mandatum effectuatum licitè beneficii ſui fructus percipit. Geminian. *in cap. 2. numero 10. verſic. quid ſi, de renunciat. in 6.* Pariſ. *de reſignat. lib. 1.*
7 *quæſt. 6. num. 78.* Rebuff. *conſ. 22. num. 29.* † Inter cæteros autem beneficii fructus numeratur jus conferendi quod beneficio annexum eſt: Rebuff. *in praxi, titul. de ſimonia in reſignat. num. 27. & in tractat. de nominat. quæſt. 14. num. 157.* Pariſ. *dicto lib. 1. quæſt. 7. n. 15. & ſequentibus*, Rot. apud Garc. *de benefic. part. 5. cap. 1. num. 146. verſic. amiſſa itaque poſſeſſione*: per Gloſſ. *in capit. cum olim*, & *ibi* DD. *de majorit. & obedientia*, & alia jura *ibidem* allegata.

8 Secundus caſus eſt, quando agitur de reſignatione conditionali, veluti de ea quæ facta eſt in favorem certæ perſonæ, maximè cum clauſula, *& non aliàs, &c.* & hoc caſu non abdicatur jus à reſignante, donec conditio fuerit adimpleta, & jus reſignatario perfectè quæſitum, ut diximus *loco mox cita-to*, poſt Gratian. & Anton. de Marin. & decidit Rot. *deciſ. 735. num. 9. part. 3. recent.*

Et ideo, quamvis in Gallia reſignans tempore infirmitatis, ſi ad ſanitatem redeat, habeat regreſſum ad beneficium reſignatum; hoc debet intelligi, ut locum habeat in reſignatione conditionali facta in favorem certi reſignatarii; ſi enim ſimpla eſſet pura & ſimplex reſignatio, quamvis in infirmitate, non daretur ille ingreſſus ad beneficium ſimpliciter & purè reſignatum ut probat Loter. *ad regul. de infirm. reſignant. num. 90.*

Cæterùm ſi agitur de proviſione facta reſignatario, cum mandato de providendo in forma Dignum, præfatus Decanus non abdicavit à ſe jus donec proviſio ſortita fuerit effectum, & reſignatario facta fuerit collatio vigore mandati de providendo, utpote quod fuerit repertus & declaratus idoneus, quia reſignatario ſolùm fuit jus ad rem quæſitum, non autem jus in re: juxta per nos indicta ſuperiùs, *parte 2. cap. 4. §. 2. num. 9. & ſequentibus.* Barboſa *de clauſul. capit. 66. numero 1. & 2.* Idem interim donec reſignatarius Decani fuerit repertus idoneus, & collatio illi facta non abdicavit à ſe Decanus jus conferendi: Rot. *deciſ. 92. num. 14. part. 6. recent.*

Concluditur ergo, quod ſi reſignatio Decani fuerit admiſſa per Superiorem, & collatio facta reſignatario ejuſdem Decani, antequam ipſe beneficium de quo agitur contuliſſet primo proviſo, proviſio iſtius nulla eſt, tanquam facta ab eo, qui non habebat jus conferendi: † & hoc caſu iſte primus
9 proviſus reſignare non potuit, cùm nullum jus haberet in illo beneficio: Pariſ. *lib. 2. q. 11. num. 9.*

Ad ſecundam quæſtionem paucis reſpondetur, ut attendendum eſſe, utrum Decanus, an vicibidiaconus ſit in quaſi poſſeſſione conferendi. Quia collatio facta ab eo qui eſt in illa quaſi poſſeſſione, prævalere debet pro illa vice collationi facta ab eo qui non habet poſſeſſionem, quamvis melius jus foveret in proprietate: Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 34. num. 26. & ſequent.* Addent. ad Ludovic. *deciſ. 77. num. 12.*

Ad Tertiam dico, Regulam quidem generalem eſſe, quod expreſſo uno vacationis modo, non venit alius, *cap. ſuſceptum, & ibi* Gloſſ. & DD. *de reſcript. in 6.* Burat. *deciſ. 162. num. 3.* ſed tamen ad evitanda dubia apponi ſoler clauſula, *aliàs quomodo*, aut etiam, *ex alterius cujuſcumque perſona*, quæ facit valere impetrationem, etiamſi non fuerit expreſſus verus vacationis modus; quamvis reſignatio contigerit ex perſona alterius quàm reſignantis: Rot. *deciſ. 605. numero 8. & 9. part. 3. recent.* Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 2. definit. 1.* & ſic præciſè concludit Garc. *de benefic. part. 11. cap. 1. numero 33. & 34.* † Sufficit enim impetranti ex cauſa reſignationis, quod modus vacationis expreſſus fuerit verus de facto, licèt non eſſet verus de jure; ſcilicet quod primus per Decanum proviſus renunciaverit, quamvis jus non haberet in beneficio reſignato, & ſic vacatio expreſſa eſſet de facto vera: tunc enim clauſulæ prædictæ operantur quoad alium modum vacationis expreſſum per illas generaliter, per modum alternativæ, *aut aliàs, &c.* Garc. *dicto capite 1. numero 68. & 69.*

Ad quartam reſpondetur, quod non obſtante recredentia adjudicata alteri cuidam tertio, adversus primum proviſum, ejus reſignatarius non poteſt impediri per iſtum impetrantem; quia dicto tertio non ſit modò in lite, & non obſtante

recredentia, primus ille provisus tempore resignationis possideret, fuit verum de facto quod resignatio erat vera, licèt forsan de jure sustineri non potuisset: ex notatis per Put. *decis.*390.alias 400. *lib.*1.Gonz.*de benefic.dicta part.*11.*cap.*1.*n.*36.Paris. *de resignat.lib.*10.*quæst.*3.*n.*11.*&* 12.

Ad quintam responsio est in promptu, quia
15 cùm provisio non haberet qualitates requisitas ex fundatione, per quam iste Canonicatus non potuit conferri illi, qui non esset idoneus in cantu musico, cujus supponebatur istum provisum, contra quem facta fuit impetratio, non solùm non esse habilem, sed etiam omninò incapacem; sequitur rectè ab alio capaci hunc canonicatum impetrari potuisse; cùm agatur de qualitate requisita non ad utilitatem personæ, sed ad utilitatem Ecclesiæ: Garc. *de benefic. part.*7.*cap.*15. *num.*10. Et nominatim de beneficio affecto Cantoribus, quod non valeat facta collatio illi, qui non est capax in cantu, determinat Chopin. *de sacr. polit. lib.*1. *tit.*3. *num.*3. ubi ita decisum in Gallia testatur; quamvis provisus fuisset per summum Pontificem à lege fundationis dispensatus, quem refert &
16 sequitur D. Pastor I.C. Aquens. *in suo tractat. de benefic.part.*3. *tit.*30. *num.*6. † Quæ capacitas debet intervenire, si non tempore provisionis, saltem tempore examinis.Modern.*de stylo datar.c.*6. *n.*18. *in fine,versic.qualitatem verò.*

CAPVT CLXXXIX.

Explicantur variæ quæstiones circa Regulam *de jure quæsito non tollendo.* Quid sit jus ad rem, quid verò jus in re,& quomodo inter se differant Iuri ad rem derogari non posse, si de eo specialis mentio non fiat in rescripto. Ius ad rem acquiri per electionem, non autem per postulationem. Acquiri etiam per præsentationem patroni,etiam Ecclesiastici, exceptis certis casibus.De Canonico ad effectum,& utrum illi acquiratur jus ad rem,vel in re. Nominatis ab universitatibus acquiri jus ad rem,& per collationem absenti factam nondum acceptatam: & pluribus aliis modis. Et utrum per adeptionem juris ad rem beneficium incompatibile vacare censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius ad rem,& ius in re, quid sint? & quomodo inter se differant.*
2 *Ius ad rem facilius amittitur, illique facilius derogatur quàm juri in re.*
3 *Non censetur derogatum juri ad rem per posteriorem concessionem, nisi de eo fiat expressa mentio.*
4 *Per privilegium exemptionis à decimis non fit præjudicium Parocho quoad novalia.*
5 *Ius ad rem acquiritur per electionem etiam non acceptatam.*
6 *Beneficium ad quod quis fuit electus,non vacat per obitum electi,sed vacat ut prius, si non fuerit subsecuta confirmatio.*
7 *Ius ad rem non acquiritur per postulationem. Et quid sit postulatio.*
8 *Ius ad rem acquiritur per præsentationem patroni, tam laici,quàm Ecclesiastici.*
9 *Ius quæsitum ex præsentatione patroni Ecclesiastici, est potentius jure quæsito per præsentationem laici.*
10 *Ampliatur etiamsi præsentatio non fuerit admissa ab eo qui constituere potest.*
11 *Intellige quando præsentatio est talis, ut per eam præsentatus veniat omninò instituendus, veluti si quis habeat majorem partem vocum, vel vocem unius patroni qui alium non præsentaverit.*
12 *Canonicus ad effectum quis dicatur, & quomodo constituatur.*
13 *Si adsit statutum requirens promotum ad Dignitatem Capituli debere prius esse Canonicum, Papa deputare potest Canonicum ad effectum, licèt probari possit adesse consuetudinem in contrarium.*
14 *Canonicus ad effectum non habet ius ad rem, nec in re.*
25 *Si quis impetret Dignitatem in Ecclesia,non tenetur facere mentionem quod in ea deputatus quis fuerit Canonicus fictus ad hunc effectum.*
16 *Canonicatus ad effectum non dicitur vacare, sed potius desinere.*
17 *Nominati Vniversitatum in Gallia habent ius ad rem in beneficio, ad quod fuerunt nominati.*
18 *Nominatis Vniversitatum non competit ius ad rem,nisi post factam insinuationem suæ nominationis.*
19 *Ius ad rem competit absenti, cui facta fuit collatio beneficii,si illud nondum acceptavit.*
20 *Ius ad rem variis modis acquiritur, de quibus remissivè,&* num.23.
21 *Ius ad rem acquiritur per optionem, per reservationem factam à Papa in favorem certæ personæ, per regressum ob non solutionem pensionis; & per accessum, & regressum ad beneficium. Et quid sit accessus & regressus,remissivè.*
22 *Per mandatum de providendo acquiritur ius ad rem antequam mandati executio facta fuerit.*
24 *Iuri ad rem censetur renunciatum per adeptionem alterius beneficii incompatibilis, etiamsi non sit Curatum, Dignitas,vel Personatus.*
25 *Per adeptionem iuris ad rem in aliqui beneficio,non vacat ius in re alicui competens super alio beneficio prius obtento, nisi post adeptam pacificam possessionem secundi.*

QVia variæ sæpiùs occurrunt in praxi difficultates circa Regulam Cancellariæ *de iure quæsito non tollenda*, circa clausulam quæ in rescriptis beneficialibus apponi solet, *dummodo alteri jus non sit quæsitum.* Ideo præcipuas circa materiam illius Regulæ observationes adducere, operæ pretium esse existimavi.

In primis itaque supponendum est,magnam esse 1
differentiam inter jus ad rem,& ius in re: siquidem jus ad rem continet spem probabilem ad beneficium ex causa de præterito, & dicitur jus considerabile: Menoch. *cons.*36.*num.*23.& jus ad rem dicitur jus nondum consolidatum: jus autem in re dicitur quando est quæsitum, & consolidatum. Gemin.*cons.*107.*in fine, versic. nec obstat*, & post

cum Cardin. Tuſch. *littera I, concl.* 626. *numero* 8. quam differentiam inter jus in re, & ad rem, agnovit Pontifex *in cap. fin.* his verbis: *In quibus jus non eſſet quæſitum in re, ſed ad rem: & cap. ſi tibi abſenti* 17. *cap. ſi is cui* 39. *& cap. quodam* 40. *de præbend. in 6.* Et ſicut aliud eſt, beneficium eſſe meum, aliud mihi eſſe debitum, ita aliud eſt, habere jus ad beneficium, & habere jus in ipſo beneficio: Bertrand. *conſil.* 292. *num.* 2. *part.* 1. *lib.* 3. Vnde jus ad rem dicitur jus delatum, ſed non quæſitum: at verò jus in re, dicitur jus perfectè quæſitum: Dec. *conſ.* 147. *num.* 4.

2 Inter utrumque autem multæ ſunt differentiæ, & multa etiam convenientia. In primis jus ad rem, ſeu quærendum, faciliùs amittitur, & illi faciliùs derogatur, quàm juri quæſito, ſeu in re: Dec. *dicto conſ.* 147. *num.* 4. *verſic. & hinc juri*: Tuſch. *dicta litera I, concluſ.* 626. *num.* 11. poſt Ancharan. *conſ.* 59. *numero* 6. ubi dicit quod ſi facio actum incompatibilem juri meo, videor illi renuntiare, ſi agatur de jure quærendo, ſecus in jure quæſito: per text. *in cap. accedentib. de privilegiis, junctò cap. ut quis duas, de elect. in* 6. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 18. ubi multa de reſignatione juris ad rem, de qua nos egimus ſuperiùs, *part.* 2. *cap.* 4. §. 8. *num.* 6.

3 Sed tamen juris ad rem facienda eſt expreſſio in confeſſione poſterioti, ad hoc ut cenſeatur derogatum conceſſioni prioti: Menoch. *conſ.* 36. *num.* 22. quia ſicut non præſumitur, Principem velle aliquem in jure ſuo lædere, ita pariter non præſumitur velle lædere in hac ſpe probabili, cùm adſit par ratio lædendi jus alterius: & ob hanc cauſam ſecunda impetratio reſcripti gratioſi non eſt valida, niſi in eo fiat mentio juris ad rem, quod talis impetrans obtinet in alio beneficio: Felin. *in cap. in noſtra, n.* 4. *de reſcript.* Gomeſ. *ad regul. de non tollendo jure quæſito, quæſt.* 1. *verſic. tertius modus*, Selva *de benefic. part.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 1. Menoch. *dicto*
4 *conſ.* 36. *num.* 24. *& 25. & num.* 47. † in quo quidem conſilio concludit, per privilegium conceſſum Monialibus exemptionis à ſolutione decimarum, non præjudicari Parocho quominus decimas percipiat de novalibus, videlicet ex prædiis quæ de novo ad culturam reducuntur, quia non fuerat derogatum juri ad rem, quod Parocho in illis decimis competebat.

5 Jus autem ad rem variis modis acquiritur: Primò per electionem, *cap. fin. de tranſlat. Epiſcop.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 23. *n.* 8. & hoc procedit quamvis electio non fuerit acceptata, Felin. *in cap.*
6 *in noſtra, corollario* 28. *de reſcript.* † Ideo beneficium ad quod quis fuit electus, tali caſu non vacat per obitum electi, ſed vacat ut priùs: Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 15. §. 2. *n.* 2. Et ſi electus ante confirmationem decedat in Curia, non ideo beneficium dicitur vacare in Curia, nec extra Curiam, ſed per obitum primi poſſeſſoris, & ſic durat prima vacatio: Gonzal. *dicta gloſſ.* 15. §. 2. *& 3.*

7 Secundò, jus ad rem non acquiritur per poſtulationem Prælati, ut probavimus ſuperiùs, *part.* 2. *c.* 4. §. 6. *num.* 9. Eſt autem poſtulatio, alicujus perſonæ, quæ eligi prohibetur, non propter vitium perſonæ, ſed propter defectum, qui poſtulatum non omnino inhabilem reddit ad providendum Eccleſiæ, concors & certa Capituli facta petitio: ut per Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de poſtulat. prælator.*

8 Tertiò, per præſentationem patroni, non ſolùm Clerici, ſed etiam laici, acquiritur jus ad rem: Pariſ. *dicto lib.* 2. *quæſt.* 23. *n.* 12. ubi dicit hoc habere locum quando præſentatus acceptavit; quia ſi non interveniat acceptatio præſentati, non eſt jus conſiderabile, per Reg. Cancellariæ *de non tollend. jus quæſito*, Zerola *in praxi Epiſcop. in verbo, jus ad rem,* §. 1. *verſic. nec dat jus conſiderabile.* Et quod dictum eſt tam de patrono laico quàm Eccleſiaſtico, probat Gomeſ. *ad Reg. de jur. quæſito, quæſt.* 1. *verſic. ſecundus modus.* Quamvis aliàs jus quæſitum ex præſentatione Clerici ſit potentius, & magis tale catum, quàm illud quod quæritur ex præſentatione laici: quia laicus poteſt variare ante inſtitutionem, & alium præſentare, quod non poteſt Clericus: Vivian. *de jure patronat. lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 1. Qui hoc ampliat *num.* 3. † etiamſi præſentatio non fuerit admiſſa ab illo, qui habet jus inſtituendi: Sed ne decipiaris, hoc procedit in vera præſentatione facta coram Superiore, quamvis non admiſſa; quia alioqui non eſſet præſentatio, ſed ſimplex nominatio: ut *alio loco* diximus, intelligendo etiam, dummodo ſit præſentatus ab omnibus, vel majori parte patronorum; ſecus ſi præſentatus ſit à minoritate, tunc enim non poteſt opponere de Regula *de non quæſito non tollendo*, etiamſi in ſecunda gratia fuerit inſerta clauſula, *Dummodò alteri non fuerit jus quæſitum*, quia licèt illa clauſula præſerveret jus quæſitum per præſentationem, ut mox dictum eſt, ſi probat Rot. *deciſ.* 52. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* † hic tamen procedit, quando præſentatio eſt talis, ut per illa veniat præſentatus neceſſariò inſtituendus: Vnde ſi plures à diverſis patronis, vel etiam à eodem patrono laico fuerint præſentati, ita quod in præſentatione à pluribus facta nullus habeat majorem partem vocum, nulli acquiritur jus ad rem in beneficio: Mohedan. *deciſ.* 1. *de præſent. num.* 1. ut notatur *in cap. cùm autem, de jure patron.* & in *Clement. plures, eod. tit.* Rota apud Garz. *de benefic. parte* 4. *c.* 3 *n.* 14. & refert Ricc. *collectan.* 561. Ille autem qui habet majorem partem patronorum præſentantium, habet jus ab rem: Abb. *in cap. cum Bertoldus, n.* 9. *de re judic.*

Tertiò dubitatum fuit, utrum Canonicus ad effectum habeat jus ad rem? Pro cujus rei intelligentia ſupponendum eſt, quod in multis Capitulis Eccleſiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, conſtitutum eſt, neminem poſſe eumdem Eccleſiarum Dignitates conſequi, qui non ſit de gremio Capituli: & quia ſummus Pontifex ſolitus eſt hujuſmodi ſtatutis derogare, & aliis exiſtentibus de Capitulo ſimiles Dignitates concedere, ne ſummæ illius Authoritati præjudicium fieret, per bullam Leonis X. *in concordatis*, conſtitutum eſt, quod in ſimilibus Eccleſiis, maxime Cathedralibus, Metropolitanis, & Collegiatis in quarum ſtatutis cavetur expreſsè, quod nullus Dignitatem, Perſonatum, Adminiſtrationem, vel Officium obtineat, niſi in illis actu Canonicus exiſtat; ut autem ſummus Pontifex jure illo maxime privetur, ſtatutum & conventum fuit, quod ipſi Canonicos creare poſſet ad effectum in iiſdem Eccleſiis obtinendi Dignitates, Adminiſtrationes, Officia, vel Perſonatus; ita tamen ut tales Canonici nullum jus habeant ad conſequendam præbendam vacaturam: quod Ego aliàs præcticari feci, in Eccleſia Aprenſi, in qua adeſt ſimile ſtatutum, & creari obtinui Canonicum fictum ad effectum conſequendi in eadem Eccleſia Dignitatem: † Quamvis in terminis ſtatuti ejuſdem Eccleſiæ conſtaret de conſuetudinem probari poſſe dicat Bertrand. *conſ.* 195. *lib.* 1. *poſterior.*

Propterea dubitari poteſt, utrum iſte Canonicus ad

ad effectum, habeat jus aliquod in re, vel ad rem. Concludendum est, hunc provisum non habere jus in re, nec ad rem. Probatur, quia aut prætenditur, illum habere jus in Canonicatu, aut in dignitate, seu administratione, Personatu, vel Officio vacante: non potest autem jus habere in dignitate vel officio, cùm hæc provisio sit tantum quid præparatorium ad obtinendam Dignitatem, sitque inutilis, nisi summus Pontifex postea provideat in tali Dignitate: nec simile jus habet ad Canonicatum; cùm, ut dictum est, sit canonicatus levis & sterilis, ac quasi fictus, qui nullum jus tribuit ad
15 Canonicatum, vel præbendam vacaturam: † Et propterea si alius impetraret Dignitatem, non teneretur facere mentionem de hoc Canonicatu ad effectū concesso. Bellarmer. *cons.* 34. *vol.* 3. ubi quod non est necessarium in impetratione facere mentionem Canonicatus supranumerarii, qui nullam habet præbendam: maximè in Gallia, ubi secundùm communem modum loquendi, illos dumtaxat Canonicos nominamus, qui aliquam habent præbendam: sequitur Rebuff. *in concordat. tit. de reservat. §. fin. versic. Sextò.* † Vnde etiam sequitur
16 quod si in vim hujusce Canonicatus assequatur Dignitatem, & deinde renunciet, vel moriatur, non dicitur Canonicatus iste vacare, sed desinere & extingui, ut per Rebuff. *loco citato, versic. Septimò.*

17 Quartò quæritur, utrùm Nominatis ad beneficia juxta concordata Galliæ competat jus in re, vel ad rem in beneficio, ad quod vigore nominationis se postulant admitti? Paucis existimo, hujusmodi Nominatis Vniversitatum competere jus ad rem, quidquid dicat Gloss. *pragmat. sanct. tit. de collat. §. volens, in verbo, nominationes, in fine, versic. Aliæ sunt nominationes.* Contrarium siquidem, nempe jus ad rem competere Nominatis legitimè qualificatis, bene probat, & verius Rebuff. *in tract. nominat. q. 4.*
18 *à num. 3.* † Intellige post factam insinuationem nominationis, juxta formam Ordinationum Regiarum. Ratio est, quia post factam debitam insinuationem per nominatum, beneficium vacans tempore nominatis præfixo, est illi affectum, per clausulam decreti irritantis appositam in concordatis, *§. si quis verò, de collationib.* Et sicut per præsentationem à patrono etiam laico factam, jus ad rem quæritur præsentato, ut suprà diximus, ita & Nominato ab Vniversitate, qui litteras suæ nominationis insinuavit, & sibi de beneficio Nominatis affecto provideri petiit, ut fusiùs tractat Rebuff. *loco citato.*

19 Quintò, jus ad rem competit absenti, cui facta fuit collatio beneficii, quam ipse nondum acceptavit; non tamen illi competit jus in re, *cap. si tibi absenti 17. de præbend. in 6.* & *ibi* Geminian. & Franc. *num. 2. & sequent.* quod jus est considerabile ad omnes Regulas loquentes *de jure ad rem*, & nominatim ad Regulam *de jure quæsito non tollendo*: ideo Papa non confert, antequam tempus concessum ad consentiendum lapsum fuerit: Geminian. *in dicto cap. si tibi absenti, n. 18.* Rot. apud Garc. *part. 4. cap. 3. n. 42.*

20 Sextò, jus ad rem variis aliis modis acquiritur, quos copiosiùs explicat Garc. *dicto cap. 3.* Gonzal. *dicta glossa 15 §. 2.* cum aliis per eos citatis. Modi autem acquirendi jus ad rem, ultra supradictos
21 enumerantur apud Garc. *dicto cap. 3.* † videlicet per reservationem certi beneficii factam à Papa in favorem certæ personæ. Garc. *ibid. num. 43.* Item per optionem, *ibid. num. 46.* Et per egressum ob non solutam pensionem: *ibid. num. 47.* Et per privationem juris, *num. 53.* Et per accessum, & egressum ad beneficium: *ibid. n. 55.* Quid autem sit accessus, & egressus ad beneficium, & quibus in casibus locum habeant? explicavimus superiùs, *p. 1. cap. 69. & part. 2. cap. 1. num. 24. & sequent.* ideo hîc non repetimus.

Præterea jus ad rem acquiritur per gratiam in 22
forma *Dignum*, cum mandato de providendo, quia ante executionem mandati non acquiritur titulus & jus in re, sed tantùm ad rem: Garc. *loco citato, num. 60.* & *eadem p. 4. c. 3. n. 17.* Item per Coadjutoriam cum futura successione, Garc. *dicta part. 4. c. 3. num. 55.*

Reliquos modos, quibus aquiritur jus ad rem, 23
fusiùs explicant Garz. & Gonzal. *locis superius citatis*, Paris. *lib. 2. quæst. 23. per tot. & lib. 7. q. 1. à n. 78.* apud quos alii allegantur.

Septimò advertendum est, quod juri ad rem 24
censetur renunciatum, si alicui competat ad aliquod beneficium, per assecutionem alterius beneficii, quod de jure simul obtineri non potest cum beneficio, ad quod habebat jus, etiamsi non sit Curatum, Dignitas, vel Personatus, *ex Clement. gratia, de rescript.* & *ibi* Gloss. *in verbo, beneficium*, Garc. *de benefic. p. 11. c. 5. n. 69.*

E contra verò, si quis habeat jus ad rem per 25
collationem non acceptatam, vel præsentationem patroni, aut alio modo, hoc non sufficit ad inducendam vacationem primi incompatibilis, quamvis per eum stet quominus habeat jus in re, & possessionem adipiscatur, ut expressè docet Gratian. *dicta parte 11. cap 5. num. 101.* Et ratio est, quia non inducitur vacatio primi, nisi post adeptam pacificam possessionem secundi, ut diximus *part. 2. cap. 5. §. 6. num. 21.* & sic ad inducendam incompatibilitatem requiritur jus in re, ut quis privetur primo beneficio per adeptionem secundi.

CAPVT CXC.

Declaratur regula Cancellariæ *de jure quæsito non tollendo*: & ostenditur illius derogationem non esse necessariam, quando agitur de re, quæ ex sui natura præjudicat tertio, nisi præjudicium aliunde procederet quàm ex narratis ab impetrante. Sufficit autem quod intentio derogandi summi Pontificis colligatur ex verbis, quamvis huic Regulæ non fuerit expressè derogatum. Derogatio autem requiritur quando agitur de jure quæsito ex statuto, vel privilegio. Non derogat autem Papa juri quæsito ex pacto. Quid in jure quæsito ex Officio alicui? Et ponuntur plures alii casus, in quibus derogatio specialis requiritur, vel non requiritur. Et quid quando in rescripto adest clausula *Anteferri.*

SVMMARIVM.

1 *Quando agitur de concessione alicuius rei, quæ ex sui natura præjudicium infert, non est necessaria derogatio Regulæ* de jure quæsito non tollendo.

2 *In tranſlatione unius Eccleſiæ ad aliam, non eſt opus derogatione Regulæ.*

3 *Item in conceſſione uſus Eccleſiæ parochialis, in favorem alterius Eccleſiæ facta, Regula derogatio non eſt neceſſaria.*

4 *In unione, exemptione, & erectione, non eſt neceſſaria Regulæ derogatio.*

5 *Si Papa non intellexerit factum, ex quo præjudicium oritur, debet derogari Regulæ, aliàs non valet conceſſio.*

6 *Regulæ derogatio non eſt neceſſaria in reductione Eccleſiæ ad ſtatum ſæcularem.*

7 *In conceſſione quæ ex ſe præjudicialis eſt, non eſt neceſſaria derogatio regulæ, ſive præjudicetur juri competenti de jure communi, ſive de jure ſpeciali.*

8 *Derogatio Regulæ non eſt neceſſaria, quando præjudicium oritur ex narratis in reſcripto.*

9 *Regulæ derogatio eſt neceſſaria, quando Papa derogat liberæ electioni Generalis, quæ competit Capitulo.*

10 *Quando clarè conſtat de intentione ſummi Pontificis, non requiritur alia derogatio.*

11 *Derogatio Regulæ requiritur, quando agitur de jure competenti ex ſtatuto, vel privilegio.*

12 *Derogatio privilegiorum ſufficit ſi adſit clauſula,* Quorum tenores, &c.

13 *Derogatio ſpecialis Concilii Tridentini quando ſit neceſſaria.*

14 *In conceſſionibus quæ fiunt ob publicam utilitatem non eſt neceſſaria Regulæ derogatio.*

15 *Regula* de jure quæſito non tollendo, *locum habet quando agitur de jure futuro, quod habet cauſam de præterito.*

16 *Iuri quod oritur ex teſtamento, vel ex contractu, Papa præjudicare non ſolet.*

17 *Si agitur de officio in quo cadit hypotheca, Papa illi non præjudicat ſine ſpeciali derogatione, ſecus eſt ſi agatur de officio perituro. Quæ autem ſint officia in quibus cadit hypotheca, traditur ibi remiſſivè.*

18 *Hodie ferè omnia officia Galliæ cadunt in commercium, etiam ſimplices Iudicatu a, ſaltem quoad pretium, & imputantur rin legitimam.*

19 *Licèt Papa non tollat jus ex contractu quæſitum, ſuper eo tamen dilationem concedit.*

20 *Regulæ* de jure quæſito, *derogatio dum requiritur, illa debet eſſe ſpecialis.*

21 *Clauſula* de plenitudine poteſtatis, *non infert derogationem juris quæſiti.*

22 *Regula* de jure quæſito, *locum non habet niſi jus ſit radicatum, & validum.*

23 *Nec locum habet in juribus caſualibus, & incertis.*

24 *In conceſſione Coadjutoriæ non eſt opus derogare juri quod competeret Ordinario ad conferendum quatenus beneficium vacaret.*

25 *Non requiritur derogatio Regulæ in jure conditionali, ante eventum conditionis.*

26 *Quando Papa non diſponit, ſed tantùm declarat, non eſt opus derogatione hujus Regulæ.*

27 *Clauſula* motu proprio, *&* ex certa ſcientia, *non faciunt quin derogatio juris quæſiti ſit neceſſaria.*

28 *In diſpenſatione ad removendum obſtacula, non eſt neceſſaria derogatio hujus Regulæ.*

29 *Derogatio juris quæſiti non valet, quando gratia principalis eſt nulla.*

30 *Per clauſulam* Anteferri, *præjudicatur juri ad rem quæſito, non autem juri in re.*

EXplicatis iis quæ pertinent ad jus ad rem, vel in re, quoad materiam beneficialem; nunc ſequitur videndum quomodo, & in quibus caſibus locus ſit Regulæ Cancellariæ *de jure alteri quæſito non tollendo*, quæ magnam connexitatem habet cum clauſula quæ in omnibus reſcriptis apponi ſolet, *dummodo tempore Datæ præſentium alteri non ſit jus quæſitum.* Dicta autem Regula, quæ apud eas, quas ſummus Pontifex Alexander VII. in craſtinum ſuæ aſſumptionis edidit, videlicet die 7. Aprilis 1655. eſt numero 18. cujus hæc ſunt verba.

Item ne per varias, qua pro commiſſionibus, ſeu mandatis, & declarationibus habendis, in cauſis piarumque fiunt, ſuggeſtiones juſtitia poſtponatur; idem Dominus noſter decrevit, & declaravit ſua intentione fore, quod deinceps per quamcumque Signaturam, ſeu conceſſionem aut gratiam, vel litteras Apoſtolicas pro commiſſionibus, ſeu mandatis, aut declarationibus hujuſmodi, etiamſi motu proprio, & ex certa ſcientia, ac etiam ante motam litem à Sanctitate ſua emanaverint, vel de ejus mandato faciendas, nulli ius ſibi quæſitum quomodolibet tollatur.

Quam Regulam iiſdem verbis inſerit Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæſt. 51. num. 1.* circa quam plurima notatu digna, omiſſis ſuperfluis & minùs utilibus, hîc recenſebimus.

In primis quod licèt ſummus Pontifex poſſit & ſoleat in certis caſibus huic Regulæ derogare, tamen derogatio illa non eſt neceſſaria, quando conceſſio facta fuit de re, quæ ex ſui natura eſt præjudicialis, quia Papa optimè ſcit præjudicium quod infertur alteri ex ſua gratia, ideo non eſt opus ea derogatione. Exemplum habetur *in deciſ. Rot. part. 6. recent.* † ubi ſummus Pontifex mandavit legatum factum Eccleſiæ Trinitariorum tradere ad Eccleſiam Fratrum *de Speranza*: ideo fuit cenſum, non eſſe opus alia derogatione. † Idem dicit Eccleſiæ cujuſdam parochialis conceſſo patrono Theatinis, quæ conceſſio erat præjudicialis parochiæ, quod non poſſit argui de ſubreptione, nec de derogatione hujus regulæ *de jure quæſito*, docet Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 492. num. 7.* † Eadem ratione quando agitur de unione, exemptione, erectione, & ſimilibus, in quibus non poteſt opponi de ignorantia Papæ, ex quo Papa ſcit per ſimplicem actus alicui ſemper præjudicari, ideò non eſt opus de derogatione hujus Regulæ: Seraphin. *deciſ. 141. num. 6.* † Si tamen Papa non intellexiſſet factum ex quo oritur præjudicium, tunc opus eſſet derogatione dictæ Regulæ, ut per Seraphin. *in eadem deciſ. num. 6 verſic. neque obſtat.* Idem fuit deciſum *deciſ. 114. num. 11. part. 6. recentior.* † Similiter cùm agitur de reductione Eccleſiæ regularis ad ſtatum ſæcularem, non eſt opus derogatione dictæ regulæ, veluti in caſu *deciſionis 208. p. 3. recent.* in qua agebatur de re ex ſui natura præjudiciali, qua auferebatur poteſtas quam habebat Archiepiſcopus, cum eſſet loco Abbatis Capituli regularis, de procedendo in delictis perſonarum capitularium ſine adjunctis, ſed tamen mandabatur, quod non procederet niſi adjunctis ſibi duobus ex gremio Capituli, & à Capitulo nominandis: quibus additur Burat. *deciſ. 193. num. 24.* ubi idem deciditur in caſu erectionis Prioris pro ſeptima Dignitate, in Eccleſia Poſſirienſi. † Quod locum habet, etiamſi nulla fuerit mentio perſonarum, quibus præjudicium infertur, ſive hujuſmodi perſonis ex jure communi ſive

sive jure speciali jus competat: Merlin. *decis.* 243. *num.* 1. & 2. quia dum Papa facit actum de sui natura præjudicialem, virtualiter declarat afficere omnes personas, ad quas præjudicium spectare potest. Gratian. *discept. forens. cap.* 458. *num.* 7. & *sequentibus.*

8 Ad hoc tamen ut non sit necessaria specialis derogatio hujus Regulæ in casu isto, necesse est ut præjudicium aliunde proveniat quàm ex narratis ab impetrante: quia si esset præjudicialis propter narrata ab eo, cui gratia concessa fuit, non sufficeret scientia Papæ, sed requireretur specialis derogatio hujus Regulæ: ut explicat Rot. *decis.* 144. *n.* 3. *part.* 1. *recent.* quia quando agitur de scientia Papæ, quæ oritur ex natura ipsius rei, non potest allegari ignorantia; secus est in scientia desumpta ex narratis, circa quæ Papa potuit decipi ob involucrum verborum: Rot. *decis.* 208. *n.* 3. *parte* 3. *recentior.* repetita *decis.* 174. *n.* 3. *p.* 1. *recent.*

9 Secundò inde sequitur, quod non est opus derogatione hujus Regulæ, quando Papa *ex certa scientia* derogat dispositioni juris communis: veluti si Papa deroget electioni Generalis activæ & passivæ, liberè spectanti ad totam Congregationem: ut per Rot. *decis.* 65. *n.* 4. *part.* 1. *recent.* quamvis contrarium fuerit decisum apud Puteum *decis.* 19. *n.* 2. & 3. *lib.* 1. idemque deciditur apud Seraphin. *decis.* 1310. *num.* 3. nempe necessariam esse hujus Regulæ derogationem, quando Papa præjudicat liberæ electioni Capituli.

Similiter non est opus ut derogetur huic Regulæ, quando verba constitutionis Pontificiæ adeo sunt clara, ut de voluntate summi Pontificis dubitari non possit: Modern. *de stylo datar. cap.* 10. *q.* 10. *num.* 17.

10 Ratio est, quia hæc Regula fundata est super defectu intentionis summi Pontificis; ideo si clarè constet de illius intentione, non est necessaria ulterior illius derogatio: Seraphin. *decis.* 764. *n.* 3. Rot. *decis.* 407. *n.* 10. *p.* 3. *recent.*

11 Tertiò, in jure quæsito ex statuto, vel privilegio, omninò requiritur derogatio hujus Regulæ: ut fuit decisum apud Cæsarem de Grass. *decis.* 193. *num.* 10. ubi dicit hoc etiam habere locum, quamvis Papa juribus sic quæsitis derogaret per verba amplissima: quia Regula ista requirit individuam mentionem. Dum autem hujus Regulæ requiritur derogatio, illa debet fieri in specie, nec sufficiunt clausulæ generales derogatoriæ. Rot. coram Cæsar. de Grass. *decis.* 9. *n.* 6. & *sequent.* Seraphin. *decis.* 1271. ubi hoc maximè locum habere dicitur, quando agitur de derogando juri communi quæsito ex causa publicæ utilitatis, ut *ibid. n.* 4. Idem de jure quæsito ex privilegio probat Seraphin. *decis.* 1082. *n.* 1. & *sequent.* adeo ut non sufficiant clausulæ generales, ut habetur *ibid. n.* 7.

12 Derogatur autem juri quæsito ex privilegio absque dubio, quando cum expressa derogatione illius Regulæ adjecta est clausula, *Quorum tenores, &c.* ut per Seraphin. *decis.* 1271. *n.* 6.

13 Quartò, licèt in dispositionibus quæ fiunt vigore Concilii Tridentini, non sit necessaria hujus Regulæ derogatio; tamen hoc est verum quando concessio fit ex necessitate, secus si ex mera gratia: Seraphin. *decis.* 1310. *n.* 3. ubi ponitur exemplum in casu, in quo Papa derogat liberæ electioni Capituli, quia hoc fit ex mera gratia.

14 Quintò, non est necessaria hujus Regulæ derogatio in concessionibus, quæ fiunt causa publicæ utilitatis: quia per dictam Regulam non censetur præservatum jus particulare in præjudicium juris publici, cui cedere debet: Rot. *decis.* 108. *num.* 6. *p.* 3. *recent.* ubi de sæcularisatione quæ facta fuerat ob bonum publicum, ut constabat ex proœmio illius; ideo non erat opus derogatione hujus Regulæ. Et *decis.* 759. *part.* 1. *diversor. num.* 1. ex eo quod concessio facta fuerat favore studiorum, & sic ad publicam utilitatem; ideo non erat opus derogatione hujus Regulæ *de jure quæsito non tollendo.* Idem Seraphin. *decis.* 762. *n.* 5.

Sextò juri quæsito ex pacto Papa non derogat, 15
immò ne quidem juri quærendo, quod fundatur in causa de præterito, cui summus Pontifex non derogat: sed in eo locum habet hæc regula *de non tollendo jus quæsitum*, ut probat Gomes. *ad dictam regul. quæst.* 4. *versic. secundus casus est:* ubi plus dicit, nempe dictam Regulam habere locum in jure conditionali, quod habet aliquam spem, vel respectum de præterito, vel præsenti: † veluti si agatur 16
de jure, quod alicui quæritur per testamentum, propter spem ex illo resultantem ante mortem alicujus: quia jus illud habet fundamentum in firma & probabili spe de præsenti, & ex ea oritur quoddam jus ad rem, quo privari, est præjudicale: & sequitur Rot. apud Seraphin. *decis.* 351. *num.* 11. rationem reddens, quia jus quod oritur ex contractu, est juris gentium, quod per consequens tolli non potest. Et ideo non tollitur creditoribus jus quæsitum ex contractu, non obstante quocumque Pontificis rescripto, nisi Papa specialiter derogaverit huic Regulæ *de jure quæsito non tollendo:* per Seraphin. *decis.* 1294. *num.* 2. † ubi dicit rescriptum non 17
suffragari, si concessum fuerit officium super quo competebat jus hypothecæ creditoribus; quâvis in illa facti specie concluſum fuerit, non fuisse opus derogatione hujus Regulæ, quia Papa rescribebat super re propria, non autem super aliena, & nemini auferebat jus quæsitum, cùm ageretur de officio quod erat perituruum & resolubile; & sic hypotheca extinguebatur statim ubi officium redibat ad Principem: cujus materiæ major resolutio, cùm non sit præsentis speculationis, videri poterit apud Pacificum *de Salviano interdicto, inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 636. & *sequent.* Louet *littera D, num.* 63 Loyseau *des offices, lib.* 3. *cap.* 6. 7. 8. & 9. Thusc. *in verbo, Officia Romanæ Curiæ, conclus.* 105. *num.* 6. & 7. ubi dicit quod si Papa faciat gratiam alicui creditori posteriori, vel satisfiat de Officio, vel pretio Officii, nõ facit injustitiam prioribus creditoribus, quia in re sua potest facere quod sibi placet: *l. etiam, §. licèt, ff. solut. matrim.* Ricc. *collectan.* 1498. ubi tamen concludit aliud dicendum esse, quando agitur de officiis perpetuis. † Quod ego intelligo procedere quando agitur de officiis hæreditariis, quæ trãseunt ad hæredes, & cadunt in commercium, qualia sunt hodie ferè omnia Officia Galliæ, etiam simplices Iudicaturæ, quæ adeo sunt hæreditariæ, ut saltem quoad pretium & valorem cadant in legitimæ imputationem: Barry *lib.* 14. *de collat. cap.* 4. *titulo, ex quibus titulis profectitia conferantur, num.* 16. Addit. ad Louet *litt. C, num.* 23. *colum.* 2. *in fine*, versic. *car l'usage*, Loyseau *lib.* 4. *c.* 6. *n.* 43. *in d. tract. des Offices.* 18

Cæterùm quod superius diximus *numero* 17. Papam non posse tollere jus quæsitum creditoribus ex contractu, sic explicandum est, ut non possit quidem Papa in totum jus illud tollere, possit tamen debitori super illo dilationem concedere, facta in rescripto mentione juramenti, quatenus ageretur de contractu jurato: Felin. *in capite Constitutus,*

tus, numero 18. *verſicul. ſecundus caſus, de reſcript.*

20 Septimò, quando huic Regulæ derogandum eſt, requiritur ut derogatio ſit ſpecialis, nec ſufficiunt clauſulæ generales: Put. *deciſ.* 257. *numero* 4. *lib.* 2.

21 Adeo ut nec inducatur ſufficiens derogatio per clauſulam, *de plenitudine poteſtatis*, adjectam in reſcripto: Antonin. *lib.* 1. *var. reſolut.* 105. *num.* 6. Seraphin. *deciſ.* 1082. *num.* 8. Barboſ. *de clauſul. cap.* 41. *num.* 42.

22 Octavò, dicta Regula non habet locum, niſi agatur de jure perfecto & radicato, ut illius neceſſaria ſit derogatio: Rot. *deciſ.* 174. *num.* 8 *part.* 1. *recent.* Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 79. & de jure valido, Cavaler. *deciſ.* 280. *num.* 2. *&* *deciſ.*

23 333. *num.* 2. † non autem de jure eventuali: Rot. *deciſ.* 730. *num.* 3. *part.* 3. *recent. & deciſ.* 372. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Exemplum habetur *in dicta deciſ.* 730. *num.* 3. in caſu, quo Capitulum habebat jus percipiendi annatas, quod jus cùm ſit eventuale & conſequutivum, quando ſcilicet beneficia vacaſſent, propterea in unionibus non erat facienda mentio de tali jure, nec opus erat derogare huic Regulæ. Similiter quando Papa decernit beneficium juriſpatronatus non vacare per promotionem ad Epiſcopatum, non eſt opus derogare juri patronorum, quod eſt eventuale, cùm veniat in conſequentiam illius vacationis quæ impeditur: Rot. *deciſ.* 21. *n.* 5. *verſic. pro parte contraria, de præbend. in novis.* Et

24 *in dicta deciſ.* 266. *parte* 3. *recent.* † ponitur exemplũ de conceſſione Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione, quæ licèt præjudicet ordinario collatori, cùm impediat ne poſſit conferre poſt mortem coadiuti; tamen non fuit neceſſaria derogatio Regulæ, cùm jus collatoris ordinarii eſſet eventuale, cùm vacatio per mortem coadjuti poſſit cadere in menſe Apoſtolico, ſicut in menſe Ordinarii: ideo non in-

25 trat Regula *de jure quæſito non tollendo.* Idem dicendum eſt de jure conditionali, in quo derogatio Regulæ *de jure quæſito non tollendo*, non eſt neceſſaria, quia poteſt Papa ius illud tollere abſque derogatione dictæ Regulæ, antequam via ſit aperta parti jus illud deducendi in judicio: Seraphin. *deciſ.* 922. *num.* 6. *&* *deciſ.* 1294. *num.* 8. Barboſ. *de clauſ. cap.* 44. *num.* 16.

Quomodo autem debeat intelligi dictum jus formatum, multis explicat Modern. *de ſtylo datar. lib.* 1. *c.* 33. *n.* 17. *& ſequentib.*

26 Nonò, non eſt opus derogatione illius Regulæ, quando Papa nihil de novo diſponit, ſed ſolùm explicat & declarat rem dubiam, contentam in prima conceſſione: quia per declarationem non aufertur jus, ſed patefit illud quod obſcurè continetur in prima conceſſione: ideóque declarans nihil dicitur facere de novo: *l. hæredes palam*, §. *ſi quis poſt factum, ff. de teſtam.* Rot. *deciſ.* 630. *num.* 4. *part.* 4. *recent.*

27 Decimò, neceſſe eſt ut interveniat derogatio ſpecialis hujus Regulæ, etiamſi conceſſio facta fuerit *motu proprio, & ex certa ſcientia*, ut patet ex verbis expreſſis dictæ Regulæ: prout etiam concludit Rot. apud Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 9. *n.* 14.

28 Vndecimò, non eſt locus dictæ Regulæ, quando Papa diſponit dumtaxat removendo obſtaculum, quod aliquem impediebat, ne aliquid obtinere poſſet. Exemplum dari poteſt, ſi Papa aliquem cum verbis & clauſulis prægnantibus legitimaverit ad feuda ex pacto & providentia, cùm tunc agatur de removendo obſtaculo de non tollendo jure quæſito: Pariſ. *conſ. primo*, *numer.* 75. & 76. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 3. *num.* 118. *lib.* 1. Seraphin. *deciſ.* 340. *num.* 1.

Duodecimò, clauſula derogatoria dictæ Regulæ nihil operatur, quando gratia principalis eſt nulla, vel ſubreptitia, Mar. Antonin. *lib.* 1. *reſolut.* 105. *n.* 7. ſicut non ampliat, neque extendit principalem diſpoſitionem; ſed ſolùm operatur reſpectu eorum quæ in principali diſpoſitione, ſeu privilegio ſunt comprehenſa: Seraphin. *deciſ.* 1293. *num.* 7. & non derogat privilegio, & juri ſpeciali: ut *in eadem deciſ. num.* 8.

Decimotertiò, dicta Regula videtur non habere locum, quando in reſcripto Pontificio adeſt clauſula *anteferri*, non quidem ad tollendum jus quæſitum in re, ſed quoad jus ad rem: *ex cap. penult. de præbend. in* 6. Quod tamen non procedit ſine difficultate, quia illud non colligitur ex *dicto cap. penult.* Et contrarium expreſsè tenet Felin. *in cap. cauſam quæ, de reſcript. num.* 26. dicens pro hac ſententia ſæpiùs fuiſſe judicatum: quem refert Monet. *in commut. ult. volunt. cap.* 11. *num.* 459. Sed tamen quod per dictam clauſulam *anteferri*, præjudicetur juri ad rem, non autem juri in re, deciſum fuit per Rot. apud Verall. *deciſ.* 337. *p.* 1. Ricc. *in praxi rer. for. Eccleſ. deciſ.* 195. *num.* 207. Barboſ. *de clauſ. cap.* 8. *num.* 9. Vivian. *de jurepatronat. lib.* 13. *cap.* 3. *numero* 102.

CAPVT CXCI.

Religioſi ſocietatis Iesu, poſt emiſſa vota biennii, licet ſint verè religioſi, tamen bonorum ſuorum dominium retinent, ſed illorum adminiſtrationem non habent. Teſtari, & aliter diſponere de bonis propriis poſſunt de licétia Superiorum, & ſervata forma conſtitutionum Societatis. Dimiſſus autè poſt vota biennii donationes antea factas in Gallia non revocat. Ex approbatis autem ejuſdem Societatis conſtitutionibus, qui dimiſſus eſt, bona Societati donata non revocat. Vtrùm revocato teſtamento fructus ab hæredem inſtitutum reſtituendi ſint titulo videlicet redacto ad non titulum. Et explicatur quæ ſit differentia inter fructus per legatarium, conſentiente teſtatore, eoque vivente percepto, & eos qui per hæredem percepti fuerunt in vim teſtamenti revocati.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi ſocietatis IESV poſt emiſſa vota biennii bonorum ſuorum adminiſtrationem habent, ſed non dominium & poſſeſſionem:* & to-
mer. 9. & 14.

2 *Poſt emiſſa vota biennii Ieſuitæ non ſunt profeſſi, & ponitur forma votorum dicta Societatis poſt biennium probationis.*

3 *Ieſuitæ ante ſolemnem profeſſionem potiùs accedunt ad novitios, quàm ad profeſſos.*

4 *Profeſſi apud Ieſuitas ſunt bonorum incapaces.*

5 *Religioſi*

5 *Religiosi dictæ Societatis ante solemnem professionem possunt revocare testamentum antea conditum, servata forma constitutionum.*

6 *Iesuitæ ante solemnem professionem tenentur revocare testamentum antea conditum, si Superiores jubeant.*

7 *Bona Religiosorum dictæ Societatis non spectant ad hæredes illorum, nisi post factam solemnem professionem.*

8 *Quamvis ex constitutionibus Societatis requiratur licentia Superiorum, ea tamen adhibita validum est testamentum, sed qui illud sic condidit, peccat.*

9 *Iesuitæ post biennium retinent dominium bonorum.*

Idem num. 14.

10 *In Gallia donatio inter vivos facta ante ingressum, non revocatur per dimissionem à Societate post vota biennii.*

11 *Donatio facta causa ingressus in Religionem, æquiparatur donationi causa moris, & revocatur non secuto ingressu.*

12 *Donatio causa ingressus Religionis non redditur nulla, quamvis donator nihil sibi reservaverit ad testandum.*

13 *Dimissus à Societate non recuperat bona per eum antea donata ipsi Societati: ipsi tamen ex eis alimenta debentur, si aliundè non habeat.*

15 *Revocato testamento, titulus reducitur ad non titulum, & fructus sunt restituendi.*

16 *Error juris non excusat à restitutione fructuum, quando lex resistit.*

17 *Legatarius, qui consentiente testatore fructus percipit, non tenetur illos restituere, quia habet titulum* pro suo.

18 *Quæ sit ratio differentiæ inter fructus legatorum vivo & consentiente testatore perceptos, & fructus bonorum hæreditariorum.*

19 *Donatio causa mortis revocabilis est, non solum quoad principale, sed etiam quoad fructus.*

20 *Traditio legati ut suffragetur quoad fructus perceptos per legatarium, necesse est ut fiat per aliquem alium actum post testamentum.*

21 *Etiam in terminis legatis fructus sunt restituendi, ex nonnullorum sententia.*

22 *Causa onerosa non dicitur, quotiescunque lucrum est majus onere.*

REligiosus Societatis Iesu testamentum condiderat antequam Religionem ingrederetur, illius tamen ingressus intuitu, sub ea verò conditione, quod si ipse propter infirmitatem, aut alia quavis de causa exiret è Societate, bona sibi rederentur sine illa fructuum restitutione, à quorum restitutione fratrem suum hæredem instituendum liberavit.

Mortuo postea fratre, aliud condidit testamentum, servatis regulis ejusdem Societatis, in quo inter cætera legatur sorori suæ fructus bonorum suorum, quos vidua & hæres fratris defuncti post mariti mortem, de bonis ipsius testatoris perceperat. Ideo dubitatum fuit utrum dictus Religiosus post emissa biennii vota in dicta Societate potuerit aliud testamentum condere, & de fructibus per viduam perceptis in favorem sororis disponere.

Repetenda sunt hîc ea quæ jam diximus de Iesuitarum societate superiùs, *part.* 1. *cap.* 51. licèt ibi casus esset diversus, quia agebatur de donatione facta per Religiosum dictæ Societatis inter vivos post emissa biennii vota. † Et supponendum est in hac Clarissima, & toti Ecclesiæ utilissima Religione, illos qui vota biennii emisêre, non amittere bonorum suorum possessionem, nec dominium, sed duntaxat administrationem habere limitatam ad nutum, & voluntatem Superiorum, & in hoc differunt ab aliis Religiosis, qui nec dominium, nec usum habent: Mirand. *in manuali prælator. regul. lib.* 1. *quæst.* 10. *art.* 3. *conclus.* 2. *in responsione ad primum argumentum.* Emmanuel Roderic. *tom.* 2. *quæst. regul. q.* 1. *art.* 4. † Et ideo post emissa vota biennii Religiosi quidem sunt in dicta Societate, sed non sunt professi, cùm promittant solùm se professionem emissuros, dum & quando Superioribus ita placuerit, hoc modo: 1 2

Omnipotens sempiterne Deus, ego N. licèt undecunque divino tuo conspectu indignissimus, fretus tamen tua pietate & misericordia infinita, & impulsus Tibi serviendi desiderio, voveo coram sanctissima Virgine MARIA, & Curia tua cœlesti universa, Divinæ Majestati tuæ paupertatem, castitatem, & obedientiam perpetuam in Societate IESV: & promitto me eandem Societatem ingressurum: omnia intelligendo juxta dictæ Societatis constitutiones, &c.

Ideo tales sic voventes potiùs accedunt ad novitios quàm ad professos, cùm sint adhuc in statu probationis, & semper cum causa, etiam sine culpa sua expelli possint: Rot. *decis.* 246. *part.* 4. *recent.* 3

Et ita differunt à verè professis, qui bonorum retinendorum sunt incapaces, Gabriel *consil.* 28. *lib.* 1. Matt. *cons.* 11. *n.* 41. Burat. *decis.* 245. 4

Potuit igitur dictus testator de bonis suis disponere cum licentia suorum Superiorum, & aliàs juxta formam in constitutionibus dicti Ordinis præscriptam, & per consequens primum testamentum revocare, ut concludit Sanch. *in præcept. Decalogi, lib.* 7. *cap.* 3. *numero* 5. *in fine, versic. hoc autem intelligo,* juncto *num.* 6. † ubi dicit teneri sub pœna peccati mortalis revocare testamentum antea conditum, si Superiores enm ad id adstringere vellent. Faciunt tradita per Dominum Ludovicum Bell. *cons.* 40. *n.* 6. Vnde bona Religiosi dictæ Societatis non spectant ad illorum hæredes, nisi post emissam solemnem professionem. Sanch. *dicto lib.* 7. *c.* 3. *n.* 70. *versic. excipe tamen.* 5 6 7

Advertendo tamen, quod licèt in hoc testamento posteriori continente revocationem præcedentium, requiratur ex dictis constitutionibus licentia Superioris, ut testatur Sanch. *dicto lib.* 7. *cap.* 8. *n.* 23. *versic. licentia,* tamen si non adhibita hujusmodi solemnitate, testamentum fuerit conditum, peccabit testator, sed testamentum erit validum: Sanch. *d. lib.* 7. *c.* 8. *n.* 25. 8

Hoc igitur speciale est in hoc Ordine, ut post emissa vota biennii, Religiosi dominium bonorum suorum retineant, Felician. à Solis *de censibus, lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 22. & sic ante edictum Henrici IV. judicabatur in Gallia. Chopin. *lib.* 2. *monastic. capite* 3. *numero* 9. *fol.* 316. Chenu ad Papon. *lib.* 21. *tit.* 8. *numero* 9. 9

Hodie tamen quoad bona sita in Gallia, contrarium judicatur: prout in suprema Parlamenti Gratianopolitani Curia decisum fuit in causa Domini Marci Antonii Lambert, teste Expilli *in suis arrestis, capite* 225. Is antequam emitteret vota biennii, bona sua inter vivos fratri suo donaverat, reservata in favorem Collegii Avenionensis ejusdem Societatis summa 2400. librarum. Dimissus post aliquot 10

annos

annos à dicta Societate bona ſua repetebat, ex eo quod donatio facta intuitu ingreſſus in Religionẽ induat naturam donationis cauſa mortis, & ſic eſſet revocabilis, præſertim cùm in illa nihil prorſus ſibi reſervaſſet ad teſtandum, ideo donatio erat revocabilis, tamquam tollens liberam teſtandi facultatem, & ſic facta contra bonos mores: cúmque ipſe dimiſſus eſſet à dicta Societate, ceſſante cauſa finali, propter quam donatio facta fuerat, locus erat illius revocationi. Quibus tamen non obſtantibus, fuit in ſuprema illa Curia judicatum, donationem validam & irrevocabilem remanere, aſſignato tamen ipſi donanti annuo reditu 150. librarum loco alimentorum, ut fuſiùs deducitur *in dicto arreſto* 225.

11 Cum autem lato dicto arreſto hæredes præfati Domini Lambert poſtea vita functi, vellent agere contra dictos RR. PP. Ieſuitas donatarios dictæ ſummæ 2400. librarum, prætendentes quod donatio, quamvis ex diſpoſitione juris communis ſubſiſteret, & valida eſſet ex eo, quod non eſſet opus aliqua reſervatione ad teſtandum, cum ſimiles donationes quæ fiunt intuitu ingreſſus Religionis, æquiparentur donationibus cauſa mortis, & fiant revocabiles ſi ingreſſus non ſequatur, nec debeant
12 inſinuari, Burat. *deciſ.* 461. Argell. *de acquirend. poſſeſſ. quæſt.* 12. *artic.* 2. *per tot.* † & propterea talis donatio facta intuitu ingreſſus in Religionem non reddatur nulla, quamvis donator nihil ſibi reſervaverit ad teſtandum, Sanch. *ad præcept. decalogi, lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 19. tamen de jure communi erat revocabilis ante factam profeſſionem, non obſtante dicto arreſto Curiæ Parlamenti, quod tanquam contrarium diſpoſitioni juris communis, & fundatum in particulari Galliæ conſuetudine, non poterat habere locum apud nos, ubi jus commune ſervatur, & ſic dictus Religioſus dimiſſus ante ſolemnem profeſſionem, debebat ad bona ſua reintegrari, & ſic ex ejus perſona poterant ſucceſſores dictam ſummam 2400. librarum recuperare. Ego contrarium conſului, & dixi Collegium Avenionenſe non poſſe moleſtari quoad illas 2400. libras, quia cùm dicti ſucceſſores Religioſi dimiſſi totis vitibus tuerentur in Parlamento validitatem donationis, non poterant modò contrarium prætendere, & ſub prætextu nullitatis dictæ donationis ſummam Collegio donatam revocare.

13 Sed & hoc ſummè notandum, quod apud RR. PP. Ieſuitas ſpeciale eſt, quod ſi novitius ante vel poſt emiſſa vota ſimplicia biennii, bona ſua, vel partem illorum Societati donaverit, non poteſt poſtea dimiſſus bona donata revocare, nec ad illa reintegrari; ſed illa debent ſpectare ad Societatem vel collegium cui donata ſunt, aſſignata nihilominus certa annua ſolutione illi, qui dimiſſus eſt, loco alimentorum, ut copioſè defendit Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 7. *c.* 1. *à num.* 31. *uſque ad* 39. ubi hanc alimentorum præſtationem durare aſſerit quandiu donatarius non habet aliunde ex quo vivere poſſit: ſi enim haberet aliunde, veluti ex beneficio, aut alia ratione, ceſſaret obligatio dictæ præſtationis alimentorum.

14 Redeundo ad quæſtionem propoſitam, hoc certum eſt, quod licèt Religioſi non poſſint proprietatem & dominium bonorum ſuorum retinere cùm hoc ſit contra votum paupertatis; tamen in dicta Societate hoc ſpeciale eſt, ut poſt emiſſa vota biennii, ſic voventes, quamvis ſint verè Religioſi, bonorum ſuorum dominium conſervent, ut probat Felician, à Solis *in tract. de cẽſib. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 22. *tom.* 2.

Vnde ſequitur, quod dictus Religioſus poterit ſine dubio revocare teſtamentum ante novitiatum conditum, & poſteriori teſtamento legatum fructuum in primo teſtamento contentum revocatur. *§. poſteriore, Inſtit. quib. mod. teſtament. infirmatur.*

Revocato itaque priore teſtamento, titulus tacitus fuit ad non titulum, & ideo bona teſtamentaria ſunt cum fructibus, ex notatis per Surd. *deciſ.* 45. *num.* 10. 16. *& ſequent.* Cyriac. *controverſ.* 300. *num.* 48. *&* 49. quia nulli poſſunt eſſe fructus, cum originem ducant ex teſtamento quod non eſt, & non ſubſiſtit: Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 57. *num.* 83. † Adeo ut error juris non excuſet, quia lex reſiſtit poſſidenti ex teſtamento revocato: quo caſu bona fides, & ignorantia non ſuffragantur ad fructuum perceptionem. Gam. *deciſ.* 312. *num.* 1. & 2. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 281. *num.* 16. Rom. *conſ.* 454. *num.* 27. Ozaſc. *deciſ.* 160. *num.* 12. Rinald. jun. *conſil.* 333. *num.* 21. Gratian. *diſcept.* 824. *num.* 57.

Verùm difficultatem faciebat, quod ſi teſtator vivens devenerit ad traditionem legati, cenſetur donare, & legatarius non tenetur fructus reſtituere; quia poſſidet pro ſuo Gomeſ. *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 12. *num.* 4. & legatum ſit irrevocabile, eum quoad acquiſitionem fructuum, Bart. & alii in *l. legatum* 37 *ff. de legat.* 2. Cancer. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 36. Graſſ. *in §. Legatum, quæſt.* 5. *verſic. ſed nunquid tale legatum*: Magon. *deciſ. Lucen.* 28. *n.* 11. Iſaur. jun. *lib.* 3. *q.* 45. *n.* 11.

Iſta tamen objectio ceſſabat in caſu propoſito, quia dictus Religioſus ſtatim ubi vide finem ſuum vita functum eſſe, egit contra eos virtute pro petitione dictorum fructuum, & in ſuam objectum tacitæ illius donationis.

Præterea hîc non agitur de legato, de quo tractant DD. in dicta *l. legatum* 37. & in *l. Lucius* 2. *ff. de legat.* 2. ſed de hæredis inſtitutione, quæ vide hac in re differunt: quia legatum capitur de bonis hæredis, & ſic poſt mortem teſtatoris. Quando autem teſtator rem ſimpliciter tradit legatario, non mutatur natura legati, quod numquam capit per abipſo teſtatore; & ideo quando teſtator ipſe dit vivens, legatum tranſit in naturam dona Aliud eſt in hæreditate, quam vivens titulo tionis transferre non poteſt, cum titulus dis nis non ſit habilis ad transferendam hæredi quæ pactis dari non poteſt: & hanc differ agnovit Natt. *in tract. de modo condendi teſta tum irrevocabile, num.* 89. *&* 61. dum *in prima te* loquitur de legato; *in ſecundo* de hæredi tutione, quam dicit numquam revocari poſſe, agatur de cauſa pia.

Quod patet ex eo, quod ſi agatur de donat cauſa mortis, traditio rei donatæ facta in vita cabilis eſt, non ſolùm quoad principale, ſed quoad fructus qui per donantem repetuntur text. *in l. cum quis* 12. *ff. de condict. cauſ. dat.* Vi Afflict. *deciſ.* 275. *num.* 3. *&* 4. Cancer. *lib.* 3. *num.* 57. Vaſq. *de ſucceſſion.* §. 17. *requiſit.* 28. *n.* ubi quod donans cauſa mortis, & ſimpliciter dens in vita, præſumitur tradere vigore donatio cauſa mortis, & ſic revocabiliter. Quod eodem do procedere aſerit, ac ſi ageretur de legato hanc communem & veriorem eſſe ſententiam tetur Surd. *conſil.* 14. *n.* 14. Marta *de ſucceſſione li, p.* 4. *queſt.* 18. *artic.* 10. *num.* 105. *&* 106. Franci Cremenſ. *ſingul.* 16.

Et hoc potiſſimùm locum habet, quando ceſſio agentis

agreetur de legato, non constat de alia traditione facta post testamentum conditum: ut docet Spin. *de testament.gloss.8.n.4.in fine,& num.5.* quia quando traditio fit in ipso actu testamenti, sicut testamentum potest revocari, ita & legatum: Covatr. *in secundæ parte Rubricæ de testament.n.81.* Barry *de*
21 *succes.lib.9.tit.29.de adempt.legator.n.2.*† qui contra Gomesium expresè tenet fructus unà cum legato revocari posse per testatorem, adinstar donationis causa mortis, de qua ultra superiùs citatos
22 agit Bald.*consil.192. Donatio causa mortis,n.1.vol.3.*

Neque poterat hoc casu tractari de causa onerosa, propter solutionem legatorum injunctam hæredi: quia non dicitur causa onerosa quotiescumque luctum est majus onere. Seraphin.*decis.416.n.11.& sequent.* Thusc.*littera L,conclus.449.n.12.*

CAPVT CXCII.

Jus patronatus concessum ex privilegio, potiùs esse jus præsentandi, quàm jus patronatus; & ideo illi faciliùs derogari posse. Verum & proprium jus patronatus illud esse quod alicui competit de jure communi, nimirum ex fundatione, vel dotatione: quod si tale non sit, illi derogari posse, nisi competeret ex causa verè onerosa, vel cum privilegio concurreret causa dotationis, vel fundationis: veluti si ageretur de fundante, vel dotante Ecclesias Regulares, tunc enim Papa non solet derogare: & si deroget, requiritur derogatio specialis. Quid si in privilegio dictum sit, quod perinde habeatur ac si ex fundatione, vel dotatione procederet? Quomodo differant inter se juspatronatus, & jus præsentandi? In Gallia non admitti derogationem juris patronatus ex privilegio, vel præscriptione; sicut nec in Hispania. Hoc tamen casu verius est provisionem cum derogatione subsistere, si patronus intra quadrimestre non reclamet.

SVMMARIVM.

1 *Jus patronatus Domino Baroni Alesti competere in Ecclesia illius loci, ex privilegio Sixti IV. Summi Pontificis.*
2 *Juri patronatus ex privilegio competenti summus Pontifex derogat.*
3 *Jus patronatus ex privilegio, potius est solum jus præsentandi, cui Legatus ipse derogat.*
4 *Jus patronatus, & jus præsentandi, possunt unum ab altero separari, & sunt inter se omninò diversa.*
5 *Jus patronatus ex privilegio competens est improprium.*
6 *Quamvis in privilegio dictum fuisset, quod jus patronatus perinde censeretur, ac si ex fundatione, vel dotatione competeret; est nihilominus improprium, & illi derogatum, etiamsi esset laico concessum.*
7 *Per Concilium Tridentinum fuit derogatum juripatronatus ex privilegio competenti, quæ constitutio locum habet, etiamsi dictum esset, quod esset instar juris patronatus Regum & Principum.*
8 *Si patronatus concederetur ex privilegio ex causa onerosa, non derogaretur illi, nisi cum speciali Pontificis derogatione.*
9 *Jus patronatus competit laico fundanti, vel dotanti Ecclesiam regularem, nisi ex privilegio Summi Pontificis.*
10 *Privilegio juncto cum fundatione non derogatur juripatronatus.*
11 *Specialis derogatio juris patronatus requiritur in privilegio quod habet pro se voluntatē testatoris.*
12 *Probata servitute beneficii præsumitur quod sit ex fundatione, vel dotatione.*
13 *Derogatio juris præsentandi non afficit jus patronatus, quod deducitur ex juris præsumptione, quæ facit ut censeatur quis verus patronus ex fundatione, vel dotatione.*
14 *Explicatur decisio Seraphini 291.*
15 *In Gallia jus patronatus ex privilegio derogatio non admittitur.*
16 *Si tamen patronus intra quatuor menses non reclamet, subsistit derogatio, ex veriori sententia.*
17 *In Hispania non admittitur derogatio juris patronatus ex privilegio.*
18 *Secundùm Doctores Hispanos, jus patronatus quæsitum ex temporis diuturnitate, præsumatur procedere ex fundatione, vel dotatione.*

SAcri Concilii Tridentini decreto, *sess.25. de reformat.c.9.* constitutum est, titulum juris patronatus ex fundatione, vel dotatione admittendum esse, qui ex authentico documento, & aliis à jure requisitis ostendatur, sive etiam ex multiplicatis præsentationibus, per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliásve secundùm juris dispositionem. Reliqui verò patronatus, seu facultates, & privilegia concessa, tam in vim patronatus, quàm alio quocumque jure nominandi, præsentandi, seu eligendi, cùm vacant, in totum prorsus abrogata, & irrita, cum quasi possessione inde secuta intelligantur; beneficiáque hujusmodi tanquàm libera à suis collatoribus conferantur, ac provisiones hujusmodi plenum effectum consequantur.

Ideò cùm Dominus Baro Alesti, ex bulla erectionis Ecclesiæ sancti Ioannis Alesti in Collegiatam, habuisset pro se, & suis in dicta Baronia successoribus, dotationem à Sixto IV. Iurispatronatus illius Ecclesiæ, concessa Capitulo beneficiorum ejusdem Ecclesiæ collatione, excepto tamen Decanatu, quem sibi, seu suæ provisioni Papa reservavit, ut constat ex tenore Bullæ ejusdem erectionis, de qua etiam expresè loquitur Rebuff.*in praxi,in 3.parte Signaturæ,in verbo, necnon jurispatronatus, n.22.* † oppo- 2
nebatur ipsi, non solùm huic jutipatronatus per summum Pontificem derogari posse, sed etiam provisiones, nulla illius jurispatronatus mentione, vel derogatione facta, validas esse, prout expresè determinat Paris. *de resignat.lib.2.q.4.n.51.* ubi plurimos DD. allegat. Et ratio est, quia hoc casu cessat consideratio, ob quam difficiliùs juri patronorū derogatur, ne videlicet laici à piis fundationibus retrahantur. Staphil. *de litter.gratiæ, tit. de modo & forma impetrandi, §.quæro principaliter, numero 4.* ubi plus dicit post Federic.de Sen *cons.63.* † quod 3
etiam Legatus potest conferre talia beneficia, in quibus laici habent tantùm jus præsentandi:

quod non poteſt, quando habent juſpatronatus, *cap. dilectus, de offic. deleg.* cum ſimilibus.

4 Siquidem, ut bene Staphilæus probat, jus iſtud ex privilegio competens, propriè juſpatronatus non eſt, ſed jus præſentandi duntaxat: jus enim patronatus, & jus præſentandi, inter ſe valde differunt, & ſeparari poſſunt. Calderin. *conſ.* 19. incipiente, *Conceſſum eſt, ſub tit. de jurepatron.* ubi quod patronus poteſt alteri donare jus præſentandi, reſervato ſibi jure patronatus quoad alia: unde quamvis in reſervatione patronatus dictum fuerit, quod jus præſentandi competeret majori natu, non propterea deſinent alii eſſe patroni: quia præſentatio eſt unus ex effectibus juris patronatus, & poteſt ab eo ſeparari. Vnde reſervatio juriſpatronatus fieri poteſt in favorem unius ex familia, jus verò præſentandi in favorem majoris natu de familia: Se-

5 raphin. *deciſ.* 456. *num.* 2. *& ſequentib.* † Ideo in caſu propoſito potiùs competebat domino Baroni jus præſentandi, quàm juſpatronatus; quamvis illud expreſsè reſervatum eſſet in ejus favorem in bulla Sixti IV. quia hoc eſt juſpatronatus improprium, quia non competebat ex fundatione, dotatione, vel conſtructione, ſed ex reditibus Eccleſiæ fundati erant canonicatus: Felin. *in cap. cùm venerabilis, num.* 37. *poſt medium, verſic. & adde quod ædificans, de exceptionib.* Lambert. *in tract. de jurepatronat. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 7. *num.* 1. *&* 2. Quod procedit etiamſi alius fuiſſet dotator, & non ille, cui jus ex privilegio conceſſum eſt: Felin. *loco citato, numero* 32. *&* 33.

6 Et præmiſſa locum habent, etiamſi in privilegio diceretur, quod juſpatronatus conceditur alicui perinde ac ſi ex vera & reali fundatione, & dotatione competeret; non ideò minùs juſpatronatus retineret naturam conceſſi ex privilegio, cùm illa qualitas quod non dicatur *ex privilegio*, ſed *ex fundatione*, ſit appoſita in ipſo privilegio; & ſine ipſo, ſeu ſi privilegium ceſſaret, qualitas illa non adeſſet: unde licèt habeat aliquam majorem prærogativam, quàm ſimplex juſpatronatus ex privilegio, ſemper tamen originem ducit à privilegio, & in eo fundatur: & ita fuit deciſum per Rotam apud Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 117. Quamvis cõtrarium dicere videatur Gonzales *dicta gloſſ.* 18. *n.* 93. tamen loquitur in diverſo caſu, nempe dum quæritur utrum Regula menſiũ deroget juri patronatus ex privilegio, qui non eſt caſus noſter. Immò concludit, etiam hoc caſu ſimile privilegium fuiſſe ſublatũ per Concilium Tridentinum, ut patet *ibid.*

7 *n.* 97. *& ſequent.* Et probat *n.* 102. † huic privilegio derogatum eſſe per Concilium, quamvis in illo dictum fuiſſet quod patronatus ejuſdem eſſet naturæ, cujus privilegia Regum, quibus non eſt derogatum per Concilium, ſequitur Garz. *dicta parte* 5. *cap* 9. *numero* 118.

8 Si tamen juſpatronatus eſſet ex cauſa verè oneroſa, vel meritorum, aut ſervitii, & fuit ſoluta compoſitio, requiritur ſpecialis derogatio, etiamſi facta fuerit per viam privilegii: Mohedan. *deciſ.* 11. *de jurepatronat. num.* 1. *verſic. quando tamen*, Rot. *deciſ.* 687. *n.* 2. *verſic. nõ obſtat quod objicitur, part.* 1. *diverſor.* ubi dicitur privilegium conceſſum Comiti, non obſtare quominus juſpatronatus cenſeatur eodem jure, quo quæſitum ex fundatione: quia comes jus præſentandi obtinuerat propter conceſſionem habentem originem ex privilegiis temporalibus, quæ ad ipſum ſpectabant tanquam dominum illius loci. Eadémque ratione, ſi privilegium alicui fuerit conceſſum propter reædificationem Eccleſiæ, quæ jam deſtructa fuerat in totum, indigere ſpeciali derogatione, ut præſentationis juri fiat præjudicium, fuit deciſum apud Seraphin. *deciſ.* 907.

Vnde ſi derogatio facta fuerit juriſpatronatus, præterquàm ex fundatione, & dotatione, alias in totum, licèt comprehendat competens ex privilegio, non comprehendit quando privilegium fuit conceſſum ex cauſa dotationis, vel fundationis. Jur. *deciſ.* 382. *aliàs* 392. *lib.* 2. Exemplũ datur ſi tractatur de Eccleſia conventuali, in qua laicus non poteſt obtinere juſpatronatus ſine ſpeciali privilegio. Put. *deciſ.* 356. *aliàs* 366. *numero* 3. *lib.* 2. per text. in *cap. nobis*, §. *cæterùm, de jurepatronat.* & *ibi* Gloſſ. *in verbo ſua juriſdictione*, Hoſtienſ. *colum.* 2. Acharan. *n.* 16. Lambertin. *lib.* 2. *part.* 1. *in* 5. *quæſt. princip. art.* 1. *numero* 10. *& ſequentib.* ſi enim ſummus Pontifex privilegium illud conceſſerit fundanti, vel dotanti ſimilem Eccleſiam conventualem, ſive regularem, † non poteſt huic privilegio præjudicari ſine ſpeciali derogatione Pontificis. Quod ſequitur Seraphin. *deciſ.* 719. *numero* 3. ubi facta differentia inter jus præſentandi, & jus patronatus, de quo ſuperiùs actum fuit; † concludit etiamſi alicui ſolùm competat jus præſentandi, non ex fundatione aut dotatione, ſed ex præſcriptione, quæ habetur pro ſe voluntatem fundatoris; requiri illius juris ſpecialem derogationem, perinde ac ſi de vero jure patronatus ageretur. Et ratio petitur ex Paro *deciſ.* 394. aliàs 404. *libro* 2. † quia probata ſcientia tutæ Eccleſiæ, præſumitur ex fundatione & dotatione.

Nec huic reſolutioni adverſantur ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, Staphil. *de litter. gra.* quæ *principaliter, num.* 6. non requiri mentionem, ſed derogationem, ſi adſint veri patroni, qui non ſint in quaſi poſſeſſione juris præſentandi, ſed præſentatio ſpectat ad alios, qui non ſunt veri patroni: quia caſus iſte valde differt ab eo qui tractatur ibi per Staphil. cùm hic ſupponamus nullos adeſſe veros patronos qui prætendant hoc jus ſibi competere, immò ex antiquitate temporis diuturna obſervantia quæſitum fuerat jus præſentandi; † ideò cùm in gratia fuiſſet tantùm derogatum juri præſentandi ex conſuetudine competenti, non comprehendebatur jus quod ex juris præſumptione, ex aliis facti circunſtantiis ex fundatione, & dotatione ducebat originem, ut bene deducitur *in aliis deciſionibus.*

Neque prædictis obſtat *deciſio* Seraphini 291. in qua dicitur quod dum in privilegio appoſita fuit illa clauſula, quod *juſpatronatus habeatur ac ſi* a *vera fundatione & dotatione competeret*, facit quod regulari debeat, prout regulatur illud, quod ex fundatione, & dotatione competit, niſi conſter de contraria mente Papæ: ideo in dubio non cenſetur illi derogatum, quia non obſtante illa deciſione contrariũ Rota determinavit, etiã in terminis regulæ reſervatoriæ menſium: & declaratum fuit tale juſpatronatus cenſeri ſemper originem habere à privilegio, & non poſſe dici ex fundatione, ſeu dotatione, niſi per improprietatem, adeò ut neceſſe ſit ea verè procedat ex fundatione, vel alia cauſa oneroſa; videlicet ſi tantum fuerit impenſum, quantum valet conceſſio: alioquin ex mera gratia facta dicitur conceſſio: Rot. *deciſ.* 88. *n.* 4. *& ſequentib. & deciſ.* 58. *n.* 8. *part.* 1. *recent.*

Cæterùm licèt præmiſſa omnia veriſſima ſint et in terminis Concilii Tridentini; in Gallia tamen, ubi

ubi Concilium nondum in omnibus suis partibus receptum est, contrarium observatur; nempe non admitti jurispatronatus derogationem, licèt non ex fundatione, & dotatione, sed ex privilegio vel præscriptione competat: ut DD. Galli testantur, ut per Rebuff. *in praxi, in 3 parte Signaturæ, in verbo, nec non jurispatronatus, numero 23.& 24.* Add. ad Alexand. *cons. 74. numero 37. in verbo potuit, lib.4.* Illis tamen non assentior, qui existimant quod derogatio non convalescit, si patronus postea negligens sit, & permittat labi tempus quadrimestre ad præsentandum; † sed poterit Ordinarius lapso quadrimestri, conferre jure devoluto; & taliter provisus jure devoluto poterit opponere de nullitate provisionis Pontificiæ, per viam exceptionis, vel appellare tanquam ab abusu. Hanc autem sententiam falsam esse, & etroneam, ut scilicet lapso quadrimestri, Episcopus, seu illius collator ordinarius conferre possit jure devoluto; constat, non solùm quando Papa apposuit clausulam, accedente consensu patronorum, quia tunc nullum fit patronis præjudicium, & sufficit quod consensus postea superveniat; sed etiam si simpliciter jus patronatus fuerit derogatum, non solùm si ex privilegio, sed etiam si ex fundatione competeret. Ratio est, quia licèt provisio & institutio facta spreto patrono, sit ipso jure nulla, *cap. decernimus, 16. qu.est. 1. cap. cum dilectus, de jurepatronatus*, hoc tamen procedit reclamante, & contradicente patrono intra tempus datum ad præsentandum, aliàs sustinetur, & valet provisio & collatio facta spreto patrono: Rebuff. *in praxi, in 3. parte Signat. in verbo, necnon jurispatronatus, num. 52.* Rot. *decis. 77. part. 1. divers. num. 4.* cum similibus. Nullitas autem hæc inducta est in favorem patroni, ideò potest illi renunciare per lapsum temporis concessi ad præsentandum, estque in pendenti toto illo tempore collatio, & patrono non reclamante intra tempus, valida est, ut ex tunc. Lambert. *de jurepatr. lib. 2. part. 3. quæst. 2. art. 2. num. 25. 26. & 27.* Quod fusiùs prosequitur Vivian. *de jurepatronat. lib. 12. c. 5. per totum.*

17 In Hispania quoque non admittitur derogatio jurispatronatus ex privilegio quæsiti, seu ex consuetudine, vel præscriptione: atque ita obtentum fuisse testatur Covar. *practic. quæst. cap. 36. n. 6.*

18 *versic. Tertiò, & versic. Quartò,* †ubi probat quod in dubio jurispatronatus præsumitur acquisitum à laicis ex fundatione, & donatione; maximè si laicus solo temporis cursu nitatur, ex quo, & continuatis præsentationibus effectuatis oritur præsumptio jurispatronatus ex fundatione, & dotatione quæsiti: ut per eundem Covarr. *loco citato, num. 6. versic. Primum.* Quod est verum quando sumus extra casum præsumptæ usurpationis: Rot. apud Gaiz. *de benefic. part. 5. cap. 9. num. 87. versic. non obstare quod in dictis instrumentis, & numero 141. in quarta declaratione.*

CAPVT CXCIII.

De Vicario deputando in Ecclesiis, quæ sunt unitæ monasteriis Monialium, quibus cura animarum imminet. Et de Monialibus manutenendis in quasi possessione deputandi, seu eligendi, aut nominandi Vicarium, qui curam animarum exerceat. Et quod non solùm electio Vicarii, sed etiam in certis casibus collatio beneficiorum ad Moniales ex concessione Pontificia competere possit. Patroni Ecclesiastici nominationem habere vim electionis: Cardinales habere indultum, ut ipsi soli, & privativè, suæ diœceseos beneficia conferant. Præventionem patroni, etiam Ecclesiastici, impedire, ne in præjudicium præsentationis admissæ collatio alteri quàm præsentato fieri possit. Erectio Ecclesiæ in Collegiatam cujus authoritate fieri queat. Et hoc casu ille, cui prima Dignitas adjudicabitur, debet habere ætatem requisitam tempore provisionis.

SVMMARIVM.

1 *Monasterio Monialium competere potest cura animarum, per alium tamen exercenda.*

2 *Concessa Monialibus Ecclesia, censetur etiam illis concessa cura animarum eidem Ecclesiæ annexa.*

3 *Cura animarum competens Monialibus debet exerceri per Presbyteros sæculares.*

4 *Moniales quæ sunt in quasi possessione nominandi Vicarios perpetuos, sunt in illa manutenendæ.*

5 *Collatio beneficiorum spectare potest ad Moniales, interveniente indulto Apostolico; alioquin fœminæ sunt hujus iuris incapaces.*

6 *Quando fundatio, seu dotatio facta fuit de bonis Ecclesiæ, ius patronatus non potest esse laicale, quamvis fundator sit laicus.*

7 *Ius eligendi cùm sit spirituale, laicis competere non potest.*

8 *Præsentatione facta per patronum Ecclesiasticum, quare non liceat ipsi variare.*

9 *Cardinales Episcopi beneficia suæ diœceseos soli privativè conferunt ex indulto Pontificio.*

10 *Patronus Ecclesiasticus, si prævenerit præsentando formiter, & illa præsentatio fuerit acceptata, non potest Superior conferre.*

11 *Erectio Ecclesiæ in Collegiatam cuius authoritate fieri possit.*

12 *In erectione in Collegiatam, & in qualibet mutatione status Ecclesiæ, requiritur consensus Patroni.*

13 *Dignitas, cui cura animarum imposita est, non potest conferri non habenti ætatem 25. annorum.*

14 *Cura animarum exigit ætatem 25. annorum, adeo ut si quid, etiam minimum desit ad illam ætatem, provisio sit nulla.*

15 *Qui debet promoveri ad Sacerdotium ex qualitate beneficii, sufficit quod promoveatur intra annum, & in Gallia intra biennium.*

16 *Etiamsi provisus habeat ætatem requisitam ad se promoveri faciendum; tamen debet tempore provisionis habere ætatem requisitam ad Sacerdotium.*

17 *Annus, vel biennium quod conceditur proviso ad faciendum se promoveri, non datur ad complendam ætatem, quæ debet adesse tempore provisio-*

nis, ſed ad ſuſcipiendum Ordinem, quantocyùs fieri poterit. Sed tamen multi cenſuere, quod ſufficiat proviſum eſſe in tali ætate, ut intra annum promoveri poſſit.

DVbitatum fuit de natura vicariæ perpetuæ, erectæ in quadam Eccleſia Parochiali unita Monaſterio Monialium, quam antiquis temporibus Comes provinciæ eidem Monaſterio conceſſerat. Super quo interrogatus : † Dixi in primis, quod Monaſterio Monialium competere de jure poteſt cura animarum per Vicarios exercenda : Felin. *in cap. cùm venerabilis, n. 36. de exceptionib.* Et probatur ex Concil. Trident. *ſeſſ. 25. c. 11. de Regularibus*, dum *ibi* fit mentio de cura animarum in Monaſteriis, ſeu domibus mulierum, & per conſequens in illarum Eccleſiis. Quia Monaſterii appellatione etiam Eccleſia continetur : Gloſſ. *in cap. 1. verbo, exempto*, & *ibi* Communiter DD. *de privileg. in 6.* Rot. *dec. 5. n. 22. p. 5. recent. & dec. 53. n. 3. eadē part.* 2 5. † Et conceſſa Monialibus Eccleſia cum ſuis juribus & pertinentiis, conceſſa quoque fuit illis cura animarum Eccleſiæ annexa. Innocent. *in cap. cum ad Sedem, n. 2. & 3. de reſtit. ſpoliat.* Calderin. *conſ. 6. de verbor. ſignific.* Rot. *deciſ. 21. num. 6. part. 6. recent.* 3 † Et hoc caſu deputari debent Vicarii ſæculares: per text. *in cap. 1. de capell. Monach.* Rot. *dicta deciſ. 21. num. 8.* Cujus textus diſpoſitio locum etiam habet in Eccleſiis Monialium : ut *in dicta deciſ. 21.* 4 *num. 10.* † Et cùm Capitulum Monialium ab antiquiſſimo tempore eſſet in quaſi poſſeſſione nominandi, ſeu eligendi Vicarium perpetuum illius Eccleſiæ, unà cum Ptiore qui unicam vocem ſemper habuit in illa electione, debet omninò in ſua quaſi poſſeſſione manuteneri ; cùm conſtet de pluribus nominationibus, ſeu præſentationibus dicti Capituli effectuatis : *cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſ. & propriet.* Datur ſiquidem illis manutentio probata illa quaſi poſſeſſione : Rot. *deciſ. 5. num. 1.* 5 *& 2. part. 5. recent.* † Et non eſt mirum, quod nominatio Vicarii ſpectet ad Moniales, cùm etiam in certis caſibus collatio beneficiorum ſpectare poſſit ad Abbatiſſas : Abb. *in cap. cùm dilectus, num. 2. de conſuetud.* Mar. Antonin. *lib. reſolut. 63. n. 5.* Ricc. *collectan. 2675.* Quod intellige, ſi interveniat privilegium, ſeu indultum ſummi Pontificis ; nam alioquin fœmina, immò & maſculus laicus non eſt capax conferendi beneficia Eccleſiaſtica : quod copioſiùs probat & explicat Garz. *de benefic. p. 1. c. 2. n. 33. & mult. ſequentib.*

6 Cum igitur jus nominandi ad Capitulum pertinere non dubitaretur, deveniendum fuit ad aliam difficultatem, videlicet an jus iſtud nominandi Vicarium, dependeret à patronatu laicali, vel Eccleſiaſtico, & per conſequens utrùm huic juri derogari poſſet per ſummum Pontificem de poteſtate ordinaria, vel per Legatum ? Sanè juſpatronatus Regi tanquam ſucceſſori Comitum provinciæ ſuper hac vicaria non competere cenſui. In primis, ſi de Prioratu ageretur, Comes illum non fundavit de bonis propriis, ſed pro dotatione Monaſterii Eccleſiam, & bona Eccleſiæ donavit : quando autem fundatio & dotatio facta fuit de bonis Eccleſiæ, non autem de propriis, non poteſt fundator prætendere jus patronatus laicale : Lotter. *de re benefic. lib. 1. queſt. 28. numero 47.* Non enim eſt juſpatronatus laicale, niſi fundatum fuerit de bonis patrimonialibus fundatoris : Vivian. *de jure-* 7 *patronat. libro 1. capite 3. numero 11.* † Si verò non agatur de Prioratu, ſed de Vicaria, prout hìc agebatur, conſtat evidenter, hoc caſu non de jurepatronatus agi, ſed de jure nominandi, ſeu eligendi, quod eſt omnino ſpirituale, nec poteſt laicis competere ; & per conſequens per proviſiones, præſertim Apoſtolicas, illi derogari poſſe. Omnes ſiquidem DD. reddentes rationem differentiæ, cur patronus laicus variare poſſit, & novam facere præſentationem, in medium adducunt, † quia videlicet præſentatio Eccleſiaſticorum habet vim electionis, quæ meræ ſpiritualis eſt, & ſemel facta variari nequit, ut refert Barboſ. *de Epiſcopis, cap. 7. numero 154.* Vivian. *de jurepatronat. lib. 10. capit. 1. numero 3.* Poteſt igitur Papa conferre, ſpreto patrono Eccleſiaſtico, & multo magis huic juri nominandi derogare, maximè in Gallia : ex Addit. ad Louet *littera P, num. 15. in gloſſ. C. & littera R. num. 47.*

Verùm vix evitari poſſe exiſtimavi, quin ad Archiepiſcopum collatorem ordinarium pro obtinendis proviſionibus eſſet recurrendum. Quia agebatur de Cardinali ordinario collatore, qui habebat indultum ſibi à ſummo Pontifice conceſſum, ita ut ipſe ſolus beneficia ſuæ diœceſeos, per ſe, vel per alium conferre poſſet ; cui tamen indulto ſummus Pontifex derogare poterat, quamvis non ſufficeret derogatio generalis, ſed illa fieri debeat per verba & clauſulas ſpeciales : veluti ſi dicatur, *non obſtante indulto tali Cardinali conceſſo* : teſtatur Anaſtaſ. Germon. *in tractatu de indult. Cardinal. §. alioquin, numero 28. fol. 505. Pariſ. vol. 2. numero 19. lib. 4.* Pur. *deciſ. 488.* aliàs *500. lib. 2. & deciſ. 190. lib. 3.*

Advertendum tamen eſt, quod poſito quod non ſo ſimplex nominatio, aut jus præſentandi Monialibus competeret, ſed ipſum quoque juſpatronatus beneficii, prout fuerat jam per arreſtum Curiæ Parlamenti declaratum ; poterant Moniales hoc uti remedio, nempe quod eveniente caſu vacationis, ſive per obitum, ſive per puram & ſimplicem reſignationem, ſive dimiſſionem, procederent ad nominationem, ſubſecuta effectuali præſentatione nominati coram Superiori habente poteſtatem conferendi ; talis enim præſentatio formiter ſibi haberet vim præventionis, ita ut alii quicumque collatores non poſſent illud beneficium conferre quamvis derogare vellent, & poſſent juri patronatus ; quia poſt præſentationem formiter factam etiam non ſubſecuta inſtitutione, res definit eſſe integra ; & cùm præſentato fuerit quæſitum jus ad rem, Vivian. *de jurepatronat. lib. 8. cap. 8. num. 5.* non poteſt illi derogari : Ioan. de Selva *in tract. de benefic. parte 3. quæſtione 11. numero 44. & 45.* addit hoc multo magis procedere in præſentatione facta per patronos Eccleſiaſticos, quæ fortitur naturam electionis : *cap. querelam, de elect.* Innocent. *in cap. cùm autem, de jurepatronat.* Et prædicta copioſiùs confirmantur ex iis, quæ fusè deducit Bordeau *in addit. ad Louet, littera P, numero 25. in gloſſ. C.*

Sed prædictus Dominus Vicarius deſiderans eandem Eccleſiam Parochialem ex fructibus pinguat ſui beneficii erigere in Collegiatam ; quæſivit qua via ad hoc procedendum eſſet ? Cui reſponſum fuit primò, controverſiam eſſe inter DD. utrùm erectio illa fieri poſſit authoritate inferioris à Papa, vel à Sede Apoſtolica præcisè fieri debeat ? Multi ſiquidem graves DD. exiſtimant id licere authoritate Ordinarii, ut per text. *in cap. quoniam, de vita & honeſt. cleric.* & *ibi* Panormit. *num. 2. & 6.* & alii quos refert Addit. ad Burat. *deciſ. 912. n. 14.* Verùm ratio

tius est, ut ad sanctam Sedem pro hujusmodi erectione recurratur : prout fieri debere testatur Garz. *de benefic.p.*12.*cap.*5.*n.*4. maximè stante declaratione expressa sacræ congregationis, quæ hoc clarè decidit : ideo ab illa non est recedendum : Lotter. *de re benefic.lib.*1.*q.*14.*n.*49.

12 Verùm dixi adhibendum quoque esse consensum patronorum, cùm agatur de mutatione status Ecclesiæ : quæ fieri non potest, nisi interveniente patroni consensu : ut in propriis terminis tradit Lotter. *dicto lib.*1.*quæst.*14.*num.*53. Et probatur ex iis, quæ tradit Moneta *de commutat. ultim. volunt. cap.*12.*n.*226. ubi probat in suppressione beneficiorum necessariò intervenire debere consensum patroni, sive laici, sive Ecclesiastici; idémque generaliter obtinere in quacumque mutatione status Eccle. siatum patronatarum.

13 Posito autem quod procederetur ad erectionem illius Ecclesiæ in Collegiatam authoritate Sedis Apostolicæ, & interveniente consensu patronorum ; prima Dignitas illius Ecclesiæ ; sive Decanatus, sive præpositura, aut alio nomine nũcupetur, conferri non poterit illi, qui non erit in vigesimoquinto saltem suæ ætatis anno constitutus, sine dispensatione Apostolica ; quatenus illi cura ani-
14 marum immineat, † quia cura exerceri non potest nisi per eum, qui actu Sacerdotium obtinet : Duran. *decis.*433.*n.*11. Ideò utplurimùm ætatẽ vigintiquinque annorum in Dignitatibus Ecclesiarum collegiatarum requiri ostendimus supernùs, *part.*1. *cap.*99.*n.*4.*&* 4. Cùm certum sit neminem ad Sacerdotium promoveri posse, nisi illam ætatem obtineat : *ex cap.cum in cunctis, §.inferiora, de election. cap.licèt canon, eód.tit.in* 6. Adeo ut provisio nulla sit, si ad illam ætatem quid minimũ desit, per text. *in dicto cap.licet canon*, ibi, *viribus omnia carere*, Paris. *de resignat.benefic.lib.*4 *quæst.*9.*n.*24. Garz. *de benefic.part.*7.*cap.*4.*n.*41. juncto *num.*32.*&* 34. Vivian. *de jurepatronat.lib.*1.*c.*1.*n.*188. Petr. Gregor. *de benefic.c.*37.*n.*5.*versic.alia beneficia.*

Quia habilitas & capacitas requiritur quod in-
15 terveniat tempore provisionis, Rebuff. *de pacif. possess.n.*218. non tamen requiritur quod provisus sit actu Sacerdos, sed sufficit quod intra annum promoveatur : & in Gallia intra biennium, quia annus datus proviso ad se promoveri faciendum, non computatur in Gallia, nisi à die adeptæ pacificæ possessionis; non dicitur autem pacifica, nisi post annum, & per consequens conceditur biennium. Rebuff. *in praxi, tit.de non promotis intra annum*, *n.*45. Theveneau *ad ordinat.Reg.lib.*1.*tit.*4.*art.*4. in verbo *on dedans deux ans*, Addent. ad Paris. *de resignat. lib.*1.*q.*1.*ad n.*29.

16 Semper tamen requiritur quod provisus habeat ætatem requisitam tempore provisionis, veluti in beneficio curato necesse est ut obtineat ætatem viginti quatuor annorum completorum. Duo enim hac in re consideranda sunt, quorum prius est ætas, posterius ordo Sacerdotalis : primum, videlicet ætas, debet intervenire tempore provisionis, Tournet *in recollect arrestor.littera B.n.*19. Paris. *de resign.lib.*4. *q.*1.*n.*14. Gratian. *discept.forens.c.*508. *numero* 10.
17 † Annus autem qui datur ad promovendum, aut in Gallia biennium, non datur ad complendam ætatem, quæ ut dictum est, debet esse perfecta tempore provisionis, etiamsi ante primam ordinationem provisus compleret ætatem necessariam, Ioan. Andr. *in cap.ei cui, n.*5. *de præbend. in* 6. & post illum Lotter. *de re benefic.lib.*2.*q.*47. *n.* 18. sed duntaxat tempus illud datur ad suscipiendum Ordinem quã-

tociùs fieri poterit, *dicto cap.licet canon, de elect. in* 6. Abb. *in dicto cap.cùm in cunctis, §. inferiora, n.*10. *extra de elect.* Sed tamen in contrarium adest opinio Barbosæ *in tract. de paroch.c.*5.*n.*1. & 2. asserentis sufficere quod provisus de beneficio curato, sit in ea ætate, ut intra annum promoveri queat : quod ante eum voluit Rebuff. *in praxi, tit.de requisit.ad collationem bonam*, *n.*33. & 34. Hoc tamen limitans, nisi ex lege fundationis actuale sacerdotium requiratur. Quod & voluit Bleyn. *in tract.de benef. in titulo, de simplici & duplici benef.n.*8. *in gl.B.* post arrestum Senatus, de quo Louet *lit.B.n.*4.

CAPVT CXCIV.

Coadjutorem Episcopo etiam cum futura successione datum, non posse facere solemnem ingressum in civitate, vel Diœcesi quãdiu vivit Episcopus Coadjutus; cùm sit tantum possessor officii Coadjutoris, non autẽ Prælatus illius Ecclesiæ. Invito Principali non potest Coadjutor exercere, quando principalis potest & vult ipse exercere. Beneficia solus Coadjutus confert etiã sine consensu Coadjutoris. Pensionẽ Coadjutori assignatam non deberi nisi à die exercitii coadjutoriæ. Et eum, qui semel ob infirmitates Coadjutorẽ obtinuit, nõ posse pœnitere sub prætextu sanitatis recuperatæ.

SUMMARIUM.

1 *Coadjutor vivente Coadjuto non potest facere solemnem ingressum.*

2 *Coadjutor vivente principali solùm habet jus ad rem in Episcopatum.*

3 *Coadjutor Episcopi non potest dici Prælatus illius Ecclesiæ, etiamsi datus fuerit cum futura successione, quandiu vivit Coadjutus.*

4 *Coadjutor vivente principali non capit possessionem beneficii.*

5 *Affertur decisio sacræ Congregationis super quæstione proposita.*

6 *Coadjutor nõ potest exercere, si ejus Principalis possit & velit tractare spiritualia : ipso tamen impedito, nõ potest prohiberi quin Coadjutor exerceat.*

7 *Quæ sit differentia inter Coadjutorem Episcopi, & eum qui deputatus est Canonico Coadjutor, qui non potest invito Principali exercere, reprobato consilio Navarri in contrarium.*

8 *Explicatur textus* in cap.ult. de offic. vicar.in 6.

9 *Quando Episcopus non est sanæ mentis, ejus Coadjutor beneficia confert, resignationes admittit, & cætera muneri Episcopali incumbentia præstat.*

10 *Collatio beneficiorum non spectat ad Coadjutorem quando Coadjutus est compos mentis.*

11 *Ampliatur ut procedat, etiamsi Coadjutori data sit facultas exercendi omnia, quæ de jure vel consuetudine ad coadjutorem spectant.*

12 *Coadjutor non potest se ingerere in collationem beneficiorum, quia collatio est in fructu, fructus autem ad Coadjutorum spectant.*

13 *Reprobatur sententia illorum, qui censuerunt Coadjutum non posse conferre beneficia sine consilio & consensu Coadjutoris.*

14 *Penſio aſſignata Coadjutori non currit, niſi à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis officii Coadjutoris.*
15 *Qui ſemel petiit Coadjutorem ſub prætextu infirmitatis, non poteſt pœnitere ſub prætextu adeptæ ſanitatis.*

EPiſcopus coadjutor multa facere volebat contra ſui Principalis voluntatem: ſuper quibus requiſitus, difficultatem ad ſequentia capita reducendam eſſe exiſtimavi.

Primò, utrùm Epiſcopus titularis coadjutor à ſummo Pontifice datus cũ futura ſucceſſione, poſſit vivente Principali ſolemniter ingredi diœceſim cum pompa & honoribus in primo ingreſſu conſuetis, maximè invito & renuente Principali.

Secundò, utrum Epiſcopus coadjutor poſſit exercere functiones Epiſcopales, conferre beneficia, reſignationes admittere, & ſimiles actus facere contra Principalis voluntatem.

Tertiò, à quo tempore currere incipiat penſio Coadjutori promiſſa per Coadjutum, illíque debita ratione coadjutoriæ.

Quartò, utrùm recuperata ſanitate, poſſit Principalis impedire ne Coadjutor exerceat actus ad Coadjutorem ſpectantes, ſaltem tempore ætatis, cùm ipſe Principalis non impeditur habitare in Civitate, à qua duntaxat ob hyemis rigores recedere compellitur.

1 Quod attinet ad primum caput, certum eſt, Epiſcopum Coadjutorem, durante vita ſui Principalis, non poſſe ſolemniter & pontificaliter ingredi Civi-
2 tatem, ſeu Diœceſim.† Ratio eſt, quia Coadjutor, durante vita Coadjuti, non habet in Epiſcopatu jus in re, ſed duntaxat jus ad rem, ut poſt Navarr. probat Vivian. *in tractat. de jurepatr. lib. 8. cap. 8. n. 32.* quod jus ad rem licèt ſit conſiderabile quoad diſpoſitiones facientes mentionem de jure quæſito non tollendo, Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 5 §. 9. n. 79.*
3 † non tamen eſt tale jus quod operetur, ut beneficium dicatur ſpectare ad Coadjutorem, & ut ipſe dici poſſit Prælatus illius Eccleſiæ, ſive ſimpliciter datus fuerit, ſive cum futura ſucceſſione: Vivian. *de jurepatr. lib. 5. tit. 1. n. 73.* ſiquidem Coadjutoria non dicitur beneficium, ſed officium, Petr. Gregor. *de benefic. c. 11. n. 2. verſic. primò erunt tales,* Gonzal. *regul. 8. §. 9 num. 31.* & totum jus remanet penes Coadjutum, & Coadjutor habet quidem jus in officio Coadjutoris, ſed non in beneficio. DD. *in c. de rectoribus, de cleric. ægrot.* & nominatim Abbas *n. ult.* Ancharan. *n. 3.*

Vnde Coadjutor vivente Principali, non capit
4 poſſeſſionem beneficii, ſed ipſe Coadjutus, quandiu vivit, dicitur verus poſſeſſor: Garz *de benefic. p. 4. c. 5. n. 76.* Rot. *deciſ. 456. num. 1. part. 1. recent. & n. 6.* & ea de cauſa dum ſummus Pontifex conſtituit Coadjutorem Epiſcopo, ſolet ipſi Coadjutori dare Epiſcopatum in partibus infidelium, ut praxis obſervat, teſte Barboſ. *de Epiſcop. tit. 1. p. 6. n. 17.* Non poteſt igitur Coadjutor capere poſſeſſionem Epiſcopatus Coadjuti, ſed tantùm officii Coadjutoris; ideo nec ſolemniter & pontificaliter ingredi Civitatem, vivente Coadjuto: maximè quia multa poſſent contingere, propter quæ, vivente Coadjuto, ceſſaret coadjutoria, veluti per obitum Coadjutoris, vel per illius inhabilitatem perpetuam. † Sed
5 non eſt opus recurrere ad argumenta, cum ſuper hoc habeamus expreſſam determinationem Eminentiſſ. Cardinalium ſacri Concilii Interpretum: quod ſcilicet Coadjutus non poſſit ſolemniter & pontificaliter ingreſſum facere in diœceſi, durante vita ſui Principalis: quam refert Proſper de Aug. *in addit. ad Quarant. in ſum. Bullar. in verbo, Archiepiſcopi authoritas, num. 12. in fine,* Campanil. *in diverſ. juris canonici, rubric. 7. c. 6. n. 107.* Barboſ. *in deciſ. Apoſtol. c. 173. n. 2.* Piaſecius *in prax. Epiſcop. in proœm. de elect.* & plures alii.

Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur, non poſſe Coadjutorem ſe immiſcere adminiſtrationi negotiorum ſpiritualium, quando Principalis poteſt, & vult exercere: ſed ſi Principalis non poſſit, aut nolit, non poteſt impedire quin Coadjutor exerceat, non obſtantibus iis, quæ nemine citato dicit Garz. *in tract. de benefic. part. 4. cap. 4. num. 60.* ubi reprobat *conſilium 2.* Navarri, quod in editione Lugdunenſi eſt primum, *ſub titulo de clerico ægrotante:*† ubi dicit, quod Coadjutor Archidiaconi in ejus abſentia ſine ejus conſenſu, immò etiam illo invito poteſt aſſiſtere Choro, Capitulo, & proceſſionibus: cujus contrarium tenet ipſe Garzias. Illa ſiquidem quæſtio procedere poſſet, ſi ageretur de Canonicatu, vel dignitate in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, quia Eccleſia non patitur ob defectum unius Canonici, vel unius Dignitatis, cùm illius præſentia poſſit per alios ejuſdem Eccleſiæ Canonicos, vel Dignitates ſuppleri. Quod locum non habet in Epiſcopo, cujus abſentia, vel impedimentum non poteſt ſuppleri per alios; & ideò dicunt illi Coadjutor, ne Eccleſia, illo impedito, diutiùs patiatur. Et hanc differentiam agnoſcunt DD. & nominatim Thomas Campegius *in tractatu de Coadjutore Epiſcoporum, vol. 15. Tractatuum noſtrorum, fol. 539. verſo, num. 10.* † ubi explicat mens *cap. ultimo de offic. vicar. in 6.* oſtendens differentiam inter Vicarium Epiſcopi, & coadjutum: ille enim beneficia ſine ſpeciali facultate, & ſic non Epiſcopo, conferre non poteſt, quia eo caſu Epiſcopus ipſe conferre poterit beneficia, & ſic Eccleſia diutiùs non patietur: † Aliud dicendum eſt quando agitur de Coadjutore dato Epiſcopo, qui propter defectum mentis, aut aliud ſimile impedimentum, non eſt capax collationis beneficiorum; nam enim Coadjutor beneficia confert, & per conſequens admittit reſignationes abſque conſenſu Principalis.

In ſpecie autem quoad collationes beneficiorum, verius eſt Coadjutorem, demente, aut ob alimentis defectum inhabili exiſtente Principali, illas procedere poſſe, ut *loco* mox *citato* docet Campeg. ne videlicet contingat beneficia diutiùs vacare: Archidiac. *in cap. paſtoralis, de clerico ægrot. in num. 9. in verbo, abſtinentes,* Oldrad. *conſ. 44.* † Sed ſi alia de cauſa datus fuerit Coadjutor, & Principalis ſit mente ſanus, collatio ſine dubio ſpectat ad Principalem, nec eo invito Coadjutor beneficia conferre, aut reſignationes admittere poterit: nam enim nuptiæ non pertinent ad curatorem adulti *in copulandis, C. de nupt.* ita nec collatio beneficiorum ad Coadjutorem: Oldrad. *dicto conſ. 44.* Paris *de reſign. benefic. lib. 4. cap. 20. numero 19. & ſequentib.* Navarr. *conſ. 2.* juxta impreſſionem Lugdunenſem, quod incipit, *An coadjutor datus, numero 4. dicto tit. de clerico ægrotant.*† qui loquitur de Coadjutore dato Epiſcopo, cum facultate exercendi omnia, quæ de jure, & conſuetudine, ad Coadjutorem ſpectant. De jure ſiquidem non pertinet ad Coadjutorem, ſeu ejus officium, id quod Principalis per ſe exercere vult & poteſt, quando non vult uti Coadjutoris conſilio & auxilio. Et hæc eſt conſtituentis intentio, ut ſibi lex non imponatur per Coadjutorẽ; & eſſet contra leges naturæ, ſi quod ad

ad Principalem spectat,ab eo invito auferretur,quia id quod nostrum est , contra voluntatem nostram à nobis auferri non potest.

12 Cumque beneficiorum collatio sit in fructu , ut sæpiùs diximus, fructus autem ad Episcopum principalem spectent , assignata Coadjutori certa portione pro victu , ut per DD. *in cap. de monachis,de cleric. agrotant.* & maximè per Panormitanum *in fine,* sequitur non debere Coadjutorem se ingerere in collatione beneficiorum , quando id principalis Episcopus facere potest. Hoc etiam tenuit Piasec. *in praxi Episcopali , in proœm. titul. de elect. num.27. versic. si autem datur seni.* Barbosa *de jure*
13 *Eccles.lib.3. cap.10.num.24. & 25.* † Exploranda igitur est illorum sententia , qui censuerunt , nec ipsum Principalem sine consensu Coadjutoris beneficia conferre posse , quam tenuit Franc. *in dicto cap. pastoralis, § præsenti, num.3. de cleric. agrotant. in 6.* & sequutus est Selva *in tractat. de benefic.p.2. quæst.4.* quorum error procedit ob non bene perpensum dictum consilium Oldradi 44. ubi denegatur Coadjutori collatio, nisi ejus Principalis animi infirmitate laboret, alioquin omninò solus Principalis confert , & resignationes recipit tanquam fructus beneficii ad se spectantes, siquidem coadjutoria datur ad utilitatem & relevationem Coadjuti, non autem Coadjutoris, Rot. *decis.456.n.3.p.1. recent.*& apud Marchesan.*de commis.dec.46.fol.468. versic. supradictis.*

14 Ad tertiam quæstionem respondetur, pensionem assignatam Coadjutori , non deberi nisi à die quo possessionem adeptus est Officii Coadjutoris, cujus duntaxat consideratione datur pensio Coadjutori : Abb. *in dicto cap. de rectorib. num.5. de cleric. agrotant.* Barbosa *de jure Eccles.dicto lib.3.cap.10.n.26. & 27.*

15 Ad quartam & ultimam quæstionem difficilis non est responsio: cùm enim Prælatus , aut alius quilibet à summo Pontifice petiit sibi dari Coadjutorem propter infirmitatem , non potest deinde pœnitendo allegare se non amplius esse infirmum, quando Coadjutor datus est perpetuus , & cum futura successione : & sic Coadjutor semper officio suo fungi potest , quoties Principalis exercere non potest : Rot. *decis.133.n.7.p.6. recent.*

CAPVT CXCV.

De quatuor ad idem beneficium concurrentibus,quorum Primus impetravit per resignationem, Secundus ob incapacitatem resignatarii, Tertius per obitum ultimi possessoris resignantis, Quartus ob præsentationem patroni. Possessionem intra triennium vivo resignante capi posse : Et quomodo intelligenda sit Regula *de publicandis resignationibus,*quoad praxim Galliæ : Et quæ conditiones ad illam regulam requirantur. Notarius Regius Linguæ Occitanæ utrùm possit recipere instrumentum missionis in possessionem in Delphinatu , & è contra. Patronum non impediri iterum præsentare, si malè præsentaverit, adveniente novo genere vacationis. Si jus præsentandi cõpetat laico,& jus nominãdi Ecclesiastico,vel è contra,utrum jus patronatus sit laicale, vel Ecclesiasticum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficii , etiamsi post sex menses capta fuerit , intra tamen triennium , est valida, dummodo vivo resignante capta fuerit.*

2 *Resignatio beneficiorum Galliæ facta Romæ , publicari debet intra sex menses, in Legatione verò intra mensem : lapsis tamen illius induciis resignatio subest periculo resolutionis.si non fiat vivo resignante.*

3 *Beneficium non vacat per obitum,quamvis publicatio post sex, vel unum mensem (dummodò vivo resignante) fiat, & intra triennium,in beneficiis Galliæ.*

4 *Tempus Regulæ* de publicandis, *non admittitur in Gallia præcisè ad limitandam publicationem, sed ad inducendam moram.*

5 *Tres conditiones copulativè requisitæ ad effectum Regulæ* de publicandis resignationibus, *referuntur.*

6 *Notarius patria Delphinatus potest recipere instrumentum missionis in possessionem beneficii in patria Linguæ Occitanæ, quia instrumenta similium Notariorum extra ressortum saltem valent in vim scripturæ privatæ.*

7 *Quicumque Presbyter potest mittere in possessionem beneficii in vim commissionis Pontificiæ.*

8 *Patronus præsentans inhabilem non privatur jure præsentandi, adveniente novo genere vacationis, etiamsi sit patronus Ecclesiasticus.*

9 *Patronus Ecclesiasticus non potest secundam præsentationem facere : Laicus verò potest, re integra, intra quadrimestre.*

10 *Jus patronatus utrum retineat naturã Ecclesiastici, si Laicus Ecclesiæ concesserit jus præsentandi, servato sibi jure patronatus.*

11 *Si quis habeat jus nominandi tres, vel quatuor,ex quibus patronus teneatur unum præsentare, jus patronatus est laicale. si nominans sit laicus,quamvis præsentans sit Ecclesiasticus.*

12 *De natura juris patronatus est , ut sit liber in præsentando personam idoneam.*

13 *Si Vniversitas laicorum nominat , & Portionarii præsentant, jus patronatus censetur laicale, & non Ecclesiasticum.*

QVatuor diversi impetrantes ad unum beneficium situm in Gallia concurrebant. Primus per resignationem ultimi illius pacifici possessoris. Secundus impetrans certo modo contra resignatarium , & contra alium qui primò provisus fuerat ad præsentationem patroni , sed erat inhabilis ; quia cùm ageretur de beneficio requirente Ordinem Sacerdotalem propter imminentem curam animatum , talis provisus , & ad curam , & ad Ordinem Sacerdotalem erat inhabilis. Tertius provisus per obitum prædicti ultimi possessoris resignantis. Quartus jus suum petebat ex præsentatione patroni , de quo dubitabatur utrùm laicale , an Ecclesiasticum jus patronatus dici deberet.

Quoad primum, nempe resignatarium , justè & 1
legitimè à sua prætensione repellebatur , quia ejus possessio capta fuerat post mortem resignantis , & sic nulliter, & contra formam ordinationum Regia-

rum, quibus cavetur, poſſeſſionem beneficii reſignati quandocunque intra triennium capi poſſe, dummodo vivo reſignante, & intra tres dies ante ejus obitum capiatur, ut fusè per nos explicatum, & probatum fuit *part.*1. *cap.*13. *num.*10. & *multis ſequentib.* Quod ſi poſſeſſio poſt ſex menſes capta fuiſſet, non ex hoc irrita fuiſſet, ſi reſignante vivo capta fuiſſet, dummodo intra triennium, ut *ibidem* expoſuimus: & notat Peleus *lib.*1. *action. forenſ. cap.*29. & probatur per text. *in cap.* 1. *de pacific. poſſeſſ. in concordatis,* & *ibi* Rebuff. *in verbo triennio, verſic. Item nota ex hoc textu, fol. mihi* 573. ubi dicitur quod ex negligentia capiendæ poſſeſſionis non amittitur jus quæſitum in beneficio intra triennium, quia non invenitur tempus præfixum à jure ad capiendam beneficii poſſeſſionem: Boër. *deciſ.*312. *num.*1.

2 Sed advertendum eſt, aliam hîc adhibendam eſſe conſiderationem, propter Regulam Cancellariæ *de publicandis reſignationibus*, quæ vult ut reſignatio facta, & admiſſa in Curia Romana, publicetur infra ſex menſes: quæ verò extra Curiam, veluti in Legatione, debet publicari intra menſem: pendentibus ergo iſtis induciis, reſignatio non periclitatur, ſed illis elapſis, & reſignante poſſidente, ſubeſt periculo reſolutionis, ſi reſignans moritur in poſſeſſione antequam ſatisfiat illi Regulæ.

3 Sed tamen quamvis poſt ſex menſes fiat publicatio vivo reſignante, dummodo hoc fiat intra triennium, & per tres, aut quatuor dies ſaltem ante obitum reſignantis, tollitur illud periculum, & valet reſignatio, neque beneficium vacat per obitum, ſed acquiritur reſignatario: ut oſtendit Rebuff. *in dicta explicatione regulæ, de publicandis reſign. in verbo, vel poſſeſſio illorum,* &c. *fol. mihi* 414.

4 † Ratio eſt (loquendo ſemper de beneficiis ſitis in Gallia) quia tempus ſex, aut unius menſis, non apponitur ad limitandum tempus publicationis præcisè, & per ſe, neque ad inducendam formam, ſed primò ad ſuſpendendum tempus moræ & periculi, ut intra illas veluti inducias reſignatarius ſit immunis à periculo & mora, etiamſi nulla diligentia per eum facta reſignans moriatur in poſſeſſione beneficii reſignati. Secundò ad limitandam pœnam & effectum totius Regulæ *de publicand. reſign.* ut non habeat locum, reſignante quandocunque moriente, ſed demùm ſi in poſſeſſione ante illud tempus decedat: & ita practicatur & obſervatur in Gallia, per quam obſervantiam verba dictæ Regu-

5 læ declarantur. † Regula igitur *de publicandis reſignationibus*, tres in beneficiis Galliæ requirit conditiones, quarum una, nec duæ ſufficiunt, ſed tres copulativè concurrere debent, & ab objiciente probandæ ſunt. Prima eſt, quod reſignans mortuus fuerit. Secunda quod non mortuus fuerit intra ſex menſes poſt admiſſam in Curia Romana reſignationem computandos. Tertia, quod illo tempore, nempe poſt ſex menſes, deceſſerit in poſſeſſione beneficii reſignati. Quibus conditionibus, ſeu earum aliqua deficiente, ſive clarè & liquidè non probata, non eſt locus reſolutioni proviſionis Pontificiæ, ut omnes DD. Galli confitentur. Cùm igitur in caſu propoſito reſignans mortuus fuerit in poſſeſſione, beneficium non vacavit per reſignationem illius, ſed per obitum.

Nulla tamen facta fuit conſideratio alterius objectionis, quæ fiebat reſignatario, quod poſſeſſio illius capta fuiſſet ſcribente Notario Regio extra

6 ſuum reſſortum; † qui cùm eſſet Notarius Delphinatus, inſtrumentum miſſionis in poſſeſſionem rogavit in patria Linguæ Occitanæ. Quia licèt Notarii etiam Regii non poſſint recipere contractus extra reſſortum, ad quem ſunt à Rege conſtituti, ſub pœna nullitatis inſtrumenti, ut fusè probavi *in tract. de prævent. judic. lib.*1. *cap.*17. *n.*8. hoc tamen locum habet quando agitur de contractu, in quo adeſt hypotheca, vel de teſtamento, aut codicillis; ſed dum agitur de ſimplici inſtrumento extrajudiciali, qualis eſt actus adipiſcendi poſſeſſionem, ubi nulla apponitur hypotheca, valet actus ſaltem in vim ſcripturæ privatæ: quod ſufficit. Addit. ad Louet *littera N. colum.* 5. *in mea impreſſione*, verſic. *ce neanmoins*, *fol.*531. Mornac. *ad l.* 5. *nal. ff. de juriſdict. omn. judic. columna* 1. *verſic. valet deinde.*

Eadémque ratione nulla conſiderari poteſt invaliditas in eo, quod Presbyter Linguæ Occitanæ miſit proviſum in poſſeſſionem intra patriam Delphinatus, vel è contra: quia juriſdictio ſummi Pontificis committentis miſſionem in poſſeſſionem, extenditur in ſpiritualibus & beneficialibus per totum Orbem: *cap. cuncta per mundum,* 9. *quæſt.*3.

Quod autem attinet ad ſecundum impetrantem per reſcriptum *ſi neutri*, fundata videbatur illius impetratio: nam reſignatarius nullum jus habebat cùm vivo reſignante poſſeſſionem adeptus non fuiſſet: præſentatus autem à patrono erat inhabilis: ergo jus præſentandi patronus amiſerat pro illa vice, inhabilem ſcienter præſentando, *cap. cum vos, de offic. Ordin.* Cùm ergo beneficium vacaret quoad utrumque proviſum, rectè poterat contra utrumque impetrare.

Tertius autem proviſus per obitum reſignantis, ſi proviſiones obtinuerit ante impetrationem ſecundi, ſine dubio præferendus erit, cum ut ſupra oſtenſum fuit, non obſtante reſignatione beneficium vacaret per obitum, idque etiam non obſtante jurepatronatus, quatenus eſſet Eccleſiaſticum, cui potuit ſummus Pontifex derogare: ſi verò poſſeſſio reſcripti *ſi neutri*, præceſſiſſet impetrationem per obitum, iſta non ſuffragaretur propter clauſulam appoſitam in gratia, Si neutri, *non ſolùm per miſſo, ſed alio quovis modo vacet, & ex cujuſcunque alterius perſona*, de cujus clauſulæ vitibus *ſupra* diximus *hac* 3. *parte, cap.*123. *n.*8. & copiosè Bald. *in tract. de clauſul. cap.*272. Si ergo Secundus anterior, illius jura erunt potiora vigore clauſularum in ſimilibus ſupplicationibus apponi ſolitarum.

Quarti impetrantis jus in eo fundatum erat quod Secundo illo, qui certo modo impetraverat poſt ſuam impetrationem vita functo, patronus iteratò præſentaverat: qui licèt per primam præſentationem factam de perſona inhabili cecidiſſet à jure ſuo, tamen hoc intelligendum erat de ſua vacatione; ſed adveniente nova vacatione per commodatarii mortem, non impediebatur iterum præſentare, quod etiam in patrono Eccleſiaſtico obtinet: *cap. cùm vos*, & *ibi* Barboſa *de offic. ordinar.* manebat tamen ſemper difficultas; quia ſi impetrans certo modo, non fuiſſet in ſua impetratione fundatus, beneficium vacabat ut prius: † & ſi quatenus jus patronatus eſſet Eccleſiaſticum, non poterat patronus ad novam præſentationem procedere, *dicto cap. cum vos, de offic. Ordinarii*: quatenus autem eſſet laicale, poterat intra quadriennium ſtre variare, & novam facere præſentationem, cùm prima minùs idonei præſentatio ignoranter

fuiſſe

supponeretur, ideo videndum est, utrum jus patronatus esset Ecclesiasticum, vel laicale.

Dubium in eo consistebat, quia cùm non sit inconveniens jus patronatus uni, & jus præsentandi alteri competere, ut superiùs ostendimus *hac parte 3. cap. 192. num. 4.* † In casu isto patronus laicus donaverat Ecclesiæ jus præsentandi, reservato sibi jurepatronatus; unde dubia est quæstio, an jus patronatus retineat naturam laicalem, an verò sit effectum Ecclesiasticum ob translationem juris præsentandi in Ecclesiam? Veritas tamen est, quod si donator laicus sibi jus patronatus reservaverit, & solum jus præsentandi in Ecclesiam transtulerit, retinet naturam laicalem. Secus est, si simpliciter jus præsentandi absque reservatione juris patronatus in Ecclesiam translatum fuerit in perpetuum; hoc enim casu induit naturam Ecclesiastici, ut decisum fuit apud Burat. *decis. 103. numero 5. & seqq.*

† Diversa est ratio, si unus habeat nominationem, veluti quod possit nominare tres vel quatuor, & alius teneatur unum ex nominatis præsentare; tunc enim jus patronatus residet apud nominantem, quia licèt alius præsentet, nominans potiùs dicitur præsentare, præsentans verò dicitur unum ex nominatis, & præsentatis à patrono eligere: † nam actus præsentadi unum ex nominatis, non est liber, sed necessarius, quod est contra naturam juris patronatus, quæ est, ut patronus sit liber in præsentando idoneum: *cap. piæ mentis, cap. filiis, 16. q. 7.* & in his terminis firmat Gambar. *de offic. & potest. legat. lib. 3. num. 397.*

Atque ita decisum fuit per Rotam *decis. 481. num. 6. part. 1. recent.* ubi fuit conclusum, quod jus patronatus in quo nominat Universitas laicorum, & Portionatorii præsentant, censetur laicale ex persona nominantium, & non Ecclesiasticum ex persona præsentantium: quia Universitas habet nominationem liberam, Portionarii verò præsentationem necessariam, quæ repugnat naturæ juris patronatus. Itaque cùm ageretur in casu proposito de jurepatronatus laicorum, sequitur & patronum re integra variare potuisse, & huic juripatronatus in Gallia derogari non potuisse.

CAPVT CXCVI.

Beneficia regularia Regularibus, & sæcularia sæcularibus esse conferenda. Et quæ clausulæ ponantur, dum super hac re dispensatur. Professionem autem sufficit emittere post collationem beneficii, nec requiritur quod is, cui confertur, sit actu professus: & hoc casu non est necessarius annus novitiatus completus; quia professio fit coram executoribus ad id per Sedem Apostolicam deputatis. In beneficiis tamen administrationem habentibus, si collatio fiat per Ordinarium, requiritur actualis professio tempore collationis. In Religionibus autem militaribus annus probationis integer non requiritur. Per professionem Religionis beneficia amittuntur, sicut per matrimonium: nec non pensiones Ecclesiasticæ. Quid de Religionibus militaribus? Negativa non factæ professionis à quo, & quomodò probanda. Quid statuendum de beneficiis novitiorum? Quid in Societate JESU? Quid denique de beneficiis Ecclesiarum exemptarum?

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non debent concedi personis diversæ professionis: & si concedantur in commendam, quæ clausulæ apponendæ sint.*
2 *Regularia beneficia conferri possunt etiam nondum professis, dummodò habitum suscipere, & professionem emittere teneantur.*
3 *Ampliatur ut hoc procedat non solùm in provisionibus Apostolicis, sed etiam in collationibus Ordinariorum.*
4 *Annus probationis integer requiritur in provisionibus factis per Ordinarium nondum professis.*
5 *In provisionibus Apostolicis sufficit, ad effectum assecutionis beneficiorum, professionem emitti coram Executoribus, etiam nondum lapso anno novitiatus.*
6 *Si in litteris certum tempus ad profitendum assignatum fuerit, intra illud fieri debet professio; sin minus, dependet ab arbitrio Executoris.*
7 *Collator ordinarius non potest conferre beneficia administrationem habentia, illis qui actualiter non sunt professi.*
8 *In Religionibus militaribus professio est valida, non expectato novitiatus anno integro.*
9 *Sæcularis, profitendo amittit beneficia quæ antea obtinebat.*
10 *Per contractum matrimonii amittuntur beneficia.*
11 *Amittuntur pensiones Ecclesiasticæ per matrimonium, vel professionem, etiamsi non habeant aliquod onus spirituale annexum.*
12 *Pensio per professionem non amittitur, sed monasterio acquiritur pro alimentis Monachi, quando fuit assignata pro aliquo servitio temporali.*
13 *Potest summus Pontifex concedere, ut pensio per professionem amittatur.*
14 *Pensiones, quæ Religiosis per summum Pontificem conceduntur, illis dantur duntaxat sub titulo administrationis, & sub potestate Superioris ipsorum.*
15 *Religiosi Sancti Ioannis Hierosolymitani non possunt sine dispensatione obtinere pensiones Ecclesiasticas: contra opinionem Sanchez.*
16 *Regularis dispensatus ad beneficium sæculare, potest illud resignare sub reservatione pensionis, absque nova dispensatione.*
17 *Negativa non factæ professionis probanda est ab eo, qui illam allegat: & quibus modis probari possit.*
18 *Negativa non factæ professionis solis conjecturis & præsumptionibus probatur.*
19 *Papa potest conferre ex certa scientia Monacho beneficium sæculare, non solùm in commendam, sed etiam in titulum.*
20 *Novitii possunt obtinere, & retinere beneficia sæcularia.*
21 *Novitius Canonicus habet vocem in electionibus, non tamen vocandus est.*

22 *Quid*

22 *Quid fieri debeat de beneficiis, & penſionibus novitiorum Societatis IESV, qui vota biennii emiſerunt.*

23 *Beneficia regularia ſæcularibus, & è contra, conferri poſſunt in ſubſidium, quando alii capaces reperiuntur.*

24 *Beneficia Eccleſiarum exemptarum, quæ ſunt ſub immediata ſummi Pontificis juriſdictione, & collatione, per ſolam Sedem Apoſtolicam conferri poſſunt.*

CVm multæ quotidie oriantur controverſiæ circa proviſiones beneficiorum ſæcularium factas Regularibus, & è contra, non incongruum fore cenſui, præcipuas quaſdam concluſiones circa hanc materiam in medium adducere.

1 Primò igitur, Regula generalis hæc eſt, ut beneficia regularia Regularibus, ſæcularia verò Sæcularibus conferenda ſint, *cap. cum ſingula, de præbend. in 6. Clement. 1. de elect. clement. 1. de ſupplend. neglig. prælat.* adeo ut nec beneficia hujuſmodi profeſſionis diverſæ perſonis in commendam concedi poſſint, niſi in Signatura per clauſulam ad partem ſuper petitione commendæ hujuſmodi, de commenda ipſa mentio fiat, ut cavetur *in regul. Cancell. 43.* S.D.N. Alexandri Papæ VII.

2 Regularibus autem regularia conferri poſſunt, etiamſi nondum ſint actu profeſſi, dummodo profeſſionem Religioſam emittere teneantur: ut cavetur in Concil. Trident. *ſeſſ. 14. cap. 10.* his verbis: *Regularia beneficia in titulum Regularibus profeſſis provideri conſueta, ſi per obitum, vel reſignationem, vel aliàs illa in titulum obtinentis vacare contigerit, Religioſis tantùm illius ordinis, vel his qui habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, &*

3 *non aliis.* † Quæ conſtitutio Concilii non ſolùm habet locum in proviſione facta per Legatum, vel Vicelegatum Avenionenſem, ut ſcilicet beneficia regularia ſæcularibus conferre poſſit, dummodo habitum ſuſcipere, & lapſo probationis anno profeſſionem emittere teneantur, ut decidit Rot. apud Burat. *deciſ. 463.* ſed etiam in ipſis collatoribus ordinariis, prout fuit per ſacram Congregationem determinatum, ex Barboſa *in deciſ. Apoſtolicis, cap. 65.*

4 *num. 1.* † Hæc tamen eſt differentia inter proviſiones Ordinariorum, & illas quæ fiunt authoritate Sedis Apoſtolicæ, ut proviſio Ordinariorum non ſubſiſtat, niſi proviſus per annum integrum in novitiatu permanſerit: ut ſuprà probavimus, *parte 1. cap. 87. & 88. in quæſtionib. beneficial.* † Aliud eſt in

5 proviſo Apoſtolico, in cujus litteris ſolet illa clauſula apponi, ut proviſus, coram certis Commiſſariis ad hoc deputatis, intra tempus aſſignatum, vel ſtatim, profeſſionem emittere poſſit, & debeat. Quod enim dicitur, profeſſionem ante annum novitiatus completum emiſſam, eſſe nullam, procedit in profeſſione emiſſa in Clauſtro, & coram Superiore Regulari: & de ea loquitur Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 15.* text. *in cap. officii, de elect. in fine.* Sed quando ad effectum collationis beneficiorum deputantur Executores, qui ex *Regula* Cancellariæ 59. poſſunt recipere proviſum ad profeſſionem, etiam nondum lapſo probationis anno, non eſt expectandum aliquod tempus, ſed eſt arbitrium Executori, ad quem ſpectat præficere monaſterio, ut hoc faciat ſecundùm rei, & perſonæ qualitatem: Abb. *in dicto cap. officii, de elect. n. 5. in*

6 *gloſſa finali.* † Quod ſi ad profeſſionem certum tempus in reſcripto conſtitutum eſt, illud obſervari debet, ſin minus tempus faciendæ profeſſionis dependebit ab arbitrio Executoris, ut patet ex verbis *Regulæ reg. 59. de clauſul. ponendis in litteris Religioſorum*, ibi: *poſſintque Executores proviſionis hujuſmodi ad receptionem emiſſionis profeſſionis, non expectato probationis anno procedere.* Quæ verba merum importunt arbitrium, ut copiosè reſolutis omnibus objectionibus probatur per Rotam *deciſ. 329. parte 2. recent.*

Quod autem dictum eſt de collatore ordinario, ut poſſit beneficia conferre ſub conditione ſuæ profeſſionis, non procedit quando agitur de beneficiis adminiſtrationem habentibus; quia in illis requiritur expreſſa profeſſio tempore collationis factæ per Ordinarium, prout declaratum fuit per Eminentiſſimos Cardinales ſacri Concilii Tridentini Interpretes apud Gonzal. *ad regul. 8. glo. 8. num. 78.* verſic. *Abbatias tamen.* Plures citat Barboſa *ad Concil. Trident. ſeſſ. 13. de reformat. cap. 11. numero 10.*

In Religionibus tamen militaribus, annus probationis neceſſarius non eſt, ut probat Gonzal. *ubi ſupra loco, glo. 8. num. 54. & 87.*

Ex præmiſſis infertur, quod ſæcularis tradens ad Religionem, & in ea profeſſionem emittens privatur beneficiis, quæ exiſtens in ſæculo obtinebat *cap. beneficium, de regularibus.* Similiter per profeſſionem admittuntur penſiones Eccleſiaſticæ: Gigas *de penſion. quæſt. 57. num. 5. & 6.* Vetal. *deciſ. 155. p. 2.* Anton. de Marinis *reſolut. 60. n. 9.* † ubi equiparat eum, qui profeſſionem emiſit, illi qui contraxit matrimonium: & quod ſicut per matrimonium oritur privatio beneficiorum, Barbo *de Epiſc. cop. allegat. 57. num. 206.* Sanch. *de matrim. diſput. 44.* ita & per ingreſſum Religionis profeſſionem emiſſam: Gatc. *de benefic. lib. 1. n. 114.* Barboſa *loco mox citato, num. 208.* † Simile de penſione dictum eſt, locum habet etiamſi penſio fuiſſet impoſita abſque aliquo onere ſpirituali: Rebuffinac. *in fragment. littera C, concl. 33 1.* Clar. *prax. §. finali. quæſt. 73. num. 5. in fine.* Cùm enim Religioſus ſit mortuus mundo, ſicut per mortem naturalem beneficium amittitur, & penſio extinguitur, & per profeſſionem, quæ eſt mors civilis. Gig. *de penſionib. quæſt. 99. n. 12.*

Atque ex his conſtat, non eſſe admittendam Rebuffi ſententiam *in tractat. de pacific. poſſeſſ. n. 1.* qui videtur voluiſſe, ut penſio debeatur Monacho pro alimentis Religioſi, niſi intelligatur de penſione temporali data in ſtipendium, non autem in quam quid ſpirituale: ſi enim data eſſet pro aliquo miniſterio temporali, veluti pro pulſandis campanis, vel organis, non finiretur per profeſſionem religioſam: Rota *deciſ. 1079. p. 3. lib. 3. divers.* ut pro alio ſervitio temporali ad utilitatem Eccleſiæ, cujus ſervitii Religioſus capax eſſet, vel reſpectu laicus matrimonium contrahens. Sanchez *de matrim. diſp. 44. n. 2. & 3.*

Similiter penſio non extingueretur, ſi ex tenore literarum conſtaret talem fuiſſe mentem Pontificis, ut penſio, non obſtante profeſſione, vel reſpectivè matrimonio, deberetur: Mantic. *deciſ. 104. per totam*, ubi loquitur de privilegio concello per Summum Pontificem intuitu militiæ, ut penſio retineri, vel transferri poſſet, non obſtante matrimonio, vel Religionis profeſſione: Sanch. *ubi quæſt. 44. numero 7.* Caccialup. *in tractat. de penſ. quæſt. 30.*

Solet autem ſummus Pontifex in his diſpenſationibus, quæ conceduntur Religioſis profeſſis, & ſibi las concedere ſub titulo adminiſtrationis, & ſub poteſtate

poteſtate ſui Superioris: ut teſtatur Corradus *in praxi diſpenſat. Apoſtolic. lib. 6. capite primo, numero* 37.

15 Et quod de Regulatibus in genere dictum eſt, locum quoque habet in Religioſis Ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, niſi fuerint diſpenſati: cujus diſpenſationis formam ponit Corradus *in dicta praxi, lib. 6. cap. 1. numero* 29. Quidquid dicat in contrarium Sanchez *in Decal. lib. 7. cap. 29. num.* 103.

16 Si tamen Regularis fuiſſet diſpenſatus ad obtinendum beneficium ſæculare, & poſtea illud reſignaret cum reſervatione penſionis, non indigeret nova diſpenſatione ad obtinendam penſionem: Corradus *loco citato, num.* 38. quia penſio illa ſubrogatur loco beneficii, licèt dicat, Officiatios Romanæ Curiæ tenere, quod exigatur nova diſpenſatio.

17 Sed dubitatur utrum impetrans beneficium ex capite non factæ profeſſionis, quæ ut dictum eſt, requiritur ad obtinendum beneficium regulare, teneatur probare negativam illam non factæ profeſſionis? Ad quod dubium reſpondetur, negativam illam omninò probandam eſſe ab impetrante, cùm ſit fundamentum intentionis ipſius, etiamſi illius probatio ſit difficilis: Ludoviſ. *deciſ.* 13. *numero* 8. *& 12. & deciſ.* 242. *numero* 2. *&* 10. *& deciſ.* 490. *num.* 7.

Probari autem poteſt hæc negativa per confeſſionem partis, Pacianus *de probat. lib.* 1. *cap.* 38. *numero* 2. ſicut negativa publicationis non factæ, per conceſſionem partis probari poteſt: Ludoviſ. *deciſ.* 210. *num.* 4. Eodem modo negativa Clericatus: Boër. *deciſ.* 171. *num.* 18. idque etiamſi teſtes ſint ſingulares, concurrentibus tamen adminiculis: Burat. *deciſ.* 228. *num.* 4. *& deciſ.* 88. *num.* 4. *&* 341. *in addit. littera A.*

18 Immò & negativa ſolis præſumptionibus & conjecturis probatur: Pacianus *de probat. dicto lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 55. Item per actus poſitivos profeſſioni contrarios: Pacianus *eodem lib.* 1. *cap.* 49. *num.* 13. aut per expreſſam declarationem animi: Rota *deciſ.* 397. *num.* 1. *part.* 4. *recent.*

19 Quod autem diximus de incapacitate profeſſi ad beneficia ſæcularia, ſic intelligendum eſt, ut procedat, niſi interveniat ſpecialis ſummi Pontificis diſpenſatio, qui poteſt Monacho beneficium ſæculare ex certa ſcientia conferre, non ſolùm in commendam, aut in ſimplicem adminiſtrationem, ſed etiam in titulum, ut probat Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 10. *n.* 39. *& ſequentibus.*

20 De Novitiis autem aliud dicendum eſt, illos videlicet & beneficiorum & penſionum ante factam profeſſionem eſſe capaces: ideo & beneficium ſæculare novitio conferri poteſt, & illi antea collatum per ipſum retineri: Lezana *in ſum. quæſt. regul. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 37. Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 22. textus eſt expreſſus *in*

21 *cap. beneficium, de reg. jur. in* 6. †Vnde Canonicus novitius non amittit jus eligendi, quod aliis Canonicis competit: non tamen vocandus eſt in electionibus, quia habetur pro abſente: Lezana *dicto tractatu quæſtion. regular. lib.* 2. *capite* 2. *numero* 21.

22 Sed quid dicendum de Religioſis Societatis Iesu, qui vota biennii emiſerunt? Reſpondeo illos & beneficiorum ſæcularium, & penſionum eſſe incapaces, ſicut ſunt alii Religioſi: quia licèt votis ſimplicibus ſolùm adſtricti ſunt, non minùs tamen ſunt profeſſi, quàm Religioſi alterius Ordinis: Sanch. *ubi ſuprà, lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 101. non tamen vacant illorum beneficia pendente novitiatu: Idem *dicto cap.* 7. *num.* 3. † Quidquid enim in contrarium dici poſſet, in Quinta generali ejuſdem Societatis Congregatione *cap.* 5. ſtatutum eſt, ut novitii beneficia poſſidentes, illa reſignare teneantur antequam vota illa biennii emittant, ut teſtatur Sanch. *in dicto opere in præcepta Decal. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 7. Quæ autem de beneficiis novitiorum dicta ſunt, eodem modo decidenda ſunt, dum quæritur utrùm penſiones illorum per emiſſionem votorum biennii amittantur, ut probat Sanch. *dicto lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 101.

Quamvis autem ſuperiùs dictum fuerit, beneficia regularia ſæcularibus non poſſe conferri; tamen in ſubſidium collatio ſæculari de beneficio regulari facta ſuſtinetur, deficientibus perſonis capacibus; eodémque modo in ſubſidium ſæcularia Regularibus conferri poſſunt: Gonzal. *dicta gloſſ.* 8. *n.* 43. Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 10. *n.* 16. † Ita tamen, ut 24
ſi Eccleſia habeat privilegium exemptionis, quale habent multæ Eccleſiæ Regulates, immò & aliquæ ſæculares, quæ ſunt ſub immediata juriſdictione & protectione ſummi Pontificis, Ordinarius illas Eccleſias, ſeu ipſarum beneficia non poſſit conferre, ſed collatio ad Sedem Apoſtolicam pertineat, cujus juriſdictioni immediatè ſupponuntur, cum exemptione à juriſdictione Ordinarii, ut deciſum fuit per Rotam *deciſ.* 43. *part.* 6. *recent.* confirmata *deciſ.* 157. *&* 205. *eadem parte*, ex verbis generalibus dictæ exemptionis, quibus illa Eccleſia, & illius Prioratus, Dignitates, Officia, loca, canonicales portiones, & beneficia ab omni juriſdictione & poteſtate Ordinarii erant exempta: cujus exemptionis forma latiùs extenditur *dicta deciſ.* 157. *ante num.* 1.

CAPVT CXCVII.

Spolia monachorum extra clauſtra degentium, etiam cum licentia Superiorum, ſpectant ad Cameram. Spoliorum nomine quæ bona contineantur. Bona patrimonialia obventa Monacho, acquiri Monaſterio, nec ſub nomine *ſpoliorum* comprehendi, etiamſi agatur de bonis, in quibus Religioſus ante profeſſionem hæres inſtitutus fuit. Quamvis Religioſus condendo teſtamentum reliquerit monaſterio certam ſummam pro omnibus juribus, non prohiberur monaſterium petere jura materna poſt profeſſionem obvenientia. Legatum factum animo compenſandi, ſic intelligi, ut compenſatio non cenſeatur comprehendere jura poſteà delata. Facultas teſtandi data Religioſo, non continet bona patrimonialia illius, quæ ſpectant ad monaſterium, ſed tantùm quæſita intuitu Eccleſiæ. Et ideo non poteſt ſine monaſterio tranſigere ſuper illis juribus.

SVMMARIVM.

1 *Spolia Clericorum ſpectant ad Cameram, vel ad Abbatem.*

2 *Si*

2 *Si Monachus decedat extra clauſtra, ſpolia ſpectare privativè ad Camerarn.*

3 *Quando locus eſt ſpolio, hoc intelligitur de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis.*

4 *Monachus quamvis degat extra clauſtra cum permiſſione Superiorum, non eximitur ab obligationibus ſuæ Religionis.*

5 *Bona patrimonialia Monachi non ſubjacent ſpolio.*

6 *Bona delata Monacho ipſo jure acquiruntur Monaſterio.*

7 *Monaſterium pro hæreditate Monacho delata intentat remedium* l. finalis, Cod. edict. Divi Adr. tollend.

8 *Bona, in quibus Monachus ante ingreſſum fuit hæres inſtitutus, quæruntur monaſterio poſt profeſſionem.*

9 *Legatum factum Monaſterio per Religioſum pro omnibus juribus, non intelligitur factum animo compenſandi cum juribus maternis poſtea Monaſterio delatis ex perſona Monachi.*

10 *Renunciatio ſimpliciter facta refertur ad jura tempore renunciationis competentia, non autem ad futura.*

11 *Superiores Religionum non poſſunt ſub aliquo prætextu concedere Religioſis facultatem poſſidendi bona immobilia.*

12 *Summus Pontifex non poteſt concedere Religioſo facultatem bona immobilia poſſidendi, niſi ſimul diſpenſet ſuper voto paupertatis.*

13 *Monacho non poteſt dari licentia diſponendi, teſtandi, vel contrahendi ſuper bonis patrimonialibus jam Monaſterio quæſitis.*

14 *Nullus Prælatus ſummo Pontifice inferior poteſt Religioſum diſpenſare ſuper voto paupertatis, etiamſi intervenerit conſenſus Abbatis, vel Capituli generalis.*

15 *Quãvis Vicelegatus Avenionenſis poſſit ex facultatibus Legationis concedere facultatem teſtandi Religioſis, illa tamen non extenditur ad bona patrimonialia Monachi, quæ jam fuerunt delata, & quæſita Monaſterio.*

16 *Facultas teſtandi non debet intelligi, ut quis diſponere teſtamento poſſit de bonis, & rebus alterius.*

17 *Tranſactio facta per Monachum de bonis jam Monaſterio quæſitis, non valet, niſi interveniat conſenſus ipſius Monaſterii.*

INita tranſactione inter quendam Religioſum profeſſum in Ordine Cluniacenſi, & ejus fratrem, ſuper juribus paternis, maternis, & fraternis, aliiſque prætenſionibus, in ſequelam facultatis teſtandi eidem Monacho conceſſæ per Illuſtriſſimum Dominum Vicelegatum de bonis per ipſum ex ſucceſſione paterna, vel materna, aut ex ſua induſtria, ſeu ex beneficiis, & aliàs legitimè quæſitis, vel in futurum acquirendis, uſque ad ſummam 500. ſcutorum, ſemel aut pluries, cum poteſtate de illis bonis ad libitum diſponendi, & omnes contractus neceſſarios deſuper celébrandi, cui facultati acceſſit eriam conſenſus Abbatis generalis dicti Ordinis Cluniacenſis; Quærebatur utrum tranſactio illa de jure ſubſiſtere poſſet.

1 Pro totali reſolutione hujus quæſtionis, ſupponendum in primis eſt, hoc in caſu non tractari de ſpoliis Eccleſiaſticis ad Cameram Apoſtolicam ſpectantibus, vel quæ de jure ad Abbatem, ſeu ad Monaſterium ſpectant: juxta notata per Lezanam *in ſumma quæſt. regul. in verbo, Spolia Regularium.* † Quia cùm iſte Monachus habitaret extra clauſtrum, † ſi locus eſſet ſpolio, illud ad Cameram, & non ad Abbatem, vel ad Monaſterium pertineret, quoad bona ex fructibus beneficiorum acquiſita, ex conſtitutione Gregorii XIII. quæ nominatim de Monachis Cluniacenſibus loquitur, quam conſtitutionem refert Tamburinus *de jure Abbatum, tom. 3. diſput. 16. quæſt. 3. & 4.* † Quia licèt Monachus extra clauſtra degat cum licentia ſuorum Superiorum, non tamen eximitur ab obligationibus erga Monaſterium: Ioan. Baptiſt. Coſta *in tract. de re integra, diſtinct. 13.* Non loquum agitur de ſpolio, ſive Cameræ, ſive monaſterii jure ſpolii debito; † quia ſpoliorum Eccleſiaſticorum nomine continentur duntaxat bona ex reditibus Eccleſiæ, aut intuitu Eccleſiæ acquiſita, non autem bona patrimonialia Clericorum, ut explicat Corradus *in praxi diſpenſat. lib. 10. c. 1. num. 1. & ſeqq.* & Rota *in Conſtantienſi Bonorum*, ibidem *allegata, n. 6.* quæ eſt *dec. 582. p. 3. lib. 3.* Barboſa *de jure Eccleſ. univerſo, lib. 3. c. 17. n. 62.* & per conſequens non poteſt hoc caſu venire in conſiderationem privilegium, aut jus ſpolii Eccleſiaſtici; cum tranſactio facta fuerit ſuper bonis patrimonialibus dicti Monachi.

Secundò ſupponendum eſt, omnia bona, quæ obveniunt Religioſo, acquiri ipſo jure Monaſterio, abſque aliquo facto ipſius Monachi, ex diſpoſitione ſacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. c. 2.* confirmata per ſummum Pontificem Clementem VIII. per decretum factum *die 20. Maii anni* 1601. Binded. *conſ. 94. n. 14. & ſequentib. lib. 1.* Cravet. *tract. de teſtament. num. 21.* Sanchez *in prima ſecund. lib. 7. cap. 12. n. 36.* † Ideo ad hæreditatem Monachi delatam competit Monaſterio remedium l. fin. Cod. *de edict. Divi Adrian. tollend.* Menoch. *remed. 4. poſſeſſ. poſſeſſ. n. 294.* † Quod procedit etiam in bonis, in quibus Monachus ante profeſſionem hæres fuit inſtitutus, aut aliàs bona ei obvenerunt; dummodo conſtet evidenter de identitate perſonæ: Argud. *acquir. poſſeſſ. q. 10. artic. 1. n. 5. & 13.* Conſtant enim, & decreta Pontificum conferunt Regularibus poteſtatem per ſe acquirendi, & Monaſterio aut Superioribus permittendi, ut Monachus ſibi ſe acquirat bona, ſed tantùm per incorporationem ſtatim, & ipſo jure faciendam Monaſterio: ſic loquuntur per verba negativa, & cum decreto tanti. Igitur hæreditas paterna, & materna, dicti Religioſum profeſſum, ſicut & omnia alia bona patrimonialia, fuerunt ipſo jure monaſterii acquiſita, tam quoad proprietatem, quàm quoad poſſeſſionem.

Et in effectu, in facti contingentia, cùm deberetur de ſucceſſione Monachi ad hæreditatem paternam illius; Dixi illam ad monaſterium pertinere, quamvis Religioſus ante profeſſionem teſtamentum condidiſſet, in quo Conventui legaverat ſummam trium millium libratum, cum quibus voluit Monaſterium eſſe contentum, & quod nihil aliud prætendere poſſet ſuper bonis & hæreditate ſua quocumque jure, vel cauſa: quia tempore emolumenti, & profeſſionis, mater Religioſi erat in humanis: ideo ipſa defuncta, Monaſterium ſuccedit ex perſona Religioſi, ex teſtamento materno, vel ab inteſtato: & ſi aliquid Religioſo legatum fuerit minus legitimâ, poteſt petere ſupplementum, quoad bona ſita extra Galliam: quia Monachus tranſmittit omnia jura ſua, cum illorum qualitatibus & prærogativis ad Monaſterium, hic Conventum, ut conſtat *ex lege fin. Cod. de Epiſcop.*

& Cleric. cum pluribus quos sequitur, & citat Sanch. *in præcept. Decalog. lib. 7. c. 12. n. 1.*

Neque obstat Legatum factum per Religiosum conventui, cum clausula quod nihil prætendere posset, per quam videtur legatum factum fuisse animo compensandi: ut benè tradit Marta *de clausulis, part. 1. cap. 330.* Quia hoc procederet, si tractaretur de juribus prætensis super hæreditate dicti Religiosi condentis testamentum; sed de iis non agitur, imo de juribus prætensis super hæreditate materna, quæ non solùm nondum obvenerant tempore testamenti, sed etiam casus evenire poterat, quod non obvenirent Religioso, utpote si ipse matri præmortuus fuisset: unde compensandi animus non potest intelligi, nisi de juribus tunc competentibus & præsentibus, non autem de competituris in futurum, Socin. senior *cons. 93. n. 23. versicul. Præterea, lib. 1.* cum pluribus aliis citatis per Menoch. *lib. 4. præsumpt. 109. num. 57.* ubi enim nullum est debitum, ibi non est de compensatione tractandum: atqui tempore testamenti jura materna non erant debita, quia casus mortis maternæ nondum evenerat; frustra igitur prætenditur quod legatum fuerit factum animo compensandi cum juribus, quæ nondum erant in rerum natura. † Et facit à simili quod dicitur, renunciationem intelligi debere de juribus debitis de præsenti duntaxat, non autem de iis quæ debentur in diem, vel sub conditione: Peregr. *de fideicom. artic. 52. num. 10.* Remanet igitur firma conclusio, quod bona patrimonialia Monachi acquiruntur monasterio ipso jure. 10 11

Tertio loco supponendum est, quod non licet Superioribus Religionum, etiam justa de causa, quamvis sub prætextu magnæ utilitatis, vel necessitatis Monasterii, seu Ordinis, concedere Monacho licentiam possidendi bona stabilia, seu illorum bonorum administrationem privatam, sed illam omnino ad Officiales Monasterii pertinere cavetur Concilio Trident. *sess. 25. de Regularib. c. 2.* & tradit Emmanuel Roderic. *quæst. regul. tom. 1. q. 29. art. 12.* ubi post Navarrum concludit contrarium fore voto paupertatis, & intentioni dicti Concilii, si Superior horum bonorum administrationem alteri, quàm officialibus Conventus committeret: atque ita declaratum fuit per Congregationem Eminentissimorum Cardinalium, quam refert Quaranta *in sum. Bullar. in verbo, Casus reservati, post num. 6. in responsione ad primam quæstionem*: quod districtiùs præcepit felic. recor. Vrbanus VIII. *in sua constit.* quam refert Lezana *in summa quæst. regular. lib. 1. c. 6.* 12 *num. 25. & 26.* † ubi dicit nunquam posse concedi Religioso per Superiorem, aliquam rem, quæcunque illa sit, ad usum irrevocabilem; quia hoc esset directè contra essentiam voti paupertatis, adeo ut nec summus Pontifex possit hanc licentiam Religioso concedere, nisi cum ipso dispenset in voto paupertatis: Sanch. *in præcept. Decalog. lib. 7. c. 17. num. 29.*

13 Quartò supponendum est, quod ex præmissis infertur, nempe Monachum non testari, contrahere, aut aliquo modo disponere de bonis maternis, aut aliis patrimonialibus, jam (ut dictum est) ipso jure Monasterio quæsitis; cùm non possit Monachus per quamcunque licentiam sibi datam, disponere in præjudicium juris jam quæsiti Monasterio, ut probat Sanchez *lib. 7. in præcept. Decal. cap. 8. n. 56.* post Gammam. *decis. 308. n. 2. & 3.* quia hujusmodi licentia non potest præjudicare juri tertii, nec summus Pontifex vult unquam illi derogare, ut bene declarat *ibidem* Sanchez.

Quintò supponendum est, quod nullus Prælatus summo Pontifice inferior potest dispensare super voto paupertatis, & concedere Monacho licentiam testandi, etiamsi interveniret consensus Monasterii, vel etiam Capituli generalis: Sanch. *loco citato, lib. 7. cap. 8. num. 5.* † Et licèt Vicelegatus 15 ex suis facultatibus possit licentiam testandi concedere quibuscunque personis Regularibus, vel sæcularibus, de quibuscunque bonis, etiam ex proventibus Ecclesiæ acquisitis, ut patet ex bulla Sixti IV. *sub 10. Kalend. Martii 1475.* Tamen non 16 habet facultatem derogandi juri quæsito Monasterio, quia hoc esset dare licentiam disponendi de re aliena; quod fieri non debet, ut bene ostendit Sanch. *dicto cap. 8. n. 5* 14

Quamobrem clarum est, contractum transa- 17 ctionis factum per dictum Monachum unà cum fratre super juribus paternis vel maternis, jam Monasterio acquisitis, nullum esse, nec præjudicare Monasterio, non obstantibus licentiis illi per Vicelegatum vel Abbatem concessis; quæ non possunt subsistere in præjudicium juris quæsiti Monasterio, neque permittere ut Monachus testetur de re aliena in præjudicium tertii.

CAPVT CXCVIII.

Explicatur intentio quarundam Bullarum summorum Pontificum Vrbani VIII. & Gregorii XIII. circa caducitates feudorum sub dominio Cameræ existentium, ob non solutum canonem. Et quomodo quis excusetur à caducitate ob justam ignorantiam, aut etiam propter non obtentam investituram. Caducitatem vivo authore incursam, & non declaratam, non posse postea contra illius hæredes declarari. Moræ purgationi locum esse, facta celeri satisfactione? dictis bullis non obstantibus. Scientiam Officialium Principis sufficere, illamque conjecturis probari. Vassallum ignorantem rem esse feudalem excusari, maximè attenta generali patriæ consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus si non acceperit investituram, postquam feudum sibi delatum est, feudi privationis pœnam incurrit.*

2 *Caducitas per authorem incursa, & eo vivente non declarata, non potest contra illius successores declarari*

3 *Novus feudi possessor admittendus est ad homagium, si paratus sit moram celeri satisfactione purgare.*

4 *Dolus Vassalli requiritur, & contemptus Domini, ad hoc ut privetur propter investituram non obtentam.*

5 *Moræ purgatio in Vassallo admittitur antequam Dominus illum in jus vocaverit.*

6 *Scientia Officialium Cameræ præsumitur, cùm omnes scripturas & libros præ manibus habeant.*

7 *Scientia Officialium supposita, habetur pro scientia Domini.*

8 *Vaſſallus ignorans rem eſſe feudalem, juſtam habet excuſationis cauſam erga Dominum, cui homagium non præſtitit.*

9 *Quod dicitur, alienatione feudum aperiri Domino, intelligitur quando à ſcientibus alienatur.*

10 *Vaſſallus juſtam habet cauſam ignorantiæ quando agitur de facto alieno.*

11 *Bulla Vrbani VIII. ſuper caducitate feudorum, nihil de novo diſponit, ſed confirmat duntaxat conſtitutiones ſummorum Pontificum prædeceſſorum.*

12 *Bulla Gregorii XIII. ſuper caducitate feudorum incurrenda, in quibus caſibus locum habeat.*

13 *Bulla prædicta non habet locum, quando vaſſallus eſt in juſta & probabili ignorantia.*

14 *Bulla excludens ignorantiam, intelligitur de ignorantia conſtitutionis, ſed non de juſta ignorantia facti.*

15 *Dictio* temerè, *requirit dolum & culpam illius, cui pœna infligitur.*

16 *Mora non incurritur per eum, qui ignorat ſe eſſe debitorem.*

17 *Diuturnæ patriæ obſervantia, qua Vaſſalli admittuntur ad purgationem moræ facta celeri ſatisfactione, prodeſt illi qui paratus eſt facere ea, ad quæ tenetur erga Dominum.*

EXcitata fuit dubitatio ſuper executione cujuſdam Bullæ felic. record. Vrbani VIII, quæ eſt quarta *in Bullario*, inter ejus conſtitutiones, ſub *Datum pridie Calend. Octobris anni* 1623. & Gregorii XIII. quæ eſt *in bullario* 63. incipiens, *Ad Romani Pontificis*, anno 1580. Calendis Iunii. Quibus cavetur, feuda ad Cameram Apoſtolicam, defectu ſolutionis jurium eidem Cameræ debitorum devolvi. Siquidem cùm ab antiquiſſimo, & pluſquam centenario tempore fuiſſet per Officiales Cameræ facta infeudatio cujuſdam rei inſignis cum ſuis pertinentiis in favorem alicujus, pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque ſtipulantis, reſervato Sedi Apoſtolicæ homagio, & fidelitatis juramento, ſub annua unius nummi argentei ſolutione, idque ſub feudo nobili, & prout alia feuda nobilia teneri, & poſſideri conſueverunt; & canon exſolutus Cameræ, ac homagium in qualibet mutatione poſſeſſoris præſtitum fuiſſet uſque ad annum 1491. inclusivè: ab illo verò in hæc uſque tempora, nec homagium exhibitum, nec canon ſolutus fuiſſet: Dubitatum fuit, utrum hodie locus ſit caducitati, & quo remedio huic poſſeſſori conſultum eſſe poſſit; cùm ſit in probabili ignorantia, eo quod ille ultimus qui cenſum perſolverat, mortuus erat relicta unica filia hærede, quæ ad aliam familiam hujus rei neſciam per legitimas nuptias tranſierat.

1 Hæc quæſtio in duas conſiderationes dividenda eſt, quarum prior juris communis diſpoſitionem reſpicit: poſterior dictas bullas Pontificias.

In primo capite hæc certa regula conſtituenda eſt, quod ſi vaſſallus poſtquam feudum ad ipſum devenerit, non acceperit inveſtituram, feudo privandus eſt. & locus eſt illius devolutioni: *§. præterea ſi quis infeudatis, de prohibita feudi alienat. per Federic. & cap. 1. de prohibit. feudi alienat. per Lothar. in fine, cap. 1. in princip. Quæ fuit prima cauſa feudi amitt. cap. 1. de capitulo Corradi*, Caldas *de jur. emphyteu. lib. 1. quæſt. 5. num.* 11. Riccius *collectan.* 1553.

Secundò dixi, caducitatem per authores illius ultimi poſſeſſoris incurſam, hodie declarari non poſſe contra illius hæredes, ſicut nec contra alios poſſeſſores bonorum, ſi contra ipſorum authores, dum viverent, nulla facta fuerit caducitatis declaratio per Cameram: prout fuit deciſum per Caſſadorum *deciſ. 2. & 3. ſub tit. de locato*, Benintendus *deciſ. 37. num.* 17. Et licèt illi DD. loquantur de emphyteuta, idem tamen etiam obtinet in feudatario: quia cùm caducitas proveniat ex delicto, extinguitur per conſequens cum morte delinquentis, & cenſetur remiſſa caducitas, ſi vivente vaſſallo petita non fuerit: Riminald. jun. *conſ. 22. n. 26. & 27.* Bellon. jun. *conſ. 68. n. 11.* Mantic. *de tacit. conven. lib. 22. tit. 27. numero* 34. Gratian. *diſcept. 378. numero 9. & 10.*

Tertiò dixi novum hunc feudi poſſeſſorem ex veriori & receptiori ſententia admittendum eſſe ad homagium, & fidelitatis præſtationem, purgata mora per celerem ſatisfactionem: ut de veriori, & æquiori ſententia teſtatur Roſental. *de feud. cap. 6. concluſ. 59.* maximè *in Gloſſ. A. & B.* ubi plures in hanc ſententiam allegat: Guid. Pap. *deciſ. 166.* ubi dicit moram purgari poſſe, & vaſſallum ad homagii præſtationem admitti debere, ſi id petens antequam in jus vocaretur: Theſaur. *deciſ. 217. n. 6.* † ubi dicit dolum eſſe neceſſarium ad hoc, ut propter inveſtituram non petitam vaſſallus feudo privari poſſit; & quod ad hunc effectum contemptus Domini eſt neceſſarius: & ita in Camera Imperiali fuiſſe judicatum teſtatur Roſental. *de feud. cap. 6. concluſ. 56. num.* 5. Menoch. *conſ.* 132. *numer.* 12. 13. & 14. Iul. Clar. *in §. Feudum, quæſt. 49. numero 9. verſic. ſed nunquid vaſſallus*, Caldas *de jur. emphyt. tit. de renovat. emphyteuſis, quæſt. 5. num.* 17. ubi dicit quod ſi Dominus lapſo tempore non declaraverit caducitatem, non eſt illi locus: & hanc ſententiam æquiorem eſſe teſtatur *ibid. num.* 18. *verſic. ſed prior ſententia*: † Et tandem poſt longam diſputationem, & diſcurſum, ita concludit, & tenendum monet, nempe quod in feudis purgetur mora vel intra menſem poſt annum & diem computandum; vel etiam poſt celeri ſatisfactione, antequam Dominus caducitatis declarationem habuerit, Menoch. *de recta feud interpret. cap. 47. num. 5.* Riccius *collectan.* 1553. *in tertia ampliat.* ubi quis admittitur moræ purgatio antequam vaſſallus fuerit in jus vocatus.

Neque refragatur probabilis ignorantia ſummi Pontificis, & ejus Officialium. Quia quoad officiales Cameræ non eſt dubitandum de illorum ſcientia, cùm libros & ſcripturas jurium Cameræ habeant, & ſemper præ manibus habuerint, ex quo præſumitur illos hujuſce negotii notitiam habuiſſe: Alexand. *conſ. 347. num. 5. verſic. pro hoc etiam. lib. 2.* Tuſch. *in verbo, Scientia, concluſ. 64. num. 21. tomo 7.* & cùm ex officio teneretur de ſimilibus negotiis ſeſe informare, præſumitur hoc illos fecciſſe: paria ſiquidem ſunt ſcire, & ſcire debere. *l. Iulianus. ff. ad Macedonian.* Ludovis. *deciſ. 127. n. 7.* † Scientia autem Officialium ſuppoſita, habetur pro ſcientia Domini: Rot. *deciſ. 387. n. 6. parte 3. recentior.* maximè ſtante diuturnitate temporis, & aliis circunſtantiis.

Quartò dixi, in omnem eventum ipſum feudatarium excuſandum eſſe à caducitate, propter ignorantiam rei feudalis: quia inter cæteras, quid Dominus agens ad caducitatem probare debet, hoc eſt, nempe quod Vaſſallus ſciret, aut ſcire deberet hanc rem eſſe feudalem: Gloſſ. *in cap. 1. in verbo, animum*,

annum, Quando miles investit petere deb. In usibus feudorum, Guid.Pap. *decis.*454. *num.*5. Ricc.*collectan.* 2150.*versic.excusatur adhuc vassallus:* & probatur *in cap. unico de controvers.inter Dominum & emptorem feudi,*ibi: † *Et quod dicitur,alienatione feudum aperiri Domino, intelligendum est cùm à scientibus alienatur:* textus etiam *in cap. beneficium*, & *ibi* Glos.*in verbo ignorans*, & *ibidem* Bald. *num.*24. & *in cap.unico,*§.*si Vassallus, si de feudo defuncti sit contentio inter Dominum & agnatos vassalli,* ibi: *Si vassallus feudum alienavit ignorans,non Domino, sed ipsi Vassallo restituēdum est.*† Et in casu nostro,cùm agatur de facto alieno, probabilis est ignorantia: *l.fin.*§.*pro suo*, *l.plurimùm*, *ff.de juris & facti ignorant.* Surd. *decis.*221.*num.*1. & meliùs Caldas *de renovat. emphyt.lib.*1.*qu.*5.*num.*29. Rota *decis.*95. *num.*1 *p.*1.*recent.* Mantic. *de tacit. convent. lib.*22. *tit.*38.*n.*12.

Secundum hujus quæstionis caput versatur circa interpretationem dictarum Bullarum Apostolicarum. Et quidem in bulla Vrbani VIII. non est diutius insistendum,cùm nihil de novo contineat, sed sit duntaxat confirmatoria bullarum per prædecessores summos Pontifices factarum super infeudatione, & alienatione bonorum, & terrarum ad Sedem Apostolicam spectantium; & super prorogatione, & extensione infeudationum, & nova concessione feudorum jam devolutorum,vel devolvendorum. Itaque dicta Bulla non nocebit,si constiterit locum non fuisse devolutioni,& caducitati in vim Bullarum & constitutionum præcedentium.

Major igitur oriri videtur difficultas ex bulla Gregorii XIII. qua cavetur, omnes & singulos sanctæ Romanæ Ecclesiæ feudatarios teneri singulis annis jura consueta Cameræ persolvere; alioquin eorum feuda sint ad Cameram ipso jure devoluta,& dominium utile consolidatum cum directo absque alia declaratione.

Sed hæc objectio non debet nocere feudatario constituto in bona fide,propter justam & probabilem ignorantiam, ut in terminis caducitatis feudi probat Ioan. Baptista Costa *in tract. de facti scientia, inspectione* 85.*n.*2.cum consilio *ibidem* inserto: Menoch. *cons.*865. *n.*1. quod factùm est in eadem causa in qua Costa consuluit. Quod præsertim locum habet, quia agebatur de hæredibus, & hæredum hæredibus, in quibus multò probabilior est ignorantia ad effectum vitandæ caducitatis: Gloss. & DD. *in l.*2.*C. de jur. emphyteut. l.qui in alterius*, & *ibi* Decius, & Cagnolus, *ff. de reg. jur.* Iason *in l. finali,C.de jur. emphyt.n.*127. Roland.*cons.*66. *n.*19. *lib.*3. Honded. *cons.*42.*n.*13. *& seqq. vol.*2. qui saltem dicit debere succurri emphyteutæ ignoranti remedio restitutionis in integrum: Caval. *dec.*94.*n.*1.*& seqq.* Rot.*dec.*896.*n.*2.*p.*4.*divers.*

Et licèt in dicta Bulla Gregorii XIII.dicatur locum esse devolutioni adversus hæredes ignorantes, hoc intelligitur de ignorantia constitutionis; sed nos versamur in ignorantia facti, de qua non loquitur Bulla, immò illam admittit, dum *in* §.5. loquitur de illis, qui temerè,& indebitè jura Cameræ detinent: †quia dictio illa *temerè*,æquivalet dictioni *scienter & consultò:* Barbosa *de dictionib.* c.404.Idem dicendum est de dictione *morosos*, qua utitur bulla *in* §.5.*&* 7.† quia mora non incurritur per eum qui nesciebat se esse debitorem,*l.quod te*,& *ibi* DD.*ff.si certum petatur*, Tiraquell.*de retract. conventional.*§.4.*glossa* 6.*n.*5. ubi loquitur de hærede ignorante, Surd. *decis.*260.*n.*16. Gratian. *discept. forens.*707.*n.*13.

Et hæc multò magis procedunt, stante antiqua observantia hujus patriæ, qua omnes feudatarii semper admissi fuerunt ad purgationem moræ,mediante celeri satisfactione, juncta præsertim exceptione bullæ non publicatæ, quæ non ligat dum tractatur de incurrenda pœna: Puteus *decis.*274. *lib.*1. Rot.*decis.*578. *n.*3.*p.*1. *divers.* Menoch. *de arbitrar.cas.*185.*n.*3.*&* 4. idque etiamsi ageretur de bulla impressa *in Bullario*, & continente decretum irritans:

Et ita conclusum fuit in favorem feudatarii,propter justam & probabilem illius ignorantiam.

CAPVT CXCIX.

Alienationem bonorum Ecclesiæ,temporis diuturnitate, & rei judicatæ,ac transactionis legitimè confirmatæ authoritate munitam,in dubium revocari nō posse. Transactionis titulum esse sufficientem ad corroborandam præscriptionem validitatis alienationis bonorum Ecclesiæ spatio quadraginta annorum,cùm sufficiat titulus aliqua ratione coloratus. Læsionem in trāsactione interveniisse quomodo probari possit: & quàm difficilis sit hoc casu probatio. Titulum cum longissimo tempore non requiri ad acquirendam exceptionem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia antiquissima sola probat sine actis super quibus lata fuit.*
2 *Transactio longissimo tempore observata, non indiget justificatione; sed omnia præsumuntur solemniter gesta.*
3 *In præsumptione quæ oritur ex longissima transactionis observantia, non debet deduci tempus vitæ Prælati transigentis,quod tamen est deducendum quando agitur de præscriptione.*
4 *Transactio super rebus Ecclesiæ, licèt non afficiat successores in beneficio, afficit tamen si longissimo tempore fuerit observata, quia tunc efficitur realis.*
5 *Successores exigentes summas in transactione conventas, censentur illam tacitè ratificare.*
6 *Contra Ecclesiam præscribitur spatio quadraginta annorum, interveniente titulo putativo, aut vero, & bona fide, quæ præsumitur.*
7 *Titulus transactionis præbet usucapiendi potestatem.*
8 *Titulus invalidus non sufficit ad præscribendum, sufficit tamen si aliqua ratione sit coloratus.*
9 *Laicus præscribit adversus Ecclesiam etiam sine titulo, nisi agatur de rebus in quibus adest juris resistentia.*
10 *Dominium probatur ex sola possessione triginta, vel quadraginta annorum; etiamsi non constet de titulo.*
11 *Temporis diuturnitas,concurrente diuturna observātia facit ut omnia præsumantur solemniter gesta.*
12 *Qui vult allegare lasionem intervenisse in transactione, tenetur producere omnia acta, super quibus transactio facta fuit.*

13 *Dubius litis eventus ad reſcindendam tranſactionem probandus, & quomodo probetur.*

14 *Deliberationes Capitulares, ubi tres tantùm capitulantes interfuerunt, ſunt validæ, quando alii ob temporis injuriam intervenire non potuerunt.*

15 *Ob temporis diuturnitatem præſumitur intervenisſe ratificatio aliorum, qui non interfuerunt.*

16 *Poſſeſſor non tenetur ſuum titulum producere, niſi prius actor ſuam intentionem probaverit.*

17 *Titulus non eſt neceſſarius longiſſimo tempore poſſidenti, ad acquirendam exceptionem contra actorem, quidquid ſit agendo.*

CUm longa & diuturna fuiſſet controverſia ſuper nullitate alienationis feudi inter Abbates, & illius poſſeſſores, fuit tandem deventum ad tranſactionem, ſtatimque obtenta à ſancta Sede Apoſtolica commiſſio *ſi in evidentem*, pro confirmatione illius concordiæ, quæ in effectu per commiſſarios ad id deputatos valida & legitima, ſententiâ judicialiter prolatâ, declarata fuit. Modernus Abbas videns feudum longè majoris valoris effectum fuiſſe, tam beneficio temporis, quàm ob induſtriam & melioramenta poſſeſſoris, iuſtabat ad nullitatem tranſactionis, quæ ab annis ſeptuaginta facta, & obſervata fuerat, ſuper lite centenaria. Dixi Abbatē à ſua prætenſione removendum per exceptiones impedientes litis ingreſſum. *Primo* quidem, rei judicatæ: 1 §. *item in judicio, Inſtit. de except. c. 1. de litis conteſtat. in 6.*† adeo ut ſola ſententia ſufficeret abſque productione actorum, ſuper quibus lata fuit; cum ageretur de ſententia antiquiſſima, quæ ſine actis probat, & fidem facit; quia pro ea præſumendum eſt, maximè attenta tam diuturna illius obſervatione: Puteus *deciſ. 328. lib. 2 in correctis*, Rot. *deciſ. 143. n. 8. & 11. p. 2. diverſ.* Ludoviſ. *dec. 535. num. 8.*

Secundò, eidem Abbati obſtabat exceptio tranſactionis, quæ etiam eſt exceptio litis, & non minorem habet authoritatem quàm res judicata: *l. non minorem, Cod. de tranſact.* ita ut non ſit opus producere proceſſuras, quibus nititur illa tranſactio 3 propter tanti temporis curſum, ob quem omnia ridè & ſolemniter geſta præſumuntur: † Nec opus deducere tempus vitæ Prælati malè alienantis, quia illa deductio fieri deberet ſi ageretur de præſcriptione, non autem in caſu iſto, in quo agitur duntaxat de præſumptione: Seraphin. *deciſ. 1027. n. 13.* Mareſcot. *lib. 1. var. reſolut. c. 13. num. 17.* Addent. ad Ludoviſ. *deciſ. 354. n. 18.* Difficillima ſanè eſt reſciſſio tranſactionum, quia ad ſuniendas, non autem ad inſtaurandas lites fiunt: quod potiſſimùm obtinet quando agitur de tranſactione per tanti temporis ſpatium obſervata, & executioni demandata: 4 Rot. *dec. 713. n. 6. p. 2. recent.*

Tertiò advertendum eſt, quod illa præſumptio validitatis & ſolemnitatis deducta ex longiſſimi temporis curſu, tantæ eſt efficaciæ, ut licet aliàs tranſactio facta ſuper rebus Eccleſiæ non afficiat ſucceſſores, niſi fuerit à ſancta Sede Apoſtolica confirmata, *cap. veniens, de tranſact.* cum ſimilib. Tamen propter tam diuturni temporis obſervantiam tranſactio afficit ſucceſſores in beneficio, & efficitur realis: Rot. *deciſ. 159. n. 4. part. 1. recent.* Addent. ad Ludoviſ. *deciſ. 159. num. 4.* & apud Burat. *deciſ. 152. num. 1.*

5 Maximè cùm ſucceſſores Abbatis tranſigentis, continuatis temporibus canonem annuum in tranſactione conventum ſemper exegerint: ex qua receptione oritur tacita tranſactionis ratificatio: Decius *in l. ſemper qui non prohibet, num. 7. ff. de reg. jur.* Duran. *dec. 216. n. 4.* Iaſon *in l. 2. Cod. de jur. emphyt. n. 124. & 126.* Craver. *conſ. 276. n. 6.* Mainoch. *conſ. 20. n. 58.* Gratian. *diſcept. 644. n. 34.*

Quartò, etiam prædictis ceſſantibus, obſtabat Abbati præſcriptio, cum adverſus Eccleſiam præſcribatur ſpatio 40. annorum, *cap. de quarta, de præſcript.* pro cujus quidem præſcriptionis fundamento ſufficit titulus putativus; *cap. 1.* juncta Gloſſa *verbo legitimè, de præſcript. in 6.* Coccin. *deciſ. 295. numero 2. l. Celſus, & ibi* Gloſſ. & DD *ff. de uſucap.* & ſufficit quod titulus ſit talis, qui ſi verus eſſet jus tribueret: Rot. *deciſ. 91. num. 3. part. 1. recent.* Bona verò fides abſque alia probatione præſumitur: Rot. *deciſ. 145. num. 7. & 8. part. 7. recent.* † quia titulus tranſactionis producat, uſucapiendi poteſtatem, deciſum eſt apud Seraphin. *deciſ. 602. numero 12. & 14.*

Et licèt titulus invalidus noceat præſcriptioni, propter malam fidem, quæ ex illo reſultat, *Burat. deciſ. 157. numero 6.* Giovagnon. *conſil. 14. numero 59. libro 1.* Tamen hoc non procedit quando titulus eſt aliqua ratione coloratus: Rot. *deciſ. 150. numero 5. parte 1. recent.* etiamſi eſſet nullus, et juſto tamen errore cauſata: juxta notata in *dicta leg. Celſus, ff. de uſucap.* & *ibi* Caſtrenſ. *numero 4.*

Immo ex ſolo temporis curſu laicus præſcribit contra Eccleſiam, etiam ſine titulo, non agendo de rebus in quibus laici juris habent directum, veluti ſi ageretur de decimis, quarum ipſi non ſunt capaces: Bald. *in tractatu de præſcript. prin. 11. partis princip. quæſt. 6. numero 9. & 10.* Malſin. *in probat. concluſ. 1003.* cum pluribus aliis, quos cumulat & ſequitur Barboſ. *in l. ſi quis emptionis, in principio, numero 37. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum.* Alexander *conſ. 59. num. 11. & ibi* Addit. *in verſ. ad quadraginta, vol. 3.* Decius *conſ. 267. incip. Non excedit, num. 5.* Rot. *deciſ. 120. numero 7. parte 3. recentior.* † Unde videmus dominium probari teſtes, aut alias probationes, ex quibus conſtet quem bona poſſediſſe per ſpatium 30. vel 40. annorum; quamvis non conſtet de titulo, ex quo quis præſcripſerit: Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 293. n. 14. & 15.*

Quintò, quia ultra temporis diuturnitatem, & longam ſententiæ & tranſactionis obſervantiam, quæ ſufficit ad præſumendum omnia legitimè facta fuiſſe, ut mox dictum fuit, & probat Abb. *conſ. 41. n. 3. vol. 1.* Decius *conſ. 341. n. 13. & ſequentibus*, Seraphin. *dec. 1080. n. 8.*

Advertendum eſt, quod ſi Abbas (ceſſante præſcriptione) vellet allegare & probare læſionem interveniſſe in tranſactione, de qua agebatur, teneretur pro illius verificatione producere omnia acta, & proceſſuras factas in illa prima lite, ſuper qua facta fuit tranſactio, ex quibus conſtaret de juſtitia ſententiæ latæ pro confirmatione tranſactionis: quia non productis omnibus actis, non poſſet fieri æſtimatio dubii litis eventus, habito reſpectu ad tempus tranſactionis; qui tamen omnino probandus eſt, quando diſputatur de læſione interveniente in tranſactione: Rot. *deciſ. 332. numero 2. parte 4. recentior. tom. 1.*

Neque nocet quod in congregatione Capituli tranſigentis, tres tantùm interverint Monachi, qui

quia hoc factum fuit ob temporis injuriam, propter quam alii convocari non poterant: & ideo valent gesta Capituli, in quo tres saltem Monachi interfuerunt: Guid. Pap. *decis.*160. ubi dicit in alienatione bonorum Ecclesiæ absentes non esse vocandos, & sufficere consensum præsentium: & sic etiam determinat Rot. *decis.*159. *num.*5. *p.*1. *recent.*

15 † ubi dicitur, quod in omnem eventum ratificatio aliorum ex tanti temporis cursu præsumenda est.

16 Non tenetur autem possessor hoc casu producere suum titulum, sed illi sufficit allegare longissimi temporis possessionem: Seraphin. *decis.*1421. *n.*12. ubi probandi onus ad possessorem non spectare concluditur: Rota *decis.*309. *n.*4. *p.*2. *recent.* ubi dicitur quod possessor non tenetur suum titulum producere, nisi prius actor suam intentionem probave-

17 rit. † Et ideo licèt inter Doctores controvertatur, utrùm possessor longissimo tempore præscribens acquirat actionem sine titulo; tamen fatentur omnes, quod ad acquirendam exceptionem adversus antiquum dominum rem vindicantem, titulus non est possessori necessarius, sed sufficit longissimi temporis cursus: Barbos. *in dicta l. si quis emptionis, n.*40. *&* 46. *Cod. de præscript.*30. *vel* 40. *annorum.*

His rationibus visis, Dominus Abbas conquievit, & à lite destitit.

CAPVT CC.

De potestate & authoritate Legati, tam de latere, quàm missi, vel nati. Quando finiatur illorum potestas. Vtrùm Legati dicantur Collatores ordinarii, & quomodo concurrant cum Ordinariis. Vtrum Legati possint dispensare extra provinciam, vel personam exteram, & absolvere excommunicatum in loco extero. Vicelegatos habere eandem potestatem quam habent Legati. Subjunguntur omnes facultates Legationis Avenionensis, & nominatim tractatur de creatione Protonotariorum. De Vicariatu summi Pontificis concesso Legato Avenionensi. De collatione beneficiorum facienda per Legatũ Avenionensem, non obstante quacunque reservatione. De derogatione jurispatronatus Ecclesiastici, vel Laicalis. De collatione beneficiorum reservatorum duplici reservatione. De beneficiis familiarium Papæ, & Cardinalium, reservatis. De absolutione à censuris, & quem effectum pariat. Dispensatio cum illegitimis quem effectum producat in Gallia. De absolutione à juramento. De facultate testandi, & restitutione adversùs infamiã, & apostasiam. Et utrùm dispensatio facta per Legatum, vel Vicelegatum, possit mandari executioni, finita Legatione, vel post annum. Et utrùm Legatus possit committere appellationes à sententiis Delegatorum Papæ interpositas, aut evocare causas spirituales à tribunalibus Ecclesiasticis in vim *l. unicæ, C. quando Imperator inter pupillum & viduam.* Et quod non possit conferre Doctoratum, vel alium gradum, in præjudicium Universitatis Avenionensis.

SVMMARIVM.

1 *Qui sint Legati de latere, missi, vel nati; & quomodò inter se differant.*
2 *Appellatione Legati, continentur etiã nati, vel missi.*
3 *Legatus missus à Papa, seu Nuncius, mortuo Papâ remanet Legatus Sedis Apostolicæ, & futuri Pontificis.*
4 *Legati utrùm dicantur Collatores ordinarii.*
5 *Quando agitur de Indulto, dicuntur Collatores extraordinarii in iis, in quibus non habent potestatem conferendi tanquam Episcopi, aut vigore alterius similis Dignitatis.*
6 *Verius est, Legatos esse Ordinarios, & concurrere cum Ordinariis in collatione beneficiorum, vel confirmatione jurispatronatus, & similibus, dummodo sint intra suam Provinciam.*
7 *Legatus potest exercere jurisdictionem voluntariam, & dispensare in illa personam alterius provinciæ.*
8 *Legatus non potest citare in Gallia, nisi servatis dictis, & aliis de quibus* in Concordatis, tit. de Causis.
9 *Legatus, qui duas habet provincias, non potest citare de una ad aliam, si duæ illæ provinciæ sint sub diversis Principibus.*
10 *Subditus jurisdictioni Legati potest absolvi, etiamsi fuerit excommunicatus extra provinciam, nisi facultates illius sint restrictæ ad certum locum.*
11 *Vicelegatus gaudet iisdem facultatibus, quibus Legatus.*
12 *Facultas Legati dependet ex tenore concessionum sibi factarum per summum Pontificem.*
13 *Legatus, vel Vicelegatus Avenionensis habet facultatem*
1 *Commendandi beneficia.*
2 *Concedendi Confessionale.*
3 *Absolvendi super irregularitatibus.*
4 *Concedendi licentiam ad studium.*
5 *Creandi Protonotarios.*
6 *Legationis ad Angeliam.*
7 *Disponendi de beneficiis suorum familiarium.*
8 *Legationis ad Scotiam.*
9 *Dispensat à residentia.*
10 *Habet limites declaratos.*
11 *Potest unire beneficia.*
12 *Confert quæcunque beneficia, etiam reservata.*
13 *Admittit quascunque resignationes, etiam cum reservatione pensionis.*
14 *Concedit clausulas* absolutionis, *&* pro expressis.
15 *Dispensat ad duo, vel tria incompatibilia, vel duo sub eodem tecto.*
16 *Dispensat super defectu ætatis.*
17 *Dispensat ad tria incompatibilia.*
18 *&* 19. *Super defectu Natalium.*
20 *Dispensat super incompatibilitate, etiam in clausulis similibus, vel dissimilibus.*
21 *Dispensat cum regularibus ad beneficia.*
22 *Absolvit à perjurio incurso.*
23 *Dispensat super ætate ad Ordines, beneficia, & dignitates.*
24 *Dispensat cum non promotis intra tempus.*

25 *Concedit altare portatile.*
26 *Diſpenſat in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis, & aliis impedimentis.*
27 *Conciliat, vel conſecrat Eccleſias.*
28 *Abſoluit percuſſores Clericorum.*
29 *Diſpenſat de non promovendo.*
30 *Concedit licentias teſtandi.*
31 *Abſoluit apoſtatas.*
32 *Dat facultatem transferendi de Ordine ad Ordinem.*
33 *Audiendi confeſſiones.*
34 *Relaxat vota peregrinationis.*
35 *Suſpendit interdictum.*
36 *Diſpenſat ſuper ſimonia, & fructibus malè perceptis.*
37 *Poteſt uti facultatibus extra limites Legationis in caſibus ibi expreſſis.*
38 *Diſpenſat cum corpore vitiatis.*
39 *Concedit extra tempora, & non ſervatis interſtitiis promoveri.*
40 *Habet ampliſſimam facultatem in judicialibus.*
41 *Abſoluit non recitantes horas Canonicas.*
42 *Abſoluit à voto, & perjurio.*
43 *Relaxat juramenta Principum pro pace tractanda.*
44 *Suſpenduntur cauſæ ejus familiarium.*
45 *Compellit Collectores.*
46 *Erigit Eccleſias.*
47 *Abſoluit à pœnis Bullæ Cœnæ Domini.*
48 *Habet facultatem Majoris Pœnitentiarii.*
49 *Habet facultatem creandi Doctores; ſed hæc revocata eſt per Clementem VII.*
50 *Confert beneficia ſuorum familiarium.*
51 *Concedit inſignia Pontificalia.*
52 *Diſpenſat cum malè promotis.*
53 *A Cenſuris incurſis ob ſententiam ſanguinis.*
54 & 55. *Abſoluit hæreticos, incendiarios, falſarios, & ſimiles.*
56 *Poteſt ſubdelegare vices ſuas.*
57 *Viſitat per Vicarium.*
58 *Creat Comites Palatinos.*
59 *Concedit facultatem alienandi, ſi in evidentem, &c.*
60 *Concedit Indulgentias.*
61 *Relaxat interdictum.*
62 *Dat facultatem mulieribus intrandi Monaſteria.*
63 *Concedit officia Tabellionatus.*
64 *Poteſt exire à Legatione, & reverti.*
65 *Viſitat quaſcunque Eccleſias.*
66 *Diſſolvit uniones.*
67 *Viſitat ſtudia, & Collegia.*
68 *Abſoluit ab hæreſi.*
69 *Procedit contra hæreticos.*
70 *Dat plenariam indulgentiam in certis caſibus.*
71 *Dat licentiam audiendi confeſſiones, & abſolvendi à quibuſcunque caſibus, & à votis.*
72 *Super interdicto.*
73 *Contra uſurarios.*
74 *Super beneficiis ſuorum familiarium.*
75 *Confert beneficia familiarium.*
76 *Iterum ſuper interdicto.*
77 *Creat Rectorem Comitatus, & derogat regulis Cancellariæ.*
14 *Protonotarii creati à Legato quæ privilegia habeant.*
15 *Legatus Avenionenſis eſt etiam Vicarius Papæ.*
16 *Legatus de jure poteſt unire beneficia, & erigere parochialem Eccleſiam in Collegiatam.*
17 *Legatus confert devoluta, etiamſi devolutus proceſſerit ex ejus negligentia.*
18 *Legatus de latere poteſt ſupprimere beneficia.*
19 *Item confert beneficia juriſpatronatus Clericorum, ſed non mixti.*
20 *Legati miſſi, vel nati non derogant patronatui Eccleſiaſtico.*
21 *Legatus derogat patronatui competenti ex privilegio, ſed hoc in Gallia non admittitur.*
22 *Facultates legationis Avenionenſis fuerunt approbatæ per plures deciſiones Rotæ Romanæ.*
23 *Legatus Avenionenſis confert beneficia duplici reſervatione reſervata, remiſſivè.*
24 *Legati ex ſolis facultatibus habent poteſtatem circa commendas & penſiones.*
25 *Reſervatio beneficiorum familiarium Papæ, de quibus intelligatur.*
26 *Facultas legitimationis competit Legatis ex conceſſione Pontificis, non autem de jure communi.*
27 *Epiſcopus quomodò, & quando poſſit diſpenſare cum illegitimis.*
28 *Quomodò Legatus de latere poſſit de jure abſolvere à juramento.*
29 *Licentia teſtandi data à Legato, qua bona comprehendat.*
30 *Licentia teſtandi conceſſa à Legato non recipitur in Gallia.*
31 *Reſtitutio Legati adversùs infamiam, quæ non habeat in Gallia.*
32 *Quid de diſpenſatione illegitimorum.*
33 *De diſpenſatione favore apoſtatarum.*
34 *Facultas promovendi extra tempora, ſi ſimile, ertiuntur effectum etiam finita Legatione.*
35 *Non datur tempus limitatum pro executione uſimodi diſpenſationum.*
36 *Executores deputati in reſcriptis Inſtitia, non poſſunt exequi poſt annum.*
37 *Ordinatio Regia ſuper annalitate non extenditur ultra mandata ad reſignandum.*
38 *Quomodo Legatus de jure poſſit evocare cauſas.*
39 *Legatus de jure poteſt committere cauſas ſine ſtrepitu & figura judicii.*
40 *Quæ ſit forma interponendi appellationem quæ requiritur à Delegato Apoſtolico, & Vicegatus, ſeu Legatus adeundus eſt.*
41 *Appellantes à decretis Vicelegati poſſunt coram eo appellationem introducere, tanquam ad ſuperiorem ad quem.*
42 *Quamvis in regno Neapolitano Clerici tanquam miſerabiles perſonæ habeant privilegium, l. unicæ, C. quando Imperator int. pupill. &c. vid. hoc tamen locum non habet in aliis Curiis.*
43 *Si ageretur de Eccleſia ad pauperiatem reducta, vel de Clerico in pupillari ætate conſtituto, gauderent privilegio d. l. unicæ.*
44 *De poteſtate majoris Pœnitentiarii.*
45 *Legatus non poteſt creare Doctores, Magiſtros, vel Baccalaureos in præjudicium Univerſitatis Avenionenſis, ex Bulla fel. rec. Clementis VII.*

IN primis pro intelligentia totius quæſtionis ſupponendum eſt, tres eſſe Legatorum genera. Primum genus eſt legatorum de latere, quales ſunt Cardinales, qui de latere ſummi Pontificis mittuntur.

muntur, cùm illi semper assistant : *cap. decreto, cap. si quis Episcopus, 2. quæst. 6.* Soli igitur Cardinales nomen Legatorum de latere obtinent, *cap. 1. de offic. Legati,* & *ibi* Glossa *in verbo, legationes.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 33. n. 10.* Boër. *in tract. de potest. Legati à latere, n. 12.*

Deputat nihilominus summus Pontifex alios, qui non sunt Cardinales, adjecta clausula, *Cum potestate Legati de latere* : sed hi non Legati, sed Nuncii appellantur : Gomes. *de infirmis resign. quæst. 3.*

Secundum genus est eorum, qui Legati missi, seu Nuncii nuncupantur, quos summus Pontifex ad certa negotia committit, qui non sunt Cardinales: Franc. *in cap. 1. de offic. Legati, n. 3. in 6.*

Tertium genus est eorum, qui sunt Legati nati, eo quòd aliquam obtinent Dignitatem, cui Legationis titulus annexus est; quare sunt Archiepiscopus Cantuarensis, Eborensis, Rhemensis, & Pisanus. Has tres species Legatorum explicat Franc. Marcus *lib. 1. decis. 135.* Barbos. *de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 5. num. 2. & sequentib.* Sanch. *consil. moral. lib. 6. capite 6. dub. 1. num. 15.* Monet. *de commut. ultim. volunt. cap. 5. num. 103.* cum pluribus per eos citatis.

2 Legati tamen appellatione continetur tam is, qui est à latere, quàm natus, vel missus : Gondisalvus *in tract. de legat. quæst. 3. num. 2.* Barbosa *de jure Eccles. lib. 1. cap. 291. §. 4. n. 99.* Ideò familiares Nuncii, sicut & Legati, fruuntur privilegio fori, & fructus sui beneficii lucrantur, sicut illi qui sunt in servitio Episcopi : Barbosa *ibid. n. 94. & 97.*

3 Legatus missus à Papa, morte Pontificis desinit esse Legatus illius : remanet tamen Legatus Sedis Apostolicæ, & futuri Pontificis. Quod eadem ratione de Nunciis dicendum est. Rot. *decis. 322. n. 14. & 15. parte 4. recent. tomo 2.*

4 Vtrùm autem Legati dicantur Collatores ordinarii, variatum est : nam aliqui dixerunt illos non esse Ordinarios, & ideò Legatos vigore indulti conferentes, non jure proprio conferre, sed uti Papæ Delegatos : Burat. *decis. 708. num. 11.* Alii tamen volunt illum esse Ordinarium, & majorem habere potestatem quàm habeant ipsi Ordinarii : Lotter. *de re benef. lib. 1. c. 28. n. 116. & lib. 2. quæst. 13. n. 43.* Menoch. *consil. 52. num. 66. & 67. & cons. 257. n. 88.* Et hoc verius est, ut probavimus *sub c. 152. num. 9.*

5 † Verum est, quod quando agitur de indulto, tunc habentur tanquam Collatores extraordinarii ; quia si non habeant aliunde jus conferendi nisi vigore suorum indultorum, non conferunt jure proprio, sed uti Delegati Papæ : Burat. *loco citato,* & diximus *suprà, parte 2. c. 3. §. 5. n. 7.*

6 Quidquid sit, negari non potest quin Legatus sit Ordinarius, ut probavimus *d. cap. 152. n. 9.* & fuit decisum in Rot. *decis. 520. num. 7. parte 4. recent.* post Gambar. *de offic. Leg. lib. 8. num. 6.* Imò certum est, Legatum majorem esse quolibet Ordinario : Mohedan. *de offic. deleg. decis. 4. num. 1.* & in *additione litteræ B.* dummodò intra provinciam sibi decretam potestate sua utatur. Rot. *decis. 1. de offic. Leg. in novis.* Non tamen concurrit cum Metropolitano, si provincia dicti Metropolitani non sit in ejus Legatione comprehensa. Mohedan. *d. dec. 3. num. eod. versic. ubi autem provisio.* Et concurrit Legatus cum quolibet Ordinario, teste Puteo *decis. 335. lib. 2.* dicente ita fuisse judicatum in secunda negotii propositione, ut *ibi* per eum *in additione.* Vnde quando agitur de confirmatione donationis juris patronatus datur concursus inter Legatum, & Ordinarium : Vetal. *decis. 144. parte 2.*

Vtrùm autem Legatus destinatus in una provin- 7
cia, possit dispensare personam extetam alterius provinciæ, ad obtinendum beneficia in provincia sibi non decreta, quæstio est ambigua : nam Ludovis. *decis. 287. n. 9.* & *ibi* Beltramin. *n. 11.* existimavit Legatum id facere posse, cum agatur de negotio dependente à jurisdictione voluntaria, quæ ubique potest exerceri, idque etiam in non subditum : quod repetitur *decis. 353. num. 6.* apud eundem. Quod verum est in jurisdictione voluntaria ; an autem locum etiam habeat in contentiosa, non ita constat. Quod enim non possit Legatus exercere jurisdictionem contentiosam in alia provincia, si duas sibi demandatas habeat, tenuit Abb. *in cap. novit, de offic. Leg.* & quæstionem esse dubiam dixit Francisc. Marc. *quæst. 341. lib. 1.* quem citat Gratian. *decis. 113. num. 4.* † in Gallia tamen servanda sunt 8
concordata *in titulo de Causis.* Neque potest fieri citatio ultra unam, vel duas dietas, nempe unam de jure Decretalium, *cap. nonnulli 28. de rescriptis,* vel duas secundùm jus *Sexti libri Decretalium in cap. statutum, §. cum verò, & §. cum autem, eod. tit. de rescript.* Et in effectu, me consulente, fuit nuper cassata quædam processura matrimonialis, propter citationem ad locum remotum ultra duas, & ampliùs dietas factam Super quæstione autem principali persistendum est in affirmativa, nempe Legatum ad diversas provincias destinatum cum potestate conferendi, ad quæ loca declinare contigerit, posse in diversis provinciis eidem Principi ad quem destinatus est, subditis beneficia conferre : ut fuit decisum per Rot. *decis. 142. part. 3. divers. lib. 3.* quia in qualibet parte suæ Legationis habet ordinariam potestatem, & quoad ipsum censetur una provincia, licèt aliàs sint distinctæ quoad limites, & prærogativas : quidquid dubitaverit Franc. Marc. *d. dec. 341. p. 1.* Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 26. n. 24. ad fin.* & alii : † quia contra eos est varia opinio, quando duæ 9
provinciæ sunt sub eodem Principe : Gratian. *discept. 655. n. 13. & sequentib.*

Vnde licèt subditi jurisdictionis Legati fuerint 10
excommunicati in loco extra provinciam, & excommunicationem incurrerint alibi, tamen Legatus de latere potest illos absolvere, ut concludit Abb. *in cap. penult. colum. 2. vers. venio ad secundam speciem : & colum. fin. de offic. Leg.* Quod est verum quando in tali absolutione non est necessaria causæ cognitio, ut concludit Paris. *cons. 28. num. 38. & 52. lib. 4.*

Quod tamen limitandum est, nisi facultates Legati sint restrictæ ad certum locum : quia cessante hujusmodi restrictione, potest jurisdictio voluntaria ubique exerceri ; & ideò potest Legatus creare Protonotarios extra provinciam, aut conferre beneficia suæ provinciæ unicuique, etiam existenti extra provinciam, ex quo collatio est voluntariæ jurisdictionis, ut decisum fuit per Rot. *decis. 69. n. 2. part. 4. recent.*

Vt autem sciatur quid possit Legatus Avenionensis, aut ejus Vicelegatus facere, secundùm dispositionem juris communis ; & in quibus casibus gesta per eum subsistant duntaxat vigore facultatum ipsius, sequentia notanda sunt.

Primò quidem supponendum est, quæ de Lega- 11
to dicuntur, eadem ratione procedere in Vicelegato, cujus eadem est potestas, & qui iisdem facultatibus uti potest, quibus ipsemet Legatus : Bertrand. *cons. 117. n. 2. vol. 1. part. 2.* Rot. *decis. 508. in fine, versic. quantum ad facultates,* ubi redditur ratio, quia solent Legati omnes suas facultates transferre in

Vicelegatus accedente ſummi Pontificis confirmatione : quod præcipuè locum habet in Vicelegato Avenionenſi, qui immediatè à ſummo Pontifice deputatus eſt : ut diximus *ſup. d. capite* 152. *numero* 4.

12 Secundò ſupponendum eſt, utplurimùm poteſtatem Legati dependere ex tenore facultatum illi per ſummum Pontificem conceſſarum : quia facultas quæ in ejus conceſſionibus non eſt expreſſa, cenſetur illi denegata : Ludoviſ. *deciſ.* 287. *num.* 8. Seraphin. *deciſ.* 772. *n.* 3. ubi dicit quod tenor litterarum Legati de latere, auget, vel reſtringit eam poteſtatem, quæ ipſi de jure competit : Pur. *deciſ.* 144. *n.* 1. *lib.* 2. ubi quod poteſtas Legati, ſeu Nuncii, non extenditur ultra illi ſpecialiter conceſſa.

His ſuppoſitis, paucis referemus facultates Legatis, ſeu Vicelegatis Avenionenſibus conceſſas, quæ primùm à Sixto IV. anno 1475. Iuliano Cardinali Legato, deinde verò Franciſco Guillelmo de Claromonte per Leonem X. conceſſæ ſunt, & per ſummos Pontifices ſucceſſores omnibus aliis concedi ſolent Legatis, eodem planè modo, & forma, quibus conceſſæ fuerunt prædictis Cardinalibus Legatis antiquioribus : quas collegimus partim ex regiſtris authenticis, partim verò ex libello impreſſo R.D. Ioannis Nicolai, tunc Auditoris Rotæ Avenionenſis, cui nonnulla ſcitu neceſſaria adjunximus.

SVMMARIVM

Facultatum Legationis Avenionenſis.

I.

13 *CONCESSA eſt legato Avenionenſi facultas conferendi quæcunque beneficia in titulum, vel Commendam, & diſpenſandi cum quibuſcumque perſonis, ut quæcunque beneficia in commendam recipere poſſint, ſecularia, vel regularia, etiamſi Monaſteria fuerint ; dummodò hujuſmodi Monaſteria valorem ducentorum florenorum auri non excedant, Dignitates Eccleſiarum Cathedralium, aut Collegiatarum, etiam majores poſt Pontificalem, aut in Eccleſiis Collegiatis principales conferendi.*

II.

Concedendi Confeſſionale, etiam cum poteſtate abſolvendi plenariè, ſemel, & in mortis articulo, & eligendi Confeſſorem quemcunque, qui ſemel diſpenſare poſſit ſuper caſibus reſervatis.

III.

Prælatus abſoluit ab omiſſa viſitatione Liminum Apoſtolorum, intra tempus in facultate diſpenſandi cum eis ſuper irregularitate incurſa, Divinis ſe immiſcendo, & abolendi inhabilitatem, aut infamiæ notam incurſas, & id tempus prorogandi ad ſeptennium, dummodo interea per procuratorem, &c.

IV.

Legatus concedit diſpenſationem, & licentiam quibuſcunque perſonis, etiam Monachis, aut Religioſis mendicantibus, & Canonicis Regularibus, ut licentiâ cujuſvis alterius minimè requiſitâ poſſint ad generale ſtudium accedere, & morari, & quod illis per quinquennium neceſſaria miniſtrentur.

V.

Creare poteſt Protonotarios, Subdiaconos, Acolythos, & Capellanos Sedis Apoſtolicæ, cum illorum prærogativis, & præeminentiis, præſtito juramento conſueto : cujus juramenti forma ponitur in Bulla.

NOta, quod iſti Protonotarii creati à Legato æquiparantur Protonotariis creatis ab ipſo ſummo Pontifice, quoad hoc ut illorum beneficia ſint Sedi Apoſtolicæ reſervata, ut probavimus ſuperiùs, *parte* 2. *c.* 3. §. 2. *n.* 20. *& ſequent.* quod Rota voluit procedere etiam ante acceptationem, & ipſo Protonotario ignorante, & etiam ante aſſumptionem inſignium, ut habetur *deciſ.* 172. *num.* 4. *part.* 4. *recent. tom.* 2. Quamvis contrarium dexerimus *d. cap.* 3. §. 2. *num.* 22. juxta deciſ. Burat. 706. *num.* 10. Sed iſta diverſitas conciliatur hoc modo, ut ſufficiat acceptatio tacita ſeu præſumpta, videlicet per expenſam factam in expeditione Bullarum, propter quam præſumitur acceptatio, juxta *deciſionem* 1. Creſcentii, *ſub tit. de præſumpt.* & ita diverſæ illæ deciſiones concordantur *in deciſ.* 497. *num.* 4. §. *recent. & in addit.* ad Burat. *d. deciſ.* 706. *num.* 12. quæ reſervatio durat etiam poſt dimiſſum Protonotariatum, ut expreſsè cavetur *in regula prima* Cancellariæ, & notatur *in d. dec.* 172. *n.* 7.

VI.

Legatus habet facultatem Legationi Anglia, ac Inſularum circumadjacentium.

Quæ tamen hodiè locum non habet.

VII.

Poteſt Legatus diſponere de beneficiis ſuorum familiarium vacantibus in Curia, etiamſi ipſe præſens non eſſet in Romana Curia.

PRo intelligentia notandum eſt, Cardinales ut frui privilegio Indulti, niſi ſint præſentes Curiæ Romanæ ; aut ſi abſint, interveniat licentia ſummi Pontificis : ut diximus ſuperiùs *parte* 2. *c.* 3. §. 5. *num.* 24.

VIII.

Habet facultatem Legationis ad Regem Scotiæ.

Sed hæc hodiè etiam eſt inutilis.

IX.

Concedit facultatem diſpenſandi ſuper reſidentia in beneficiis illam requirentibus, ob favorem exiſtentium in Studio generali, aut ſervitiis Principum, in altero ex beneficiis ipſorum, ad tempus, vel quoad vixerint, & percipiendi fructus ; non tamen diſtributiones quotidianas.

X.

Facultates Legationis extendit ad omnes provincias, per quas Legatus tranſiturus eſt, & ad familiares ipſius continuos commenſales, etiam ſub dicta legatione non comprehenſos.

Et

15 ET præterea (quod valdè notandum est) per Bullam concessam eidem Iuliano Cardinali Sancti Petri ad vincula, 4.*Cal. Maii* 1484. Summus Pontifex concedit Legato facultatem sui Vicarii generalis, his verbis:

Et insuper cupientes, ut opportuna tibi non desit facultas, si quæcunque alia occurrant quæ te impediant, seu ad quæ tua hujusmodi Legatio non extenderetur, vices nostras tibi committimus per præsentes.

XI.

Quæcunque beneficia unire potest, non excedentia tamen valorem ducentorum florenorum auri, quovis modo vacantia, etiam per cessum, vel decessum ea obtinentium, ad tempus, vel perpetuò, aut ad vitam obtinentium, cum omnibus necessariis, sublato appellationis, aut alio juris remedio.

XII.

Facultatem habet conferendi quæcumque, quotcunque, vel qualiacunque beneficia sæcularia, & Ordinum quorumcunque regularia, cum cura, vel sine cura; personatus, officia, Canonicatus, præbendas & dignitates, etiam in Cathedralibus, vel Metropolitanis, etiam post Pontificalem majores; vel in Collegiatis principales, Prioratus, Præposituras etiam Conventuales, officia etiam Claustralia, etiamsi quis ad ea consueverit per electionem assumi; aut dispositioni Apostolicæ, vel ipsius Pontificis ex quavis causa, etiam ratione personæ, vel qualitatis beneficiorum, aut alias quomodolibet, etiam cum decreto irritanti, generaliter, vel specialiter affecta, vel reservata fuerint, exceptis illis quæ apud Sedem Apostolicam, vel per promotionem ad quascunque Metropolitanas, seu Cathedrales Ecclesias, aut Monasteria vacare contigerit, aut per speciales reservationes personarum contemplatione summus Pontifex reservavit; dictamque collationem faciendi in titulum, vel Commendam, & de Ordine ad Ordinem transferendi, & de Monasterio ad Monasterium, de loco ad locum, & de Ecclesia ad Ecclesiam, ipsosque provisos in Monasteriis seu regularibus locis, ad quæ translati fuerint, recipi faciendi: & revocantur omnes reservationes, quarum vigore Dignitates, Canonicatus, & præbendæ, aliaque beneficia Ecclesiastica generaliter reservata hujusmodi unita, annexa, & incorporata acceptari, conferri, & assignari possent, seu de illis provideri posset in futurum, quæ suum effectum sortitæ non erunt; quæ reservationes, & aliæ gratiæ expectativæ revocantur; & aliàs prout latiùs continetur in facultatibus Iuliani Cardinalis Legati per Sixtum IV. anno 1457. concessis.

NOtandum est circa hunc undecimum, & duodecimum articulum, quod Legatus de iure communi, etiam sepositis facultatibus hîc expressis, potest unire beneficia, & parochialem Ecclesiam erigere in Collegiatam, aut Parochialem unire aut erigendo Dignitatem unire, quia utrumque est in sua potestate: Gambar. *de offic. Legati, lib. 5. tit. de potest. Legati in erigendo nova benefic. num. 30. & in tit. de potest. uniendi, num. 11.* Rot. *decis. 608. num. 4. & sequent. part. 4. recent. tomo 3.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 28. n. 117. & 150.* 16

Secundò, quod Legatus potest conferre devoluta, etiamsi devolutio processerit ex propria ipsius negligentia. Quod cùm aliàs in Rota fuisset disputatum, & vota Dominorum fuissent divisa; postea tamen negotio maturè discusso, concludum fuit pro affirmativa: quia si Legatus esset Episcopus, collatio ob ejus negligentiam devolveretur ad Archiepiscopum, & tunc Legatus concurrit cum eo: ita quando devolvitur ad Papam Legatus jure Legationis concurrit cum Papa, ut notatur apud Put. *decis. 258. lib. 2. in correctis, in nota mariginali,* post Selv. *de benefic. parte 2. quæst. 3. colum ultima, versic. Item circa istum articulum, num. 42.* Gondisal. *in tract. de Legato, quæst. 9. col. 3. versic. sed illud semestre, cum sequentib.* 17

Tertiò, quod Cardinalis Legatus de latere non solùm beneficia de jure unire potest, ut paulò post dictum est; sed etiam illa supprimere, ut decidit Rota Apud Merlin. *decis. 174. n. 6.* post Navarr. *consil. 10. n. 1. de offic. deleg.* 18

Quartò, qnod Legatus de latere potest conferre beneficia juris patronatus Clerigorum: *cap. cum dilectus, de jurepatronat.* non tamen potest conferre beneficia juris patronatus mixti: Put. *decis. 157. numero 2. lib. 3.* Patis. *cons. 35. num. 16. lib. 4. & numero 23.* 19

Legati tamen missi, vel nati, non derogant patronatui Ecclesiastico, nec beneficia conferunt, nisi alùndè jus habeant tanquam Episcopi, aut jure alterius Dignitatis, aut nisi summus Pontifex illis ex speciali facultate concesserit: Monet. *in tractat. de commut. vlt. volunt. c. 10. n. 315. & 318.* 20

Si tamen ageretur de jurepatronatus, quod cõpeteret laico ex privilegio, aut alio jure singulari, & non ex jure communi, veluti ex donatione & fundatione, posset Legatus de latere huic patronatui derogare: Lotter. *lib. 2. q. 10. n. 57.* quod tamen in Gallia non servatur, ut alio loco diximus. 21

XIII.

Concessa est Legatis facultas admittendi quascunque resignationes quorumcunque beneficiorum reservatorum, etiam ratione personarum illa obtinentium, vel ex ipsorum beneficiorum qualitatibus, aut aliàs quomodolibet; quamvis generaliter, vel specialiter reservata, vel affecta fuerint; aut etiam litigiosorum, etiamsi lis in Romana Curia pendeat; & illa conferendi simpliciter, vel ex causa permutationis, aut eadem commendare quomodolibet, necnon resignantibus seu cedentibus eisdem, ne nimium dispendium, patiantur, & aliis quibusvis personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumcunque Ordinum Regularibus, etiam Archiepiscopali, Episcopali

pali, Abbatiali, aut alia quacunque dignitate fulgentibus, ut ſe commodiùs ſuſtinere valeant, aut alia quavis de cauſa, ob quam ipſis Legatis expedire videbitur, ſuper beneficiis, quorum juri, vel commendæ cedent, etiamſi in manibus ipſorum non reſignentur, penſiones annuas, de quibus ſibi videbitur, & partes ipſæ concordes fuerint, ipſis cedentibus, aut aliis quibuſvis perſonis quoad vixerint, vel ad certum tempus, per perſonas ipſas, aut ſucceſſores ipſorum beneficiorum poſſeſſores reſervandi.

NOtandum eſt quod iſta facultas Legati Avenionenſis, conceſſa, ut dictum eſt, Iuliano Cardinali de Ruvere per Sixtum IV. & Franciſco Guilleimo Cardinali de Claromonte per Leonē X. fuit ſæpiùs approbata per Rotam Romanam, ut in *Carpentoractenſi Prioratus*, coram Buratto *inter ejus deciſiones impreſſas, deciſ.* 390. *in princip.* & in *Cavallicenſi Canonicatus, coram Sacrato deciſ.* 508. *per tot. part.* 4. *recent.* & iterum *coram eodem deciſ.* 109. *per tot. parte* 4 *recent. tomo* 2.

Notandum eſt prætereà, fuiſſe nuper diſputatum, utrùm facultas conceſſa Legato Avenionenſi conferendi beneficia reſervata, locum haberet quãdo beneficium eſt affectum duplici reſervatione? cujus quæſtionis reſolutio pendet ex iis quæ ſuprà dicta ſunt *c.* 152. & ex notatis ſuperiùs, *parte* 2. *cap.* 2. *n.* 35. quæ hìc repetenda non ſunt.

Notandum tertiò quod Legati, ſi non habuiſſent facultatem à ſummo Pontifice ſuperiùs expreſſam, non potuiſſent commendare Eccleſias parochiales in perpetuum, neque Regulares commendare Clericis ſæcularibus, vel è converſo, ut teſtatur Barboſa *de jure Eccleſiaſt. lib.* 1. *n.* 58. 59. & 60. Reſignationes tamen beneficiorum admittere poſſent, non tamen cum reſervatione penſionis: quanquam non impediretur, ſi facta fuiſſet ſimpliciter reſignatio, imponere penſionem ſuper beneficiis non reſervatis, aut aliàs ad ejus reſignationem ſpectantibus. Barboſ. *d. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 68. 69. 70. & 71. Et hæc omnia præſtare poteſt Legatus Avenionenſis, ut conſtat ex illius facultatibus ſuperius expreſſis.

Notandum quartò, quod licèt à facultate conferendi beneficia conceſſa Legatis Avenionenſibus, & nominatim per Leonem X. excipiantur beneficia familiarium Papæ, & Cardinalium; tamen Rota hoc intelligit de veris familiaribus commenſalibus; non autem de illis qui ex privilegio pro talibus habentur: ut videre eſt apud Seraphin. *deciſ.* 1251. *num.* 6. & probavimus ſuperiùs *parte* 2. *cap.* 3. §. 3. n. 11. & ita explicandum eſt quod dicitur per quamcunque ampliſſimam facultatem datam beneficia conferendi, non cenſeri comprehenſa beneficia familiarium Cardinalis, vel Papæ, ut probat Tuſch. *littera, C. concluſ.* 100. *num.* 47. poſt Bellam *conſ.* 19. *n.* 2. *verſic. Quintò quia*, In aliis tamen caſibus etiam ad effectum reſervationis, familiaritas Cardinalis aliis modis probatur, de quibus Burat. *deciſ.* 217. 228. & 255.

XIV.

Conceditur Legato Avenionenſi facultas concedendi clauſulam abſolutionis generalis à quibuſcũque ſententiis, & cenſuris, etiamſi ab eis non niſi per Romanum Pontificem abſolvi poſſent, *ad effectum duntaxat litteralem conſequendum: & clauſulam*, quod omnia beneficia per impetrantem obtenta habeantur pro expreſſis: *& derogandi Conciliis generalibus, juribus, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac conſtitutionibus Eccleſiarum, etiam Metropolitanarum Ordinum, Monaſteriorum, & aliorum locorum, ac privilegiis eiſdem conceſſis, ac exemptionibus & indultis pro ea vice; & hujuſmodi facultatem poteſt committere.*

NOtandum eſt circa hanc facultatem, quod dicta clauſula abſolutionis à cenſuris, derogationis jurium, & ſimiles, ſuum operantur effectum quoad validitatem proviſionis, non quoad alia: & ideo talis abſolutio, & derogatio non ſufficiunt ad hoc ut excommunicatus, vel cenſuris ligatus poſſit uti abſolutione, aut aliis clauſulis ad conſequenda alia beneficia, aut alias gratias, ut comprobat Garc. *in tract. de benefic parte* 7. *cap.* 13. *num.* 61. Ricciul. *de jure perſon. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 4. & copioſè Boſ. *in tract. de clauſ. cap.* 179. *per tot.* nam aliquin Legatus etiam de latere nihil contra formam juris facere, aut ſtatuere poteſt. Rot. *deciſ.* 490. *n.* 7. *part.* 2. *recent.* & *deciſ.* 500. *n.* 4. *in fine, part.* 3. *recent.* neque poteſt reſcribere contra conſtitutionem efficiam Papalem: Rot. *deciſ.* 67. *n.* 19. *parte* 4. *recent. tom.* 2. Nec poteſt confirmare ſtatuta juri communi contraria: Rot. *deciſ.* 438. *n.* 41. & 43. *part. tom.* 1. & *deciſ.* 103. *n.* 18. Seraphin. *deciſ.* 1306. *in diſceptat.* 245. *n.* 42. & *diſceptat.* 300. *n.* 50. Bouch. tamen Legatus reſtituere in integrum non poteſtem, conſtito de læſione: Ferret. *conſ.* 174. *n.* 3. Sed non poteſt, cognoſcere, vel committere cauſa, ordine juris non ſervato, niſi illud habeat in facultatibus, prout habet Legatus Avenionenſis, ut ſuprà ſiùs oſtendetur inferiùs *in* 48. *facultate*. Si tamen ſtatuta non ſunt juri communi contraria, poſſe illa Legatus condere, ſi ſit Legatus de latere, & durent perpetuò etiam finita legatione, & ſine ab alio Legato facta revocare: Barboſ. *de jure lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 84.

XV.

Legatus Avenionenſis habet facultatem diſpenſandi in favorem ſæcularium, vel regularium quorumcunque Ordinum, ſuper defectu Natalium, ex quocumque ceitu, ſeu ſucceſſione: etiam ad duo vel tria incompatibilia, regularia, vel ſæcularia; & ad duo ſub eodem tecto, cum clauſula permutandi, & Commendæ; cedendi ſæcularia Sæcularibus in titulum, & regularia Regularibus in commendam, & è contra, etiamſi talia ſint quod ad ea quis aſſumi conſueverit per electionem aſſumi.

NOtandum eſt quod de jure communi, Legati non poſſunt diſpenſare cum illegitimis, ut ſint habiles ad obtinendum Eccleſias curatas. Sic. *in tit. de diſpenſat. §. nunc de Epiſcopo, n.* 31. Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſat. ſuper defect. natal. n.* 4. &c. etiam ad Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, quia materia diſpenſationis pari paſſu ambulant cum Curatis: Rot. *deciſ.* 2. *de filiis presbyter. in novis*, & apud Ludoviſ. *deciſ.* 287. *n.* 5. & 6. Et ideò inſerta

in facultate 18. generaliter conceditur Legato facultas dispensandi super quocunque defectu natalium, ad quæcunque, quodcunque, & qualiacunque beneficia; quæ verba propter illam generalitatem, & specificam expressionem, omnia beneficiorum genera comprehendunt.

XVI.

Dispensat Legatus Avenionensis super ætate ad sacros etiam Presbyteratus ordines, & ad ministrandum in Ordinibus sic susceptis,& ad unum,vel duo,vel tria incompatibilia; & ad obtinendum quascunque Dignitates, etiam post Pontificalem majores.

XVII.

Dispensare potest ad tria incompatibilia secularia, vel regularia, in titulum,vel Commendam, etiamsi parochiales sint, vel illarum Vicariæ perpetuæ, & ad Dignitates post Pontificalem majores.

XVIII.

Potest dispensare cum patientibus defectum Natalium, etiamsi ex soluto & soluta, conjugato & soluta, soluto & conjugata, aut Clerico in quocunque, etiam sacro, aut Presbyteratus Ordine, aut Dignitate etiam Episcopali constituto, & soluta, vel conjugata, ut ad quascunque Dignitates, etiam Archiepiscopales, Episcopales, vel Abbatiales promoveri possint: cum facultate derogandi dispositioni Pictavensis Concilii, statutis, & consuetudinibus Ecclesiarum, vel Monasteriorum quorumlibet.

37 DE materia hujus facultatis videri poterunt tradita per Garc. *de benefic. parte 7. cap. 2. n. 45. & seq.* ubi ostendit Episcopum posse dispensare illegitimum ad minores Ordines, & ad beneficium sine cura, quando est honestæ vitæ: quod non potest facere sine justa causa: non tamen potest illum dispensare super pluralitate beneficiorum simplicium. Ad majores autem Ordines,& beneficia curata, & ad Dignitates, vel Personatus, etiam sine cura solus Papa, vel Legatus ab eo potestatem habens potest dispensare: ut probat Garc. *d. parte 7. cap. 2. n. 51. 53. & sequentib.* ubi tota hæc materia tractatur.

XIX.

Dispensat Legatus super defectu Natalium, ex quocunque etiam damnato, vel incestuoso coitu, pro Ordinibus etiam sacris, & extra tempora; & ad beneficia quæcunque, quodcunque, & qualiacunque; & pro quibuscunque Religiosis Ordinibus, ut recipiant dispensatum in Monachum,aut Canonicam,militem,seu fratrem, cum facultate dandi habitum,& emittendi professionem.

XX.

Dispensare potest ad duo, vel tria incompatibilia quæcunque, etiam conventualia,aut simplicia sub eodem tecto, similia vel dissimilia, & illa dimittendi,aut Commenda cedendi simpliciter,aut ex causa permutationis, cum facultate derogandi statutis & consuetudinibus Ecclesiarum, aut Ordinum quorumcunque,& derogandi Concilio Pictavensi, & generali, & aliis quibuscunque tali, aut simili dispensationi obviantibus.

XXI.

Habet facultatem dispensandi cum Regularibus cujuscunque Ordinis, etiam Mendicantibus, obtinendi beneficium regulare vel seculare, suorum, vel aliorum quorumcunque Ordinum; dummodò non sit officium Claustrale; & in illis beneficiis residendi, ac admissa dimittendi simpliciter, vel ex causa permutationis,& in locum dimissi aliud obtinendi.

XXII.

Relaxare potest juramentum, & personam quæ illud præstitit absolvere, & super perjurio incurso dispensare; dummodo tamen talis dispensatio, vel absolutio, in alicujus vel aliquorum grave præjudicium manifestè non redundet.

NOtandum est, quod Legatus de latere potest 38
concedere absolutionem à juramento, narratis sibi legitimis absolutionis causis; & hoc casu tollitur impedimentum juramenti,ut testatur Marchesan. *de commissionibus, tomo 2. tit. de commissione relaxationis juramenti, parte 3. §. 2. num. 69. & sequent. fol. 211.* Quod procedit, etiamsi agatur de relaxatione juramenti Sedi Apostolicæ reservata: quia non propterea deneganda erit Legato de latere. Paris. *consil. 28. num. 42. vol. 4.* ea ratione, quia levis est talis relaxationis concessio, & in levibus reservata Papæ,non cēsentur Legato denegata. Paris. *loc. cit. n. 43.* Marchesan. *d. tomo 3. in tit. præd. parte 3. §. 1. n. 67. versic. at si aligno casu, pag. 196.*

XXIII.

Dispensare potest cum patientibus defectum ætatis, ut possint promoveri ad omnes, etiam sacros Ordines, & quæcunque,& qualiacunque beneficia, duo vel tria; cum cura, vel sine cura, obtinere queant; etiam Dignitates in Cathedralibus, etiam Metropolitanis majores post Pontificalem,aut in Collegiatis principales: eaque beneficia dimittere,& in locum dimissi aliud obtinere, & recipere, cum derogationibus ad hoc opportunis.

XXIV.

Dispensat cum iis qui non fecerunt se promoveri intra tempus, & retinuerunt beneficia pacificè ultra annum, cum facultate abolendi notam inhabilitatis, & infamiæ; & rehabilitandi ad eadem, vel similia: & beneficia devoluta, aut Sedi Apostolicæ reservata propter eandem causam, vel aliam, licitè conferendi; cum facultate derogandi quibuscunque dispositionibus Conciliorum, ordinationibus Apostolicis, & statutis, ac consuetudinibus Ecclesiarum, etiam juramento roboratis.

XXV. Potest

XXV.

Poteſt concedere Altare portatile quibuſcunque perſonis, & cum facultate celebrãdi etiam ante diem, circa tamen diurnam lucem, dummodò cum debita reverentia & honore in locis congruentibus & honeſtis; ita quod hoc culpæ non imputetur talibus, aut Sacerdoti: & quod rarò hac facultate utatur etiam in locis interdicto ſuppoſitis, clauſis tamen januis, & non pulſatis campanis.

XXVI.

Poteſt Legatus Avenionenſis diſpenſare ſuper tertio, vel quarto conſanguinitatis, vel affinitatis gradu: & ſi de Regali, Ducali, vel Comitum ſanguine fuerint, ſuper quouis, etiam ſecundo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, mixtim vel qualitercunque conjunctis, & ſuper cognatione ſpirituali, & juſtitia publicæ honeſtatis, & ſuper iis qui ſe polluerunt per adulterium ſcienter, vel ignoranter, ut matrimonium contrahere poſſent, aut nulliter contractum celebrare. Poteſt etiam abſolvere eos, qui jam ſcienter, vel ignoranter contraxerunt in iiſdem gradibus.

XXVII.

Legatus habet facultatem conſecrandi Eccleſias, aut illarum reconciliationem committendi.

XXVIII.

Abſolvit percuſſores Clericorum, etiamſi mors caſualis intervenerit: & poteſt habilitare ad quæcunque beneficia, necnon eos, qui litteras, proceſſus, & ſententias ſanguinis dictarunt, ſubſcripſerunt, confecerunt, publicè legerunt: & cum his ſuper irregularitate incurſa diſpenſat; & quod poſſint promoveri ad ſacros Ordines, & beneficia obtinere. Tollit etiam inhabilitatem, & infamiam.

XXIX.

Diſpenſare poteſt ut quis non teneatur promoveri ad certum tempus, & derogare juribus, conſuetudinibus, ſtatutis, fundationibus, & privilegiis huic diſpenſationi contrariis.

XXX.

Habet facultatem concedendi Epiſcopis, Archiepiſcopis, Prælatis, & aliis quibuſcunque perſonis Regularibus, vel ſæcularibus, ut poſſint diſponere de quibuſcunque bonis, quamtumvis intuitu Eccleſiæ acquiſitis.

29 NOtandum eſt primò, quod iſta licentia teſtandi non poteſt comprehendere bona, quæ jam fuerunt incorporata Monaſterio: quia facultas teſtandi debet intelligi de bonis, quæ non fuerunt alteri quæſita: ut probatum fuit ſuperiùs, *c.* 197.

30 Notandum ſecundò, quod in Gallia non admittitur licentia teſtandi de fructibus beneficiorum, conceſſa Regularibus, & Religioſis profeſſis in præjudicium ordinationum Regiarum, & conſuetudinum provinciarum: neque per tales licentiam teſtandi impediuntur proximiores ſuccedere in bonis Monachorum, etiam in fructibus beneficiorum: ut probat Pithæus *in tract. de libertat. Eccleſ. Gallicana, n.* 28.

Similiter obſervandum eſt, quod reſtitutio adversus infamiam facta per Legatum, non admittitur in Gallia quoad cauſas prophanas: quoad verò Eccleſiaſticas, gratia Summi Pontificis, vel Legati, pro reſtitutione adversùs infamiam, ſortitur ſuum effectum in Gallia, quoad receptionem ad Ordines, & officia, & actus Eccleſiaſticos; & non aliàs: ut notat Pithæus *ubi ſup. n.* 22.

Eademque ratione, ſi Legatus vigore facultatum diſpenſaverit adversùs illegitimos ad Ordines ſacros, vel beneficia, talis diſpenſatio admittitur non tamen quoad temporalia: ſed hoc ſit ſine præjudicio fundationum ſæcularium, vel privilegiorum, ſtatutorum, vel conſuetudinum, aut conſtitutionum localium: ut per Eundem *n.* 21.

XXXI.

Poteſt Legatus abſolvere apoſtatas, priùs tamen illis ad tempus, de quo ſibi videbitur, à ſuorum ordinum executione ſuſpenſis, etiam Divinis ſe immiſcuerint: cum facultate recipiendi eos in Conventum, & quod quæcunque ſui Ordinis beneficia obtinere poſſint.

NOtandum eſt triplicem eſſe apoſtaſiam; primò à fide: ſecundò, ab obedientia: tertiò, ab Ordine, vel religione. In hac tertia ſpecie, de qua loquitur hæc facultas, diſpenſat per eam Pœnitentiariæ in foro conſcientiæ tantùm: ſecùs verò in utroque foro, & de duabus his diſpenſationibus copiosè agit Pirrhus Conrad. *in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.* 5. *cap.* 13. & 14.

XXXII.

Legatus dat facultatem transferendi de Ordine ad Ordinem, & de Monaſterio ad Monaſterium, & admittendi ceſſiones Monaſteriorum, dummodo non excedant in fructibus valorem ducentarum librarum auri; cum teſtate recipi faciendi profeſſiones Monachorum, vel etiam recipiendi.

XXXIII.

Dat facultatem audiendi confeſſiones ſe vel per alium, & abſolvendi, rehabilitandi & diſpenſandi ſuper irregularitate, & ſuper quibuſcunque criminibus, etiam ob ſimoniam in Romana Curia, vel extra, falſificationem litterarum Apoſtolicarum, homicidium caſuale, & alia, etiamſi de illis Sedes Apoſtolica conſulenda eſſet, & abſolutio Romano Pontifici duntaxat pertineret; & in omnibus casibus in quibus Major Pœnitentiarius in Romana Curia præſens diſpenſare poteſt.

XXXIV.

Præterea datur facultas relaxandi quæcunque vota peregrinationis, & abſtinentiæ, etiam ultramarina, & Beatorum Petri & Pauli, & & Iacobi in Compoſtella, quæ commodè adimpleri non poſſent, illaque in alia pietatis opera commutandi.

XXXV. Habe

XXXV.

Habet facultatem suspendendi, & relaxandi interdictum laxatum authoritate Apostolica, ad tempus etiam, in quibuscumque casibus, vel totaliter, si & prout sibi videbitur.

XXXVI.

Dispensat cum quibuscumque simoniacis, tam in Ordine, quàm in beneficio, cum rehabilitatione & restitutione ab beneficia. Abolet infamiam, & tollit inhabilitatem, & habilitat ad quæcunque beneficia, etiam vacantia per simoniam, per liberam renunciationem, per constitutionem Ioannis XXII. quæ in incipit, Execrabilis; *per devolutionem vacantia apud Sedem, aut ratione personæ reservata, aut quovis modo vacantia.*

XXXVII.

Potest Legatus uti omnibus facultatibus suis, tam intra, quàm extra limites suæ Legationis, quoad personas intra illius limites comprehensas.

XXXVIII.

Dispensat cum corpore vitiatis, ut ad Ordines etiam sacros promoveri queant, & ad quæcunque beneficia in Metropolitanis, vel Cathedralibus Ecclesiis, etiamsi sint Dignitates post Pontificalem majores, dummodo non sit talis deformitas, & adeò notabilis, ut ex ea scandalum oriri possit.

XXXIX.

Potest Legatus concedere, ut quis extra tempora promoveri possit, & non servatis debitis interstitiis, seu temporum intervallis.

34 NOtandum est, quod super hoc articulo dubitatum fuit, utrùm facultas promovendi extra tempora, & non servatis interstitiis, facta per Vicelegatum, possit sortiri effectum finita Legatione? Super quo dubio fuit concluſum, gratiam esse validam, & posse executioni demandari, etiam finita Legatione per mortem, aut revocationem Legati. Ratio est, quia gratia jam semel fuit perfecta, & in esse deducta; & per consequens durat finita Legatione: Gambar. *de potest. Legati, lib. 9. quæst. 36. num. 218. & lib. 4. quæst. 36. n. 250.* Sanch. *de matrimonio, lib. 8. disp. 28. num. 76. 83. & 86.* & faciunt per nos tradita superiùs, *parte 2. cap. 4. §. 2. num. 16. 17. & 18.*

35 Præterea dixi, dispensationem prædictam debere sortiri effectum, etiamsi concessa fuisset ante triennium, quia de jure nullum tempus est præfinitum similibus dispensationibus, teste Rebuff. *in tract. nominationum, quæst. 14. num. 32.* quia similes gratiæ sunt perpetuæ: idem Rebuff. *in concordat. in forma mandat. Apost. in verbo, præsentare, versic. & in hac præsentatione.*

36 Et quod dicitur, Executores Apostolicos non posse exequi post annum, *cap. quærenti, de offic. delegati*, debet intelligi duntaxat de rescriptis justitiæ, & non de rescriptis gratiæ, quæ sunt perpetua, sicut gratia ipsa, ut tradit Nicolaus Garc. *de benef. parte 6. cap. 2. n. 148.*

Nec ordinatio Regia loquitur in casu isto, sed 37
duntaxat procedit in procurationibus ad resignandum, quæ non valent lapso anno? Rebuff. *in praxi, tit. de procurator. ad resignand. constitut. num. 18.* & patet in collatione ordinationum Regiarum, *lib. 1. tit. 3. §. 19. art. 10.*

XL.

Habet facultatem audiendi, cognoscendi, finiendi, & terminandi quascunque causas per viam simplicis querelæ, vel appellationis, etiam à Delegatis, vel Subdelegatis à Sede Apostolica, tam quoad causas motas, quàm movendas, etiam simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura judicii, sola facti veritate inspecta; etiam terminis substantialibus minimè servatis, & unico contextu, prout sibi visum fuerit; aut alios subdelegandi sub iisdem potestate, modo, & forma; adversus quæcunque fatalia, etiam ad unum, duos vel plures annos, lapsa restituendi: causas etiam à Iudicibus à Sede Apostolica deputatis avocandi. Et in alia facultate datur ei potestas committendi causas appellatione postposita, & procedendi etiam sine scriptis: Statuta, constitutiones & ordinamenta pro bono pacis, & utilitate communi, & aliàs quomodolibet faciendi, & super his dispensandi omnes, cujuscumque dignitatis, & status; puniendi, officiis, & jurisdictionibus, juribus, & bonis privandi, eaque confiscandi, & cum eis dispensandi; pœnas, & mulctas etiam ex quibuscunque delictis enormibus incursas remittendi, vel super his componendi; omnes delinquentes carceratos, ex quibuscunque delictis, etiamsi crimen lasæ Majestatis saperent, relaxandi, & liberandi; salvos conductos & securitates concedendi perpetuò, ad beneplacitum, vel ad tempus; Rectores, Vicerectores, Potestates, Capitaneos, Vexilliferos, Castellanos, & quoscunque alios Officiarios, Spirituales, vel temporales, & Iudices suspendendi, privandi, restituendi, & aliàs prout sibi videbitur providendi, & eligendi, & confirmandi; rebelles absolvendi, illósque restituendi, &c. treugas & inducias indicendi, & c. ut latiùs patet ex Bulla Sixti IV. concessa Iuliano de Ruvere Cardinali sancti Petri ad Vincula, Legato Aventionensi, sub Datum Romæ apud sanctum Petrum, 10. Cal. Martii, 1475.

38 NOtandum circa hanc facultatem primò, quod Legatus sine speciali facultate non potest cognoscere de causis, ad quas alius fuit deputatus privativè, nisi data negligentia Delegati: Gambar. *de Legat. de latere, lib. 8. numero 100.* ubi etiam limitat in eo, qui delegatus est ad universitatem causarum: & ideo Legatus Avenionensis, vel Vicelegatus, stante negligentia vel culpa Commissarii Apostolici, potest cognoscere de causa delegata, præsertim superveniente nova causa à principio

non cogitata : *l. ſi hominem ff. mandati*, Abb. *in cap. ſtuduiſti*, & *ibi* DD *de officio leg.* Gambat. *de lib. 8. num. 100.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 92. n. 29.* Sed vigore facultatum res eſt extra dubium.

39 Notandum ſecundò, quod de jure Legatus de latere non poteſt committere cauſas ſine ſtrepitu, & figura judicii, ut probat Gratian. *diſcept forenſ. cap. 300. num. 51.* & ideò opus fuit ad hoc ſpeciali ſummi Pontificis facultate.

40 Notandum tertiò, quod licèt Legatus poſſit cognoſcere de cauſis delegatis per ſummum Pontificem, & illas ad ſe avocare, & Delegatis Apoſtolicis inhibere propter prædictas facultates ampliſſimas ſuperiùs relatas; tamen advertendum eſt in modo appellandi & recurrendi, debet enim interponi appellatio ad Sanctiſſimum, non autem ad ipſum Legatum: quia per facultatem Legato conceſſam receditur quidem à jure communi quoad cognitionem appellationis interpoſitæ ad Papam, ſed quantum ad modum appellandi nihil eſt innovatum: ideo appellatio debet interponi ad Papam, de qua tamen poſtea Legatus, aut Vicelegatus cognoſcit: Ruin. *conſil. 3. numero 4. lib. 4.* Gratian. *deciſ. 24. num. 19.*

Et hoc caſu Legatus, vel Vicelegatus vigore privilegii cognoſcit tanquam judex ad quem: Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 2. n. 66.*

41 Notandum quartò (quod ex præmiſſis infertur) quod etiam à decretis & ſententiis Legati, vel Vicelegati, appellatione interpoſita ad Papam, poteſt appellans ad eundem Legatum, vel Vicelegatum redire tanquam ad Iudicem ad quem, & ab eo juſtitiam petere. Auſtr. *ad deciſ. Capel. Toloſ. 193. An pars gravata, limit. 8.* Scacc. *loco cit. n. 66.* Nec per hoc dicitur renunciatum appellationi. Felin. *in cap. gratum, ſub n. 10. limit. 8. de offic. Delegat.* Salgado *in tract. de Reg. protect. parte 2. c. 13. n. 234.*

42 Notandum quintò, Legatum vigore Concilii Tridentini non poſſe evocare cauſas ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, ſed teneri eas remittere ad Curiam Epiſcopalem: per text. *in cap. cauſæ omnes 20 ſeſſ. 24.*

Et cùm nuper fuiſſet propoſitum dubium ex Novario *in tract. de elect. & variat. fori*, ubi concludit Clericos, tanquam miſerabiles perſonas, habere privilegium trahendi cauſas ad ſuperius tribunal, ut ipſe probare conatur *ſect. 1. q. 31.* Tamen dixi doctrinam illam locum habere duntaxat in regno Neapolitano, propter ſpecialem conſuetudinem, & ritum illarum Curiarum, ut patet ex Vincent. de Franch. quem ipſe allegat *deciſ. 597.* & *ex ritu* illius magnæ Curiæ 233. & *ibi* Caravit. Covatruv. *practic. quæſt. c. 7. n. 3.* & hoc eſſe ſpeciale in illis Curiis, & non procedere in aliis, probat Marcheſan. *de commiſſion. tomo 2. tit. de commiſſione avocationis cauſarum, p. 2. §. 2. n. 59. fol. 209.*

43 Si tamen ageretur de Eccleſia ad paupertatem reducta, poſſet petere evocationem cauſæ ſuæ ad ſupremum tribunal Legati, vel Vicelegati: Cancer. *lib. 2. var. reſol. cap. 2. n. 15.* vel ſi ageretur de Clerico pupillo, non ratione clericatus, ſed ratione pupillaris ætatis, ut declaravit ſacra Congregatio apud Barboſ. *in deciſ. Apoſt. collect. an. 157. n. 1.*

XLI.

Poteſt Legatus abſolvere eos, qui omiſerunt recitare horas Canonicas, & ſuper fructibus malè ea de cauſa perceptis componere, ſcutatos in parte, vel in totum remittere.

XLII.

Abſoluit à quibuſcunque votis, perjuriis, & promiſſionibus, & illas relaxat, ac opportunè ſuper illas diſpenſat, etiam erga perſonas regali dignitate fulgentes.

XLIII.

Habet facultatem relaxandi juramenta Principum, & aliorum quorumcunque, ad effectum pacis tractandæ.

XLIV.

Conceditur ſuſpenſio omnium cauſarum familiarium Legati coram quibuſcunque Iudicibus pendentium, durante Legatione.

XLV.

Compellere poteſt quoſcumque Collectores, & illos privare officiis, & de novo providere.

XLVI.

Habet facultatem erigendi Eccleſias, & illas dotandi ſub formâ in Bulla præſcripta.

XLVII.

Poteſt abſolvere deferentes prohibita ad infideles, & à quibuſcunque cenſuris, etiam contentis in Bulla Cœnæ Domini.

XLVIII.

Poteſt uti omnibus facultatibus competentibus Pœnitentiario Majori Vrbis.

NOtandum eſt, Pœnitentiarii Majoris officium verſari circa forum conſcientiæ, de cujus poteſtate agit Chaſſan. *in catal. glor. mundi, part. conſider. 17.* & alii citati per Barboſ. *de jure Eccl. lib. 1. c. 4. n. 97.* & plura habet in diverſis locis Pyrrhus Corrad. *in tract. de diſpenſ. Apoſt.*

XLIX.

Confert Inſignia Doctoratus, & Magiſterii in quacumque facultate, tam ſæcularibus, quam Regularibus, Ordinum quorumcunque, acceptis duobus, tribus, aut pluribus in illa facultate Doctoribus, vel Magiſtris, & illorum ſecreto conſilio petito.

NOtandum eſt, quod iſta facultas promovendi ad gradus Doctoratus vel Magiſterii, fuit revocata per Clementem VII. per Bullam ſub *Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 20. Septembris 1531.* Quæ bulla inſerenda in ſtatutis Collegii dictæ Univerſitatis fol. 32. prout ſequitur.

DILE

DILECTO FILIO NOSTRO HYPPOLITO, Sanctæ Praxedis Diacono Cardinali de Medicis.

DILECTE Fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Cùm sicut accepimus quamplures è Comitibus Palatinis, & aliis etiam specialibus Commissariis Apostolicis, ad Magistratus, Doctoratus, Licentiatus, Baccalaureatus, & forsan alios gradus in divino & humano luribus, Artibus, Medicina, & aliis scientiis, extra Vniversitatem Generalis studii nostræ Civitatis Avenionensis; cujus Circunspectio tua, ratione Ecclesiæ Avenionensis, quam in administratione obtines, Cancellarius existit, in eadem Civitate, & Diœcesi Avenionensi, in tui, & dictæ Vniversitatis præjudicium & graduum hujusmodi stipendium hactenus promoti fuerint, & in dies promoveantur. Nos ne id deinceps fiat providere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia omnes & singulas facultates, privilegia, concessiones, & indulta quibuscumque personis, cujuscumque gradus, status, dignitatis & præeminentiæ existentibus, etiamsi Comites Palatini, aut sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Legati de latere fuerint, per prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem Apostolicam, ac Legatos de latere & alios quoscumque concessas, & concessa, quoad facultatem promovendi aliquem ad gradus prædictos in Civitate, & Diœcesi Avenionensi, ac toto nostro Comitatu Venaissino, revocamus, cassamus, & annullamus, ac nullo modo in dicta Civitate & Diœcesi, ac Comitatu sibi locum vendicare posse, ac quoscumque quoquo modo qualificatos in dicta Civitate, Diœcesi, & Comitatu, ad aliquem ex gradibus prædictis extra Vniversitatem hujusmodi pro tempore promovendos, nullo modo gradum, aut dignitatem acquirere, aut privilegiis, favoribus, immunitatibus, antelationibus, & præeminentiis gradus hujusmodi uti, potiri, & gaudere posse, sicque per quoscumque Iudices & Commissarios judicari, & definiri debere, sublata eis quavis aliter judicandi, & definiendi facultate; ac quidquid secus contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, & declaramus: & nihilominus universis & singulis personis cujuscumque gradus, & qualitatis fuerint, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac duorum millium ducatorum auri de Camera, pro una Cameræ Apostolicæ, & reliqua medietatibus ipsi Cameræ Archiepiscopali Avenionensi ipso jure, absque aliqua declaratione incurren. & applican. pœnis, districtiùs inhibemus, ne se ad aliquem ex gradibus prædictis in Civitate, Diœcesi, & Comitatu prænominatis ab alio quàm dicta Vniversitate, peractis cursibus debitis, & aliis servatis servandis, quoquo modo promoveri faciant.

Non obstantibus præmissis, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in provincialibus, & synodalibus Conciliis editis, statutisque & consuetudinibus prædictarum, & quarumvis aliarum Ecclesiarum, Vniversitatum, Civitatum, & locorum quorumcumque, etiam juramento, etiam tuo, quod quoad effectum præmissorum relaxamus, confirmatione Apostolica, & quavis alia firmitate roboratis; privilegiis quoque & indultis, ac literis

Apoſtolicis, ſupradictis omnibus & ſingulis, etiam Legato noſtro Avenionenſi & Comitatus prædicti, & quibuſvis aliis quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis; quibus etiamſi eis nullatenus, aut non niſi ſub certis in eis expreſſis modis, & formis derogari poſſe videatur, tenores & cauſas conceſſionum illarum pro ſufficienter expreſſis, ac modos, & formas in eorum ſufficienti derogatione neceſſarias & requiſitas, pro debitè obſervatis habentes, ad effectum præmiſſorum derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe, & præſentibus in toto, vel parte nullatenus derogari, nec ea revocari, ſuſpendi, aut limitari poſſe. Et ſi etiam cum earum totali inſertione, etiam per Nos, aut Sedem Apoſtolicam quomodolibet fieri ſeu attentari contigerit, nullius penitus momenti eſſe volumus, & decernimus; niſi ad id tuus, & tuorum in dicta Eccleſia Succeſſorum, ac totius Vniverſitatis Aven. prædictæ per trinas tuas, & cujuslibet eorum propriæ manus patentes literas, cum intervallo trium menſium inter datas earum, ſpecialis, & expreſſus accedat aſſenſus, cæteriſque contrariis quibuſcumque; aut ſi prædictis, & quibuſvis aliis communiter, vel diviſim à præfata ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima Septembris 1531. Pontificatus noſtri anno 8.

Extractum ex Bulla inſerta poſt volumen Statutorum dictæ Vniverſitatis, folio 42. & 44.

L.

Legatus habet facultatem conferendi beneficia familiarium ſuorum, etiam apud Sedem Apoſtolicam, per obitum, ſeu liberam reſignationem, vel etiam extra limites Legationis per obitum vacantia.

LI.

Habet facultatem concedendi inſignia Pontificalia Abbatibus.

LII.

Diſpenſat cum iis qui per ſaltum promoti ſunt, vel à non ſuo Diœceſano, vel minùs ritè.

LIII.

Abſolvit à quibuſcumque ſententiis, & cenſuris incurſis, & enormibus ac manifeſtis offenſis, & eos qui ſententiam ſanguinis dictarunt, vel ſcripſerunt in cauſa ſanguinis, cum facultate rehabilitandi ad Ordines & ad beneficia.

LIV.

Abſolvit ſacrilegos, incendiarios prædones publicos, eóſque rehabilitat facta reſtitutione damnum paſſis; & ſuper irregularitate incurſa, ſic (non tamen in contemptum Clavium) celebrando.

LV.

Abſolvit falſarios etiam quarumcumque literarum Apoſtolicarum, hæreticos, ſchiſmaticos, uſurarios, raptores; & rehabilitat eoſdem.

LVI.

Poteſt ſubdelegare vices ſuas in omnibus negotiis ſuis & ſibi commiſſis peragendis.

LVII.

Poteſt concedere omnibus habentibus poteſtatem ordinandi, ut per ſuffraganeum, aut Vicarium id facere poſſint.

LVIII.

Creare poteſt Comites Palatinos: legitimos ſpurios, baſtardos, manſeres, & infames ſtuoſos.

LIX.

Poteſt concedere facultatem alienandi bona Eccleſiaſtica, tam ſæcularia, quàm regularia, ſi in evidentem, &c. hypothecandi, pignorandi, obligandi, &c.

NOtandum eſt, quod niſi adeſſet hujuſmodi facultas, non poſſet Legatus de latere auctorizare alienationem bonorum Eccleſiæ. Rot. dec. 630. n. 7. parte 4. recent. tomo 3.

LX.

Concedit Indulgentiam decem annorum quibuſcumque Eccleſiis, & aliis piis locis ſeptenos & totidem Quadragenas.

LXI.

Poteſt relaxare Interdictum propter debita non ſoluta impoſitum.

LXII. Poteſt

LXII.

Potest dare licentiam mulieribus intrandi in monasteria semel,& bis in anno,devotionis causa ; dummodò ibi non pernoctent.

LXIII.

Potest concedere officium Tabellionatus.

LXIV.

Potest exire limites Legationis , & iterum ingredi , ita quod propterea Legatio non censeatur finita , donec omnia fuerint adimpleta.

LXV.

Habet facultatem visitandi quascumque Ecclesias per se , vel per alium,etiam Cathedrales , Metropolitanas, Collegiatas. Parochiales , Monasteria , Vniversitates , Collegia exempta , & non exempta ; ac personas & Prælatos ipsorum ; & officium Iudicis ordinarii assumendi , statuta & consuetudines reformandi.

LXVI.

Habet facultatem revocandi uniones, Commendas , dispensationes ad incompatibilia , & beneficia sic vacantia conferendi personis idoneis , etiamsi sint juris patronatus laicorum.

LXVII.

Habet facultatem visitandi quæcumque studia , Collegia,Vniversitates , Conventus , & loca exempta , eorumque statuta & ritus moderandi ,confirmandi , & de novo statuendi per se,vel per alium.

LXVIII.

Habet facultatem absolvendi hæreticos à quibuscumque censuris , etiam Delegatorum Apostolicorum, & super irregularitate dispensandi , si redierint , & hoc petierint,& errores abjurare sint parati.

LXIX.

Potest procedere contra hæreticos,schismaticos , & falsarios litterarum Apostolicarum.

NOtandum est quod hodie ex constitutionibus Apostolicis , causæ hæreticorum tractandæ sunt in Tribunali sancti officii Inquisitionis.

LXX.

Habet facultatem concedendi Indulgentiam plenariam interessentibus in prima Missa ab ipso celeranda in Ecclesia Avenionis : in aliis verò locis dum solemniter celebraverit , ad septem annos ,in primo verò ingressu ad tres,& is qui in Benedictione interfuerint.

LXXI.

Habet facultatem concedendi licentiam Archidiaconis , Decanis, Archipresbyteris, & Rectoribus Ecclesiarum parochialium , audiendi confessiones parochianorum , illis tamen exceptis , de quibus Sedes Apostolica esset consulenda.

LXXII.

Dat facultatem interessendi Divinis tempore Interdicti.

LXXII.

Potest compellere usurarios ut usuras restituant , juramenta relaxent , fidejussores absolvant,& ab obligationibus liberent.

LXXIV.

Dat facultatem etiam Mendicantibus visitandi Terram sanctam , & deferendi necessaria pro viatico.

LXXV.

Habet facultatem conferendi beneficia suorum familiarium simpliciter , vel causa permutationis pro aliis quomodocumque reservata, aut dispositioni Sedis Apostolicæ ex quavis causa reservata , etiam extra limites Legationis existentia ; & dandi licentiam renunciandi , tam dictis familiaribus , quàm aliis, sua beneficia intra limites Legationis existentia , vel ea permutandi.

LXXVI.

Potest concedere facultatem quibuscumque Capitulis , Collegiis , & Congregationibus, & quibuscumque secularibus , aut Regularibus celebrandi tempore Interdicti , januis apertis, & alta voce , etiam in præsentia interdictorum , dummodò interdicto causam non dederint.

HÆc majori ex parte dependent ex concessionibus factis præfato Cardinali Iuliano de Ruvere per Sixtum IV.Pontificem Max.

LXXVII.

Per Bullam Clementis VII. ad Franciscum Guillelmum Episcopum Tusculanum , Cardinalem de Claromonte , sub die 29. Octobris 1528.*& aliam* die 6. Octobris 1529. *datur facultas creandi Rectorem Comitatus Venaissini , & per aliam Bullam concessam eidem Cardinali per Leonem X.*anno 1514. *derogare potest quibuscumque Regulis Cancellariæ Apostolicæ : quod fuit approbatum per Rotam Romanam* in pluribus decisionibus superius allegatis.

ET per dictas Bullas Clementis VII. confirmantis facultates aliis Legatis conceſſas, cum clauſulis ampliſſimis irritantibus, & derogatoriis, quæ facultates confirmatæ fuerunt in favorem Cardinalis de Farneſio per Iulium Papam III. *anno* 1552. & 1555. Eademque ratione ſimiles facultates repetuntur in litteris Legatorum, qui ſucceſſivè deputantur ad dictam Legationem Avenionenſem.

Hic Tertiæ huic Parti Quæſtionum & Reſolutionum Beneficialium, Canonicarum, & Regularium, finem impono, ad Laudem Dei Omnipotentis, & Glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ Patronæ meæ. Omnia ſubjiciens correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ. Et quæcumque à me ex Galliæ moribus dicta ſunt, approbare non intendens, ſi, & quatenus juriſdictioni Eccleſiaſticæ eſſent contraria: quòd fiat poſtea illa caſu referens, quàm quid fieri debeat. Proteſtans me ſemper amplexurum opiniones Sanctæ Sedi magis favorabiles, ſummique Pontificis authoritati; cujus me fideliſſimum Vaſſallum & Feudatarium eſſe profiteor, & uſque ad mortem profitebor.

INDEX

Eorum omnium, quæ in hac Tertia Parte Quæstionum Beneficialium, Canonicarum, & Regularium continentur.

A

Abbas.

ABBAS commendatarius potest locare prædia sui beneficii: cap. 181. n. 2. pag. 135

Habet liberam administrationem in spiritualibus, & temporalibus: n. 4. ibid.

Habetur pro vero Prælato: & in Gallia jurisdictionem exercet saltem correctionalem; maximè si sit Cardinalis: num. 8. p. 136

Potest nominare, eligere, & præsentare ad beneficia: ibid. num. 3. p. 135

Vtrùm possit instituere, vel destituere Priorem obedientiarium: num. 6. ibid.

Vtrùm possit novitios recipere, ibid. n. 7. ubi etiam agitur de ejus jurisdictione in Monachos. ibid.

Abbati commendatario possunt delegari causæ à summo Pontifice, sicut Titulari: n. 5. ibid.

Abbas commendatarius Cardinalis habet jurisdictionem in Monachos, recipit novitios, & alia facere potest quæ cæteris non competunt: ibid. num. 9. p. 136

Simplex Abbas commendatarius non succedit in peculio Monachorum; secùs est si sit Cardinalis: num. 10. ibid.

Quamvis Abbas Commendatarius sit professus alterius Ordinis, tamen est verè Prælatus, & caput Capituli: num. 11. ibid.

Si sit Cardinalis, deputat Sacristam perpetuum: n. 13. ibid.

Abbas Commendatarius habet eosdem honores, quos Titularis, etiam in Comitiis Generalibus Galliæ: num. 12. ibid.

Non potest Abbas Commendatarius habere aliquam potestatem, cui fundatio, vel consuetudo adversetur: num. 14. ibid.

Abbatissa.

Abbatissæ habent jus visitandi in locis, ubi Concilium Tridentinum non est receptum: cap. 124. num. 3. p. 8

Vtrum autem hoc possint facere per se, vel per subrogatam personam: ibid. num. 12. p. 9

Ius visitandi competit Abbatissis cumulativè insimul cum Episcopo, nisi aliter transactione, vel fundatione caveatur: ibid. num. 4. & 5. p. 8

Licet Episcopus possit visitare post visitationem Abbatissæ, aut aliàs cumulativè, unus tamen non potest revocare sententiam alterius: ibid. n. 6. & 10. p. 8. & 9

Abbatissa potest conferre beneficia, etiam curam animarum habentia: ibid. n. 8. p. 8

Intellige ut *cap. 293. num. 5.* p. 160

Ius nominandi Priorissam in monasterio inferiori, potest competere Abbatissæ monasterii superioris: cap. 124. n. 7. ibid.

Abbatissa potest exire è clausura, quando non potest præstare juramentum obedientiæ & fidelitatis per procuratorem, dummodo statim redeat: ibid. num. 16. p. 9

Absens.

Constitutio loquens de absentia alicujus utrum extendatur ad casum mortis: cap. 131. n. 1. p. 2

Absolutio.

Absolutio à censuris in provisionibus Apostolicis habilitat eum qui censuris irretitus est: c. 126. num. 11. p. 14

Non tamen comprehendit irregularitatem: c. 174. num. 3. p. 122

Accusatus.

In causa, propter quam locus est pœnæ privationis beneficii, non est à sua possessione removendus, donec lata fuerit sententia declaratoria: c. 145. num. 2 p. 50.

Limita nisi ageretur de delicto notorio. ib. n. 3

Et quando dicatur notorium: ibid. n. 4. p. 50

Actio.

Actio dotis transmittitur ad hæredes tam activè, quàm passivè: cap. 134. n. 3. p. 26.

Actor.

Actoris probatio dubia redditur, quando ipse prætendit universitatem bonorum alicujus loci, si reus probaverit aliqua bona aliunde obvenisse: cap. 150. n. 10. p. 58

Actus.

Actus semper tribuitur primæ causæ, quando sine ea non potest sortiri effectum: c. 125. n. 23. p. 12

Actus ultimus attenditur in beneficialibus: c. 161 num. 21. p. 95.

Vide *Collatio.*

Adversativa.

Adversativæ dictionis natura est, ut comprehendat diversitatem dispositionis: cap. 153. n. 13. p. 64

Adulterium.

Adulterium non probatur per confessionem mulieris dicentis se illud commisisse, si confessio fuerit extrajudicialis, quæ revocari potest: cap. 165. num. 10. p. 103

Ætas.

Ætas ad beneficium sacerdotale talis requiritur, ut provisus intra annum promoveri possit, & si quid minimum desit ad ætatem, provisio non valet: cap. 161. num. 3. & 4. p. 94.

Suscipiens Ordinem ante ætatem requisitam, efficitur irregularis: c. 165. n. 15. & 16. p. 103

Ætas 24. annorum completorum requiritur tem-

Index Rerum,

pore collationis in Dignitatibus habentibus curam animarum annexam : cap. 128. num. 5. p. 16. & c. 193. n. 13. p. 161

Ætas requisita ad Sacerdotium, requiritur tempore collationis in beneficiis sacerdotalibus, quamvis provisus non teneatur promoveri nisi post annum à die adeptæ pacificæ possessionis, & in Gallia intra biennium : cap. 193. num. 19 p. 161

Quia tempus illud non datur ad complendam ætatem requisitam, sed tantùm ad promotionem: n. 17. ibid.

Distinguendo tamen ut ibi dicitur in fine. ibid.

Agnatio.

Agnationis ratio habita non præsumitur, quando testator in aliqua parte testamenti fœminas vocavit : cap. 142. num. 1. p. 43

Monasterium succedit durante vita Religiosi, quamvis fideicommissum factum fuerit favore agnationis : cap. 142. n. 2. p. 44

Alienatio.

Alienatio bonorum Ecclesiæ, quæ nondum sunt incorporata, potest fieri sine solemnitatibus: cap. 137. n. 1. p. 35

Et quando dicantur incorporata. n. 2. ibid.

Alienatio bonorum Ecclesiæ, ad eam spectantium tam quoad dominium utile, quàm directum, non potest fieri sine solemnitatibus : n. 2. ibid.

In dubio tutius est adhibere solemnitates in alienationibus bonorum Ecclesiæ : n. 5. ibid.

Bona noviter acquisita Ecclesiæ quando possint alienari sine solemnitatibus : n. 7. & 8. ibid.

Ex alienatione necessaria non debetur laudemium: ibid. num. 12. p. 36

Debetur tamen jus prælationis : n. 13. ibid.

Quando Ecclesia cogitur alienare instante Domino directo, non debetur ei aliquod laudemium: n. 14. p. 36

In alienatione bonorum Conventus requiritur præcedens tractatus Capituli : c. 155. n. 2. p. 73

Quando agitur de notabili quantitate pecuniarum Ecclesiæ, vel Conventus, non potest alienatio illarum fieri sine solemnitatibus : n. 3. ibid.

Alimenta.

Alimenta justè denegantur Monacho, si monasterium laboret inopia : c. 122. n. 6. p. 4

Moniales sunt æqualiter alendæ ad ratam redituum monasterii ; & non ad ratam dotis, allatæ : n. 5. ibid. & 7

Alimenta monialium indigentium unde desumi debeant : c. 112. n. 9. ibid.

Appellatio.

Appellatio admittitur, si Episcopus injustè recusat aliquem admittere ad sacros Ordines : cap. 127. num. 1. p. 14

Appellatio extrajudicialis interponi potest à statutis vel constitutionibus Capituli, si gravamen contineant : c. 149. n. 18. p. 57

Appellatio in Gallia ad quos interponatur, quando præditur unionem esse nullã : c. 151. n. 10. p. 60

Archiepiscopus.

Archiepiscopus non potest cognoscere de causis criminalibus majoribus, intentatis contra Episcopos suos suffraganeos : c. 127. n. 13. p. 15

Arbitrium.

Arbitrio alicujus si quid committatur, illud intelligitur juxta formam juris : cap. 146. n. 17. p. 52

Avenionenses.

Avenionenses Clerici habent ex antiquis titulis, per Sedem Apostolicam confirmatis, facultatem testandi de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis : c. 153. n. 2. p. 63

B

Bellum.

Bello assistens utrùm fiat Irregularis : cap. 17. n. 4. & 5. p. 122. & 123

Et quid de Clerico in minoribus Ordinibus constituto : ibid. n. 6. p. 123

Beneficium.

Beneficia omnia præsumuntur libera : Et qui dicit beneficium esse curatum, tenetur illud probare : c. 141. num. 2. p. 42

In beneficialibus sufficit reo & possessori vincere per non jus actoris : c. 145. n. 1. p. 50

Brevis.

Forma Brevis Apostolici ad unguem servanda est, si illud concessum sit in forma Commissariæ : c. 141. num. 27. p. 12

Bulla.

Bulla Vrbani VIII. nihil de novo disponit super caducitate feudorum, sed antiquas diuturnas Pontificum constitutiones confirmat : cap. 198. num. 11. p. 171

Bulla Gregorii XIII. super hoc, in quibus casibus locum habeat : num. 12. ibid.

Non procedit quando vassallus est in ignorantia justa : n. 13. ibid.

Bulla prædicta, dum excludit ignorantiam, intelligitur de ignorantia constitutionis, non de ignorantia facti : cap. 198. n. 12. ibid.

C

Caducitas.

Caducitas incursa per authorem, & revocans nec declarante, non potest illo mortuo declarari contra successores illius : c. 198. n. 3. p. 170

Campana.

Campanas pulsans ad expellendas tempestates, a quo salarium consequi possit : c. 133. n. 1. p. 51

Refectio Campanarum cujus expensis fieri debeat num. 2. ibid.

Ad unam Campanam necessariam populus in aliqua parte contribuere tenetur, non autem in superfluas, nisi adsit consuetudo in contrarium ibid. num. 4. & 8. ibid.

Explicatur attestum Expilli circa materiam Campanarum, necnon dicta superiùs *part. 1. qq. dec. cap.* 38. n. 10. & 11. ibid.

Vtrum propter strepitum campanarum possit impediri cõstructio Ecclesiæ in loco vicino : n. 12. ibid.

Valet argumentum ab expensa ornamentorum Ecclesiæ ad expensam campanarum : num. 16. ibid.

Canonicus.

Canonicus injustè excommunicatus non amittit fructus sui beneficii, interveniente culpa capituli, quamvis coactus fuerit iter arripere ad Curiam : c. 126. n. 4. ibid.

De Canonico ad effectum, & quod non habet jus ad rem, nec in re : cap. 189. num. 12. & 13. de eodem num. 14. 15. & 16. p. 150. & 151

Cantus.

Cantus quando requiritur ex fundatione in certo beneficio, locus est impetrationi adversus impacem : Et cujus temporis habilitas ad hoc attendatur : c. 188. n. 15. & 16. p. 149

Capitulum.

Capitulum generale Religiosorum nihil statuere potest contrarium legibus, vel constitutionibus Apo-

& Verborum.

Apostolicis : c.149.n.1. p.56
In Capitulo vocem non habet qui non est constitutus in sacris Ordinibus : cap.171. n.1. p.117
Quod procedit tã in Ecclesiis Cathedralibus,quàm Collegiatis.Item locum habet,etiamsi alii Canonici consentirent : & non obstante quacumque consuetudine in contrarium : n.3.& 4. ibid.
Dispensatus ad Canonicatum super ætate, non potest dare vocem in Capitulo, donec sacros Ordines susceperit,ibid.n.6. p.118
Capitulum non potest novam consuetudinem introducere in Ecclesia sine consensu Episcopi: c.173.n.17. p.122
Neque potest introducere consuetudinem contra constitutiones authoritate Apostolica confirmatas : n.19. ibid.
Capituli deliberationes sunt validæ, quamvis tres tantum Capitulares intervenerint,si alii propter temporis injuriam intervenire non possint : cap. 199.num.14. p.172
Capituli conclusiones censentur ratificatæ per alios qui non interfuerunt, si per longum tempus fuerint observatæ : n.15. ibid.
Capituli major pars consideratur respectu præsentium, non autem absentium à Capitulo : c.157. num.65. p.83
Capituli præsentatio, in quo duo absentes erant vocandi, est valida, nisi absentes conquerantur: ibid.n.66. p.84
Sed hac in re potissimùm attendenda est Capituli consuetudo : n.67. ibid.
Capituli conclusio ad propriam utilitatem, vel ad præjudicium tertii, non valet : Et quo remedio utendum : c.173.n.11.12.& 13. p.121

Cardinalis.

Cardinales Episcopi beneficia suæ diœceseos conferunt privativè,exclusis omnibus aliis, propter indultum summi Pontificis : c.193.n.9. p.160

Carceratus.

Carceratus si beneficium resignaverit in favorem alicujus,qui illum non detinet in carceribus, resignatio erit valida : c.145.n.6. p.50

Castrum.

Castrum si fuerit alicui concessum à Principe, censetur etiam concessa jurisdictio cum mero, & mixto imperio : c.176.n.1. p.126
Castri venditio continet jurisdictionem, quando facta fuit tanquam de re particulari:c 176.n.12. p.127.

Catapulta.

Catapultæ exercitium licitum est, & honestum: cap.146.n.4. p.51

Causa.

Causa criminalis quando præjudicet civili : c.184. num.7. p.141
Quod si ob antiquam causam,regulari debet secundùm illam causam : c.162.n.13. p.98
Causa onerosa quæ dicatur : cap.191.n 22.p.157
Vtrum Causa sit finalis vel impulsiva, quomodo cognoscatur ; c.154.n.34. p.68
Et in hoc ad judicis arbitrium est recurrendum: num.35. ibid.

Celebrans.

Celebrans Missam, debet vestimenta sacerdotalia assumere in Sacristia, non in altari, Prælatis exceptis : c.173.n.18. p.122

Cessio.

Cessio fieri potest de quocumque jure, quod est transmissibile ad hæredes : cap.134. num.4. p.26

Civitas.

Civitas si alicui donata fuerit à Principe, quando censeatur illi concessa jurisdictio privativè:cap. 176.n.2. p.126

Clausula.

De Clausula, *Et alias quovis modo*, & ejus efficacia : Et de clausula, *Et ex cujuscumque persona:* cap.125.num.8.p.7.& cap.130.num.17.p.20. Et cap. 188.num.12. p.148
Clausula, *si per diligentiam, &c.* reddit gratiam conditionalem : cap.139.n.18. p.39
Clausula, *sine liberis*, debet considerari respectu illius gradus cui adjicitur, quando filia fuit posita in conditione in gradu diverso : cap.142. num.8. p.44.
Clausulæ facultatum Legationis Avenionẽsis adeo amplæ sunt, ut comprehendant ea omnia quæ alias non comprehenderentur:c.152.n.19.p.62
Clausula, *Et alias quomodolibet*, comprehendit omnem modum vacationis, etiam geminatum: cap.152.num.21. ibid.
Clausula, *dummodo alteri non sit jus quæsitum*, non suffragatur illi, qui non habet qualitates in fundatione requisitas : cap.157.n.52. p.82
Eadem clausula non suffragatur illi, qui non fuit præsentatus à medietate patronorum : n.53.ibid.
Clausula,*sub beneplacito*, intelligitur quatenus de jure beneplacitum requiritur, nisi adjecta fuerit clausula,*& non aliàs* : c.183. n.5. p.140
Clausula, *Jus juri addendo* : præservat omnia pristina jura in suo primævo statu:c.185.n.9.p.142.
Clausula, *Motu proprio*, & *Ex certa scientia*, non impediunt quominus derogatio juris quæsiti sit necessaria : cap.190.num.27. p.154
Clausula *de plenitudine potestatis*, non infert derogationem juris quæsiti : c.190.n.21. p.154
Per clausulam, *anteferri*,præjudicatur juri ad rem, non juri in re : num.30. ibid.
Clausulæ irritantes reddunt nulla omnia gesta per inferiores, in præjudicium decreti facti per Superiorem : cap.129.n.2. p.17
Eadem clausula appositа in privilegio facit, ut illi non fiat præjudicium per solutiones : cap.132. num.22. p.23

Clausura.

Clausuræ observatio in novitiis monialium, utrum debeat esse per annum integrum sine interruptione : cap.13.n.8. p.27
Clausuræ legibus non ligantur, quæ non sunt verè religiosæ : n.7. ibid.
Interruptio clausuræ an & quando annullet professionem : n.8.& sequent. usque ad n.13. ibid.

Clericus.

Clerici,qui habent facultatem disponendi,ex usuariis, vel usufructuariis, efficiuntur Domini: cap.153.n.10. p.64.
Clerc celebrant, quomodo intelligatur : cap.161. num.13. p.94
Clerici ex generali Galliæ consuetudine, transmittunt ad hæredes omnia bona ut cumque quæsita : cap.164.num.1. p.100
Limita, nisi per eos acquisitio facta fuerit nomine Ecclesiæ : num.2. ibid.
Clerici Avenionenses transmittunt bona undecumque quæsita ad suos hæredes : c.164.n.7. ibid.

Coadjutor.

Coadjutor, vivente Coadjuto, solùm habet jus ad rem : cap.194.num.2. p.162
Coadjutor Episcopi non potest facere solemnem ingressũ in Diœcesi, quandiu vivit Principalis: num.

num. 1. ibid.
Amplia etiamsi deputatus fuerit cum futura successione : num. 3. ibid.
Neque capit possessionem, vivente coadjuto; nec dicitur Prælatus illius Ecclesiæ : ibid. & n. 4. p. 162.
Quæ sit in hoc differentia inter coadjutorem Canonici, & Episcopi : num. 7. ibid.
Collatio beneficiorum non spectat ad Coadjutorem, quandiu Principalis est capax : d. cap. 194. num. 10. & 11. ibid.
Nec tenetur Principalis petere consilium à Coadjutore in collatione beneficiorum : ibid. n. 12. & 13. p. 163
Qui petiit Coadjutorem sub prætextu infirmitatis, non potest recedere sub prætextu recuperatæ sanitatis : num. 15. ibid.
Pensio assignata Coadjutori, non currit nisi à die adeptæ possessionis officii Coadjutoris : n. 14. ibid.

Collatio.

Collatio beneficiorum Galliæ fit per summum Pontificem primo petenti : c. 148 n. 1. p. 54
Collatio competens jure proprio est favorabilis, secùs si competat jure mutuato, & ex privilegiis : c. 152. num. 8. p. 61
Collatio beneficii non vacantis non est valida : cap. 156. num. 8. p. 75
Collatio facta ab eo qui est in quasi possessione conferendi, prævalet collationi factæ à vero proprietario : cap. 166. n. 5. 11. & 15. p. 105. & cap. 188. n. 11. p. 148
Conferendi quasi possessio non suffragatur quando constat de statu anteriori contrario, nisi continuata fuerit per quadraginta annos : cap. 166. num. 15. p. 105
Collatio probatur per traditionem possessionis ab eo qui habet potestatem conferendi, sed non è contra : n. 19. ibid.
Collatio de beneficio curato tanquam de simplici, est ipso jure nulla : num. 42. p. 106
Collatio facta Avenione de beneficio sito in Gallia, debet regulari juxta leges Galliæ : cap. 169. n. 13. p. 112.
Locus, in quo situm est beneficium, regulatur quoad collationem secundùm leges loci, in quo beneficium situm est : ibid. n. 14. p. 119
Collatio beneficii viventis facta ab Ordinario collatore, reddit illum inhabilem ad conferendum : c. 170. num. 4. p. 114
Intellige, dummodò supplicatio sit data, & registrata : num. 5. ibid.
Qui resignavit purè beneficium, non habet collationem beneficiorum ab eo, quod resignatum fuit, dependentium : cap. 188. n. 2. p. 148
In collatione beneficiorum attenditur ultimus status : cap. 127. n. 11. p. 15
Collatio facta per Episcopum indigno, impedit ne possit conferre alteri idoneo : cap. 128. num. 7. p. 16.
Intellige quando collatio fit ab eodem Ordinario, & eodem jure : num. 8. ibid.
Papa non censetur voluisse derogare juri conferendi; quod alicui competit : c. 166. n. 7. p. 104
In collatione necessaria Episcopus post collationem inutiliter factam, non prohibetur facere secundam : cap. 128. n. 9. p. 16
Item non prohibetur secundò conferre, advenien-te novo genere vacationis : n. 10. ibid.

Collecta.

Collectarum impositio est actus jurisdictionis [illegible] 132. num. 1. p. [illegible]
Princeps potest imponere collectas subditis in casu necessitatis; subditi verò non possunt Principem collectare : num. 2: ibid.
A collectis immunes sunt, qui habent jurisdictionem in aliquo loco : num. 5. ibid.
Bona feudalia sunt immunia à collectis : n. 7. ibid.

Collegium.

Collegio dissoluto, quid fieri debeat de bonis illius cap. 122. n. 12. p. [illegible]
Collegialiter fieri debent actus, qui pertinent ad plures tanquam collegium : c. 125. n. 10. p. [illegible]
Collegiatæ Ecclesiæ erectio cujus authoritate fieri debeat, & cujus consensus requiratur : cap. 93. num. 11. & 12. p. [illegible]

Commenda.

Commenda probat beneficium esse Regulare : cap. 166. num. 8. & 9. p. [illegible]
Commendato beneficio vacante, inducitur vacans ut priùs, id est eo modo, quo vacabat ante commendam : n. 11. p. [illegible]

Communio.

Communionis Ecclesiasticæ appellatione quid contineatur : cap. 170. n. 2. p. [illegible]

Compatronus.

Inter compatronos præscriptio inducitur spatio quadraginta annorum : c. 157. n. 59. p. [illegible]
Jura compatronorum præservantur per præsentationem factam per unum, nomine alterius. ibid. num. 74. p. [illegible]
Compatronus præsentans nomine proprio, acquirit sibi quasi possessionem juris præsentandi cap. 158. n. 3. p. [illegible]
Quid si hoc fiat aliis patronis ignorantibus. ibid.
Præsentatio ab aliquo ex compatronis facta, nocet aliis in judicio possessorio : num. 5. ibid.

Concessio.

Concessionis & graduum diversitatem arguit diversitas personarum : cap. 154. n. 29. p. [illegible]

Concordata.

Concordata super beneficiis fieri non possunt, nisi interveniente authoritate Sedis Apostolicæ c. 183. num. 1. p. [illegible]

Concordia.

Concordia debet acceptari in totum, tam quoad partem confirmatam, quàm quoad partem non confirmatam : c. 185. n. 10. p. [illegible]
Et tota concordia corruit propter contraventionem unius ex capitulo : n. 11. ibid.

concursus.

Quando Papa providet sine concursu in parochialibus, si alioquin illi locus sit, necessaria est derogatio ipsius ab eodem S. Pontifice : cap. 183. numero 4. p. [illegible]

Conditio.

Sufficit quod fuerit purificata Conditio tempore quo illius casus evenit, ad validitatem gratiæ conditionalis. c. 139. n. 20. p. [illegible]
Conditio impossibilis in contractibus vitiat dispositionem, non autem in ultimis voluntatibus. cap. 175. n. 8. p. [illegible]

Confessarius.

Confessarii monialium sanctæ Claræ habent vocem in electionibus Minorum, ex privilegio : cap. 139. n. 11. p. [illegible]
Iidem Confessarii statim finito triennio possunt eligi in Guardianos, non expectato anno : n. 12. ibid.

Confessio.

Confessio impedimenti matrimonii facta per mulierem, non nocet viro, quando præcedit instrumentum promissionis matrimonii: c.165. n.10. p.103

Et mulier potest illam confessionem revocare: num.11. ibid.

Confidentia.

Confidentia commissa præsumitur, concurrentibus aliis conjecturis, si resignans profecturus erat ad bellum: c.174.n.16. p.123

Confidentia probatur per leviores probationes, quando agitur de repellendo illum, qui impetrat contra possessorem beneficii: c.180.n.21. p.134

Confidentiæ præsumptio non oritur ex sola vicinitate actuum, nisi alia concurrant: c.135.n.1. p.30

Neque dicitur confidentia quando agitur de actu facto per simplicem gratificationem: ibid.n.17. p.31

Constitutio Pii V. super confidentia, est recepta in Gallia: num.16. ibid.

Confidentiarius est inhabilis ad beneficia obtinenda, & obtenta: n.15. ibid.

Confirmatio.

Confirmatio Pontificia constitutionum particularium Religionis, non impedit illarum revocationem, si facultatem revocandi sibi Religiosi reservaverint: c.121.n.12. p.3

Quando dicatur in forma specifica, vel in forma communi: Et quis sit utriusque effectus: n.13. ibid.

Confirmatio in forma communi, non est in totum inutilis, cum aliquid roboris adjiciat confirmato: n.15. ibid.

Confirmatio in forma communi non reddit validas constitutiones juri contrarias: n.14. ibid.

Confirmatio, si facta fuerit per Superiorem minus legitimè, debet adversus illam peti restitutio in integrum: c.167.n.3. p.107

Consensus.

Consensus parvus quid sit? Et quomodo differat à consensu formali? c.148.n.7. p.55

Constitutio.

Constitutiones usu non receptæ non ligant: c.125. num.15. p.11

Constitutiones possunt esse usu receptæ in uno loco, & non in alio: ibid.n.21. p.12

Quando una constitutio dependet ab alia, si prima non subsistit, nec pariter secunda: n.12. ibid.

Constitutio capitularis non afficit illos qui prohibiti sunt Capitulo intervenire: n.25. ibid.

Constitutio confirmata authoritate Apostolica habet vim legis: c.149.n.4. p.56

Neque potest revocari quando adsunt contradictores: n.3. ibid.

Consuetudo.

Consuetudini Ecclesiæ, si rationabilis non sit, derogare potest Episcopus cum Synodo: c.127. n.7. p.15

Consuetudinem allegans, debet illam probare specificè in casu, de quo agitur: c.142.n.9. p.44

Et per actus non facultativos: n.10. ibid.

Consuetudinis probatio difficilis est: n.11. ibid.

Consuetudo non suffragatur, si non sit uniformis: c.155.num.7. p.73

Consules.

Consules licèt non sint citandi in unione, aut translatione Ecclesiæ, illorum tamen rationes sunt considerandæ: c.129.n.15. p.18

Consulibus relictum jus patronatus, censetur relictum separatim, ideo præsentant uti singuli: cap. 159.n.1.& 7. p.88

Contradictor.

Contradictor legitimus non est adversus provisum Apostolicum, qui non habet parem titulum: cap. 157.num.54. p.82

Provisus ab Ordinario, habens titulum, est legitimus contradictor, si producat suum titulum ante sententiam; neque sufficit productio postea facta: cap.146.n.17. p.105

Si provisus ab Ordinario possideat, est legitimus contradictor adversus provisum Apostolicum; sed si non possideat, debet producere titulum suum ante sententiam: ibid.n.20.& 21. p.106

Disparitas titulorum facit ut quis non sit legitimus contradictor: n.22. ibid.

Nullitas tituli facit ut quis non sit legitimus contradictor: n.23. ibid.

Contraventio.

Contraventio in capitulis separatis,& non connexis cum negotio principali, non impedit manutentionem: c.183.n.6. p.140

Correspectivitas.

Correspectivitas non inducitur ex vicinitate actuum, quando partes inter utrumque actum diverterunt ad extraneos actus: c.135. n.2.p.30

Cura.

Curam animarum alicui Ecclesiæ imminere quomodo probetur. c.141.n.5. p.42

Animarum cura probatur ex deputatione substituti pro exercitio curæ: n.10. ibid.

Cura animarum potest residere penes unum: & jus parochiæ penes alium: c.156.n.15. p.75

Cura habitualis in Collegialibus spectat ad Capitulum, & residet penes primam Dignitatem: c.187.n.1. p.145

Curæ nudum exercitium spectat ad illos qui nunquam vocati fuerunt Rectores, quia non habent curam actualem: c.187.n.11. p.146

Cura animarum competere potest monialibus, per alium tamen exercenda: c.193.n.1. p.160

Et tunc deputantur presbyteri sæculares: n.3. ibid.

Cura animarum exigit ætatem vigintiquinque annorum,& provisio aliter facta nulla est, etiamsi quid minimum desit ad illam ætatem: cap.193. num.14. p.161

Curatus.

Curati beneficii impetratio est nulla, si hæc qualitas non exprimatur: cap.141.n.1. p.42

Cursor.

Cursoris ad Vrbem appulsus observatur pro beneficiis in Gallia sitis: c.148.n.2. p.55

D

Data.

ATenditur Data in beneficiis Galliæ de tempore adventus Tabellarii: c.158.n.2. p.37

Non solet extendi in Vrbe nisi post quatuor menses, sed hoc non observatur in beneficiis Galliæ: c.172.n.1. p.119

Parva data quid sit, & quis illius effectus: c.148. n.3.4.& 5. p.55

Et quomodo capienda sit in Legatione quoad beneficia Galliæ: n.9.& 10. ibid.

Decimæ.

Decimarum exemptio utrum extendatur ad prædia futura: c.150.n.1.& 2. p.58

Et utrum comprehendat prædia acquirenda per hæredes:

redes : n.4. ibid.
Per privilegium exemptionis à decimis, non fit præjudicium Parocho quoad novalia : cap.189. num.4. p.150
Transactio super decimis non obligat successorem in beneficio, nisi fuerit confirmata à summo Pontifice : cap.167.n.1. p.107
Laici non possunt allegare possessionem juris decimandi : n.4. ibid.
Quomodo probetur concessionem decimarum factam fuisse post Concilium Lateranense : n.5. ibid.
Laici non juvantur possessione immemoriali quoad decimas : n.7. ibid.
Quibus concurrentibus Laicus sit fundatus in decimis : n.8.& 9. ibid.
Et quid observetur circa hoc in Gallia : n.10. & 11.p.107.& 108.
Laici sunt capaces temporalitatis decimarum : Et quomodo probetur, solam temporalitatem fuisse concessam : n.15.& 16. p.108

Decretum.

Decretum irritans regulatur secundùm naturam dispositionis, cui adjicitur : cap.134.n.23. p.29

Denunciatio.

Denunciationum defectus licèt non reddat matrimonium nullum, tamen corroborat alias nullitatis probationes : cap.147.n.18.p.54. Et c.154 n.41. p.69. Et cap.165.n.2. p.102

Derogatio.

Derogatio jurispatronatus pro medietate ita computari debet, ut habeatur ratio illius qui renunciavit, vel transtulit hæreditatem : c.157.n.70. p.84.
Derogatio medietatis vocũ in jurepatronatus facta per Papam est valida : cap.157.num.77. p.85
Intellige hoc procedere, dummodo ejus gratia justificetur : n.78. p.86
Derogatio Regulæ *de jure quæsito, &c.* non est necessaria quando agitur de concessione quæ ex sui natura præjudicialis est : c.190.n.1.& 7. p.152
Nec in translatione unius Ecclesiæ ad aliam : numero 2. ibid.
Nec in concessione usus Ecclesiæ parochialis facta alteri Ecclesiæ : n.3. ibid.
Nec in unione, exemptione, aut erectione Ecclesiæ : num.4. ibid.
Nec in reductione ad statum sæcularem : n.5.ibid.
Nec quando præjudicium oritur ex narratis in rescripto : n.8. p.153
Nec quando clarè constat de intentione Summi Pontificis : n.10. ibid.
Nec quando agitur de publica authoritate : numero 14. ibid.
Nec quando agitur de officio perituro : n.17.ibid.
Secus tamen est in officiis Galliæ, quæ cadunt in commercium : n.18. ibid.
Nec in jure incerto, nondum radicato, vel casuali: n.21.& 23. p.154
Nec in concessione Coadjutoriæ, respectu præjudicii quod fit collatori ordinario : num.24. ib.
Nec quando agitur de simplici declaratione Papæ: num.26. ibid.
Requiritur tamen derogatio, quando agitur de jure competenti ex statuto, vel privilegio : cap.190. num.11. p.153
Nisi in derogatione adesset clausula, *Quorum tenores,&c.* n.15. ibid.
Papa non derogat juri competenti ex testamento, vel contractu : n.16. ibid.
Et licèt non deroget, potest tamen dare dilationem num.19. p.154
Clausulæ, *De plenitudine potestatis*, vel, *Ex certa scientia*, aut *Motu proprio*, non inferunt derogationem juris quæsiti : num.21.& 27. ibid.
Derogatio juris quæsiti non valet quando gratia principalis est nulla : n.29. ibid.
Derogatio specialis Concilii Tridentini quando requiratur : n.13. p.155

Devolutio.

Devolutio fit ad Superiorem, si beneficium collatum fuerit personæ inhabili : c.161.n.5. p.94

Dictio

Solus, omnem aliam personam excludit : cap.155. n.4. p.73
Itaque, est continuativa,& repetitiva : n.5. ibid.
Potest, aliquando importat necessitatem; sed nomen regulariter significat nudam facultatem : c.161.n.7.8.9.& 10. p.94
Temerè, requirit dolum, & culpam illius, cui pœna infligitur : c.198.n.15. p.173

Dignitas.

Constituti in excelsa Dignitate non comprehenduntur in constitutione generali, quia speciali nota digni sunt : cap.154.n.11. p.67
Dignitas prima non potest cogi ut exerceat officium Diaconi, sed illud spectat adjcanonicos : c.177. n.2. p.111
Prima Dignitas non debet supplere vices inferiorum : n.3. ibid.
Prima Dignitas quando non potest facere assistentiam Episcopo propter aliquod impedimentum, potest assistere in Choro,& tunc lucrari distributiones quotidianas : n.4. ibid.
Dignitati non fit præjudicium ratione commissionis Vicariorum ad exercendam curam animarum, quamvis aliàs provisio facta fuerit per consensum in dictis vicariis : c.187.n.13. p.147

Dilatio.

Dilationem concedit Summus Pontifex in præjudicium juris quæsiti ex contractu, licèt per illud non tollat in totum : c.190.n.19. p.152

Diœcesis.

Diœcesis exprimenda est in impetrationibus : hoc intelligendum est de diœcesi originis : cap.185.n.5. p.
Qui obtinet beneficium in aliquo loco, dici de illa diœcesi : n.4.

Dismembratio.

Dismembratio beneficii non potest fieri nisi in casibus juris solemnitatibus : c.156.n.17. p.
Quæ sit differentia inter dismembrationem, & extinctionem beneficii : n.16.

Dispensatio.

In dispensationibus fieri solet specifica derogatio, quando agitur de Magnatibus, & personis illustribus : c.154.n.5. p.
Dispensationem invalidam producens facit cessare præsumptionem alterius dispensationis validæ : c.186.n.8. p.
Dispensatio præsumitur, quando quis possidet pacificè beneficium per decem annos : c.174. p.123.

Dispensatus.

Dispensatus ad suscipiendum Sacerdotium ante legitimam ætatem, non censetur dispensatus ad obtinenda beneficia curata : c.171.n.6. p.

Disponere.

Disponere tacitè videtur, qui bona sua relinquit successoribus ab intestato : c.153.n.5. p.

Disponi-

ponendi facultas Clericis concessa cum verbo, *liberè*, comprehendit etiam successionem ab intestato : c.153.n.6.& 7. p.64

Dispositio.

Dispositio generalis solos nominatos comprehendit, quando agitur de commissione, vel delegatione : c.145.n.30. p.68.

Disquisitor.

Disquisitorum consensus in electionibus debet capitulariter præstari,aliàs nullus est : c.125 n.9. 1.1p.

Distributio.

Distributiones quotidianæ non debentur absentibus, etiam interveniente consensu Capituli,vel consuetudine quod debeantur : c.168.num.14. & 15. p.110

Non valet donatio distributionum facta absenti,nisi facta fuerit proprio nomine per Canonicos singulariter, postquam ipsis accreverunt : n.16. & 17.ibid.

Doctoratus.

Non sufficit quod Doctoratus interveniat tempore Examinis ad beneficia, sed debet intervenire tempore collationis : c.139.n.19. p.39

Domicilium.

Domicilium transferre licet ad alienam diœcesim, ut ibi contrahatur matrimonium : & quomodo hoc intelligendum sit.c.182.n.14.& 15. p.138

Domini.

Barones Iurisdictionales succedant in juribus Principis ; ideo non tenentur ad expensas extraordinarias Communitatis, neque ad collectas quoad bona feudalia : c.132.n.6 & 7. p.23

Dominium.

Probatur ex sola possessione triginta, vel quadraginta annorum, etiamsi non constet de titulo : c.199.n.10. p.172

Donatio.

Donatio causa ingressus Religionis est veluti donatio causa mortis : c.191.n.11. p.156

Et non redditur nulla, quamvis in ea nihil fuerit reservatum ad testandum : n.12. ibid.

Donatio causa mortis revocabilis est, tam quoad sortem principalem,quàm quoad fructus per donatarium perceptos : d.c.191. n.19. p.156.

E

Ecclesia.

Ecclesiæ concessio utrùm censeatur facta Episcopo,vel Capitulo:c.176 n.14. & 18.p.127

Et de varia interpretatione nominis *Ecclesia* : n.15. ibid.

Electio.

Electio publicata, & executioni demandata, non potest revocari : c.121.n.5. p.2.

Ab electione si fuerit appellatum, electus non impeditur capere possessionem : c.131.n.10. p.22

Qui est in quasi possessione eligendi,manutenendus est : n.4. ibid.

In electionibus capitularibus non sufficit vota esse æqualia, sed requiritur major numerus, aliàs electio est nulla.c.171.n.11. p.118

Electionibus capitularibus interesse non potest qui non est in Sacris : c.171.n.7. ibid.

Publicato scrutinio, non licet procedere ad novam electionem, nisi prima electio esset notoriè nulla : n.12.& 13. ibid.

Eligentiũ vota si sint æqualia, proceditur semel ad novam electionem:& si in secunda adsit iterum æqualitas,recurrendũ est ad Superiorem.n.14.ib.

In electione absentes debent particulariter citari, nec sufficit citatio per sonum campanæ:& debet illis assignari tempus congruum.c.171. num.16. & 18. ibid.

Ad electionem procedi non debet nisi post sepulturam defuncti : n.17. ibid.

Electionis confirmatio, si non fuerit subsequuta ante mortem electi, beneficium non vacat per obitum, sed vacat ut prius:c.189.n.6. p.150

Per electionem acquiritur jus ad rem : c.125. n.3. p.10.

Electionis confirmatio quanto citiùs fieri debet:ib. n.5. p.11

Eligi non potest, qui patitur infirmitatem continuam,propter quam non potest muneri suo satisfacere : n.7. ibid.

Electio Provincialis,non adhibitis Disquisitoribus est nulla : n.8. ibid.

Electio facta per clandestinas repromissiones, est nulla, & sic eligentes redduntur inhabiles:n.11. ibid.

Electus.

Electus administrans ante confirmationem, dicitur intrusus : c.125.n.1.& 6. p.10.& 11.

Electus manutenendus est interim dum disputatur de validitate electionis post adeptam ab eo possessionem : ibid.n.29. p.12

Eligens.

Eligens debet esse in Sacris,saltem tempore electionis : c.171.n.15. p.118

Emolumenta.

Emolumenta Ecclesiæ, tam pro mortuariis, quàm anniversariis, solvenda sunt sub eadem proportione, sub qua præstantur distributiones quotidianæ : c.173.n.16. p.121

Emphyteusis.

In emphyteusi antiqua, quæ habet originem à patre, aut alio ulteriotis gradus, uno deficiente, alii admittuntur, excluso domino : c.177.n.4. p.129.

Emphyteusis non revertitur ad Dominum, quando pactum reversivum conceptum fuit per verba ablativi absoluti,veluti,*deficientibus descendentibus* ibid.n.8. p.130

Differentia magna est inter emphyteusim hæreditariam, & conventionalem:ibid.n.5. p.129

In Emphyteusi conventionali etiam nova,locus est juri accrescendi,in præjudicium Domini directi n.6. ibid.

Enunciativa.

Enunciativæ antiquissimæ probant statum beneficii, & habent vim famæ,& privilegii : cap.166. n.2. p.104

Episcopus.

Non potest judicari in causis civilibus, vel in minoribus criminalibus, nisi coram Concilio provinciali, vel ejus Deputatis : c.127.n.14. p.25

Ecclesiam sæcularem non potest convertere in Regularem, sine commissione Sedis Apostolicæ:& reprobatur opinio Monetæ in contrarium.c.129 n.8 p.18.

Non potest mutare statum Ecclesiæ : n.7. ibid.

Ideo non potest transferre Sedem Abbatialem in aliam civitatem ; sicuti neque Ecclesiam exemptam : n.9.& 10. ibid.

Neque potest revocare translationem Summi Pontificis authoritate tractam:n.11. ibid.

Episcopus,Sede Apostolica vacante, non est conferre beneficia in quibuscumque mensibus, etiam reservatis.

reſervatis.c.170.n.30. p.116

Epiſtola

In Miſſa de jure cantari debet per ſubdiaconum,ſed conſuetudo eſt in contrarium.cap.127.n.5.& 6. p.15.

Equites.

Equites Hieroſolymitani ſunt verè Religioſi, & gaudent immunitate Eccleſiaſtica : c.132.n.10. p.24.

Et habent multa privilegia conceſſa à ſummis Pontificibus,Regibus,& Principibus.n.12. ibid.

Et ſunt exempti à decimis : n.13. ibid.

Etiam quoad eorum colonos : n.14.& 15. ibid.

Profeſſio equitum Melitenſium non redditur nulla ob defectum cinguli : c.134.n.20. p.28

Equites prædicti habent jus petendi Legitimam, ſeu Ordo pro ipſis,in bonis parentum defunctorum:c.143.n 6. p.47

Equites prædicti non poſſunt habere penſiones Eccleſiaſticas ſine diſpẽſatione:c.196.n.15.p.167.

Error.

Error in diœceſi impetrantis utrùm præjudicet:cap. 185.n.1. p.142.

In diœceſi beneficii nocet impetranti : n.2. ibid.

Error autem quoad idẽtitatem perſonæ,non nocet, ſi aliunde de ea conſtiterit : n.3. ibid.

Exceptio.

Exceptio beneficiorum vacantium apud Sedem, & per promotionem, appoſita in facultatibus Legationis,oſtendit Legatum habere amplam facultatem in omnibus aliis : c.152.n.20. p.62

Excommunicatus.

Excommunicatus arcetur à beneficiis obtinendis, ſed non privatur obtentis : c.126.n.1. p.13

Si tamen per annum inſordeſcat in excommunicatione, privatur beneficiis obtentis, & obtinendis : n.2. ibid.

Ceſſante inſordeſcentia, non amittit diſtributiones quotidianas, alia & emolumenta quæ dantur pro labore perſonali : n.3. ibid.

Excommunicatus injuſtè omnia lucratur ſicut antea percipiebat : n.6. ibid.

Excommunicatus utrùm amittat jus optandi : n.7. ibid.

Accuſatione pendente,nemo excommunicandus eſt: n.13. p.14

Non obſtante allegata notorietate delicti : n.14.ib.

Excommunicatio,aut ſuſpenſio injuſta remanet ſine effectu : n.12. ibid.

Quando appellatio præcedit excommunicationem, habet effectum ſuſpenſivum : d. cap. 126.n.15. ibid.

Idem ſi facta fuerit excommunicatio ob non paritionem præcepti : n.16. ibid.

Iudex à quo appellatur ab excommunicatione,poteſt ſtatim abſolvere excommunicatum,niſi conſtiterit ſententiam eſſe juſtam.n.7. ibid.

Occultè excommunicatus eſt eligibilis. c. 131.n.7 p.22.

Epiſcopus occultè excommunicatus, ſi beneficium conferat, collatio erit valida : c.131.n.9. ibid.

Executio.

Executio literarum Apoſtolicarum non debet retardari,niſi per exceptiones claras : c.157.num.56. p.82.

Exemptio.

Exemptarum Eccleſiarum beneficia pleno jure conferuntur per ſummum Pontificem : c.128. n.1. p.16.& c.196.n.24. p.167.

Vel per Legatum : c.128.n.3. p.16

Exemptio Eccleſiaſticorum fundata eſt in Scripturis ſacris : c.132.n.11. p.24

Exemptioni conceſſæ titulo oneroſo non fit præjudicium per ſolutiones aliquot annorum:cap.132 n.17. ibid.

Maximè ſi ſolutiones factæ fuerint per œconomos n.18. ibid.

Præſertim in præjudicium Ordinis n.19. ibid.

Idem, ſi ſolutio coacta fuerit : n.20. ibid.

Maximè, quoad ſolutiones futuras : n.21. ibid.

Solutio facta in vim decretorum proviſionalium non præjudicat exemptioni Eccleſiæ:n.16. ibid.

Exemptio Capellæ Ducalis non comprehendit earam animarum : c.154.n.45. p.70

Exploratio.

Exploratio debet fieri ante profeſſionem Monachalis,ſed ea deficiente non irritatur profeſſio:c.134 n.14. p.27

Expreſſio.

Expreſſio fieri debet alterius beneficii ſimplicis quod poſſidetur ſub eodẽ tecto:c.178.n.6.p.140

Extractus.

Extractus inſtrumenti mandati utrùm fidem faciat ſi non reperiatur originale : c.178.n.5.& 6. p.130.& 131.

Extractum qui producit alicujus inſtrumenti,tenetur exhibere originale, ſi illud habeat,vel juramentum quod non dolo deſiit habere : n.7. p.131

Maximè ſi adverſarius declaret ſe velle impugnare originale de falſo : n.8. ibid.

Extractus ſolus ſine originali non facit fidem, quando agitur de contractu quod in foro celebrari debet. n.10. ibid.

F

Facultativum.

Facultativum non dicitur, quod factum ſit in vim tituli præcedentis. c.156.n.13. p.17

Sicut nec illud,quod factum fuit durante tempore immemoriali : n.14. ibid.

Feneſtra.

In obturatione feneſtræ reſpicientis ad Monaſterium, quæ conſiderare Iudex debeat : cap. n.11.& 12. p.

Feudum.

Feudalia omnia eſſe prætendens excluditur, ſi probetur adeſſe aliqua allodialia.c.150.n.11.

Feudum alienatione Domino aperitur, quæ alienatio facta fuit ſcienter,ſecus ſi ignoranter c.198.n.9. p.

Filius.

Filius vivente patre non præſentat in patronatu hæreditario, quia non poteſt eſſe hæres patris viventis : c.158.n.9. p.

Fœmina.

Non ſuccedunt in jurepatronatus gentilitio.c.158 n.1. p.

Non admittuntur ad præſentandum, ſtantibus maſculis, ſi per longiſſimum tempus maſculi non præſentarunt; idque ſine dubio,ſi in fundatione maſculi præferantur; deficientibus tamen maſculis fœminæ admittantur : n.12. ibid.

Forma Dignum.

Mandatum de providẽdo cum commiſſione in forma *Dignum*, continet gratiam conditionatam per quam non acquiritur jus in re, donec gratioſus fuerit declaratus idoneus:c.139.n.17. p.98

Intellige ut ibid.n.26.& 27.p.40.& ut infrà c.140. num.10. p.14 *Sequi*

Forsan.

Dictio *forsan*, non dat certam assertionem, sed dubiam. c. 141. n. 9. p. 42

Fraus.

Ad fraudis probationem non admittuntur in Gallia Graduati, vel indultarii, quando agitur de simplici resignatione, quando resignans mortuus est intra viginti dies: secus est in mutua resignatione ex causa permutationis: cap. 169. n. 12. p. 112

Fructus.

Ad lucrum fructuum beneficii non sufficit causa justæ absentiæ, sed præterea requiritur licentia Episcopi, vel Capituli: c. 126. n. 5. p. 13

Fructus spectant ad bonæ fidei possessorem, quamvis verè non sit Dominus: c. 131. n. 5. p. 22

Fructus illius anni, quo possessor beneficii obiit, dividuntur in Gallia pro rata temporis inter successorem in beneficio, & hæredes defuncti: c. 164. n. 3. p. 100. Et hoc casu annus computatur à die prima Ianuarii: n. 4. ibid.

Fructus civiles non exacti pertinent ad fideicõmissarium, non autem ad hæredes gravati: n. 5. ib.

Et in hac materia, quæ sit differentia inter usufructuarium, & hæredem gravatum: n. 6. ibid.

Fructuum divisio inter naturales, industriales, & & civiles, juridica est: ibid. n. 9. p. 101

Fructus civiles veniunt appellatione *fructuum*, saltem impropriè: n. 10. ibid.

Fructuum divisio fit pro rata temporis obitus possessoris beneficii, quando agitur de vacatione necessaria: c. 164. n. 12. ibid.

Resignans simpliciter statim amittit fructus, si illos sibi non reservaverit; sed si resignatio fuerit facta in favorem, non amittit fructus, nisi à die acceptationis factæ per resignatarium: c. 164. n. 13. & 14. ibid.

Fructus percepti ex industria possessoris beneficii, veluti distributiones, spectant ad illius hæredes: c. 164. n. 17. ibid.

Fructus non exacti spectant ad hæredes Clerici, in locis ubi Bulla Iulii III. non est recepta: c. 162. n. 16. ibid.

Fructus à solo separati de jure spectant ad hæredes Clerici; pendentes verò spectant ad successorem in beneficio: c. 164. n. 15. ibid.

Error Iuris non excusat à restitutione fructuum, quando lex resistit: c. 191. n. 16. p. 156

Legatarius, qui consentiente testatore fructus percepit durante vita ipsius, non tenetur ad restitutionem illorum, quia habet titulum *pro suo*. Et quæ sit ratio differentiæ inter hos fructus, & perceptos ex hæreditate: n. 17. ibid.

Contrarium tamen alii censuerunt, ut infrà n. 21. p. 157

Donatio causa mortis revocabilis est, tam quoad principale quàm quoad fructus: n. 19. p. 156

Vt traditio legati vivo testatore facta, excuset legatarium à restitutione fructuum, necesse est ut fiat per actum diversum à testamento: d. c. 191. n. 30. ibid.

Ius præsentandi, eligendi, vel instituendi, numeratur inter fructus beneficii: c. 181. n. 1. p. 135

G

Generales Ordinum.

GEnerales Ordinum possunt condere leges generales in Ordine: & multò magis constitutiones dubias declarare. c. 131. n. 3. p. 21

Gratificatio.

Quando voces sunt æquales, & merita æqualia, Episcopus potest uti gratificatione: c. 159. n. 19. p. 90. & c. 171. n. 8. p. 118

Sed quando unus est majoris meriti, quàm alius, Episcopus tenetur illum instituere, aliàs potest appellare: c. 195. n. 30. p. 90

Guardianatus.

In ordine Minorum nemo potest exercere Guardianatum, nisi post annum expletum à simili munere vacaverit: c. 136. n. 9. p. 34

H

Habilitas.

SVfficit quod habilitas interveniat habitu, tempore collationis beneficii, licèt non actu: c. 127. n. 4. p. 15

Habilitas debet intervenire tempore provisionis, neque sufficit quod postea interveniat: c. 139. n. 23. p. 40. & c. 136. n. 8. p. 34

Habilitas requiritur tempore rescripti, etiam in rescriptis conditionalibus, quando constat de mente summi Pontificis: c. 139. n. 27. p. 40

Quando sufficiat habilitatem intervenire tempore examinis: c. 188. n. 16. p. 249

Hæreticus.

Matrimonium mulieris catholicæ cum hæretico ignoranter contractum, non subjacet pœnæ amissionis dotis: c. 182. n. 4. p. 137

Hæreticorum matrimonium cum Catholicis permittitur in locis, in quibus liberum est cum hæreticis commercium: ibid. n. 5. p. 138

Puella hæretica, si parata sit abjurare, potest liberè contrahere cum Catholico: n. 7. ibid.

Homagium.

Homagium præstare potest, & ad illud admittendus est novus feudi possessor, si paratus sit morã celeri satisfactione purgare: c. 198. n. 3. p. 170

Homicidium.

Qui commisit homicidium non solùm non debet ad sacros Ordines promoveri, sed etiam debet in totum deponi, nisi dispensationem obtineat: c. 174. n. 2. p. 122

I

Identitas.

IDentitatis bonorum probatio, ex eo desumpta quod aliquis multa bona in certo loco possideat, eliditur probando quod in eodẽ loco aliunde bona obvenerunt: c. 150. n. 12. p. 58

Identitas non probatur per probationes genericas: n. 13. ibid.

Iesuitæ.

Iesuitæ post emissa vota biennii amittunt administrationem bonorum suorum, non autem dominium & possessionem: c. 191. n. 19. & 14. p. 155. & 156

Post emissa vota biennii non sunt professi: num. 2. ibid.

Quæ sit forma votorum simplicium Societatis Iesu: n. 2. ibid.

Patres dictæ Societatis, ante solemnem professionem potius accedunt ad novitios, quàm ad professos: n. 3. ibid.

Professi in dicta Societate sunt incapaces bonorum: ibid. n. 4. p. 155

Religiosi dictæ Societatis ante solemnem professionem possunt revocare testamentum antea conditum, servata forma constitutionum Societatis; ibid. n. 5. ibid.

Imò tenetur revocare testamentum antea conditum, si Superiores jubeant: ibid. n. 6.
Nec illorum hæredes succedunt, nisi post factam professionem solemnem: ibid. n. 7.
Iesuitæ condentes testamentum sine licentia Superiorum, peccant: testamentum tamen remanet validum: ibid. n. 8.
Donatio inter vivos per religiosum dictæ Societatis ante ingressum facta, non revocatur in Gallia; quamvis ille dimissus fuerit post vota biennii: ibid. n. 10. p. 155
Dimissus à dicta Societate, non recuperat bona per eum donata Societati; sed si aliunde non habeat, debentur illi alimenta. ibid. n. 13. p. 156
Quid fieri debeat de beneficiis, & pensionibus novitiorum Societatis Iesu, qui vota biennii emiserunt: c. 196. n. 22. p. 167.

Immunitas.

Immunitas bonorum Principis est realis: c. 132. n. 3. p. 13.
Et reviviscit, si bona per eum alienata ad ipsum postea revertantur: n. 4. ibid.

Impetrans.

Impetrans in Gallia beneficium propter nullitatem unionis, quomodo se gerere debeat: c. 151. n. 9. p. 60.
Impetrans beneficium viventis, non potest postea obtinere, nisi dispensetur: c. 170. n. 3. p. 114
Pœnam impetrantis beneficium viventis incurrit ille, qui obtinet mandatum de providendo in forma *Dignum*. n. 7. ibid.
Excusatur tamen à pœna aliquando, sed tunc non acquiritur illi jus super beneficio sic impetrato: ibid. n. 8. p. 115
Impetrans beneficium viventis quibus pœnis subjaceat ibid. n. 1. p. 114
Sed illæ pœnæ non habent locum, nisi probetur impetrationem fuisse factam de mandato illius, de quo agitur: n. 6. ibid.

Impetratio.

Impetratio per modum in Cancellaria exprimendum, est de jure valida; sed secundùm *Regulam* Cancellariæ 46. non valet: c. 138. n. 7. & 8. p. 37
Prior impetratio est valida & sustinetur, non expresso modo vacationis, propter clausulam, *& aliàs quovis modo*: maximè in Gallia. c. 138. n. 6. 9. & 10. p. 37

Implementum.

Quando implementum non debet fieri ipsi neganti, sed tertio, tunc qui opponit de illa negativa, tenetur ipsam probare: c. 183. n. 7. p. 140
Exceptio non adimplementi non retardat judicium manutentionis. n. 9. ibid.

Incorporatio.

Quando bona non dicantur incorporata Ecclesiæ: c. 137. n. 2. p. 35
Quando Ecclesia habet solum dominium directum, si deinde ex aliqua causa dominium directũ fuit consolidatum cum utili absque incorporatione, potest fieri alienatio sine solemnitatibus: n. 9. ibid.

Incompatibilitas.

Incompatibilitas non nocet, quando non est præcisa, sed causativa, ratione fructuum duntaxat: c. 185. n. 7. p. 142
In Gallia beneficia incompatibilia non vacant nisi post annum à die adeptæ pacificæ possessionis: n. 9. ibid.

Indignus.

In quibus casibus Patronus, tã Ecclesiasticus, quàm laicus, amittat jus præsentandi, ob præsentationem factam de indigno, vel non idoneo: cap. 159. n. 10. p. 89

Indultum.

Indultum conferendi beneficia reservata, non comprehendit ea quæ sunt reservata duplici reservatione: cap. 152. n. 6. p. 61
Indultum conferendi reservata, comprehendit consum duplicis reservationis, quando concessum fuit illi, qui confert jure proprio, & tanquam ordinarius collator: n. 7. ibid.
Indultum concessum Cardinali, ut conferre possit beneficia reservata, comprehendit reservata duplici reservatione: n. 10. ibid.
Idem est quando indultum concessum fuit motu proprio: n. 11. ibid.
Indultum extraordinarium quod dicatur: numero 13. ibid.
Indultum conferendi beneficia reservata, non tollit impedimentum litis pendentis: cap. 163. n. 11. p. 99.
Provisio facta vigore indulti Cardinalis, habet vim provisionis Apostolicæ in casibus, in quibus Cardinalis providere non potest jure ordinario, remotis impedimentis reservationum: c. 168 numer. 16. p. 105.

Infans.

Præsentatio facta de persona infantis, non valet: cap. 159. n. 8. p. 89
Patronus præsentando eum qui non est Clericus, aut mulierem, vel infantem, amittit jus præsentandi pro illa vice: n. 9. & 11. ibid.

Inferior.

Absurdum est Superiorem cogi exercere officium inferioris. c. 173. n. 5. p. 121

Infidelis.

Ecclesia dispensare potest, ut fidelis matrimonium contrahat cum infideli, ex justa causa: c. 161. n. 3. p. 137.

Infirmus.

Infirmi in Curia resignantis, & intra 20. dies decedentis beneficium vacat quidem in Curia, non tamen est reservatum, & potest à quocumque Ordinario conferri: sed contrarium verius est mente Rotæ Romanæ: c. 169. n. 11. p.

Inhabilis.

Qui est inhabilis ad Ordinem in fundatione constitum, privatur ipso jure: c. 161. n. 20. p.

Inhibitio.

Inhibitio, aut restitutio in integrum non sustinetur, nisi facta fuerit, aut intentata post sententiam executioni demandatam: c. 147. n. 2. p.

Instantia.

Instantia litis transit in resignatarium, sed omnia acta unico contextu reperenda sunt: c. 179 num. 9. p. 132.

Intentio.

In foro exteriori ficta intentio non excusat, quia in eo judicatur tanquã de externis: c. 160. n. 3. p. 91

Intrusus.

Qui possessionem habuit, vel collationem obtinuit à non habente potestatem, dicitur intrusus, & non est legitimus contradictor adversus provisum Apostolicum: c. 163. n. 7. p. 99

Investitura.

Si vassallus non acceperit investituram, postquam feudum sibi delatum est, feudi privationis pœnam incurrit: c. 198. n. 1. p. 179

Irregularitas.

Qui existens in statu laicali incidit in irregularitatem

rem, si velit beneficium obtinere, tenetur habere dispensationem super tali irregularitate : c. 174. n. 1. p. 122
Clericus in sactis Ordinibus constitutus, si neminem occiderit, aut mutilaverit in bello, non efficitur irregularis : ibid. n. 8. p. 123
Clericus assistens bello justo non sit irregularis, si non deformet, aut occidat ; secus est si bellum esset injustum : n. 9. ibid.
Ampliatur ut procedat, quamvis plures in conflictu mortui fuerint, si ipse non occiderit, vel mutilaverit : n. 10. ibid.
Irregularitas privat ipso jure à beneficiis obtinendis, sed non obtentis : c. 185. n. 17. p. 143

Iuramentum.

De juramento fidelitatis, & subjectionis, remissivè : c. 124. n. 17. p. 9
Iuramentum de non nominando alium quàm præsentatum, reddit novam præsentationem invalidam, etiam collatore ignorante factam : c. 157. num. 48. p. 82

Iurisdictio.

Concessa Capitulo nominatione Bajuli, non fit præjudicium jurisdictioni universali Episcopi, sed concessa tantum censetur jurisdictio passiva : c. 176. n. 3. & 8. p. 126
Iurisdictio passiva duntaxat censetur Capitulo concessa, non obstante facultate nominandi Bajulum, quando confitmatio illius spectat ad Episcopum : n. 4. ibid.
Qui non habet facultatem deputandi Iudicem, seu Potestatem, non habet jurisdictionem activam : n. 5. ibid.
Iurisdictio inhæret personis, & personatum est ; in territorio autem consideratur tanquam nebula supra paludem : n. 6. ibid.
Iurisdictio potest esse separata à territorio : n. 7. ibid.
Dominium Civitatis potest esse unius, & jurisdictio alterius : ibid. n. 9. p. 127.
Vnus potest habere jurisdictionem in aliquo loco quoad aliquam speciem, alius autem quoad alias : n. 10. ibid.
Quando Imperator, aut Princeps habet jurisdictionem tempore concessionis in aliqua civitate, vel loco ; concedendo civitatem, censetur etiam concessisse jurisdictionem : n. 11. ibid.
Concessio Principis multò magis comprehendit jurisdictionem, quando facta est cum clausulis amplissimis : n. 13.

Ius ad rem.

Ius ad rem, & jus in re, quid sit, & quomodo inter se differant : c. 189 n. 1. p. 149
Ius ad rem facilius amittitur, illique facilius derogatur quàm juri in re : ibid. n. 2. p. 150
Non censetur derogatum juri ad rem per posteriorem concessionem, nisi de eo fiat expressa mentio : n. 3. ibid.
Ius ad rem acquiritur per electionem, etiam non acceptatam : n. 5. ibid.
Ius ad rem non acquiritur per postulationem ; & quid sit postulatio : n. 7. ibid.
Ius ad rem acquiritur per præsentationem patroni, tam laici quàm Ecclesiastici : n. 8. ibid.
Ius ad rem comperit absenti, cui facta fuit collatio beneficii, si illud nondum acceptavit : ibid. n. 19. p. 151.
Ius ad rem variis modis acquiritur, de quibus remissivè. ibid. n. 20. & 23. p. 151
Ius ad rem acquiritur per optionem, per reservationem factam à Papa in favorem certæ perso-
næ, per regressum ob non solutionem pensionis ; & per accessum & regressum ad beneficium ; & quid sit accessus, & regressus, remissivè : n. 21. ib.
Per mandatum de providendo acquiritur jus ad rem antequam mandati executio facta fuerit : n. 22. ibid.
Iuri ad rem censetur renunciatum per adeptionem alterius beneficii incompatibilis, etiamsi non sit Curatum, Dignitas, vel personatus : n. 24. ibid.
Per adeptionem juris ad rem in aliquo beneficio, non vacat jus in re alicui competens super alio beneficio prius obtento, nisi post adeptam pacificam possessionem secundi : n. 25. ibid.

Ius Cappæ.

Pro fabrica, & ornamentis Ecclesiæ, & jure Cappæ, quod pro illis solvitur, quilibet particularis agere potest : c. 127. n. 12. p. 15

Ius conferendi,

Quod beneficio annexum est, pertinet ad eum qui solum mandatum fecit ad resignandum : c. 188. n. 7. p. 148

Ius eligendi.

Ius eligendi, cùm sit spirituale, laicis competere potest : c. 193. n. 7. p. 160.

Ius nominandi.

Si quis habeat jus nominandi tres, vel quatuor, ex quibus Patronus teneatur unum præsentare, jus patronatus est laicale, si nominans sit laicus, quamvis præsentans sit Ecclesiasticus : c. 195. num. 11. p. 165

Ius patronatus.

Acquiritur ex ædificatione Ecclesiæ, statim ubi incipit ædificari : c. 144. n. 3. p. 48.
In jure patronatus succedunt descendentes per prius, & collaterales per posterius, quando sui sunt vocati : c. 144. n. 15. p. 49
Fallit, si cum dictione *suos*, adjecta sit dictio, *hæredes* : n. 16. ibid.
Qui paternam repudiavit hæreditatem, non admittitur ad præsentandum in jure patronatus hæreditario, vel mixto : c. 158. n. 8. p. 87.
Si fundator singulis de familia jus reservavit distributivè, tunc multò magis in jure patronatus succeditur in capita : c. 157. n. 3. p. 77
In jurepatronatus hæreditario plures hæredes succedunt in stirpes, in gentilitio verò succeditur in capita : n. 4. ibid. Quod tamen melius explicatur numeris sequentibus, maximè n. 8. ubi ostenditur quod in certis casibus etiam in hæreditario, vel mixto succeditur in capita. ibid.
Plures hæredes immediati succedunt in capita in jurepatronatus hæreditario : c. 157. n. 9. p. 78
Præjudicatur in jurepatronatus, etiam gentilitio, sequentibus gradibus, per primum acquirentem ; secus est, si agatur de jurepatronatus gentilitio antiquo : c. 144. n. 14. p. 49
In jurepatronatus hæreditario præjudicari potest sequentibus hæredibus : n. 19. ibid.
Ius patronatus non potest transferri in extraneos, si fundator illud sibi reservaverit, & suis filiis masculis : c. 157. n. 31. p. 79
Non potest transferri in alium, nisi interveniat consensus Ordinarii : ibid. n. 71. p. 41
Ius patronatus est Ecclesiasticum, si dotatio facta fuerit de bonis Ecclesiæ, quamvis fundator sit laicus : c. 193. n. 6. p. 160
Ius patronatus remanet laicale, si patronus laicus concesserit Ecclesiæ solum jus præsentandi, reservato sibi jurepatronatus : c. 195. n. 10. p. 165
Si nominans sit laicus, & præsentans Ecclesiasticus,

sticus, utrum jusparronatus sit laicale : cap. 195. n. 11. 12. & 13. ibid.

Iusparronatus præsumitur potius hæreditarium quàm gentilitium: c. 157. n. 1. p. 77.

Si reservatum fuerit pro successoribus, vel pro hæredibus & successoribus, est hæreditarium, etiam adjecta dictione, *in perpetuum*. ibid. num. 16. 17. & 18. p. 78

Sed si cum dictione, *descendentes*, adjecta fuerit dictio, *successores*, est mixtum : n. 19. ibid.

Facta mentione lineæ masculinæ, vel descendentium ex genere fundatoris, & similium, utrum jusparronatus sit familiare: ibid. n. 20. p. 79

Clausula *pro filiis & descendentibus*, utrum faciat jusparronatus mixtum : c. 157. n. 30. ibid.

Iusparronatus est familiare, seu Gentilitium, quando fundator illud reservavit pro suis omnibus præsentibus, & ex proprio suorum corpore descendentibus : ibid. n. 2. p. 77

Inutilis est quæstio juriſpatronatus hæreditarii, vel mixti, quoad voces ; quando agitur de patronis primi gradus : ibid. n. 6. p. 78

Et super hoc explicatur doctrina Gratiani *cap.* 521. *num.* 13. ibid.

Hæredes Patroni succedunt in capita, si sint hæredes immediati: c. 157. n. 9. p. 78

Observantia multùm potest ad dignoscendum utrũ jusparronatus sit agnatitium, vel hæreditatium; quia si præsentarunt consanguinei, exclusis hæredibus, dicitur agnatitium : cap. 144. num. 17. p. 49.

Item si voces admissæ fuerunt in capita, præsumitur familiare : ibid. n. 17. p. 49. & cap. 157. n. 42. 43. & 44. p. 81

Observantia longissimi temporis derogat fundationi, vel testamento contrario : c. 157. n. 45. p. 81

Observantia non potest deduci ex mandato, quod non fuit observatum, & effectuatum: n. 73 p. 85

Hæredes patroni, eo ipso quod præsentarunt, censentur illius hæreditatem adivisse : n. 62. p. 83

Hæres hæreditatem semel aditam repudiando, remanet nihilominus hæres. n. 63. ibid.

Maximè quando agitur de administratoribus operis pii, qui non possunt hæreditatem semel aditam repudiare sine solemnitatibus: ib. n. 64. p. 83

Proximior in gradu remotiorem excludit in jurepatronatus hæreditario: c. 156. n. 12. p. 78

Proximioribus vocatis, inspicitur proximitas respectu ultimi possessoris : ibid. n. 21. p. 79

Seniotibus vocatis, sola majoritas ætatis attenditur in jurepatronatus : cap. 157. n. 23. ibid.

Et mortuo seniore vocato, jus transit ad alium ætate majorem, quamvis sit alterius lineæ: numero 27. ibid.

Familia tam effectiva, quàm contentiva, censetur vocata in jurepatronatus, nisi adsint dictiones restrictivæ: cap. 157. n. 24. & 25. ibid.

Et quid si vocata fuerit linea: n. 26. ibid.

Linea vel familia finita, jusparronatus efficitur hæreditarium : n. 22. ibid.

Et deficiente una linea, admittitur alia ; ibid. n. 37. & 39. p. 80

Vtrum jusparronatus possit esse hæreditarium quoad unum, & agnatitium quoad alium : cap. 157. n. 38. ibid.

Mentio *masculorum* respicit potius sexum, quàm agnationem: n. 32. ibid.

Vtrum fœminæ cum masculis succedant in jurepatronatus, maximè stante statuto exclusivo fœminarum : n. 33. & 36. ibid.

Masculis taxativè vocatis, utrum admittantur fœminæ, an verò Ecclesia acquirat libertatem: n. 35. ibid.

Nepotes utrum succedant in jurepatronatus, quando dispositio habuit locum in filiis: c. 157. n. 35. p. 78

Nepos succedit repræsentativè cum patruo in jurepatronatus, sed repræsentatio cessat in collateralibus ulterioris gradus: n. 13. & 14. ibid.

Nomine proprio vocati admittuntur æqualiter in jurepatronatus: cap. 157. n. 75. p. 89

Voces plures qui habet, instituendus est in beneficio patronato : ibid. n. 69. p. 84

Nominatis quinque patronis, quilibet ex illis constituit unam vocem ; & vox trium, seu descendentium ex tribus, prævalet voci descendentium ex duobus, quamvis essent plures numero ibid. n. 5. p. 77

Quando dubitatur de natura juriſpatronatus, semper recurrendum est ad primas voces : cap. 157. n. 10. p. 78

Nominatus nomine proprio tantam habet vocem quantam plures nominati nomine collectivo: cap. 157. n. 40. p. 81

Major pars unius vocis eandem habet potestatem quam una vox integra: ibid. n. 76. p. 89

Qui habet medietatem vocum cum derogatione Apostolica, instituendus est. n. 77. ibid.

Iusparronatus competit Domino Baroni Alchi in Ecclesia illius loci, ex privilegio : cap. 192. n. 1. p. 157

Iuripatronatus quod ex privilegio competit, sicut Pontifex derogare solet : n. 2. ibid. Qui est jusparronatus improprium : n. 5. ibid.

Ampliatur, etiamsi in privilegio dictum fuisset, quod esset ejusdem potentiæ, ac si esset in fundatione: n. 6. ibid.

Iusparronatus separari debet à jure præsentandi n. 4. ibid.

Et jusparronatus ex privilegio, potiùs est solum jus præsentandi : num. 3. p. 87

Ampliatur, etiamsi dictum fuisset in privilegio quod esset instar juriſpatronatus Regum : c. p. 158.

Fallit, nisi concessio esset ex causa onerosa: n.

Iuripatronatus ex privilegio non derogatur, si ctum fuerit cum fundatione n. 8.

Specialis derogatio requiritur in jurepatron quod pro se habet voluntatem testatoris. n. 11.

Iusparronatus non comperit laico fundatori Regularis, nisi accedat privilegium Summi tificis : n. 9. ibi

Probato jure patronatus, seu serviture benef præsumitur quod sit ex fundatione: n. 22. ibi

Iusparronatus, quod probatur ex temporis longissimi diuturnitate, præsumitur quod sit ex fundatione, vel dotatione: n. 13. & 18. p. 158. & 19

In Gallia non admittitur derogatio juriſpatronatus ex privilegio, nec in Hispania: n. 15. & 17.

Si Papa derogaverit juri patronatus ex privilegio & patronus intra quatuor menses non reclamaverit, derogatio remanet valida n. 16. p. 90

Ius præsentandi.

Ius præsentandi ratione subjectionis, quomodo differat à jure præsentandi ratione juriſpatronatus: cap. 187. n. 8. p. 148

Ius quæsitum

Ex præsentatione patroni Ecclesiastici, est potentius jure quæsito ex persona patroni laici : cap. 189. n. 9. p. 150

Ampliatur

Ampliatur, etiamsi præsentatio non fuerit admissa ab eo qui instituere potest: n. 10. ibid.
Intellige, quando præsentatus habet numerum vocum requisitum pro institutione: n. 11. ibid.

L

Laudemium.

Laudemium non debetur ex alienatione necessaria: cap. 137. n. 12. p. 35

Legalis escheata,

Si fuerit reservata in renunciatione filiæ monasterium ingredientis, aperit illi viam ad successionem ab intestato: cap. 143. numero 10. & 14. p. 47. & 48
Si filia renunciaverit in ingressu monasterii, salva legali escheuta, non tamen admittitur ad successionem, quando extant fratres: ibid. n. 11. p. 47
Excluduntur tamen per illam clausulam Collaterales: ibid. n. 15. p. 48
Intellige in successione ab intestato: eod. n. ibid.

Legatio.

Observantia Legationis probat quid sit in facultate conferendi beneficia comprehensum: c. 152. n. 22. p. 62

Legatus

Potest unire beneficia non adhibito consensu Patroni Ecclesiastici: cap. 244. n. 13. p. 49
Legatus Avenionensis potest derogare regulis Cancellariæ: cap. 152. n. 3. p. 61
Et conferre omnia cujuscumque generis beneficia: ibid. n. 1. p. 60
Et eadem facultas concessa est Vicelegato: n. 2. ib. & cap. 200. n. 11. p. 175.
Confert etiam primas Dignitates post Pontificalem in Cathedralibus Ecclesiis: ibid. n. 5. p. 61
Legatus verè & propriè est collator ordinarius: cap. 152. n. 9. p. 61. & cap. 200. n. 4 & 6. p. 175
Legatus, aut Vicelegatus Avenionensis conferre potest beneficia duplici reservatione reservata. ibid. n. 12. & 15. p. 61. & cap. 200. n. 23. p. 178
Legatus habet à jure facultatem conferendi beneficia: n. 14. p. 61
Legatus non potest admittere resignationes in favorem: & si illas admittat, resignans perdit titulum & possessionem, si deventum fuerit ad traditionem & possessionem resignatarii: cap. 160. num. 18. p. 92
Legatus Avenionensis derogat regulæ *de infirmis*: imò secundum aliquos derogare tenetur, si fuerit requisitus: cap. 169 n. 15. p. 113
Papa censetur dedisse Legato suo facultatem conferendi beneficia, eodem modo quo ipse facturus esset: cap. 170. n. 16. p. 115
Legatus potest exercere jurisdictionem voluntariam, & dispensare in illa personam alterius provinciæ: cap. 200. n. 7. p. 175
Non tamen potest citare de una provincia ad aliam quando Provinciæ sunt sub diversis principibus: n. 9. ibid.
Et citando in Gallia tenetur servare dietas, & alia, de quibus in Concordatis: n. 8. ibid.
Et potest absolvere excommunicatum extra provinciam: n. 10. ibid.
Dummodo sit subditus suæ jurisdictioni. ibid.
Legati de latere, missi, vel nati, quomodo inter se differant: n. 1. p. 174.
Appellatione Legati continentur etiam nati, vel missi: n. 2. p. 175
Legatus missus à Papa, seu Nuncius, mortuo Papa, remanet Legatus Sedis Apostolicæ, & futuri Pontificis: c. 200. n. 3. ibid.
Protonotarii creati à Legato æquiparantur creatis à summo Pontifice: Et utrùm gaudeant privilegiis ante acceptationem: ibid. n. 14. p. 176
Legatus, vel Vicelegatus Avenionensis est Vicarius summi Pontificis: Et ea ratione possunt multa ad quæ eorum facultas non extenderetur, ibid. n. 15. p. 177.
Legatus potest unire & erigere Ecclesias in Collegiatas: n. 16. ibid.
Potest conferre devoluta, etiamsi devolutio processerit ex propria illius negligentia: d. cap. 200. n. 17. ibid.
Legatus Cardinalis potest beneficia supprimere: n. 18. ibid.
Legatus à latere potest conferre de jure beneficia jurispatronatus Clericorum; non tamen jurispatronatus mixti: n. 19. ibid.
Legati missi, vel nati, non derogant patronatui Ecclesiastico, nec beneficia conferunt, nisi hoc sibi concedatur in facultatibus: n 20. ibid.
Legatus de latere derogat juri patronatus ex privilegio: n. 21. ibid.
Legatus Avenionensis potest commendare beneficia, & pensiones reservare, & alia facere vigore facultatum, quæ aliàs ipsi non essent permissa: n. 24. p. 178
Facultates Legati dependent ex tenore concessionum sibi factarum per summos Pontifices: n. 12. p. 176.
Facultates Legationis Avenionensis approbantur per Rotam Romanam. n. 22. p. 178
Reservatio beneficiorum familiarium Papæ, & Cardinalium in facultatibus Legationis, quomodo intelligatur: n. 25. ibid.
Legatus utrum aliquid possit contra dispositionem juris communis: post n. 25. ibid.
Legatus de jure communi quid possit dispensare circa illegitimos: cap. 200. num. 26. & 27. p. 178. & 179
Quomodo Legatus possit dispensare super juramento: n. 28. p. 179.
Licentia testandi concessa à Legato, quæ bona comprehendat: n. 29. p. 180.
In Gallia non admittitur licentia testandi concessa Monachis per Sedem Apostolicam: d. cap. 200. n. 30. ibid.
Restitutiones adversus infamiam, vel dispensationes cum illegitimis, non prosuntin Gallia, nisi quoad spiritualia, si factæ fuerint per Legatum: ibid. n. 3. & 32. p. 175. & 180
De dispensatione super triplici apostasia: n. 33. p. 180
Facultas promovendi extra tempora, vel non servatis interstitiis, utrum sortiatur effectum, finita Legatione: n. 34. p. 181
Utrum autem sit valida elapso triennio, n. 35. 36. & 37. ibid.
Quomodo Legatus possit cognoscere de causis commissis per summum Pontificem: n. 38. ibid.
Legatus de jure non potest committere causas sine strepitu, & figura judicii, sed tantùm vigore facultatum: n. 39. p. 182
Qua forma interponi debeat appellatio ad Vicelegatum, vel Legatum à decretis Delegati Apostolici: n. 40. ibid.
A decreto ipsius Legati, vel Vicelegati, ad eundem recurri potest tanquam ad Iudicem ad quem: n. 41. ibid.
Causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes, remittendæ

mittendæ sunt per Legatum, vel Vicelegatum, nisi tamen ageretur de pupillis & miserabilibus personis : n.42.& 43. ibid.
Quid possit Legatus ex facultate Majoris Pœnitentiarii sibi concessa : num.44. ibid.
Legatus Avenionensis non potest creare Doctores in præjudicium Vniversitatis Avenionensis : Et Doctores, Magistri, vel Baccalaurei per illum creati, no acquirunt gradum, nec Dignitatem, vigore Bullæ Clementis VII. sub anno 1531. relatæ, ibid. & p.185
Legatus vel Vicelegatus Avenionensis habet facultatem,
1. Commendandi beneficia, n.13.p.176. & seqq. ibid.
2. Concedendi confessionale. ibid.
3. Absolvendi super irregularitatibus. ibid.
4. Concedendi licentiam ad studium. ibid.
5. Creandi Protonotarios. ibid.
6. Legationis ad Angliam. ibid.
7. Disponendi de beneficiis suorum familiarium. ibid.
8. Legationis ad Scotiam. ibid.
9. Dispensat à residentia. ibid.
10. Habet limites declaratos. ibid.
11. Potest unire beneficia. p.177.
12. Confert quæcumque beneficia, etiam reservata. Ibid.
13. Admittit quascumque resignationes, etiam cum reservatione pensionis. ibid.
14 Concedit clausulas *absolutionis*, &, *Pro expressis*, &c. p.178
15. Dispensat ad duo, vel tria incompatibilia, vel duo sub eodem tecto. ibid.
16. Dispensat super defectu ætatis : ibid. p.179
17. Dispensat ad tria incompatibilia. ibid.
18.& 19. Dispensat super defectu natalium. ibid.
20. Dispensat super incompatibilitate, etiam in clausulis similibus, vel dissimilibus ibid.
21. Dispensat cum Regularibus ad beneficia. ib.
22. Absolvit à perjurio incurso. ibid.
23. Dispensat super ætate ad Ordines, beneficia, & Dignitates. ibid.
24. Dispensat cum non patronis intra tempus. ibid.
25. Concedit Altare portatile. p.180
26 Dispensat in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, & aliis impedimentis. ibid.
27. Conciliat, & consecrat Ecclesias. ibid.
28. Absolvit percussorem Clericorum. ibid.
29. Dispensat de non promovendo. ibid.
30. Concedit licentias testandi. ibid.
31. Absolvit apostatas. ibid.
32. Dat facultatem transferendi de Ordine ad Ordinem. ibid.
33. Audiendi Confessiones. ibid.
34. Relaxat vota peregrinationis. ibid.
35. Suspendit interdictum. p.181
36. Dispensat super simonia, & fructibus malè perceptis. ibid.
37. Potest uti facultatibus extra limites Legationis in casibus ibi expressis. ibid.
38. Dispensat cum corpore vitiatis. ibid.
39. Concedit extra tempora, & non servatis interstitiis promoveri. ibid.
40. Habet amplissimam facultatem in judicialibus. ibid.
41. Absolvit non recitantes horas Canonicas. pag. 182
42. Absolvit à voto, & perjurio. ibid.
43. Relaxat juramenta Principum pro pace tractanda. ibid.
44. Suspenditur causæ ejus familiarium. ibid.
45. Compellit collectores. ibid.
46. Erigit Ecclesias. ibid.
47. Absolvit à pœnis Bullæ *Cœnæ Domini*, ibid.
48. Habet facultatem Majoris pœnitentiarii, ibid.
49. Habet facultatem creandi Doctores : sed haec revocata est per Clementem VII. ibid.
50. Confert beneficia suorum familiarium, p.184
51. Concedit insignia Pontificalia, ibid.
52. Dispensat cum malè promotis. ibid.
53. A censuris incursis ob sententiam sanguinis. ibid.
54. & 55. Absolvit hæreticos, incendiarios, falsarios, & similes. ibid.
56. Potest subdelegare vices suas. ibid.
57. Visitat per Vicarium. ibid.
58. Creat Comites Palatinos. ibid.
59. Concedit facultatem alienandi, *si in evidentem*, &c. ibid.
60. Concedit Indulgentias. ibid.
61. Relaxat Interdictum ibid.
62. Dat facultatem mulieribus intrandi monasteria. p.185. ibid.
63 Concedit officia Tabellionatus. ibid.
64. Potest exire à Legatione, & reverti. ibid.
65. Visitat quascumque Ecclesias. ibid.
66. Dissolvit uniones. ibid.
67. Visitat Studia, & Collegia. ibid.
68. Absolvit ab hæresi. ibid.
69. Procedit contra hæreticos. ibid.
70. Dat plenariam indulgentiam in *certis casibus* ibid.
71. Dat licentiam audiendi confessiones, & absolvendi à quibuscumque casibus, & voca. ibid.
72. Super interdicto. ibid.
73. Contra usurarios. ibid.
74. Super beneficiis suorum familiarium. ibid.
75. Confert beneficia familiarium. ibid.
76. Iterum super interdicto. ibid.
77. Creat Rectorem Comitatus, & derogat legibus Cancellariæ. ibid.

Legatum.

Quando legato adjecta est conditio impossibilis jure, legatum est validum, si testator ignorat illam impossibilitatem : c.175.n.1. p.
Legatum contrarium constitutionibus Ordinis gularis, dicitur impossibile impossibilitate n.3. p.
Quando agitur de legato pio, conditio vitiata non vitiat : n.4. ibi.
Quod explicatur sub trium casuum distinctur n.11. ibi.
Legatum pium, & Legatum libertatis, æquipara tur : n.2. para
Legatum pium, si non potest impleri juxta formam à testatore præscriptam, potest adimpleri per æquipollens : n.9. ibid.
Et ad alium usum similem, n.10. ibid.
Legatum pium consentiente hærede, commutari potest ad alium similem usum : n.12. ibid.
Non recedendo tamen quantum fieri potest à voluntate testatoris : n.13. ibid.

Legitimatio.

Liberis nascituris nocet legitimatio facta per rescriptum Principis ; sed non natis : cap. 1. p. num.12.
Nisi tamen liberi jam nati consentiant, quorum ibid. consensus debet adhiberi : n.13.
Prodest tamen illa Principis legitimatio quoad honores

honores, & ſtatum; non tamen quoad ſucceſſionem in præjudicium liberorum tunc natorum: n.14. ibid.
Legitimatis non competit jus primogenituræ, etiam in præjudicium liberorum naſciturorum, non obſtante Principis reſcripto: c.165.n.15.p.10;
Qua cautela uti poſſit Pater, aliquid volens relinquere filiis ſuis illegitimis: n.16. ibid.

Lex.

Si Principi oſtendatur legis injuſtitia, non eſt ejus intentio quod lex obſervetur: c.125.n.14. p.11
Legis inſtitutio, & publicatio, quomodo inter ſe differant: n.16. ibid.
Legis publicatio, & receptio, multùm differũt: n.17. p.12.
Si lex non fuerit uſu recepta, non eſt opus probare contrarium uſum: n.18. ibid.
Quando non conſtat de initio receptionis, non præſumitur quod lex fuerit uſu recepta: n.19. ibid.

Licentia.

Licentia verbis generalibus conceſſa non comprehendit perſonas, quarum expreſſio difficiliorem reddidiſſet concedentem: c.154.n.12. p.67
Licentiæ conceſſio ſtrictam admittit interpretationem, & regulari debet ſecundùm mentem concedentis: c.154.n.1. p.66
Matrimonium eſt nullum, ſi licentia à proprio Parocho ad illud contrahendum conceſſa ſit nulla: ibid.n.2. p.66.
Licentia Parochi dubia, & incerta, utrum ſuffragetur pro validitate matrimonii: n 28. p.68.
Licentia Parochi non valet, niſi concedatur antequam matrimonium celebretur: n.36. ibid.

Lis, Litigioſum.

Litem ſimalatam confingens ſuper beneficio, illo privari debet: cap.135.n.10. p.31
Ampliatur, etiamſi id fiat alia intentione, quàm ut beneficium penſione gravetur: n.12. ibid.
Sed hæc pœna privationis non extenditur ad alia beneficia diverſa: n.12. ibid.
Imò quoad illud beneficium, circa quod ſimulata lis fuit introducta, non inducitur pœna privationis, niſi præcedente ſententia declaratoria, n.11.ib.
Lis finitur per renunciationem factam liti, & cauſæ: & poteſt Ordinarius conferre antequam Papa manum appoſuerit: c.163.n.17. p.99
Lis finitur per ſimplicem beneficii ceſſionem, vel dimiſſionem: n.18. ibid.
Quid ſi in favorem tertii: n.19. ibid.
Lite pendente inter duos præſentatos, Epiſcopus aliam præſentationem admittere non poteſt, nec conferre: cap.172.n.6. p.119
Sed ſi lis pendeat inter patronos: beneficium non redditur propterea litigioſum: n.7. p.120
Litigioſa beneficia Ordinarii conferunt in Gallia: n.8.ibid.& cap.163.n.9. p.99
Lis quæ agitatur inter alios non nocet collitigantibus: c.188.n.14. p.148
Litis eventus dubius debet probari, quando agitur de reſciſſione tranſactionis: cap.199.n.13.p.172
Quando lis eſt inter duos collatores, non valet collatio in præjudicium illius, cui competit jus conferendi: c.166.n.12. p.105
Per litem motam ſuper poſſeſſorio ipſa poſſeſſio efficitur litigioſa: c.163.n.1. p.98
Et ipſa poſſeſſio in alium hoc caſu transferri non poteſt: n.2. ibid.
Ipſum tamen beneficium non efficitur litigioſum, etiamſi ageretur de poſſeſſorio adipiſcendæ: n.3. & 15. ibid.& ſeq.
Litigioſa beneficia extra Galliam ſunt reſervata Sedi Apoſtolicæ: cap.163.n.4. p.98
Litigioſi beneficii reſervatio non habet locum, niſi lis ſit ſuper titulo: n.5. ibid.
Lite pendente capta poſſeſſio eſt attentatoria: n.6. p.99.
Litigioſorum beneficiorum reſervatio impropria eſt: n.10. ibid.
Litigioſum dicitur beneficium quando quis ſubrogatur in lite, quia tunc lis adhuc durat in.19. ibid.

Littera.

Litteræ privatæ non excuſant impetrantem beneficium viventis, propter ſuſpicionem antidatæ cap.170.n.11. p.115

Litteratura.

Capacitas quoad litteraturam ſufficit quod interveniat tempore examinis, licèt non adeſſet tempore datæ: cap.139.n.25. p.40.

M.

Magiſter.

MAgiſter in Theologia dicitur ille, qui Doctoratus gradum aſſecutus eſt: c.139.n.15.p.39

Mandatum.

Mandatum ad reſignandum eſt invalidum, quando nomen procuratoris eſt diverſum in extractu ab eo quod reperitur in originali: c.178.n.1.p.130
Revocatio mandati ſufficit quod notificetur Tabellioni, qui non poteſt poſtea copiam expedire; aliàs incidit in crimen falſi: n.2. ibid.
Revocato legitimè mandato, reſignatio ſubſecuta nulla eſt: n.3. ibid.
Mandatum ad reſignandum in Gallia non valet, niſi redigatur in ſcripturam, juxta formam Ordinationis Regiæ: n.9. p.191
Et notarius tenetur cuſtodire originale illius ex Ordinatione Regia, ſub pœna falſi: n.11. ibid.
Solum mandatum ad reſignandum, niſi aliud ſequatur, non privat poſſeſſione: c.188.n.4. p.148
Nec impedit perceptionem fructuum beneficii: n.6. ibid.
Sicut mandatum ſolum ad præſentandum non effectuatum, non eſt alicuius conſiderationis: cap.159.n.18. p.90
Mandati revocatio quomodo intimari debeat: cap.145.n.9. p.50

Manualia.

Beneficia manualia poſſunt concedi ad vitam per ſummum Pontificem, cum derogationibus opportunis: c.127.n.8. p.15
Manualis beneficii poſſeſſor removeri poteſt ad libitum, ceſſante dolo: n.3. ibid.
Sed in Gallia non removetur ſine cauſa: n.2. ibid.

Manutentio.

In quaſi poſſeſſione juris conferendi, non datur manutentio adverſus eum, qui probavit antecedentem ſtatum contrarium: c.166.n.13.p.105
Manutentio dari debet poſſeſſori, pendente lite ſuper regularitate beneficii, niſi evidenter conſtet de anteriori ſtatu cõtrario: n.25.& 26.p.106
Et ſuper hoc explicatur *deciſio* 287. Seraphin.n.27. ibid.

Matrimonium.

Matrimonium putativum facit ut liberi ſint legitimi, propter bonam fidem conjugum, ſeu alterius ipſorum: c.147.n.1. p.53
In matrimonio libertas conjugum eſt maximè neceſſaria: n.7. ibid.

Sententia

Sententia lata in causa matrimoniali semper retractari potest, non per viam appellationis, si lapsa sint tempora; sed per viam querelæ: n. 3. ibid.
Matrimonii nullitas in controversiam deducta, recipit probationem ex adminiculis: cap. 154. n. 13. p. 67
Matrimonium, nullis præcedentibus proclamationibus celebratum, licèt non reddatur nullum, tamen inservit pro adminiculo nullitatis: n. 14. ibid.
Inæqualitas conditionum præbet aliud adminiculum nullitatis matrimonii: n. 15. ibid.
Matrimonii clādestinitas probatur per exclusionem affinium, & domesticorum: n. 16. ibid.
Et aliæ conjecturæ afferuntur: n. 19. 20. 21. 22. 23. & 24. ibid. & p. 68
Matrimonii nulliter contracti ratificatio valet ut ex nunc, ideo requirit reiterationem solemnitatum: cap. 154. n. 26. p. 68
Matrimonium in Gallia Principes sine consensu Regis non contrahunt: n. 25. ibid.
Licentia ad matrimonium per dolum obtenta, perinde est ac si nulla obtenta fuisset: n. 27. ibid.
Matrimonium mutuo consensu contractum juxta formam in dispensatione præscriptam, est validum: n. 39. p. 69
Matrimonii probatio fieri potest per testes: n. 43. ibid.
Præsentia fortuita Parochi, vel Episcopi sufficit pro validitate matrimonii: n. 44. p. 70
Parentibus licitum est liberos suasionibus incitare ad matrimonium: n. 50. ibid.
Matrimonia præsumpta hodie non admittuntur, nec etiam in Gallia: cap. 165. n. 1. p. 102
Si de mulieris voluntate quoad matrimonium contrahendum dubitetur, reponenda est in loco tuto; sed facta declaratione voluntatis, non est amplius detinenda in sequestro: n. 4. ibid.
Matrimonium contrahendum unius testis depositio de impedimento retardat: n. 5. ibid.
Iudex tamen debet habere respectum ad personam & interesse testis: n. 6. p. 103
Matrimonium inter Catholicum & hæreticum valet; sed sic contrahentes regulariter peccant mortaliter: cap. 182. n. 1 p. 137
Quid de matrimonio contracto cum infideli, vel apostata à fide: n. 2. ibid.
Matrimonii impedimentum dirimens nullus Prælatus summo Pontifice inferior decernere potest: num. 8. p. 138
Potest tamen ipse, vel Parochus ex causa matrimonium suspendere ad tempus: n. 9. ibid.
Matrimonium contractum in spretum inhibitionis Episcopi, est validum, sed contrahentes incurrunt pœnam separationis ad tempus: num. 10. ibid.
Nisi adsit periculum incontinentiæ: n. 11. ibid.
Cessat tamen pœna propter ignorantiam: num. 12. ibid.
Matrimonium contractum in præjudicium litis pēdentis super impedimento dirimenti, aut etiam pendente appellatione, est nullum: n. 13. ibid.
Pactum matrimonii, quod liberi educari debeant in hæresi, est impium & illicitum: n. 6. ibid.
Promissio matrimonii, subsecutâ copulâ, non transit in verum matrimonium hodiernis temporibus: cap. 184. n. 2. p. 141
Qui promisit matrimonium non impeditur contrahere cum alia: & si secuta fuerit defloratio, non potest cogi præcisè ad ducendum, sed tantùm ut dotet, aut ducat: n. 5. ibid.
Matrimonia coacta infelices ut plurimùm exitus fortiuntur: n. 4. ibid.
Per matrimonium beneficia amittuntur: cap. 196. num. 10. p. 166

Metus.

Metum non sufficit probare in genere, sed probandus est in specie respectu illius actus de quo disceptatur: cap. 145. num. 8. p. 50. & cap. 154. n. 49. p. 70
Metus resignationis factæ in carcere, purgatur per novum instrumentum factum in plena libertate: cap. 145. n. 8. p. 50
Metus probatur ex verisimilitudine: cap. 147. n. 8. & 11. p. 53. & 54. & c. 154. n. 17. p. 67
Metus illatus per Patrem faciliùs probatus creditur: num. 9. p. 53
Et in hac probatione multùm valet Iudicis arbitrium: num. 10. ibid.
Protestationes non probant metum, sed corroborant probationes metus: num. 13. p. 54
Si tamen fiat protestatio in præsentia partis, probatur metus, & matrimonium redditur nullum: num. 14. ibid.
Idem, si in absentia partis, si ad ejus notitiam devenerit: n. 15. ibid.
Multóque magis si in ipso actu matrimonii: n. 16. ibid.
Metus probatio resultat ex pluribus conjecturis, resoluti ex inæquali personarum conditione, et domesticorum & affinium exclusione, et nimia festinatione, & aliis de quibus in cap. 145. n. 8. & 9. & & sequent. usque ad 24. p. 50. & seq.
Metus non probatur per testes nullitatem continens: num. 48. p. 70
Testis deponens de propria credulitate, non probat metum matrimonii: n. 51. ibid.
Metus probationes ad irritandum matrimonium debent esse concludentes: n. 52. ibid.
Et deponere de metu cadente in constantem virum ibid.
Metus reverentialis solus non sufficit ad irritandum matrimonium: n. 53. p.
Metus non probatur ex minis paternis, quando ter est benignæ naturæ: n. 54.
In probatione metus qualitas etiam personarum patientis est consideranda: n. 55.
Metus non probatur per famam, nisi concurrentibus requisitis ad probationem famæ: n. 58.
Metus fama eliditur per testes deponentes de voluntate: dicto cap. 154. n. 57.
Metus probari debet habito respectu ad tempus actus: n. 59.
Reconciliatio subsecuta tollit præsumptionem metus, & levis diffidii: n. 60.
Duobus testibus de metu deponentibus magis credi, quàm mille deponentibus de libera voluntate quomodo intelligatur: n. 61.
Metus præsumptus in matrimonio ex quibus excusatur: n. 62.
Præsentia Episcopi, vel viri valde Religiosi, præsumit liberam voluntatem contrahentium matrimonium: n. 63.
Mulieri declarationi standum est, si dicit se non fuisse metu coactam ad contrahendum matrimonium: n. 64.

Miles, Militia.

Inter milites, & personas militares, magna est differentia: cap. 154. n. 8. Milites

Militiæ Genetales Præfecti non veniunt sub apellatione militum : n.7. ibid.
Militiæ sæculari se adscribens privatur beneficiis: c.174.n.12. p.123
Sed tamen verius est, non induci privationem per solam descriptionem, nisi quis etiam militiam actu exerceat:n.13.& 15. ibid.
Militia solo jure positivo Clericis interdicta est: num.14. ibid.
Qui dicit, Clericum aliquem occidisse, vel mutilasse exercendo militiam, tenetur illud probare: n.11. ibid.

Minæ.

Minæ per patrem factæ in absentia filii præsumuntur ad illius notitiam devenisse:c.147.n.12.p.54.

Missa.

Missarum numerus ordinatus per testatorem debet adimpleri si agatur de opulenta hæreditate:& si salarium non sit sufficiens,debet augeri : c.162. n.8. p.97
Idem quando talis est verisimilis voluntas fundatoris : n.10. ibid.
Missarum reductionem hodie Ordinarii facere non possunt,sed recurrendum est ad Papam:n.2.p.92
Sed si ageretur de Missis nondum acceptatis, solus Episcopus reductionem facere potest:n.3.p.97.
Et ad quam summam reductio fieri possit:n.1.p.96
Missarum celebrandarum onus si fuerit relatum ad personam, provisus debet esse actu Sacerdos,secus si ad beneficium:c.161.n.12. p.94.

Monachus.

Monachus translatus de consensu primi Monasterii transfert secum bona sua:c.122.n.8. p.4
Monacho delata hæreditas statim ipso jure acquiritur Monasterio:c.137.n.6. p.35
Monachis alicujus Monasterii deficientibus, possunt assumi ex alio monasterio,& in illorum defectum sæculares : c.181.n.15. p.136
Monachus si decedat extra claustra, spolia privativè pertinent ad Cameram:c.197.n.2. p.168
Monachus si degat extra claustra cum licentia sui Superioris, non eximitur ad obligationibus suæ Religionis : n.4. ibid.
Monachi bona patrimonialia non subjacent spolio: n.5. ibid.
Monacho delata hæreditas acquiritur ipso jure monasterio,quod potest intentare remedium *legis finalis,Cod. de edict.div. Adriani tollend.*c.197.n.6. & 7. ibid.
Bona relicta Monacho ante professionem, acquiruntur Monasterio,ipso profitente,si de illis non disposuerit : n.8. ibid.
In bonis maternis ex persona Monachi post professionem delatis succedit Monasterium, non obstante legato quod Religiosus fecerat Monasterio pro omnibus juribus : quia tale legatum non debet intelligi factum animo compensandi cum juribus postea delatis:c.197.n.9. ibid.
Monachus non potest obtinere licentiam disponendi, vel testandi in præjudicium juris quæsiti Monasterio : n.13. p.169
Transactio facta per Monachum super bonis patrimonialibus jam quæsitis Monasterio, non valet sine consensu Monasterii : n.17. ibid.

Monasterium.

Monasterium si indigeat, illi consulendum est non expectata omnimoda egestate:c.122.n.13. p.5
Monasterii indigentiæ consuli potest per totalem illius translationem : n.14. ibid.
Sed tamen non ideo destrui debet : n.20. ibid.
Monasterium non admittitur ad fideicommissum, quando testator locutus est de liberis ex proprio corpore procreatis : c.142.n.3. p.44
Quidquid alii dixerint in contrarium : n.4. ibid.
Monasterium facilius admittitur durante vita Monachi : n.21. p.45
Vt Monasterium excludat substitutum,sufficit illud esse capax successionis : n.5. p.44
Monasterio debetur legitima super bonis parentum ex persona Monachi : c.143.n.1.& 5. p.47
Futuro Monasterio donatio fieri potest : c.144.n.2. p.48.
Et fructus medii temporis convertendi sunt ad utilitatem Monasterii : n.7. p.49
In Monasterio Monialium non debet permitti prospectus sæcularium; secùs in Monasterio virorum vel in Collegio adolescentum : cap. 146. num.9. p.52.
Neque via intermedia impedit quominus prohibeatur prospectus in Monasteria Monialium: num.13. ibid.
Monasterium reformatum manutenendum est in possessione jurium, quæ illi competebant ante reformationem : c.183.n.4. p.139.

Monialis.

Monialis evocata ad secundum Monasterium, ad exercendum aliquod officium, statim efficitur Religiosa illius Monasterii : c.121.n.4. p.2
Monialium translatio conceditur absque spe redeundi ad primum Monasterium : n.6. ibid.
Potest tamen Monialis, vel Religiosus redire, aliquibus concurrentibus,de quibus n.7. ibid.
Moniales non possunt recipi ultra numerum proportionatum ad redditus Monasterii; sed tamen contrarium servatur : c.122.n.1.& 3. p.4
Maximè si monialis congruam dotem attulerit:n.4. ibid.
Moniales alendæ sunt ad ratam redituum Monasterii,non autem ad ratam doris : n.5. ibid.
Moniales veniunt appellatione pauperum; & illis potiùs quàm pauperibus subveniendum est: n.10. ibd.
Monialis translatæ bona ad quem spectent:num.16. p.5.
Monialis sine dote recepta non ideo ejicienda est: n.18. ibid.
Moniali ultimò receptæ cum dote nihil imputandum est, si dos ejus consumpta fuerit:n.19. ib.
Monialibus victum proprio labore quærentibus, potiùs quàm alius,in pari causa, subveniendum est.n.23. ibid.
Moniales sibi succurrere possunt ex opere manuali in casum inopiæ Monasterii:n.22. ibid.
Monialibus si permittatur peculium separatum, illud subjacet dispositioni Abbatissæ:n.24. ibid.
Monialibus egestate laborantibus Episcopus potest adjudicare bona, quorum dominus ignoratur. num.25. p.6
Aut etiam bona incerta, & malè ablata : n.26. ib.
Moniales gaudent beneficio *cap. Odoardus, de solutionibus*, n.27. ibid.
Propinqui Monialium possunt cogi ad constitutionem dotis, juxta consuetudinem loci,si jam dos per eos non fuerit constituta : n.28. ibid.
Monialibus quibus ex causis permitti possit, ut exeant à clausura : c.124.n.13. p.9
Et quid observetur in Gallia : n.14. ibid.
Monialis novitia quamvis exeat à clausura sine licentia, si redeat, non ex eo solo annullatur professio:c.134.n.5. p.17

Novitiæ monialium non ligantur constitutionibus loquentibus de clausura : n. 16. ibid.
Monialis præsumitur prædilecta à Testatore, & monasterium ex ejus persona: c. 142. n. 6. p. 44
Quia per professionem non amittit jura sanguinis: n. 7. ibid.
Moniales difficiliùs possunt cogere vicinum ad reficiendum domum suam, quando vicinus illas prævenit: cap. 146. n. 8. p. 52
Monialibus si concedatur Ecclesia, censetur illis concessa cura illi Ecclesiæ annexa : cap. 193. num. 2. p. 160.
Monialibus si competat cura animarum, illa debet exerceri per presbyteros sæculares : n. 3. ibid.
Moniales quæ sunt in quasi possessione nominandi Vicarios, in illa sunt manutenendæ : n. 4. ibid.
Moniales habere possunt jus conferendi beneficia ex indulto Apostolico; aliàs fœminæ sunt huius juris incapaces : n. 5. ibid.

Mora.

Mora non incurritur per eum, qui ignorat se esse debitorem : cap. 198. n. 16. p. 171
ad Moræ purgationem vassallus admittitur antequam dominus illum in jus vocaverit: n. 5. p. 170

Mulieres

Sunt incapaces exercendi jurisdictionem : c. 124. n. 2. p. 8. Intellige ut n. 10. p. 9

N

Narrativa.

NArrativa non factæ professionis; probanda est ab eo, qui illam allegat, & quomodo probari possit : c. 196. n. 17. p. 167

Negativa.

Negativa probanda est ab eo, qui in ea ponit fundamentum suæ intentionis : c. 183. n. 8. p. 140
Negativa non obtentæ dispensationis, quomodo probari possit : cap. 196. n. 18. p. 145
Et utrùm sufficiat verificatio facta in registris Curiæ : n. 21 ibid.
Negativa non factæ professionis solis præsumptionibus & conjecturis probatur : cap. 196. n. 18. p. 167

Nobiles.

Appellatione *Nobilium*, Duces, Comites, Marchiones, & principes in favorabilibus continentur, sed non in odiosis : cap. 154. n. 3. p. 63

Nomen, Nominatio.

Suppressio Nominis, & imminutio qualitatis personæ, producit errorem in causa finali concessionis, seu licentiæ datæ ad contrahendum : c. 154. n. 33. p. 68.
Nominatio simplex, non facta Superiori præsentatione, non adimit Patrono facultatem variandi : c. 159. n. 15. p. 89.
Nominationis tempore incapax, sufficit quod sit capax tempore præsentationis : n. 16. ibid.
Nominatio Vicarii perpetui, quæ spectat ad Dignitatem, cui cura animarum imminet, non debet dici competere ratione juris patronatus, sed potius ratione subjectionis : c. 187. n. 6. p. 146

Notarius.

Notarius in Gallia tenetur reservare originale mandati ad resignandum, nec potest illud partibus tradere, sub pœna falsi, ex constitutionibus Regiis : c. 178. n. 11. p. 131
Notarius patriæ Linguæ-Occitanæ potest recipere instrumentum missionis in possessionem beneficii in patria Delphinatus, & è contra, quia instrumenta Notarii extra ressortum, saltem valent tanquam scriptura privata : c. 195. n. 6. p. 184

Notorium.

Ad hoc ut possessor lite pendente amoveatur, notorium illud dicitur, super quo nulla possit cadere dubitatio : c. 145. n. 4. p. 50
Etiam in delictis Notoriis, ut quis privetur possessione, requiritur sententia declaratoria facti num. 5. ibid.

Novitiatus, Novitii.

Annus novitiatus debet esse integer & continuus, quando professio fit jure ordinario; secus si fiat coram Commissariis à Papa deputatis ad obtinenda beneficia regularia : cap. 196. num. 4. & sequent. p. 166
Novitii possunt acquirere, & retinere pendente novitiatu beneficia sæcularia : n. 20. p. 167
Quid in Societate Iesu post vota biennii : n. 21. ibid.
Novitius Canonicus habet vocem in electionibus, non tamen de necessitate vocandus est : n. 21. ib.

Nullitas.

Nullum esse actum, vel non sortiri effectum, proinde est : c. 125. n. 20. p. 42

O

Observantia.

OBservantia declarat constitutionem dubiam, nec opus est recurrere ad præsumptionem : c. 131. n. 2. p. 21. & c. 176. n. 17. p. 127
Observantia probat qualitatem juris patronatus familiaris, si soli consanguinei exhibitionibus præsentaverint : c. 144. n. 17. p. 49
Observantia attendenda est, si dubitetur an patroni separatim, vel collegialiter præsentare debeant : c. 159. n. 2. p. 88.
Observantia patriæ Comitatus Venaissini, ubi vassalli solent moram celeri satisfactione purgare, prodest vassallo justam excusationem habere : c. 198. n. 17. p. 171
Observantia transactionis longissimi temporis facit ut transactio non indigeat justificatione, & omnia solemniter gesta præsumantur : cap. 1 num. 2. p. 1
Occultans.
Corpus defuncti occultantes puniuntur, ex occultatio facta fuerit ab affinibus vel consanguineis prætendentis ad beneficium : cap. 1 n. 25. p. 101
Officium.
Quid fuit impeditus exercere Officium, potest apponere tempus sibi non cucurrisse durante tempore impedimenti : c. 136. n. 1. p. 111
Officialium appellatione non continentur Archidiaconi : c. 154. n. 10. p. 67
Officialium Cameræ scientia præsumitur, quatenus omnes scripturas & documenta habent præ manibus : c. 198. n. 6. p. 170
Scientia Officialium habetur pro scientia Domini : n. 7. ibid.

Opinio.

Opinio Testatoris in explicãdo testamẽto debet prævalere, & habetur pro veritate: c. 175. n. 6. p. 126

Optio.

Ius optandi competit excommunicato, nisi tamen per optionem novus titulus, aut dignitas nova acquiratur : c. 126. n. 8. p. 43

Ordinarius.

Collator ordinarius non potest conferre beneficia regularia

regularia administrationem habentia illis, qui verè non sunt professi: cap. 196.n.7. p.166

Ordo.

Beneficium collatum illi qui non habet Ordinem requisitum ex statuto Capituli, vacat ipso jure, & statim impetrari potest: cap.186.n.1. p.144

P

Papa.

PApa est Diœcesanus in Ecclesiis exemptis, & soli Papæ subjectis: cap.128.n.2. p.16

Parochia, Parochus.

Beneficium parochiale, & curatum inter se differunt: cap.141. num.3. p.42

Et quid probandum sit ad hoc ut Ecclesia dicatur parochialis: num.4. ibid.

Omnis Ecclesia parochialis est curata, sed non è contra: num.6. ibid.

Parochialis probatur ex diuturna decimarum perceptione, & ex pluribus antiquis enunciativis instrumentorum: n.7. & 8. ibid.

Parochialis Ecclesiæ provisio sub qua forma fieri debeat, juxta Concilium Tridentinum; id est facto concursu: cap.187.n.2. p.146

Qui tamen concursus non requiritur in provisionibus factis *in favorem*, coram Papa; secus est in Legatione, in qua non sunt resignationes in favorem: n.3. ibid.

Concursus desideratur etiam in Parochialibus existentibus de jure patronatus Ecclesiastico. n.5. ibid.

Parochi licentia data alteri Presbytero, ut assistat matrimonio, debet esse expressa, nec sufficit tacita: cap.154.n.31. p.68

Et plura de tali licentia. ibid.

Parochus tenetur describere in libro omnia matrimonia, sed tamen defectus illius annotationis non est substantialis: cap.154.n.42. p.69.

Parochus potest administrare Sacramenta suis subditis extra propriam diœcesim: n.47. p.70

Parochus tenetur ad residentiam, quamvis tres, vel quatuor incolæ tantùm in loco remanserint; secùs si omnes recesserunt: cap.168.n.8. p.110

Et si omnes recesserint, non tenetur promoveri intra annum: num.9. ibid.

Et illo casu tale beneficium non inducit incompatibilitatem: n.10. ibid.

Patronus.

Patronus Ecclesiasticus præsentando indignum, pro illa vice amittit jus præsentandi: cap.130. num.4. p.20

Si tamen plures sint patroni, illi tantum qui sunt in culpa, privandi sunt: num.9. ibid.

Patronus laicus potest cumulativè alium præsentare, quamvis jam præsentaverit non idoneum, dummodò defectus non sit in qualitate requisita ex fundatione: n.5.ibid. & cap.138.n.4. p.37

Si præsentatus fuerit indignus indignitate criminosa, etiam laicus Patronus privatur pro illa vice: n.6.p.20. & cap.138.n.3. p.37

Aut si præsentaverit scienter laicum ad beneficium: n.7. p.20

Valida tamen est præsentatio facta sub conditione obtinendæ dispensationis: n.8.p.20.& cap.138. num.5. p.37

Patronus laicus sibi præjudicat, si intra quadrimestre à die scientiæ non reclamaverit adversus unionem, secundùm aliquorum sententiam: cap.144.n.12. p.49

Præsumitur, Papam minus voluisse nocere patronis, quàm collatoribus ordinariis: cap.163. n.13. p.99

Patronis non præjudicat collatio beneficii facta tanquam de libero, nisi datâ illorum scientiâ & patientiâ: cap.166.n.8. p.104

Patronis de jure patronatus contendentibus, aut de illius possessione, Episcopus providere potest; nisi lis sit finita intra quadrimestre: cap.172. n.4. p.119

Patronus Ecclesiasticus si prævenerit præsentando formaliter, & illa præsentatio fuerit acceptata, non potest postea superior beneficium conferre: cap.193. num.10. p.160

Patronus præsentans inhabilem, non privatur jure præsentandi, adveniente novo genere vacationis: cap.195.n.8. p.164

Patronus Ecclesiasticus non potest secundam præsentationem facere, laicus verò potest, re integra, intra quadrimestre: n.9. ibid.

Pensio.

Pensionem collator inferior sine causa reservare non potest: cap.123.n.9. P.7

Reservatio pensionis pro persona nominanda, non valet, nisi saltem in litteris persona exprimatur: num.10. ibid.

Pensionis reservatio nulliter facta non reddit nullam beneficii collationem: n.11. ibid.

Differentia fieri debet inter pensionem impositam super beneficio, & reditus seu pensiones domorum, & similes fructus civiles, qui debentur possessori beneficii: cap.164.n.11. p.101

Si præcedat generalis licentia Sedis Apostolicæ, non requiritur specifica confirmatio pensionis impositæ super beneficio: cap.183.n.2. p.139

Amittuntur pensiones Ecclesiasticæ per matrimonium, vel professionem, etiamsi non habeant aliquod onus spirituale annexum: cap.196.n.11. p.166

Pensio per professionem non amittitur, sed monasterio acquiritur pro alimentis monachi, quando fuit assignata pro aliquo servitio temporali: numero 12. ibid.

Potest summus Pontifex concedere, ut pensio per professionem non amittatur: n.13. ibid.

Pensiones quæ Religiosis per summum Pontificem conceduntur, illis dantur duntaxat sub titulo administrationis, & sub potestate Superioris ipsorum: num.14. ibid.

Regularis dispensatus ad sæculare beneficium, potest illud resignare sub reservatione pensionis, absque nova dispensatione: n.16. p.167

Pensionem super beneficiis tertii Papa concedit sub certis conditionibus: c.180.n.10. p.134

Pensio quando amittatur propter assistentiam in bello: cap.174.n.17.& 19. p.124

Ex eo quod quis sit incapax ad beneficia, non sequitur quod sit incapax ad pensiones: n.18.ibid.

Resignatarius cogitur ad solvendam resignanti pensionem super beneficio curato impositam in Gallia, quamvis aliqua nullitate laboret: cap.139. num.5. p.38

Permutatio.

Inter permutantes potest absque simoniæ metu intervenire pactio præcedens super permutatione facienda: cap.135.n.5. p.31

Intellige hoc procedere, dummodò simul utraque collatio expediatur. Et alia ad intellectum eorum quæ suprà, *part.1. cap.75. n.8.* dicta sunt: num.6. ibid.

Index Rerum,

Contractus *do ut des*, est illicitus in beneficialibus, etiamsi detur spirituale pro spirituali : n.7. ibid.
Regulariter omnia cujuscumque generis beneficia possunt permutari : cap.139.n.4. p.39
Imputandum est illi, qui fuit negligens in adimplendo permutationem : n.12. ibid.
Mortuo permutante intra viginti dies, ejus beneficium Ordinarius conferre potest uti vacans per obitum : cap.169.n.6. p.112
Fraudis conjecturæ quæ sint, dum agitur de permutatione beneficiorum : n.8. ibid.
Permutationes beneficiorum fieri etiam possunt coram Ordinariis : num.9. ibid.
Ex veriori sententia apud Gallos, permutatio dicitur potiùs spontanea, quàm necessaria collatio: num.11. ibid.
Mutuæ resignationes sunt species permutationis : cap.180.n.1. p.134

Pestis.

Quæ sint negotia quæ tempore pestis fieri possunt per Canonicos, in majori numero præsentes in loco pestifero ? Et quæ per præsentes, etiam numero minores : cap.148.n.8. p.55

Pœna.

Pœna privationis non est extendenda ad casus non expressos : cap.159.n.17. p.89

Possessio.

In beneficialibus, qui priùs possessionem adeptus est, debet in dubio præferri cæteris : cap.123. num.1. p.6
Etiam intrusus lite pendente in sua possessione manutenendus est : cap.125.n.30. p.12
Intra quod tempus ex variis ordinationibus possessio beneficii resignati capiéda sit : c.130.n.1.p.19
In Beneficiis Galliæ possessio capienda est intra triennium per resignatarium, & vivo resignante: cap.138.num.1. p.37
Si resignatarius acceperit possessionem vivo resignante, beneficium non vacat amplius per resignationem, sed per obitum : n.13. ibid.
Qui priùs adeptus fuerit possessionem, præferendus est in dubio, & cæteris paribus : cap.148.n.12. p.55
In judicio pleni possessorii admittuntur in Gallia novæ probationes, seu per testes, seu per instrumenta : num.12. ibid.
Ex eo quod quis aliqua bona tempore transactionis possederit in aliquo loco, non potest inferri, omnia hodie fuisse tempore transactionis possessa per eum : cap.150.n.5. p.58
In dispositionibus fideicommissariis, si constet testatorem tempore testamenti plurima bona in aliquo territorio possedisse, omnia quæ hodie ibidem possidentur, præsumuntur ab eodem testatore processisse : num.6. ibid.
Quæ tamen præsumptio cessat, quando hæredes sunt industriosi, & soliti multas acquisitiones facere : num.7. ibid.
In Gallia possessio beneficii capi solet non vocato possessore : cap.161.n.1. p.93
De jure communi possessio beneficii, non vocato possessore, non est manutenibilis : n.2. ibid.
Patruus remanens in possessione domus Canonicalis post resignationem, censetur id facere jure familiaritatis : cap.185.n.12. p.243
Possessio jure familiaritatis non datur, quando alius possidet jure proprio : n.13. ibid.
Possessio præsumitur adepta jure familiaritatis ad excludendum delictum : n.14. ibid.
Nova possessione non indiget qui est rehabilitatus ad beneficium : n.19. ibid.
Mera detentatio converti potest in possessionem manutenebilem per acquisitionem novi tituli validioris : n.20. ibid.
Possessio beneficii etiam post sex menses capta, est valida, dummodò intra triennium, & vivo resignante capta sit : cap.195.n.1. p.164
Quicumque Presbyter potest mittere in possessionem beneficii : n.7. p.164

Præcedentia.

In materia præcedentiæ consuetudo maximè attenditur : cap.173.n.6. p.121
Ampliatur etiamsi consuetudo non sit præscripta : num.7. ibid.
Qui est in possessione præcedentiæ, in ea manutenendus est : n.8. ibid.
Et illi competunt remedia possessoria : n.14. ibid.
Præcedentia competens ex titulo universali, prodest quoad actus particulares : n.15. ibid.

Præceptorialis.

Præbenda præceptorialis, ex ordinatione Regia, non confertur tanquam beneficium, sed tanquam quid temporale : cap.129.n.18. p.18

Præscriptio.

Præscribitur contra Ecclesiam spatio 40. annorum cum titulo vero, vel putativo : c.199.n.6. p.171
Ad præscribendum sufficit quod titulus sit aliqua ratione coloratus : n.8. ibid.
Titulus transactionis est sufficiens ad præscribendum : num.7. ibid.
Laicus præscribit adversus Ecclesiam sine titulo, nisi ageretur de rebus, in quibus jus illi inferre: num.9. ibid.

Præpositus.

Præpositus dispensatus ante ætatem non potest agi ad exercenda munera Diaconotum. cap.173. num.1. p.121

Præsentia.

Præsentia alicujus quando requiritur ex communi, debet esse personalis : cap.172.n.3. p.119

Præsentatio.

Præsentario facta ab eo qui est in possessione præsentandi, prævalere debet : cap.131.n.6.p.21 cap.157 num.61. p.
Præsentatio inhabilis potest fieri sub condi obtinendi dispensationem : c.138.n.5. p.
Præsentatus à majori parte patronorum, eo instituendus est : cap.157.n.57.
Præsentatus qui falsò narravit Papæ se habe dictatem vocum, non est instituendus : num. ibid.
Legatarius potest præsentare antequam juspatr tus fuerit confirmatum ab Ordinario, imo ja drimestre, favore ultimæ voluntatis : n.60. Vide tamen Vivian. *de jurepatr. lib.4. cap.1. num.* & 41. Calderin. *decis.6. de jurepatr.*
Una linea præscribit jus præsentandi adversus alios si præsentaverit privativè per longissimum tempus : cap.158.n.7. p.
Præsentatio potest fieri separatim, quando plures patroni præsentant uti singuli : c.159.n.3.p.
Si tamen unus ex illis requirat coadunationem, negari non debet : n.4.
In dubio jus præsentandi competit uti singulis, jure collegii : n.6.
Infans præsentari non potest, & illum præsentatum amittit jus pro illa vice : n.8.& 9. p.
Idem de præsentante mulierem, vel alium non ha neum : n.10.11.& 12.
Præsentatio contra legem fundationis est n.12.& 14.
Præsentatio est quædam species electionis, sed pro

propriæ : num. 15. ibid.
Ius præsentandi non potest competere, nisi supponatur beneficium vacare : cap. 161. n. 11. p. 94
Neque præsentatio convalidatur per mortem supervenientem: cap. 170. n. 22. p. 116
Præsentatione facta per patronum Ecclesiasticum quare non liceat ipsi variare: cap. 193. n. 8. p. 160

Præventio.

Ius præventionis quoad collationem beneficiorum spectat ad solam Sedem Apostolicam, non autem ad collatores inferiores : cap. 123. n. 5. p. 7
Papa regulariter omnes collatores ordinarios prævenire potest : cap. 124. n. 11. p. 9

Principes.

Principes sunt speciali nota digni, nec simplici *Nobilium* appellatione continentur: c. 154. n. 4. p. 67

Privilegium.

Privilegium est reale, quando præcipuè conceditur intuitu rei, & non personæ: c. 132. n. 8. p. 23
Privilegia Dignitatis durant, quando Officium vel Dignitas finitur cum beneplacito Principis : n. 9. ibid.

Proœmium.

Proœmium denotat causam finalem constitutionis: cap. 125. n. 24. p. 12. & cap 153. n. 12. p. 64

Professio.

Professio semel facta, non debet reiterari : cap. 121. num. 1. p. 1
Quod tamen locum non habet, quando quis est translatus ad aliam Regulam : n. 2. p. 2
Professio non annullatur, quamvis novitia remanserit extra claustra per unum, aut alterum mensem : cap. 134. n. 12. p. 27
Secus sit ultra duos menses : n. 13. ibid.
Professio puellæ non est nulla ob defectum explorationis : cap. 134. n. 14. 15. & 22. ibid.
Professio fraudulenta non præjudicat successoribus: cap. 134. n. 17. ibid.
Professio puellæ non probatur nisi per scripturam; secus in professione masculi : n. 18. p. 28
Professio potest fieri, quamvis monialis per aliquod tempus recesserit à monasterio sine animo dimittendi habitum : n. 19. ibid.
Professio conjugum non redditur nulla, quamvis facta fuerit sine licentia Episcopi : n. 21. ibid.
Professio Religionis eximit filium à potestate patris in damnosis; non autem in utilibus : cap. 143 num. 3. p. 47
Professio non est valida, si fiat coram eo qui non potest obligare Religionem : c. 149. n. 5. p. 56
Sed tamen illa professio potest ratificari, si professus in eadem voluntate permaneat : n. 9. & 10. p. 57.
Si verò non permaneat, potest liberè contrahere matrimonium : illa autem ratificatio non valet, nisi recipiens professionem id fecerit nomine Religionis : n. 13. ibid.
Solus Superior Religionis non potest admittere professiones ; num. 6. ibid.
Sed debet adhibere vota Religiosorum, quæ non solùm sunt consultiva, sed etiam deliberativa: num. 7. ibid.
Servanda tamen est in omnibus consuetudo cujusque Religionis : n. 8. ibid.
Diversæ professionis Religiosis beneficia conferri non debent : cap. 169. n. 1. p. 166
Professio potest recipi ab executoribus Apostolicis, etiam non perfecto anno novitiatus : n. 5. ibid.
Et eo casu tempus professionis dependet ex arbitrio Executoris, si in provisionibus non sit præfixum: num. 6. ibid.
Professio in Religionibus Militaribus est valida, non peracto anno novitiatus : n. 8. ibid.
Per professionem regularem vacant beneficia sæcularia : n. 9. ibid.

Progenies.

Vocata progenie, omnes descendentes ex illa familia censentur vocati ad Emphyteusim, unus post alium : cap. 177. n. 1. p. 129
Et non solùm descendentes vocati censentur, sed etiam collaterales : n. 2. ibid.
Maximè si adsint verba infinitatem denotantia: n. 3. ibid.
Quæ sit vis illius clausulæ, *ita quod nullus remaneat ex illa progenie* : n. 7. ibid.

Proles.

Proles si vocata fuerit, idem dicendum est, quod de progenie : cap. 177. n. 3. & sequent. p. 129

Promissio.

Promissio omnis, & obligatio, regulariter transit ad hæredes aut successores : c. 134. n. 1. p. 26
Promissio seu obligatio potius censetur realis quàm personalis : ideo extenditur de persona ad personam jus habentem : n. 12. p. 27

Promotio.

Ob non promotionem intra annum, non inducitur vacatio ipso jure in Ecclesiâ non parochiali, sed debet præcedere monitio : c. 161. n. 18. p. 95
Ideo possidens Capellaniam, non privatur ipso jure ob non promotionem : n. 19. ibid.
Illi qui debet promoveri, datur annus à die adeptæ pacificæ possessionis ; sed in Gallia datur biennium : c. 161. n. 22. p. 95. & c. 193. n. 15. p. 161
Malè promotus excusatur propter ignorantiam: c. 185. n. 18. p. 143.
Qui tenetur infra certum tempus promoveri, excusatur si legitimè fuerit impeditus; sed tamen cessante impedimento, statim tempus illi currit: cap. 186. n. 4. p. 144
Si quis antea non promotus, obtinuerit se promoveri antequam ejus beneficium impetraretur, tutus est adversus eum qui post promotionem impetravit : n. 6. p. 145
Qui ipso jure ob non promotionem privatus est, juvari tamen potest triennali possessione : n. 19. ib.
Quod quis ratione promotionis non fuerit dispensatus, non bene probatur ex sola inspectione registri Curiæ : n. 11. ibid.

Prospectus.

Regulares non possunt habere prospectum in monasterio aliorum Regularium : c. 146. n. 16. p. 52
Et de prospectu in monasteria monialium agitur toto illo cap. 146. p. 52

Provincia, Provincialis.

In Ordine Minorum, Provincialis munus nemo ultra triennium exercere potest: c. 136. n. 10. p. 34
Provinciarum divisio contra formam constitutionum Ordinis est nulla : cap. 149. n. 17. p. 57
Patres Provinciæ qui dicantur in Ordine Minorum, & quæ sit illorum facultas : cap. 125. n. 12. & per tot. p. 11

Publicatio.

Publicatio constitutionis non ligat si facta fuerit à non habente potestatem : cap. 125. n. 26. p. 12
Publicatione non indiget constitutio ab omnibus acceptata : cap. 149. n. 14. p. 57
Beneficiorum resignationes admissæ in Curia Romana, debent in Gallia publicari intra sex menses : quæ verò in Legatione factæ sunt, intra mensem ; lapsis tamen illis temporibus, resignatio non annullatur, sed subest periculo resolutionis, si

non fiat vivo resignante : c. 195. n. 2. p. 164
Ideo si possessio vivo resignante capta sit intra triennium, beneficium non vacat per obitum, sed per resignationem : n. 3. ibid.
Tempus ad publicandum in Gallia, non est præcisum ad limitandam publicationem, sed tantùm ad inducendam motam : n. 4. ibid.
Tres conditionales copulativè requisitæ in Gallia, ad effectum Regulæ *de publicandis resignationibus*, referuntur : n. 5. ibid.

Q

Querela

QVerelæ, vel recursus judicium tractari debet coram eodem judice, de cujus sententia agitur : cap. 147. n. 4. & 5. p. 53
Sententia in causa matrimonii lata non transit in judicatum, non tamen rescinditur per viam appellationis, sed per viam querelæ ; vel recursus, num. 3. ibid.
Papa potest semper adiri per viam querelæ : sed in Gallia causam committit eidem judici, qui sententiam tulit : num. 6. ibid.

R

Ratificatio.

TRansactionis ratificatio inducitur tacitè in rebus Ecclesiæ, quando successores vigore illius exegerunt summas in illa promissas : c. 199. num. 5. p. 172

Raptor.

Matrimonium inter raptorem & raptam contrahi non potest, ex dispositione juris, & Concilii Tridentini : cap. 184. n. 6. p. 141

Recursus.

Vide in verbo *Querela.*

Reformatio.

Quando facta fuit reformatio alicujus monasterii, omnia jura non reformatorum transeunt in Reformatos : cap. 181. n. 81. p. 136
Ius nominandi quod antea competebat non Reformatis, debet exerceri per reformatos, eodem modo quo antea exerceri solebat : n. 19. ibid.

Regalia.

Vtrum Regalia locum habeat in beneficiis de novo unitis regno, judicatum fuisse affirmativè refertur : cap. 128. n. 6. p. 16

Regula.

Religionis regulæ differunt à constitutionibus particularibus, quæ corrigi & alterari possunt : cap. 121. num. 3. p. 2
Regula S. Augustini est una ex quatuor antiquissimis : cap. 121. num. 9. ibid.
Quomodo dignoscatur differentia inter regulas, & constitutiones particulares Religionis : n. 10. ib.
Regula Cancellariæ 46. aliàs 45. *de consensibus*, non observatur in Gallia : cap. 130. n. 12. p. 20
Regula *de infirmis*, de jure locum etiam habet in ordinario collatore : cap. 169. n. 2. p. 111
Sed in Gallia hoc non observatur ; imò ordinarii collatores non subjiciuntur huic Regulæ : n. 3. ib.
Extra Galliam regula *de infirmis*, locum habet etiam in permutatione : d. cap. 169. n. 5. p. 112
Ideo mortuo permutante intra viginti dies, ejus beneficium vacat per obitum, & potest ordinarius illud conferre : num. 6. ibid.
Ampliatur etiamsi permutatio esset æqualis : n. 7. ibid.
Atque ita judicatur in Senatu Tolosano, quia talis collatio dicitur necessaria : n. 10. ibid.
Verius tamen est, illam magis accedere ad spontaneam : num. 11. ibid.
Regulæ *de infirmis*, derogari potest in Legatione Avenionensi, etiam in præjudicium Graduatorum, vel Nominatorum : c. 169. n. 16. p. 113
Nec non in præjudicium Indultariorum Curiæ, num. 17. ibid.
Regula *de infirmis*, locum etiam habet in Cardinalibus in infirmitate resignantibus, & illorum familiaribus : cap. 169. n. 18. & 19. p. 113
Non tamen locum habet in præjudicium Indultorum Cardinalibus concessorum ; & ita judicatur in Gallia : n. 20. ibid.
Infirmi in Curia resignantis, & intra viginti dies cedentis, beneficium vacat quidem in Curia, sed non esse reservatum aliqui existimant : sed contrarium est verius : n. 21. ibid.
Regula *de infirmis*, comprehendit etiam beneficia patrimonialia, quæ filiis naturalibus certi loci conferenda sunt : n. 22. ibid.
Necnon Præceptorias perpetuas, si datæ sint in titulum beneficii ; sicuti etiam Commendas, & quæcumque alia beneficia, quamvis litigiosa, reservata, electiva sæcularia, vel Regularia : c. 169. n. 23. & 24. p. 113
Regula *de infirmis*, observanda etiam est in beneficiis jurispatronatus, quia tunc Patronus præsentat ad beneficium uti vacans per obitum : n. 25. & 26. ibid.
Regula *de infirmis*, locum etiam habet in Dignitatibus : ideo si Abbatissa infirma resignans moriatur intra 20. dies, procedi potest ad electionem : n. 27. & 28. ibid.
In quibus differat Regula *de verisimili notitia*, & alia Regula *de impetrante beneficium vacans per obitum* : cap. 170. n. 9. p. 115
Regula *de verisimili notitia*, quid continet : n. 3. ibid.
Regula *de verisimili notitia*, secundùm aliquos non habet locum in provisione Legati : sed contrarium est verius : n. 14. & 15. ibid.
Regula *de verisimili notitia*, habet locum in collationibus Ordinariorum, etiam in Gallia : sed tamen est in Curia Romana, si in provisionibus per resignationem apposita fuerit clausula, *etiam si obitum* : n. 17. & 18. ibid.
In beneficiis Regiæ collationis jure Regaliæ, non habet Regula *de verisimili notitia* : n. 19. ibid.
Vtrum Papa derogare possit Regulæ *de verisimili notitia*. n. 16. p. 117
In Gallia Papa non derogat illi Regulæ, nisi principium vacationis inceperit à resignatione : n. 17. ibid.
Regula *de verisimili notitia*, quomodo locum habeat contra occultantes corpus defuncti : & quando pœnis contra occultantes locus sit : n. 23. 24. & 25. ibid.
Verisimilis notitiæ tempus quomodo computetur pro appulsu ad Romam : & nominatim à Civitate Parisiensi Lugdunensi, & Tolosana : n. 27. & 29. ibid.
Regula *de verisimili notitia*, locum habet etiam in provisionibus summi Pontificis *motu proprio* factis : n. 24. & 25. ibid.
Et locum etiam habet in Dignitatibus, Officiis & Commendis. ibid.
Regulare beneficium censetur ex eo quod datum fuit alicui in commendam : cap. 166. n. 3. & 4. p. 104.
Idem si datum fuerit tanquam dependens ab alio officio

officio Regulari : num.4. ibid.
Regularis beneficii collatio facta sæculari, est ipso jure nulla : & non excusat à devolutione collationis ad Superiorem: n.14.& 24.p.105. & 106
Regularia beneficia conferri possunt etiam nondum professis ; dummodò tamen professionem emittere, & habitum suscipere teneantur : c.196. n.2. p.266
Quod locum habet tam in provisionibus Apostolicis, quàm Ordinariorum : n.3. ibid.
Regularia beneficia conferri possunt sæcularibus, & è contra,in subsidium, si non reperiantur alii capaces : num.23. p.167
Regularis dispensatus ad sæculare, potest illud resignare sub reservatione pensionis absque nova dispensatione : numero 16. ibid.

Religio.

Religionem novam regularem nemo potest introducere absque speciali Summi Pontificis approbatione : cap.121.n.8. p.2
Religiosi particulares non possunt aliquid facere in præjudicium totius Ordinis : c.125.n.28.p.12
Religiosus diversæ Regulæ,& diversæ professionis, nõ debet præfici monasterio:c.136.n.2.& 3.p.33
Religiosorum officia continuari non debent. Quid si interveniat impedimentum ? cap.136.num.4. & seqq. ibid.
Et quid in hoc observetur in Ordine Minorum: num.10. ibid.
Religiosi non possunt curam animarum exercere sine dispensatione,exceptis membris à monasterio dependentibus : cap.141.n.12. p.42
Religiosi retinent jura suitatis:cap.143.n.15.p.47
Filius Religiosus præteritus rumpit testamentum paternum : num.4. ibid.
Religiosi faciunt partem in calculo legitimæ.Quid si agatur de monasterio bonorum incapaci ? n.7 & 8. ibid.
Religionum Superiores non possunt sub aliquo prætextu concedere Religiosis facultatem possidendi bona immobilia : cap.197.n.11. p.169
Religiosus non potest dispensari à summo Pontifice ut possideat bona immobilia,nisi simul dispensetur super voto paupertatis : n.12. ibid.

Renunciatio.

Renunciatio simplex filii non privat illum fideicommisso paterno : cap.142.n.13. p.44
Renunciatio stricte interpretanda est : n.12. ibid.
Nec extendenda ad successiones in ea non comprehensas : n.14. ibid.
Nec continet fideicommissum, quod non poterat obvenire nisi post mortem fratris : n.16. ibid.
Renunciatio bonorum paternorum,& maternorum, non extenditur ad fraterna : c.142.n.15. p.44
Ampliatur etiamsi adsint clausulæ amplissimæ : numero 19. p.45
Renunciatio in dubio potiùs personalis censenda est,quàm realis : n.17. ibid
Etiamsi facta fuerit intuitu ingressus in Religionem : num.18. ibid.
Renunciatio non trahitur ad fideicommissum ignoratum,nisi constatet de contraria voluntate,propter verba amplissima : n.20. ibid.
Filia renuncians facit numerum & partem in computatione legitimæ : c.143.n.9. p.47
Renunciatio beneficii non præsumitur facta sine aliqua causa : cap.180.n.4. p.134
Renunciatio simpliciter facta intelligitur de juribus præsentibus, non autem de futuris : cap.197. n.10. p.169

Reservatio.

Reservatio major extinguit minorem, illámque offuscat : cap.151.n.16. p.61
Reservationum quatuor sunt species,nempe ratione rei,personæ,loci,& temporis : n.17. ibid.
Reservationes si plures sint diversi generis,non impediunt quominus Indultarius beneficia conferat : n.18. p.62

Residentia.

In simplicibus beneficiis nemo residere tenetur ex generali consuetudine, nisi fundator specialiter residentiam indixerit : cap.168.n.1. p.109
Consuetudo non residendi in simplicibus beneficiis introduci potest ex justa causa, non obstante fundatione in contrarium : n.3. ibid.
Veluti propter tenuitatem reddituum beneficii:n.4. ibid.
In beneficiis autem curatis non valet consuetudo non residendi : n.2. ibid.
Nisi ex justa causa deserviretur per Vicarium substitutum ad majorem Ecclesiæ utilitatem : n.5. p.110.
Residentia in beneficiis curatis est de jure Divino: num.6. ibid.
Diminutio reddituum beneficii curati non excusat à residentia : n.7. ibid.
Nec sufficit quod major pars populi recesserit,quia si omnes habitatores non recesserunt, Parochus tenetur ad residentiam : n.8. ibid.
Episcopus potest eximere à residentia beneficii simplicis ex justa causa : n.12. ibid.
Veluti propter tenuitatem reddituum ; idque non obstante fundatione : n.13. ibid.
Capitulum potest aliquem eximere à residentia, si adsit justa necessitas, vel evidens Ecclesiæ utilitas : n.18. p.110

Resignatio.

Resignatio conditionalis in Legatione non admittitur : c.123.n.2. p.6
In resignatione conditionali jus non amittitur, nisi post eventum conditionis. In pura autem, statim post illam amissam resignans dicitur mortuus in illo beneficio : n.3. ibid.
Resignans in Gallia metu mortis,restituitur quidem si convalescat;sed interim gesta per resignatarium non revocantur in præjudicium tertii : n.4. p.7
Qui habet jus conferendi tanquam possessor beneficii, si illud resignet, amittit etiam jus conferendi : n.7. ibid.
Resignantis in favorem beneficium vacat per illius obitum,si resignatarius vivente resignante possessionem adeptus non fuerit : c.130.n.11. p.20
Resignatio nõ subsistit,si pensio in resignatione cõditionali reservata nõ subsistit : c.139.n.7.p.38
Si conditiones non adimpleantur, datur resignanti actio spolii contra resignatarium: n.8. ibid.
In resignatione mutua,si unus est negligens in possessione capienda, & moriatur : superstes gaudet sua bona fortuna,& utrumque beneficium possidet : n.9. p.39
Sed hoc non servatur in Gallia ex edicto Ludovici XIII. n.4. ibid.
In resignationibus mutuis una est separabilis ab alia,& quomodo hoc procedat : n.11. ibid.
Si unus ex mutuis resignatariis recusaverit adimplere, re integra, beneficium non vacat per resignationem, sed per obitum : n.10. ibid.
In mutuis resignationibus si unus publicaverit, & alter non, resignatio est valida quoad publicantem : n.13. ibid.

Resignatio facta sub conditione quæ inest de jure, valida est etiam coram Ordinario, quæ habetur pro pura : c.151.n.8. p.60
Resignante mortuo intra viginti dies Patronus præsentat ad beneficium tanquam vacans per obitum : c.169.n.26. p.113
Contra Resignantem si feratur sententia, nocet resignatario : c.179.n.1.& 5. p.132
Quod ampliatur ex constitutione Gregorii XIII. quoties resignatio facta fuit post litem motam: num.11. ibid.
Resignans dicitur mortuus civiliter in illo beneficio:num.5. ibid.
Resignatarius nullum jus habet in beneficio, si resignanti jus non competebat:c.188.n.1. p.147
Resignatio conditionalis non nocet resignanti, donec resignatario perfectè fuerit jus quæsitum: num.8. p.148
Resignans in infirmitate non redit ad beneficium in Gallia, nisi quando resignatio est conditionalis:num.9. ibid.
Resignans qui solum fecit mandatum ad resignandum, quod non fuit effectuatum, non privatur possessione, necdicitur mortuus in illo beneficio: c.188.n.4.5.& 6. ibid.
Idem dicendum est quando resignatio non fuit admissa à Superiore : n.3. ibid.
Resignationes mutuæ fieri possunt, exprimendo, vel non exprimendo, illas fieri ex causa permutationis : c.180.n.2. p.134
Resignationes mutuas fieri ex causa permutationis sufficit colligi ex conjecturis : n.3. ibid.

S.

Sacerdos.

QVæ sit vis illius verbi *Clero celebrant*, vel dum fundator ordinavit quod præsentatus tot Missas celebret : c.161.n.15. p.95

Sacerdotium.

Ex quibus verbis Sacerdotium actuale, vel habituale requiratur in præsentato:c.161.n.14. p.95
Qualitas Sacerdotis debet intervenire tempore præsentationis, si verba fundationis ad illud tempus referantur : c.157.n.49. p.82.
Quando fundator vult quod præsentetur Sacerdos, requiritur Sacerdotium actu : n.50. ibid.
Si fundator mandavetit præsentari Capellanum, qui Missas celebret, non requiritur Sacerdotium actu : n.51. ibid.

Sæculare Beneficium.

Beneficium sæculare, si per longissimum temporis spatium fuerit collatum tanquam Regulare, mutat naturam,& fit regulare : c.166.n.1. p.104

Sæculares.

Clerici sæculares possunt compelli ad acceptandum beneficium Regulare in subsidium, deficientibus monachis : c.181.n.17. p.136

Sæcularisatio.

Reductio Ecclesiæ regularis ad statum sæcularem nihil immutat de antiquis Ecclesiæ juribus, excepta regularitate.& aliis per Bullam sæcularisationis immutatis : c.141.n.13. p.43

Salarium.

Qui servitium præstitit in Ecclesia ad exoneratio-nem alterius, quia utiliter gessit, potest petere salarium actione negotiorum gestorum : c.156. num.10. p.75
Parochiani qui promiserunt suis expensis manutenere Presbyteros servitores, tenentur ad observantiam pacti : c.167.n.20. p.108

Scriptura.

Scriptura redditur suspecta ex ordinis præpostera-tione : c.154.n.57. p.69
Scriptura alterius quàm Notatii manu, testibus adhibitis conscripta, non probat in præjudicium tertii quoad prioritatem temporis : n.38. ibid.

Sententia.

Sententia lata contra mortuum, est nulla, aut sal-tem contra ipsam datur remedium restitutionis in integrum : cap. 179.n.2. p.131
Sententia contra mortuum est valida, si procurator fuerit litem contestatus, quia datur mandatum. Intellige, dummodo sententia feratur in perso-nam Domini : n.4. ibid.
Hoc non procedit in beneficialibus, imò sen-tentia lata contra procuratorem qui litem con-testatus est, non afficit resignatarium : n.5. ibid.
Ampliatur ut procedat in Rectoribus Hospitalium, & similibus administratoribus, quorum mors mandatum expirat : n.6. ibid.
Ampliatur ut procedat tam in morte naturali, quàm civili:n.7. ibid.
Limitatur ut locum habeat, si lis mota fuerit no-mine Ecclesiæ; secus si pro interesse privato Pra-lati, vel Administratoris : n.8. ibid.
Sententia contra resignantem lata nocet resignata-rio scienti, & nihil opponenti ad impedendum illius probationem : n.10. ibid.
Ex constitutione Summi Pontificis Gregorii XIII. sententia lata contra resignantem indistincte af-ficit resignatarium, cui post litem motam facta fuit resignatio : n.11. ibid.
Qui per sententiam fuit declaratus inhabilis ad be-neficium, non juvatur regula de triennali. p.133
Quando possessor beneficii obtinuit pro se senten-tiam favorabilem, & transactam in judicium, statim efficitur pacificus : n.14. ibid.
Si possessor obtinuit sententiam contra se, non de-citur pacificus, quamvis victor litem non fuerit prosequutus, nisi sententiam illam possessor re-vocari curaverit : n.15. ibid.
Sententia antiquissima sola probat sine actis per quibus lata fuit : c.199.n.1. p.

Sepulchrum.

Explicatur Thesauri junioris sententia, confli-tis differentiam inter jus Canonicum & C. in materia sepulchri familiaris, vel hæredi-& expeditur text. *in l. jus sepulchri* 13. *Cod. Relig.*c.140.n.2. p.
Proponitur vera resolutio, ad quos transeat sepulchri, tã familiaris, quàm hæreditarium.n.
Iura sepulchrorum non possunt cedi extraneis. ibid.
In sepulchro familiari hæredes extranei jus non habent : n.4. ibid.
Filii licèt succedant in sepulcho paterno, quatenus non sint hæredes universales, tamen non succe-dunt in jure Capellæ, nisi sint hæredes : n.5. ibid.
Ex quibus probetur sepulchrum esse familiare, vel hæreditarium : n.6. p.
Descendentes ex linea fœminina utrum possint ar-ma sua ponere in lapide sepulchri:n.7. ibid.
Spurii an succedant in jure sepulchri:n.8. ibid.
Quo casu descendentes ex fœminis succedant in jure sepulchri : n.9. ibid.
Ius sepulchri non transit ad fideicommissarios n.10. ibid.
Limita nisi adsint conjecturæ in contrarium, & quæ sint illæ conjecturæ : n.11. Institutus

& Verborum.

Institutus in testamento nullo, quod sustinetur in vim codicillorum, succedit in jure sepulchri: num. 12. ibid.
Quid statuendum juxta Canonicas sanctiones, quoad successionem in jure sepeliendi: n. 13. ibid.
Inter jus Canonicum, & Civile, non debet fieri differentia quoad successionem sepulturæ: n. 14. ibid.
Respondetur objectionibus: n. 15. & 16. ibid.
Mulier, quæ convolavit ad secunda vota, reddidit se indignam sepulchro primi mariti, quamvis mortuo secundo marito, iterum vidua facta fuerit: numero 17. ibid.
Extincta descendentia, possunt Religiosi sepulturam concedere quibuslibet personis, etiam extraneis: n. 18. ibid.

Sequestrum.

Mulier, de cujus voluntate circa matrimonium dubitatur, debet sequestrari; & facta declaratione, relaxari: c. 165. n. 4. p. 102

Servitus.

In casibus in quibus quis cogitur servitutem in suo pati, debet illi solvi justum pretium illius servitutis: c. 146. n. 15. p. 52

Signatura.

In Gallia simplex signatura sufficit, illa tamen est producenda, vel sumptum ex registro Vrbis: cap. 138. n. 12. p. 37

Sigillatio.

Actus sigillationis sine jurisdictione delegabilis est: cap. 149. n. 15. p. 57
Sigilla, & jurisdictio sigillandi pertinent ad Superiorem, & eum qui est Caput Capituli, Collegii, vel Senatus: n. 16. ibid.

Simonia.

Simoniæ probatio exigit conventionem præcedentem: c. 135. n. 3. p. 31
Quamvis resignans habeat intentionem ut beneficium resignatum alicui certæ personæ conferatur, non est simonia, ne quidem mentalis, si collatori nulla necessitas imponatur: n. 4. ibid.
Super fructibus beneficii vacantis per Regem condonatis non cadit simonia, nisi probetur traditionem factam fuisse propter promissam beneficii resignationem: n. 18. ibid.
Simonia non committitur in venditione fructuum præbendæ: n. 9. ibid.
Possessor beneficii tutus est in conscientia quoad alia beneficia, in quibus nullam commisit simoniam, antequam privetur per sententiam: n. 23. p. 32.
Privationem beneficiorum ob simoniam non inducit ipso jure quoad alia beneficia, in quibus non fuit commissa simonia, verius est: n. 24. ibid.
Simonia non probatur per verba curialia: & solùm affectionem denotantia: c. 157. n. 55. p. 82
Simoniæ judicium in foro conscientiæ dependet ex animo, & intentione partium: c. 160. n. 1. p. 90
Promittens fictè rem temporalem pro beneficio, incidit in crimen simoniæ, propter cooperationem ad peccatum, idque in foro conscientiæ: n. 2. ib.
De triplici simonia, mentali, conventionali, & reali: n. 4. p. 91.
Simonia recipit suam formalitatem à conventione: n. 5. ibid.
Simonia conventionalis efficitur realis per receptionem pretii, vel partis ipsius: n. 6. ibid.
Qui fecit chirographum promissionis rei temporalis resignanti, non incidit in simoniam, si pœnitentia ductus illud laceravit, re integra: n. 7. ibid.
Conventio simoniaca, secundùm multorum sententiam non nocet, si non fuit deducta ad effectum: num. 8. ibid.
Contrarium multi verius esse existimant, quia simonia committitur tam promittendo, quàm recipiendo: n. 9. ibid.
Proponuntur varii casus, in quibus simonia incompleta nocet, aut non nocet, ad privationem beneficii: n. 10. ibid.
Quando agitur de simonia confidentiali, illa dicitur completa per solam promissionem, & ex ea sola infligitur pœna privationis: n. 11. ibid.
Secundùm sententiam aliquorum, non inducitur privatio beneficiorum obtentorum, sed solùm obtinendorum: n. 12. p. 92
Sed contrà, n. 14. ibid.
Si solus tractatus intervenerit, non incurruntur pœnæ simoniæ: n. 13. ibid.
Constitutiones Pauli III. & Pii V. sunt receptæ in Gallia, quoad pœnas contra simoniam etiam conventionalem: n. 15. ibid.
Venditio facta resignanti pretio excessivo, præbet argumentum simoniæ: n. 16. ibid.
Simoniacus potest rehabilitari ad idem, vel alia beneficia, per summum Pontificem, aut etiam in Legatione: n. 17. ibid.

Solemnitas.

In solemnitatibus attenditur constitutio illius loci, in quo actus celebratur: c. 134. n. 24. p. 29
Temporis diuturnitas, concurrente diuturna observantia, facit ut omnia præsumantur solemniter gesta: cap. 199. n. 11. p. 172

Solutio.

Per receptionem solutionum præteritarum, Ecclesia sibi non præjudicat quoad solutiones futuras, sed tantùm quoad decursas à die litis motæ: cap. 162. n. 14. p. 98

Spatium album.

Dimissio spatii vacui in charta consensum excludit cap. 154. n. 32. p. 68

Spolia.

Clericorum spolia spectant ad Cameram, vel ad Abbatem: c. 197. n. 1 p. 168
Quando locus est spolio, hoc intelligitur de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis: n. 3. ibid.
Si Monachus decedat extra claustra, spolia spectant privativè ad Cameram: num. 2. ibid.

Statuere.

Statuere est actus jurisdictionis: c. 173. n. 9. p. 121

Status.

Vltimus status in præsentationibus attendi debet cap. 158. n. 6 p. 87
Ad introducendam status beneficii mutationem quæ requirantur: c. 166. n. 6. p. 104
Ecclesiæ status mutari potest, ut ex parochiali fiat simplex beneficium, per longissimi temporis diuturnitatem, aut ex concessione summi Pontificis: cap. 168. n. 11. p. 110

Statutum.

Statutum Capituli per contrarium usum potest transire in desuetudinem: cap. 127. n. 9. p. 15
Ampliatur ut procedat, etiamsi statutum esset authoritate Apostolica confirmatum: n. 10. ibid.
Statutum à Papa confirmatum, sine ejus authoritate revocari non potest: cap. 149. n. 2. p. 56.
Quamvis ex statuto præscribatur certa forma in celebratione contractus, non propterea excluditur forma, & solemnitas à jure communi requisita: cap. 155. n. 1. p. 73
Quando statutum est clarum, non est recurrendum

ad interpretationem juris communis : n.6. ibid.
Qui non habet qualitates requisitas ex statuto Capituli , non excusatur prætextu ignorantiæ: c.186.n.2. p.144
Obtinens dispositionem ætatis requisitæ à statuto Ecclesiæ , non potest allegare ignorantiam statuti : n.3. ibid.
Per clausulas generales non censetur derogatum statuto particulari Ecclesiæ : n.5. ibid.

Stuprum.

Qui commisit stuprum , non tenetur præcisè puellam ducere,sed liberatur dotem illi constituendo : cap.184.n.1. p.140
Qui promisit cum alia contrahere, & stuprum cõmisit,cogi potest ad nubendum;sed si persistat in pertinacia,dimittendus est,soluta dote:n.3.p.141
Probata inhonestate vitæ mulieris , cessat actio criminalis contra stuprantem : n.11. ibid.
Statur juramento mulieris jurantis se fuisse virginem tempore stupri : n.12. ibid.
Non creditur mulieri accusanti certam personam de stupro circa se commisso : n.14. ibid.

Subjectio.

Subjectio unius Ecclesiæ alteri,quomodo probetur : cap.186.n.7. p.146
Ad probandam subjectionem Ecclesiæ,non est opus producere instrumentum unionis , sed sufficiunt conjecturæ, & quæ? n.9. ibid.
Ex perceptione omnium decimarum præsumitur subjectio Vicariorum in parochialibus:n.11.ib.

Subrogatio.

Ad hoc ut collitigans obtineat,subrogationem,sufficit summo Pontifici narrare litem prout est; veluti si sit tantùm super possessorio : quia obtinebitur subrogatio quoad professionem : cap. 163.num.14. p.99
In materia subrogationis , acta facta ad instantiam unius ex collitigantibus, suffragantur alteri collitiganti : n.16. ibid.

Subrogatus.

Quæ probanda sint per subrogatum Apostolicum, ad hoc ut ejus subrogatio sortiatur effectum: c.163.n.8. p.99

Substitutus.

In beneficiis simplicibus , ex generali consuetudine potest quis deservire per substitutum:de quo tamen vide dicta *part.1.cap.31.n.13. qq.benefic.* c.161.n.16. p.95

Successores.

Successorum nomen comprehendit successores ab intestato : c.153.n.14. p.65

Superiores.

Gesta per Superiorem sunt valida , quamvis delictum ejus sit occultum, vel revocatio illius nondum in notitiam deducta : c.131.n.8. p.22
Quantum fieri potest Superiores Conventus deputari debent ex eodem Ordine , & eodem habitu : c.181.n.16. p.136

Suspensus.

Suspensus , aut interdictus , arcetur à beneficiis obtinendis : c.126.n.9. p.14
Suspensus aut interdictus , si ministraverit in Ecclesia , efficitur irregularis:n.10. ibid.

T.

Taxativa.

LEgatum taxativè relictum non admittit augmentum salarii Missarum:c.162.n.4.p.97
Si Testator legati verba incœperit à numero Missarum, & postea adjecerit quantitatem eleemosynæ,seu stipendii,censetur loquutus demonstrativè,& ideo remanente eodem Missarum numero, stipendium augeri debet : n.5. ibid.
Dispositio facta favore piæ causæ ; potiùs demonstrativè quàm taxativè facta censetur : n.6.ibid.
Imò Senatus Tolosanus judicavit distinctionem illam taxationis , vel demonstrationis , in legatis piis non esse admittendam ; sed indistinctè fundationem in totum exequendam super omnibus bonis fundatoris : n.7. ibid.

Tempus.

Regulariter dispositio debet taxari secundum tempus,quo illa effectum sortitur , nempe tempore faciendæ fundationis : c.162.n.9. p.97
Quando tractatur de iis,quæ successu temporis variantur,debet etiam ad futurum haberi respectum : n.11. ibid.
Si pecunia propter fructus solvenda sit, attenditur tempus solutionis,non dispositionis : n.12.p.98
Habilitas post tempus requisitum supervenies non suffragatur : c.161.n.6. p.94
Licèt locatio facta fuerit in pecunia, tamen attendi debet tempus perceptionis fructuum, quorum loco pecunia solvitur : c.162.n.8. p.100
Tempus incœptum in odiosis non habetur pro completo : c.136. n.7. p.55
In mandato de providendo inspicitur tempus mandati , quoad habilitatem personæ ; non autem tempus exequutionis mandati:c.139.n.11.p.119
In mandato de providendo inspiciendum est tempus Datæ rescripti : n.22. ibid.

Testamentum.

Qui habet concessionem facultatis testandi , non potest talis concessio illi suffragari, nisi testamentum condiderit , & potentiam reduxerit ad actum : c.153.n.1. p.63
Quando facultas testandi non comprehendit clausulas annullativas in casum contrarium,facilius dicitur executioni demandata per tacitam dispositionem : n.4. ibid.
Magna est differentia inter reservationem testandi seu disponendi, factam per eum qui est Dominus , & per eum qui facultatem alicui non concedit ut disponat : n.5. ibid.
Quando facultas disponendi Clericis concessa tunc de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis disponere possunt,sicut de aliis eorum bonis patrimonialibus : n.6. ibid.
Facultate disponendi alicui concessa cum clausula *liberè*,censetur disposuisse tacitè relinquendo ab intestato suis legitimis successoribus : n.7. ibid.
Qui nudum habet usum , non censetur reductus ad actum facultatem testandi , nisi expressè disposuerit : n.8. ibid.
Clerici per facultatem disponendi,ex usufructuariis efficiuntur Domini : n.10. ibid.
Verba ampla & generalia transactionis ostendant in facultate testandi comprehendi etiam casum intestati : n.11. ibid.
Revocato testamento titulus reducitur ad non titulum, & fructus sunt restituendi: c.191.n.14. & 15. p.151
Quamvis Vicelegatus Avenionensis possit, ex facultatibus Legationis, concedere facultatem testandi Religiosis ; illa tamen non extenditur ad bona patrimonialia Monachi , quæ jam fuerunt delata & quæsita monasterio : c.197.n.15.p.167
Facultas testandi non debet intelligi, ut quis possit disponere testamento possit de bonis, & reditibus : n.16. ibid.

Testis.

Quænam testibus fides adhibenda sit, Iudicis arbitrio committitur : c.165.n.7. p.103
Qui non vocatus sese ingerit ad faciendam declarationem, seu depositionem adversus matrimonium contrahendum, ut illud impediat; uti suspectus removendus est : n.8. ibid.
Probatio per testes non debet rejici, quando agitur de causa criminali : c.184. n.9. p.141
Probatio per testes non est admittenda, quando probato facto jus non resultaret, & sic probatio esset inutilis : n.10. ibid.
Probatio per testes quando admitti possit, dum agitur de causa matrimoniali : n.8. ibid.

Theologalis Prabenda.

Præbenda Theologalis permutari potest cum eo qui habet qualitates requisitas : c.139.n.2.p.38
Pensio super præbenda Theologali imponi non potest : n.3. ibid.
In Gallia resignans cogit resignatarium ad solvendam pensionem impositam super præbenda Theologali, in odium perfidiæ : n.4. ibid.
Consultius est, ut impositio pensionis super Theologali approbetur à summo Pontifice : n.6. ibid.
Præbenda Theologalis requirit actualiter qualitatem Doctoratus : n.16. p.39

Titulus.

Ex immemoriali præstatione præsumitur titulus adversus eum, qui alicui Ecclesiæ inservivit: quem titulum allegare sufficit, quamvis non probetur : c.156.n.11. p.75
Ampliatur, etiamsi non sit immemorialis, sed centenaria, quæ immemoriali minor est : n.12. ibid.
Titulus dicitur discoloratus, quando possessor beneficii habet contra se sententiam legis, vel hominis : c.179.n.16. p.133
Titulus non est necessarius longissimo tempore possidenti, ad acquirendam exceptionem contra actorem, quidquid sit agendo: c.199.n.17.p.173

Transactio.

Transactio longissimo tempore observata, non indiget ratificatione, sed omnia præsumuntur solemniter gesta : cap.199.n.2. p.172
Transactio super rebus Ecclesiæ, licèt non afficiat successores in beneficio, afficit tamen si longissimo tempore fuerit observata : n.4. ibid.
Qui vult allegare læsionem interveniss in transactione, tenetur producere omnia acta super quibus transactio facta fuit : n.12. ibid.
Vtrùm Ecclesia possit per transactionem dimittere bona in manibus transigentis; resolvitur negativè ex veriori sententia : c.137.n.9. p.35
Verba transactionis adeo generalia esse possunt, ut etiam ad prædia in futurum acquirenda trahantur : c.150.n.3. p.58
Vt confirmatio transactionis sit realis, requiritur quod fiat cũ cognitione causæ: c.167.n.2.p.107

Translatio.

Translato integro manasterio, transferuntur quoque omnia illius bona : c.122.n.15. p.5
Translatio hodie fieri non solet sine licentia Episcopi, & de consensu primi monasterii: n.17. ibid.
Translatio personæ Episcopi ab una ad aliam Ecclesiam, fieri non potest inconsulto Romano Pontifice : c.129.n.1. p.17
Vna Ecclesia, aut Sedes non potest in aliam transferri, ex sola Ordinarii authoritate : n.2. ibid.
Vtrum translatio Ecclesiæ Abbatialis fieri possit authoritate Ordinarii. ibid.
Solam Ordinarii authoritatem sufficere tenet Abbas, cujus opinio examinatur : n.4. ibid.
Plus est Ecclesiam transferre, quàm unire : n.5.ib.
Per translationem jura & privilegia Ecclesiæ translatæ transferuntur in aliam Ecclesiam; per unionem verò retinentur : n.6. ibid.
Quando agitur de translatione Sedis Abbatialis, tractatur de interesse Regis uti fundatoris in Gallia : n.13. p.18
Translatio Sedis Abbatialis exigit citationem Abbatis pro suo interesse : n.14. ibid.
Quæ sint justæ causæ translationis Ecclesiæ, remissivè : n.16. ibid.
Translatio monasteriorum de loco ad locum fieri non potest sine licentia summi Pontificis; sufficit tamen licentia generalis : c.183.n.3. p.139

Triangularis.

Resignatio, aut permutatio triangularis, aut quadrangularis, est nulla : c.180.n.3. p.134
Hoc est verum, si id fiat præcedente firma conventione : n.6. ibid.
Explicatur *caput penult. de rer.permutat.* n.7. ibid.
Resignationes triangulares simoniacæ sunt : n.8.ib.
Resignationes triangulares, aut quadrangulares sunt validæ, si intetveniat authoritas summi Pontificis : n.9. ibid.
In Gallia non admittuntur triangulares resignationes, nec illas facilè sumnius Pontifex concedit: n.11. ibid.

Triennalis.

Regula *de triennali* non juvat confidentiarium ratione aliorum beneficiorum, super quibus confidentia commissa fuit, ex opinione Parisii & Rebuffi : c.135.n.18. p.31
Contrarium alii tenent, nempe Regulam *de triennali* juvare confidentiarium quoad reliqua beneficia, super quibus simonia non fuit commissa: n.19. p.32
Regula *de triennali* non juvat possessorem beneficii reservati, reservatione clausa in corpore juris: n.20. ibid.
Regula juvat incapacem incapacitate personæ : n.21. ibid.
Fallit in eo, qui est omninò & funditus incapax; veluti Laicus, fœmina, & similes; hinc enim non juvantur Regula *de triennali* : n.22. ibid.
Regula *de triennali* solam excipit simoniam, & violentum ingressum : n.14. ibid.
Provisus ab alio quàm à Rege de beneficiis Regaliæ suppositis, ex nova Galliæ jurisprudentia juvatur Regula *de triennali*, quamvis aliàs Regalia duret per triginta annos : c.170.n.20
Causa ad Curiam devoluta per appellationem extrajudicialem, possessio semper remanet litigiosa, ideo possessor non potest dici pacificus triennalis, donec lis per sententiam fuerit terminata: c.179.n.13. p.133.
Possessio triennalis inducit præsumptionem tituli validi, etiamsi constaret de alio titulo invalido: c.186.n.7. p.145

V

Vacatio.

Impetratio beneficii est valida, quamvis alius quàm verus vacationis modus fuerit expressus, propter clausulas quæ solent apponi in supplicationibus : c.130.n.10. p.20
De jure communi sufficit narrare in genere quod beneficium vacat : n.13. ibid.
Quomodo differant inter se vacatio de jure, & vacatio de facto : n.14. ibid.
Nullo vacationis modo expresso, omnis vacandi modus

modus continetur : n.15. ibid.
Fallit in impetratione gratiæ *si neutri*, in qua certus vacationis modus exprimendus est : n.16. ibid.
Si resignatarius, cui Episcopus contulit in Gallia moriatur intra viginti dies post resignationem, beneficium non vacat per obitum, sed per resignationem : cap.169.n.4. p.111
Quando resignatio non admittitur, beneficium non vacat : cap.188.n.3. p.148
Sufficit impetranti quòd modus vacationis expressus sit verus de facto, licèt non sit verus de jure : num.23. ibid.

Variatio.

Non est permissa Episcopo quando res non est integra ; quod quomodo procedat, exponitur : c.128.n.11. p.17
Patronus qui promisit cum juramento unum nominare, non potest variare, & cumulativè alium præsentare : c.157.n.47. p.82
Patronus laicus variare non potest, seu novam facere præsentationem, quando res non est integra : c.172.n.9. p.120
Variatio licita quidem est Patronis laicis cumulativè ; secus si privativè : & sic non potest Patronus revocare primam præsentationem, sed tantùm novam addere primæ, & aliter facta præsentatio, nulla est : n.10. ibid.

Vassallus.

Vassallus ignorans rem esse feudalem, justam habet excusationis causam erga Dominum, cui homagium non præstitit : c.198.n.8. p.170
Vassallus justam habet causam ignorantiæ, quando agitur de facto alieno : n.10. p.171

Vendere.

Ecclesia, uti manus mortua, cogitur per Dominum directum vendere bona noviter acquisita : c.137.num.11. p.36
Nemo invitus propriam rem vendere cogitur, etiam soluto sibi justo pretio ; quod tamen fallit, dum agitur de bono publico : c.146.n.1. p.51
Dum quis rem propriam vendere cogitur, debet illi damnũ resarciri ultra rei verum valorem : n.2. ib.
Vt quis rem suam vendere cogatur, debet constare de præcisa morali necessitate Monasterii : n.3. ib.
Nemo vendere cogitur domum vicinam Monasterio, si Monasterium possit habere domunculas vicinas pro ampliatione illius : n.6. ibid.
Nemo cum maximo suo incommodo cogitur domum suam vendere : n.7. ibid.

Verisimilis notitia.

Tempus verisimilis notitiæ non incipit ab opinione, sed à vera vacatione : c.170.n.10. p.115

Via.

Nemo cogitur alicui viam præstare, si illam habere potest in alio loco, quamvis remotiori, vel longiori : c.146.n.5. p.51

Vicarius.

Vicarii amovibiles deputantur in parochialibus unitis monasteriis : c.141.n.11. p.42
Vicarios perpetuos in beneficiis unitis Episcopus deputare potest : c.167.n.17. p.108
In Ecclesiis nimis remotis deputandus est Sacerdos amovibilis pro administratione Sacramentorum : n.18. ibid.
Deputatio Sacerdotis in Capellis remotis ab Ecclesia principali, debet fieri sine dismembratione Parochiæ : n.19. ibid.
Licèt Episcopus Vicarios amovibiles fecerit perpetuos, non præjudicatur juribus primæ Dignitatis Ecclesiæ : c.187.n.10. p.146

Vicelegatus.

Potentiori jure nititur facultas Vicelegati ab [illegible] Summo Pontifice immediatè deputati : c.134 num.4. p.61
Vicelegatus Avenionensis utrùm possit derogare bullæ Pii V. *Ad exequendum* : & utrùm dicta bulla requirat specialem derogationem ? & quid in beneficiis Galliæ ; c.187.n.14. p.147

Visitatio.

Visitatio est actus jurisdictionis : c.124.n.1. p.[illegible]
Ius visitandi adjudicatum Episcopo, non excludit visitationem quæ inferioribus competit : n.15. p.[illegible]

Virginitas.

Probatio virginitatis per juramentum mulieris, cessat si probetur veritatem esse in contrarium, & quod ab alio, vel aliis fuerit cognita : c.184 n.13. p.141

Viventis beneficium.

Impetrans beneficium viventis ignoranter, debet illud exprimere in supplicatione porrecta Summo Pontifici : c.170.n.12. p.[illegible]
Impetrans beneficium viventis per obitum, non juvatur triennali possessione : n.36. p.117

Vnio.

Vnio, & revocatio unionis in beneficiis Ecclesiarum exemptarum, ad solam Sedem Apostolicam pertinet : c.128.n.4. p.16
Vnio fieri potest futuro monasterio, seu nondum erecto : cap.144.n.1. p.48
Vnio fieri non potest futuro Seminario : & quæ sit ratio differentiæ inter futurum monasterium, & futurum seminarium : n.5. & 6. p.49
Vnio nulla est, si non interveniat consilium parentorum : n 8. ibid.
Ampliatur, ut locum habeat in patronis Ecclesiasticis : n.9. ibid.
Quando sunt plures patroni, unio nulla est si omnium consensus non intervenerit : n.10. ibid.
Vnio sine consensu Patroni Ecclesiastici est valida si facta fuerit authoritate summi Pontificis : n.11. ibid.
Episcopi possunt authoritatem interponere unionibus beneficiorum : c.151.n.1.
Quamvis unio fiat in favorem monasterii, Episcopus potest illam confirmare : n.2.
Quamvis agatur de Monasterio exempto, Episcopus authorizare unionem beneficii [illegible] in ejus favorem : n.3.
Beneficia quibus annexa est cura animarum, regulariter non possunt uniri monasteriis : n.4. ibid.
Vnio beneficiorum fieri potest locis piis, etiam parochialia sint, pro fidei propagatione, vel juventutis institutione : n.5. ibid.
Resignatio beneficii ad effectum unionis, non est vera & propria resignatio : & ideo sub conditione unionis est valida, etiam coram Ordinario num.6. ibid.
Episcopus beneficia unire potest ex justa causa cap.156.n.1. p.94
Vnionis validitas post lapsum temporis immemorialis, quo durante fuit observata, in dubio revocari non potest : n.2. ibid.
Episcopus sicut unire, & ita unionem jam factam dissolvere potest : n.3. ibid.
Vnionis revocatio non potest fieri per Episcopum, nisi adhibita causæ cognitione, & vocatis partibus num.4. ibid.
In unione facienda Rector non est vocandus, secus [illegible]

autem in unione revocanda : & quæ sit ratio differentiæ : num. 5. ibid.
Per unionem beneficii viventis non fit illius possessori præjudicium, quia illius jura præservantur, donec per cessum, vel decessum beneficium illius vacaverit : n. 6. p. 75
Rector beneficii, quod ejus vita durante, & sic ante vacationem unitum fuit, potest non obstante unione illud resignare in favorem tertii, adhibitis clausulis necessariis ; & ratio redditur : num. 7. ibid.
Beneficium, quandiu remanet unitum, non potest confertri, quia status collativus est contrarius unioni, & tale beneficium non vacat de per se : num. 9. ibid.

Vniversitas.

Vniversitate destructa, divisio bonorum fieri debet ad ratam patrimonii cujuslibet particularis : c. 122. n. 11. p. 4

Voces.

Differentia constitui debet inter paritatem vocum in præsentatione, & eam quæ intervenit in electione : c. 171. n. 9. p. 118

Voluntas.

Quando agitur de mutanda testatoris voluntate, quantùm fieri potest debet hoc fieri cum conformitate ad voluntatem testatoris : cap. 175. num. 13. p. 125
Alteratio voluntatis testatoris fieri debet mutatâ formâ, sed non mutatâ substantiâ : n. 14. ibid.
Requisitio Ecclesiæ super commutatione voluntatis testatoris prævalere debet consensui, seu requisitioni hæredis : n. 15. ibid.

FINIS.



PERILLUSTRIS DOMINI
PETRI FRANCISCI
DE TONDVTI,
SANLEGERII
DOMINI ET TOPARCHÆ;
QUÆSTIONUM ET RESOLUTIONUM
Civilium

Voluminis Secundi Pars Posterior.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

APPROBATIO.

LIBER iste nihil habet quod Fidei Christianæ non consentiat, nihil quod foro interno repugnet, nihil quod foro externo non sit utilissimum, pro dignitate quam Author jam multis prævijs operibus sibi meritò comparavit. Avenione 5. Februarii 1657.

JACOBUS ROCHETTE Theologus Societatis Jesu.

EGo infrascriptus Societatis Jesu Theologus fidem facio, Opus inscriptum, *Controversiæ Civiles, Authore perillustri Domino PETRO FRANCISCO DE TONDVTI SANLEGERIO, Toparcha, Comite Palatino, & Sancti Officij Consultorum Decano*; nihil contrarium fidei, vel bonis moribus continere; sed Authoris sapientia, fama, & hominum de eo expectatione dignissimum, omnia in eo ex Juris Civilis principiis, ex Insignium Jurisconsultorum doctrina, ex decisionibus Gravissimorum Tribunalium, ex rationum momentis eruditè, perspicuè, presse tamen, reconditè, & solidè esse tractata, & accuratè explicata: dignum sanè Opus quod in publicum commodum ocyùs edatur, & Judicum ac Mystarum omnium manibus teratur. Avenione 4. Februarii 1657.

DESIDERIUS CHEMINOT, Societatis Jesu.

APPROBATIO R. P. Inquisitoris.

Imprimatur. Fr. PETRUS DU FOUR Inq. Generalis.

APPROBATIONES.

QUæstiones has, Civiles, Beneficiales, Canonicas, & Regulares optimè, adeoque Orthodoxè in fide & moribus, resolvit Dominus D. Petrus Franciscus de Tonduti Sanlegerius; proindéque prælo mandandas in publicam utilitatem censuimus. Lugduni prima Maii 1657.

Fr. Paulus Lombard Doctor Theologus Facultatis Paris. & Prior Carmelitarum.

Fr. Alexander Richard Doctor Theologus Facultatis Paris. & Prior Fratrum Prædicatorum.

Summa Privilegii Regis Christianissimi.

LUDOVICUS XIV. Dei gratiâ Galliarum & Navarræ Re... Christianissimus, singulari Privilegio sanxit, ne quis per univers... Regnorum suorum fines, intra decem annos à die finitæ impres... nis computandos, imprimat, seu typis excudendos curet, & ven... habeat libros, tam editos, quàm edendos, *D.D.P.* FRANCISCI DE TOND... SANLEGERII, *Iurisconsulti Avenionensis, &c.* præter PHILIPPI BORDE, Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsemet conces... Prohibuit insuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, eos... libros extrà Regni sui limites imprimendos curare, vel quempiam, u... cumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu d... PHILIPPI BORDE. Idque omne sub confiscatione librorum, alias... pœnis contra delinquentes expressis, uti latiùs patet in litteris datis Pariis... die 6. Februarii 1668.

Ex mandato Regis

Signatum,

DENIS.

Hæc ultima editio desiit excudi die 25. Aprilis 1689.

INDE...

INDEX CAPITUM
PARTIS SECUNDÆ
QUÆSTIONUM ET RESOLVTIONUM
Civilium.

CAP. CI. DE duplici jure offerendi, nempe de eo quod competit tertio possessori adversus creditores: Et de eo quod datur creditori aduersus possessores. Et cuius temporis æstimatio attendi debeat, quando fit oblatio, siue valor auctus fuerit beneficio temporis, siue propter melioramenta in prædio facta. pag. 1

CAP. CII. Pater qui filio suo donauit medietatem bonorum suorum francam & exemptam ab omnibus debitis, reseruata sibi facultate liberæ administrationis, non potest ad propriam utilitatem conuertere pecunias ex administratione prouenientes, nec ex illis propria debita, & legitimas aliorum liberorum soluere, in præiudicium maximè vxoris, & liberorum, quibus jus quæsitum est per donationem factam in contractu matrimonii. p. 2

CAP. CIII. Pater filium emancipans habet medietatem vsusfructus bonorum aduentitiorum filii, quæ tempore emancipationis possidebat, etiamsi illam sibi expressè non reseruauerit. Totum tamen vsumfructum reseruare potest. Quid si agatur de hæreditate delata, sed non agnita? Et vtrùm per retentionem dotis maternæ pater censeatur matris hæreditatem adiuisse nomine filiorum? Quoad verò bona per filium post emancipationem quæsita, nullus patri quæritur vsusfructus, etiamsi illum sibi expressè reseruauerit. p. 4

CAP. CIV. Quomodo dos ad patrem soluto matrimonio reuersa diuidatur inter liberos, patre mortuo ab intestato? Et vtrùm filia liberetur conferendo solam dotis actionem? De immissione deneganda quando grauatus habet detractiones faciendas. Et vtrùm fideicommissarius possit illas offerre in pecunia inuito grauato? De præscriptione cessante durante tempore quo grauatus possidet, Et vtrùm in diuisione hæreditatis cohæres possidens antea pro indiuiso, possit inuitis creditoribus alterius cohæredis imputare in suam portionem bona alienata, pro pretio quo facta fuit alienatio sine fraude. p. 6.

CAP. CV. Dominos Iurisdictionales non posse regulariter prohibere subditis suis venationem. Posse tamen prohibere in locis suis propriis, etiamsi non sint circumdata muro. Dominos particulares posse prohibere, ne venatores contra eorum voluntatem ingrediantur sua prædia. Proclamationes quibus subditi nec re, nec facto contradixerunt, constituere Dominos in quasi possessione prohibendi venationem. p. 8

CAP. CVI. Continetur hic decisio Rotæ Romanæ, facta in causa graui *Sabinensi Status montis Libretti*, venditi clariss. mem. Principi Thaddæo Barberino, per Dominos Ducem Ferdinandum & alios de Vrsinis: & deciditur quomodo fieri debeat æstimatio diuersorum corporum vnica venditione & vnico pretio, ad singula tamen rubra valoris frumenti venditorum. Vtrùm videlicet fieri debeat æstimatio in globo, & cumulo; an verò quoad singula corpora? Et vtrum Periti possint cogi post factam & remissam relationem, ad faciendam illius declarationem, tam ad instantiam partis, quàm ex officio Judicis. Quid si agatur de Arbitro, de communi partium consensu electo; & quando, seu in quibus casibus Peritus cogi possit ad reddendam rationem suæ relationis? Et ad quid obliget juramentum de standō peritorum relationi. pag. 9

CAP. CVII. Tractatur materia relationis peritorum juxta terminos præcedentis decisionis, & concordatur textus *in l. Mœuius* 53. *§. finali, ff. famil. erciſc.* cum textu *in l. fin. §. præterea, C. de jure dot.* Quando videlicet æstimatio alicuius rei fieri debeat respectu singulorum corpo-

rum sub toto vniuersali comprehensorum. Tribus Peritis per partes nominatis discordantibus, quid agendum sit ? Et quomodò venditio pretio per eos æstimando sit nulla ? Si tamen non in pretio, sed in liquidatione alicuius qualitatis discordes fuerint, deueniendum esse ad nominationem nouam. p.14

Cap. CVIII. In hoc capite continetur posterior decisio Rotæ Romanæ, confirmatoria præcedentis, lata *in causa Sabinensi status Montis Libretti :* & continuatur materia æstimationis, & relationis per Peritos faciendæ per singula corpora, & non in cumulo, quando agitur de diuersis speciebus, quamuis vnico pretio venditis : maximè dum versatur notorium interesse partium. p.18

Cap. CIX. De societate & confusione bonorum inter coniuges, & diuisione bonorum facta inter liberos, adiudicatis vni bonis liberis, alteri verò bonis fideicommisso suppositis fratri restituendis, vtrum videlicet agenti ad fideicommissum fratri, alter possit opponere exceptionem euictionis ? Et de exemptione detractionum competente etiam tertio possessori bonorum fideicommisso suppositorum. Quando pater possit filium suum grauare in bonis antiquo fideicommisso suppositis. Et ex quibus colligi possit parentes liberis suis donantes, voluisse in donatione comprehendere bona fideicommisso suppositа, quorum restitutio adueniente casu ipsi Donatario facienda est. pag.20

Cap. CX. Inuentarii conficiendi tempus non esse vnius anni, quando major pars bonorum non est in aliena Monarchia. Actiones reales pendente tempore inuentarii moueri posse, nisi lis cum defuncto fuerit contestata. De imputatione donationis paternæ in legitimam filii. Patrem posse liberis primi gradus prohibere Trebellianicam. Et vtrùm possit liberos grauare in bonis donatis ? De captatoria dispositione in contractibus. De donatore reservante sibi facultatem substituendi in bonis donatis ; & quando censeatur comprehendere voluisse bona jam donata in substitutione generali facta eidem donatario hæredi instituto ? Caducato primo substitutionis gradu, secundum substitutum per compendiosam subintrare primum gradum, & succedere per vulgarem substitutionem in compendiosa contentam. p.25

Cap. CXI. Vtrum donatis per patrem filio fructibus, cum amplissimis clausulis, censeatur etiam donata proprietas bon[orum], ex quibusdam verbis contractus [d]i vtrùm donatio fructuum facta filio [in] templatione matrimonii, continet [ju]s aliquod reale transitorium ad hæred[es] pag.32

Cap. CXII. Vocatis masculis ad fideic[om]missum, vtrùm masculi descendentes [per] fœminis admittantur, si sint vocati in [al]teriori gradu ? Et vtrùm excludant [ma]culos descendentes ex alia fœmina [p]resse substitutos ? Et vtrum appellatio *des enfans*, comprehendantur liberi [de]cundi, & aliorum posteriorum gradu[um] Et ex quibus fœminæ censeantur hab[ere] se respectum ad conseruationem [ag]tionis sui mariti. Denique vtrùm [si] fuit in conditione positus in primo [gra]du, præsumatur vocatus in posteriori[bus] substitutionibus, super quibus refer[tur] decisio Rotæ Romanæ coram D. Pirro[no]. p.

Cap. CXIII. Insinuatio vtrùm requirat[ur] in assignatione bonorum facta irreuocabiliter per patrem filiis suis ? Donatio vsusfructus facta per patrem filiis vtrùm debeat insinuari ? Remissio juris quærendi est valida, etiam non insinuata. Si filius negotietur separatim à patre, vtrùm sibi, an patri acquirat, & pro qua parte. Avus administrans bona suorum nepotum ex filio, vtrùm non requisitus teneatur illorum facere inuentarium, vel [de]scriptionem ? Et vtrùm pater, aut [a]dministrans bona filiorum, seu nepotum, possit exigere pecunias [eis] non data cautione ?

Cap. CXIV. Præscriptionem [in]quidem per litis contestationem [non] cùm oriatur duntaxat mala fides ; [con]test iterum inchoari præscriptio[nem] legitimo impedimento lis cessante, [per] spatium triginta annorum, etiam [ex]dùm dispositionem juris Canonici [ad]tarium prohibitum de quidquam [re]do super bonis donatoris, cum [clau]ampliſſimis, non posse acceptare [don]nem quin acceptet onus illi impo[sit]etiam quoad bona suppositа fideic[om]missо, immixta cum patrimonio [don]ris. p.

Cap. CXV. Mulier ad secunda vota [ad]conuolans, ex nouissimo jure [solle]bet vsumfructum in lucris nuptialib[us] dempta virili portione illorum, [de]libitum disponere potest : Et vtrum [ex]sit quod de illa expressè disponat, [an] rò illam transmittat ad hæredes etiam intestato ? Et quæ sit differentia inter [ea]

era nuptialia, & non nuptialia? Et utrùm arreragia legati annui peti possint per hæredes mulieris; & contra quos. pagina 43

Cap. CXVI. Locumtenens Domini Rectoris Comitatus Venaissini, utrùm sit immunis à collectis; & quibus privilegiis utatur? Solutiones collectarum antea factæ, utrùm illi præjudicent quoad futurum. Habentem officium publicum nihil facere posse in præjudicium suæ Dignitatis & successorum. Quando quis possit suo privilegio renunciare per simplicem non usum. Et productio tituli invalidi quando tollat præsumptionem alterius tituli validioris. p.45

Cap. CXVII. Solutio dimidii laudemii quæ de novennio in novennium fieri debet, licèt regulariter facienda sit juxta valorem bonorum de tempore solutionis, seu renovationis; tamen secus est quando per spatium temporis immemorialis solutio facta fuit juxta valorem temporis concessionis. Immemorialis quomodo probetur? & quod ipsa habeat vim tituli. Quando promissio renovationis emphyteusis sit pura; & sic statim incipiat præscriptio: quando verò sit conditionalis, & sic non possit esse præscriptioni locus ante eventum conditionis. p.47

Cap. CXVIII. Facta substitutione reciproca inter filios hæredes institutos, & suos; in illa substitutione etiam nepotes comprehendi. Substitutio facta de superstitibus, & eorum liberis, utrùm intelligatur de liberis superstitum, an verò de liberis præmortuorum? De duplici substitutione reciproca, videlicet simplici, & mixta: & de effectibus utriusque. Argumentum prædilectionis quomodo procedat. Prælegata quandonam contineantur in fideicommisso. Et quibus in casibus agenti ad fideicommissum vigore testamenti denegentur remedia possessoria adipiscendæ possessionis. pagina 49

Cap. CXIX. Stipulationem in donatione appositam pro donatario & illius hæredibus, & successoribus quibuscumque, repugnare substitutioni graduali, & perpetuæ in bonis donatis. De donatione facta filio & hæredibus, quod ad ejus successionem qualitas hæreditaria requiratur. Liberi in conditione positi, non censentur vocati in contractibus, nisi ex conjecturis. Et vocatio vicissim excluditur si adsint conjecturæ in contrarium. De dictione Gallica *Enfans*, utrùm sit collectiva, an verò solos filios primi gradus comprehendat, secundùm usum loquendi communiter observatum. pagina 53

Cap. CXX. Expenduntur variæ conjecturæ tam vocationis, quàm exclusionis liberorum positorum in conditione; nempe ex qualitate descendentiæ, masculinitatis, dotationis filiarum ordinatæ. De conjectura petita ab absurdo, à verisimili mente testatoris, & aliis similibus. p.56

Cap. CXXI. In hoc capite continetur ultima decisio Rotæ Romanæ, lata in prædicta causa, de qua *in duobus capitibus præcedentibus*, ultra alias decisiones insertas *suprà*, *cap. 55. parte prima harum quæstionum Civilium*: & deciditur, liberos hoc casu non esse vocatos, licèt in conditione positos; rejectis conjecturis pro vocatione allatis, & approbatis aliis quæ contra vocationem deductæ fuerunt. Confirmatur doctrina deducta ex stipulatione interposita per donatarium pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscumque: & confirmantur prædictæ decisiones in eadem causa factæ. pag. 58

Cap. CXXII. De restitutione, vel solutione dotis consistentis in pecunia, facta uxori constante matrimonio. Et quando pecunia soluta uxori præsumatur tota perveniisse ad maritum. De fructibus dotis & augmenti uxori solvendis viro vergente ad inopiam: Et quibus in casibus fiat, aut excludatur novatio, maximè dum agitur de dote. p.61

Cap. CXXIII. Fidejussor, qui pro alio intercessit, quomodo, & qua actione indemnitatem consequatur pro summis solutis, & damnis passis, necnon pro legitimo interesse per eum soluto, vel passo: & quod hoc casu non sit opus denunciatione, quæ alioquin requiritur ratione damni emergentis. Quid si bona fidejussoris coactè viliori pretio vendita sint, utrùm detur repetitio istius interesse? Et à quo tempore oriatur hypotheca? Ex sententiis, vel mandatis judicialibus, utrùm nascatur hypotheca tacita? Vxor pro fructibus bonorum extradotalium, utrùm habeat hypothecam? Filii tamen habent illam in bonis patris administrantis. p.63

Cap. CXXIV. Legitimatio per rescriptum supremi Principis facta, non potest præjudicare fideicommisso, nisi Princeps deroget ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, & agatur de fideicommisso nondum aperto. Legitimationem

nem cum clausula *sine præjudicio venientium ab intestato*, non impedire quin legitimatus capiat ex testamento, non tamen in præjudicium fideicommissorum. Prohibita alienatione, utrùm prohibeatur illa quæ provenit ex legitimatione. Legitimationem in articulo mortis factam non nocere substitutis. De potestate Archivii Romani circa legitimationes. pag.65

Cap. CXXV. De exclusione fideicommissi gradualis & perpetui propter verba, & dictiones restrictivas, non obstante consideratione masculinitatis, primogenituræ, prohibitione alienationis, & digressione ad plures gradus. De substitutione vulgari per plures gradus subordinata, quod in ea admisso uno ex substitutis, cæteri excludantur: & ex quibus arguatur plures substitutos admitti per solam substitutionem vulgarem.

Cap. CXXVI. De Notario, seu Graffario cujusdam Curiæ loci Comitatus Venaissini, qui fuerat condemnatus ad suspensionem exercitii sui Graffariatus ad quinquennium sub pœna falsi, eo quòd non tam citò detulerat quemdam processum criminalem suæ Curiæ ad Auditorem Avenionensem; cujus sententia fuit revocata in gradu appellationis, & Notarius definitivè absolutus ex judicio Rotæ. p.71

Cap. CXXVII. Ex injuncto onere deferendi nomen, & insignia familiæ testatoris, utrùm inducatur fideicommissum favore agnationis? Et quid hac in re servetur secundum præjudicia Curiarum Galliæ, & Hispaniæ. Masculi descendentes ex fœminis, possunt conservare fictam agnationem per nominis, & insignium delationem. Vocatio fœminarum in aliqua parte substitutionis excludit contemplationem agnationis. p.72

Cap. CXXIII. Fidejussor census annui si solvat, & censum retrovendat, obtenta nihilominus cessione jurium à creditore, non dicitur solvisse extinctivè, sed translativè; & ideo potest petere omnes census annuos decursos à tempore solutionis per ipsum factæ; quia verba translativa in eodem contractu apposita prævalent extinctivis. Et si fidejussor, aut correus, quando fidejussoris loco est, acceptaverit delegationem cujusdam tertii debitoris delegati, sibi non præjudicat quoad jura sibi competentia contra principalem debitorem, si illa sibi reservaverit. p.74

Caput CXXIX. Utrùm substitutio facta posthumo *si sine liberis moriatur*, [illegible] habeat si posthumus non nascatur? Quid si substitutio facta fuerit jam nato, [illegible] & posthumo, *si sine liberis decedat* [illegible] debeat sortiri effectum, & an plures resolvatur in singularitates in præjudicium personæ prædilectæ. Jus accrescendi an sit potentius substitutione vulgari facta de persona minùs dilecta. p.

Cap. CXXX. Ex sola sexus masculini [illegible] sideratione non oriri probationem [illegible] commissi agnatitii, sed tantùm conjecturam; nisi tamen fœminæ in aliqua substitutionis parte essent vocatæ: ex eo excluditur conjectura fideicommissi agnatitii. Suis vocatis, non resultat [illegible] commissum inter ipsos, nisi adsint [illegible] testamenti in contrarium, adeo ut sufficiant dictiones perpetuitatem denotantes in certis casibus. p.

Cap. CXXXI. Testamentum patris [illegible] liberos, etiam sine Notario & testibus [illegible] validum est. Et quæ ad illius validitatem requirantur? Et quæ sit praxis publicationis hujusmodi testamenti? *Illud autem* non subsistit quoad ea, *quæ concernunt* uxorem, aut alios qui *non sunt de liberis*. Quid agendum sit *quando unus fuit* instituta hæres, & gravata de eligendo unum ex liberis, cùm ejus substitutus facultas eligendi sit invalida, in testamento minùs solemni relicta. p.

Cap. CXXXII. Substitutio pupillaris [illegible] tenta in compendiosa, quando [illegible] excludat à legitima, & quæ conjecturæ inducant præsumptionem voluntatis testatoris ad illius exclusionem [illegible] mentio certorum bonorum relictorum in compendiosam validam, ad colligendam substitutionem meram fideicommissariam favore matris. Quid si mater ad [illegible] vota transiverit, & testator illi [illegible] fecerit in casum secundarum nuptiarum. pag.81

Cap. CXXXIII. De via publica, & ad illam constituendam requisita. Utrùm qui per longissimum tempus [illegible] publicam clausit, debeat manutenere in sua quasi possessione? Quod viæ publicæ sint de Regalibus, & nemo possit præscribere in præjudicium Principis. De prohibitione venationis & piscationis. Appellatio coram quo debeat interponi. Possessio cui jus resistit, [illegible] manutenibilis.

Cap. CXXXIV. Utrùm Dominus [illegible] sit fundatus in petitione juris [illegible] pro subhastationibus bonorum, [illegible] berantur in loco? Et quæ ad hoc [illegible]

banda sint? Manutentio quando, & quibus concurrentibus concedatur illis, quibus jus commune resistit? Consuetudo, seu quasi possessio non soluendi jura Incantus, ex quibus probetur; & vtrùm hoc casu admittenda sit probatio quasi possessionis non soluendi, per depositionem particularium Vniuersitatis. p.85

Cap. CXXXV. Verba communia in substitutione militari apposita, & ad certa bona restricta, vtrùm semper valeant jure fideicommissi? Et vtrùm valeant jure fideicommissi, matre existente in medio, quamuis ad secunda vota conuolauerit, aut quando persona dilecta est substituta? Ex quibus colligatur testatorem voluisse testari jure militari. p.88

Cap. CXXXVI. Resoluuntur quædam dubia circa materiam *capitis præcedentis*; & probatur, substitutionem restrictam ad bona certi loci, intelligendam taxatiuè, non demonstratiuè. Quæ sint veba directa ciuilia, & quæ naturalia, seu non ciuilia? Substitutio militaris in dubio censeri debet fideicommissaria. Mater substituta filio, si tutorem non petat, in quibus casibus non amittat illius successionem? Possessio fideicommissarii nulla est, non citato hærede capta. p.89

Cap. CXXXVII. Testamentum ut valeat jure militari, necesse est vt fiat in bello, vel in acie & in procinctu; non autem in statione, ex veriori sententia. Probari tamen debet voluntas militis; & si de ea constet per scripturam, debet legitimè recognosci. & constare de illius identitate; nec sufficit attestatio Ducis exercitus vel Capitanei; sed debet fieri formiter, & vocata parte, huiusmodi attestatio. pag.91

Cap. CXXXVIII. Agitur de substitutione Baroniæ Serignani, prætensa ex testamento Domini Joannis de Pictauia, & concluditur prohibitionem alienationis in casu isto vti consequutiuam fideicommissi, restringendam esse ad casus & personas in substitutione principali expressas. De duplici acceptione nominis *Familiæ*, videlicet Effectiuæ, vel Contentiuæ: & ex quibus colligatur in testamento solum familiam Effectiuam fuisse vocatam? Quando vocata est familia Contentiua, censentur vocati illi qui sunt de eodem colonello, & non alii, maximè quando testator loquendo de Familia, Progenie, & similibus, habuit respectum ad certas lineas, aut certam descendentiam. Et obiter tractatur quando descendentes ex fœminis vocati censeantur ad fideicommissum. p.93

Cap. CXXXIX. De validitate alienationis bonorum fideicommisso supposito-rum, factæ per hæredem gravatum, tam pro suis creditis, quàm pro solutione æris alieni. Et quod tertius possessor, cui gravatus vendidit, possit se juvare exceptione detractionis ex persona hæredis gravati. De restitutione fideicommissi facta ante tempus, quod sit mera donatio, & indigeat insinuatione; nec sit valida quoad præjudicium Tertii. Quando locus sit remedio *l. Imperator, ff. ad Trebell.* & quod recipiens partem pretii tacitè censeatur approbasse venditionem. pagina 97

Cap. CXL. Utrùm vicini possint petere cautionem damni infecti contra vicinum exercentem artem pulveris tormentarii, pelliparium, aut confectionis candelarum, aut aliam, quæ sanitati vel vitæ vicinorum præjudicium afferre possit. Et utrùm possint vicini impedire ne juxta prædium rusticum quis teneat copiam gallinarum, cuniculorum, columbarum, & similium animalium. pagina 100

Cap. CXLI. Emancipatio licet sub conditione fieri non possit, tamen fieri potest sub conditione quæ inest ex natura rei. Pater emancipans filium suum, censetur illum emancipare contracta fiducia, id est reservata patria potestate in liberos tunc natos, vel conceptos. Reservatio ususfructus in favorem patris, & filii, *& de chascun d'eux*, utrùm intelligatur facta conjunctim, vel separatim? Jus accrescendi utrùm habeat locum in usufructu etiam constituto in contractu, pagina 101

Cap. CXLII. Quando hæres contraveniens voluntati testatoris incidat in pœnam privationis à testatore cum clausulis prægnantibus ordinatam? Et cui bona hoc casu applicentur. Quibus ex causis quis dicatur contraveniisse testatoris voluntati. Pœna *l. si quis major, C. de transact.* quibus in casibus locum habeat. Confessio hæredis quod testator fideicommissum fiduciale sibi demandaverit, utrùm indigeat insinuatione, maximè stantibus clausulis donationis irrevocabilis, & constitutione procuratorum ad insinuandum in contractu appositis? Renunciatio *l. si unquam, C. de revocandis donat.* non nocet illi, qui liberos nullos se susceperturum credebat, & tamen susceperit. p.103

Index Capitum II. Partis

Cap. CXLIII. Deficiente conditione primo substitutionis gradui adiecta, omnes posteriores substitutionum gradus corruunt ; nisi aliunde constet testatorem voluisse instituere fideicommissum graduale & perpetuum fauore agnationis, quod ex conjecturis elicitur: si verò secundo, vel tertio gradui adiecta fuerit diuersa conditio , isti gradus non deficiunt,quia non dependent à primo; quod pro intelligentia materiæ summè notandum est. Quoad bona verò Galliæ faciliùs à consilio Oldradi 21. recedi solet ex æquitate. pag.105

Cap. CXLIV. Donatio facta per Patrem filio in contractu matrimonii, vtrum debeat imputari per nepotes in legitimam aui, si succedant tanquam liberi, vel tanquam hæredes : Et quando dicatur jus quæsitum liberis vti hæredibus, aut vti liberis? Quid dicendum sit, si filius fuerit emancipatus ? Et quid statuendum sit, si emancipatio facta fuerit post donationem contemplatione matrimonii factam. pagina 107

Cap. CXLV. Quando filiæ dos fuit constituta intra dilationem soluenda, qua durante interesse dotis promissum fuit ad rationem sex pro quolibet centenario, vsque ad tempus, seu conditionem præfixam, vxor soluto matrimonio, cùm non possit dotem exigere, potest petere interesse conuentum absque suspicione vsurariæ prauitatis; maximè quando filiæ dos debetur loco legitimæ. In donatione bonorum liberorum ab omnibus debitis hæreditariis, vtrùm legitimæ comprehendantur. p.108

Cap. CXLVI. Alimenta filio spurio debentur à patre , & illius successoribus causam lucratium habentibus , vsque ad concurrentiam bonorum, quorum taxatio fieri debet non juxta simplicem necessitatem, sed habita ratione qualitatis, & facultatis paternæ ; idque pro ipso filio, eiusque familia. Quid si legatum spurio factum fuerit pro vna vice soluendum, aliaque plurima circa hæc alimenta scitu cessaria proponuntur. p.110

Cap. CXLVII. De vi & natura dictionum *vltra*, vel *extra*, vel *hoc amplius*, & similium. Et quando ex illis appositis super grauamine adiecto secundæ dispositioni, censeantur in grauamine comprehensa bona primæ dispositionis.Ostenditur differentia inter societatem coniugalem acquæstuum & conquæstuum , & donationem omnium acquisitionum faciendarum per filium patris donatarium. Quid [illegible] competat venditori super rebus ven[illegible] pro pretii consecutione,si nec domin[illegible] nec specialem hypothecam sibi rese[illegible] uerit. Et de re empta ex pecunia d[illegible] pag.111. Vide *infrà cap.*168.

Cap. CXLVIII. Pactum appositum in [illegible] cessione emphyteuticaria, quod emp[illegible] teuta teneatur omnes oliuas in p[illegible] concesso natas deferre ad molendi[illegible] olearium Domini,esse reale; & ex [illegible] nes possessores prædii emphyteutic[illegible] posse ad detricandum omnes olius[illegible] eo molendino , & Dominum esse [illegible] tenendum in quasi possessione cog[illegible] actusque omnes in consequentiam [illegible] concessionis , censeri factos jure ser[illegible] tis , & non jure familiaritatis. p[illegible]

Cap. CXLIX. De præcepto facto per [illegible] torem filiis junioribus, de cohabit[illegible] cum duobus fratribus ætate majorib[illegible] ita quod si non habitaverint, possint [illegible] voluntatem & beneplacitum fratrum m[illegible] jorum privari legato sibi facto, cum pro[illegible] hibitione recursus ad Superiorem; quo[illegible] ea non obstante , possint juniores ex justa causa recurrere ad Superiores: & non teneantur habitare cum fratribus, ex ju[illegible] sta causa , veluti propter sævitiam, odia vel rixas ; & quod eo casu non incurrat pœnam privationis. p[illegible]

Cap. CL. De conventione inita [illegible] Communitatem , & emptorem molen[illegible] ni bannalis , quod omnes cives & hab[illegible] tores teneantur solvere jus molitu[illegible] omnibus granis,quæ triturabuntur [illegible] molendino ; utrùm illius vigore [illegible] molendini possit impedire ne e[illegible] ferant panes ad plateam publi[illegible] dendos, , in præiudicium juris[illegible] vtrùm idem jus prohibendi in[illegible] panis exteris competat Dominis [illegible] ctionalibus habentibus jus frume[illegible] molituræ bannalis. Dispositio [illegible] de frumento , vtrùm extendatur ad [illegible] nam , vel panes ? Et loquens de [illegible] vtrùm extendatur ad sericum tin[illegible] vel ad opus redactum. p[illegible]

Cap. CLI. Vtrùm Feudatarii Epis[illegible] rum sint immunes à collectis in Co[illegible] tatu Venaissino, eodem modo qu[illegible] salli & Feudatarii sanctissimi D.N. P[illegible] Et vtrùm gaudeant beneficio tran[illegible] nis generalis initæ inter Feuda[illegible] constituentes Secundum Statum [illegible] Comitatus , & populares constitue[illegible] Tertium Statum. p[illegible]

Cap. CLII. Ex quibus colligatur fidei[illegible] mu[illegible]

missum reciprocum inter masculos, etiamsi adesset conjectura contemplatæ agnationis, in aliis quàm descendentibus. Reciproca substitutio fieri potest etiamsi non concurrant tria requisita *in l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de legat. 2.* dummodo aliunde constet de voluntate testatoris. Trebellianicæ detractionis prohibitio ex quibus arguatur: Et prohibita detractione illius in primo gradu, vtrùm censeatur prohibita in sequentibus? pagina 122

Cap. CLIII. Repudiationem juris delati, sed non quæsiti, validam esse in foro exteriori, etiam in præiudicium hypothecariorum; multoque magis in præiudicium fisci, demonstratur: Idque etiamsi lata esset sententia bannimenti in contumaciam inquisiti. Quod ampliatur, etiamsi repudiatio facta esset in fauorem certæ personæ. Causa mandantis, & mandatarii in delictis debet tractari coram eodem Iudice, si ambo sint sub eodem Principe: sed multò fortius causa principalis & auxiliatoris. p. 125

Cap. CLIV. De variis defectibus interuenientibus in relatione Peritorum, facta pro æstimatione melioramentorum. Quod in huiusmodi relatione debeat interuenire cognitio status præteriti, cognitio deteriorationum, & illarum compensatio cum meliorationibus. De æstimandis meliorationibus ædificiorum, plantationis arborum, vel vinearum. Clausuræ viridarii per muros, & de fructibus meliorationum, ad quem spectent. p. 127

Cap. CLV. De dote vxori post obitum mariti restituenda. De vestibus & iocalibus tam festiuis, quàm quotidianis. Quando hæredes mariti possint opponere viduæ præsumptionem solutionis jocalium per maritum in contractu matrimonii promissorum. Vxor vsufructaria certæ partis hæreditatis sui mariti, an & quomodo teneatur ad solutionem debitorum hæreditariorum: Et quando legatum vsusfructus factum vxori, censeatur factum animo compensandi cum dote? p. 129

Cap. CLVI. Pretium bonorum dotalium alienatorum totum præsumitur peruenisse ad maritum: & pro eo vxor collocanda est in concursu creditorum mariti juxta tempus sui matrimonii. Ædificia facta per maritum, seu illorum valor an repeti possit, & quando? Vxor an teneatur cedere jura sua posterioribus sui mariti creditoribus. Et exceptio rationum tutelarium non redditarum, vtrùm retardet executionem obligationis Cameralis? Fructus deteriorationum vtrùm resarciendi sint pupillo per tutorem. Et fructus meliorationum, quod soluto matrimonio spectent ad vxorem. p. 131

Cap. CLVII. Cautio Mutiana præstari debet per hæredem, vel legatarium, cui sub conditione negatiua relictum est. Imò & cautio ad instar Mutianæ, quando sub conditione, vel modo affirmatiuo, cuius adimplementum fieri potest vsque ad vltimum vitæ spiritum. Quid in facto dependente partim ex voluntate legatarii, vel hæredis; partim alterius Tertii? Quid debeat continere hæc cautio. Et quod non satisfaciens priuetur omni emolumento, etiam fructuum. p. 132

Cap. CLVIII. Legatum rei propriæ factum adeo est inutile, vt ne quidem illius debeatur æstimatio legatario. Nec similiter in legato rei, quam testator jam inter viuos donauerat. Vtrùm nullo existente legato, annulletur etiam onus legato adjectum? Redditus extantes vtrùm transeant ad hæredes donatoris, qui sibi fructus bonorum donatorum reseruauit. Si donator mobilia suæ dispositioni reseruauerit, vtrùm contineantur pecuniæ: & reseruatis jocalibus vtrùm vestes reseruatæ censeantur. p. 133

Cap. CLIX. De emptore qui promisit pretium impendere in solutionem census annui, illumque extinguere tempore conuento, quod teneatur ad augmentum monetarum superueniens post diem destinatæ solutionis; quodque venditor non sit in mora, si non solverit majorem valutam debitam ante tempus solutionis promissæ per emptorem, donec emptor summam principalem obtulerit. Et quod valor monetarum non attendendus sit respectu edicti Principis, sed respectu cursus communis; non tantùm inter mercatores, sed etiam inter alios communiter. p. 134

Cap. CLX. Quando pater plures habens liberos, tres ex illis æquis partibus hæredes instituit, & singulis prælegata reliquit, quorum alia aliis sunt majora, vtrùm solutio legitimarum, & creditorum debeat fieri per quemlibet, pro rata portionis hæreditariæ, vel pro rata emolumenti? Quid juris, si testator totam suam hæreditatem, aut majorem illius partem prælegatis diviserit? siue hæreditas sit soluendo, siue non? Et vtrùm vnus ex prælegatariis soluens vltra ratam partem portionis hæreditariæ, habeat

regressum contra alios prælegatarios cohæredes. p.136

Cap. CLXI. Quando substitutio fideicommissaria est subordinata per plures gradus, deficit quidem in persona præmorientis, sed hæres censetur grauatus de restituendo sequenti gradui, maximè si adiecta fuerit clausula codicillaris per verba futuri temporis. Quid si substitutio facta fuerit nominatim ipsi substituto prædefuncto? Et quando dicatur onus nominatim iniunctum? Et an sufficiat quod simul junctum fuerit nomen proprium cum appellatiuo. p.138

Cap. CLXII. Explicatur statutum Auenionense, quo prohibetur Ciuibus ne se obligent, aut fideiubeant pro extraneis: & ostenditur illud esse validum, & Ciuibus fauorabile. Quis dicatur correus, quis fideiussor, & quis expromissor. Statutum loquens de fideiussore, non habere locum in expromissore: sed non dici expromissorem, quoties aliena obligatio non tollitur; cùm de expromissionis natura sit, vt promittens soluere sit solus obligatus. Et statuti Auenionensis mens & verba expenduntur. p.139

Cap. CLXIII. Testamentum, in quo aliquid relictum est posthumis, sustinetur, etiamsi ex alia vxore nascantur posthumi, nisi testator taxatiuè loquutus fuerit de posthumis ex tali vxore sua nascituris, aut ex vxore quæ nunc prægnans est. Nomina possessiua non restringuntur ad tempus testamenti, quando tractatur de sustinenda validitate dispositionis. pagin.140

Cap. CLXIV. Quando ex dispositione juris, vel testatoris, filia tenetur dotem sibi à patre solutam conferre, si maritus non sit soluendo, ita vt filia non potuerit consequi totam dotem, vel partem ipsius, non tenetur conferre pecuniam; sed liberatur conferendo solam actionem ad dotis repetitionem, quamuis inefficacem: Super quo articulo expenduntur verba, & clausulæ testamenti paterni. pagina 142

Cap. CLXV. De eo qui filiæ suæ Officium vacabile in dotem constituit, cum pacto quod si Officium vacauerit per obitum domini, seu principalis qui habet titulum officii, Gener qui medietatem pretii in societate huius Officii contulerat, amittat pretium & operas. Et quomodo inæqualitas pactorum societatis hujusmodi, ad æqualitatem reducenda sit. Quod propter talem inæqualitatem vix possit intentari remedium *l. 2. C. de rescind. vendit.* Hoc tamen casu mari… qui Officium loco pecuniæ in do… constitutæ accepit in solutionem, … vxore, teneri soluto matrimonio re… tuere summam in pecunia constitu… vxoris hæredibus. p…

Cap. CLXVI. Filius qui paternam … positionem approbauit, an possit pet… supplementum legitimæ? Et qua … vti debeat pater, vt filius ab huius… petitione excludatur. Quæ sit differe… quoad transmissionem inter petit… supplementi, & instantiam quæ fi… onus impositum legitimæ, ab illa re… tur? Et vtrùm Fiscus habeat jus pet… rejectionem oneris à legitima, … succedit. Denique vtrùm reditus re… filio post obitum patris, augeat glo… hæreditatis, ad impinguandam filii … gitimam. p…

Cap. CLXVII. De creditore litera… cambii, qui solutionem sortis princip… exegit in loco, in quo literæ conserp… sunt, & non in loco, ad quem sunt trans… missæ: vtrùm hoc casu cambium dicatur … siccum? De liberatario, *quod non obligato* … te deposito, vel non integro, *vel per eum* … retracto, teneatur ad interesse, *non ad ra*… tam crediti, pro quo liberatio facta fuit, … sed ad ratam redituum qui ex bonis … liberatis percipi solent. p…

Cap. CLXVIII. Substitutus popil… non tenetur ad solutionem debitor… quibus paterna hæreditas onerata e… potest obtinere separationem … hæreditatis, & paternam repudi… donatione facta patri & filiis con… tione certi matrimonii: quando … ratur filiis, adeo vt pater illis pr… re non possit. De donatione fa… clausula, *vltra bona jam donata*. … liere luxuriosè viuente intra ann… ctus, cui applicentur lucra quæ … Donatio acquæstuum facta per … filio, quomodo intelligi debeat. … pensatio vtrùm fiat in præjudici… teriorum creditorum ipso jure, p…

Vide *suprà, cap.* 147

Cap. CLXIX. Dominus jurisdict… manutenendus est in quasi poss… exigendi mulctas consuetas. Po… non potest augere pœnas, aut illas … re sine consensu Domini; nec Do… sine consensu populi. Potest tamen … minus banna & edicta facere sine … su. Communitas non potest manu… aduersus Dominum in facultatibus … illo ignorante factis. Laudimium … debetur ex acquisitione facta in … Cu…

Constituti: Si tamen post decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes, restituatur possessio, solvendum est laudimium. p.151

Cap. CLXX. De præscriptione viginti annorum adversus crimen homicidii: Et utrùm illa præscriptio currat adversus pupillum, vel minorem 25. annis. Et quomodo interrumpatur, videlicet utrùm per simplicem accusationem, vel inquisitionem? Utrùm acta deperdita probari possint per testes, & quomodo? Domini jurisdictionalis declaratio utrùm præjudicet parti querelanti. Et an, & quando Judex requisitus possit cognoscere de meritis causæ. p.153

Cap. CLXXI. Homicidium commissum in rixa non debet puniri pœna mortis: & ex quibus dicatur commissum in rixa, tam ex qualitate loci, & temporis, quàm aliis circunstantiis. Ex præcedenti aggressione facta occidendi, excluditur præsumptio animi deliberati. In dubio præsumendum est, homicidium non fuisse præmeditatum, nec cum animo occidendi. Interesse debetur ab illo qui occidit ad sui defensionem, excedendo modum legitimæ defensionis. Quod intelligendum est de interesse radicato, non autem de nondum delato, sed dubio & eventuali. p.154

Cap. CLXXII. Sententia utrùm mixturam, vel complicationem contineat, attendenda sunt verba dispositiva sententiæ. Donatarius qui habet clausulam Constituti, manutenendus est adversus hæredes, aut alios posteriores donatarios. Nullitatis cognitio quando impediat executionem judicii possessorii. Exceptio anterioritatis quomodo obstet aliis concurrentibus in remediis possessoriis. Qui passus est petitorium probari, sibi præjudicat in possessorio. p.157

Cap. CLXXIII. Quamvis hærede ante testatorem decedente testamentum fiat caducum, & substitutiones sequentes evanescant; illud tamen locum non habet, quando in testamento apposita fuit clausula codicillaris, quæ sustinet substitutiones. Hæredis institutio non probatur per verba enunciativa incidenter prolata. Minor propter juramentum validè obligatur, sed si fuerit enormiter læsus, habet remedium restitutionis in integrum. p.159

Cap. CLXXIV. Donatarius omnium bonorum, vel quotæ, tenetur duntaxat ad contribuendum pro rata ad solutionem debitorum, quæ tempore donationis jam concepta erant: si verò sit donatarius quotæ cum suis oneribus, tenetur ad ratam acquisitionum per donatorem post donationem factarum. Verùm si donator voluerit ipsum teneri ad debita activa & passiva, tenetur ad omnia, si dictum fuerit de præsentibus & futuris. Donator post perfectam donationem potest suam intentionem dubiam declarare. p.160

Cap. CLXXV. De debitore obærato, qui post obtentam à creditoribus suis chirographariis dilationem quinquennalem, vendidit quædam bona uni ex dictis chirographariis, qui vult pretium bonorum venditorum, tam extans, quàm consumptum compensare, & respectivè retinere pro satisfactione sui crediti. Et probatur, talem compensationem, seu retentionem non posse subsistere in præjudicium aliorum creditorum; præsertim stante mala fide tam emptoris, quàm venditoris, qui notitiam habebant dictorum creditorum. pag.161

Cap. CLXXVI. Collectivo nomine vocati, censentur vocati post patrem, & non simul, etiam in collateralibus. Conjuncta dispositio quando resolvatur in disjunctam. Proximioribus vocatis, datur quidem vocatio activa, sed inter ipsos non adest gravamen, nisi tractus temporis interveniat in gradu ipsorum. Renunciatio matris pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscunque, quomodo noceat liberis & hæredibus renunciantis. p.164

Cap. CLXXVII. Quando majori, vel minori concedenda, vel deneganda sit in integrum restitutio adversus juramentum decisorium. Probatio per confessionem adversus illud juramentum, admittitur; si tamen illam factam fuisse post juramentum, probatum fuerit. Quid si nova instrumenta, aut novos testes repertos esse proponatur, si ex illis detegeretur perjurium. p.167

Cap. CLXXVIII. Magistratus temporalis non solùm durante officio conveniri non potest, sed nec illo finito pro gestis in officio, nisi pro dolo, barataria, & extorsione. Neque tenetur si liberaverit à carceribus debitorem sua authoritate carceratum, non obstante arrestatione ejusdem debitoris facta authoritate alterius Magistratus, nisi de illa sibi legitimè constiterit. Advocatus pacisci potest super salario moderato litis præteritæ, non autem futuræ, si conventio fiat per modum quotæ. Nec salarium centum scutorum dicitur immoderatum, quando agitur de negotio gravi, & difficili. p.168

Cap. CLXXIX. De transactione simulata inter mercatores in fraudem usurarum illicitarum. Et de variis conjecturis, ex quibus colligitur simulatio. De solutione & justificatione cambiorum, quæ singulis nundinis debentur : Et quod super illorum taxatione non debet stari partium conventioni, sed super hoc standum esse relationi peritorum. pagina 170

Cap. CLXXX. Pro dotis filiarum constitutione, vel restitutione, bona fideicommissi collateralis alienari non possunt. Et pro dote subsidiaria primò recurrendum est ad bona patris, vel avi; & deinde ad bona materna. Masculi tenentur fœminas dotare, quando adest Statutum exclusivum ipsarum propter masculos. Bonorum fideicommisso suppositorum alienatio ex causa dotis, in certis casibus est difficilior. Et qui sint illi casus? pagina 171

Cap. CLXXXI. Dominium directum utrùm probetur per unicam recognitionem in præjudicium recognoscentis, & illius hæredum, vel successorum, etiam particularium; saltem adjunctis adminiculis. Et quæ ad hoc adduci possint adminicula, veluti solutiones canonum per longum tempus continuatæ, fama publica, qualitas Domini Jurisdictionalis. Quid de Tertio non habente jus ab ipso recognoscente. p. 173

Cap. CLXXXII. Contra mulierem conjugatam non currit præscriptio in bonis dotalibus; sed tamen debitor dotis in pecunia præscribit contra ipsam. Similiter currit contra illam præscriptio à die quo fuit assecurata propter vergentiam mariti ad inopiam; imò currit pendente conjugio, quando fuit cœpta ante conjugium. Nec interrumpitur per arbitramentum : Et utrùm per compromissum, vel interpellationem extrajudicialem? pagina 175

Cap. CLXXXIII. Quando testator substituit piam causam deficientibus descendentibus per lineam masculinam, fœminæ descendentes ex masculis excludunt illam à substitutione. Quod si pia causa fuerit vocata deficiente linea masculina, tunc pia causa excludit fœminas descendentes ex masculis : Et utrum sit differentia inter fœminas primi, & fœminas ulterioris gravati? p. 176

Cap. CLXXXIV. Quando quis hæredem instituit, & illius hæredes vocavit casu quo primus institutus non adiret suam hæreditatem, locus est transmissioni in favorem hæredis ab ejus hærede insti-
ti : & iste transmissarius tenetur ad-
nia onera hæreditatis transmittentis
illam hæreditatem habet à transmit-
jure hæreditario; & bona transmissa
augent legitimam debitam super
transmittentis.

Cap. CLXXXV. Confessio dotis
ptæ in dubio præsumitur facta con-
matrimonio animo donandi: & non
matur juramento, nisi præcesserit
promissio. Et ex quibus conjecturis
sumatur fraudulenta & simulata
simulatio potest opponi, etiamsi
tempora præfinita ad proponendum
ceptionem dotis non numeratæ.

Cap. CLXXXVI. De donatione
profectitiæ facta per filiamfamiliar
consensu paterno intervenient
actu. Filiis vtrùm ex stipulatione
per restitutione dotis jus fuerit
tum tanquam liberis, & sic vtrùm
habeant tanquam hæredes matris,
ex propria persona? Et quomodo
plicanda verba stipulationis, sive
missio restitutionis facta fuerit
naliter, sive in persona filiæ, aut cum
clausula *quibus de jure.* p. 180

Cap. CLXXXVII. Vendito
alimentorum ad triennium per
spuriam, vel naturalem, non
maximè in præiudicium mariti
rorum : quia dos spuriæ per
stituta succedit loco alimentorum
modo succedant naturales
vel inuito? Quid continere
cretum interponendum super
ne alimentorum. Alimenta
dicantur. Et quis teneatur
nantem alimenta, fuisse ex illo
factum locupletiorem.

Cap. CLXXXVIII. Constitution
dianæ locum esse in Ciuitate
nensi, quoad executionem
tæ in judiciis possessoriis, non
appellatione : idque tam in
in secunda instantia. Nec ad
dam executionem sufficere,
ctiones factæ fuerint post
Verùm si ex huiusmodi
bus constet de injustitia
dicis à quo, supersedendum
executione. Vtrùm suspendi
executio possessorii, non
te Ægidiana, quando inter
petuntur, adsunt aliqua
minio directo Ecclesiæ? Et an
tio post appellationem facta
tatoria, maximè superveniente
con-

commissionis causæ appellationis, quod retrotrahitur. p.183

Cap. CLXXXIX. Continuatur materia præcedentis capitis, cùm Rota reservasset, quod si constaret etiam ex noviter deductis de injustitia sententiæ, suspendenda erat executio. Et ostenditur, exceptionem detractionum impedire immissionem fideicommissarii, illámque etiam creditoribus competere. Vxorem, aut alium creditorem hypothecarium posse bonorum vacantium possessionem apprehendere in vim clausulæ Constituti, maximè antequam hæres scriptus illam capiat: illámque pro suis creditis retinere quoad bona, quæ vivente marito jure familiaritatis possidebat, non obstante perceptione fructuum paucorum annorum, quæ non potest reddere creditum illiquidum, nec impedire retentionem. p.186

Cap. CXC. Ægidiana constitutio quando habeat locum ad effectum rejiciendi appellationem, saltem suspensivam, interpositam à sententia in judicio possessorio lata. Agitur de mixtura judicii: Et quando ex juribus post sententiam deductis, executio illius sit retardanda: Et quando competat retentio creditori. pag.118

Cap. CXCI. Renunciatio generalis quibus in casibus extendatur ad fideicommissum, cujus conditio nondum evenit? Quid si appositum fuerit in ipsa juramentum cum renunciatione omni legum auxilio? Quando quis est donatarius, & ad eum bona deveniunt ex alio diverso titulo, utrùm possit agere de evictione. Duæ causæ lucrativæ quando simul concurrere possint. p.189

Cap. CXCII. Substitutione facta de masculis & fœminis, utrùm masculi fœminis in eodem gradu existentibus præferantur, maximè dum testator in toto testamento demonstravit maximam erga masculos affectionem. Alternativa quando suam retineat naturam, & quando resolvatur in disjunctivam. De quatuor modis quibus considerari potest ordo in testamentis, nempe scripturæ, successionis, affectionis, & necessitatis: Et quando dispositio negativa eisdem regulis subjiciatur, quibus affirmativa. p.190

Cap. CXCIII. Officia omnia, etiam Judicaturarum Regiarum in Gallia, sunt venalia & hæreditaria; imò & in quibusdam locis pignorationi judiciali, & decreto supposita in favorem creditorum, non quidem quoad titulum, & dignitatem; sed quoad æstimationem. Illorum æstimatio diversimodè fit in casu imputationis, seu collationis, & in casu detractionis super bonis fideicommissi. Et utrùm imputatio, vel restitutio officii alienati debeat fieri juxta valorem quo alienatum est, aut juxta valorem illius tempore mortis paternæ. p.192

Cap. CXCIV. Legitimam statim post professionem factam, etiam in monasterio bonorum capaci, deberi tam ascendentibus, quàm descendentibus, verior est sententia: Quæ hoc casu ad hæredes transmittitur, etiam cum fructibus. Mors civilis & naturalis æquiparantur, quando in utraque eadem militat ratio, aut quando ex utraque idem resultat effectus. p.194

Cap. CXCV. Si Dominus jurisdictionalis qui à collectis immunis est, bona exempta alteri vendiderit, emptor amittit privilegium exemptionis; circa quod tres diversi casus considerantur. Pro bonis extra territorium loci habitationis sitis, collecta solvi debet in loco habitationis, si in loco ubi sita sunt, nulla collecta solvatur. Hypotheca pro collectis certis aut variabilibus quando incipiat. pagina 195

Cap. CXCVI. De validitate donationis factæ per minorem cum juramento in favorem sororis, cum substitutione in ea apposita in favorem avunculi, qui erat curator donantis. Defectum insinuationis non posse opponi per donatarium, vel ejus hæredes, qui in vim donationis bona possedit, & in fraudem substituti noluit insinuare donationem. Donatio facta curatori sub incerto conditionis eventu, valida est. p.197

Cap. CXCVII. Si pater filiæ certam summam legaverit, & bona illi pro certo pretio in eodem testamento reliquerit, non tenetur hæres filius ad evictionem propriam bonorum datorum in solutum; sed ad impropriam, videlicet ad æstimationem bonorum evictorum, juxta valorem temporis testamenti: qui valor regulandus est juxta ratam legitimæ, itaut pro eo quod legitimam excedit, non debeatur evictio, si legatum factum fuerit de bonis loco legitimæ. In legato alternativo, re una perempta, quid hæres præstare debeat? Rei litigiosæ legatæ evictio regulariter non debetur. p.198

Cap. CXCVIII. Quando factus fuit calculus generalis, cum mutua inter fratres liberatione subsequuta, utrùm in ea comprehendatur debitum, ad quod unus ex fratri

fratribus alteri quidem tenebatur, sed illud cessum fuerat filiæ unius ex fratribus ex causa dotis, alio fratre debitore consentiente, & interveniente ejus derogatione cum suis requisitis. p.200

CAP. CXCIX. De eo qui consensit, ut Officium, quod ex arbitrio Vniversitatis dependebat, alteri conferretur, inito pacto, ut is cui conferebatur, daret consentienti medietatem lucrorum Officii per aliquod tempus; cùm tamen Officium non dependeret ab ejus voluntate, utrùm illa promissio sit nulla, tanquam facta sine causa. p.202

CAP. CC. Renunciatio amplissima cum pacto de non petendo aliquid quoquo jure in futurum, super bonis paternis, non impedit quominus renuncians instituatur hæres à matre: sed si hæreditas matris sit creditrix paternæ, obstat agenti generalis & amplissima renunciatio. Renuncians censetur tantum renunciare successioni ab intestato, nec admittitur capere ex testamento. Intelligitur præjudicium ejus, de cujus hæreditate agitur, sed non in præjudicium fratris vel sororis, in cujus favorem facta est renunciatio. p.

QUÆSTIONUM, ET RESOLUTIONUM CIVILIUM SECUNDA PARS.

CAPUT CI.

De duplici jure offerendi, nempe de eo quod competit tertio possessori adversus creditores: Et de eo quod datur creditori adversus possessores. Et cujus temporis æstimatio attendi debeat quando fit oblatio, sive valor auctus fuerit beneficio temporis, sive propter melioramenta in prædio facta.

SUMMARIUM.

1 *Possessor bonorum pluribus creditoribus obligatorum potest offerre debitum anteriori, ad illius exclusionem.*

2 *Creditor habet jus offerendi adversus tertium possessorem, cui pignus venditum, aut in solutum datum est, quamvis pignus plus valeat quàm creditum anterius.*

3 *Possessor quando offert creditori, non tenetur illi solvere totum illius creditum, sed tantum usque ad valorem prædii temporis oblationis, deducto valore melioramentorum, si facta fuerint, etiamsi minus impensum fuerit quàm valeant melioramenta.*

4 *Creditor, quando offert possessori, tenetur solvere verum valorem prædii, etiam extrinsecum, & ex solo beneficio temporis auctum.*

5 *Jus offerendi non competit nisi ratione hypothecæ.*

6 *Exceptio melioramentorum & augmenti valoris bonorum potest opponi etiam post sententiam, cùm illam non impugnet.*

PROPOSITUM fuit dubium pro veritate decidendum, utrùm Tertius possessor, cui bona pro credito anteriori per hæredem debitoris in solutum data fuerant, quæ tamen in valore excedunt illud creditum, pro quo in solutum bona data fuerunt, hodie impetitus à posterioribus creditoribus possit uti jure retentionis, donec sibi solvantur melioramenta, non solùm extrinseca, verùm etiam intrinseca; veluti si prædia in solutum data, successu temporis, & solo illius beneficio aucta fuerint in valore? Super quo paucis fuit conclusum, Tertium possessorem adversus creditores excipientem, incrementum valoris bonorum procedens ex solo beneficio temporis petere, aut pro eo, jure retentionis uti posse.

Pro cujus veritatis probatione supponendum est, jus offerendi dupliciter considerari posse. *Primò*, respectu possessoris bonorum pluribus creditoribus, aut sibi etiam obligatorum; huic enim tertio possessori adversus creditorem hypothecaria agentem super illa re possessa, competit jus offerendi, per quod excludit creditorem, offerendo ei creditum suum, ut *in l. Paulus*, §. 1. & *ibi* Bartol. *ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solvitur.* 1

Secundum jus offerendi competit creditori adversus tertium possessorem, cui pignus venditum est, aut translatum dominium per dationem in solutum: & tunc ratione hypothecæ, quæ non fuit extincta in præjudicium creditoris, potest ipse creditor intentare remedium juris offerendi adversus posteriorem, offerendo illi summas per eum solutas anterioribus creditoribus, unà cum melioramentis: quod jus competit non solùm adversus posteriorem creditorem hypothecarium, cui pignora in solutum data sunt, vel vendita per debitorem, sed etiam adversus extraneum emptorem; quamvis solverit habentibus hypothecam anteriorem, quatenus pignus plus valeat quàm creditum prioris creditoris, attento quod nihil priori creditori deperit, eo quòd totum suum creditum consequitur: & è contra posteriori creditori prodest, qui suum creditum consequitur usque ad concurrentiam majoris valoris prædii hypothecati: & hos duos casus bene distinguit, & explicat Morot. *in tract. de jur. offerend.* loquens de primo casu, *n.* 7. de secundo verò *n.* 70. sicuti etiam Rot. *decis.* 135. *n.* 8. & 12. *p.* 6. *recent.* 2

Hoc præsuppositio concludendum est in primo casu, nempe quando possessor offert creditori, veriorem esse sententiam, quod si ipse possessor fecit

melioramenta in re per eum poſſeſſa, & creditori hypothecata, non tenetur offerre totum creditum, ſed ſufficit quod offerat rei æſtimationem & valorem, habito reſpectu ad tempus præſens, id eſt, ad tempus oblationis; non autem ad tempus præteritum, videlicet ad tempus quo iſte poſſeſſor emit rem, aut illi data fuit in ſolutum; ita ut ſi res aucta fuerit in valore ex beneficio temporis, illud augmentum cedere debeat ad utilitatem creditoris, quamvis poſterioris; deducendo tamen valorem melioramentorum in totum, etiamſi minus impenderit: non obſtante diſpoſitione text. *in l. fundo 39. ff. de rei vend.* quæ locum habet quando fundus à domino vendicatur; non autem quando creditor vult avocare vigore ſuæ hypothecæ; tunc enim fit deductio totius valoris melioramentorum, & in hoc caſu procedunt tradita per Neguzant. *de pignorib. quarto membro 5. p. num. 21.* Vincent. de Franc. *deciſ. 38. n. 5.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 32. num. 8. in fin. verſ. Immò etiam in creditore,* Covar. *lib. 1. reſol. cap. 8. num. 3. verſic. cæterum,* Cyriac. *controverſ. 194. n. 10.* Duran. *deciſ. 445. à n. 1. ad 4.* Donat. de Marin. *reſol. 219. num. 18. & ſequent.* Urſel. *commun. concluſ. cap. 69. n. 54.* Morot. *de jur. offer. n. 7. & 8.* Merlin. *de pignorib. lib. 2. quæſt. 69. n. 7. & lib. 4. quæſt. 81. num. 1. & ſeq. & per tot.* Mareſcot. *lib. 2. variar. reſol. cap. 112. num. 14. verſic. vel ſaltem, & num. 18.*

4 In ſecundo verò caſu, nempe quando non ipſe poſſeſſor offert, ſed ei fit oblatio à poſteriori creditore pro conſequutione ſui crediti, qui eſt ſecundus caſus conſideratus à Rota *dict. deciſ. 135. num. 12.* verior & receptior eſt ſententia, creditorem qui intentat remedium juris offerendi, teneri ſolvere verum valorem prædii poſſeſſi ſecundum æſtimationem temporis oblationis, etiamſi ſolo temporis beneficio augmentum factum fuerit, quæ fuit ſententia Morotii *in d. tract. de jur. offer. num. 70.* qui non ſolus illius ſententiæ author eſt, ſed etiam alii plerique, qui ante eum ſcripſerunt, quos ipſe recenſet, & nominatim Cephal. *conſil. 40. num. 16.* ubi ait hoc eſſe honeſtiſſimum, & ſanctitate ſanctius; eandemque ſententiam ſequutus fuit idem Morot. *conſil. 40. num. 16.* Theſaur. jun. *lib. 2. quæſt. 65. n. 8.* & ante eos Aretin. *conſil. 159. num. 12. verſic. hoc præmiſſo,* Coſta *de rat. ratæ, quæſt. 65. num. 4.* ne primus creditor ſit in damno, qui ſua pecunia potuiſſet emere alia bona, quæ æquè fuiſſent aucta pretio, ſicut illa quæ obtinuit à debitore. Idem tenuit Anton. Niger *in tract. de pignor. judic. cap. 35. §. 18. num. 3. & 4.* Merlin. *de pignorib. lib. 4. quæſt. 83. num. 86. & 87.* addatur idem Theſaur. jun. *lib. 1. quæſt. 71. num. 5.* Merlin. Pignatel. *lib. 2. controverſ. cap. 93. num. 11. & 12.* Maſtril. *deciſ. 201. num. 17.* cum aliis per eos citatis.

Cum igitur in caſu propoſito non tractaretur de poſſeſſore offerente creditum, ſed de creditore qui agebat contra poſſeſſorem, qui ſecundus eſt noſtræ quæſtionis caſus; ſequitur, creditorem offerentem non fuiſſe audiendum, niſi ſoluto integro valore bonorum, ad quorum evocationem agit, etiam cum augmento valoris ex ſolo temporis beneficio procedentis.

5 Neque obſtat ſi dicatur, nunc tractari de interdicto Salviano, non autem de jure offerendi: Quia reſpondetur jus offerendi non competere creditori niſi vigore hypothecæ & interdicti Salviani, quia non poteſt conferri poſſeſſio ab anteriore creditore, niſi per jus offerendi: Rot. *deciſ. 176. n. 6. poſt tract.* Pacifici *de Salvian. interd.* quod jus non competit niſi ratione hypothecæ: Merlin. *de pignor. lib. 4. q. 46.*

Non etiam obſtat quod in ſententia graduationis fuit ſolum reſervatum poſſeſſori jus retinendi pro pretio ſuæ dationis in ſolutum, & nihil dictum fuit de melioramentis, neque de augmento valoris procedente ex beneficio temporis: Quia reſpondetur, has exceptiones poſſe proponi poſt ſententiam, cùm non tendant ad illam revocandam, ſed potius ad illam modificandam: & quia tales exceptiones reſpiciunt potius exequutionem, quàm ipſam ſententiam: ut tradit Gratian. *deciſ. 320. n. 16.* poſt Neguſant. *de pignorib. 5. p. princ. memb. n. 10.* Mareſcot. *lib. 2. var. reſol. cap. 112. n. 18.*

CAPUT CII.

Pater qui filio ſuo donavit medietatem bonorum ſuorum francam, & exemptam ab omnibus debitis, reſervata ſibi facultate liberæ adminiſtrationis, non poteſt ad propriam utilitatem convertere pecunias ex adminiſtratione provenientes, nec ex illis propria debita & legitimas aliorum liberorum ſolvere, in præjudicium maximè uxoris, & liberorum, quibus jus quæſitum eſt per donationem factam in contractu matrimonii.

SUMMARIUM.

1 *Pater legitimus adminiſtrator bonorum filii ſui non tenetur rationem reddere de mobilibus,*

2 *Quod maximè procedit ſi hoc ſibi pater in donatione expreſsè reſervaverit.*

3 *Pater legitimus adminiſtrator bonorum filii non tenetur de mobilibus ſubtractis furto, vel conſumptis uſu.*

4 *Donator poteſt ſibi reſervare facultatem diſponendi de bonis donatis, & hoc caſu tenetur ſolvere donatario bona quæ ſuperſunt.*

5 *Contrarium tamen judicatur in Triumphalibus, & diſpoſitio per donatorem reſervata intelligitur de moderata diſpoſitione.*

6 *Simplex uſufructuarius, cui data eſt facultas donandi, non poteſt alienare niſi arbitrio bonorum.*

7 *Adminiſtrator liberari poteſt à redditione rationis adminiſtrationis præteritæ, ſed non futuræ.*

8 *Pater cui relicta, vel conventa, aut reſervata liberatio verbis ampliſſimis, non tenetur rationem reddere, nec reliqua præſtare.*

9 *Sed hoc intelligendum eſt de adminiſtratione præteritæ, non autem de futura.*

10 *Pater qui donavit filio in contractu matrimonii non poteſt alienare, aut diſſipare bona donata in præjudicium uxoris & liberorum, quibus jus quæſitum per hujuſmodi donationem.*

11 *Liberatio à redditione rationis favorabilis quando agitur de affinibus.*

12 *Liberatio generalis etiam à præterita adminiſtrationis ratione reddenda, regulari debet ad arbitrium boni viri.*

13 *Pater per generalem liberationem non cenſetur liberatus ab adminiſtratione doloſa, ſed tantùm à culpoſa adminiſtratione futura.*

14 *Pater ſi bona donaverit filio franca, & exempta ab omnibus debitis, non poteſt pecunias ex bonis donatis provenientes convertere in ſolutionem propriorum debitorum.*

15 Ter-

15 *Pater qui à redditione rationis liberatus est, non tamen consequitur liberationem, si ex bonis suæ administrationis factus fuerit locupletior.*

PAter donavit filio suo in contractu primi ejus matrimonii medietatem omnium, & quorumcunque bonorum suorum, mobilium, & immobilium, jurium, & actionum, præsentium & futurorum; reservatis sibi fructibus dictorum bonorum, & dotis ejus uxoris, supportatis per eum oneribus matrimonii; ea tamen lege, quod libera & integra administratio dictorum mobilium ad ipsum spectabit, & notanter ut possit exigere, & recipere, debita convenire, concordare, & transigere super actionibus & litibus, novare, & transmutare dicta debita, pecunias ipsorum convertere in acquisitiones fundorum, aut aliàs facere prout sibi videbitur, *ainsi qu'il verra bon estre, & qu'il luy plaira*, absque eo quod possit teneri ad aliquod computum, aut repræsentationem diminutionis debitorum, quæ desuper evenire posset: Imò dictus filius capiet, & tenebitur esse contentus eo quod debebitur, & de statu dictorum mobilium tali, qui reperietur tempore mortis dicti sui patris donatoris, eodem modo, quo utilitatem percipiet ex bona administratione patris, *de son bon mesnage*; & de augmentatione, si quæ fuerit.

Quæ medietas bonorum donatorum erit franca ab omnibus debitis passivis, dotibus, legitimis, & aliis oneribus, *fors que des fonciers*, quæ onera remanebunt super alia medietate non donata.

Præfata donatio fuit confirmata, & ratificata in secundo contractu matrimonii dicti filii initi cum secunda ejus uxore, adjectis tamen novis substitutionibus.

Denique dictus pater in instrumento emancipationis filii sui, sumpto per Notarium publicum, hoc sibi reservavit, ut esset liberatus ab omni administratione per ipsum facta de bonis suis, absque eo quod teneatur reddere computum, aut præstare aliquem reliquatum, & aliàs prout continetur in instrumentis dictorum matrimoniorum.

Nunc quæritur, utrùm dictus pater potuerit vigore dictarum clausularum exigere dicta Capitalia absque eo quod teneatur imputare super sua medietate reservata, summas per eum solutas propriis creditoribus, aut legitimariis, attento quod ipse promisit dictam donationem fore francam & immunem ab omnibus debitis, legitimis & aliis oneribus, exceptis fundiariis, remanente alia medietate debitorum, & onerum, super medietate non donata.

1 Pro resolutione hujus dubii varii casus distinguendi sunt. Primus casus est de summis per patrem exactis, & per ejus negligentiam, aut inadvertentiam amissis, diminutis, vel malè collocatis. Et quoad hæc certum est, patrem, & ejus bona in nihilo teneri erga filium & donatarium, quia pater administrator bonorum adventitiorum filii, non tenetur ad redditionem rationum, nec ad onus satisfandi: ut docet Paschal. *de virib. patr. pot. p. 1. cap. 3. n. 32.* & probatur per text. *in l. cum oportet, §. non autem, C. de bonis quæ lib.* ibi: *neque ratiocinia ei super administratione inferre*: Muñoz *de ratiocin. cap. 5. n. 28. versic. contrarium.*

2 Quod maximè procedit, stante reservatione expressa contenta in instrumento donationis, in quo pater cum clausulis amplissimis reservat sibi facultatem administrandi pro libito suæ voluntatis, absque eo quod teneatur ad redditionem rationis, aut repræsentationem diminutionis: quæ verba faciunt ut administrator, quicunque ille sit, eximatur à redditione rationis pro iis, quæ per negligentiam deperdita, vel diminuta sunt: *l. si servus vetitus, ff. de leg. 1.* & *ibi* Bartol. & benè Salicet. *in l. cum necessitatem, C. de fideicomm.* † Et ideo non tenetur 3 administrator de mobilibus furto subtractis, vel usu consumptis: Alexand. *consil. 46. vol. 1.* Tusch. *lit. L, conclus. 328. num. 3. & 4.*

Secundus casus, quando agitur de donatore, 4 qui non solum usumfructum sibi reservavit, sed etiam expresè convenit, ut sibi liceret de bonis donatis disponere inter vivos, vel per ultimam voluntatem. Hoc casu valet reservatio; neque intelligitur facta donatio, nisi de bonis superexistentibus tempore mortis, ut benè explicat Mantic. *de tacit. & ambig. convention. lib. 13. tit. 47. per tot.* Sed hic non est casus noster, quia donator solam sibi administrationem reservavit, ut patet ex lectura dictæ donationis, in qua solam liberam administrationem sibi pater reservavit. Patet etiam ex illis verbis; *qu'il se prevaudra du bon mesnage de son pere*; & ex illis verbis, *employer en l'acquisition des fonds*: & aliis similibus, quæ sonant in administrationem; neque referri possunt ad dispositionem jure dominii faciendam.

Quamquam & hoc casu, si præjudicia Tribuna- 5 lium Galliæ sequimur, facultas de bonis disponendi debeat intelligi de patre duntaxat, & non in totum, & sic juxta qualitatem personarum, ita ut donatio non reddatur inutilis, ut testatur Addit. ad Lover. *lit. D, num. 10. post medium*, ubi allegat *consil. 60.* cujusdam Authoris, *num. 15. & 18.* sed ut dictum est, hic est casus noster.

Tertius casus est, quando agitur de simplici usu- 6 fructuario, qui si animo evertendi restitutionem bonorum, in quibus habet usumfructum, alienaret, hoc facere non posset in præjudicium proprietarii, quamvis illi data esset facultas alienandi, vel vendendi; quia illa licentia debet intelligi ut importet arbitrium boni viri, non autem liberam voluntatem: Alexand. *consil. 38. num. 11. & 12. lib. 3.* & ad hoc etiam allegatur Paris. *consil. 95. num. 73. lib. 2.* Sed hic non est etiam casus noster, de quo agit Gabriel. *consil. 99. num. 28. vol. 1.* ubi hoc limitat nisi licentia alienandi sonaret in liberam voluntatem.

Quartus casus, quando fuit factum pactum, vel 7 legatum, quod administrator liberetur non solum à redditione computorum, sed etiam à solutione reliquatus: Et hoc casu administrator neque tenetur ad redditionem rationum, neque ad præstationem reliquorum, dummodo agatur de administratione præterita: nam quoad futuram administrationem hujusmodi pactum liberatorium non comprehenderet absolutionem à præstatione reliquorum: Grass. *in §. legatum, quæst. 40. num. 5. 6. 7. & 8.*

Quintus casus, quando agitur de patre, cui reli- 8 cta, vel per pactum conventa est liberatio ab omni redditione rationum, præsertim cum verbis amplissimis: tali casu pater liberatur non solum à redditione computorum, sed etiam à præstatione reliquorum: per text. expressum *in l. Aurelius 29. §. Titius, ff. de liber. legat.* præsumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri concessa, nisi aliud appareat, & per illum text. ita tenet Menoch. *lib. 4. præsumpt. 164. num. 28.* qui *num. 19.* illud extendit etiam ad matrem, & alios affines: Idem Menoch. *de arbitrar. cas. 209. num. 27.*

Couar. *lib.2.variar.reſol.c.14.n.2. verſic. poſtremò opportunè quæritur.*

9 Sed hoc intelligendum eſt quando agitur de liberatione conuenta fauore partis, pro adminiſtratione præterita, de qua loquitur, & intelligendus eſt text. *in d.l. Aurelius, §. Titius, ff. de liber. legat.* vt notauit Caſtrenſ. *conſil.467. n.8. col. penult. verſic. nunc circa quartum, vol.2.* Alciat. *in tract. de præſumpt. regul.1. præſumpt.9.*

10 Quoad verò adminiſtrationem futuram, non poteſt fieri conuentio per quam pater admittatur ad abutendum, & diſſipandum bona donata, in præiudicium vxoris, & liberorum, quibus jus quæſitum eſt per donationem factam in contractu matrimonii: Guid. Pap. *deciſ.145. col.2.n.2. verſic. ſed his non obſtantib.* Franch. *deciſ.205. num.1. & ſequent. & deciſione 436. num. 4.* Rot. *deciſ. 493. num.11. part.4. tom. 2. & deciſ. 44. part. 6. recent. & 114. num.1. part.7.* ratione cuius juris acquiſiti vxori & liberis, non poteſt fieri aliquod pactum, vel conuentio in præiudicium pactorum matrimonialium: Robert. *rer. judic. lib.1. c.2.* Quod tamen ſic intelligi debet vt procedat, quando per donationem jus fuit quæſitum liberis uti liberis, ſecus ſi vti hæredibus: ex notatis *infra, capite 144. num.4. & ſequentib.* Et ſic etiam intelligenda ſunt quæ dicuntur *infrà, c.168. n.25. & ſeq.* Vel niſi donatarius alienaret in fraudem, vel per clandeſtinas repromiſſiones: Robert. *d.lib.1.c.2.*

11 Caſus iſte maximè noſtro conuenit, quia ſi agatur de adminiſtratione per patrem facta ante donationem filio factam, pater liberatus eſt per clauſulas ampliſſimas in dicto inſtrumento donationis contentas: per text. *in dicta l. Aurelius, §. Titius, ff. de liberat. legat.* quem ad alios etiam affines extendit

12 Surd. *conſil.112.n.89.* † quamquam neque hoc ita ſimpliciter intelligi debeat, ſed eo dumtaxat caſu, quo Iudex ita faciendum eſſe arbitratus fuerit, vt expreſsè habetur *in d. §. Titius*, in illis verbis, *Reſpondi, eum cui notio eſt, æſtimaturum:* & ita notat Menoch. *de arbitr. d. caſu 209. n.27.*

13 Sed quoad adminiſtrationem futuram, tale pactum liberatorium comprehendit quidem liberationem à ſcrupuloſa, non tamen à culpoſa & doloſa bonorum adminiſtratione: Muñoz *in tract. de ratiocin. cap.5. n.28. verſic. contrariam.* Sed non excludit patrem à præſtatione doli, ſeu fraudis futuræ, cuius remiſſio & liberatio non valet, quantumuis verbis ampliſſimis facta: dolus enim futurus non poteſt remitti: *leg. conueniri, ff. de pact. dotalib.* Bartol. *in d.l. Aurelius, §. Caius, ff. de liber. legat.* & in ſpecie de patre, qui habet adminiſtrationem cum liberatione ab omni reliquatu, cum verbis ampliſſimis, quod non cenſeatur liberatus à fraudulenta, vel doloſa adminiſtratione futura, tradit Alciat. *dicta præſumpt.6.n.1. & 2.* Caſtrenſ. *d. conſ.468. verſic. tunc circa quartum, vol.2.* & bene explicat Mantic. *de conjectur. lib.9. tit.8. n.21. in nouis.*

Applicando igitur dictas concluſiones ad caſum noſtrum, dicendum eſt, quod ſi pater negligenter ſe geſſerit in adminiſtratione bonorum donatorum, non poterit in aliquo teneri erga filium ſuum donatarium: ſed ſi fraudulenter egerit, pecunias ex nominibus exactis, aut ex mobilium venditione prouenientes in proprios vſus conuertendo, & ex iis ſoluendo legitimas aliorum liberorum, à quibus tamen franca & immunia reddere bona donata promiſerat; & ſic contrauenciendo pacto matrimonii, per quod jus vxori & liberis quæſitum fuerat, vt ſuprà dictum eſt, tenebitur omnino de his pater erga filium donatarium, ratione fraudis factæ in præiudicium prædictæ donationis, in qua pater expreſsè promiſit bona donata fore immunia à ſolutione legitimarum; quamvis licèt ſimpliciter promiſiſſet bona fore immunia ab omnibus oneribus, donatarius tamen non deberet contribuere ad ſolutionem legitimarum, prout nouiſſimè judicatum teſtatur Claudius Henrys *in ſua recollectione arreſtorum*, poſt hæc ſcripta viſus, *lib.4. cap.6. n.91.* contra Maynard. *lib.5. cap.93.*

Et ſi aliter diceremus, ſequeretur reuocatio donationis prædictæ facta in eodem contractu, & in eodem inſtanti, quæ tamen correctio & reuocatio de jure nunquam præſumitur: *l.nam ad ea 88. in condit. & demonſtrat.* quia facta conuentione quod bona donata eſſent libera à debitis & legitimis, tamen filius donatarius & proprietarius debita ſibi & legitimas ſolueret de bonis donatis, & ſic pater adminiſtrator locupletaretur cum jactura filii, vxoris, & liberorum ipſius, quia meſcia donata non eſſet franca & immunis à legitima, cùm tamen de jure † etiam in caſibus, in quibus per liberationem ampliſſimam tutor liberatur à dolo etiam præſumpto, tamen liberationem non conſequitur, quando factus eſt locupletior, *Graſſ. §. legatum, q.40. n.7. & 8. verſ. quamuis contrarium teneat.* Et idem tradit Mantic. *de conject. lib.9. tit.8. n.75. in nouis*, plures allegat & ſequitur Cyriac. *controuerſ.73. num. 32. & 34.* vbi dicit non poſſe negari quin adſit manifeſtus dolus quando adminiſtrator non reſtituit quod ad ejus voluntatem pertinuit: & in omnem caſum, omnes admittunt, quod ubi adminiſtrator fuit factus locupletior, quamuis obſtante quacumque liberatione, licèt non teneretur, tamen tenetur ad illius reſtitutionem: Caualcan. *in tract. de tutor. n.207.* cum aliis *ibidem* per Cyriac. allegatis.

CAPUT CIII.

Pater filium emancipans habet medietatem vſusfructus bonorum aduentitiorum filii, quæ tempore emancipationis patebat, etiamſi illam ſibi expreſsè non reſeruauerit. Totum tamen vſumfructum ſeruare poteſt. Quid ſi agatur de hereditate delata, ſed non agnita? Et vtrum per retentionem dotis maternæ præſumatur cenſeatur matris hæreditatem adijſſe nomine filiorum? Quoad verò bona quæ filium poſt emancipationem quærit, nullus patri quæritur vſusfructus, etiamſi illum ſibi expreſsè reſeruauerit.

SVMMARIVM.

1 *Liberi nati poſt filii emancipationem, ſunt in poteſtatem aui emancipantis eorum patrem.*

2 *Pater emancipans filium habet de jure medietatem vſusfructus bonorum ſpectantium ad filium tempore emancipationis, etiam materna, niſi adſit conuentio in contrarium.*

3 *Ampliatur hoc procedere, etiamſi pater emancipans nihil ſibi reſeruauerit.*

4 *Pater filium emancipans poteſt ſibi vendicare totum, & integrum vſumfructum bonorum adue-*

ventitiorum, quæ filius habebat tempore emancipationis.

5 *Pater filium emancipans non habet medietatem usufructus bonorum, filio tempore emancipationis delatorum, sed nondum agnitorum.*

6 *Pater nomine filii censetur adivisse maternam hæreditatem per retentionem dotis materna: sed vide* num. 11.

7 *Quod procedit, si filius sit in infantia constitutus, quia tunc pater sine filio potest adire hæreditatem illi delatam: secus si sit major infante.*

8 *Maximè autem quando dos non consistit in bonis stabilibus; quia multo minus censetur per patrem adita hæreditas matris, per retentionem dotis factam à patre.*

9 *Retentio dotis maternæ censetur facta per patrem potius propter usumfructum sibi competentem, quàm animo adeundi illius hæreditatem nomine filiorum.*

10 *Quoties potest desumi alia conjectura, pater præsumitur potius dotem maternam alio animo retinuisse, quàm adeundi matris hæreditatem nomine filiorum.*

11 *Verius est, quod per retentionem dotis maternæ non censetur pater adire hæreditatem matris nomine filiorum.*

12 *Nisi aliunde probetur, patrem adivisse hæreditatem uxoris nomine liberorum, non habebit medietatem usufructus dotis maternæ delatæ ante emancipationem, & post eam aditæ.*

13 *Bona acquisita à filio post emancipationem, pertinent ad filium tam quoad proprietatem, quàm quoad usumfructum, quamvis pater emancipans sibi illum usumfructum expresse reservaverit.*

14 *Vsusfructus medietatis bonorum, quæ filius tempore suæ emancipationis habebat, durat etiam post mortem filii emancipati, quamvis ille reliquerit liberos superstites.*

IN instrumento emancipationis filii facta fuit per patrem expressa reservatio ad sui favorem, administrationis, & ususfructus omnium bonorum per ipsum filio suo donatorum, & aliorum, quæ ipse habuerat tam à matre, quàm ab avunculo, ut de illo facere, & ad libitum disponere posset, tam in vita, quàm in morte. Quodque dictus pater remaneat liberatus ab omni administratione, & præstatione reliquatus, & aliàs prout continetur in contractibus primi, & secundi matrimonii dicti filii.

In contractu verò primi matrimonii ejusdem filii, idem pater donavit ipsi medietatem omnium bonorum suorum, reservatis sibi fructibus, & libera administratione, modo quo suprà, in contractu emancipationis descripto.

Hæc donatio ratificata fuit in contractu secundi matrimonii, defuncta prima uxore celebrati, & de novo facta, adjectis tamen nonnullis substitutionibus, & oneribus, in prima donatione non contentis.

Et præterea dictus pater in hoc secundo contractu matrimonii donavit eidem filio suo omnes acquisitiones per ipsum faciendas, jure præcipui, & tam quoad proprietatem, quàm quoad usumfructum, absque onere collationis, vel imputationis: Promittens filium suum emancipare, casu quo præsens donatio, & remissio valida non esset.

His suppositis, quæritur utrùm pater qui in contractu matrimonii filio suo donaverat quidquid acquirere posset, promittendo pro majori validitate ipsum emancipare, novas conditiones potuerit adjicere? † maximè in præjudicium filiorum substitutorum, qui post emancipationem nati sunt, (& per consequens ab avi potestate liberati, juxta text. *in §. illud autem, versic. quod si post emancipationem, Instit. quib. mod jus patr. pot. solvit.*) quia fructus reservati ad istos liberos jure proprio post mortem patris pertinebant in vim substitutionis apertæ in eorum favorem. 1

Et ut hujus dubii decisio certior haberi possit, quædam supponenda sunt, ex quibus difficultas quæstionis majori cum facilitate explanabitur.

Itaque supponendum in primis est, magnam esse differentiam inter bona acquisita ante emancipationem filii, & acquirenda post emancipationem. Siquidem de jure communi, cessante conventione in contrarium, pater habet medietatem ususfructus bonorum, quæ filius tempore emancipationis acquisiverat, videlicet tam bonorum maternorum, quàm aliorum adventitiorum: per text. *in l. cum oportet 6. §. nunc autem, C. de bon. quæ lib. l. si viva matre, C.de bon. mater. & in §.hoc quoque, Instit. per quas pers. nobis acquirit.* & fusè exponit Hippolyt. Riminal. *in d.§.hoc quoque, n.2.& 23. fol. mihi 681.* ubi probat hoc procedere tam in bonis maternis, quàm in aliis quibuscumque adventitiis. Et explicat Valentin. Forsterus *in tract. de success.ab intest. lib.7. cap.20. num.3.* Lud. Roman. *singul.547.* Acacius *in tract. de privil. patr. potest. privil.4.cap.1. num.5. & privileg. eod. cap.5. num.5.* 2

Quod procedit etiamsi pater emancipans filium nihil sibi reservaverit; habet enim nihilominus dimidiam partem ususfructus adventitiorum tempore emancipationis acquisitorum, ex potestate legis sibi delatam: per textum expressum *in dicto §.cum autem,* & sic intelligendus est Boër. *decis.172. n.35.* & Papon. *lib.7. tit.1. arrest.25.* & si aliter intelligerentur, repugnarent textui expresso *in dicto §.nunc autem, & in dicto §.hoc quoque.* 3

Sed duæ emergunt circa casum nostrum quæstiones. Prima est, cùm lex solam ususfructus acquisitorum medietatem patri deferat, utrum ipse possit retinere totum usumfructum acquisitorum, prout dictus pater donator, & emancipans integrum illum retinuit.

Hanc difficultatem pauci DD. tangunt; sed concludendum est, quod pater potest totum usumfructum adventitiorum tempore emancipationis acquisitorum sibi per pactum expressum reservare: ita clarè docet Castrens. *in dicta l.si viva matre,n.3.C.de bon.matern.* ibi, *Nisi per pactum eam sibi reservet.* 4

Secunda difficultas, Quid dicendum de bonis maternis delatis, sed quorum aditio facta non fuit? Hanc quæstionem tractat Corn. *consil.42.n.7.& 8. vol.3.* ubi concludit non sufficere hæreditatem maternam fuisse delatam filio, ut dicatur esse de bonis acquisitis tempore emancipationis, sed requiri aditionem. Quia quoad acquisitionem inspicitur tempus aditionis, non autem tempus hæreditatis delatæ. 5

Sed in casu proposito cessare videtur difficultas; quia satis adita dicitur per patrem nomine filii materna hæreditas per retentionem dotis maternæ, & per reservationem dicti ususfructus bonorum maternorum, quæ esset inutilis, nisi supponeretur aditio maternæ hæreditatis: nemo autem præsumitur actum inutilem & frustratorium facere voluisse. Et quod sola retentio dotium inducat aditionem hæreditatis maternæ, docet Surd. *consil.244. n.10. & decis.140.n.1.* Natt. *consil.74.n.10.& 11.* 6

7 Verùm hic ſuſtinendum eſt, imò concludendum, quod ſi aliunde non appareat de aditione hæreditatis maternæ facta per patrem, non ſufficiet ſola retentio dotis, maximè in pecunia conſiſtentis, ad hoc ut materna hæreditas adita cenſeatur, cùm præſumptio aditionis ceſſet in patre quando filius non eſt in infantia conſtitutus, quia dum agitur de infante, ſolus pater poteſt adire pro filio, *l. ſi infanti, C.de jur.delib.* & de infante loquuntur Surd. & Nat. *in locis citat.* At verò quando agitur de filio excedente annos infantiæ, ſola detentio dotis maternæ non operatur aditionem, cùm pater ſolus pro filio majore infantiâ adire non poſſit: Surd. *dicta*
8 *deciſ.*140.*num.*10. † maximè quando agitur de dote conſiſtente in pecunia, non autem in bonis ſtabilibus: Surd. *ibid. num.*11. *dicta deciſ.* 140. & Coſta *de rata quæſt.*205. *num.*1.

9 Quod multò magis comprobatur ex eo, quod pater poterat retinere dotes maternas, non animo adeundi, ſed ratione uſusfructus quem in illis habebat; quo caſu non præſumitur aditio ex tali retentione dotis facta per patrem: Gratian. *diſcept.forenſ. cap.*627.*n.*26. quem ſequitur Hodiern.ad Surd. *dicta*
10 *deciſ.*140. *n.*19. † Et generaliter ceſſat præſumptio aditionis oriens ex retentione dotis, quotiès poteſt alia adeſſe cauſa retentionis: Capyc.Latr. *deciſ.*13. *n.*10. Juſta autem retentionis cauſa eſt, quando pater habet uſumfructum dotis, quia hic ſpectat ad patrem, quamvis filius adire nollet: *l.cùm non ſolum, C.de bon.quæ lib.* Hodiern. *ubi ſuprà.*

11 Neque hoc caſu obſtabit retentio uſusfructus bonorum maternorum facta per patrem: quia in jure verum non eſt, quod per hujuſmodi retentionem inducatur aditio maternæ hæreditatis, cùm etiam illa non aditâ uſusfructus pertineat ad patrem: *dicta l.cum non ſolum, C.de bon. matern.* Catnill. de Medic. *conſ.*98. *n.*23. Hodiern. *ad l.hac edictali, C.de ſecund.nupt. quæſt.*35.*n.*28.

12 Si igitur non conſtet aliunde, patrem maternam hæreditatem filio delatam adiviſſe, talis hæreditas non erit numeranda inter bona acquiſita, ſed inter acquirenda, ratione quorum non potuit fieri reſervatio uſusfructus per patrem in actu emancipationis, ut mox probabitur.

13 Deveniendo igitur ad ſecundum caſum, qui verſatur circa bona acquirenda poſt emancipationem, certiſſimum eſt, & communi DD. calculo receptum, bonorum hujuſmodi poſt emancipationem acquiſitorum uſumfructum omnino ſpectare ad filium emancipatum, etiamſi pater talium bonorum uſumfructum ſibi integrè reſervaſſet, quia talis reſervatio uti erronea, & facta contra naturam emancipationis non valet, & ea non obſtante, totus & integer uſusfructus bonorum poſt emancipationem acquiſitorum pertinet ad filium emancipatum: ut docet Oldrad. *conſil.* 214. Dyn. *conſil.* 12. & *ibi* Addit. *in fine*, Hippolyt.de Marſil. *ſingul.*518. Petr.Gerar. *ſingul.*76.*n.*2. Vivius *opinione* 604. Bertrand. *conſil.*10. *n.*11.*vol.*6. & *conſ.*317.*n.*3. & 4. *vol.*3.*p.*2.

His ita conſtitutis, facilis eſt reſolutio quæſtionis propoſitæ. Primò, quod attinet ad bona acquiſita ante emancipationem per filium, licet ceſſante expreſſa reſervatione pater habuiſſet dumtaxat medietatem uſusfructus hujuſmodi bonorum, tamen quia pater ſibi in totum illum reſervavit, totus uſusfructus pertinet ad patrem ſuper dictis bonis ante emancipationem quæſitis.

Secundò, quod attinet ad quæſita poſt emancipationem, inter quæ numerantur bona materna, & alia hæreditaria, (ſi non conſtet de aditione hæreditatis facta per patrem) totus illorum uſusfructus pertinet ad filium ex diſpoſitione legis, adeo ut ſi non conſtet de aditione hæreditatis facta ante emancipationem, bona à matre, & ab avunculo prodeuntia, tanquam adventitia & quæſita poſt emancipationem, licet ante illam delata, acquirantur filio emancipato, tam quoad proprietatem quàm quoad uſumfructum.

Tertiò, quod hujuſmodi acquiſitioni non obſtabit reſervatio facta per patrem, quatenus illa bona numerentur inter acquirenda; cùm ſuperiùs probatum fuerit, reſervationem uſusfructus ſuper bonis acquirendis factam per patrem, nullam eſſe & invalidam.

Quartò, reſultat ex præmiſſis, nullam adeſſe contrarietatem inter donationem, & emancipationem: cùm donatio loquatur de uſufructu bonorum acquiſitorum, emancipatio verò loquatur de uſufructu ſuper bonis acquirendis.

Quintò, ſequitur ex præmiſſis, dictum uſumfructum paternum durare etiam poſt mortem filii, & in præjudicium liberorum, ſive ſuperſtitum ex filio nepotum; quia de jure uſusfructus patri ſemel delatus non finitur per mortem filii, niſi pater concurrat in aliqua parte hæreditatis cum filio: *l.ſi. §.ſin verò, C.ad Trebell.& leg.fin.in fine, Cod.comm. de ſucceſſ. leg.*3. *C.de bon.quæ liber.& §.finitur, Inſt. de uſufruct.* Benedict. *in cap. Raynutius, de teſtament. in verbo, & uxorem nomine Adelaſiam,* n.33. *Dec. deciſ.*172. *num.*33.

Et ex his reſolutæ remanent omnes difficultates propoſitæ.

CAPUT CIV.

Quomodò dos ad patrem ſoluto matrimonio reverſa dividatur inter liberos, patre mortuo ab inteſtato. Et utrùm filia hæretur conferendo ſolam dotis actionem. De immiſſione deneganda quando gravatus habet detractiones faciendas: utrùm fideicommiſſarius poſſit illas ferre in pecunia invito gravato. De ſcriptione ceſſante, durante tempore quo gravatus poſſidet. Et utrùm in immiſſione hæreditatis, cohæres poſſidens illa pro indiviſo, poſſit, invitis creditoribus alterius cohæredis, imputare in ſua portionem bona alienata pro pretio, quæ facta fuit alienatio ſine fraude.

SVMMARIVM.

1 *Dos redit ad patrem, ſoluto matrimonio per mortem mariti.*

2 *Dos ad patrem reverſa dividitur aqualiter inter liberos, patre ab inteſtato mortuo.*

3 *Filia patri ſuccedens, ſolam actionem ad illam conferre tenetur.*

4 *Teſtamentum, in quo filia eſt præterita à patre, qui credebat illam eſſe mortuam, eſt nullum, nec validatur per clauſulam codicillarem.*

5 *Deneganda eſt immiſſio fideicommiſſario, quando ultra legitimam & Trebellianicam faciendæ ſunt alias detractiones.*

6 *Licet*

6 *Licentia data fideicommissario capiendi possessionem propria authoritate, non potest exerceri quando sunt facienda detractiones.*

7 *Ampliatur, ut locum etiam habeat in hærede hæredis.*

8 *Ad quem spectet onus probandi nullas esse faciendas detractiones.*

9 *Alienationes facta per gravatum sunt valida usque ad concurrentiam detractionum.*

10 *Hoc procedit, si agatur de alienationibus inter vivos, non autem si per viam ultimæ voluntatis.*

11 *Fideicommissarius utrùm possit offerre gravato suas detractiones in pecunia, variæ sunt opiniones, sed verior est negativa.*

12 *Si in hæreditate adsint mobilia, & pecunia, inducitur ficta solutio crediti hæredis gravati.*

13 *Fideicommissarius asserens in hæreditate adfuisse pecunias, tenetur illud probare.*

14 *Ficta solutio inducitur pro debitis quæ debebantur tempore editionis, non autem pro postea contractis.*

15 *Hæredi gravato nulla currit præscriptio pro suis creditis, quandiu possidet bona hæreditaria.*

16 *Alienationes facta per unum ex cohæredibus possidentem pro indiviso, non revocantur, sed pretium imputatur in ejus portionem, vel dividitur inter cohæredes.*

17 *Limita, nisi alienatio facta fuisset minus legitimo pretio.*

1 SVper quæstionibus propositis per quandam viduam; in primis dixi, dotem illi constitutam rediisse ad ad patrem, soluto matrimonio per mortem mariti: probatum est *suprà, part. 1. cap.* 100. *per tot. & in decis. ibid. inserta.*

2 Secundò, dotem, vel jus illam recuperandi, fuisse in patrimonio patris, & diuidendam inter liberos patre defuncto, juxta formam *l. final. Cod. communia utriusque judic.* Castrens. *cons.* 11. *n.* 2. *versic. sed quando pater, vol.* 1.

3 Tertiò filiam, patre mortuo, teneri tantùm conferre dotis actionem: *l.* 1. *§. cum dos, ff. de collation. & Authent. quod locum, Cod. eod. tit.* & ibi DD. Bald. Nouell. *de dote, paet. 6. priuil. 5. n. 3.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. & dotem quam ei dederat, num.* 20. Muñoz *de ratiocin. comput.* 18. *n.* 5. Gratian. *discept.* 466. *num.* 7. Afflict. *decis.* 247. Graff. *§. Collatio, quæst.* 13. *num.* 2. Cuiac. *Nouell.* 97. Quod locum habet siue maritus viuat, siue mortuus fuerit: Barry *de succes. lib.* 14. *tit.* 3. *fol.* 176. *n.* 9. *versic. Quod extenditur.*

4 Quartò, quod testamentum patris nullum est propter præteritionem filiæ, quam credebat esse mortuam, non obstante clausula codicillari: Bart. *lib.* 10. *tit. de claus. codicill. num.* 10. *versic. sin filius jam natus,* Gomes. *l.* 3. *Tauri, num.* 79. Cyriac. *controuers.* 262. *n.* 73. *dummodò scienter id fiat,* Rot. *decis.* 5. *num.* 4. *part.* 4. *recent. tom.* 2. Clar. *§. Testamentum, q.* 46. *n.* 2. & probaui *p.* 1. *c.* 93. *n.* 6.

5 Quintò, non esse concedendam immissionem fideicommissario etiam pro indiuiso, quando vltra legitimam & Trebellianicam faciendæ sunt aliæ detractiones: Burat. *decis.* 946. Rot. *decis.* 360. *num.* 26. *p.* 5. *recen. decis.* 51. *n.* 15. *&* 88. *n.* 29. *p.* 6. Hodiern. ad Surdum *decis.* 333. *n.* 15. *&* 17.

6 Sextò, dixi licentiam datam fideicommissario capiendi possessionem propria authoritate, non posse executioni demandari, nisi factis priùs detractionibus per grauatum: Mart. *de succes. part.* 4. *quæst.* 16. *art.* 3. *num.* 38. Hodiern. *decis.* 333. *num.* 8. Rot. *decis.* 115. *n.* 17. *in fin. part.* 2. *recentior.* Fusar. *quæst.* 613. *num.* 23.

Et hoc habere etiam locum in hærede hæredis: 7
Hodiern. *ibidem, num.* 12. Argel. *de legit. contradict. quæst.* 13. *n.* 55.

Septimò dixi, onus probandi nullas faciendas 8
esse detractiones, spectare ad fideicommissarium: Seraphin. *decis.* 967. *num.* 31. Rot. *decis.* 126. *num.* 3. *part.* 3. *recent.* Sed hoc dubium est, si non factum fuerit inuentarium: Ludouis. *decis.* 266. *numero* 16.

Octauò dixi, alienationes validas esse vsque ad 9
concurrentiam detractionum; & posteriores, quæ excedunt, reuocari. Peregrin. *consil.* 38. *n.* 9. *vol.* 4. Rot. *decis.* 127. *num.* 10. *part.* 7. *recentiorum,* Ludouis. *decis.* 580. *n.* 8. Fusar. *q.* 543. *n.* 14.

Intellige vt procedat, quando agitur de aliena- 10
tionibus factis inter vivos, non autem si per vltimam voluntatem: Addent. ad Ludouis. *decis.* 580. *num. vltimo,* Bald. *in l. filium quem habentem, num. mihi* 38. *Cod. famil. ercisc. und.* Merlin. *de legit. libro* 2. *tit.* 2. *quæst.* 3. *num.* 16. Quia alienationes collatæ post mortem illius, qui testatur, conferuntur in tempus quo jam quæsitum est jus substituto.

Nonò, dum quæritur vtrùm fideicommissarius 11
possit offerre detractiones in pecunia? Affirmatiuam tenet Cost. *in allegat. incerta post distinct.* 37. *centur.* 1. *de facti scient.* Barry *de succes. lib.* 8. *tit.* 16. *num.* 9. *fol.* 352. Simon de Præt. *de interpr. ultim. volunt. lib.* 3. *dub.* 3. *inspect.* 5. *solut.* 4. *num.* 24. *fol.* 252. habita ratione augmenti monetæ, *num.* 30. Giouagnon. *consil.* 73. *per totum, lib.* 1.

Contrarium Peregr. *artic.* 35. *num.* 20. *&* 21. *&* 12
consil. 38. *num.* 6. *volum.* 4. Rot. *decis.* 680. *num.* 1. *p.* 1. *diuers.* Mangil. *de imput. quæst.* 136. *num.* 49. *&* 55. Fusar. *quæst.* 671. *num.* 4. licèt *in fine* inseratur consilium cuiusdam Doctoris in contrarium; sed eandem sententiam Peregrini sequitur Rot. *decis.* 267. *p.* 1. *recent.* Seraphin. *decis.* 967. Rot. *diuersor. dicta decis.* 680. *part.* 1. Maresc. *lib.* 1. *cap.* 37. Rota *dicta decis.* 127. *n.* 10. *p.* 7. *recent.*

Si tamen in hæreditate adsint mobilia, & pecuniæ, debet super illis in primis induci ficta solutio: Rot. *dict. decis.* 680. *num.* 1. *&* 2. Seraphin. *dicta decis.* 967. Bona autem adiudicari debent arbitrio judicis: Fusar. *quæst.* 543. *num.* 18. Giouagnon. *dict. consil.* 73. *num.* 6. Cyriac. *controuers.* 497. *num.* 17. 13
† Onus autem probandi adfuisse pecunias in hæreditate, spectat ad fideicommissarium: Fusar. *quæst.* 671. *n.* 10.

Præterea ficta solutio intelligitur quoad debita, 14
quæ erant tempore aditionis, non autem pro debitis postea solutis: Giouagnon. *consil.* 73. *num.* 139. *part.* 1. Rot. *decis.* 198. *num.* 4. *&* 5. *part.* 7. *recent.* & sic debita post aditionem soluta, offerri in pecunia: Giouagnon. *dict. consil.* 73. maximè *n.* 65. *& per totum.*

Decimò dixi, nullam currere præscriptionem 15
hæredi grauato pro suis creditis, quandiu possidet bona: Bald. *consil.* 102. *numero* 1. *in fin. vol.* 2. Vasq. *de testatoris potent.* §. 20. *numero* 255. Monoch. *consil.* 982. *num.* 9. *&* 1019. *numero* 4. Gomes. *l.* 45. *Tauri, num.* 105. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 10. *numero* 34. Fontanell. *decis.* 185. *numero* 4. Barbos. *l.* 2. *Cod. de præscript.* 30. *annor. num.* 4. 10. *& sequent.* Tusch. *litt. E, conclus.* 371. *numero* 7. *& conclus.* 374. *num.* 33.

Vndecimò dubitatum fuit, si plures adessent 16
cohæredes possidentes pro indiuiso, quorum vnus

alienaſſet quædam bona hæreditaria, quæ volebat imputare in ſuam portionem in judicio familiæ Erciſcundæ ; ſed quia alter erat obligatus pluribus creditoribus, qui volebant retractare illam alienationem ; ille verò cohæres , qui fecerat alienationem , offerebat imputare pretium alienationis in ſuam portionem ; ideò quæſitum fuit , vtrùm dicti creditores poſſint impedire alium cohæredem petentem , quod alienata imputentur in portionem ſuam quoad valorem ipſorum.

Et videtur quod non poſſint impedire , cùm natura actionis familiæ Erciſcundæ talis ſit , vt detur tam pro poſſeſſis , quàm pro non poſſeſſis : *l. item Labeo, §. finali, cum l. ſequenti, ff. famil. Erciſcund.* Et ideo ſi agatur petitione hæreditatis, cohæres poteſt tantùm agere ad pretium contra cohæredem alienantem , vel ſi malit actione reali contra poſſeſſorem ; datur enim illi electio propter malam fidem alienantis : *l. ſi & rem & pretium 25. ff. de petit. hæredit.* quia cùm actio petitionis hæreditatis ſit vniuerſalis, pretium in ea ſuccedit loco rei.

Ad pretium autem non poteſt agere judicio familiæ Erciſcundæ, quia venditio & receptio pretii non fuit facta nomine hæreditatis, ſed nomine proprio cohæredis.

Poteſt tamen agi ad rem ipſam alienatam, propter perſonales quæſtiones ; ſiue vnus ex cohæredibus ſolus poſſideat, ſiue poſſeſſio neutrius ſit , & ad extraneum deuoluta fuerit : *l. ſed & ſi uſucapio, & ibi* Gloſſ. *in verbo, ſubducit, & l. hæredes 26. §. quantum, & d. l. item Labeo 23. §. penult. & finali, ff. famil. erciſcund. & l. penult. ff. commun. diuidund.* Quod fieri dicitur , quia Iudex poteſt facere adiudicationes perſonales in locum rei alienatæ , vt explicat Cyn. *in l. in familia, num. 3. Cod. famil. erciſcund.* Bald. *ibid. num. 3. verſic. item, dicere :* & hæc eſt ſententia Gloſſæ, & omnium DD. *in dicta l. in familia , in verbo, petenda eſt* : Azo *in dicta l. in familia 20. & in l. in cohæredibus 17. eod. tit.*

Vnde ſi hæreditas ſit indiuiſa, & hæres ſuo nomine aliquam rem alienauerit, non reuocatur alienatio , ſed repetitur pretium ab eo, vt conferat inter hæredes diuidendum ; vel computabitur in partem ſuam , vt judicatum refert Cabed. *deciſ. 146. num. 3. part. 1.*

17 Si tamen alienatio facta fuerit minus juſto pretio, iterum æſtimabitur arbitrio Iudicis : Gratian. *deciſ. 169. n. 17.*

CAPUT CV.

Dominos Iuriſdictionales non poſſe regulariter prohibere ſubditis ſuis venationem. Poſſe tamen prohibere in locis ſuis propriis , etiamſi non ſint circundata muro. Dominos particulares poſſe prohibere , ne venatores contra eorum voluntatem ingrediantur ſua prædia. Proclamationes , quibus ſubditi nec verbis, nec facto contradixerunt , conſtituere Dominos in quaſi poſſeſſione prohibendi venationem.

SVMMARIVM.

1 *Generalis prohibitio venationis non eſt permiſſa Dominis Iuriſdictionalibus.*

2 *Quilibet particularis poteſt prohibere venationem in propriis prædiis.*

3 *Qui invito Domino prædium alienum ingreditur, prohiberi poteſt armata manu.*

4 *Nemo poteſt prohibere ingreſſum ſui prædii , pro venatione luporum, & ſimilium animalium, quæ apta ſunt ad nocendum.*

5 *Poteſt Dominus per proclama generale prohibere venationem ſubditis , in propriis ipſius Domini prædiis.*

6 *Prohibitio ingreſſus poteſt fieri per Dominum ſubdi , etiam antequam quis ſit in procinctu ingrediendi in ipſum.*

7 *Dominus juriſdictionalis acquirit quaſi poſſeſſionem juris prohibendi , ſi longo tempore ſuis proclamata prohibitoria , quibus ſubditi obtemperaverunt.*

8 *In quocumque caſu prohibere poſſunt Domini venationem per totum territorium certo anno tempore, vel cum certo genere inſtrumentorum, ne ſpecies devaſtentur.*

9 *Iudices in dubio debent favere Nobilibus, & ruſticos remittere ad aratrum ; quia venatio propria eſt Nobilium.*

10 *Dominus poteſt prohibere venationem in propria garena, vel parco , multò magis ſibi ſaeptam inſtrumentis fraudulentis.*

11 *Non eſt opus ad huiuſmodi venationis prohibitionem , vt garena ſit muris incluſa, ex communi ſententia.*

12 *Explicatur* artic. 218. Statut. Comitatus Venaiſſini.

13 *Reformatio diſpoſitionis , ſeu conſuetudinis , intelligitur retentis ſemper terminis primæ ordinationis.*

VIſa facti ſerie propoſita pro parte Dominorum Vaſſallorum & Feudatariorum Sanctiſſimi D. N. Papæ , conſtituentium ſecundum Statum patriæ Comitatus Venaiſſini , circa controuerſias quæ hodie mouetur per Dominos tertii Status dictæ patriæ , ſuper prohibitionibus factis , aut faciendis per Dominos Feudatarios in eorum juriſdictionalibus : Vt certior, & clarior earumdem reſolutio, quaſdam veras in jure concluſiones eſſe proponendas , ex quibus propoſitarum prohibitionum deciſio reſultabit.

Prima Concluſio. Dominos juriſdictionales regulariter non poſſe facere prohibitionem generalem venationis in eorum terris & juriſdictionibus. Ratio eſt quia venandi libertas eſt de jure naturali & gentium : *§. ferè, Inſtitut. de rer. diuiſ.* Franch. *deciſ. 530. num. 14. part. 1.* Menoch. *conſil. 398. n.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 4. cap. 29. numero 45.* Decent. de Franch. *deciſ. 158.* Viuius *opinion. 101. numero 6.*

Secunda concluſio. Non ſolùm domini Iuriſdictionales , ſed etiam quilibet particularis poteſt prohibere venatores , ne ipſo inuito ingrediantur in ſuum prædium, venationis cauſa : *l. Diuus, ſeruit. ruſtic. prad.* cuius hæc ſunt verba : *Diuus aucupibus ita reſcripſit : Non eſt rationabile, meos Dominis, vos in alienis agris aucuparі.* Et Gloſſa dicit, *Idem de venatione.* Quia generaliter prohibitum eſt , ne quis prædium alienum ingrediatur invito domino : *l. per agrum , Cod. de ſeruit. &* Sola *in conſtitut. Sabaud. tit. de Venation.* Gloſſ. 1. †

† Et poteſt ille , qui inuito domino fundum alienum ingreditur , etiam armata manu prohiberi. Gloſſa *in l. 3. in verbo, prohiberi. ff. de acquir. rer. dom.*

& per illa jura bene probat Alvarot. *de feudis, in §.nemo retia, de pace tenenda, versic. & ideo ego considerabam.* Capibl. *de jure Baron. pragm.14. num.37.* Idem probat Sebast. Medic. *in tract.de Venation. p.1.*
4 *quæst.6.* † qui tamen dicit hoc non habere locum quoad venationem animalium nocivorum, qualia sunt Lupi, Leones, Pantheræ, & similia: per text. *in dicto §. nemo retia, de pace tenenda, in feudis.*

5 Tertia conclusio. Potest Dominus jurisdictionalis per generale proclama prohibere, ne quis illo invito fundos proprios causa venationis, vel aucupii ingrediatur: cùm enim sit dominus illorum prædiorum, & simul jurisdictionem habeat, multò magis potest edicto generali prohibere ne quis proprium fundum causa venationis, vel aucupii ingrediatur: Surd. *consil.390. num.20. & num.26. versic. secundò respondeo:* Albert.Brun. *consil.189. column.2. versic. & ratio videtur:* & decisum testatur Thesaur.
6 junior *lib.2. quæst. forens.22. num.6.& num.7.* † ubi dicit hoc non solùm habere locum quando dominus videt aliquem ingredientem suum fundum, sed etiam ante ingressum per inhibitionem generalem, reprobando quoad hoc distinctionem Nattæ *consil.375.* & hoc voluit Glossa *in dicta l.3.ff.de acquir. rer.domin.in verbo, prohiberi:* dicens quod licet principaliter prohiberi non possit ne quis occupet illud, quod nullius est; attamen per consequentiam hoc fieri potest: cùm enim quis prohibetur ingredi, prohibetur & capere: sequitur Nigromont. *in tract. de Venation. cap.2. num.25.& 55.*

7 Quarta Conclusio. Si Dominus jurisdictionalis per continuatam multorum annorum seriem fecerit prohibitiones, & proclamata, ne quis seu in propriis, seu in alienis fundis venationem, aut aucupium exerceat, talesque prohibitiones effectum sortitæ fuerint, idest, nemo reclamaverit, aut aliquo reclamante condemnatio subsequuta fuerit, fuit ipsi Domino jurisdictionali acquisita possessio, seu quasi: immò & jus prohibendi venationem juxta formam proclamatis: Franc. Marc. *decis.530. n.14.* Nigromont. *in tract.de venat. cap.2. num.56. & seq.* Cancer. *lib.2. var. resol.cap.2. num.84.& 85.* ubi tamen dicit *num.86.* hoc non habere locum, quando subditi re ipsa, & facto, aut verbis contradicunt: Tusch. *lit.V, conclus.41.num.8.& 9.* Roland. *consil.9. num.12.& seq.vol.2.*

8 Quinta conclusio est, quod in casibus, in quibus Domini terrarum non possunt facere proclamationes prohibitivas venationis, veluti quando Domini jus prohibendi non præscripserunt, & agitur de prædiis alienis, aut de locis publicis, possunt nihilominus prohibere venationes, & aucupia, etiam in prædiis privatis subditorum, aut publicis, certis temporibus, vel cum certis instrumentis, ne vastentur species, præsertim cùm pariunt, ova ponunt, fœtum nutriunt, vel tempore nivis; aut ne his, vel illis instrumentis venationem exerceant, aut aucupentur, veluti ad Tonam: ut dicit Franc.Marc. *dicta decis.530. n.14.* aut tenendo retia pro capiendis animalibus, nisi ad ursos, apros, & lupos capiendos, *dicto §.nemo retia, de pace tenenda, in feudis.* Rebuff. *in C.tit.de venat.ferar. lib.11. num.4.* Sebast. Medic. *tr.de venat. p.1. quæst.10.& 11.*

9 Sexta Conclusio. Quando tractatur de venatione, in casu dubio Judices debent esse faciliores ad judicandum pro Dominis, quàm pro rusticis: quia rusticorum est terram colere & arare; Illustrium verò Virorum propria est venatio: Rustici enim sunt prohibendi hoc jure uti, ut faciliùs culturæ operam dare possint, ut concludit Thesaur. Jun. *d.lib.2. quæst.22. num.11.*

Septima conclusio. Si Dominus jurisdictionalis 10
in loco sui feudi construxerit garenam particularem, seu parcum pro usu suæ venationis, poterit prohibere tam subditis, quàm forensibus venationem in eo loco privato: Rebuff. *in dicta rubr. de venat. ferar.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de testam. in verb. & uxorem, num.869. & 870.* ubi idem dicit de eo, qui venationem exercet prope garenam, vel columbarium Domini: Bartol. *in l.venationem 25.ff.de usuris, & in l. usufructuarium venari, §.1.ff.de usufructu,* Guid. Pap. *decis.218. n.1.* Quod multò magis locum habet, si quis fraudulentis ad hoc utatur instrumentis, ut dicit Marth. *ad dictam decis.218.*

Et licèt aliqui DD. illud limitare voluerint, ut 11
locum habeat, si tales garenæ sint muro vallatæ, & sepe circumdatæ, prout voluit Natt. *consil.375. n.8. versic. finita tamen,* & Bertrand. *consil.255. num.8. & 9.* ubi tamen dicit sufficere, quod garena, vel parcus circumdentur parietibus, sepibus, aut palis, seu aliis materiis, ita ut cuniculi, aut animalia retineantur inclusa, & capi possint ad nutum ipsius Domini: quod fuit etiam de mente Rebuffi *in dicta rubr. de venat. ferar. num.3. versic. sed credo, distinguendo,* ubi dicit sufficere quod garena sit talis, ut sit circumdata vallo, & quod animalia remaneant in fundo, & capiantur ad omnem Domini voluntatem.

Tamen generaliter etiam in locis muro non circumdatis, Dominum jurisdictionalem prohibere posse venationem, concludit Thesaur. jun. *dicta quæst.22. n.9. lib.2.* quod fusiùs comprobat *ibidem, num.6. & 7.* dicens ita bis & ter fuisse judicatum, nullâ factâ differentiâ inter prohibitionem specialem, & generalem, Judicis authoritate factam. Et in effectu DD. nihil aliud respiciunt in hac materia, nisi utrum agatur de loco, in quo quis habet & nutrit animalia, quæ habent consuetudinem redeundi; tunc enim dicuntur à Domino possideri, & illa capiens committit furtum: Joan. de Plat. *in dicto tit. Cod. de venat. ferar. lib. 11. num. 2. versic. Item in loco alieno.*

Ultima conclusio. Non debet fieri contra Do- 12
minos jurisdictionales aliquod fundamentum super Bulla Leonis X. inserta *art. 248. Statut. patriæ Comitatus Venaissini,* cùm in illa expressè reservata fuerint jura Vassallorum his verbis: *Et qu'il n'entendoit point estendre ces prohibitions aux terres des Vassaux nostres, & du S.Siege Apostolique; c'est à sçavoir qui sont Seigneurs temporels.* † Et ideo cùm in prohibitione tunc facta per Legatum, jura feudatariorum fuerint reservata, conventiones, & reformationes postea subsequutæ debent intelligi retentis iisdem terminis; nempe reservato jure Vassallorum, quia dispositio generalis non includit casus specialiter prævisos: *l.doli clausula, ff.de verbor.obligat.* Surd. *decis.38. num.12.*

CAPUT CVI.

Continetur hîc decisio Rotæ Romanæ facta in causa gravi Sabinensi Status Montis Libretti, venditi Clar.mem. Principi Thaddæo Barberino, per Dominos Ducem Ferdinandum, & alios de Vrsinis: & deciditur

deciditur quomodo fieri debeat æſtimatio diverſorum corporum, unica venditione, & unico pretio, ad ſingula tamen rubra valoris frumenti venditorum; Vtrùm videlicet fieri debeat æſtimatio in globo & cumulo, an verò quoad ſingula corpora? Et utrùm periti poſſint cogi poſt factam & remiſſam relationem, ad faciendam illius declarationem, tam ad inſtantiam partis, quàm ex officio Judicis? Quid ſi agatur de arbitro ex communi partium conſenſu electo? Et quando, ſeu in quibus caſibus peritus cogi poſſit ad reddendam rationem ſuæ relationis? Et ad quid obliget juramentum de ſtando illorum relationi.

SVMMARIVM.

1 *Quando periti debent æſtimare plura diverſa corpora, debent quodlibet corpus ſeparatim æſtimare, & referre.*

2 *Relatio eſt incerta & invalida, quando ex ea non poteſt ſciri quid reddat unumquodque corpus.*

3 *Peritus qui non fecit certam relationem tenetur declarare ſuum ſenſum, & ad id cogi poteſt officio Iudicis.*

4 *Relatio pro quolibet corpore ſeparatim fieri debet, quando venditio facta eſt diverſis pretiis; ſecus ſi unum pretium in univerſum ſit conſtitutum.*

5 *Limitatur ut locum non habeat, quando ex æſtimatione generali notabile damnum partibus evenire poteſt.*

6 *Periti nominati pro æſtimandis fructibus plurium prædiorum venditorum, debent ſeparatim de ſingulis referre.*

7 *Periti tenentur relationem facere de omnibus quæ veniunt in conſequentiam ſuæ nominationis.*

8 *Relatio peritorum fieri debet de omnibus, in quibus agitur de intereſſe partium illos nominantium, & ad hoc cogi poſſunt.*

9 *Quantitatis fructuum, qui percipiuntur ex prædiis, tanquam in animo conſiſtentis, declaratio per ſolos expertos fieri poteſt.*

10 *Stipulatio duplæ in evictione refertur ad quantitatem pretii ſoluti, non ad valorem rei evictæ.*

11 *Emptor, cui ob evictionem plures competunt actiones, poteſt eligere unam ex pluribus ſibi bene viſam.*

12 *Peritus ratione muneris aſſumpti cogi poteſt ad declarandum id, quo non declarato, quis cum aliena jactura locupletaretur.*

13 *Quando res non eſt integra, non poteſt declarari id quod factum eſt.*

14 *Fallit primò, niſi præceſſerit proteſtatio partis habentis intereſſe.*

15 *Fallit ſecundò, ut verum quidem ſit in actibus judicialibus; ſecus in extrajudicialibus, quales ſunt relationes peritorum nominatorum vigore contractus emptionis.*

16 *Fallit tertiò, niſi declaratio fiat Iudice cogente.*

17 *Iudex inferior cogi poteſt a Superiore ad declarandum.*

18 *Iudex cogere poteſt peritum tanquam teſtem ad declarandam ſuam relationem.*

19 *Iudex poteſt cogere peritos ad faciendam declarationem ſuæ relationis, tam ex officio quàm ad inſtantiam partis.*

20 *Præſumitur de jure quod peritus omnia conſiderarit.*

21 *Peritus cogi poteſt ad declarandum ea quæ nullus alius præter ipſum ſcire poteſt.*

22 *Non poteſt ſciri veritas valoris totius, niſi ſciatur valor ſingularum partium.*

23 *A Peritis nihil magis requiritur quàm veritas.*

24 *Arbiter non poteſt cogi ad teſtificandum, niſi utraque pars conſentiat, propter timorem ſuſpicionis.*

25 *Fallit hoc, ſi agatur de Arbitro communiter electo.*

26 *Præſertim ſi prius Arbiter fuit requiſitus, & in eo illi facta proteſtatio.*

27 *Et ſi agatur de materia quæ aliis non poteſt eſſe nota.*

28 *Maximè cùm peritus interrogatur ad inſtantiam illius contra quem lata eſt ſententia.*

29 *Item quando per talem declarationem nullum fit præjudicium.*

30 *Item fallit quando Iudex cogit Peritum ex officio ad faciendam declarationem.*

31 *Peritus non tenetur reddere rationem ſuæ relationis, niſi agatur de iis quæ cadunt ſub viſu corporeo.*

32 *Solutio coacta non nocet ſolventi.*

33 *Iuramentum in compromiſſo omnem habet tacitam conditionem, dummodo Iudex fuerit juſtum.*

34 *Periti relatio facta contra formam juris, pro nulla eſt ac ſi facta non fuiſſet.*

DECISIO S

ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D.

DV NOZE

DE CANO,

IN CAUSA

Sabinen. Status Montis Libretti.

Mercurii 24. Junii 1652.

VENDIDERUNT DD. Duces Di[illegible] nandus, & alii de Urſinis cla[illegible] D. Principi D. Thaddæo Ru[illegible] Urbis Præfecto Statum Mont[illegible] bretti conſiſtentem in ſex Ca[illegible] una Tenuta juriſdictionali, in inſtrumento [illegible] tionis ſpecificatis, cum expreſſione eorum [illegible] finium territorialium, ſive juriſdictionalium [illegible] dendo generaliter, & abſque alia ſpecifica[illegible] Domos, Palatia, Jus mulctandi, confiſcandi, [illegible] tia realia, perſonalia, angarias, parangarias, [illegible] gia, jus paſcendi, viridaria, horros, carneta, [illegible] reta, paſcua, ſylvas, prata, tenutas, nemora, [illegible] furnos, macella, molendina, hoſpitia, [illegible] omnia

omnesque alios redditus, prouentus, & emolumenta consistentia tam intus, quàm extra, & circum dicta Castra, & tenutam, illorúmque districtus, pro pretio inter ipsos contrahentes concordato, ad rationem scutorum centum pro quibuslibet scutis duobus, & vno quarto alterius scuti, quorumcunque fructuum & reddituum eiusdem Status & bonorum venditorum, valutando frumentum ad rationem Iuliorum 57. pro quolibet rubro, cum hoc quod Vassalli teneantur illud deferre ad flumen Tyberis absque vlla expensa D. Emptoris. Convenerunt quoque iidem contrahentes, quod fructus & redditus præfati valutando frumentum vt supra, æstimari deberent per D. Horatium Falconerium,& Joannem Appollonium,quos ad hunc effectum communiter elegerunt, & in euentum illorum discordiæ, per Petrum Vanninum, quem in tertium peritum nominarunt. Declararunt insuper DD. Venditores, quod nihil sibi reseruabant, nisi expressa in eodem instrumento, & respectiuè à dictis peritis declaranda, promiseruntque redditus, prouentus, & alia à peritis æstimanda, esse vera, realia, & subsistentia, & in quieta & pacifica possessione & fruitione bonorum venditorum, & cuiuslibet eorum, illorúmque & cuiuslibet eorum iurisdictionis, jurium, introituum, reddituum, prouentuum, fructuum, & emolumentorum æstimandorum,semper & perpetuò D. Emptorem manutenere, & ab omni lite & molestia defendere & liberare, ac de illorum & cuiuslibet eorum euictione generali & particulari, etiam ad duplum teneri voluerunt.

Introducta postmodùm lite coram A. C. super solutione pretii, Appollonius dedit suam relationem claram & distinctam, specificando scilicet in ea omnia corpora,jura,ac redditus æstimatos; postea verò retulit D. Falconerius absque vlla specificatione, comprehendendo nempe fructus omnium corporum sub vnica summa valde inferiori ab illa relata per Appollonium, vnde cùm factus esset locus æstimationi Vannini pro parte D. Emptoris,fuit præuia citatione personali,tam ei, quàm DD. Venditoribus protestatum, quod idem Vanninus in sua relatione omnino specificare deberet corpora & redditus, deducendo in eadem protestatione ad notitiam præiudicia, & interesse quæ D. Emptori causari poterant ex relatione confusa & indistincta; sed spreta protestatione huiusmodi, Vanninus retulit in confuso fructus & redditus dicti Status ascendere ad scuta 26100. & sic ad rationem scutorum duorum & quartæ partis alterius scuti pro quolibet centenario, valorem illius importare dixit vndecies centena & sexaginta millia scutorum; à qua relatione fuit propterea pro parte D. Emptoris appellatum.

Institerunt nihilominus DD. Venditores coram A.C. pro solutione residui pretii juxta dictam relationem Vannini, vnde D.Emptor reconuenit eosdem coram eodem A. C. pro justificatione dictæ parangariæ delationis frumenti ad flumen Tyberis à Vassallis negatæ,& pro liberatione à molestiis illatis super diuersis corporibus & juribus quæ sub venditione comprehensa asserebat; sed è contra informantes pro DD. Venditoribus controuertebant comprehensionem huiusmodi, vt in particula informationum datarum in summario vltimæ responsionis, *num.*1. & hanc ipsam controuersiam reiterarunt in signatura Sanctissimi, dum emptor opponebat de non implemento dicti Summarii, *num.*2. Tandemque A. C. relaxauit mandatum pro solutione dicti residui, nullatenus terminata causa dictæ reconuentionis: & cùm ab huiusmodi mandato fuisset appellatum, Signatura Sanctissimi rescripsit Rotæ cum clausula, *non retardata executione.*

Persoluto integro pretio, Primogenitus & successor dicti D.Emptoris, inhærendo protestationi contra Vanninum vt suprà factæ, & appellationi interpositæ ab ejus relatione, simúlque prosequendo judicium reconuentionis ad fundandam suam intentionem in eo judicio,& ad effectum occurrendi damno,quod sibi imminere dicebat, si alia quoque bona tractu temporis molestarentur & euincerentur, petiit cogi Vanninum ad declarandum singula corpora æstimata, & redditus vniuscuiusque corporis: sed Rota ordinauit quod desuper disputaretur particulare dubium, quo hodie proposito, DD. responderunt Vanninum esse cogendum: ea moti ratione, † quia quando, provt hic, non æstimatur vnica, sed plures res inter se distinctæ, distinctam pariter relationem per singula corpora peritus tradere tenetur: vt probat text. *in l. final.*§.*præterea,C.de jur.dot.*ibi, *æstimatione earum, &c. ea intelligenda quæ prosingulis speciebus facta est,vel pro vnoquoque genere dotalium specierum, ideſt pro argento vel ornamentis, vel veste,& aliis speciebus, & non esse expectandam post singulas æstimationes vnam coadunationem totius calculi,quod satis scrupulosum, & per nimiam subtilitatem perniciosum est.* Idemque *ibi* tradunt Angel. *sub num.*2.*versic.nota quod,*Cyn.*num.*1. Salicet. *ante num.*9. *versicul. tertiò nota,* Bellapertic. *versicul. & intellige æstimationis,* Bursat. *consil.* 249. *num.*19.*lib.*3.Garz. *de expens. & meliorat. capite* 24. *numero* 5. *vers. Baldus autem: & versic.præterea,*Valasc. *in prax.partit.cap.*10. *num.*5. † Cùm enim ob non factam huiusmodi distinctionem dignosci non valeat quid æstimatum fuerit, & quanti prouentus sit istud,& quanti illud corpus; relatio dicitur incerta, & propterea inutilis: *l.quid autem* 21.§.*Pomponius, vers. inutiliter arbitrum incertam sententiam dicere, &c.ff.de recept.arbitr.* Pantal.de Crem. *in repetit.l.*2.*sub num.*246. *versic. quia istud pretium, C. de rescind. vend. inter repetit. ciuil. volum.*7. *fol.* 491.*à tergo,* Petr.Sanz. *de divis. bonorum,cap.*4.*num.*19.*circa finem, vers. & quia alter, &c.* † & consequenter peritus officio Iudicis illam declarare tenetur, ita postulante juris & æquitatis ratione: *ad text. in l. semel, C.de re militar.lib.*12. Felin. *in cap.proposuisti, num.*6.*versic. & sis cautus, de probat.* Muñoz. *de ratiocin.cap.*31. *num.*15. Pacian. *de probat.lib.*1.*cap.*47. *num.*157. Blanch. *de compromiss. q.*8. *sub numero* 33. *versic.limita prædictam conclusionem*: Modet.ex Arce Hannoni *de subhast.cap.*15.§. 10. *num.* 1. *cum seqq.* idque seruauit Rot. *in Romana administrationis Fundaci,* 12. *Iunii* 1617. *coram bon. mem.* Pirouano, quæ est *decis.*526. *ante num.* 1. *versic. & Albanis, part.*4.*recent.*

Non obstat quod text. *in supradicta l. final. d.*§. *Præterea,* procedat in venditione plurium rerum facta pretio separato pro singulis rebus, vt declarat Glossa *ibidem, verb. coadunationem, vers sed tunc demum,&c.*secus autem quando, provt hic,omnes res vnico pretio venduntur, per text.*in l.Manius* 53.§. *fin. ff. famil. erciscun.* cum aliis adductis per Rotam *in Romana Consignationis sequestri,* 12. *Maii* 1620. *coram Sanctiss.D.N.*§.*minus obstat.*

Quoniam licèt præfata limitatio de jure sit vera & probabilis, nihilominus objectum absolutè euitatur ob necessitatem alterius futuræ relationis, ad damnum quod emptori emergere posset, si prætermitteretur

termitteretur huiuſmodi declaratio : vbicumque enim in futurum poteſt euenire caſus, quod ſit opus vt fiat æſtimatio alicuius rei particularis in dicta venditione comprehenſæ ob illius euictionem, vel moleſtias deſuper ab aliquo inferendas, illi à principio occurrendum eſt per diſtinctam æſtimationem ſingularum rerum, & omnium illarum partium, ne contingat ferri relationes non ſolum multiplices cum magno incommodo emptoris, vt optimè declarando dictum text. *in l. Mœuius*, §. *fin.* tradit Bellon. jun. *conſil.* 53. *ſub num.* 18. §. *ſecundò reſpondeo, verſic. primum enim* : Blanch. *loc. cit. num.* 33. *limitat.* 4. ſed etiam diuerſas ab illa Vannini, ſecundum quam pretium fuit ſolutum, & ſic alteri ex
6 partibus præiudicium afferatur. † Similiter obiectum ceſſat ex eo, quia peritus in præſenti caſu non fuit electus ad æſtimandum pretium, ad quem effectum requiritur conſideratio ſitus, & aliarum plurium qualitatum relatarum per D. Modern. ex Arce Hann. *de ſubhaſt. capit.* 15. §. 30. cùm illud jam fuiſſet ſtabilitum à contrahentibus, ad rationem ſcutorum centum pro quibuſlibet ſcutis duobus, & vno quarto alterius ſcuti quorumcumque fructuum & reddituum, ſed ſolummodo fuit electus ad referendum & æſtimandam quantitatem eorumdem fructuum & reddituum, qui ſicuti per ſeparationem corporum adinuicem in quantitate propria vniuſcuiuſque corporis diminutionem non patiuntur, ita neque per aliquorum corporum vnionem, ſeu cohærentiam augmentum recipiunt : vnde cùm in eis non militet ratio vnitatis, quæ militat in pretio, nec minus eis applicatur diſpoſitio text. *in dict. l. Mœuius*, §. *finali*, in tali ratione fundatus: Surd. *conſil.* 67. *numero* 19. Barboſ. *axiom.* 192. *numero* 5.

7 Eóque faciliùs in propoſito coactio admittenda videtur, quia talis declaratio aſſentitur menti contrahentium, quemadmodum patet ab eo, quod in inſtrumento aſſeruntur vendita omnia jura, nullo reſeruato, niſi expreſſis & reſpectiuè declarandis à peritis ; & ampliùs Venditores promiſerunt fructus, redditus, prouentus, & alia à peritis æſtimanda, eſſe vera, realia, & ſubſiſtentia, & in pacifica poſſeſſione illorum, & cuiuſlibet eorum emptorem manutenere. Cùm autem ſciri non poſſit, an venditores promiſſionem hanc perfectè impleant, dum non conſtat de ſingulis juribus & corporibus æſtimatis, ſequitur vt dum partes conuenerunt de eo quod eſt conſequens, intellexerunt quoque de ſuo neceſſario antecedenti : Rot. *deciſ.* 44. *num.* 2. *& deciſ.* 105. *num.* 5. *part.* 1. *recentior.* Barboſa *axiom.* 54. *n.* 1. Ac quia per talem declarationem nemini fit præjudicium, tam enim venditores, quàm emptor, eorumque hæredes, ſiue ſequatur, ſiue non præfata declaratio, non poſſunt adſtringi ad plus quàm in inſtrumento continetur. † Item quia dum concur-
8 rit intereſſe, ſemper intrat coactio, etiam in caſibus in quibus aliàs coactioni locus non eſſet, ſicuti admonet Iuriſconſultus *in l. qualiter* 19. §. *dicere*, ibi, *ſed ſi de pluribus rebus ſit arbitrium receptum, niſi omnes controuerſias finierit, non videtur dicta ſententia, ſed adhuc erit à Prætore cogendus* : & clariùs *in l. non diſtinguemus* 32. *in fin.* ibi, *Item non eſt cogendus, &c. niſi aliquis litigantium interſit, ff. de recept. arbitr.*

Intereſſe autem emptoris eſt multiplex. Primum eſt illud quod reſultat ex eadem promiſſione facta per DD. Venditores ad fauorem D. Emptoris ſuper realitate, ſubſtantia, manutentione, & fruitione reddituum, & cuiuſlibet eorum per peritos æſtimandorum. Equidem niſi conſter ſigillatim de quolibet redditu per peritos æſtimato, emptor non poteſt vti commodo iſtius promiſſionis, prout vti debet, cùm ſine ea veriſimiliter non contraxiſſet. † Alterum eſt, quod niſi appareat quantitas frumenti, quam Vanninus ex ſingulis corporibus percipi æſtimauit, quæ quantitas ei ſolùm nota eſſe poteſt, tanquam res in animo conſiſtens, vt per Blanch. *de compromiſſ. d. quæſt.* 8. *num.* 33. *verſic. limita prædictam, &c.* Stephan. Aufrer. *de teſtibus, num.* 11. *fallent.* 5. *inter tract. tom.* 4. *fol.* 141. & niſi exprimatur dicta ſingula corpora, quæ æqualiter diſtent à flumine Tyberis, liquidari non poterit verus valor dictæ parangariæ delationis frumenti ad flumen Tyberis à Vaſſallis negatæ. Tertium eſt, quod ſi non conſtat de pretio ſoluto pro vnoquoque corpore, non poterit emptor in caſu euictionis alicuius illorum agere ad duplum, prout ſibi fuit promiſſum : † ſtipulatio namque dupli refertur ad quantitatem pretii perſoluti, non autem ad valorem rei euictæ : Gloſſ. *in l. ſi dupla, verb. dupli, ff. de euict.* Rot. *in Bononienſi prædii*, 13. *Februarii* 16.. *coram Reuerendiſſ. D. Terracinen.* Quartum eſt, quod dum corpora & jura vendita, tanquam non ſpecificata in inſtrumento, ſed tantummodo in genere expreſſa, non declarantur à perito, ex cuius relatione emptor fuit coactus ad ſolutionem pretii illorum, idem emptor euictionem patiendo remaneret in damno ; & è contra venditores, qui habuerunt dictum pretium, illud poſt euictionem remittendo locupletarentur cum aliena jactura : † ſiquidem non probata ab emptore comprehenſione corporum moleſtatorum, vel moleſtandorum, ſub venditione, ipſe emptor, in cuius electione eſt potestate vnam ex pluribus actionibus ſibi magis bene viſam, Gabr. *de act. concluſ.* 1. *num.* 3. nunquam poterit rejicere moleſtantes ad pretium inueſtitum, in quod glorioſæ memor. Vrbanus VIII. pro majori cautela & ſecuritate emptoris, omnia jura alia competentia ſuper bonis venditis, ſine tamen præjudicio hypothecæ emptori ſuper eodem pacto competentis, tranſtulit, ſicuti nec poterit obtinere liberationem à moleſtiis, nec intereſſe euictionis eiſdem venditoribus, multoque minus dum moleſtantes pro eis jam poſuerunt in contumaciam comprehenſionem bonorum, & jurium ipſorum moleſtatorum, vt ſuperiùs fuit deductum. Quamdum quis poteſt locupletari cum aliena jactura, magis intrat officium Iudicis ad interrogandum & cogendum, Franc. Aretin. *in l. age, numero* 4. *verſic. alioquin*, vbi hoc notandum dicit, *C. de tranſact.* Surd. *conſil.* 101. *num.* 18. & in fortioribus Rot. *Pariſienſi Pecuniaria*, 21. *Februarii* 1618. *coram Dem. Coccino*, vbi dictum fuit in materia obligationis interrogari poſſe reum Iudicis officio, ad ſcindam intentionem actoris ; multò magis ipſum interrogari poteſt peritus ratione muneris ſui. Gloſſ. *in l. ſi ſine* 9. *verb. cogi, ff. de interrog. & interrogat. act.*

Minùs obſtat quod prædicta procedere poſſint re integra, nempe ante factam relationem, ſed autem poſtquam peritus illam fecit, cum hoc dicatur functus officio ſuo : ad text. *in l. ſi duo quam, ff. de re judicat. & l. quia arbiter. ff. de arbitr.* & per Blanch. *de compromiſſ. quæſt.* 9. *num. verſic. ſi verò.* † Quia præter quod obiectum tur ob expreſſam proteſtationem antecedentem ctam pro parte D. Emptoris, quæ efficit vt ea beatur pro integra quoad ejus præjudicium, Sca *de appellat. quæſt.* 17. *lim.* 6. *memb.* 7. *ſub numero*

Rot. *decis.*774. *num.*2. *part.*1. *diuers.* probat text. *in cap.per tuas*, ibi, *nisi forsan à principio illos interrogari super certis capitulis postulaßet,&c. de testibus.*

15 † Adhuc respondetur quod dispositio dictarum legum, quæ tota fundatur in expitatione jurisdictionis, strictè recipitur in sententiis & laudis, aliisque actibus judicialibus, quæ sine jurisdictione non exercentur;sed non extenditur ad alia facta,& materias extraiudiciales, provt sunt huiusmodi peritiæ & relationes; in his enim non finitur auctoritas, & semel factum potest declarari etiam ex interualllo : vt tradunt Innocen. *in cap.in litteris, num.*2. *de offic.judic.delegat.*Butr.*in cap.Quintauallis,sub n.*28. *versic.*19. *differentia*, *de jureiurand.* Bald. *in l.final. sub numero* 25.*versic.aliud est in Iudice, C. de contrahend.empt.* Tiraquell. *ad l.Boues*,§.*hoc sermone,limitat.*1.*num.*47. *& seq.* vbi plures cumulat, & ferè in terminis/Alciat.*consil.*124.*sub num.*2.*cum seqq.lib.*5. *secundum impressionem Venetam*, Bero. *cons.*144. *sub n.*53.*vol.*3.

16 Præterea nec dispositio dictarum legum procedit, quando declaratio fit Iudice cogente, sicuti de arbitro est text. *in d.l.age*,§. *dicere*, *ff.de recept. arbit. & in cap.Quintauallis,de jureiuran.* Et ratio est,quia tunc dicitur facere ad mandatum Superioris, non autem auctoritate propria, vt explicant *ibid.*Imol. *num.*7.*vers.præterea*, & Ioan.de Anan.*numer.*8.*vers. pondera*, Io.Bapt.Perus.*de arbitr.lib.*11. *cap.*46.*in eodem n.*8.*in contrarium allegato,vers.contra tamen* : *in*

17 *ter tract.magn. tom.*3.*p.*1.*fol.*186. † Iudicem namque inferiorem posse à superiore cogi ad declarandum dixerunt Surd. *consil.*288. *n.*27. *vers.in præsenti*

18 *autem casu.* Gratian.*discept.*147. *n.*12. † provt nec procedit, quando petitur cogi tanquam testem, vt declarauit Blanch. *dict. quæst.*9.*in eodem num.*64. *in contrarium adducto, vers. intellige hoc : & quæst.* 8. *num.*33. *vers. limita prædictam*, ibi : *Vt non procedat quoties arbiter examinatur ad declarandum id, quod obscurè dixerit in sententia, vel laudo, &c.* & loquitur in specie casus appellationis pendentis à sen-

19 tentia arbitri ; & sic,re non integra : † Ac huiusmodi coactio,vti de teste, fieri potest non modò ex officio Iudicis, Farin. *de testib.quæst.*66.*numero* 265. *&* 282. sed etiam ad instantiam ejus partis, contra quam depositi, vel inductus fuit, vt ex Aretin. & aliis firmat idem Farin.*ibid.n.*279.

20 Quæ fortius procedere visa fuerunt in præsenti,ponderando quoad agitur de materia ipsi Vannino nota, & ab eo antecedenter plenè considerata, vt de jure præsumitur ; Bartol. *in l.si ex falsis, n.*11. *C.de transact.* Cyriac.*controuers.*303. *num.*64.ac ipse in sua relatione professus fuit, ibi, *Hauendo visto e ben considerato il detto Stato, Castelli, e tutti, e sin-*

21 *goli beni d'essi, &c.* † Hinc enim saltem in subsidium cogi debet ad faciendam dictam declarationem, dum nullus alius præter eum illam facere potest,vt post Butr.Abb.& Imol.notat Felin.*in cap. cum a nobis*, *numero* 15. *in* 9. *fallentia, extr. de testib.* Blanc. *d.quæst.*8.*sub num.*33.*vers. limita* 4. Menoch. *de arbitr.libro* 1.*quæst.*73.*numero* 31. *cum seqq.*

22 † Cúmque dicta relatio plurium rerum ad vnicam summam reduci non potuerit, nisi priùs facta singularum rerum æstimatione, ex quo impossibile est sciri valorem totius, nisi priùs sciatur valor singularum rerum, ex notatis per Aldobrand. *cons.*60. *sub numero* 23. *libro* 1. vtique dum per D. Emptorem nihil aliud petitur, nisi quod Vanninus aperiat hoc suum factum, distinguendo singula corpora, corúmque redditus, de quibus præsumitur, & fatetur habuisse singularem considerationem,nulla cadit probabilis hæsitatio, quin cessante præiudicio DD. Venditorum annuendum sit huiusmodi justæ D. Actoris petitioni, † qui nihil 23
aliud quærit nisi veritatem Periti muneris propriam : per ea quæ tradit Bald. *in d.l.final,num.*20. *Cod. de contrahend. empt.* quem sequitur Joan. Baptist.Perusin. *de arbitr.lib.*11.*cap.*11. *numero* 16. *circa princip. vers. & miror multum, &c.* & hinc retorquetur Pinell. *de rescind. vend. part.*3. *cap. vlt. ad fin. vers. non tamen cogendi, &c.* quia dum dicit, æstimatores non esse cogendos vt magis assertiuè declarent quàm se posse dicunt, per consequens admittit eos cogendos esse quousque declarare possunt.

Nec refragatur, quod arbiter cogi non possit 24
ad testificandum,nisi vtraque pars consentiat, cùm in eo intret suspicio subornationis, ad instar testis publicati, vt per Aret. *in cap. cum à nobis, numero* 22. *vers.sed contra* : ibidémque Felin. *num.*10. *vers.sed istam, &c. de testib.* quos vnà cum ratione præfata refert Blanch. *dict.quæst.*8. *numero* 33. *vers. istud restringit, &c.* † Quandoquidem hoc non 25
procedit in arbitro vtrinque electo, provt electus fuit Vanninus, in quo propterea cessat timor hujusmodi : Blanch. *eodem numero* 33. *vers.sed aduerte.* † Eóque minus dum ante relationem fuit ad 26
hoc requisitus, & ei protestatum ; tunc enim (ne parti tempore congruo requirenti fiat præiudicium) suspicio subornationis non attenditur : *dicto cap. tuas, vers. nisi forsan, à principio, de testib.* Farin. *de testib.quæst.*66. *numero* 280. † Sicuti nec ha- 27
bet locum, quando versamur in materia quæ aliis non potest esse nota : Felin. *vbi sup.numero* 12.*vers. fallit* 9. Blanch. *dict. numero* 33. *vers. limita* 4. *&c.*
† Maximè dum examen fit ad instantiam illius, 28
contra quem est lata sententia : Blanch. *eadem quæst.* 8. *numero* 55. *vers. aut arbiter* : vbi subdit, quod si tunc interrogatur super facto proprio, ipse solus, quamus vnicus, vel singularis, plenam fidem facit, concurrentibus aliquibus conjecturis.
† Rursus minùs procedit, quando per talem atte- 29
stationem nemini ex partibus fit præiudicium: Stephan. Aufrer. *de testib. dicto numero* 11. *vers.fallit* 6. Blanch. *dicto numero* 33. *vers. limita tertiò.*
† Tandémque satis est, quod cogi possit à Iudice 30
ex officio, vti firmarunt ipsemet Aret.*dict. num.*22. *versic.fateor tamen* : Felin. *dicto numero* 10. *vers. vequando à Iudice* : Blanch. *dicto num.* 53. *eodem vers. istud restringit.*

Neque aduersatur, quod Peritus non teneatur 31
reddere rationem, ex Bartol. *in l.de ætate,numero* 9. *ff.de minor.* & dixit Rot. coram bon. mem.Buratto *decis.* 790. *numero* 4. Quia præter quod conclusio vendicat sibi locum, quando judicium Periti consistit in mera operatione intellectus, non autem quando consistit, provt hic, in discussione facti cadentis sub sensu corporeo, vt notat idem Bartol. *in d.l.de ætate*, *numero* 10. cúmque sequitur Felin. *in dicto cap.proposuisti,num.*6.*vers.& sis cautus* : Aretin. *in cap. cum causam, numero* 3. *&* 24. *de testib.* Mascard. *conclus.* 1376. *numero* 39. *cum duobus seqq.* In casu nostro non exigitur ratio æstimationis, nempe quod Peritus dicat ob quam causam tanti horum bonorum redditus æstimauerit, sed solùm quod perficiat & compleat suam relationem imperfectam, aperiendo veritatem corporum, & redditum æstimatorum, ad quod cogi posse probatur ex juribus *suprà* allegatis.

Minùs refert quod emptor non poſſit impugnare relationem, vel quia illam acceptavit, vel quia in inſtrumento venditionis fuit promiſſum etiam cum juramento ei ſtare. Acceptatio namque non ſubſiſtit in facto, ſed potiùs apparet de contradictione ex præcedenti proteſtatione, & ſubſequenti appellatione. † Solutio autem pretii in exequutionem dictæ relationis non obſtat, tanquam coacta ob antecedentem relationem mandati, & reſcriptum Signaturæ cum dicta clauſula, *non retardata exequutione*, etiam quod ſolutio fuiſſet facta ſine alia proteſtatione: Barboſ. *de clauſulis, clauſul.* 160. *num.* 11. *cum ſeqq.* Rot. *in Averſana Penſionis, coram bon. mem. Pirovano*, apud Poſt. *de manuten. deciſ.* 202. *num.* 9. *& ſeqq.* † Pactum verò juratum non refragatur, attento quod de jure habet tacitam conditionem, ſi laudum fuerit æquum, & juſtum. Bero. *conſ.* 22. *num.* 68. *vol.* 2. Aldobrand. *conſ.* 77. *numero* 29. Valaſc. *in prax. collat. cap.* 39. *num.* 12. *& ſeq.* Azeved. *in comment. jur. lib.* 4. *tit.* 21. *num.* 61. *& n.* 229. *cum plurib. ſeqq.* Maſtrill. *deciſ.* 90. *numero* 8. *& ſeq.* Ioſeph. Ludov. *deciſ. Lucen.* 27. *numero* 1. *cum plur. ſeqq. & num.* 18. Rota apud bon. mem. Duran. *deciſ.* 200. *num.* 19. *&* 20. *&* 26. Ultra quod hodie non impugnatur relatio data in quantitate fructuum & reddituum, ſed petitur eandem relationem declarari, & perfici in eo quod Vanninus omiſit, & exprimere debebat tam ex diſpoſitione juris, quàm ex mente contrahentium, cui propterea non contravenitur, ſed imò illa per declarationem hujuſmodi impletur, & plenariæ exequutioni, ut par eſt, demandatur.

Denique non relevat quod dicatur D. Facolnerium ab emptore electum, dediſſe relationem conſimilem in confuſo: Quia præter quod electio illius legitur facta à venditoribus; reſpondetur, quod attendi debet, non quod ipſe fecit, ſed illud, quod de jure facere debebat: *l. nemo, C. de ſent. & interlocut.* Cravet. *conſ.* 320. *numero* 5. Barboſa *axiom.* 93. *num.* 16.

Et ita utraque, &c.

CAPUT CVII.

Tractatur materia relationis peritorum juxta terminos præcedentis deciſionis. Et concordatur text. *in l. Mævius* § 3. *§. final. ff. famil. erciſc.* cum text. *in l. final. §. præterea, C. de jur. dot.* Quando videlicet æſtimatio alicujus rei fieri debeat reſpectu ſingulorum corporum ſub toto univerſali comprehenſorum? Tribus Peritis per partes nominatis diſcordantibus, quid agendum ſit? Et quomodo venditio pretio per eos æſtimando ſit nulla? Si tamen non in pretio, ſed in liquidatione alicujus qualitatis diſcordes fuerint, deveniendum eſſe ad nominationem novam.

SVMMARIVM.

1 *Æſtimatio in judicio familiæ erciſcundæ fieri debet in cumulo, & non per partes.*
2 *Bona pluris æſtimantur unita, quam ſeparatim.*
3 *Dum agitur de reſciſſione ex capite laſionis, bona æſtimanda ſunt tanquam unita.*
4 *Alia eſt æſtimatio dimidia reſpectu dimidiæ, quam totius reſpectu totius.*
5 *Proponitur regula in contrarium, quod ſcilicet ſingula corpora ſingulariter æſtimanda ſunt.*
6 *Prima regula locum habet, quando agitur de rebus quæ non patiuntur commodam ſeparationem à ſuo toto; tunc enim æſtimari debent bona tanquam unita.*
7 *Idem dicendum, quando agitur de aliqua re univerſali, veluti de hæreditate, tunc enim æſtimatio in univerſum fieri debet.*
8 *Similiter æſtimatio in univerſum fieri debet, ſi agatur de unico feudo indiviſibili; ſecus ſi de diverſis prædiis ſitis in diverſis locis.*
9 *Quamvis bona æſtimentur tanquam unita, hoc tamen non impedit quominus alia corporum particularium fiat æſtimatio.*
10 *Explicatur text.* in l. Mævius 53. §. fin. ff. famil. erciſc. *& conciliatur cum* l. fin. § præterea, de jur. dot.
11 *Æſtimatores non poſſunt cognoſcere de pretio univerſali, quando de eo facta fuit conventio ſpecialis inter partes.*
12 *Quando agitur de reſtitutione fundi dotalis, admittitur æſtimatio bonorum in particulari propter intereſſe mariti.*
13 *Quando res aliqua particularis ex ſua univerſali evincitur, fieri debet æſtimatio illius rei particularis.*
14 *Quoties partium intereſt, æſtimatio particularis rerum fieri debet.*
15 *Vbi plures ſunt venditiones, plures fieri debent æſtimationes.*
16 *Arbiter ad duo nominatus nulliter procedit, ſi ſuper uno duntaxat proceſſerit, & aliud denique querit.*
17 *Plures ſunt venditiones, ſi habitus fuerit reſpectus ad fructus ſingulorum prædiorum, illæ ſunt fieri debent æſtimationes.*
18 *Generalitas adjecta ſpeciali deſignationi contractu, cenſetur tantùm appoſita majorationis gratia.*
19 *Tribus Peritis facientibus ſingulis diverſitionem, nulla illarum eſt habenda ratione plurium DD.*
20 *Si non pretium, ſed aliqua alia liquidatio omiſſa fuerit Peritis, deveniendum eſt ad alios peritos à partibus, vel à Iudice eligendos.*
21 *Iudici licitum eſt interrogare Peritos à partibus electos.*
22 *Iudicem teneri peritos examinare, alias illorum relationem non ſubſiſtere, aliqui DD. notarunt.*
23 *Iudex poteſt peritos ſi velit examinare.*
24 *Iudex poteſt relationes peritorum corrigere, & de illarum veritate aliunde inquirere.*
25 *Nec juramentum, nec clauſulæ generales poſſunt impedire recurſum ad arbitrium boni viri.*
26 *Etiam poſt didiſcita teſtificata, immò & in cauſa appellationis peti poteſt correctio relationis periti.*

SUpposito facto, & bene ad longum exp[licato] to in Deciſione, cujus reviſio petitur, Fabius in cauſa Sabinenſi Status Montis Libertii [illegible]

curii 16.Iunii, anni præsentis 1652. per Illustrissimum & Reverendissimum Dominum DUNOZET Rot. Rom. Decanum, Dominum & Patronum meum singularem, cum ex benignitate Rotæ ad illius revisionem procederetur, jussus ut meam in medium afferrem sententiam, scripsi non esse recedendum à decisis; quinimò decisionem illam tanquam sanctissimam & æquissimam, omnino confirmandam esse.

Duo siquidem sunt Decisionis illius capita, summa cum ratione definita: quorum alterum determinat relationem factam per Peritos, seu Æstimatores, ad liquidandos fructus bonorum venditorum deputatos, absque designatione æstimationis & valoris fructuum, & redditurum Castrorum, & Tenutæ jurisdictionalis, per Dominos de Ursinis Domino quondam Barberino Urbis præfecto venditorum, & in instrumento venditionis specificatorum, subsistere non posse, sed singula corpora æstimanda, & redditus uniuscujusque corporis declaranda esse.

Altero verò capite deciditur, tertium æstimatorem cogendum esse officio Iudicis, vel ad instantiam emptoris, ad declarandum singulariter æstimationem reddituum cujuscumque corporis venditi, ut ex eo conficiatur summa universalis pretii, & valoris bonorum venditorum.

1 Primi capitis difficultas præcipua consistere videtur in explicatione, & intellectu regulæ generalis, quam DD. colligunt ex *l. Mævius* 13. §. *final. ff. famil. erciscund.* ubi apertè dicitur, quod cum de familiæ erciscundæ, vel communi dividundo judicio agitur, universæ res æstimari debent, non
2 singularum rerum partes: † quia, ut *ibi* dicitur *in gloss. final.* major fit æstimatio partis dimidiæ, re tota æstimata, quàm si per se separata pars dimidia æstimaretur, ut *in leg.* 1. *Cod. communi divid.* & *ibid.* Glossa *in verbo, parte pretii:* & communiter DD.

3 Unde quando agitur de æstimando valore rei venditæ, non per partes, sed in totum æstimationem faciendam esse, dum de contractus rescissione agitur, tradit Pinell. *in leg.* 2. *Cod. de rescind.*
4 *vendit. part.* 3. *numero* 36. † quia alia est æstimatio dimidiæ, respectu dimidiæ, quàm totius respectu totius: Bartol. *in l. uxorem* 39. §. *agri plagam, ff. de legat.* 3. Felin. *in cap. cùm causam* 42. *num.* 2. *vers. item adde quod quando, de testibus:* ubi loquitur de æstimatione partis alicui præstanda: Bald. *in dicta l.* 1. *numero* 3. Salicet. *num.* 4. *Cod. comm. divid.* Jas. *in l.* 1. §. *si hæres. ff. ad SC. Trebellian.* Rebuf. *l. unica, Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest proferunt. num.* 495. Roland. *consil.* 71. *num.* 16. & 17. *vol.* 3. Oldrad. *consil.* 235. *num.* 2. Surd. *decis.* 155. *num.* 5. Buratt. *decis.* 538. *num.* 6. Asin. *de exequut.* §. 7. *num.* 183. *fol. mihi* 216. Mangil. *de subhastat. q.* 17. *num.* 3. Post. *in cod. tract. inspect.* 28. *num.* 23. & *inspect.* 60. *num.* 46.

5 Verùm adversus regulam illam generalem opponitur alia etiam generalis regula, petita ex *l. finali,* §. *præterea, Cod. de jur. dot.* ubi nominatim dicitur æstimationem sic intelligendam esse, ut pro singulis speciebus, vel pro unoquoque genere specierum fiat, non expectata post singulas æstimationes una condonatione totius calculi; quia hoc satis scrupulosum, & per nimiam subtilitatem perniciosum est: ubi Glossa *in verbo, coadunationem,* hanc reddit rationem, quòd una res justè, alia injustè æstimaretur, & sic non fieret omnium æstimatio: quam quidem regulam *ibi* sequuntur Cyn. *numero* 1. *in*

secundo notabili, Salicet. *numero* 9. *in* 3. *notabili*, & omnes ferè alii DD. qui *ad illam leg.* scripserunt.

Pro resolutione harum difficultatum, & conciliatione dictarum regularum generalium, sequentia consideranda sunt.

Et primò quidem, quod licèt bonorum æstima- 6
tio fieri debeat uti unitorum & conjunctorum cum suo toto, quando agitur de æstimatione alicujus rei conjunctæ, & à suo toto non separatæ, ea ratione, quia res unita plus valet, quàm separata, veluti quando agitur de re quæ commodam non patitur divisionem, ut per Cyn. *in dict. l.* 1. *C. commun. dividund. vers. secundò quæro:* & Odofred. *in dict. l. Mœuius,* §. *final.*

Vel quando agitur de aliquo jure universali in 7
universum æstimando, verbi gratia de hæreditate; quo casu singulæ res per se non considerantur, sed omnia simul: *l. in modicis* 24. *ff. de contrahend. empt. leg.* 1. *Cod. de euiction.* Cyriac. *controuers.* 222. *numero* 69.

Vel quando agitur de unico feudo indivisibili, 8
& cujus partes non fuerunt in instrumento specificè designatæ, probat ita decisum fuit in Senatu Parisiensi, ut testatur Autumn. *in dict. l. Mœuius, in notis marginalib. fol. mihi* 227. & refert Mornac. *in notis ad eandem leg.* qui asserit ita fuisse judicatum *mense Aprilis* 1603. nisi tamen ageretur de pluribus rebus venditis, sitis in diversarum Parochiarum latifundiis: quia dum dicit æstimationem unici fundi, non divisis singularum rerum pretiis, mensuris, atque modis, unico pretio faciendam esse, innuit aliud esse dicendum, si ad cujuslibet partis designatæ redditus & utilitates singulariter respectus habitus fuisset.

Tamen non ex eo extinguitur singularum par- 9
tium æstimatio specialis, nec altera æstimatio alteram impedire debet: licèt enim bona æstimentur tanquam unita, alia magis specifica requiritur singularum rerum æstimatio & designatio, & nominatim in terminis *dictæ l. Mœuius*, dum agitur de rerum communium divisione, aut judicium familiæ erciscundæ intentatur, licèt verum sit, æstimationem debere fieri bonorum tanquam unitorum; non tamen excluditur particularis bonorum æstimatio, immò illa necessariò præsupponitur, cùm sine ea arbiter familiæ erciscundæ non posset ad bonorum singulorum divisionem & adjudicationem procedere, absque magno injustitiæ & inæqualitatis periculo, ut benè advertit Natt. *cons.* 480. *n.* 4. dicens hoc casu æstimationem fundi non debere fieri secundum mensuram & quantitatem jugerum, sed secundum qualitatem & bonitatem singulorum corporum, seu jugerum, quando fundus dividi debet.

Et hoc est, quod voluit Cujac. *in notis ad dictam l. Mœuius, lib.* 2. *commentar. Salvii Iuliani ad Vrseium Ferocem, tom.* 1. *suor. oper. column. mihi* 2340. dicens in judiciis familiæ erciscundæ, & communi dividundo, æstimandas esse res universas, putà hæreditatem universam, vel totum prædium; deinde tamen ad partium rationem perveniri, ut non possit verè pars ulla æstimari, nisi tota re æstimata, tota re judicata: Ex quibus apparet voluisse Cujacium, particularem etiam rerum æstimationem faciendam esse habito respectu ad totale pretium.

Quod confirmatur ex traditis per Angel. *in dict.* 10
l. fin. §. *præterea, numero* 2. *Cod. de jur. dot.* ubi bene distinguit, quod aut agitur de una re æstimanda, aut de pluribus: si de pluribus, quælibet res sepa-

gatim & dictinctè æſtimari debet ; cùm autem eſt una, licèt debeatur æſtimatio partis, non debet æſtimari pars, ſed tota, & tunc deſcenditur ad æſtimationem partis : & hoc modo intelligit *dictam leg. Mavius*, & ſe ita ſæpiùs practicaſſe teſtatur.

11 Æſtimatio generalis, & reſpectu totius corporis Status venditi, non ſpectabat ad æſtimatores à partibus electos ; quia pretium totius ſtatus jam ſtabilitum erat inter partes ad rationem circiter quadrageſimæ quartæ, videlicet centum ſcutorum pro quibuſlibet duobus ſcutis, & partis quartæ unius ſcuti fructuum & reddituum dictorum bonorum. Si enim partes contrahentes non habuiſſent reſpectum ad bona vendita tanquam unita, & tanquam exiſtentia de inſigni & maximo feudo, illa æſtimaſſent ad rationem vigeſimæ ad ſummum, prout in ſimilibus cauſis fieri ſolet, ſed cum æſtimaverint ad rationem quadrageſimæ quartæ, fine dubio reſpectum habuerunt ad unionem & conjunctionem bonorum, & caſtrorum inſignium ; & ideo ſtabilito inter partes certo pretio (juxta relationem ad redditus liquidandos) Periti pro liquidatione deputati non poterant, nec debebant habere reſpectum ad illam unionem bonorum, & ad pretium univerſale, quod non dependebat ab illorum cognitione, cùm jam fuiſſet à partibus conventum & determinatum ; ſed ſolùm ad illorum munus ſpectabat procedere ad determinationem & deſignationem quantitatis reddituum, quantum ex ſingulis corporibus ſex Caſtrorum unius Tenutæ diſtinctorum & ſeparatorum, & per ſuos & diverſos confines territoriales ſive juriſdictionales in inſtrumento venditionis particulariter ſpecificatorum percipi poſſet.

12 Et non ſolùm in caſu *dicta l. Mavius*, deveniri debet ad particularem rerum æſtimationem, ſed in multis etiam caſibus, in quibus de partium intereſſe agitur ; adeò ut rectè Gluſian. *in tractat. de pret. & æſtimat. lib. 1. cap. 5. in princ.* non ſimpliciter totam rem æſtimandam dixerit, ſed *ſæpè* totum fundum æſtimari debere, quia aliter commodè æſtimatio fieri non poteſt.

Exemplum peti poteſt ex *dicta l. final. §. præterea, Cod. de jur. dot.* ubi æſtimatio partialis ſufficit, non tam ex eo quod ibi agitur de diverſis, & ſeparatis corporibus in dotem datis, ſed ex eo quod ſi expectaretur totalis æſtimatio, fieret præjudicium marito, qui oneta matrimonii ſuſtineret ; & tamen cogeretur differre petitionem fructuum uſque ad completam totalem æſtimationem, quæ variis ex cauſis longiores moras pati poſſet, ut explicat Cujac. *in dict. l. finali, §. præterea, Cod. de jur. dot. in 3. ejus operum tomo, colum. mihi 495.* Quæ particularis æſtimatio admittitur etiamſi agatur de dote, quæ dicitur quid univerſale ex Bartolo, quem DD. communiter ſequuntur *in rubric. ff. ſol. matrimon.* ne marito fiat præjudicium quoad fructus dotis, ut etiam notat Odofred. *in dicto §. præterea.*

13 Similiter quando pars etiam indiviſa alicujus rei particularis evincitur, debet fieri partis illius evictæ æſtimatio ſpecifica, ut videatur cujus bonitatis, qualitatis, & valoris eſſet pars evicta, ad hoc, ut dignoſci poſſit quantum interfit emptoris, partem illam fuiſſe evictam : ut eſt caſus *in leg. 1. ff. de eviction.* & habetur *in leg. qui ſolidum 80. §. 1. ff. de legat. 2.* Alexand. *conſ. 117. numero 6. vol. 7.* Mangil. *de eviction. quæſt. 165. numero 25.*

Eadem ratione, cùm diverſa corpora vendantur, & ſingula ſuum habent pretium, ſolius evictæ valor æſtimandus eſt, nec aliorum corporum in eodem contractu venditorum habenda eſt ratio : *leg. cum plures fundi 72. ff. de evictio.* quia tunc plures venditiones eſſe videntur : Mangil. *de evictionib. dicta quæſt. 165. num. 4.* Argent. *in conſuetud. Britann. artic. 295. numero 2. & 3.* ubi etiam ſingulorum corporum æſtimationem in hoc caſu adhibendam oſtendit, quia partium intereſſe illam ſic fieri.

Hæc omnia caſui propoſito applicantur. Tum quia multum intererat Domini emptoris, ſeparatam cujuſlibet corporis fructuum & redditum æſtimationem fieri, propter rationes optimè in Deciſione conſideratas, *verſic. Intereſſe autem Emptoris*, (quas hic repetere ſuperfluum foret) *numero 8. in prima Deciſione ſuprà inſerta in cap. precedenti.*

Tum etiam, quia ſive agatur de toto indiviſo, ſive diviſo, in caſum evictionis alicujus corporis particularis, intereſſe emptori reſarciendum eſſe, non reſpectu valoris & æſtimationis generalis, ſed reſpectu rei evictæ, ut mox oſtenſum fuit ; & ideò neceſſe erat, ut conſtaret de liquidatione fructuum & reddituum cujuſlibet partis, ne in caſum futuræ evictionis, difficilis, aut etiam impoſſibilis eſſet illius privatio.

Tum & denique, quia in contractu venditionis deſcripta fuerunt ſingulariter corpora venditæ conſiſtentia in ſex caſtris, & ejus Tenutæ juriſdictionali, cum ſuis confinibus & territoriis, ſeu juriſdictionibus, adeo ut dicantur potiùs diverſæ venditiones, cùm pretium conſtitutum fuerit ad proportionem redditumm & proventuum cujuſlibet Caſtri ; † quo caſu dicuntur plures venditiones, & per conſequens plures æſtimationes requiruntur, *l. cum ejuſdem 34. l. ſi plura mancipia 36. ff. de ædilit. edict. dicta l. cum plures 72. ff. de eviction.* & notat Bald. *in dicta l. final. §. præterea, numero 11. Cod. de jur. dot.* Ubi quod ſi in venditione plures res continentur, & habent ſua pretia diſtincta, quælibet res cenſetur per ſe, & perinde ac ſi plures eſſent contractus : & ſic reſpondet *ſi duorum 43. §. videamus, ff. de action. empt.* ut habeat quando unicum erat pretium. Quod idem Bald. docet *in dicta l. cum ejuſdem, ff. de edict.* & fuſiùs explicat Aſin. *in tract. de exam. §. 7. cap. 221. per tot.* Cyriac. *controverſ. 92. num.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 2. tit. 3. numero & ſeqq.*

Quod autem in contractu venditionis, de qua agitur, ſingulis Caſtris & corporibus ſuum ſit tum fuerit pretium, licèt habito reſpectu ad partes ſui totius unitas & conjunctas, patet ex quod non ſolùm facta fuit mentio fructuum & redditumm totius Status venditi, ſed etiam bonorum particulariter, in contractu deſignatorum, conventum fuit, quod pretium venditionis reveretur ad rationem ſcutorum centum pro quibuslibet ſcutis duobus, & uno quarto alterius ſic quorumcumque fructuum, & redditumm ejuſdem Status, & bonorum venditorum ; & partes contrahentes convenerunt quod fructus & redditus præfati æſtimarentur per Peritos in contractu nominatos ; ita ut commiſſio data fuerit Peritis non ſolùm æſtimandi fructus totius Status, ſed etiam ſingulorum bonorum venditorum. Ex quo patet quod non ſolùm Periti tenebantur æſtimare fructus dicti Status in cumulo, ſed etiam bonorum ven-

venditorum; cùm copulativa dictio *Et*, requirat concursum omnium sub illa comprehensorum: *l.si hæredi plures, ff. de condit.& demonstrat. cum similib.*

16 & † arbiter electus ad duo adimplenda, nulliter referre dicatur, si unum adimpleverit,& aliud dereliquerit: *l.qualiter 19.§.dicere, & l.non distinguemus 32. in fine, ff. de recept. arbitr.* Burat. *decis.14. num.18.*

Sed etiam tenebantur singulariter referre super valore fructuum bonorum venditorum,ex eo quod pretium non fuit constitutum inter partes, habita ratione ad singula jugera, quo casu non haberetur ratio utrùm una pars aliâ esset fertilior; sed illud fuit concordatum habita ratione ad fructus prædiorum, seu bonorum venditorum, & sic prædia

17 fertiliora pluris æstimari debebant: † & per consequens non debebat haberi ratio bonorum in cumulo, sed diversorum corporum in specie, prout ex quolibet ipsorum uberiores vel minores fructus percipiebantur: ut probatur ex traditis per Socin. senior. *in l.si ex toto, §.si ita, ff. de legat.1. numero 2.* ubi dicit quod si in venditione statutum fuerit pretium pro singulis ponderibus, non una, sed plures sunt venditiones, & tot venditiones quot sunt pondera: idemque ante eum voluit Franc.Aretin. *in dicto §.si ita, num.6.* ubi dicit quod si vendatur certa quantitas ad pondus, pretio ad singula pondera constituto, tunc cùm pretium sit distributum per pondera, tot erunt venditiones, quot pondera: ergo eadem ratione, in casu de quo agitur, quot sunt fructus & redditus singulorum prædiorum, tot sunt venditiones: sequitur Surd. *consil. 101. num.38.* idem tradit Aretin. *consil.11. num.8.* Gabriel *conf. 44. num. 49. lib.2.*

18 Neque obstat, quod post factam dinumerationem & designationem bonorum & castrorum,adjectæ fuerint clausulæ generales, nempe quod vendita fuerunt omnia Palatia, domus, molendina, furni, &c. omnesque alii redditus, proventus, & emolumenta, &c. Quia cum pretium constitutum fuerit tam pro singulis mensuris granorum redditualium, quàm pro singulis scutis fructuum ex bonis designatis provenientium, generalis illa coacervatio non nocet specificationi in eodem contractu præcedenti, sed dicitur tantum facta majoris declarationis gratia: *dicta l.si plura 34.ff. de ædilit. edict.* Cujac. *ad dictam l. cum ejusdem, colum.2. versic.& si certum sit cujusque pretium*, Corset. *in singularib. in verb. venditio 3.singul. ultimo*, Tiraquell. *de retract. consanginitat. §.23. gloss.1. n.22. fol.452.*Mantic. *de tacit. convent. lib.2. tit.3. num.18.*

Et ex his constat,Peritos non satisfeciisse suæ commissioni, dum in cumulo, & non in particulari dictam æstimationem fecerunt.

19 Quod attinet ad secundum caput, res videtur omni dubio carere: quia licèt dubitatum fuerit, utrùm tribus Peritis, quibus pretii rei venditæ declaratio commissa fuit, non concordantibus, venditio nulla reddatur, & pro nullitate concludat Gratian. cum pluribus per eum citatis, *decis. March.32. n.12. 15. & seqq. & discept. forens. cap.228. num. 14. & 15.* adeo ut hoc casu non possit recurri ad arbitrium boni viri, ut per eundem *num.12.* quod tamen indecisum relinquit Cyriac. *controvers.159.*

20 Illa tamen conclusio tunc demùm locum habere potest, quando pretium ipsum arbitrorum cognitioni remittitur; secus est in casu proposito, in quo pretium certum stabilitum est, juxta proportionem redditum bonorum venditorum, commissa Peritis dumtaxat liquidatione quantitatis fructuum prædictorum: quo casu datur recursus ad alios Peritos ab ipsis contrahentibus, vel à Judice eligendos: DD. *in l. final. Cod.de contrahend. empt.* Menoch. *consil.93. n.62.* Mantic. *de tacit. convent. lib.2.tit.1.n.34.* Addent.ad Burat.*decis.898.num.20.* Rot. *decis.162.num.22.& seqq. part.6. recentior.* ubi benè declarat.

Quando autem Periti, seu Arbitratores electi non declararunt, neque, ut decebat, liquidarunt quantitatem fructuum diversorum corporum venditorum, perinde est ac si nullam fecissent declarationem: quia paria sunt nihil facere, vel prout non decet facere: Barbosa *axiomate 164. num. 14. & seqq.*

Quod si hoc casu Judex potest veram liquidationem obtinere ab aliis peritis per Partes eligendis,vel per seipsum deputandis, multò magis potest ab iisdem peritis declarari facere, quæ qualisque sit fructuum quantitas, ex qua constituti inter partes pretii liquidatio emergat: cùm generalis sit regula optimè *in Decisione* comprobata, cui nihil addi potest, † quod Judici licitum est exami- 21
nare Peritos ab ipsis Partibus electos, ut nominatim explicat Herculan. *in tract. de probat. & negat. numero 229. in fine*, ex doctrina Felini *in cap. proposuisti 4.numero 6. vers. prima conclusio, de probat.* Pacian. *lib.3. capite 47. num.157.* Gratian. *discept. cap.235.num.72.* Mascard. *de probat.conclus.1174. num. 15.* † Quod adeo verum est, ut nonnulli 22
DD. dixerint,relationem nullam esse, si Judex Peritos non examinaverit, & de hoc examine constet ex actis: Aretin. *consil.142. num.19.* quem sequitur Tusch. *litt.P,conclus.286.num.38.* Quamvis apud Nos contrarium observetur; quia Periti simpliciter suam relationem remittunt in actis: posset tamen Judex illos, si vellet,interrogare,ut superiùs probatum est.

Et quod Judex possit Peritos examinare, ut illorum relationem corrigat, ostendit Gratian. *discept.263.n.18.* ubi loquitur de Peritis per Partes electis, ut patet *ibid. n.16.* quia licèt illorum persona fuerit approbata, non tamen illorum dicta, ut per eundem *loco cit.n.22.* 23

Judex enim non tenetur sequi relationes Peritorum, sed illas corrigere potest: Hieronym. de Monte *de finib.regund. quæst.102.* & de illarum veritate etiam aliunde perquirere potest: Modern. Gargiar. *decis.51.num.28. & 29.* quia probatio per Peritos est fallax,& Judex debet perquirere majorem veritatem,quantum fieri potest: Gratian. *dict. discept.263.n.23.* 24

Idque non obstante quod promissum fuerit stare relationi Peritorum, cum quibuscumque clausulis amplissimis: Quia non potest per eas impediri recursus ad arbitrium boni viri in hac causa, in qua non de pretio, seu de substantia venditionis, sed de sola fructuum liquidatione tractatur, ut suprà dictum est: quia excogitari non potest clausula generalis,quæ recursum illum impediat: Gaill. *lib.1. observat.150. num.9. & 10.* Riminald. jun. *consil.106. n.7. & 8.* Mörquec. *de divis.bonor.lib.1. cap.11. n.17.& seqq.* 25

Et juramentum de standō laudo intelligitur, dummodò illud æquum & justum fuerit: Duran. *decis.200. num.20.* † Et non obstat quod versemur 26
in causa appellationis; quia non solùm post conclusum in causa, & post didicita testificata potest

peti correctio relationis ; ſed etiam'in cauſa appellationis , quamvis Iudex in prima inſtantia peritorum relationem approbaverit , illius correctio & emendatio peti poteſt : Aſin. *in tract. de execut. §. 7. c. 207. fol. mihi 220.*

Et ſic concludendum eſt, benè, ſanctè, & juridicè fuiſſe judicatum.

CAPUT CVIII.

In hoc capite continetur poſterior Deciſio Rotæ Romanæ , confirmatoria præcedentis , lata *in cauſa Sabinenſi Senatus Montis Libretti.* Et continuatur materia æſtimationis , & relationis per Peritos faciendæ per ſingula corpora , & non in cumulo , quando agitur de diverſis ſpeciebus, quanvis unico pretio venditis: & maximè dum verſatur notorium intereſſe partium.

SVMMARIVM.

1 *Quando plura corpora diſtincta æſtimantur , Periti tenentur facere æſtimationem reſpectu ſingulorum corporum.*

2 *Quando quid univerſale venditur , non uti quid juris , ſed uti quid facti, & uti in pluribus diſtinctis corporibus conſiſtens , debent æſtimari tanquam ſingula.*

3 *Pactum manutentionis corporum venditorum cum dictione* cujuſlibet , *ſignificat ſingula corpora fuiſſe conſiderata.*

4 *Venditio cenſetur facta de quolibet corpore in individuo, quando pactum contractus refertur ad ſingula corpora.*

5 *Quando venditio facta eſt unico pretio, bona cenſentur vendita tanquam unum corpus.*

6 *Aliud eſt agi de quantitate pretii non conventi, aliud verò de qualitate & quantitate fructuum, ad quorum proportionem pretium eſt relatum.*

7 *Quando ſingulis menſuris , vel ſingulis ponderibus pretium conſtituitur , cenſentur tot venditiones, quot ſunt pondera, vel menſuræ.*

8 *Quando agitur de diverſis ſpeciebus venditis vnà cum Caſtro, ſpecierum diverſitas importat pretii diverſitatem.*

9 *Separatio pretii non eſt neceſſaria ad inducendam pluralitatem venditionum , quando agitur de rebus diverſa naturæ.*

10 *Omnia verba contractus cenſentur appoſita in inſtrumento de conſenſu, & voluntate partium.*

11 *Stipulatio dupli in evictione refertur ad pretium, non autem ad valorem rei ſolutæ.*

12 *Vbicumque verſatur intereſſe partis , judex poteſt cogere peritum ad declarandam ſuam relationem.*

13 *Quando partis requiſitio præceſſit relationem periti , res ſemper dicitur integra ad obtinendam illius declarationem.*

14 *Peritus non poteſt allegare oblivionem , quando præceſſit proteſtatio partis.*

DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ Coram R. D. DU NOZET IN CAUSA Sabin. Status Montis Libretti,

Lunæ 12. Ianvarii 1654.

ADHUC Dominis placuerunt fundamenta deciſionis in hac cauſa coram me ſub die 26. Junii 1652. edita, in qua fuit firmatum, Vanninum eſſe cogendum ad declarandum ſingula corpora æſtimata , & particulares redditus uniuſcujuſque corporis Status Montis Libretti, ab Excellentiſſimo D. Don Ferdinando , & aliis de Urſinis venditi clar. mem. Domino Principi Don Thadæo Barberino Urbis Præfecto , cùm hujuſmodi declarationes expoſcant juris communis diſpoſitio, mens contrahentium, & intereſſe partis.

Juris ſiquidem diſpoſitio, quia ubicumque, prout hic, non æſtimatur unica, ſed plures res inter ſe diſtinctæ , diſtinctam pariter relationem per ſingula corpora Peritus tradere tenetur : *l. fin. §. penult. ff. de jur. dot.* Cujus præciſa verba *in deciſione* referuntur, adductis pluribus auctoritatibus ejuſdem legis diſpoſitionem comprobantibus.

Nec ſubſiſtit, quod non agatur de pluribus, ſed de unius rei æſtimatione , ex quo verſamur in venditione Status, qui univerſitatem , & ſic unicitatem deſignat. Quoniam Status controverſus à contrahentibus venditus, & reſpectivè emptus fuit, non ut quid juris, ſed uti quid facti, & uti in pluribus diſtinctis corporibus conſiſtens , ut indicant ipſa verba inſtrumenti, ibi: *Statum Montis Libretti ſiſten. in infraſcriptis Terris , ſeu Caſtris, ac &c. Territoriis, Diſtrictibus, Domibus, Palatiis, &c. Iuriſdictione civili, & criminali, & mixta, Angariis, Parangariis, &c. aliiſque redditibus, proventibus, & emolumentis, &c. Gabellis, Veltigalibus, Datiis, &c. Hoſpitiis, Tabernis, &c. Viridariis, Nemoribus, Cannetis, Arboretis, Olivetis, &c. Paſcuis, Sylvis, Tenutis, Tenutis, Nemoribus, fructibus, &c. Collibus, Montibus, Terris cultis, & incultis, &c.* Hujuſmodi enim diſtincta corporum & qualitatis eorum deſcriptio & deſignatio univerſitatem facti demonſtrat, quæ aſſertam unicitatem excludit, & quodlibet eorum de per ſe ſeparatim judicandum, & conſiderandum eſſe indicat, ut doctè conſulendo firmat Sigillum Loffred. *conſil. 11. num. 17. & 18.* allegando text. in *l. rerum mixtura, §. 2. & §. fin. ff. de uſucap.* in rem, *ac ſi is, ff. de rei vindic. & in §. ſi grex, Inſtit. de legat.* Aldobrandin. *conſil. 207. num. 8. verſ. imo, & 9.* ††

† Et hoc idem demonſtrat pactum manutentionis & tuitionis cujuſlibet ex corporibus venditis, & æſtimandis ; dictio enim, *cujuſlibet*, eſt diſtributiva ac ſpecificativa, tanquam tribuens unicuique ſecundum in ſolidum : Barboſa *dict. 74. n. 2.* & tanquam retinens divisivam retinens operatur, ut unumquodque corpus diviſim, ſpecialiter, & individualiter

ac in sensu diviso,non autem composito venditum censeatur. Merlin. *de pign. lib.*1.*tit.*2. *quæst.*11.*n.*5.

4 † & ubi de specificatione corporum contrahentes cogitasse apparet,non quid universim, sed singula corpora Status vendita censentur, ac singulorum evictio debetur: Ursil.ad Afflict.*decis.*81.*n.*6. Mangil. *de evict.q.*51.*n.*33. Mantic. *de tacit.lib.*4. *tit.*11. *n.*26. *vers. etiamsi.*

5 Nec obstat,quod superius firmata conclusio procedat in venditione plurium rerum facta pretio separato in singulas res,ut declarat Glos. *in supradict. l.final.dicto* §.*Præterea,verb. coadunationem, vers.sed tunc demum*; non autem quando omnes res unico pretio venduntur: *l.Mævius* 53.§.*fin. ff.famil. herciscund. cum concord. in alleg. Romana Consignationis sequestri*, 22. *Maii* 1620. *coram Sanctissimo D. N. Innocentio X.* §. *Minus obstat.* Etenim ultra responsionem deductam *in decisione*, plura alia considerantur,quæ objecti efficaciam enervant,& signanter advertendo,quod tam *Gloss.*quàm text.*in d.l.Mævius*, in ea ratione fundantur, quod plus valet to-

6 tum corpus unitum, quàm in partes divisum, † sed ista ratione tunc demùm forsan applicaretur si ageretur de æstimando pretio,seu valore ipsius Status; cum tunc nedum quantitas fructuum, sed etiam rei qualitas, quæ unionem Castrorum, & corporum percutit,attendi deberet: jux.verba text.*in l.si quas* 16.ibi, *rei qualitas,& reddituum quantitas æstimetur*, *C.de rescind.vend.* ibique Bart. & Castr. *n.*3. Nigr. *de subhast.cap.*15.§.30. *num.*31.& 42. Verùm quia in præsenti casu agitur solummodo de æstimanda, seu verius calculanda quantitate reddituum,& fructuum dicti Status, qui semper sunt iidem, & non crescunt, neque decrescunt per coadunationem, vel divisionem corporum; utique allegata ratio præsenti casui applicari non valet, & consequenter ea cessante,cessat etiam legis dispositio: *l. quod dictum*, ibique Bart. *ff.de pact.* sicuti nec applicatur prælegata decisio Romana *consignationis sequestri*, cùm ibi venditum esset unicum Casale, & sic unum,non autem plura corpora,ut hic; & amplius ibi agebatur de æstimatione etiam qualitatum ipsius Casalis,non autem solius quantitatis fructuum, ut pariter hic.

7 Ponderatur etiam,quod conventum pretium potius videtur separatum, quàm unitum, dum conventa fuerunt scuta cētum pro singulis scutis duobus cum uno quarto reddituum, quando enim singulis ponderibus, vel mensuris pretium constituitur, tot dicuntur factæ venditiones quot sunt pondera, vel mensuræ, ut de ponderibus tradit Franc. Aret. *in l.si ex toto*, §. *si ita legat. num.*6. *vers. Secus esset, ff.de legat.*1. quem sequitur ibidem Socin.sen.

8 *num.*20.& de mensuris Gabr. *cons.*64.*num.*49.*lib.*2. Et denique tollitur omnis hæsitatio,cum agatur de rebus diversarum specierum,suamque naturam separatam retinentibus, quantumvis venditis unà cum Castro, vel Statu. Surd.*cons.*135.*num.*65.*vers. in proposito,cum duob.sequent.* Loffred. *dicto cons.*11.

9 *n.*17.& 18. † Licèt enim separatio pretii sit unus ex modis distinctivis,ipsa tamen non est necessaria quando versamur in rebus diversæ, non autem ejusdem speciei; diversitas enim specierum secum portat pretii distinctionem; proindeque Iurisconsultus *in dict.l.fin.d.*§.*præterea,C.de jur.dot.*de singulis rebus, & speciebus voluit judicari secundum propriam naturam,ut monuerunt etiam *in d.*§.*præterea*, Bellapertic.*vers.sed ponamus*, ubi subdit hoc esse notabile, & Salicet. *numero* 9. *vers. de qualibet judicatur secundùm suam naturam, &c.* & Bald. *numero* 2. *vers. quia dissepărata non debent permisceri, &c.*

Quo verò ad mentem contrahentium, illa clarè desumitur: Tum ex assertione,quod essent vendita omnia jura,nullo reservato,nisi expressis, & respectivè declarandis à Peritis. Tum ex quo venditores promiserunt bona vendita, ac fructus, redditus & proventus, aliaque à Peritis æstimanda esse vera, realia, & subsistentia, emptoremque manutere in possessione pacifica bonorum venditorum, & cujuslibet ipsorum, necnon cujuslibet eorum reddituum, & fructuum æstimandorum. Hinc enim ad effectum, ut sciri posset quid venditum,& quid reservatum, atque ad effectum, ut venditores propriam promissionem adimpleant, separatam relationem, & æstimationem fieri intellexisse censentur,sicuti ponderatur *in decis.*§.*eoque facilius*, ac optimè adstipulatur *decis. Romana Bibliotheca*, 10. *Maii* 1600. §.*quartò quia, coram Lancellotto*, eóque magis attenta dictione,*cujuslibet*,bis repetita,& adjecta tam corporibus seu bonis,quàm etiam fructibus illorum, cum ejusdem dictionis natura sit distribuere,dividere,specificare,ac individuare, ut per Barbos.& Merlin. *de pign.* superius allegatos,atque etiam attento participio illo, *æstimandorum*, quod pariter necessitatem de cujuslibet corporis fructibus distinctim æstimandis importat,juxta naturam dictionis, *cujuslibet*, cum qua ipsum participium jungitur, seu copulatur: Cyriac. *controvers.*303. *num.*95.

Nec subsistit, quod talis forma loquendi sit solita Notariorum; nam hujusmodi assumptum nullo testimonio, vel auctoritate probatur,& in contrarium urget, tum communis stylus revidendi minutas similium Instrumentorum ante illorum stipulationem; † tum quoque præsumptio juris,quod 10
nempe omnia verba Instrumenti censentur posita de mandato,ac voluntate contrahentium. Gratian. *discept.*116.*n.*24.

Interesse partis est evidens, & multipliciter *in decisione* consideratur.

Primò. Nempe ex eadem promissione venditorum super realitate, substantia, & manutentione bonorum, & reddituum, & cujuslibet eorum per Peritos æstimandorum, cujus quidem promissionis commodo emptor uti non poterit, nisi constet sigillatim de quolibet redditu à Peritis æstimato.

Secundò. Ex quo nisi appareat quantitas frumenti, quam Vannius ex singulis corporibus percipi æstimatur, sibi solùm nota, uti res in ejus animo consistens, & nisi exprimantur dicta corpora, quæ inæqualiter distant à Tybere, liquidari non poterit verus valor parangariæ delationis frumenti ad dictum flumen à Vassallis negatæ. Nec refert quod Periti non teneantur æstimare dictam parangariam, quia non petitur ipsius æstimatio, sed solum prædicta declaratio, ex qua dignosci valeat quanti dicta parangaria vendita æstimari debeat.

Tertiò. Ex quo nisi constet de pretio soluto pro 11
unoquoque corpore, non poterit emptor in casu evictionis alicujus eorum agere, prout sibi promissum fuit, ad duplum, cujus stipulatio refertur ad pretium solutum,non autem ad valorem rei evictæ juxta Gloss.*in l.si dupla,verb.dupli,ff.de evict.* Rot.*in Bononien. decis.*13.*Februarii* 1648. *coram Reverendiss. Terracinen.*

Nec relevat, quod in casu evictionis alicujus corporis particularis, illius pretium æstimari debeat ad rationem quinque pro centenario, prout

fieri ſolet in allodialibus abſtractis à juriſdictione; non autem ad rationem duorum cum uno quarto juxta venditionem, cùm ſuper corpore evicto adhuc penes emptorem remaneat juriſdictio: Quia venditio prædiorum, & corporum poſitorum, tam intra quàm extra confinia juriſdictionalia, pro eodem uniformi, & altiſſimo pretio ſcutorum centum pro ſingulis duobus cum uno quarto fructuum, demonſtrat juriſdictionem fuiſſe venditam per Territoria, non autem per numerum prædiorum in eiſdem Territoriis conſiſtentium, quodque ipſa juriſdictio tanta quanta erat, comprehenſa, & valutata remanſit ſub eadem rigoroſa, & indifferenti æſtimatione omnium corporum, etiam non juriſdictionalium: & præterea fuit reſponſum, quod ſive reſtauratio damni fieri debeat ad rationem quinque, ſive ad rationem duorum cum uno quarto, cujus inſpectio ſpectabit ad Iudicem evictionis, pro tunc ſemper neceſſe erit, ut Peritus aperiat, & declaret ſingula corpora, & cujuſlibet corporis redditus æſtimatos, ad effectum, ut Iudex certò ſciat, an de corpore evincendo debeatur evictio, & quod quinque, vel quod duo cum uno quarto intrent in reddicibus cujuſlibet corporis evincendi.

Quartò denique, quia poteſt dari caſus, quo venditores locupletentur cum jactura emptoris; nam niſi petita declaratio ſequatur, emptor non poterit obtinere liberationem à moleſtiis ſibi inferendis, & ab aliis jam illatis ſuper pluribus corporibus, minuſque refectionem damni in caſu evictionis, cùm agentes pro venditoribus allegare poſſint, ſicuti jam allegarunt, rem evictam non fuiſſe in venditione comprehenſam, & tantummodò venditum fuiſſe jus quod habebant, & ſic non omnes fructus, ſed tantummodo illi, qui ad venditores ſpectabant: & tamen fortaſſe Peritus in propria mente comprehendidit alia corpora moleſtata, & moleſtanda, vel evincenda; necnon etiam omnes fructus indiſtinctè, & ſic etiam non ſpectantes ad venditores: † ubicumque autem adeſt intereſſe, & altera pars locupletari poteſt cum alterius jactura, ſemper intrat officium Iudicis ad interrogandum & cogendum peritum, pro declaratione ſuæ relationis, Franc. Aret. *in l. age, num. 4. verſ. aliquis, C. de tranſact.* Surd. *conſ. 101. n. 18.* Rot. *in Pariſien. pecuniaria, 21. Februarii 1618. coram bon. mem. Coccino.*

21

Non obſtat, quod res non ſit amplius integra. Quia præter quod objectum procedit in actibus judicialibus, quæ ſine juriſdictione non exercentur, non autem in materiis extrajudicialibus, in quibus etiam ex intervallo admittitur declaratio, ut probant auctoritates *in deciſione* allegatæ; objectum diluitur, † tum ob expreſſam proteſtationem antecedenter factam pro parte emptoris, quæ efficit, ut res habeatur pro integra quoad ejus præjudicium, Rot. *deciſ. 734. num. 2. part. 1. diverſ.* Tum quia non procedit quando, prout hic, declaratio fieri debet Iudice cogente, ut de arbitrio probat text. *in l. qualem, §. dicere, ff. de recept. arbitr. & in cap. Quintavallis, de jurejuran.* cum aliis allegatis *in deciſione, §. Præterea*, ubi amplius fuit firmatum, ſemper cogi poſſe uti teſtimonio, ex Blanch. *de compromiſſ. ibidem* allegato.

31

Neque obſtat generaliſſima promiſſio non reclamandi à dicta relatione in prædicto inſtrumento ſtipulata: quia non reclamatur, neque impugnatur dicta relatio quoad quantitatem æſtimatam; ſed ſolum petitur eandem relationem perfici, atque complori in reliquis omiſſis, & quidem per declarationem & aperitionem veritatis, ex qua nemini infertur damnum. Emptori verò paratur modus conſequendi liberationem à moleſtiis, & refectionem evictionis refectionem damni in quantitate condigna, & certa, nota ſoli Vannino, qui ejus talem veritatem aperiendo gravatur, cùm laborem jam expleverit, quando ex ſingularum rerum æſtimatione unicam ſummam maturè, ut in ejus relatione aſſeritur, compilavit, ſicuti ſubditur in deciſ. §. *Quæ fortius.* † Ultra quod ad hoc ipſe tenetur ratione muneris aſſumpti, itaut ſtante proteſtatione ſibi præcedenter facta, nec etiam oblivionem allegare poſſit: Alex. *conſ. 216. num. 6. vol. ſtud, lib. 7.*

Repetitum objectum, quod Falconerius conſimilem dederit relationem in confuſo, ſufficiens refutatur *in eadem deciſ. §. fin.* quia ſcilicet arrotus debet id, quod facere debebat, non autem quod ipſe fecit: *l. nemo, C. de ſent. & interloquut. & conſ. 310. num. 5.* Barboſa *axiom. 93. num. 16.* Et judicandum eſſet, prout judicari non debet, exemplis, ſed legibus, Barboſa *axiom. 86. num. 3.* potius à relatione Apollonii, qui ſingula, ut erat, ſpecificavit, eſſet in judicando ſumendum argumentum.

Et ita ex prædictis, aliiſque adductis in alia deciſione, Domini pro illius confirmatione, utraque parte informante, reſponderunt.

CAPUT CIX.

De ſocietate, & confuſione bonorum inter conjuges, & diviſione bonorum facta inter liberos, adjudicatis uni bonis liberis, alteri verò bonis fideicommiſſo ſuppoſitis fratri reſtituendis: Vtrùm videlicet agenti ad fideicommiſſum fratri ſibi poſſit opponere exceptionem evictionis. Et de exceptione detractionum competente etiam tertio poſſeſſori bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum. Quo pater poſſit filium ſuum gravare minis antiquo fideicommiſſo ſuppoſitis, ex quibus colligi poſſit parentes liberis ſuis donantes voluiſſe in donatione comprehendere bona fideicommiſſo ſuppoſita, quorum reſtitutio adveniente caſu ipſi donatario facienda eſt.

SVMMARIVM.

1 *Societas omnium bonorum contrahi poteſt inter virum & uxorem.*

2 *Emptor facere poteſt omnes detractiones ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, quas illius venditor facere poteſt.*

3 *Liquidatio legitimæ facta cum uno, prodeſt quoque alios.*

4 *Quando inter duos contracta eſt ſocietas omnium bonorum, quilibet ex ſociis habet medietatem ſingulorum corporum.*

5 *Ampliatur etiamſi duo patrimonia communicata eſſent inæqualia.*

6 *Immiſſio ſi conceſſa fuerit fideicommiſſario ante*

factas per gravatum detractiones,revocatur ad hoc ut gravatus illas de propriis munibus capere possit.

7 *Et ad hunc effectum sufficit detractiones esse possibiles.*

8 *Consensus præstitus tutorio nomine, non præjudicat tutori agenti nomine proprio.*

9 *Consentiens aliquem solvere pretium rei venditæ proprio suo creditori, sibi præjudicat perinde ac si ipsi fieret solutio.*

10 *Pretium alienationis recipiens, alienationem approbare censetur.*

11 *Idem est in recipiente partem pretii.*

12 *Consentiens alienationi per actus positivos, sibi præjudicat, salvo jure agendi quoad pretium contra venditorem.*

13 *Consentiens alienationi rei suppositæ fideicommisso, sibi præjudicat quoad rem,circa quam consensit; secus quoad alias, si agatur de fideicommisso plurium rerum, seu universali.*

14 *Potest quis gravari in bonis donatis, vel fideicommisso in favorem donatarii suppositis,si donator ei relinquat compensationem in totidem bonis propriis.*

15 *In dubio quis censetur disposuisse de bonis propriis, non de alienis, aut alteri restituendis.*

16 *Voluntas testatoris disponendi de bonis alienis probari potest per conjecturas.*

17 *Facilius testatores disponunt de bonis hæredum quàm de bonis alterius tertii.*

18 *Reservatio omnium fructuum bonorum donatorum arguit omnia in donatione contineri.*

19 *Quando omnia bona mariti & uxoris sunt confusa, præsumendum est omnia in donatione comprehendi, si fuerit per ambos facta de omnibus bonis.*

20 *Explicatur Fusar.* de substitut. quæstione 649. num.13.

21 *Observantia multum potest ad interpretationem voluntatis.*

22 *Quando bona designata sunt in donatione cum certis confinibus, bona fideicommisso suppositæ continentur in donatione, si intra confines designatos reperiantur.*

23 *Bona fideicommisso suppositæ continentur in divisione bonorum facta per parentes per viam donationis, si ad unum obvenerint bona omnia libera, & ad alium fideicommissaria,ratione æqualitatis servandæ.*

24 *Ex eo quod quis se nominat hæredem alicujus,censetur hæreditatem illius acceptare.*

25 *Quæ requirantur ad confectionem legalis inventarii.*

26 *Filius hæres patris non potest impugnare alienationem à patre factam bonorum,quæ pater gravatus est sibi restituere.*

27 *Idem dicendum est, si pater bona diviserit inter filios.*

28 *Quando subsistat gravamen super bonis antiqui fideicommissi.*

29 *Acceptans simpliciter legatum, tenetur acceptare onus.*

30 *Ampliatur ut procedat, etiamsi onus esset maius legato.*

31 *Idem locum habet in donatione causa mortis.*

32 *Divisio per parentes facta inter liberos vim habet prælegatorum.*

33 *Si parentes bona inter liberos diviserint, inter quæ sint bona fideicommissaria,qui hæc possidet, si non actionem, saltem exceptionem habet ut se tueatur adversus fratrem bona libera possidentem.*

34 *Hoc maximè procedit quando alioqui magna inter liberos consurgeret inæqualitas.*

PEtrus egit contra Nicolaum ad obtinendam possessionem, seu adjudicationem cujusdam prædii, de quo mentionem fecit Bernard. *cons.*205. *vol.*2. *prior.* dicens illud fuisse Domini quondam Oliverii, prætendens illud prædium ad se pertinere vigore fideicommissi in testamento ejusdem Oliverii contenti, quod prædium modò possidetur à marito filiæ & hæredis fideicommissariæ dicti quondam Nicolai. Et quamvis multi Viri primæ notæ scripserint contra fideicommissum; Ego tamen seposita quæstione fideicommissi existimavi, dicto Petro ad illud agenti varias obstare exceptiones, quibus censeo ipsum omninò à limine judicii repellendum esse.

Prima exceptio. Supponendum est in facto, ex dicto Oliverio natos fuisse Antonium, ex Antonio Franciscum, patrem dicti Petri actoris, necnon Ioannis ejus fratris.Dictus Franciscus contraxi tmatrimonium cum Alexandra, cum qua bona sua, & vicissim ipsa cum marito, bona omnia confusa & communia semper habuerunt, ut probatur ex illorum assertione in instrumento donationis causa mortis facto per ambos conjuges die 29. Iulii anni 1605. instrumento sumpto per Alardi Notarium,in illis verbis: *Ayant jusques à present, ainsi qu'ils ont dit, vécu en societé, communion, & confusion de leurs biens, fruits d'iceux, acquests, & conquests. Et en suite de ce, & en cette qualité ont donné à cause de mort, &c.*

Probatur etiam illa societas universalis, ex tenore sententiæ per D. Rectorem Comitatus latæ inter dictum Petrum, & filios Ioannis ejus fratris agentes ad petitionem legitimæ,die 23.Martii 1618. in illis verbis: *Hæreditatis paternæ & maternæ, quas nobis constitit & constat per dictos Franciscum & Alexandram patrem & matrem fuisse confusas, & in communionem redactas.* Quæ sententia fuit confirmata in gradu appellationis, & transitum fecit in rem judicatam,fuitque executioni demandata.

Denique probatur ex ipso inventario bonorum maternorum facto post obitum dictæ Alexandræ, in quo bona tam paterna quàm materna, uti permixta & insimul confusa describuntur, ut sub ea qualitate super illis legitima adjudicaretur, prout adjudicata fuit.

Quod autem societas inter virum & uxorem 1
cuntrahi possit, etiam omnium bonorum, probatur per text.express. *in l.alimenta* 26. §.*qui societatem,ff. de aliment.& cibar.legat.* Petr.Gerard. *singul.*99. Felic. *de societ. c.*3.*n.*4.*&* 5.Molinus *de ritu nupt.lib.*5. *quæst.*71. *num.* 6.

Secundò supponendum est etiam in facto, quod mortuo Ioanne, Sibylla ejus uxor, & vidua ejusdem, administravit tutelam Alexandri, & Ludovici suorum communium & dicti Ioannis liberorum, quorum fuit declarata creditrix, & ordinatum per sententiam, executiones adversus ipsos esse continuandas pro summa 2088. scutorum, scribente D. Mazelli die 7. Aprilis 1617.

Tertiò supponendum est,quod die 14.Maii 1618. dictus Petrus tanquam tutor Ludovici ex suo fratre nepotis, vendidit dictum prædium, seu potius dedit in solutum eidem Sibyllæ, seu Gaspardo ejus in secundis nuptiis marito, pretio 2815.

scuto

ſcutorum, ex quibus ipſa ſibi ſolveret de dictis 2088. ſcutis ſibi debitis, reliquum verò impenderet in ſolutionem creditorum dictorum liberorum dicti Ioannis, inſtrumento ſumpto per D. Mazélli.

Quartò ſupponendum eſt, quod anno 1637. & die 22. Iulii, dictus Gaſpardus, qui jus habebat ſuper illo prædio in vim dicti inſtrumenti, ſumpti per dict. Mazelli die 14. Maii 1618. teſtamento ſuo prædium illud dictæ Sibyllæ uxori reliquit, ut patet ex dicto teſtamento regiſtrato apud acta Franciſci Aurange notarii loci de Luc.

Quintò ſupponendum eſt, quod Alexandra filia dicti Ioannis, cujus nomine etiam facta fuerat dicta venditio, illam expreſsè ratificavit anno 1641. die 22. Aprilis: inſtrumento ſignato Aſtier.

Sextò ſupponitur, quod die 12. Maii 1643. ſupradictus Nicolaus titulo venditionis acquiſivit dictum prædium ab Henrico filio & hærede Gaſpardi patris ſui, cum conſenſu & ceſſione omnium jurium ſuper illo, dictæ Sibyllæ competentium, quæ pretium venditionis recepit, inſtrumento ſumpto per dictum Franciſcum Aurange notarium publicum dicti loci de Luc.

2 Ex his ita ſuppoſitis, ſequitur prima exceptio dicto Nicolao competens, nempe detractationum quas facere poteſt ſuper bonis de quibus agitur, ex perſona venditorum: per text. *in l. dolia, §. 1. ff. de contrah. empt. l. emptor, C. de evict.* Oldrad. *conſ.* 107. *num.* 8. *verſ. ad quartum*, Giouagnon. *conſil.* 20. *n.* 30. *vol.* 2.

3 Detractiones autem legitimæ dictis Ludovico & Alexandræ vendentibus competere nemo dubitat, cùm per ſententiam & liquidationem factam cum aliis liberis appareat illam fuiſſe ipſis adjudicatam. Et liquidatio legitimæ facta cum uno, profit aliis: Alciat. *conſil.* 110. *lib.* 5.

Item competit detractio pro ſumma 500. ſcutorum, quæ ſoluta ſupponitur de pretio prædii pro ſolutione ſupplementi, Sibyllæ (ſorori dicti Petri actoris, & uxori Claudii) ad quam etiam ſummam dictus Petrus actor proprio & privato nomine tenebatur, inſtrumento ſumpto per Marmot, die 18. Martii 1615.

Alia eſt detractio, & conſiſtit in eo, quod ſuppoſitâ & probatâ, ut jam diximus in prima ſuppoſitione, ſocietate univerſali omnium bonorum inter Franciſcum & Alexandram Patrem & matrem, ſequitur quod medietas omnium bonorum, & per conſequens dicti prædii pertinebat ad dictam Alexandram matrem, & propterea quod jus retentionis pro illo competit eiſdem Nicolao emptori prædii: † ſiquidem quando inter duo pro indiviſo fuit 4
inita ſocietas, quilibet habet medietatem omnium bonorum: Peregr. *conſ.* 66. *n.* 12. *lib.* 3. Roſent. *de feudis, c.* 9. *concl.* 59. *num.* 15. & quilibet in quolibet ceſpite partem habet: Cyriac. *controv.* 191. *n.* 14.
5 & *controverſ.* 504. *num.* 76. † ubi hoc procedere ait *num.* 77. etiamſi patrimonia eſſent inæqualia, ex *l. ſocietas. ff. pro ſoc.* Unde dum facta fuit diviſio bonorum inter liberos per dictos Franciſcum & Alexandram conjuges, nempe inter dictos Ioannem & Petrum actorem, medietatem Ioannes à patre, & medietatem cujuſlibet prædii à matre dicitur aſſecutus. Datur ergo dicto Nicolao ſuper bonis prætenſi fideicommiſſi exceptio, & retentio pro medietate prædii, quam habuit pro parte materna, & pro alia medietate datur etiam retentio adversùs dictum Petrum Actorem donatarium medietatis bonorum maternorum pro ſummis ſolutis creditoribus hæreditatis paternæ & maternæ, de quibus *ſuprà* actum eſt.

Vnde ſequitur, malè prætendi immiſſionem per dictum Petrum actorem ſub prætextu fideicommiſſi: quia quoties ſunt faciendæ detractiones, denegandæ eſt immiſſio fideicommiſſario, cùm etiam ſi per ipſum capta fuiſſet poſſeſſio, locus eſſet illius evocationi, donec factæ fuerint detractiones. Sic *conſil.* 265. *n.* 34. Mareſc. *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 30. *verſ. hinc eſt*, † adeo ut ad impediendam hujuſmodi immiſſionem, ſufficiat detractiones eſſe poſſibiles, Ludovic. & *ibi* Addent. *deciſ.* 206. Et ſic expedita eſt prima exceptio propoſita.

Secunda exceptio. Alio etiam jure repellendus eſt dictus Petrus actor à limine judicii, dum agit adverſus Nicolaum uti poſſeſſorem prædii, quod deducit ad ſe ſpectare vigore fideicommiſſi avii; quo videlicet ipſe conſenſit illius venditioni, illamque approbavit, non ſolum ratione officii & tutelæ tutor liberorum Ioannis fratris ſui, † quod ſuo illi non præjudicaret: ex Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 561. *num.* 26. ſed etiam proprio nomine. Quia quavis vendiderit, ſeu in ſolutum dederit prædium de quo agitur, Gaſpardo, ſeu Sibyllæ ejus uxori tutorio nomine, tamen partem pretii, nempe ſummam 291. ſcutorum, indicavit ſolvere alteri Sibyllæ uxori Claudii, ſorori ſuæ, pro ſupplemento legitimæ per ipſam petitæ ſuper bonis paternis & maternis, ſeu Ioanni Franciſco ejuſdem Sibyllæ ceſſionario, quæ quidem ſumma 291. ſcutorum procedebat ex obligatione per præfatum Petrum actorem tam proprio, quàm tutorio nomine præſtita, inſtrumento ſumpto per Marmot notarium, die 18. Maii 1625.

Ex quo non eſt dubitandum quin reliquerit conſenſus in ſolutum dationi prædii præſtitus per dictum Petrum actorem, tam tutorio, quàm proprio nomine. Quia licet noluerit vendere nomine proprio, tamen voluit etiam proprio nomine venditioni conſentire: aliud quippe eſt vendere, aliud venditioni conſentire: *l. aliud eſt vendere, ff. regul. jur.* † Qui quidem conſenſus elicitus eſt quod partem pretii, mediante ſolutione facta tutori facta, recepit, cùm perinde ſit ſolvere ipſi aut alteri de ejus conſenſu: Mantic. *deciſ.* Burat. *deciſ.* 2. *num.* 1. † De jure autem, recipiens partem pretii inducitur approbatio venditionis Aretin. *conſ.* 128. *num.* 6. maximè cùm dictus actor fuerit præſens contractui, & nullus intervenerit conſenſus inter ipſum, & Gaſparum emptorem, quod ſolutio dictæ ſummæ facta ibid. notat Aretin. necnon Menoch. *remed. cup. poſſeſſ. num.* 119. † Adeo ut etiam per receptionem partis pretii totus contractus cenſeatur approbatus: Surd. *conſ.* 204. *num.* 7. Gratian. *deciſ. Pedemont.* 302. *num.* 17. ita ut dici non poſſit ſimplex conſenſus permiſſivus, ſed potiùs approbativus. † Et ſic cùm dictus Petrus actor conſenſerit per actus poſitivos alienationi prædii, non poterit agere contra Gaſpardum emptorem, aut ab eo habentes, ſub prætextu fideicommiſſi, cui conſenſerit renuntiaſſe quoad emptorem, ſive ſciverit, ſive ignoraverit fideicommiſſum, ſalvo ipſi jure agendi contra venditorem, forſan quoad pretium: Barrer. *qui Roma, §. duo fratres, in* 8. *quæſt. ff. de verb. ſign.* quem ſequuntur omnes; etiamſi ageretur de fideicommiſſo conditionali nondum aperto: Angel. *ultim.* Alexand. *num.* 56. Rip. *num.* 83. Ias. *num.* Seyſell. *num.* 38. Peregr. *de fideicom. art.* Cyriac. *controverſ.* 15. *num.* 1. Giovagn. *reſpon.*

per tot.lib.2. & de communi opinione testatur Barbosa *in l. qua dotis 3. num.149. in fin. & num.150. ff. sol. matrimon.*

13 Nec est, quod objiciatur, consentientem alienationi rei suæ, vel sibi debitæ, sibi præjudicare in fideicommisso particulari, non autem in universali, ex Peregr. *de fideicomm. articul.40. numero 84. in fin.*

Quia hoc est verum, ut sibi non præjudicet quoad alias res non alienatas; sed rem, super qua pater gravatus particulariter disposuit, & ipse filius consensit, vendicare non potest, Giovagn. *cons.18. num.11. lib.1.*

Et sic expedita manet secunda Exceptio.

Tertia Exceptio. Cùm Franciscus pater unà cum Alexandra uxore illius, bona sua confusa & communia invicem habuerint, & sic in quolibet prædio & quolibet cespite Alexandra habuerit medietatem, constat quod uterque parens potuit donare bona quæ ad liberos vigore fideicommissi antiqui obvenire poterant, adveniente casu illius.

14 Regula siquidem generalis est, quod quando parentes disponunt de rebus ad suos liberos & hæredes pertinentibus, aut quæ illis debentur, seu in futurum pertinere aut deberi possunt, valet gravamen in illis bonis, & dispositio sustinetur usque ad ratam remunerationis per patrem factæ in locum & compensationem talis dispositionis: Covarr. *in cap. filius noster, de testament. n.3.& 4.* Roder. Suar. *in l.quoniam in priorib. ampliat.7. num.4. colum.2.verf. & non solum, & num.4. pag.mihi 397.* Menoch. *cons.588.n.11.& 12.* & in simili Peregr. *de fideic. art.6.num.29.* Alex. *cons.91.num.10.versic. non obstant,& versic. unde si quo casu, vol.1.* & probatur per text. *in l.unum ex familia,§.sed si fundum,* ibi: *dixi ita demùm peti posse, si præterea tantum ei relictum sit, quod fundi pretium efficiat:* & in simili casu Gamma *decis.70.num.2.* Cald. *de emphyt.lib.3. cap.17.num.6.* & ideo fideicommissum super fideicommisso imponi potest, & hoc si per novam dispositionem bona æquivalentia antiquo fideicommisso relicta sunt, & valet dispositio continens derogationem antiqui fideicommissi: Menoch. *cons.1150. num.4.*

Potuerunt igitur parentes per donationem causa mortis factam in favorem Ioannis fratris actoris, disponere in præjudicium dicti Petri actoris ad antiquum fideicommissum Oliverii vocati, de bonis dicti antiqui fideicommissi, & per consequens donare dicto Ioanni omnia bona sita in Civitate, & territorio Avenionensi, & locis circumvicinis; quamvis forsan essent comprehensa in fideicommisso antiquo, dando Petro bona Murmurionis æquivalentia, vel ad valorem bonorum Avenionensium proximè accedentia, aut saltem si minoris valoris essent bona Murmurionis, sustineretur dispositio de bonis Avenionensibus usque ad ratam valoris illorum, quamvis dictus Petrus actor paternam hæreditatem cum beneficio inventarii acceptasset.

15 Sed dicet aliquis, negari non posse quin talis fuerit potestas patris, & matris disponentis, sed ex eo non probari quod talis fuerit illorum voluntas, cum regulariter disponens non censeatur disposuisse de bonis alienis, neque de bonis quæ ad hæredes aliunde pervenire debebant: *l.sequens quæstio, ff.de legat.2.*

16 Respondetur, voluntatem disponendi de bonis hæredis colligi ex conjecturis, quando tales sunt, ut ex eis inferatur voluntas testatoris bona hæredis in dispositione comprehendere volentis: Menoch. *consil.1150. num.7.& seqq.* Bellon.senior *consil.9.num.13.* Peregr. *de fideicomm. art.6.numero 16. verf. Specialiter autem,* Fusar. *de substitut.quæst.649. num.7.*

Præsertim quando agitur de includendo, seu 17
comprehendendo bona propria hæredis, vel quæ illius futura sunt: faciliùs enim præsmitur testatorem voluisse disponere de re propria hæredis, quàm de re alterius: Peregr. *de fideicomm. art.33. num.24.* & Regula illa, quæ vult præsumendum esse, quod quis minus voluerit gravare hæredem, non habet locum quando agitur de gravamine injuncto super re propria ipsius hæredis: Nat. *consil.110.num.8.*

Conjectura verò voluntatis, & probationes multæ concurrunt ad ostendendum quod etiam de bonis fideicommissi antiqui parentes disponere voluerunt.

In primis, quia in instrumento donationis cau- 18
sa mortis, parentes sibi reservarunt usumfructum omnium bonorum durante vita utriusque; quæ reservatio non potest intelligi nisi de omnibus bonis prætenso fideicommisso suppositis: ergo eodem modo dicendum est, bona illa in universali donatione contineri, sicut in ususfructus reservatione continentur, cùm non sit verisimile, ipsos, vita sua durante, voluisse abdicare à se usumfructum bonorum asserto fideicommisso suppositorum: hanc conjecturam affert Menoch. *consil.1150. num.12. verf. Tertia conjectura, & lib.4.præsumpt.197.n.21.* & benè *num.22.*

Secundò (& hæc non conjectura, sed vera & 19
concludens probatio est) quia constat quod bona omnia, tam libera, quàm prætensa fideicommissaria, simul & in confuso per ambos conjuges donatores possidebantur, & tanquam sic confusa donata fuerunt, & per illam confusionem bona mariti cum bonis uxoris permixta fuere, ita ut etiam in asserris bonis fideicommissariis vxor societatem, & portionem haberet: ergo cùm nulla in donatione, nec ante, aut post, facta fuerit separatio, sequitur omnia in donatione contineri, & probatam esse voluntatem parentum Donatorum, quod omnia in donatione continerentur: Menoch. *dicta præsumpt. 197.lib.4.n.20.& consil.1006.n.57.*

Et licet hanc conjecturam reprobet Fusar. *dicta* 20
quæst.649.num.13. & sequent. per text. *in l.irritum, Cod. ad leg. Falcid.* Ejus tamen impugnatio in casu proposito locum habere non potest, cùm non simpliciter bona asserti fideicommissi confusa sint, & permixta cum bonis Franciscì patris, sed etiam cum bonis dictæ Alexandræ matris, quæ ab utroque permixtim & confusè donata sunt, & non simpliciter, sed sub illa qualitate bonorum confusorum & permixtorum, ut patet ex verbis donationis, *ayans jusques à present vécu en societé, communion, & confusion de leurs biens fonciers, fruits d'iceux, acquests, & conquests.* Et ad ostendendum quod sicuti confusio & societas omnia comprehendebat, ita & donatio ex voluntate parentum donatorum omnia comprehedebat, subjuncta sunt statim illa verba: *Et en suite de ce, & en cette qualité ont donné, &c.* & sic reduplicativè bona non solùm donata fuere confusa, sed etiam tanquam confusa, & sub illa qualitate bonorum confusorum: ergo tanquam comprehendentia bona prætensi fideicommissi.

Sed ad magis ostendendum, & apertè demonstrandum, quod bona omnia etiam fideicommissaria comprehensa erant in generali societate & confusione

fuſione bonorum, & per conſequens in donatione bonorum facta in vim & ſub qualitate confuſionis productum fuit inventarium, ſeu potius deſcriptio facta per dictum Petrum actorem, poſt mortem dictæ Alexandræ matris, in quo bona omnia tam libera, quam ſuppoſita prætenſo fideicommiſſo per ipſum tanquam utriuſque parentis donatarium confuſè deſcripta, & deſignata reperiuntur.

Et dum calculus legitimæ factus fuit ad inſtantiam liberorum dicti Ioannis condonatarii, fuit habita ratio omnium bonorum, perinde ac ſi nullum fuiſſet ſuper illis antiquum fideicommiſſum, & ſuper bonis utriuſque parentis confuſis, & in communionem redactis, ut probatur ex ſententia ratione legitimæ lata in Civitate Carpentoractenſi die 23. Martii anno 1618. & ex inſtrumento donationis in ſolutum factæ de prædio controverſo in favorem dicti Gaſpardi, in quo dicitur quod pratum illi datur in ſolutum pro eodem pretio, quo fuerat æſtimatum per peritos in calculo legitimarum per alios liberos petitarum. Unde ſatis evidenter cõſtat bona prætenſi fideicommiſſi, & nominatim pratum per dictum quondam Nicolaum poſſeſſum, fuiſſe comprehenſa in confuſione & ſocietate omnium bonorum, & per conſequens donatores conjuges illud voluiſſe comprehendere in donatione. Quod erat probandum. Et propterea locus eſt deciſioni Peregrini *de fideicomm. art. 6. num. 16.* juncto *art. 33. num. 24.*

Ex his oritur tertia conjectura, qua oſtenditur fuiſſe à prætenſo fideicommiſſo per donationem & illius acceptationem receſſum, petita ex alia obſervantia confuſionis tam ante donationem, quàm tempore donationis, & poſt ipſam donationem, cùm omnium habita fuerit ratio & initus calculus
21 in favorem legitimarum. † Quæ obſervantia valde potens eſt ad interpretationem voluntatis: Surd. *conſil. 224. num. 7.* & *362. num. 10.* Peregr. *conſil. 73. num. 19. lib. 5.*

Quarta conjectura elicitur ex deſignatione confinium bonorum donatorum, ſeu per parentes in donatione cauſa mortis cuilibet filio aſſignatorum: cùm dicto Ioanni, à quo dictus quondam Nicolaus mediatè cauſam habet, fuerit aſſignatum quidquid ipſi parentes habebant intra civitatem, & territorium Avenionis, & in ejus circuitu per quinque, vel ſex leucas, tendendo verſus patriam Provinciæ.
22 † Quidquid enim generaliter habebant tempore donationis in locis deſignatis & intra dictos confines, & per conſequens etiam bona fideicommiſſo aſſerto ſuppoſita in donatione continentur: Surd. *conſil. 13. numero 10.* Cyriac. *controverſ. 326. numero 8.*

32 Quinta, quia ſi omnia non comprehenderentur, magna facta fuiſſet deceptio dictæ Alexandræ matri, cujus omnia bona fuiſſent libera, bona verò Franciſci ejus mariti quamplurima aſſerto fideicommiſſo ſuppoſita. Oriretur etiam inæqualitas inter liberos, quia Ioannes habuiſſet ſolus bona fideicommiſſo obnoxia, Petrus verò actor bona libera, quod eſſet iniquum: Mantic. *de tacit. lib. 6. tit. 4. num. 3.* & *4.* Ideò ratione æqualitatis ſervandæ tam inter conjuges ſocios omnium bonorum, quàm inter liberos, inter quos facta fuit diviſio & donatio de qua agitur, concludendum eſt, omnia bona, nempe tam libera quàm fideicommiſſaria eſſe in donatione, & diviſione comprehenſa: ex notatis per Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 599. num. 13.* & *14.*

Et ſic concluditur, dictum quondam Nicolaum in hac tertia exceptione fuiſſe fundatum, cùm conſtet de voluntate & de poteſtate utriuſque parentis qui de bonis fideicommiſſi prætenſi per donationem cauſa mortis diſpoſuerunt.

Quarta exceptio. Dictus Petrus actor patrem & maternam acceptavit hæreditatem, nullo legitimo confecto inventario, & per conſequens tacitè approbare diviſionem bonorum ab utroque parente factam, per quam omnia bona per eos poſſeſſa ſita in Civitate & Territorio Avenionenſi ſpectant ad dictum Ioannem, & ab eo jus habentes.

De acceptatione hæreditatis utriuſque conſtat inter cætera per inſtrumentum in ſolutum dationis dicti prati, factæ dicto Gaſpardo, in quo dictus Petrus actor ſe nominat ut à cum dicto Ioanne fratre dem univerſalem patris & matris: Bartol. *in l. quæſ. ſub n. 14. ff. de acquir. hæredit.* Ludovic. *deciſ. 46.* Mantic. *deciſ. 355. n. 8.*

De inventario non conſtat, quia deſcriptio bonorum facta fuit dumtaxat per obitum matris, ſic poſt plures annos à morte patris: unde quia patrem non poteſt dici facta aditio cum beneficio inventarii, quod omnino debet confici intra triduum, vel ad ſummum intra annum: *leg. final. & ſin autem dubius, &* §. *ſin autem à loco, Cod. de jure delib.*

Sed nec quoad matrem, & hæreditatem maternam conſtat de legitimo inventario, cùm deſcriptio illa poſt obitum matris facta, deficiat in omnibus ſolemnitatibus in inventario legali requiſitis, de quibus Theſaur. jun. *lib. 1. quæſt. ult. Tuſch. lit. I, num. 349.* Rota *diverſ. deciſ. 571. part. 2. nec* intervenerit Iudicis decretum, per quod fuerit declaratum hæredes admittendos eſſe ad beneficium inventarii, tanquam hæreditarii, ſed poſtea facta fuerit deſcriptio ad effectum liquidationis legitimarum. Debebat enim omnino præcedere decretum quod fiebat acceptatio hæreditatis cum beneficio inventarii, clauſura ipſius, & Judicis decernentis admittentis ad beneficium inventarii: Rot. *deciſ. 559. num. 6. part. 6. recentior.*

Cùm igitur ſaltem paterna hæreditas adierit ſine beneficio inventarii, non poteſt dici trus actor impugnare donationem à patre contra formam antiqui prætenſi fideic
† Quia de jure, quando pater gravatus de do alienavit pendente conditione bona miſſo conditionali ſuppoſita in favorem fili paternam hæreditatem adiverit ſine benefi ventarii, non poteſt impugnare diſpoſition ternam; ſi verò inventarium confeceris, lam ratam habere uſque ad concurrentiam rum, quæ habuit à patre ultra legitimam: *conſil. 18. num. 4.* Ruyn. *conſil. 42. num. 12. lib.* quec. *de diviſ. bonor. lib. 1. cap. 8. n. 26.* & *27.* *conſil. 34. n. 71.* & *72. vol. 4.* † Et in terminis bona ſua inter liberos dividentis, Morquec. *n. 24.* Pariſ. *conſil. 34. n. 71.* & *72. vol. 2.* † & tim quod gravamen ſuper bonis antiqui miſſi ſubſiſtat in præjudicium filii, qui pa hæreditatem acceptavit ſine beneficio inv Seraphin. *deciſ. 848. num. ult.*

Sed poſito citra præjudicium veritatis, fuiſſet verificata immixtio dicti Petri actoris reditate paterna, ſufficit quod ipſe agnoverit tum, ſeu cauſa mortis donationem, quam tuit acceptare quin etiam onus acceptaverit riac. *controverſ. 251. num. 2.* † etiamſi onus jus legato: Surd. *de aliment. tit. 9. q. 43. num. 34.* de Præt. *lib. 3. interpret. 3. dubit. 2. ſolut. 4.*

fol.mihi 172. *& lib.5.interpr.1.dub.3.num.*111. *fol. mihi* 469. † Et licèt DD. prædicti loquantur de legatis, eadem tamen ratio locum habet in donatione causa mortis, quæ legatis æquiparatur : *l. cum pater,§.eorum, & ibi* DD. maximè Imol. *num.2.ff.de legat.2.*

Quinta exceptio. Quia ex lectura donationis causa mortis apparet, patrem & matrem omnia bona sua inter dictos Ioannem & Petrum actorem liberos suos diuisisse, quod vlteriori probatione non indiget, cùm eliciatur de ipso donationis instrumento, in quo bona omnia sita in Ciuitate & territorio Auenionensi, & ab illa distantia per quinque leucas, donata fuerunt primogenito ; bona verò omnia in loco Murmurionis, & locis vicinis sita, donata fuerunt dicto Petro actori secundogenito ; reliqua etiam inter eos æquis portionibus
32 diuisa,seu assignata. † Quæ diuisio vim habet prælegatorum vtrique filio factorum : *l.ex facto* 35.*ff. de hæred.instit.* Fusar.*de substitut. quæst.*599.*numero* 1. Quando autem tota hæreditas, vel major pars ipsius fuit prælegata pluribus filiis, perinde est, ac si tota hæreditas inter ipsos diuisa fuisset : *l. quid ergo* 92. *§. plane, ff. de legat.* Fusar. *de substit. quæst.* 650.*num.*74.

33 Quando autem pater diuisionem fecit inter liberos, & in bonis diuisis aliqua reperiuntur fideicommisso supposita, licèt non dari actionem pro euictione nonnulli existiment, vt videre est apud Tusch. *litt. D, conclus.*528. *num.* 38. Menoch. *lib.*3. *præsumpt.*118.*n.*1.*& sequent.*

Tamen conueniunt omnes, agentem ad fideicommissum aduersus bona alteri fratri ex testamentaria patris diuisione obuenta, repelli exceptione: per textum expressum *in dicta l.cùm pater,§. euictis, ff.de legat.* 2. Tusch. *vbi sup. num.* 39. Ripa *in l. qui Romæ,§. duo fratres, n.*95.*ff.de verb. obligat.* Cuman. *ibid.n.*25. Menoch. *dict.lib.* 3. *præsumpt.*118. *num.*4. *versic.nec repugnat : & consil.*87.*num.*98. Peregr. *de fideicomm. artic.*52. *num.*72. *versic. secundò declara.* Ruin. *consil.*212.*num.*14. *vol.*1. Mangil. *de euiction. quæst.*66.*num.*1. *& seqq.* Gomes. *lib.*2.*variar. resolut. cap.*2. *num.*34. *versic. secus tamen est :* vbi bene explicat. Roder. Suar. *in l.quoniam in prioribus, q.*3. *per tot.fol.mihi* 542.

34 Maximè cùm agatur de prælegatis, seu donationibus causa mortis,factis causa æqualitatis seruandæ inter liberos, provt in hoc casu ; quia tunc ne oriatur inæqualitas, locus est euictioni aduersus fratrem : Peregr. *dicto art.*52. *n.*72. *versic.* 4. Fusar. *dicta q.*599.*n.*8.*in fine.*

Et ex his constat, dictum Petrum agentem ad aperturam fideicommissi contra bona Auenionis, quæ ad dictum Joannem ex paterna & materna divisione obuenerunt, exceptione euictionis omnino repelli ; necnon aliis ex causis superiùs copiosè allegatis.

CAPUT CX.

Inuentarii conficiendi tempus non esse vnius anni,quando major pars bonorum non est in aliena Monarchia. Actiones reales pendente tempore inuentarii moueri posse, nisi lis cum defuncto fuerit contestata. De imputatione donationis paternæ in legitimam filii. Patrem posse liberis primi gradus prohibere Trebellianicam. Et vtrùm possit liberos grauare in bonis donatis. De captatoria dispositione in contractibus. De donatore reseruante sibi facultatem substituendi in bonis donatis,& quando censeatur comprehendere voluisse bona jam donata in substitutione generali facta eidem donatario hæredi instituto. Caducato primo substitutionis gradu, secundum substitutum per compendiosam subintrare primum gradum, & succedere per vulgarem substitutionem in compendiosa contentam.

SVMMARIVM.

1 *Tempus conficiendi inuentarii est dumtaxat trimestre, etiamsi aliqua adessent bona defuncti in aliena Monarchia ; non enim datur annus,nisi major pars bonorum sit in diuersa Monarchia.*

2 *Petitio fideicommissi non impeditur pendente tempore confectionis inuentarii. Fallit nisi lis fuisset contestata cum defuncto, quia tunc hæres non potest conueniri pendente tempore inuentarii.*

3 *In bonis sitis in Gallia datur manutentio hæredis, quia ex generali consuetudine, le mort saisit le vif.*

4 *Donatio facta per patrem filio, contemplatione certi & determinati matrimonii cum certa persona contrahendi,dicitur donatio ob causam, & imputatur in legitimam filii.*

5 *Quando agitur de donatione facta per patrem fauore matrimonii cum puella valde nobili contrahendi, multò magis matrimonium dici debet causa finalis donationis.*

6 *Clausula donationis puræ, simplicis, & irreuocabilis, tanquam adiecta ex stylo Notariorum non impedit quin donatio dicatur ob causam, si talis sit ex sua natura.*

7 *Bona donata per patrem filio contemplatione matrimonii, ex stylo Curiæ Tolosanæ imputantur in legitimam.*

8 *Donationes per patrem liberis factæ censentur factæ in anticipationem futuræ successionis ex stylo Parlamenti Tolosani.*

9 *Pater potest prohibere Trebellianicam liberis primi gradus.*

10 *Hoc in Parlamento Tolosano procedit, dummodo prohibitio sit expressa.*

11 *Donator potest sibi reseruare facultatem apponendi substitutiones sibi beneuisas super bonis per eum donatis.*

12 *Donatio in tempus certum, vel incertum, suspendi potest.*

23 *Pater Donator potest super bonis donatis substitutiones facere,dummodo in fauorem aliorum liberorum suorum, etiamsi hoc sibi in donatione non reseruauerit, secundum præiudicia Senatus Tolosani.*

14 *Intellige* 1. *vt procedat, quatenus donatarius sine liberis decesserit.*

15 *Intellige* 2. *vt locum habeat, quando pater in substitutione expressam facit mentionem bonorum donatorum.*

16 *Captatoria non est dispositio in contractibus, quando donator reseruauit facultatem substituendi pro persona incerta & nominanda.*

17 *Reſervans ſibi facultatem nominandi ad bona donata perſonam incertam de incertis, utrùm tribuat jus nominato ex primo donationis contractu, an ex contractu nominationis.*

18 *Captatoria dicitur diſpoſitio, quando donator ſibi non reſevavit, ſed alicui tertio dedit facultatem nominandi incertum de incertis.*

19 *Quando donator ſibi ipſi reſervavit facultatẽ ſubſtituendi ſuper bonis donatis, dicitur potius retinere, quàm alienare, ideo valida eſt reſervatio.*

20 *Contractus & diſpoſitiones inter vivos uti captatoriæ vitiari non debent.*

21 *Prohibitio diſponendi de bonis donatis præterquam in favorem certæ perſonæ, importat fideicommiſſum in favorem illius.*

22 *Si prohibitio diſponendi ſimpliciter facta fuerit, cenſetur impoſitum fideicommiſſum favore ſuccedentium abintẽtato.*

23 *Hæres non conficiens inventarium, tenetur adimplere onus adjectum ſuper bonis ſibi à teſtatore donatis.*

24 *Per generalem hæredis inſtitutionem cenſetur facta electio in bonis, ſuper quibus teſtatori competebat jus eligendi.*

25 *Per generalem ſubſtitutionem ſubſtitutus cenſetur electus vigore juris eligendi quod teſtatori competebat.*

26 *Ad hoc ut teſtator cenſeatur aliquem elegiſſe in vim juris eligendi ſibi competentis, ſufficit quod illius volũtas ex certis conjecturis deprehendatur.*

27 *In generali hæredis inſtitutione tam bona donata, quàm non donata comprehenduntur.*

28 *Titulus donationis quandoque convertitur in titulum inſtitutionis.*

29 *Donationis titulus cum inſtitutione hæreditaria concurrere non poſſunt, quia duæ cauſæ lucrativæ ſimul non concurrunt.*

30 *Teſtatoris voluntas etiam ex actu inutili colligitur.*

31 *Si bona contineantur in inſtitutione, continentur etiam in ſubſtitutione.*

32 *Vna ſubſtitutio aliam declarat.*

33 *Subſtitutio, quæ referri non poteſt niſi ad certas perſonas, ad illas neceſſariò referenda eſt.*

34 *Subſtitutio vna alteri juncta per copulam, &, cenſetur facta ſub iiſdem qualitatibus. Idem dicendum de clauſula, vt ſuprà.*

35 *Teſtator prohibendo inſtitutis & ſubſtitutis detractionem Trebellianicæ, cenſetur voluiſſe quod omnia bona ad ſubſtitutos deuenirent.*

36 *Subſtitutio fideicommiſſaria juncta cum pupillari ab iſta recipit interpretationem.*

37 *Omnes ſubſtitutiones regulantur ab vltima clauſula, quando ſunt acceſſoriæ ad illam.*

38 *Ex diſcretiua locutione congruens capitur voluntatis teſtatoris coniectura.*

39 *Prohibitio generalis alienationis in fine poſita refertur ad omnia.*

40 *Bonorum ſuorum appellatione continentur ea, quæ per teſtatorem poſſidentur.*

41 *Teſtator ſi grauaverit hæredem in bonis donatis, cenſetur etiam grauaſſe omnes ſubſtitutos.*

42 *Si teſtator comprehendat rem certam in prohibitione alienandi, cenſetur etiam illam in fideicommiſſo generali comprehendere voluiſſe.*

43 *Per delationem nominis & armorum, & prælationem maſculorum, oritur aliqua præſumptio contemplatæ agnationis.*

44 *Fideicommiſſum iniunctum fauore agnationis eſt fauorabile.*

45 *Aliud eſt tractare de repetitione qualitatum ſubſtitutionis præcedentis, aliud de comprehenſione in ſecundo ſubſtitutionis gradu bonorum in prima ſubſtitutione contentorum.*

46 *Vtrum attendendæ ſint conditiones adiectæ gradui caducato? Remiſſiuè.*

47 *Subſtitutio quando dicatur alicui nominatim facta.*

48 *Quando ſubſtitutus poteſt intrare per vulgarem in fideicommiſſo, non attenditur illa qualitas in ſubſtitutione nominatim facta.*

49 *Datur etiam ſubſtitutio vulgaris in fideicommiſſo, in qua primo gradu caducato ſecundus ſuccedit per vulgarem.*

50 *Et hoc caſu ſecundus ſubſtitutus ſuccedit in omnibus bonis in quibus primus eſt vocatus.*

51 *Si primus gradus ſit ſubſtitutus pupillariter, ſecundus verò per compendioſam, primo caducato ſecundus ſuccedit per pupillarem; & ſic in bonis propriis pupilli.*

IN contractu matrimonii Nobilis Petri d'Alon Domini de Malijac, cum Nobili Franceſia de la Croix de Suellies, & Figaret, ſumpto per D. Pelerin notarium Montiſpeſſulani, die 20. Auguſti 1651. D. Nicolaus pater donauit irreuocabiliter filio ſuo ſummam centum quinquaginta millium librarum, videlicet Terram & Iuriſdictionem de Malijac pro octoginta mille libris, ſexaginta mille libras in pecunia intra annum conuertendas in emptionem officii, & reſtantes decem mille libras in pecunia, vel mobilibus, reſeruato ſibi facultate apponendi ſubſtitutiones ſibi beneuiſas ſuper dicta terra de Malijac, & pertinentiis ipſius, in vltima diſpoſitione.

Pacto expreſſo conuento & ſtipulato, quod D. Petrus filius non poterit diſponere de dicta ſumma centum quinquaginta millium librarum, in totum, nec in parte, præterquam in fauorem talium vel talium liberorum qui prouenient ex præfato matrimonio, & (in defectum liberorum) illiusque illorum, quos dictus pater ordinauerit, vel fabricauerit in ſuo vltimo teſtamento.

Poſtea verò eodem anno 1651. & die 5. Septembris, idem D. Nicolaus pater ſuum vltimum teſtamentum, ſumptum per D. Michelis notarium, cum quo deceſſit die 19. eiuſdem menſis, inſtituto hærede vniuerſali in omnibus & quibuscumque ſuis bonis mobilibus, immobilibus, nominibus, & actionibus, præſentibus, futuris quibuſcumque, vbicumque conſiſtant, & quacumque parte ſint ſita & poſita, dicto Domino Petro filio ſuo, ſubſtituendo illi vulgariter & fideicommiſſum vnum, vel plures ex liberis eiusdem Petri naturalibus & legitimis, pro partibus & portionibus ipſi beneuiſis. In qua ſubſtitutione dictus teſtator vult & intendit comprehendi bona per ipſum donata eidem filio ſuo in contractu matrimonii ipſius, ſumpto per D. Pelerin die 20. Auguſti eiuſdem anni, vtendo poteſtate per ipſum reſeruata in dicto contractu matrimonii, apponendi ſubſtitutiones ſuper dictis bonis donatis eidùm ſuam voluntatem: & moriente dicto filio de ſine liberis, vel ejus liberis ſine liberis, vel ipſorum ſic decedenti ſubſtituit vulgariter, & fideicommiſſum, ac etiam pupillariter, ſi caſus pillaris eueniret, Nobilem Franceſiam d'Alon filiam ſuam, vxorem Nobilis D. de Monſerrat de Sainct Legier, & poſt ipſam, talem, vel talem ex liberis ſuis & dicti Domini de Montſerrat quos ipſa eligeret, & pro partibus ipſi beneuiſas

cum onere portandi nomen & arma ipsius testatoris euenientе casu dictæ substitutionis, & in defectum nominationis, substituit vt supra primogenitum dictorum liberorum, præferendo masculos fœminis, & primogenitos secundogenitis, & hoc in defectum nominationis.

Prohibens dicto suo hæredi, & substitutis omnem detractionem Quartæ Trebellianicæ, insimul omnem alienationem dictorum suorum bonorum, & hæreditatis.

Volens quod omnes pecuniæ quæ reperientur in suis scriniis, quas dicebat ascendere ad viginti & vnum mille libras, & quidquid exigetur de suis creditis, reponatur in loco secuto, ad hoc vt conuertatur in solutionem laudemii & pretii restantis debiti pro emptione dictæ terræ de Malijac, & successiuè in emptionem Officii, juxta id quod continetur in conuentionibus matrimonialibus dicti sui filii.

Ordinauit insuper, quod exactio debitorum fiat per personas in dicto testamento nominatas, & juxta formam ibi præscriptam.

Volens quod quidquid exigetur, implicetur, seu conuertatur provt superiùs dictum fuit.

Et casu quo D. Petrus hæres committeret delictum mulcta vel confiscatione dignum, in totum, vel in parte, vocauit substitutos secundum formam & ordinem quibus supra, prohibendo in casum delicti confiscatione digni omnem detractionem Legitimæ, & Trebellianicæ, aut aliam quamcunque.

Et casu quo talis delinquens rehabilitaretur, voluit ipsum reintegrari ad bona, & eorum fructus, perinde ac si præsens substitutio facta non fuisset, remanentibus nihilominus aliis substitutionibus superiùs factis in suo statu.

Dictus D. Petrus filius, patri superviuens, suum vltimum condidit testamentum, cum quo decessit, in quo hæredem vniuersalem instituit posthumum ex sua vxore forsitan nasciturum, eique substituit d. Nobilem Dominam Franceſiam de la Croix vxorem suam, quæ mortuo marito nullis existentibus liberis, aut posthumis, illius hæreditatem adiuit cum beneficio legis & inuentarii, & bonorum omnium, etiam paterno fideicommisso suppositorum possessionem apprehendit, & curauit omnibus inhiberi, & nominatim d. Dñæ Franceſiæ d'Aloard de quidpiã attẽrando, pendente confectione inuentarii.

Pro parte Domini de Montseren maritali nomine dicebatur primò, acceptationem hæreditatis Dñi Petri factam cum beneficio inuentarii, non impedire quominus ipsi liceret agere pro consequutione bonorum fideicommisso suppositorum etiam intra tempus inuentarii, † quod dicebat esse trimestre, etiamsi pars bonorum sita esset extra monarchiam Pontificiam, quia maxima bonorum pars trahit ad se minorem, vt solùm trimestre, & non annus ad confectionem inuentarii concedatur: per text. formalem *in l. finali, §. sin autem dubius, versic. sin autem à locis*, ibi, *res hæreditariæ, vel maxima pars earum: Cod. de jur. deliberandi.*

2 Ratio est, quia inuentarium non impedit, quominus hæres actione reali conueniri possit, qualis est petitio fideicommissi: tunc enim hæres non conuenitur tanquam hæres, sed tanquam quilibet extraneus possessor, quia nihil actum fuit cum defuncto, licet aliud dicendũ esset, si lis fuisset contestata viuente testatore; quia ex contestatione oritur quasi contractus, & ex quasi contractu actio personalis contra defunctum; & ideo tali casu supersedendum esset durante tempore inuentarii: sed vt dictum est, in casu proposito lis non fuit cœpta cum defuncto, ideo inuentarium non impedit cursum actionis realis, vt decidit Vincent. de Franch. *decis. 35. n. 2.* Cancer. *lib. 3. c. 2. de inuentario, n. 161. & 162.*

Secundò dicebat non debere sibi denegari manu- 3
tentionem quoad feudum de Malijac situm in patria Linguæ Occitanæ, & alia bona ibidem existentia, cùm generalis illa sit Galliæ consuetudo, quod possessio ipso jure, & absque apprehensione continuatur in hæredes vel fideicommissarios; &, vt dicitur, *le mort saisit le vif*: atque ita in curia Parlamenti Tolosani, totaque prouincia Occitana obseruari testatur Berengar. Fernand. *in arbore consang. art. 2. n. 3.* Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, de testament. in verbo mortuo itaque*, le second, *n. 74. versic. adde, quod Curia Parlamenti*: dicens hunc esse modum facilem terminandarum litium. Rebuff. *in const. Reg. tit. de materiis possess. glos. vnica, n. 31. & seqq.*

Tertiò non negabat, Dominæ de la Croix ex per- 4
sona mariti competere bona propria ipsius, & nominatim legitimam illi debitam super bonis paternis: sed dicebat multas alienationes per D. Petrum factas imputandas esse in solutionem legitimæ per ipsum super bonis paternis prætensæ: Præterea si quod sibi residuum legitimæ paternæ deberi poterat, desumendum esse super bonis donatis, cum ageretur de donatione facta contemplatione certi & determinati matrimonii cum certa & determinata persona contrahendi, quo casu dicitur donatio ob causam, & tanquam talis imputatur in legitimam: Rot. *decis. 526. n. 5. & 453. n. 8. p. 1. recent.* Add. ad Burat. *decis. 861.* Gratian. *discept. 984. n. 22.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 1. n. 16.* Barry *de legitima, lib. 16. tit. 6. quæ imputentur in legitimam, n. 26.* Menoch. *cons. 154. n. 8.* Berengar. Fernand. *in repet. leg. in Quartam, tertio articulo tertii capit. n. 10. pagin. mihi 246. versic. alii etiam putant.*

Quod maximè procedit, quia agebatur de matri- 5
monio contrahendo cum puella conspicuæ nobilitatis, quo casu multo magis donatio censetur facta ob causam finalem futuri matrimonii, & per consequens imputando: vt per Francisc. Mol. *de rit. nupt. lib. 3. q. 12. n. 20.* & maximè *n. 22. & eod. lib. q. 6. n. 32. 48. & 52.* Berengar. *loc. mox citato, versic. accedat.*

Neque obstat clausula in donatione contenta, *par* 6
donation pure, simple, & irreuocable: quia tanquam adiecta de stylo notariorum non facit donationem simplicem, sed illa remanet ob causam, si de ea constet ex lectura instrumenti: Rot. *dec. 65. n. 11. & 12. p. 6. recent.* In dubio tamen, vigore illius clausulæ, contractus induit naturam donationis, vt probaui *infra, c. 142. n. 10.*

Idemque judicabitur in Curia Tolosana ratione 7
bonorum in ejus ressortu constitutorum, nempe bona donata in contractu matrimonii, in legitimam esse imputanda: vt per Maynard. *lib. 5. c. 34. per totum*, maximè *n. 5. & 7. traicté des success. tit. 4. sect. 2. n. 33. versic. il en est de mesme: fol. 334.*

Immò, quod plus est, in illo Parlamento obser- 8
uatur, quod omnes & quæcumque donationes per patrem filio factæ, subiacent imputationi, tanquam factæ in anticipationem futuræ successionis: vt testatur D. d'Oliue *lib. 5. c. 30. n. 8.* Maynard. *lib. 5. tit. 34.* reprobata Cuiacii contrarium sentientis opinione.

Quartò dicebat, dictam Dominam de la Croix non posse prætendere Trebellianicam, cùm in testamento paterno adesset prohibitio expressa detractionis prædictæ, quæ suum debet effectum sortiri, etiamsi agatur de liberis primi gradus, ex mente Rotæ Romanæ, & receptiori Doctorum sententia: quia si pater potest filium priuare bonis suis, dempta

legitima, multo magis prohibere poteſt ne per illum Trebellianica detrahatur : Rot. *deciſ.* 171. *n.*3. *p.*6. *recent. deciſ.* 582. *n.*7. *p.*8. *recent.* & alibi paſſim: Seraphin. *deciſ.* 570. *n.*3. & 553. *n.*8. Gratian. *diſcept.* 245. *n.*1. & 2. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.* 198. *n.*5. & *in Additione*, Mareſcot. *lib.*1. *cap.*100. *n.*10. Addent. ad Ludouiſ. *deciſ.* 421. *n.*16.

10 Verùm etiam ex obſeruantia Curiæ Parlamenti Toloſani valida eſt prohibitio Trebellianicæ facta liberis primi gradus, quando eſt expreſsè facta, prout in caſu iſto. Doliue *d.c.*30. *n.*17. *circa finem, verſic. mais cet advis : traitté des ſucceſſ. tit.*5. *de la Trebellianique, n.*11. Ferret. ad Guid. Pap. *dec.*51. *verſic. ſanè quoad prohibitionem Trebellianicæ* : Remarques du droict François *in verbo Quartes, n.*5. & 7.

11 Quintò, dictus Dominus de Monteſeren maritali nomine dicebat, bona omnia d. Domini Nicolai patris, quæ ſupererunt poſt detractionem legitimæ, ſibi adiudicanda eſſe vigore ſubſtitutionum, tam in dicto contractu matrimonii, quàm in teſtamento eiuſdem Domini Nicolai appoſitarum : quæ ſubſtitutiones licet expreſſis verbis relatæ fuiſſent tam ad bona donata per patrem filio, juxta facultatem quã ipſe ſibi reſeruauerat, quàm etiam quoad non donata ; tamen cùm nihil adeò certum ſit, quod ex ingeniorum ſubtilitate in dubium reuocari non poſſit, quædam excitabantur difficultates, quæ licet ſint leuiſſimæ, tamen ne vel eas pertimeſcere, vel forſan contemnere videremur, æquum exiſtimauimus ad ſingula illarum capita reſpondere.

SECVNDA PARS.

DVbium proponebatur, quod mentio bonorum donatorum contenta in dicto teſtamento, videbatur reſtricta ad primum gradum ſubſtitutionis fauore liberorum d. Petri, per illa verba, *à laquelle ſubſtitution veut eſtre compris les biens par luy donnés à ſon fils*, quæ ad ſolum primum gradum ſubſtitutionis relata videbantur.

Quod reſeruatio facultatis ſubſtituendi facta in donatione paterna non ſubſiſtebat, tanquam captatoria, & facta in fauorem perſonarum incertarum de incertis ; & alia ſimilia, quibus abundanter ſatisfiet ex ſequentibus fundamentis.

Et primò quidem, quia certiſſimum eſt licitum eſſe donatori, ſibi facultatem reſeruare apponendi ſubſtitutiones ſibi beneuiſas, ſuper bonis donatis ; vt teſtatur Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*13. *tit.*47. *n.*1. *& ſeqq.* Natt. *in authentica, hoc inter liberos, n.*74. *in quarta limitatione, C. de teſtamentis, vol.*8. *Repetentium, fol.*231. Cancer. *lib.*1. *variar. reſol. c.*8.

12 *de donat. n.*179. † quia licèt donatio inter viuos propriè dicatur, quæ nullo caſu poſſit reuocari ; tamen in tempus mortis, aut aliud certum, vel incertum ſuſpendi poteſt : & ideò ſi donator reſeruauerit ſibi facultatem teſtandi de rebus donatis, & teſtamentum fecerit, illud in primis ſeruandum eſt ; ſi verò non fecerit, donatio ſuum effectum ſortietur, vt explicat Mantica *d.c.*47. *n.*3.

13 Immò in Curia Parlamenti Toloſani, ſub cuius reſſortu reperitur dicta Terra de Malijac, ſæpe judicatum fuit, patrem poſſe etiam nulla facta reſeruatione tempore donationis, bona donata onerare fideicommiſſo in fauorem aliorum liberorum & deſcendentium ipſius teſtatoris : multò igitur magis in caſu propoſito, in quo pater illam facultatem ſibi reſeruauit : Ferret. ad Guid. Pap. *dec.*284. *in principio*, Berengar. Fernand. *in cap. vnico, de filiis natis ex matrimonio ad morgan. contracto, c.*6. *præludiorum, n.*7. *verſic. quartum, & ibid. cap.*7. *præluд. n.*8. *verſic. vnde colligi ſingulariter poſſe puto* : Maynard. *lib.*5. *cap.* D. Doliue *aux quæſtions notables du droit lib.*4. *c.* *per totum*, † vbi dicit onus ſubſtitutionis ſuperi- nis donatis eſſe validum, dummodo ſubſtitutio ex- preſſam faciat mentionem bonorum donatorum & in fauorem deſcendentium ipſius donatoris, nec non in caſum quo donatarius decedat ſine libe- quæ omnia in caſu noſtro concurrunt.

Verùm quando pater, idemque donator, nullo fecit reſeruationem facultatis ſubſtituendi, ſupra dicta concluſio locum habet, videlicet quod neceſ- ſariò facienda eſt mentio ſubſtitutionis ſuper bo- nis donatis. Secus eſt quando (prout in caſu noſtro donator ſibi talem facultatem reſeruauit, tunc enim nulla requiritur mentio ſpecialis bonorum dona- torum, quinimò ſubſtitutio verbis generalibus facta, etiam bona donata comprehendit, vt dicunt omnes DD. mox citati.

Quod autem dicitur, talem reſeruationem fa- cultatis ſubſtituendi non valere vti captatoriam & factam in fauorem perſonarum incertarum de incertis, planè erroneum eſt : non enim eſt mouus in contractibus interponi ſtipulationes pro per- ſona incerta & nominanda : Coſta *de ratione ſtat.* 233. *n.*2. Surd. *deciſ.* 226. & *ibidem* Hodierna, Cã- cer. *lib.*3. *variar. reſolut. c.*7. *n.*138. *& ſeqq. & lib. ſu- mo, c.*8. *n.*196. *&* 197. Mantica *de tacit. conuent. lib.*4. *tit.*22. *numero* 25. Tuſch. *littera E, concluſ.*232. *&* 233.

Solùm eſt differentia, vt dum quis reſeruat ſibi 17 facultatem nominandi incertum de incertis, tunc caſu is qui nominatus eſt, acquirat ex poſteriori diſpoſitione ipſius nominantis, qui præbet mi- ſterium juris & facti : at verò quando reſeruatur fa- cultas nominandi incertum de certis, nominatus ſo- lum factum præſtet, & ideo nominatus ſuccedat ex prima diſpoſitione : vt explicat Ripa in *l. ſi quis ſtipu- ſi quis rogatus* 12. *n.*6. *ff. ad Trebell.* Cancer. *p.*1. *cap.*8 *n.*197. Surd. & *ibid.* Hodierna ibid. *Add.* 216.

Eadem ratione refellitur quod dicitur de diſpo- ſitione captatoria, quam verum quidem eſt non to- lere, quando diſpoſitio vltimæ voluntatis conſiſtit in voluntatem alterius, veluti cùm fuit alteri electio perſonæ incertæ de incertis, *l. in fideicom- ſaria, 45. ff. de fideicomm. libertatibus, ſ. vtrum ſi quidam. ff. de reb. dubiis.* Fontanell. *de pact. nup. 5. gloſſ.*10. *part.*1. *n.*69. vbi probatur aliud eſſe tur electio incerti de certis.

Sed magna eſt differentia inter collationem u luntatis in arbitrium alterius, & reſeruationem quam donator in ſui fauorem facit ; tunc enim tur potius retinere, quàm alienare : Fontanell. *pact. nupt. d. clauſ. 5. gloſſ.*10. *p.*1. *n.*69. Monach. *de Bononien.*71. *n.*79.

Præſertim verò quando agitur de contra & diſpoſitionibus inter viuos, quæ non v per diſpoſitiones, quæ captatoriæ nuncupan oſtendit Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 13. *tit.* *& ſequentib.* Duran. *in tractatu de condit. impoſſ bus, part.*3. *c.*4. *n.*34. Et ſic apparet dictam reſe tionem non eſſe captatoriam ; & quamuis talis ſet, non nocere validitati contractus.

Secunda ratio, quia in dicto contractu domi nis, pacto expreſſo & ſtipulato fuit conuen quod D. Petrus filius non poterit diſponere de nis vſque ad valorem ſummæ centum quinqua ta millium librarum donatis, niſi in fauorem v ex liberis ſuis, aut illis deficientibus, in fauor illorum, quos ordinauerit, aut ſubſtituerit ipſe p ter in ſuo vltimo teſtamento. Ex qua prohibi

resultat fideicommissum, & grauamen impositum donatario super bonis donatis: teste Peregrin. *de fideicomm. art. 5. num. 10.* vbi dicit hoc casu non solùm impediri alienationem bonorum fideicommisso suppositorum, sed etiam Trebellianicam censeri prohibitam: eamdémque sententiam, quod ex tali prohibitione censeatur indictum onus fideicommissi, comprobat Gabriel *cons. 132. num. 7. vers. Quartò, vol. 2.* Fusar. *de substit. quæst. 277. num. 16. &*
22 *seqq.* † Debet tamen fieri differentia, vtùm testator fecerit prohibitionem simpliciter, aut in fauorem nominandorum in testamento: primo casu fideicommissum censetur factum favore venientium ab intestato; secundo verò casu, vocati ex testamento sunt admittendi, quia substitutio expressa facit cessare tacitam: vt bene explicat Fusar. *consil. 22. num. 5.*

Cùm igitur dictus Dominus Petrus non posset disponere de bonis donatis nisi in fauorem filiorum, dispositio per ipsum facta in fauorem vxoris subsistere non potest, tanquam facta contra pactum, & prohibitionem expressam de non alienando, præterquam in fauorem filiorum suorum in dicta donatione stipulatam.

23 Tertia ratio petitur ex eo, quod d. Dominus Nicolaus donator plurima alia bona magni valoris possidebat vltra donata: & ideo cùm filius, idémque donatarius paternum testamentum acceptauerit, pluresque actus hæreditarios fecerit, nec legale confecerit inuentarium, non potuit acceptare hæreditatem paternam absque approbatione oneris fideicommissi super bonis donatis injuncti, vt post Curt. jun. *consil. 120. n. 9. lib. 2.* & plures alios concludit Castill. *lib. 3. controuers. c. 10. n. 46. 47. & 48.* Peregrin. *de fideicomm. art. 6. n. 48.*

24 Quarta ratio: quia licet pater nominatim & in individuo bona donata in substitutione non expressisset, tamen per generalem substitutionem bona illa censetur comprehendere voluisse: sicut enim per institutionem vniuersalem donator censetur hæredem ad bona donata elegisse: Menoch. *consil. 1130. n. 15.* Fontanell. *decis. 271. n. 24.* & nos ostendimus
25 *in quæst. ciuilib. cap. 50. num. 30. parte 1.* † ita & per substitutionem vniuersalem donator censetur personas substitutas elegisse ad bona donata, in consequentiam facultatis eligendi per ipsum reseruatæ: Fontan. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 5. n. 64.*
26 In omnem euentum, sufficit quod certitudinariè ex mente testatoris colligi possit, ipsum voluisse substituere in bonis donatis: Peregr. *dicto art. 6. numero 6.* & bene probat Hector Capyc. *decis. 44. numero 26.* veluti dum testator dicit se disponere de bonis quomodocumque & qualitercumque ad se spectantibus: satis enim dicitur expressum, quod necessariò importatur ex verbis: vt in puncto determinat Angel. *consil. 332. numero 3. versic. nec obstat,* Caualcan. *de vsufruct. n. 104.* Et sic cùm donator nominatim disposuerit de bonis donatis, non potest de ejus voluntate dubitari, cùm ad hoc sufficerent verba generalia: nec de ejus potestate, cùm possit donator nominatim super bonis donatis fideicommissum imponere: vt per text. *in l. sequens quæstio 70. §. plane, ff. de legat. 2.* cuius hæc sunt verba: *Planè nominatim maritus vxoris fideicommittere potest, vt etiam ea* (hoc est bona donata) *restituat.* Peregr. *de fideicom. art. 6. n. 3. 4. & 5.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 196. n. 8.*
27 Quinta ratio: quia institutione vniuersali comprehenduntur tam bona donata, quàm non donata, propter generalitatem verborum dictæ substitutionis, quæ sufficit ad inclusionem bonorum donatorum, vt mox in præcedenti ratione ostensum fuit: & vltra præcitatos Doctores tradit Mantic. *de conject. lib. 7. tit. 8. n. 29. in nouis, versic. Octauò etiam deducitur: & versic. vel saltem sub generali significatione verborum possit comprehendi:* Paris. *consil. 2. n. 49. & 50. vol. 3.* Fusar. *de substit. q. 632. n. 9.*

Testator enim declarat se instituere filium hæredem in omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus, juribus, nominibus & actionibus præsentibus, & futuris quibuscumque, & vbicumque sint, & consistant, & in quacumque parte seu regione sint sita & posita: & per consequens ex illa verborum 28
generalitate necessariò infertur, in institutione etiam bona donata, aut alia, de quibus alioquin testator disponere non potuisset, esse comprehensa: vt nominatim probat Casanat. *consil. 34. n. 24.* & sic titulus donationis fuit conuersus in titulum institutionis: vt dicit Cancer. *lib. 1. var. resol. c. 8. n. 183.* Dec. *consil. 254. Viso puncto, n. 2.*

Et licet disputari posset vtrum institutio de bo- 29
nis donatis esset inutilis, cum non possent simul concurrere duæ causæ lucratiuæ; qua de re fusè Cancer. *d. cap. 8. n. 183. & seqq.* † tamen hoc nihil 30
interest in præsenti casu, in quo agitur de mera de colligenda testatoris voluntate, quæ elicitur etiam ex actu inutili: Ludouis. *decis. 76. n. 3.* Rot. *decis. 206. n. 23. p. 7. recentior.*

Supposito autem (prout verum est) quod etiam 31
bona territorii de Malijac, & alia donata sint comprehensa in institutione hæredis, per illa verba, *ou que soient, & consistent, & en quelle part soient assis & posés,* & per alia verba admodùm generalia & prægnantia dicti testamenti; sequitur etiam bona donata in substitutione comprehendi, quamuis fideicommissum simpliciter factum fuisset absque expressione bonorum donatorum: vt in puncto concludit Peregrin. *de fideicomm. art. 6. n. 6. in fine,* cuius hæc sunt verba: *Ex eo autem solo quod testator in institutione de his expressit, subsequente vniuersali fideicommisso, satis judicio meo euidens est coniectura, testatorem quoque de his fideicommittere voluisse; quia ex præcedentibus declaramur sequentia, & præcedentia influunt in sequentia.* Hactenus Peregrinus.

Quod etiam probatur per text. *in l. qui liberis 8. §. finali, versic. vltimò, & ibi* Gloss. concordantes adducit, *ff. de vulgari.*

Quod si prædicta procedunt quando in institu- 32
tione facta fuit mentio bonorum donatorum, multò magis locum habere debent quando in alio gradu substitutionis illorum expressa mentio facta fuit, quia multò facilius fit interpretatio vnius substitutionis per alteram, quàm substitutionis per institutionem: Menoch. *consil. 106. num. 300.* & *lib. 4. præsumpt. 178. n. 34.* Rot. *decis. 646. n. 2. & 6. p. 4. recent.* vbi dicitur, quod bona contenta in prima substitutione, censentur etiam comprehensa in secunda, quia in habentibus symbolum facilior est transitus: *l. in rem, §. item quæcumque, ff. de rei vendicat.* Decian. *cons. 1. n. 585. lib. 2.*

Sexta ratio: quia testator expressè declarauit se in substitutione velle comprehendere bona, quæ ipse filio suo donauerat in contractu matrimonii, & insuper dixit se vti potestate substituendi bona donata, quam sibi reseruauerat in dicto contractu matrimonii, cum designatione anni, mensis, & diei, ac notarii, qui contractum illum receperat. Quæ declaratio non potest adaptari posthumis seu liberis ex ejus filio nascituris, cùm quoad illos non esset opus dicta declaratione, quia Petrus Nicolai

teſtatoris filius jam erat obligatus, vt de bonis donatis diſponere non poſſet in fauorem alterius, quàm liberorum ſuorum, & illa prohibitio diſponendi continebat fideicommiſſum in fauorem dictorum liberorum, vt ſuperiùs oſtenſum fuit: ergo declaratio, per quam teſtator aſſerebat ſe vti dicta facultate ſubſtituendi, neceſſariò referenda eſt ad filiam, eiuſque liberos ſecundo loco vocatos; alioquin talis proteſtatio ſeu declaratio fuiſſet inutilis, ſi ad ſolos Petri hæredis liberos referretur, quibus jus irreuocabile jam erat quæſitum per con-
33 tractum matrimonii. † Et per conſequens diſpoſitio, quæ non poteſt referri niſi ad perſonas in ſecundo ſubſtitutionis gradu vocatas, ad illas referenda eſt, ne alioquin ſuperflua & inutilis eſſet, quod dici non debet: Caualcan. *de vſufr. n.*104. Surd. *conſil.*127.*num.*9.*& ſequentib.* Mantic. *de conject.lib.*4.*titul.*5.*artic.*10.*num.*18. Crauet. *in reſponſo pro Genero,n.*46.Ludouiſ.*deciſ.*358.*n.*5.Gratian.*diſ-*
34 *cept.forenſ.c.*995.*n.*9.

Septima ratio: quia ſubſtitutio primi & ſecundi gradus non ſunt duæ ſubſtitutiones diuerſæ, ſed ſecunda eſt eadem cum prima,& omnia dicta in primo capite cenſentur dicta & repetita in ſecundo, cùm ſecunda fuerit continuata ad primam per dictionem copulatiuam, *&*, vt fuit deciſum per Rotam *dec.*143.*n.*8.*p.*1.*recent.*& probatur per textum *l.finali,*§. *& coniuncta ſcriptura,ff.de reb. dubiis.* Quia iſta copula, *&*, coniungit & repetit omnia præcedentia,& dicitur oratio coniuncta; & dicta in vno capite cenſentur repetita in alio: Neuizan.*conſ.*72. *n.*14.*&* 15. Menoch.*conſil.*186. *n.*291. *& ſeqq.* Peregr. *de fideicom. art.*7. *n.*48. vbi id dicit multò magis procedere ſtantibus verbis relatiuis, *vt ſuprà*, prout in caſu noſtro reperiuntur ibi,*ſubſtitue comme deſſus l'aiſné.* Roman. *conſ.*100. *num.* 127. Caſanat. *conſil.*2.*n.*36.*&* 51. Riminal. jun. *conſil.* 726.*n.*131. vbi quod in dubio ſubſtitutio cenſetur potius continuata ad præcedentem diſpoſitionem.

35 Octaua ratio: quia teſtator, factis ſubſtitutionibus, prohibuit expreſſis verbis detractionem Trebellianicæ, non ſolum hæredi, ſed etiam ſubſtitutis: per quæ verba ſatis declarauit ſuam intentionem fuiſſe, vt omnia bona quæ ad ſubſtitutos primi gradus deuenire debebant, ad ſubſtitutos quoque ſecundi gradus peruenirent: vt teſtatur Curt. jun. *conſil.*11. *num.*5. *verſic. conſtat etiam:* Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*62. *n.*16. Sicut enim quando teſtator vult omnia bona ſua,& totam hæreditatem ad ſubſtitutos deuenire, cenſetur prohibuiſſe detractionem Trebellianicæ; ita & è conuerſo,quando prohibuit detractionem Trebellianicæ, cenſetur voluiſſe, vt bona omnia abſque vlla diminutione ad ſubſtitutos peruenirent: Fuſar.*de ſubſtit.q.*657.*n.*44. *&* 45. vbi propterea concludit hoc caſu portiones habitas à cohæredibus pertinere etiam ad ſubſtitutos. Menoch. *conſ.*1228.*n.*51.

Nona ratio: quia teſtatoris voluntas multò magis colligitur ex eo, quod ipſemet teſtator Dominam Franceſiam filiam ſuam, non ſolùm vulgariter & per fideicommiſſum ſubſtituit liberis Petri hæredis, ſed etiam pupillariter in euentum, in quem caſus pupillaris ſubſtitutionis adueniret: dubitabat enim teſtator tunc ne filius ſibi præmoreretur, quem ſciebat in ciuitate Monſpelienſi periculoſiſſimè ægrotare.

36 Cùm ergo ſubſtitutio pupillaris coniuncta fuerit cum vulgari & fideicommiſſaria in eodem orationis contextu, neceſſe eſt fateri, vt ſicut in pupillari bona donata comprehendebantur, per textum *in l. ſecunda, C.de impuber. & aliis ſubſtitutionib.* ita vt in vulgari & fideicommiſſaria bona donata comprehendantur,ne eadem diſpoſitio diuerſo jure cenſeatur: *l.jam hoc jure, ff. de vulgari,* & probatur *in l.Lucius Titius* 78. §. *pater puerum, ff. ad Trebellianum,* Rip. *in l.Lucius* 45.*n.*28.*ff.de vulgari,* vbi oſtendit ſubſtitutionem vulgarem junctam cum fideicommiſſaria præſtare intellectum ad fideicommiſſariam, ex *l. nali,*cum *ibi* notatis per Bartol. *ff.ad Trebell.* Peregr. *conſil.*69.*n.*13.14.*&* 15.*lib.*5. ſicut pupillaris ſubſtitutio vnita cum jure accreſcendi tranſmittitur ad hæredes, qui capiant etiam propria bona pupilli, quæ aliàs ceſſante vnione non caperent: *l.quæſtum, & ibi* Bartol. & alii, *ff.de acquirenda hæredit.*

Decima ratio: quia teſtator in fine omnium ſubſtitutionum, vltra prohibitionem expreſſam Trebellianicæ, factam hæredi & ſubſtitutis, per quam omnia ſuperius expreſſa inuicem colligata & connexa reperiuntur,cùm omnes ſubſtitutos & eorum gradus vnica determinatione reſpiciant, prohibet etiam alienationem non ſolùm hæreditatis, ſed etiam dictorum bonorum, & ſic tam donatorum, quàm non donatorum,vtendo participio, *prohibens,* quod oſtendit omnes ſubſtitutiones eſſe inuicem connexas, & clauſulam illam vltimam per participium, *prohibens,* adiectam, eſſe acceſſoriam ad præcedentes ſubſtitutiones vniuerſales,vt in illis bonis quorum ſuperiùs mentio facta fuit, tutius & faciliùs fideicommiſſum ſortiretur effectum, † & eo- 37
nes ſubſtitutiones ab hac vltima *clauſula* acceſſoriæ regularentur, vt dicit Gabriel *conſil.*138.*n.*21. *& ſeqq. vol.*2. quem citat & ſequitur Peregr. *conſil.* 47.*n.*12.*verſic.nec omitto, vol.*6.

Quibus accedit dictio relatiua & repetita, *de ſeſdits biens & heritages,* quæ non poteſt referri niſi ad omnia bona de quibus ſuperius teſtator loquutus fuerat, & ſic tam ad donata, quàm non donata. Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*62.*n.*14.

Attentâ maximè diſcretiuâ loquendi formula inter bona & hæreditatem,per quam teſtator enumerauit declarauit ſe in omnibus ſubſtitutionibus, in gradibus, ad quos prohibitio generaliter refertur non ſolùm hæreditatem, ſed etiam alia bona quæ donata,comprehendere voluiſſe: Rota *dec. num.*3.*p.*2.*recent.*cùm latiùs pateat nomen bonorum quàm *hæreditatis:* Menoch. *conſil.*1228.*n.*51.

Certum eſt enim, ex prohibitione alienandi colligi interpretationem voluntatis teſtatoris in ſubſtitutiones præcedentes in eodem teſtamento contentas: Socin.ſenior *conſil.*249.*n.*14.*&* 15.*vol.* Corne.*conſil.*49.*n.*20.*in fine, lib.*2.

Et licèt teſtator loquutus fuerit de bonis donatis per quæ verba cenſentur bona donata excluſa à diſpoſitione, cùm non eſſent in patrimonio teſtatoris; tamen in caſu propoſito clara eſt teſtatoris intentio, vt omnia in fideicommiſſo comprehendantur, licèt ſolæ coniecturæ ſufficerent, vt concludit Additio ad Ludouiſ. *deciſ.*102. *n.*10. quæ mens teſtatoris probatur ex eo, quod bona donata non donatis poſſidebantur ab eodem teſtatore, qui ſibi vſumfructum vita durante reſeruauerat, & caſu bonorum ſuorum appellatione omnia comprehendentur: teſte Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*107.*n.*19. & 20.Bonorum quippe meorum appellatione, ſignificat eo non ſolum illa,quorum ad me ſpectat plena proprietas, ſed etiam illa quibus fruor, & quæ poſſideo,*l.meorum,*& *ibi* DD. *ff. de verbor.ſignific.* Vnde pater filio medietatem bonorum ſuorum donauit, reſeruato ſibi vſufructu, deinde alteri filio tertiam partem bonorum ſuorum etiã donauit, reſeruato etiam

erunt in cumulo bonorum etiam bona primo loco donata, dum fiet calculus illius tertiæ partis; bona quippe donata bonorum suorum appellatione continentur, ex eo quod donator tunc temporis illorum fruitionem & possessionem obtinebat: Bertrand. *consil.153. n.2. vers. quæ si ita se habeant, vol.3.p.1.* Barry *de succes. lib.1. tit.ultimo,in fine.* Retentio enim ususfructus differt exequutionem usque ad mortem donantis,& sic bona donata videntur adhuc esse in bonis donatoris.Menoch. *consil.1006.n.57.58.& 59.* ubi considerat permixtionem & confusionem bonorum donatorum cum cæteris bonis donatoris.

Præsertim verò, quia non simpliciter de bonis suis loquutus est testator, sed adjecit etiam clausulam repetitivam *de sesdits biens,* & sic intellexit de omnibus bonis etiam donatis, de quibus antea loquutus fuerat,quia testator voluit esse dominus bonorum donatorum usque ad mortem suam,ad effectum disponendi de illis tanquam de propriis in
41 favorem substitutorum : † Et cum gravaverit hæredem super bonis donatis, censetur etiam eodem modo vocasse omnes substitutos ad bona donata, dum indistinctè & absolutè eos substituit loco primò substitutorum decedentium sine filiis : ut bene ad propositum explicat, & probat Menoch. *consil.688. in secunda dubitat. num.11. usque ad 27.* & maximè *n.19.& n.22. vers. respondetur,& lib.4.præsumpt.197. n.11.*

Et supradicta multò magis locum habent, quia incontinenti post prohibitionem alienationis dictorum bonorum, & hæreditatis, idem testator mandavit summas pecuniarum in sua hæreditate repertas converti in solutionem laudemii, necnon summarum restantium adhuc debitarum de pretio jurisdictionis de Malijac, quæ erat de bonis donatis; quod iterum repetiit in subsequenti clausula, dum loquutus est de pretio redigendo ex venditione mobilium, quod voluit converti & implicari Prout suprà : Ex quo sequentia colliguntur. Primò quod mentio illius Terræ & Iurisdictionis donatæ, relata ad omnes substitutos,& immediatè apposita post prohibitionem alienationis factam omnibus substitutis,clarè demonstrat etiam bona donata ad substitutos ex manifesta testatoris dispositione devenire debuisse. Secundò quod testator habuit intentionem, ut bona donata remanerent commixta & confusa cum non donatis, nec hæc ab illis separata remanerent, idque favore omnium substitutorum.

Confirmatur evidentiùs ex eo,quod testator incontinenti adjecit privationem in casum delicti, mulctæ, vel confiscationis in totum, vel in parte, quo casu dictos substitutos vocavit,*en la forme,maniere,& ordre que dessus.* Illa siquidem verba, *en tout ou en partie,* demonstrant testatorem voluisse comprehendere ad favorem sustitutorum omnia bona, tam donata quàm non donata : *en la forme, maniere, & ordre que dessus :* atque ita favore omnium substitutorum.

Addendo maximè in casum delicti, prohibitionem detractionis Legitimæ, & Trebellianicæ,quæ enixam testatoris voluntatem arguit, ut bonorum universitas ad substitutos perveniret,juxta formam, modum, & ordinem in præcedentibus substitutionum clausulis expressum, & designatum.

42 Tertiò, quod cum ex supradictis appareat feudum de Malijac in prohibitione alienandi comprehendi, sequitur per necesse testatorem voluisse, ut illud ad omnes substitutos deveniret, quorum favore facta fuerat prohibitio : Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.7. tit. 5. num.11. versic. neque huic sententiæ refragabatur, quod antea voluerat.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum, num.17. versic. tu ergo respondeas* : rationem reddens, quia alioquin testatoris prohibitio, & magna circa illam prohibitionem diligentia, fuisset nugatoria, & inutilis.

Vndecima ratio : quia hic agitur de causa fauo- 43
rabili, nempe de descendentibus testatoris aduersus hæredes extraneos, & de fideicommisso facto fauore familiæ, quam defunctus conseruare voluit in masculis descendentibus ex filia, & ita fictam in illis agnationem creare,iniuncto potissimum onere delationis nominis & armorum : quod fieri posse testatur Rot.*decis.627.n.7. p.2. recent. & decis. 538. n.4.p.1.recent.*

Quod fideicommissum ratione agnationis, im- 44
mò ex solo fauore filiæ ab intestato successuræ, est fauorabile,& latissimè interpretandum : vt ostendit Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib.3. inspect.3.dubit.1. solut.3. n.22. fol. mihi* 130. Fusar. *de substit.q.790.n.3.& 12.*

Duodecima Ratio : quia hic non agitur de repe- 45
titione qualitatum & conditionum extrinsecarum facienda de vna substitutione ad aliam, de qua Bartol.*in l.in repetundis,ff.de legat.3.* Rota *decis* 348. *& 168.part.6. recent.* cum pluribus *ibi* citatis; non enim versamur in materia *dict. l. in repetundis*, nec de qualitatibus & conditionibus extrinsecis repetendis agimus, sed de continuatione primæ substitutionis ad secundam ratione bonorum in prima expressorum,quæ est materia *legis primæ, C.de impuber.& aliis substitutionib.* cum similibus : quo casu locus est sine dubio repetitioni eorumdem bonorum à prima substitutione ad posteriores, multò faciliùs quàm ab institutione ad substitutiones, vt supra ostensum fuit : † adeo vt cesset illa quæstio 46
quam tractat Fontanell. *decis.41. & seqq.* vtrum videlicet attendendæ sint conditiones adiectæ gradui caducato; quia de his nunc non agitur, sed de substantia, & bonis in præcedenti gradu comprehensis, quæ sine dubio etiam in sequentibus gradibus continentur : vt bene aduertit Decius *in d.l.1. C.de impub. & aliis subst. n.12.versic. postremò regula : & consil.599.n.6.versic.vltimò non obstat,* Castill. *controuers.lib.2. cap.4.n.106.* Decian. *cons.1. n.184. versic. non obstat secundum,vol.2.* Mascard. *de probat. conclus.1345.aliàs 1351.n.18.*

Decimatertia Ratio : quia substitutio non fuit facta nominatim personis in gradu caducato comprehensis, duos etenim casus considerauit testator. Primum si Petrus hæres moreretur sine liberis : Secundum,si liberos haberet, & tales liberi morerentur sinelliberis : atqui clausula illa,*au dernier d'iceux mourant*, quæ videtur potiùs relata ad personas quàm ad bona, non potest referri ad primum casum, cùm non possint mori qui numquam fuerunt, & priuatio præsupponat habitum : non potest igitur clausula *au dernier d'iceux mourant*, referri ad personas illorum qui numquam in humanis extiterunt.

Sed posito quod secundus casus extitisset, & 47
Petrus hæres liberos habuisset, qui deinde sine liberis decessissent, non propterea neminatim facta dici potuisset substitutio, vt punctualiter decidit Mart. Medices *decis.Senensi* 8. *n.39.* non enim dicitur relictum nominatim substituto, quando non fuit relictum expresso ejus nomine proprio : Rota *decis.403.n.8.p.2. recent.*

Verùm, etiamſi ſubſtitutio nominatim facta fuiſſet, non impediretur Domina Franceſia ſubſtituta ſubintrare per vulgarem in fideicommiſſo: quia regula illa de ſubſtitutione nominatim facta locum habet dumtaxat, quando ſubſtitutio eſt merè fideicommiſſaria; ſecùs eſt quando ſubſtitutus poteſt ſubingredi per vulgarem in fideicommiſſo: ut benè declarat Rota *deciſ.332.n.9. & 403.n.6. in fine, part.3. recent.*

48 Decimaqnaita ratio, per quam tota hæc quæſtio extra omnem difficultatis aleam conſtituitur, petitur ex clauſula, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, in dicta ſubſtitutione appoſita. Duo ſiquidem ſunt ſubſtitutionis vulgaris genera, quarum altera vulgaris in hæreditate dicitur: altera vulgaris in fideicommiſſo: nam licèt illa vulgaris quæ hæreditatem reſpicit, expiret per additionem primi hæredis, tamen remanet altera vulgaris in fideicommiſſo, quæ vel per compendioſam verbis generalibus exprimitur, vel etiam ſpecificè mediante clauſula illa, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum:* & hæc ſubſtitutio vulgaris in fideicommiſſo *Vulgaris anomala* nuncupatur. Rot. *deciſ.*470. *n.*3. *part.*3. *recentior.*

49 Stante autem expreſſa ſubſtitutione vulgari adjecta fideicommiſſo, cùm primus gradus ſubſtitutionis fuerit caducatus per non exiſtentiam liberorum Petri hæredis, Domina Franceſia ſubſtituta in ſecundo gradu ſubintrat in locum primi, & ſecundus gradus efficitur primus: Rota *deciſ.*432. *n.*7. 8. *& 9. part.*2. *recent.* Fontanell. *deciſ.*42. *n.*33. *& ſeq.* Surd. *conſil.*347. *n.*15. Peregrin. *de fideicomm. art.*15. *num.*5.

50 Et hoc caſu Domina Franceſia ſubſtituta ſubingrediens gradum caducatum, ſuccedit in eiſdem bonis, in quibus ſuccedere debuiſſet primus gradus: *l. finali, C. de hæred. inſtituend.* ibi: *in locum, partémve Plotii*: & per illum text. Guid. Pap. *deciſ.*350. *in fine*, Gabriel *conſ.*115. *n.*3. *& 4. lib.*1. Pariſ. *conſil.*73. *n.*34. *vol.*3. Corneus *conſil.*35. *n.*23. *vol.*2. Peregrin. *de fideic. art.*15. *n.*14. Trentacinq. *de ſubſtitut. part.*1. *cap.*14. *n.*28. *& 30.*

51 Et in fortioribus terminis adeſt doctrina Bartoli communiter recepta *in l. quamdiu, ff. de acquirend. hæredit.* ubi dicit quod ſi primus gradus ſit ſubſtitutus pupillariter, ſecundus verò per compendioſam, caducato primo gradu ſecundus ſubintrat in ejus locum, & ſuccedit in bonis propriis pupilli, quamvis ſolus primus gradus eſſet pupillariter ſubſtitutus; c jus doctrinam non obſtante contraria Romani ſententia, & veriorem, & magis communem eſſe teſtatur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*979. *à n.*21. *ad* 26.

Sequitur ergo quod d. Domina Franceſia ſubſtituta ſubintrans gradum caducatum, ſuccedit etiam quoad bona donata, quamvis illa ſimpliciter & in primo gradu expreſſa fuiſſent, neque in ſequentibus repetita.

Tot igitur concurrentibus rationibus & fundamentis indubitatis, conſtat eminentiſſimè D. Franceſiam ex ſubſtitutione admittendam, tam quoad bona donata, quàm non donata: prout in effectu dicta D. de la Croix hæres d. Petri hæredis gravati, ex conſilio ſolidiori plurimorum Iuriſconſultorum, bona omnia etiam donata, præfatæ D. Franceſiæ remiſit, ſalva legitima, & aliis detractionibus ex perſona mariti ſibi competentibus: inſtrumento ſumpto per D. Symphorianum Michelet notarium publicum, die 23. Maii 1632.

CAPUT CXI.

Utrùm donatis per patrem filio fructibus cum ampliſſimis clauſulis, cenſeatur etiam donata proprietas bonorum ex quibuſdam verbis contractus. Et utrum donatio fructuum facta filio contemplatione matrimonii, contineat jus aliquod reale tranſitorium ad hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Quando in donatione fructuum mentio facta ſit acceſſoriè, tunc dubitari poteſt utrum proprietas donata cenſeatur, ſecus eſt ſi diſpoſitio loquatur principaliter de fructibus.*

2 *Si alimenta ex prædiis relinquantur, ſola alimenta & non prædia debentur: ſecus eſſ, ſi prædia pro alimentis ſint relicta, tunc enim prædia ipſa debentur.*

3 *Fructuum appellatione nec res ipſa, nec pretium continetur.*

4 *Legato uſufructu cum prohibitione alienationis bonorum, ipſa quoque proprietas in legato continetur.*

5 *In contractibus proprietas cumſſe uſufructu non continetur, niſi ita expreſſe fuerit conventum.*

6 *In inſtrumento diviſionis, ſola fructuum mentione facta non cenſetur conceſſa proprietas, licet in donatione locum habet.*

7 *Quando donatur alicui certus redditus perpetuus, debet illi aſſignari proprietas ex qua reditus percipiatur.*

8 *Si alicui conceſſa fuerit medietatis fructuum perceptio, poſſeſſio non debet eſſe penes donatarium, ſed penes donantem, ne ex communione poſſeſſionis diſcordia oriatur.*

9 *Poſſeſſio rei communis debet remanere apud rem principalem.*

10 *Quando pars quotitava fructuum donata eſt debent capi de manu donatoris.*

11 *Relictum fructuum ex certis fundis percipiendorum, ſolos fructus, non autem proprietatem comprehendit.*

12 *Illud certum dicitur, quod certum eſt ratione an & quotæ.*

13 *Explicatur text.* l. ſi quis argentum, §. ſi vero certum redditum, C. de donation.

14 *Magna eſt differentia inter diſpoſitionem ſolum de certis fructibus, & eam qua fit ſimpliciter de uſufructus, & in quo conſiſtat illa differentia, & in quibus conveniant.*

15 *Quid dicendum ſit de promiſſa utilitate fundi.*

16 *Sine fructus, ſive jus uſufructus relinquatur, utrumque finitur morte illius, cui promiſſum, vel legatum factum eſt.*

17 *Contractus non comprehendit hæredes, nec ad eos tranſit, niſi expreſsè ſic conventum fuerit, quando agitur de uſufructu, vel alia re non tranſmiſſoria ad hæredes.*

ANſelmus Pater donavit contemplatione matrimonii Ioanni filio ſuo ſtipulanti, & gratias ageni medietatem omnium fructuum, obventuum, penſionum, & proventuum bonorum ſuorum præſen-

præsentium & futurorum, insimul medietatem omnium lucrorum, quæ fient in futurum in negotio & traffico,debitorum,mercium,& pecuniæ ex fundo negotiationis, quam dictus pater habet, & hoc durante toto tempore quo dictus Ioannes operas suas impendet in dicto negotio & traffico, super quibus fructibus, redditibus, proventibus, & lucris capietur id quod erit necessarium pro expensis familiæ tam patris,quàm filii,& pro culturis,& oneribus annuis dictorum bonorum,& ex dictis lucris, utilitatibus, & fructibus restantibus fient duæ partes æquales de anno in annum, & aliàs quando placebit dictis partibus, quarum una pertinebit ad patrem, alia ad filium,& hanc medietatem concernentem filium, pater donavit filio ut supra stipulanti, sicuti etiam omnes acquestus & conquestus quos ipse filius facere poterit ex dicta medietate lucrorum & utilitatum.

Ex qua dispositione variæ inter patrem & filium oriuntur difficultates.

Prima,utrùm dictus Ioannes donatarius non solùm medietatem fructuum prætendere possit,verum etiam medietatem proprietatis.

Secunda, utrum donatio ista contineat aliquod jus reale transitorium ad hæredes.

1 Ad primam difficultatem respondetur, in donatione illa non proprietatem, sed solos fructus seu redditus bonorum contineri. Ratio est,quia magna est differentia inter donationem,legatum,aut aliam dispositionem, in qua fit mentio fructuum principaliter & dispositivè, & illam, in qua disponitur de fructibus accessoriè ad fundos, & minus principaliter. In primo casu, solus ususfructus formalis, seu sola perceptio fructuum concessa intelligitur: in secundo casu, ususfructus causalis concessus censetur, id est, cum sua proprietate conjunctus. Primi casus exemplum est,quando conceditur usus vel ususfructus, aut redditus, & proventus fundi, vel ex fundo: in quo primo casu nos versamur,quia donator non concessit fundos,seu medietatem fundorum, ut ex illis fructus perciperentur; sed dumtaxat medietatem omnium fructuum & reddituum, ex quibus duas portiones fieri voluit, quarum una ad patrem donatorem, alia ad suum donatarium spectaret, deductis oneribus annuis, & culturis, quæ omnia ad solos annuos redditus & fructus referri possunt. Unde sequitur secundùm communem DD. traditionem, solos fructus, non autem proprietatem in donatione contineri. Honded. *consil.69.n.58.vol.1.* Gratian. *discept.for.cap.216.n.24. & 25.* & est textus *l.2. in fin. & in l. Lucius, ff.de aliment. & cibar.legat.* Bartol. *in l.4.num.2.ff.eod.tit.*

2 † ubi dicit quod aliud est relinquere alimenta ex prædiis, aliud relinquere prædia ut ex illis percipiantur alimenta,& primo casu relicta esse sola alimenta,& non propritatem: Natt. *consil.211. n.16. & 17.* ubi considerat utrum præcedat nominatio prædiorum, an verò nominatio reddituum: Surd. *consil. 572. num. 57.* Castillo *ad usufruct. cap. 30. numero 16.*

3 Et ratio est,quia appellatione fructuum,& reddituum, nec res ipsa, nec illius pretium contineri potest: Bald.*in cap.gravis,n.3.de restitut.spoliat.*Giurb. *decis.72. n.8. p.1.*

4 Quod non solùm locum habet in ultimis voluntatibus,sed etiam,& multò magis in contractibus, in quibus strictior fit interpretatio, & ideò licet in ultimis voluntatibus, quando cum usufructu adjecta est prohibitio alienandi, proprietas relicta censeatur, juxta *l. Proculus, in princip. ff. de usufr.* † tamen in contractibus aliud est, quia non censetur relicta proprietas, sed solus ususfructus, nisi expressa proprietatis mentione facta: Surd.*dicto consil.572.n.49. & seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.216. n.36.* 5

Unde & in instrumento divisionis solum usum fructum censeri concessum,ostendit Hond. *cons.91. n.11.vol.1.* & in puncto de instrumento donationis, tradit Bartol. *in l. donationes, § species,ff.de donat.* & post eum Mantic. *de tacit.convent.lib.13. tit.23.n.5. vers. sed ego.* 6

Non obstat quod opponitur ex *l. si quis argentum,§.si verò certum redditum, Cod.de donation.* cum traditis per Surd. *cons.319.* 7

Quia respondetur primò, nos non versari in casu *dicti §. si verò*: quia *ibi* agebatur de donatione certi redditus, veluti decem modiorum frumenti; & in casu *Surdi*, de introitu trecentorum aureorum legato singulis annis: atque ita exemplificant omnes DD. *ad dictum §.* veluti Bald. Salicet.Alberic. Odofred. Sichard. Cuiac. & alii: & ita textum illum intelligit etiam Surd. *dict.consil.319. numero 8. versic. Tertiò.*

Secundò respondetur, quod in casu *dicti §.si verò*, constabat donatorem voluisse donatarium per se redditum percipere de manu sua, & ideo necesse erat illi tradere possessiones, ex quibus reditum perciperet: & in eandem sententiam allegat Joann. Fab.*in dicto §.* quod casui nostro adaptari non potest,cùm pater sibi præeminentiam & administrationem bonorum reseruauerit, exigens à filio solam operam & industriam: & quamuis hoc non reseruasset, filius nihilominus ex natura actus possessionem bonorum obtinere non deberet, quia quoties non integri fructus, sed pars illorum concessa est, (provt in casu nostro sola medietas) sola perceptio fructuum concessa censetur absque vsufructu, & possessio non debet esse penes donatarium, ne ex communione possessionis discordia detur: juxta *l.cum pater,§.dulcissimis,ff.de legat.2.*† & ideo possessio semper remanere debet penes patrem, tanquam personam principalem: argumento *l.5.ff. famil. erciſc.*atque ita tenuit Pinell.*ad l.1. C. de bon. matern. part.2.num.14.*ergo cessat dispositio *dicti §. si verò*, † quæ locum non habet,quando pars quotitatiua fructuum assignata fuit,quia eo casu fructus debent capi de manu donatoris: vt ex Fabro,& Cuiacio dictum est. 8 9 10

Tertiò, dispositio *dicti §. si verò*, locum non habet, quando relinquitur redditus ex certis fundis percipiendus, vt notauit Surd. *dicto consil. 319. num.16.* quia quando fundus exprimitur, videntur tantum relinqui fructus illius fundi, non autem illorum proprietas, nec alii fundi, vt *ibi* per Surdum; hoc autem casu fructus donati fuerunt percipiendi ex medietate omnium bonorum, & sic ex certis fundis; † quia certum dicitur illud,quod est certum ratione loci & quotæ: ex traditis *in l.3.§. incertum,ff.de acquir.possess.* ad instar legitimæ, quæ dicitur certa tam ratione loci,quàm ratione quotæ: Addent. ad Burat.*decis.946.* 11 12

Denique respondetur, quod assignatio, quæ fit *in dicto §.si verò*,non fit ad effectum vt proprietas transferatur in donatarium, sed tantum vt donatarius prædia colat,& illorum curam habeat,ad instar alimentarii,vel vsufructuarii: non tamen quod propriè sit vsufructuarius, ita ut dispositio illius in vero usufructuario locum non habeat: vt dicit Glossa *ibidem, in verbo, fundos tradere.* Salicet. *ibidem, num.1. versic. alij, & versic. sed ab extra:* 13

vbi

ubi dicit, quod hoc caſu proprietas non debetur donatario, quod dicit probari ex §. *ſin autem donator, in eadem lege.*

14 Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur, diſputari poſſe in caſu propoſito, utrum jus uſusfructus, an verò ſolum corpus fructuum & reddituum donatum cenſeatur? inter quæ magna eſt differentia, ut probatur per text. *in l. vaccæ 73. ff. de evictionib.* Sed tamen quia quæſtio illa non eſt præſentis ſpeculationis, & in multis conveniunt promiſſio uſusfructus, & promiſſio fructuum & reddituum, ut dicit Cuman. *conſil. 121. num. 2.* Maſcard. *concluſ. 1426. in verbo, Vſusfructus, num. 4.* Mantic. *de conjectur. lib. 9. tit. 5. num. 1. in fin.* Tuſch. *lit. V, concluſ. 302.*

15 † Idemque dicendum eſt de fundi utilitate promiſſa, Mantic. *lib. 9. tit. 4. num. 9. verſ. illud etiam, & tit. 2. n. 31.* Lud. Bellus *conſil. 149. n. 6.*

Tamen hoc pro nunc ſufficiat, quod quia certa pars fructuum conceſſa eſt, ſoli fructus in conceſſione continentur, non autem jus uſusfructus: ut bene probat Menoch. *lib. 4. præſumpt. 136. n. 5.*

Sed ſive fructus, ſive jus uſusfructus in dona-
16 tione contineatur, utrumque morte donatarii finitur, ut dicit Barri *lib. 9. tit. de uſufr. legat. n. 1.* & in propriis terminis benè explicat D. Lud. Bell. omnino videndus *conſil. 10. per tot.*

Neque obſtat ſtipulatio in dicto contractu ap-
17 poſita: quia etiamſi agatur de donatione medietatis reddituum, & ſic de contractu, conceſſio illius finitur cum perſona donatarii, nec tranſit ad hæredes, niſi de eis ſpecialis mentio facta ſit: Idem *dicto conſil. 179. num. 4.* & probat lex *ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita,* cum *ibi* notatis, *ff. de verbor. obligat.* Gomeſ. *cap. 15. de ſervitut. num. 20. verſ. ſecundò infertur.* Et generale eſt, quod quando agitur de re non tranſitoria ad hæredes, promiſſio, ſeu contractus non comprehendit hæredes, niſi de eis expreſſa fiat mentio: Gomeſ. *tom. 2. num. 11. cap. 14. verſ. unum tamen eſt:* cum pluribus citatis per Caſtill. *de uſufruct. c. 61. à n. 24. ad 29.*

CAPUT CXII.

Vocatis maſculis ad fideicommiſſum, utrum maſculi deſcendentes ex fœminis admittantur, ſi ſint vocati in ulteriori gradu; & utrum excludant maſculos deſcendentes ex alia fœmina expreſsè ſubſtitutos; & utrùm appellatione *des enfans*, comprehendantur liberi ſecundi, & aliorum poſteriorum graduum: & ex quibus fœminæ cenſeantur habuiſſe reſpectum ad conſervationem agnationis ſui mariti. Denique utrùm qui fuit in conditione poſitus in primo gradu, præſumatur vocatus in poſterioribus ſubſtitutionibus? Super quibus refertur Deciſio Romana *coram D. Pirovano.*

SVMMARIVM.

1 *Ex eo quod teſtator fecit prælegatum favore maſculorum deſcendentium, & illis deficientibus vocavit maſculos deſcendentes ex fœmina, colligitur excluſio fœminarum ex prælegato.*

2 *Excluſa una fœmina, & vocatis maſculis ex alia, maſculi deſcendentes ex fœmina excluſa non poſſunt admitti in præjudicium maſculorum deſcendentium ex fœmina vocata, dum & ipſi expreſsè ſubſtituti fuerunt.*

3 *Repræſentatio præſupponit repræſentantem eſſe de fideicommiſſum vocatos.*

4 *Filius ex perſona matris non poteſt admitti ad fideicommiſſum, quamdiu mater vivit.*

5 *Maſculos deſcendentes ex fœmina, ſecundum aliquorum ſententiam, comprehendi ſub nomine maſculorum: cujus contrarium alii verius credidérunt, ut* num. 6. *Super quo referuntur variæ ſententiæ Mantica, & Menochii, in eadem cauſa ſcribentium.*

7 *Sed tamen adverſus ſententiam Mantica fuit judicatum contra maſculos ex fœmina deſcendentes.*

8 *Concordantur diverſæ ſententia, ut maſculi deſcendentes ex fœmina admittantur ad fideicommiſſum, quando teſtator non habuit rationem conſervandæ agnationis; ſi enim agnationem contemplatus fuerit, maſculi deſcendentes ex fœmina repelluntur.*

9 *Verius tamen eſt, totum hoc pendere ex conjecturata teſtatoris voluntate.*

10 *Qualitas primogeniti maſculi ſæpius repetita, infert excluſionem maſculorum deſcendentium ex fœmina.*

11 *Filii nati & cogniti teſtatori non nati præferendi ſunt.*

12 *Nominatus nomine proprio cenſetur prælectus, aliis comprehenſis ſub nomine collectivo.*

13 *Quando fit tranſitus de linea ad lineam, vel de maſculis ad fœminas, attenditur proximior gravantis, non gravati, ſecundum plurimorum ſententiam.*

14 *Subſtitutio alteri conjuncta per dictionem, &c. operatur repetitionem qualitatum, & conjunctionem.*

15 *Quando teſtator diſcretivè loquutus eſt de filiis, nepotibus, filiorum appellatione nepotes non continentur.*

16 *Clauſula, & ſi omnes decedant, refertur ad ſolos, de quibus teſtator antea loquutus eſt.*

17 *Vocatus nomine proprio cæteris præferendus eſt.*

18 *Fœmina ſemel excluſa, ſemper remanet excluſa, licèt maſculus, propter quem excluſa fuit, defecerit.*

19 *Filiorum maſculorum appellatione non continentur nepotes.*

20 *Appellatione liberorum, & deſcendentium maſculorum, veniunt maſculi deſcendentes ex fœminis, quando agnatio non eſt contemplata.*

21 *Dictio Gallica Enfans, intelligi debet de filiis primi gradus, non autem de liberis & deſcendentibus.*

22 *In teſtamento fœmina regulariter non cenſetur contemplatio agnationis.*

23 *Limitatur ut locum non habeat, quando qualitas maſculinitatis ſæpius eſt repetita.*

24 *Quod maximè procedit quando etiam fuit contemplata prærogativa ætatis.*

25 *Contemplatio familiæ & agnationis poteſt non locum habere in teſtamento fœminæ.*

26 *Dictio, les ſiens, quid importet ſecundum communem uſum loquendi in Gallia.*

27 Poſt

27 *Potest aliquis esse vocatus, aut in conditione positus in primo gradu, & iterum omnibus substitutis extinctis vocatus in vltimo: Contrarium tamen deciditur n.*28.

DOminus quondam Gabriel de Gerards in suo vltimo testamento fecit prælegatum Castri, & loci de Arboribus, in fauorem Domini Petri de Gerards filii sui cum substitutionibus in hunc qui sequitur modum.

Item prælegauit, juréque prælegati reliquit Nobili Petro Girardo,ejus,& dictæ Nobilis Richardæ vxoris suæ filio naturali & legitimo primogenito, videlicet Castrum, locum, & Segnoriam,& altam, mediam,bassam jurisdictionem ,merúmque & mixtum imperium loci de Arboribus Vasionen.diœcesis: Ita quod si dictus Nobilis Petrus moriatur,siue ab humanis decedat absque liberis masculis, naturalibus & legitimis, ac de legirimo matrimonio exse procreatis,aut procreandis (quod Deus auertat) quod dictum Castrum,locus,& signoria, & jurisdictio,& alia bona in dicto Castro sita,dicto Petro prælegata, perueniant & peruenire debeant ad Nobilem Alexandrum Gerards,etiam filium naturalem & legitimum dicti testatoris,& eiusdem Nobilis Petri fratrem. Et si dictus Nobilis Alexander moriatur absque liberis masculis naturalibus & legitimis, & de suo proprio corpore procreatis, ac procreandis, dicto casu adueniente voluit, jussit, & ordinauit, quod supradictum Castrum, &c. perueniant & peruenire debeant ad Nobilem Franciscum Gerards dicti domini testatoris filium naturalem & legitimum, ipsorúmque Nobilium Petri & Alexandri fratrem.Si verò dictus Nobilis Petrus moriatur, siue decedat cum liberis masculis naturalibus & legitimis,ex proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis,seu procreandis, voluit dictus testator quod jam dictum Castrum & cætera spectare debeant ad primogenitum masculum superstitem dicti Nobilis Petri. Et si primogenitus dicti Nobilis Petri habeat liberos masculos,naturales & legitimos ,de legitimo matrimonio procreatos , siue procreandos ; voluit & ordinauit quod dictum Castrum & cætera spectent ad primogenitum primogeniti dicti Nobilis Petri, & sic de vno in alium primogenitum masculum ipsius Nobilis Petri, primogenitos primogeniti sui semper substituendo. Et deficientibus masculis ipsius Nobilis Petri , voluit, & ordinauit quod perueniant ad supradictum Nobilem Alexandrum Gerards ; & si ipse Nobilis Alexander Gerards moriatur , siue decedat cum liberis naturalibus & legitimis masculis, ex suo proprio corpore & de legitimo matrimonio procreatis siue procreandis , eo casu adueniente voluit quod dictum Castrum & cætera perueniant ad primogenitum dicti Nobilis Alexandri : & si dictus primogenitus ejusdem Nobilis Alexandri moriatur , siue decedat relictis masculis liberis , naturalibus & legitimis, & de legitimo matrimonio procreatis, siue procreandis , voluit quod supradictum Castrum & cætera perueniant ad primogenitum primogeniti dicti Nobilis Alexandri,&c.& sic de vno in alium primogenitum masculum dicti Alexandri. Et deficientibus liberis masculis, naturalibus & legitimis dicti Nobilis Alexandri, voluit quod dictum Castrum, &c. perueniant ad Nobilem Franciscum Gerards : & si idem Franciscus moriatur cum liberis masculis,naturalibus & legitimis, &c. voluit quod dictum Castrum perueniat ad primogenitum masculum dicti nobilis Franciscí : & si idem primogenitus masculus eiusdem Franciscí decedat relictis liberis masculis naturalibus & legitimis , voluit quod dictum Castrum & cætera perueniant ad primogenitum masculum naturalem & legitimum primogeniti dicti Franciscí, & sic de vno in alium primogenitum masculum dicti Nobilis Franciscí primogeniti semper substituendo : & similiter de masculis naturalibus & legitimis de legitimo matrimonio ipsius Domini testatoris nascituris. Et si omnes masculi moriantur , siue decedant, voluit, & jussit idem Dominus testator , quod supradictum Castrum & cætera perueniant & spectent ad Nobilem Gabrielem Grillets filiolum & neporem ipsius Domini testatoris , ac filium naturalem & legitimum prædicti Nobilis Alexandri Grillets,& Nobilis Domicellæ Joannæ Gerards prædicti testatoris filiæ naturalis & legitimæ.

Contigit quod Domini Alexander, & Franciscus substituti decesserunt sine liberis , domino Petro adhuc in humanis existente ; postea verò Dominus Petrus obiit superstitibus Domino Henrico de Gerards filio suo , & Domina Diana de Gerards filia sua , necnon Domino Henrico de Castellana Domino d'Ampus filio masculo ex dicta domina Diana , & primo ipsius matrimonio procreato.

Mortuo Domino Henrico de Gerards , controuersia fuit de dicto prælegato inter dictum Dominum d'Ampus masculum descendentem ex Domina Diana nepte testatoris , & Dominum Gabrielem de Grillets Dominum de Brissac descedentem ex Domina Joanna de Gerards filia ejusdem testatoris.

In qua quæstione duo constituenda fuerunt difficultatis capita.

Primum est , an Dominus d'Ampus possit admitti in hoc prælegato ex persona Dominæ Dianæ matris. Secundum est, vtrum possit admitti ex persona propria.

Quod attinet ad primum caput , dixi dictum Dominum d'Ampus non posse venire ex persona matris,quia cùm semper vocati fuerint masculi primogeniti sub qualitate masculinitatis , nec non masculi descendentes ex fœminis , impossibile est fœminas in dicto prælegato fuisse vocatas ; cùm etiam si testator in conditione vel dispositione non feciſſet mentionem de masculis, tamen † ex eo 1
quod filiis prælegatum fecit, & vltimo loco in dicto prælegato substituit Dominum Gabrielem de Grillets masculum descendentem ex filia eiusdem testatoris , certissima est conjectura , quod ipse fœminas in totum excludere voluerit : Rota *decis.*374. *num.*6.*parte prima diuers.* ergo multò magis in casu nostro, in quo semper vocauit masculos & primogenitos masculos eorum, & omnibus masculis deficientibus, vocauit dictum Dominum de Grillets masculum descendentem ex fœmina , & sic fœminas omnino excluſit à dicto prælegato, vt benè explicat Menoch. *consil.*565. *num.*11. & 14. † Si igi- 2
tur Domina Diana est excluſa, fieri non potest vt Dominus d'Ampus ex illius persona succedat : *l. ex ea persona , ff.de regul. jur.* quia successiones non fiunt per saltum,sed gradatim & successiuè, & non debet filius esse melioris conditionis quàm mater, dum ejus personam repræsentat : *l.si viua matre, C. de bon.matern.*fusè Menoch.*consil.*172. *à num.* 2. *vsque ad* 13. Siquidem † repræsentatio tum demùm 3
locum habet, quando tam mater quàm filius vocantur ; tunc enim gradus matris non corrumpitur, sed repræsentatur per filium.Seraphin. *decis.*1479.
*num.*3.

num. 3. Gabriel *conſil.* 2. *numer.* 15. *lib.* 2. Rota *deciſ.*
4 100. *num.* 8. *part.* 1. *in recent.* Et † cùm dicta Domina Diana mater tunc eſſet viua, quomodo fieri poterat vt ipſa viuente & excluſa, dictus Dominus d'Ampus ejus filius poſſet venire ex perſona matris excluſæ ? ad tradita per Menoch. *dicto conſil.* 172. *num.* 4. Imo filius veniens ex perſona propria difficiliùs admittitur matre viuente, quàm poſt ejus obitum : Ruin. *conſil.* 49. *num.* 4. *vol.* 1. Et ideò mater excluſa nocet filio venienti ex propria perſona, ſi ipſa viuat, cui non noceret ſi mortua eſſet : Ruin. *dict. conſil.* 49. *n.* 6. *verſic. & vbi optimè, vol.* 1. Menoch. *dicto conſil.* 172. *n.* 2. *verſic.* 1. Surd. *conſil.* 316. *n.* 16. *verſic. reſpondebam etiam.*

5 Circa ſecundum difficultatis caput in magna illa DD. altercatione, vtrùm appellatione *maſculorum*, veniant maſculi deſcendentes ex fœminis, varia emanarunt Iuriſperitorum reſponſa, aliis affirmatiuam, aliis verò negatiuam tenentibus, juxta facti & caſus varietatem : quorum rationes pro vtraque parte adducere, nimis longum & ſuperfluum foret. Conſiderant enim DD. quod maſculis deſcendentibus ex fœminis conueniant verba teſtamenti : ſunt enim maſculi, & ſunt liberi deſcendentes ex maſculis per fœminas : & cùm teſtator vocauerit filios filiarum vltimo loco, non videtur habuiſſe reſpectum ad agnationem, ſed tantum ad maſculinitatem, quam habent deſcendentes ex fœminis : quod enim hoc caſu maſculi veniant ex perſona propria, non obſtabit eis inhabilitas matris, quæ ipſis noceret, ſi ex illius perſona admitti poſtularent.

6 Contra nepotes verò ex fœminis deſcendentes DD. conſiderant, quod in dubio mater quæ erat proximior, & ſic magis dilecta, non fuit vocata, ergo nec ejus liberi remotiores, & ſic minus dilecti: quòd in dubio verbum *Maſculi*, debet intelligi de liberis maſculis immediatè deſcendentibus à maſculis : quòd nepos ex fœmina dicitur extraneus reſpectu aui materni, & ſimilia, quæ copioſè explicat Menoch. *dicto conſil.* 172. vbi conſuluit contra nepotes deſcendentes ex fœmina, cuius conſilium in eadem cauſa, & inter eaſdem partes refutauit Manticа *in tract. de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 11. *& multis ſeqq.* vbi hoc ampliat, etiamſi teſtator vſus fuerit dictione *maſculorum*, & ex proprio corpore procreatorum ; quæ dictio, *ex*, quandoque denotat cauſam remotam, vt per eundem *numero* 62. Manticæ rationes tanquam meliores approbauit Cauagnol. *in addition. ad Menoch. dicto conſil.* 172. *num.* 1.

7 Sed aduerſus Manticam pro excluſione deſcendentium ex fœminis, in eodem planè negotio, & inter eaſdem partes, conſuluit Cephal. *conſil.* 581. & Peregr. *in tract. de fideicomm. art.* 26. *num.* 19. & eandem ſententiam approbauit inter eaſdem partes conſulens Surd. *dicto conſil.* 316. *num.* 12. *verſic. præterea cùm habeamus :* Et pro conſilio Menochii aduerſus maſculos deſcendentes ex fœminis, fuit judicatum, & executum, vt teſtatur Peregr. *loc. cit.* & ipſemet Menochius *in conſil.* 215. *n.* 41. quod tamen conſilium reprehenditur à Peregr. *conſil.* 40. *vol.* 5. *per totum.*

8 Verum eſt, quod idem Menoch. explicando *dictum conſilium ſuum* 172. dicit illud intelligendum eſſe, quando teſtator habuit rationem agnationis conſeruandæ, vt tunc maſculi deſcendentes ex fœminis non admittantur, vt ipſe tradit *conſil.* 802. *num.* 35. maximè verò quando de tempore euentus conditionis mater jam erat vita functa, & ſic filium non impediebat : vt per eundem *dicto conſil.* *num.* 40.

Nam ſi ratio agnationis habita non fuerit, dentur DD. ad hoc inclinare, vt maſculi ex fœnis admittantur : plures allegat, & recepitam ſerit Io. Ant. Bellon. *conſil.* 72. *n.* 25. Marta *num.* 28. Rota *deciſ.* 6. *p.* 1. *diuerſ.*

Sed in tanta varietate, Caſtillo poſt relata rium hinc inde ſententias & rationes, ad conſi ras recurrendum eſſe cenſet, ex quibus digno poſſet vtrum maſculos ex fœminis deſcenden teſtator excludere voluerit, vel vocare, vt videre apud eundem *lib.* 3. *quotid. controuerſ. jur. capit. num.* 19.

Verùm omiſſis omnibus ſuperfluis, conclu fuit in caſu iſto, nec ex verbis, nec ex mente teſtatoris colligi poſſe vocationem dicti Domini d'Ampus, ſed Dominum de Grillets ſolum admittendum eſſe, cæteris omnibus excluſis.

Primò, quia teſtator in primis ſubſtitutionis gradibus vocauit Dominum Petrum filium ſuum primogenitum : Et ſi ſine liberis maſculis ex ſe procreandis decederet, ſubſtituit Alexandrum : Et dictus Alexander decederet abſque liberis maſculis de ſuo proprio corpore procreatis, ſubſtituit Franciſcum. Si verò dictus Petrus moreretur cum liberis maſculis ex proprio corpore procreatis, vocauit primogenitum maſculum ſuperſtitem dicti Petri. Et ſi dictus primogenitus maſculus haberet liberos maſculos, ſubſtituit primogenitum primogeniti, & ſic de vno in alium primogenitum maſculum ipſius Nobilis Petri & primogeniti ſui. Et deficientibus maſculis ipſius Petri, fecit plures alios gradus, in quibus ſemper vocauit maſculos primogenitos maſculorum primogenitorum. Et ſi omnes maſculi decederent, ſubſtituit dictum dominum Gabrielem de Grillets filiolum & nepotem ſuum ex Domina Ioanna Gerards ejus filia. Ita vt intentio dicti teſtatoris fuerit ſemper vocare maſculos primogenitos deſcendentes ex maſculis, & ſic excluſit non ſolùm fœminas, ſed etiam maſculos deſcendentes ex fœminis, qui nullo modo prehendi poſſunt in illis verbis requirentibus litatem primogeniti maſculi toties repe † quæ ſolam perſonam reſpicit maſculi maſculis deſcendentium, vt oſtendit Peregr. *num.* 10. *vol.* 5. Vbi dicit quod in tali caſu *maſculorum* debet de neceſſitate intelligi de culis ex maſculis, quia teſtator voluit, dumtorent maſculi, conſeruare bona in agnatione lina ; & in defectum maſculorum, non quoſcumque deſcendentes maſculos ex filiabus nominatim vnum filium maſculorum vnius quam expreſsè nominauit, & ſic fœminas lutè excluſit, & per conſequens deſcendentes fœminis qui non habent qualitatem à teſtatore quiſitam, neque ſunt nominatim vocati, prout catus eſt dictus Dominus de Grillets : *l. cum ſic fideicommiſſo. ff. de legat.* 2.

Secundò, quia etiam in fortioribus termquamuis deficientibus maſculis, admitti ſent maſculi ex fœminis, dictus Dominus de lets præferendus eſſet dicto Domino d'Ampum quia natus de tempore teſtamenti & natus ab ipſo teſtatore, & ciuſdem filiolus ſpiritualis filius, in eodem teſtamento vocatus per conſequens magis ab eo dilectus. Surd. *conſil.* 21. *numero* 3. Bellon. *conſil.* 73. *numero* 7. in noſtris terminis Caſtillo *dicto capite* 29. *numero* 61.

Tan

12 Tum etiam, quia dictus Dominus de Grillets fuit expressè nominatus à testatore, & honoratus, & per consequens magis dilectus: Fusar. *quæst.*568. *numero* 13. *&* 14. *& quæst.* 359. Castillo *de conject. vlt. volunt. capite* 51. *numero* 10. *lib.* 4. Dum enim conditio fideicommissi euenit, si concurrunt nati vitio testatore cum his, qui post ejus mortem nati, vel concepti sunt, illi præferri debent tanquam cogniti & prædilecti: vt post Curt. & alios tradit Mantic. *de conject. lib.*8. *tit.*12. *num.*22. *in noua impressione.*

13 Tertiò, quia etiam posito quod Dominus de Grillets non fuisset proprio nomine vocatus, & tractaretur de masculis descendentibus ex fœminis, ipse admittendus esset excluso Domino d'Ampus: quia licèt Dominus d'Ampus sit proximior respectu Domini Henrici de Gerards vltimo loco defuncti, tamen respectu testatoris dictus Dominus de Grillets est proximior, cùm sit nepos ex filia; dictus verò Dominus d'Ampus sit pronepos: quia quando fit transitus de linea ad lineam, non attenditur proximitas grauati, sed proximitas testatoris: & idem quando fit transitus de masculis ad fœminas, vt post Decian. tradit, & indubitatum dicit Mantic. *de conject. libro* 8. *titul.*12. *numero* 39. *noua impress. & in addit.* Rustic. *consil.* 2. *numero* 113. *post tract. de filiis in condit. positis*, optimè declarat Peregrin. *decis.*132. *numero* 3. *versic. sed istis non obstantibus*: præsertim cùm non solùm fiat transitus de masculis masculorum ad masculos fœminarum, sed etiam ad aliam diuersam lineam, cùm linea Henrici vltimò defuncti sit extincta, quo casu etiam debet inspici proximitas testatoris: de quo non solùm videtur casus expressus *in dict. l. cum ita*, §. *in fideicommisso*: verùm etiam ita decidit Rota *in recent. parte* 3. *decis.* 627. *numero* 5. *&* 6. vbi etiam considerat quod si testator voluisset vocare masculos descendentes ex filiabus, id vtique expressisset, provt tot alios gradus & personas expressit, & nominatim personam Domini de Grillets ex filia sua descendentis: Rota *dicta parte* 2. *in recent. decis.* 693. quia propter obitum Domini Henrici sine filiis, non agitur de continuanda successione ad Dominum d'Ampus ex persona suorum ascendentium, cùm linea domini Henrici sit finita, & Domina Diana ejus mater fuerit excluſa, & sic agitur de nouo statu personarum succedentium, & ideò inspicitur persona grauantis, non grauati: Fusar. *quæst.* 474. *numero* 21. licèt non desint qui contrarium tenuerunt, vt *ibid.* Fusarius *numero* 29. *& sequentibus*, aduertit. Quæ omnia intelligenda sunt secundùm mentem Rotæ Romanæ *decis.* 519. *parte* 5. *Recentiorum.*

Nec est, quod opponatur, testatorem, dum masculos ex masculis vocauit, vltimo loco subiungere verba generalia, *& si omnes masculi decedant*, *&c.* quæ videntur posse comprehendere masculos ex fœminis suorum filiorum descendentibus.

14 Tum, quia non potest illa conditio de aliis masculis intelligi, quàm de illis de quibus antea testator locutus erat, cùm oratio sit coniuncta per copulam, *Et*, quæ inducit repetitionem: Rota *decis.* 453. *parte* 2. *in recent. numero* 8. vbi dicitur quod licèt agatur de diuersis personis, etiam orationibus seperatis; tamen quia vna substitutio fit in defectum alterius, omnes habent inter se quandam correspectiuitatem, & censentur continuatæ vna ad aliam, stante copula, *Et*; & tunc qualitates expressæ in prima oratione censentur in secunda repetitæ: refertur *Florentina fideicommissi*, 3. *Decembr.* 1607. *quæ est decis.*143. *num.*8. *p.*1. *in recentioribus.*

Tum etiam quia, testatorem de masculis descendentibus ex fœminis nullo modo sensisse, clarè constat de discretiva loquendi formula: dum enim vocare vult Dominum Gabrielem de Grillets de filia sua descendentem, non utitur dictione *liberorum*, nec verbo *masculinitatis*, sed vocat eum suum nepotem ex filia, & sic non credidit eum comprehendi sub illa clausula; *& si omnes masculi*: certum est autem ex discretiuo illo loquendi modo colligi intentionem testatoris, de quibus in sua dispositione senserit: Surd. *consil.*463. *numero* 22. Seraphin. *decis.*1486. *numero* 12. Rota *in recentior. dicta decisione* 627. *numero* 8. *parte* 2. 15

Sed & hoc ultimo loco notandum est, quod cum testator masculis masculorum ordine primogenituræ natis expressè vocaris, necnon etiam nascituris, per illa verba, *& similiter*, subjunxerit clausulam generalem, *& si omnes masculi decedant*, hoc intelligendum est de omnibus illis dumtaxat, de quibus in præcedentibus substitutionibus egerat, propter naturam dictionis universalis, *omnes*, quæ refertur dumtaxat ad omnes suprà nominatos: Castrens. *cons.* 11. *numero* 2. *libro* 1. *versic. breviter dico*: post quem sic argui potest: Aut illud verbum, *omnibus*, refertur ad filios vocatos ad prælegatum; & hoc casu certum est, quod substitutio fuit verificata in favorem Domini de Grillets, cùm dictus Henricus vltimus defunctus obierit sine liberis: Aut refertur etiam ad omnes substitutos; & tunc ad illos referri debet cum sua qualitate, & non alios comprehendere, quàm qui in præcedenti substitutione vocati sunt: idem dicit *cons.* 123. *numero* 2. *versic. igitur illa verba*, *vol.*1. ubi dicit illa verba, *si omnes*, restringi debere ad eos tantùm, in quorum favorem facta fuerat præcedens substitutio: quod & voluit Rota *decis.*486. *numero* 11. *parte prima*, *in recent.* & apud Lovis. *decis.* 315. *numero* 11. 16

Unde concluſum fuit, Dominum de Grillets, excluso Domino d'Ampus, fuisse vocatum, prout in effectu dicta Terra & jurisdictio *de Arboribus*, eidem Domino de Grillets adjudicata fuit, & nunc per ejus filium pacificè possidetur.

Et cùm similis ferè quæstio fuisset inter easdem partes tractata, & in Rota Romana disputata, super testamento Dominæ Richardæ de Grillets, vxoris (dum viueret) eiusdem Domini Gabrielis de Gerards Domini d'Arbres, fuit subsecuta Decisio eiusdem Rotæ, quæ simile fideicommissum eidem Domino de Grillets, Domino de Brissac adiudicauit, vt *in sequenti Decisione.*

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ, Coram R. P. D.

PIROVANO,

IN CAUSA

Avenionenſi fideicommiſſi.

Veneris 1. Maij 1638.

RICARDA de Grillets relicta quondam Gabrielis de Gerards, moriens hæredem inſtituit Petrum, ejus & dicti Gabrielis filium, illique ſubſtituit Henricum ejus filium, eique morienti abſque filiis maſculis naturalibus & legitimis ſubſtituit majorem natu ex filiis pariter Petri ſupradicti; & moriente tali filio maſculo abſque filiis maſculis naturalibus & legitimis, ei ſubſtituit alios dicti Petri filios maſculos cum qualitate primogenituræ: Prædictis autem ſine filiis maſculis morientibus, ſubſtituit D. Gabrielem de Grillet Dominum de Briſac: & caſu quo idem Dominus Gabriel & ipſe decederet abſque filiis maſculis, dividendo ſuam hæreditatem in quatuor partes, ſignanter ad quartam partem vocauit Dominam Dianam de Gerards, & ſuos; quæ D. Diana eſt filia Petri hæredis, & mater D. Henrici de Caſtellana Domini D'Ampus.

Mortuo exinde Petro, & Henrico, nulliſque maſculis exiſtentibus ex vocatis, D. Gabriel prætendit eſſe purificatum fideicommiſſum ad ejus fauorem: & ex aduerſo D. Henricus filius dictæ Dianæ, tanquam maſculus, & nepos Petri ſuperexiſtens contendit ſe priùs vocari, & non eſſe factum locum fideicommiſſo ad fauorem D. Gabrielis. Quare dum hodie dubitatur de purificatione huiuſmodi fideicommiſſi, & ad cuius fauorem? Pro D. Gabriele fuit reſponſum.

Quoniam D. Gabriel fundat intentionem ſuam in deficientia filiorum maſculorum Petri, qui abſque filiis maſculis omnes deceſſerunt, de qua deficientia in facto non dubitatur, maximè concurrente patri confeſſione in poſitionibus emanata, & ea probata, non admittitur quæſtio voluntatis,
17 † dum idem D. Gabriel nomine proprio fuit à teſtatrice vocatus: Angel. *conſ.* 306. *num.* 3. Alexand. *conſ.* 123. *num.* 1. *lib.* 1. Socinus *in l. Gallus*, §. *etiam ſi parente*, *n.* 10. *ff. de liber. & poſth. & conſ.* 37. *numero* 3. *lib.* 3. Roland. *conſ.* 38. *num.* 25. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 269. *num.* 57. Peregrin. *de fideicom. art.* 12. *numero* 45.

De anteriori autem vocatione D. Henrici viſum fuit non conſtare, ad impediendam purificationem fideicommiſſi in ſequentibus gradibus, poſt extinctionem lineæ maſculorum per teſtatricem vocatæ.

Quoniam non eſt filius maſculus Petri, neque filius maſculus Henrici, neque maſculus ex maſculo eorum deſcendens, ſed filius maſculus Dianæ filiæ Petri, quæ primò fuit excluſa per exiſten-
18 tiam Henrici fatris maſculi: † Vnde ſemper remanet excluſa, licèt poſtea maſculus ille, per quem fuit excluſa, defecerit: Aretin. *conſ.* 144. & 194. Alexand. *conſ.* 29. *in fine*, *lib.* 1. Socin. *conſ.* 196. *vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 72. *num.* 79. *lib.* 4. Fuſar. *quæſt.* 484. *numero* 33. vnde omnes ab ea deſcendentes excluſi remanent: *l. ſi viua matre*, *Cod. de bon. matern.* Bald. *in l. maximum vitium*, *numero* 3. & 4. *Cod. de liber. præterit.* Tiraquel. *de jure primogenit. quæſt.* 12. *numero* 5. & *quæſt.* 40. *numero* 216. Becc. *conſ.* 107. *numero* 2. & 3. Surd. *conſ.* 85. *numero* 11. & *deciſ.* 41. *num.* 7.

Non obſtat quod idem D. Henricus filius D. Dianæ, & Petri nepos, veniat ex ſubſequenti vocatione, ibi: *& moriente D. Henrico & dicto ejus filiis maſculis dicti Petri ſine filiis maſculis, ſubſtituit D. Gabrielem*: quæ conditio, cùm non fuerit purificata, ex quo Petrus pater filius teſtatricis deceſſerit relicto Henrico filio, & altero Henrico nepote ex Diana filia, dicebatur non eſſe apertum locum cum D. Gabrieli poſteriori ſubſtituto, per *l. ex facto*, §. *ſi quis autem*, *ff. ad Trebell.* Oldrad. *conſ.* 11. Rot. *deciſ.* 486. *n.* 1. *part.* 1. *recent.* & 491. *num.* 1. *parte* 4. *diuerſor.*

Quoniam moriente Henrico, & aliis filiis maſculis Petri, poſiti ſunt in conditione filii maſculi eorundem, quorum appellatione non veniunt nepotes, etiamſi verſemur in fideicommiſſo deſcendentium: Bald. *in l. Gallus*, §. *inſtitutus*, *numero* 6. *ff. de liber. & poſthum.* Menoch. *conſ.* 215. *num.* 7. & 229. *numero* 16. *libro* 8. Rota *deciſ.* 67. *num.* 1. *parte* 2. *recent.* & in *Romana fideicommiſſi* 21. *Martii* 1623. coram bonæ mem. Franciſco Ville, referente eandem opinionem per Dominos fuiſſe in aliis cauſis canonizatam.

† Neque D. Henricus iuuari poteſt ex eo quòd D. Gabriel non ſit vocatus, niſi caſu quo Petrus, & ejus deſcendentes, & liberi maſculi decedentes ſine liberis & deſcendentibus maſculis, quorum appellatione veniunt etiam maſculi ex fœmina, cum non eſt agnatio contemplata: Peregrin. *conſ.* 18. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 1. Fuſar. 404. *n.* cum aliis allegatis.

Quia ſecundùm verſionem de idiomate Gallico in Latinum, quæ eſt attendenda, de filiis maſculis legitur, non autem de *liberis & deſcendentibus maſculis*: ita vt ſemper prævaleat opinio ſupra relata pro excluſione nepotum, deficiente qualitate collectiua plurium perſonarum, & graduum; † Adhuc tamen non etiam affirmari poteſt negatiua contemplationis agnationis de Gerards, ex eo quòd verſemur in teſtamento fœminæ, quæ primò vocauit agnationem mariti, & in alia parte vocauit dominas abſque onere deferendi arma familiæ de Gerards: Peregrin. *de fideicomm. artic.* 26. *n.* 17. Fuſar. 404. *n.* 19. † Quia familiæ contemplatio poteſt aſſumi ex qualitate maſculinitatis in quolibet gradu repetita: Gabriel *conſ.* 116. *n.* 6. *lib.* 2. Decian. 127. *n.* 17. *vol.* 3. Surd. *conſ.* 316. *n.* 8. Bellon. *lect.* 2. *n.* 23. Morot. *conſ.* 50. *n.* 18. & *deciſ.* 143. *n.* 8. *recent.* † cui ſi addatur prærogatiua ætatis, vt habetur in eodem teſtamento, & majores natu præferantur, eo faciliùs contemplatio familiæ elicienda eſt: Mantic. *de conjectur. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* Surd. *conſ.* 241. *n.* 14. Menoch. *conſ.* 1127. *n.* 17. Deceſſare videtur præſumptio iſta contemplationis familiæ de Gerards, quòd agatur de fœmina dominante: † Quia & in eadem cadere poteſt, quando vocat proprios filios maſculos, vt in ſpecie habetur Gabriel *d. conſ.* 126. *numero* 14. Mantic. *de conjectur. lib.* 6. *tit.* 10. *numero* 7. Fuſar. *quæſt.* 499. *numero* 30.

Si

Sed præterea plura adversantur prædictæ vocationi D. Henrici ex D. Diana nepotis, etiam data possibilitate verborum qualitatem collectivam personarum & graduum habentium: quia Testatrix subordinavit suam dispositionem ad masculos ex masculis filiis Petri; quam qualitatem D. Henricus habere non potest, & de fœminis mentionem non fecit, nisi expiratis & extinctis lineis masculorum vocatorum: ibi, *& in defectu D. Gabrielis, & illius filiorum masculorum, substituit (dividendo suam hæreditatem in quatuor partes)* Dia-
26 *nam, & suos, in quarta parte:* † quod pronomen *suos*, sive filios, sive liberos, sive descendentes, aut proximiores importat, ut admittit Dec. *cons.*253. *num.*3. *in fine*, & 4. Cravet. *cons.*22. *num.*1. Guid.Pap. *decis.*548. & *cons.*133. *num.*1. & de communi usu loquendi Galliæ attestatur Rebuff. *in l. liberorum*, §. *fin. vers. hodie tamen, ff. de verbor. signific.* Thesaur. jun. *q.*95. *n.*4. *lib.*2. semper necessariò infert masculum ex Diana fœmina non esse comprehensum, etiamsi verba essent apta illum comprehendere: Gabriel *cons.*116. *n.*32. *vol.*2. Surd. *cons.*573. *n.*32. Laderch. *cons.*153. *col. fin. vers. addo & tertiam*: & hanc ponderationem Domini sequuti sunt in præcisis terminis *in Ariminen. fideicom.*15. *Martii* 1632. *coram Domino meo Dunozetto.*

27 Neque movit Dominos responsio data, non esse incompatibile quod quis sit vocatus, aut in conditione positus, primis deficientibus, & deinde in ultimo gradu omnibus substitutis extinctis: Mantic. *de conject. lib.*8. *tit.*18. *n.*19. Bellon. jun. *cons.*72. *n.*50. & *cons.*73. *n.*34.

28 Quia eadem Manticæ distinctio communiter reprobatur, ut refert eadem decisio *Ariminen. in fine*, & opinionem illius rejicit. Præterea ubi de expressa vocatione & indubitata non agitur, eo minus videtur admittendus concursus vocationum, quæ in verbis mutuò se expellunt. Et ita, &c.

Verba autem testamenti, prout jacent Gallico sermone, hæc sunt: *Et mourant ledit Henry, & les autres enfans mâles dudit Messire Pierre de Gerards, sans enfans mâles naturels & legitimes, substituë ledit Noble Gabriel de Grillet; & au cas que ledit Gabriel decede sans enfans mâles, & autrement, au defaut dudit Gabriel & de sesdits enfans mâles, substituë*, &c. sub anno 1590. & die 19. Martii.

CAPUT CXIII.

Insinuatio utrùm requiratur in assignatione bonorum facta irrevocabiliter per patrem filiis suis. Donatio ususfructus facta per patrem filiis, utrùm debeat insinuari. Remissio juris quærendi est valida, etiam non insinuata. Si filius negotietur separatim à patre, utrum sibi, aũ patri acquirat, & pro qua parte? Avus administrans bona suorum nepotum ex filio, utrùm non requisitus teneatur illorum facere inventarium, vel descriptionem? Et utrùm pater, aut avus administrans bona filiorum, seu nepotum, possit exigere pecunias illorum, non data cautione.

SVMMARIVM.

1 *In comitatu Venaissino donationes cujuscumque* Sanlegerii quæst. & resol. civil. T.II.P.II. *generis debent insinuari, aliàs sunt nulla, si excedant* 25. *scuta.*

2 *Ampliatur etiam, ut procedat in bonorum assignatione facta per patrem filiis irrevocabiliter.*

3 *Item ampliatur, etiamsi donatio facta fuisset in alio contractu diverso ab assignatione bonorum, cùm sufficiat animus donandi.*

4 *Statutum faciens mentionem de juramento, continens annullationem actus, reddit illum omninò invalidum, maximè si sit per Legatum confirmatum.*

5 *Donatio ususfructus est nulla, si non fuerit insinuata. Contrà*, num.7. & n.11.

6 *Defectus insinuationis secundum aliquos non potest opponi per ipsum Donatorem.*

Donatio fructuum dotis filiorum facta per patrem non indiget insinuatione.

9 *Repudiatio ususfructus quærendi facta per patrem non indiget insinuatione.*

10 *Dum pater consensit ut filii quoscunque contractus inire possint, non requiritur insinuatio.*

11 *Quando donans non efficitur pauperior, nec accipiens ditior, non requiritur insinuatio.*

12 *Lucra adventitiorum pertinent ad liberos, si ex illorum industria proveniant.*

13 *Ususfructus adventitiorum per patrem repudiatus est adventitius, & non profectitius.*

14 *Quando filius negotiatur sub nomine paterno, patri acquirit, deducta rata portione æstimationis industria ipsius, quæ est adventitia.*

15 *In dubio medietas lucrorum filio adjudicanda est tanquam adventitia, alia verò medietas patri, & sic æstimanda est industria.*

16 *Si aliud non probetur, filius præsumitur negotiationem exercuisse nomine proprio.*

17 *Avus utrùm teneatur facere inventarium, quamvis de hoc non requiratur, aut saltem descriptionem bonorum ad nepotes suos spectantium, quorum habet administrationem.*

18 *Quando bona sunt certa in quibus fraus intervenire non potest, avus non tenetur facere inventarium, nec descriptionem respectu suæ administrationis: secus si fraus adesse possit.*

19 *Pater mortuo filio donatario, habet usumfructum in bonis per eum filio suo donatis, quæ transiverunt ad nepotes. Contrarium multi DD. tenuerũt*, n.20. *Verior tamen est prior sententia*, n.22.

21 *Pater authorizando donationem filiifamilias, filii non præjudicat in usufructu legali.*

23 *Pater utrum teneatur cavere, si exigat pecunias filio suo debitas.*

INter patrem & liberos tres decidendæ quæstiones proponuntur. Prima utrùm donatio facta per patrem in contractu associationis, celebrato inter ejus filios sit valida, cum per eam dictus pater donatione inter vivos irrevocabili dederit licentiam, & authoritatem dictis filiis suis celebrandi quoscumque contractus, quittancias, & instrumenta sibi bene visa, quos contractus, cujuscumque sint naturæ, tam factos de præterito, quàm in futuro faciendos per dictos ejus filios approbavit, & authorizavit, perinde ac si in ejus præsentia facti fuissent, & dicti liberi essent extra patriam potestatem. Et præterea vult omnia lucra per ipsos facta de præterito, aut in futurum facienda, tam ex dote suarum uxorum, quàm alio modo, consolidata esse ad utilitatem ipsorum, & negotiationis inter ipsos contractæ.

Nam pro nullitate donationis opponitur de 1

generalitate Regulamenti Comitatus à Sede Apoſtolica confirmati, quo cauetur vt omnes donationes ſummam 25. ſcutorum excedentes inſinuari debeant : nam qui totum dicit, nihil excludit : & ad hoc allegatur Rebuff. *ad ordinat. Reg. tit. de donation. inſinuand. gloſſ. 5. art. 1. numero 7. 8. 15. & 16.* † Et in
2 ſimili aſſignatione bonorum facta filiis irreuoca-
3 biliter, Antonin. *reſolut. 46. lib. 2.* † Idque etiamſi donatio facta fuerit in alio contractu, cùm ſufficiat adfuiſſe animum donandi : Put. *deciſ. 224. lib. 1.*

4 Et cùm ſtatutum faciat mentionem de juramento in clauſula annullante, tollit vires juramenti. Seraphin. *deciſ. 201. num. 23.* præſertim cùm Legatus confirmans fundatur vice Sedis Apoſtolicæ. Rot. apud Pacific. *deciſ. 120. n. 2.* Pic. *gloſſ. 23. n. 11.*
5 † & ad id allegatur etiam Bacquet *au traitté des droicts de juſtice, chap. 21. num. 399.* vbi quod donatio vſusfructus indiget inſinuatione, cùm ſit pars
6 dominii.

Pro validitate donationis allegatur, donationem eſſe validam in præiudicium donatoris, aut ejus hæredis, licèt non in præiudicium tertii : Cancer. *lib. 1. cap. 8. n. 5.*

7 Secundò opponitur, quod hîc tractatur de vſufructu paterno, cuius remiſſio, vel repudiatio non indiget inſinuatione : *l. cum oportet, §. non autem, C. de bon. quæ liber. verſic. ſin autem res.*

8 Tertiò, cùm major pars capitalis ſocietatis initæ inter dictos fratres, conſiſteret in dotibus vxorum, quarum fructus pertinebant ad maritos, per text. *in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſol. matrimon.* Paſchal. *de patr. poteſt. lib. 1. capite 3. numero 45.* ſequitur quod cùm pater fecerit donationem filiis lucrorum prouenientium ex illis dotibus, & conceſſerit illis adminiſtrationem dictarum dotium, illud donauit liberis quod jam ad ipſos pertinebat.

9 In hac controuerſia Ego Arbiter electus exiſtimaui in primis, quod cùm lucra, de quibus agebatur, nondum eſſent patri quæſita, & ideo non agatur de jure quæſito, ſed de quærendo, conſenſus ille paternus non tam dicitur donatio, quàm repudiatio, & ideo non indiget inſinuatione, vt tradit Gratian. *diſcept. forenſ. c. 713. n. 14.* Galerat. *in tract. de renuntiat. lib. 2. c. 4. n. 29.* Tuſch. *litt. R. concluſ. 181. n. 35. & concluſ. 182. n. 6.*

10 Secundò exiſtimaui, facultatem & authoritatem contrahendi conceſſam liberis à patre, non eſſe donationem, quia ex ea pater non fit pauperior, nec filius locupletior ; & ideo non indiget inſinuatione : ſicut videmus donationem inter coniuges, in qua donans non fit pauperior, nec donatarius locupletior, eſſe validam ; immò ſufficere quod donans non fiat pauperior, licèt recipiens fiat ditior : probatur *in cap. final. de donat. inter vir. & vxor. & in l.*
11 *ſi ſponſus 5. ff. eod. tit.* † Vnde remiſſio vſusfructus non dicitur alienatio proprii patrimonii, ſed tantùm renunciatio, & non acquiſitio lucri legalis : Gomeſ. *ad l. 48. Tauri, num. 10. verſic. Primò*, quia non eſt propriè donatio : Sanch. *de matrimon. lib. 6. diſput. 4. num. 18.*

12 Denique aduerto, lucra quæſita ex dotibus vxorum pertinere ad dictos fratres, nec in eis patrem quidpiam prætendere poſſe, cùm non ſint quæſita ex re patris, ſed ex ipſa induſtria liberorum : *dicta l.*
13 *cum oportet, C. de bon. quæ liber.* † Immò & vſusfructus bonorum aduentitiorum per patrem repudiatus, eſt aduentitius & non profectitius. Gratian. *dict. c. 713. n. 25.*

Quod ſi in capitali dictæ ſocietatis adeſſet [illegible] qua protio bonorum paternorum, cùm filii [illegible] omne fecerint ex propria induſtria, videndum [illegible] in facto vtrum negotiationes factæ fuerint [illegible] nomine ipſius patris, an verò ſub nomine liberorum ; ſi enim filii negotiati eſſent nomine patris, acquiſiuiſſent patri, deducta tara parte, quam habiter ipſis adiudicare deberet pro illorum industria & labore, vt fusè per Peregrin. *conſil. 97. num.* † & in dubio medietas lucrorum pertineret ad [illegible] lios tanquam aduentitia : vt *ibi* notat Peregrin. *numero 62. & 63.*

Sed iſta quæſtio ceſſat in caſu propoſito, vt ſupra dictum eſt.

Quod ſi liberi ſimpliciter negotiati ſint, in dubio præſumitur negotiatio facta nomine proprio ipſorum, juxta diſtinctionem quam affert Rom. *conſil. 469. num. 5.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 246.* ſic apparet quod pater nihil, aut parum liberis miſit : Paſchal. *de patr. poteſt. part. 1. cap. 3. num. 14. ſequent.* Et propterea in hoc primo capite exiſtimo, tam authoriſationem, quàm remiſſionem vſufructus factam per patrem, quantumuis non inſinuatam, eſſe validam.

Secunda quæſtio proponitur ; vtrùm pater, mortuo filio, cui donationem cauſa mortis faciendi conſenſum præſtitit, teneretur inuentarium conficere de bonis per filium relictis alteri ipſius aut patris nepoti.

Pro auo allegatur, quod inuentarium facere non tenetur, ſed tantum pati vt fiat, *filiis requirentibus.* Boër. *dec. 62.* Papon. *lib. 15 tit. 6. arreſt. 1.* Paſchal. *de patr. poteſt. p. 1. c. 2. n. 82.* Mynſinger. *centur. 2. obſeruat. 93.* Ludouiſ. *deciſ. 334. n. 11.*

Et licèt DD. aliqui dicant auum teneri facere deſcriptionem, Boër. *deciſ. 61. n. 7.* Sola *in tit. de minorib. p. 1. decreti Quitationis, gloſſ. 1. n. 7.* Caſtill. *de vſufruct. c. 3. n. 89.* Tamen hoc videtur intelligendum, quando reſtitutio facienda eſt extraneo, ſecus autem quando filio : ad quod allegatur Fontanell. qui tamen meo judicio ita non diſtinguit, *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 7. p. 3. n. 19.* ſed potiùs *n. 63.*

In contrarium dicitur quod ex lege donatio cauſa mortis, in qua auus ipſe ſubſtitutus erat, debebat deſcriptio bonorum in præſentia propinquorum, atque ita tenebatur auus facere voluntati filii, per ipſum approbatæ, & ratificatæ.

Ego in hac quæſtione diſtinguendum eſſe [illegible] Aut enim conſtare poteſt in quo conſiſterent facultates defuncti, veluti ex libro rationum ſcriptarum aut ex cataſtro, ſeu manifeſto apud Communitatem facto ; ita vt animus conquieſcere poſſit de probabiliter conuinci, quod nulla fuerit facta fraus, poſſit agnoſci in quo conſiſtant facultates defuncti, & hoc caſu exiſtimo non fuiſſe neceſſariam deſcriptionem, & multò minus inuentarium : ex text. per Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 7. n.* Cancer. *p. 3. c. 2. de Inuentar. n. 109. & multis ſeq.*

Siverò non poſſit conſtare in quo conſiſterent facultates defuncti, cenſeo neceſſariam fuiſſe deſcriptionem ad euitandas fraudes, ex tradita Caſtill. *dict. c. 3. de vſufr. n. 89. & ſequent.* & DD. *ſuprà* allegatos.

Tertia quæſtio conſiſtit in eo, vtrùm auus, mortuo filio, habeat vſumfructum bonorum aduentitiorum ſui nepotis.

Pro auo opponitur, ipſi deberi vſumfructum bonis filio donatis, quando tranſeunt ad nepotes mortuo patre : ad quod allegatur Theſaur. *dec. 27.*

*in fin. & in decis.*156. Bertrand. *consil.*170. *vol.*2. *prior.* Alciat.*respons.*45.*lib.*8. Bursat.*consil.*347.*lib.*4. ubi nominatim quod usufructus ab avo remissus in favorem filii, ad ipsum revertitur, si bona deveniant ad nepotem.

20 In contrarium plurimi allegantur DD. veluti Ioan.Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de instrument. edit.* §. *porro, vers. audivi in quadam quæstione,* Bartol. *in l.*1.*n.*3.*&* 6. *C.de author.tutor.* Oldrad. *consil.*26. *n.*1.*versic.quartò probatur.*

21 In hac quæstione Ego existimo, non esse inspiciendam donationem causa mortis factam per filium de consensu patris, quandoquidem pater per consensum & authoritatem præstitam dictæ donationi, sibi non præjudicavit in usufructu: ut apud Gratian. *discept.*317.

22 Inspecto igitur contractu authorizationis, & remissionis ususfructus factæ per avum in favorem filii sui, quam validam esse superiùs ostendimus, existimo usumfructum bonorum adventitiorum, mortuo filio, bonisque ad nepotem delatis, acquiri avo, qui nepotem ex filio retinet in potestate: ex iis quæ ad propositum deducit Alciat. *dict.cons.*45. *lib.*8. *per tot.*

23 Quarta difficultas consistit in eo, vtrùm avus nepoti cavere teneatur, stante quod agitur de nominibus debitorum, quibus exactis nullum superesset remedium. Existimo ad arbitri officium pertinere ut provideat, ne debita per avum exigenda depereant: quia licèt ipse sit regulariter immunis à fidejussione; tamen dum agitur de pecunia, indemnitati filii & substitutorum providendum est vel per cautionem, vel per sequestrationem: Pascal. *de patr. potest.lib.*1.*c.*2.*n.*10.

Et licèt pater, secundùm multorum sententiam, non teneatur cavere pro pecunia filii cujus est legitimus administrator: Rot. *decis.*294. *post tractat. Cencii de censib.* quam ipsemet allegat *q.*409. *n.*67. Quia tamen hoc casu pater nulla possidebat immobilia, & periculum erat dilapidationis, judicavi providendum esse indemnitati filii: ad quod tali casu inclinare videtur Rot. *dict.decis.*192.*n.*9.*in fin. & decis.*783.*in fin.p.*1.*divers.*

CAPUT CXIV.

Præscriptionem interrumpi quidem per litis contestationem: ex qua, cùm oriatur dumtaxat mala fides ficta, potest iterum inchoari præscriptio, si absque legitimo impedimento lis cessaverit per spatium triginta annorum, etiam secundùm dispositionem juris Canonici. Donatarium prohibitum de quidquam petendo super bonis donatoris cum clausulis amplissimis, non posse acceptare donationem, quin acceptet onus illi impositum, etiam quoad bona supposita fideicommisso, immixta cum patrimonio donatoris.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides quæ inducitur per litis contestationem, non est mala fides vera, sed præsumpta, seu ficta.*
2 *Mala fides præsumpta non impedit cursum præscriptionis* 30. *annorum.*
3 *Ampliatur, ut hoc precedat etiã de Iure Canonico.*
4 *Post interruptam mediante litis contestatione præscriptionem potest inchoari nova præscriptio* 30. *annorum, ex receptiori sententia.*
5 *Ex eo quod quis substitutus est activè, nihil inferri potest ad substitutionem passivam, seu gravamen.*
6 *Ex restitutione reciproca facta inter filios, nihil potest inferri pro reciproca erga uxorem cohæredem.*
7 *Donatarius tenetur acceptare donationem cum omnibus suis qualitatibus.*
8 *Verba generaliter prolata referuntur ad omnia, dum donator prohibuit donatario, ne quidquam peteret super bonis suis.*
9 *Multò magis si prohibitio loquatur de juribus, tam cogitatis, quàm incogitatis.*
10 *Prohibitio de quidquam petendo super bonis suis, comprehendit etiam bona fideicommisso supposita, quæ reperiuntur in patrimonio disponentis, confusa cum aliis ejus bonis propriis.*

IN quadam causa fideicommissaria diversæ difficultates propositæ fuerunt. Quarum prima fuit, utrùm attento silentio quadraginta annorum, quibus nec filia substituta, nec aliquis ejus successor quidpiam egerunt in illa lite (aliàs pro fideicommisso mota) omnis actio & prætensio ipsius sit præscriptione finita.

Secundò, posito quod præscriptio cessaret, vtrùm dicta substituta, & illius hæredes jure possint petere fideicommissum, tam quoad portiones liberorum præmortuorum, quàm quoad portionem hæreditariam, aut ex substitutionibus obuentam ad vxorem illius testatoris, quæ erat mater illius filiæ, quæ prætendebat fideicommissum.

Tertiò, vtrùm filia substituta acceptando donationem sibi factam per matrem cum qualitatibus in ea contentis, sibi præjudicauerit quoad dictum prætensum fideicommissum.

Quod attinet ad primam quæstionem; Existimo 1
dictis successoribus filiæ substitutæ obstare præscriptionis exceptionem, non obstante litis contestatione super primis articulis facta: quia mala fides quæ inducitur per litis contestationem, non est mala fides vera, sed tantùm ficta, & per legem inducta, seu vt alii volunt, mala fides præsumpta: *l.*2.*C.de fruct. & lit.expens.* & *ibi* Bald. & Salic. Magon. *decis. Lucensi* 81.*n.*22. † quæ tamen mala fides præsumpta 2
non impedit præscriptionem 30. annorum: Menoch. *remed.* 13. *recuper. poss. n.*70. vbi post plures quos allegat, hanc dicit esse receptissimam sententiam, à qua durum nimis esset recedere.

Neque existimandum est hac in re faciendam 3
esse differentiam inter Ius Ciuile, & Canonicum; sed spatio tanti temporis illam malam fidem tolli etiam de Iure Canonico voluit Rot. *decis.*170. *n.*10. *part.*6. *recentior.*

Verum quidem est, aliquos ex antiquis DD. exi- 4
stimasse per litis contestationem actionem perpetuari de Iure Ciuili vsque ad 30. vel 40. annos, & de Iure Canonico in perpetuum absque vlla temporis præfinitione.

Sed tamen contraria sententia verior est, & hodiernis temporibus receptior, quam sequuntur plurimi DD. videlicet Innocent. *in cap. illud, de præscription. in fine,* in illis verbis: *Et in istis casibus oportet de nouo præscriptionem incipere,* & iisdem verbis

utitur Hoſtienſis *ibidem, verſic. & in his caſibus:* ubi ſubdit quod tempora præterita non proſunt præſcribenti: Ancharan. *ibid. num.* 14. Panorm. *num.* 19. *verſic. ſed hoc non obſtante*, Felin. *num.* 10. vbi tamen malè intelligit quod præſcriptio non incipiat de nouo, niſi finito tempore perpetuitatis: quia contrarium verius eſt, nempe quod præſcriptio incipiat ab illa die qua actor deſtitit à lite; is enim verus eſt ſenſus *dictæ l. fin. C. de præſcript.* 30. *annor.* vt bene aduertit Bald. *de præſcript. part.* 6. *memb.* 3. *q.* 4. *num.* 43. *& part.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 2. *& quæſt.* 3. *num.* 6. *&* 7. Duran. *deciſ.* 426. *num.* 21. Seraphin. *deciſ.* 926. *n.* 1. *&* 717. *num.* 6. Mareſcot. *lib.* 2. *cap.* 67. *num.* 9. 12. *&* 14. Franc. Marc. *deciſ.* 327. *num.* 1. *part.* 2. Guid. Pap. *deciſ.* 416. *num.* 6. quia quando actor non fuit impeditus propter aliquem caſum fortuitum, ſed ex mera negligentia litem terminare non curauit, tunc litis conteſtatio illi non prodeſt ad præſcriptionis interruptionem, apud Addent. ad Buratt. *deciſ.* 8. *num.* 19. *verſic. tertius caſus eſt:* Rot. *deciſ.* 6. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* Rot. *deciſ.* 226. *num.* 41. *part.* 7. *recent.* Barboſ. *in l. final. Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. num.* 38. *& ſequent.* & eſt text. expreſſus in jure Canonico *in can. Placuit* 2. 16. *quæſt.* 3. *in illis verbis, ſi per litis conteſtationem à die vltimi litigii quadraginta anni computabuntur.*

Ex quibus apparet, dictam ſubſtituram, & illius ſucceſſores, exceptione præſcriptionis à petitione ſua remouendos, cum à tempore quo ceſſatum fuit à lite, pluſquam quadraginta anni effluxerint.

5 Ad ſecundum dubium reſpondetur, nullam ex dicto teſtamento reſultare ſubſtitutionem paſſiuam dictæ vxoris cohæredis inſtitutæ, cum ipſa fuerit tantùm actiuè ſubſtituta, ex qua ſubſtitutione actiua nihil inferri poteſt ad paſſiuam, & ad grauamen ipſius: Surd. *conſil.* 315. *n.* 13. Peregr. *conſil.* 47. *n.* 15. *vol.* 4. *& de fideicommiſſ. art.* 28. *n.* 36. *in fin. & art.* 29. *n.* 26.

Ex verbis autem dicti teſtamenti conſtat, ſubſtitutionem reciprocam fuiſſe reſtrictam ad perſonas filiorum, in illis verbis: *vnum, vel plures dictorum filiorum.* Item in verbis ſequentibus: *eiſdem, & eorum cuilibet*: & ſic in ſubſtitutione paſſiua, & in grauamine nullam vxoris mentionem fecit. Poſtea vel in parte actiua ſubſtituit alios ſuos filios æqualiter cum dicta ſua vxore vſque ad vltimum; quæ verba, *vſque ad vltimum*, non poſſunt referri niſi ad vltimum dictorum filiorum, ita vt mater ſit omnibus ſubſtituta vſque ad vltimum; tum quia proprietas verborum ſolos filios reſpicit quoad grauamen, tum etiam quia vxor teſtatoris fuit vocata æqualiter vnà cum ſuperuiuentibus filiorum vſque ad vltimum ſuperſtitem: quæ verba, *æqualiter ſubſtituit*, non poſſunt referri ad grauamen abſque violatione verborum: non enim teſtator dixiſſet, *æqualiter ſubſtituit*; ſed dixiſſet, *æqualiter grauauit*: ita vt firma remaneat regula ſupradicta, quod ex ſubſtitutione actiua nihil inferri poteſt ad paſſiuam.

Quod confirmatur ex ſequentibus verbis dicti teſtamenti, dum filiis omnibus decedentibus ſine liberis, vltimo eorum ſic morienti ſubſtituitur dicta vxor, & prænominatæ filiæ ipſius teſtatoris, ita vt illa verba, *vltimo morienti*, non poſſint comprehendere prædictam vxorem, cùm ad ſolas filias referantur.

Et præterea quando filiæ ſunt ſubſtitutæ cum dicta vxore, non poteſt ipſa comprehendi in reciproca, neque cenſeri grauata, ſed tantùm actiuè vocata, cùm verba ſubſtitutionis illi non conueniant, & ſubſtitutio facta ſit vnius ad alteram ex dictis filiabus æqualiter cum vxore quoad decedentes in ætate pupillari, aut aliàs ſine liberis naturalibus & legitimis. Quæ verba non poſſunt applicari dictæ vxori, cùm nec in pupillari ætate mori potuerit, nec ei ſine liberis decedenti filii aut filiæ ſuccedere poſſint, quia implicaret contradictionem filias ſibi ſuccedere poſt ejus mortem, & ipſam ſine liberis eſſe defunctam.

Neque obſtat quod fuit oppoſitum, quod quia ſubſtitutio reciproca facta fuit inter liberos, ſolùm tur quoque facta reſpectu vxoris.

Reſpondetur enim, quod licèt inter liberos fuiſſet ſubſtitutio reciproca, non tamen propterea ſequeretur illam ſubſtitutionem ad grauamen vxoris eſſe extendendam, cùm ſuſtitutio non debeat extendi à perſona ad perſonam; & cum teſtator preſſerit ſubſtitutionem inter filios, & ad grauamen ipſorum, non debet fieri extenſio ad grauamen vxoris, à qua maritus noluit auferri ſuam ſucceſſionem, niſi caſu quo ad ſecunda vota conuolaret. Ipſa verò non conuolante, voluit hæreditatem ad ipſam ſpectare pleno jure, & ideo ex reciproca facta inter liberos, non poteſt fieri aliqua illario ad grauamen vxoris: Rot. *deciſ.* 591. *num.* 4. *verſic. præterea, part.* 4. *diuerſ.* Menoch. *conſil.* 327. *num.* 36. *& conſil.* 109. *num.* 30. Peregr. *de fideicomm. art.* 13. *num.* 88. 89. *&* 90. plures allegat Fuſar. *conſil.* 65. *num.* 21. & bene comprobat *in tract. de ſubſtitut. quæſt.* 47. *n.* 10. *ſq. que ad* 43. cuius dicta multo magis locum habent in caſu propoſito, cùm verba teſtatoris dum facit dictas ſubſtitutiones, nullo modo poſſint referri ad dictam vxorem, & ſolis teſtatoris liberis conueniant, & ad illos dumtaxat referantur.

Ad tertiam quæſtionem reſpondetur, dictam filiam ſubſtitutam, caſu quo aliquid juris habuiſſet, ſibi præiudicaſſe per acceptationem donationis ſibi factæ per matrem, quia non poteſt fieri acceptatio donationis pro parte, ſed ea debet fieri in totum, & cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. cum quæritur ff. de adminiſtr. tutor.* Bartol. *in leg. contra jus, finali*, cum *leg. ſequent. ff. de pact.* Surd. *de alim. tit.* 7. *quæſt.* 16. *num.* 93. *&* 94. *& conſil.* 52. *num.* 1. *ſeqq.*

Verba autem donationis adeò clara ſunt, vt lus relinquatur dubitationi locus, cùm mater dederit, & ordinauerit, filiam ſuam medianti prædiis & bonis donatis eſſe contentam, & poſſe vnquam petere, neque querelare à ſuo dotario vniuerſali aliam rem quamcumque per legitimæ, aut ſupplementi ipſius, nec pro alio buſcumque juribus, quæ ipſa poſſet prætendere qualiacumque ſint, & cogitata non cogitata. verba generalia ſunt, & ampliſſima, & non reſtringuntur ad bona donantis, ſed ad perſonam donatam quam donans adeò dilexit, vt noluerit ab ipſo quam peti per filiam ſuam. † Quibus verbis generalibus etiam petitio prætenſi fideicommiſſi continetur, cùm referatur ad omnia etiam ignorata. lerat. *de renuntiat. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 13. Vnde luit † vt apponantur illa verba, quod *nihil petere ſit tam de cogitatis, quàm de incogitatis*; quo cit contrahentem eſſe ſecurum in perpetuum, *jure militari, ff. de milit. teſtament.* ſequitur Mant. *de tacit. conuent. lib.* 26. *tit.* 6. *num.* 19. Nart. *conſil. num.* 21. Surd. *conſil.* 267. *num.* 22. *&* Præſertim quia ratio recti ſermonis nullam reſtrictionem, quo caſu, quamuis regulariter diſſimiles *aliis*, ſit nota ſimilitudinis, tamen nullo

reſtring

restringit dispositionem, quia hoc casu stat augmentativè, & significat quid plus, quàm fuit expressum,& necessariò debet intelligi de diversis juribus præter specificata: Nat. *dicto consil.545.n.22. & 23.* Gratian.*discept.forens.cap.568. numero 34. & sequent.* & hanc esse communem sententiam testatur Hodiern. ad Surd. *decis.176. n.14.* Trentacinq. *lib.3.var.resol.de transact.resol.2.n.10.& 13.*

10 Et tamen quamvis verba relata fuissent ad bona donantis, dicta filia fuisset exclusa à petitione prætensi fideicommissi: quia si donans usus fuisset hac clausula quod nihil peti potuisset super bonis suis; tamen illa verba debuissent intelligi etiam de bonis suppositis fideicommisso, si talia in ejus patrimonio fuissent, ex traditis per Menoch.*consil.955. num.12.*Sed, ut dictum est, nos versamur in aliis terminis,cùm verba non sint relata ad bona,sed ad personam donatarii universalis.

Ex quibus concluditur, successores donatarii universalis esse omni ex parte fundatos adversus successores dictæ filiæ agentis ad aperturam dicti fideicommissi.

CAPUT CXV.

Mulier ad secunda vota non convolans, ex novissimo jure solùm habet usumfructum in lucris nuptialibus, dempta virili portione illorum, de qua ad libitum disponere potest. Et utrùm opus sit quod de illa expressè disponat, an verò illam transmittat ad hæredes etiam ab intestato. Et quæ sit differentia inter lucra nuptialia, & non nuptialia. Et utrùm arreragia legati annui peti possint per hæredes mulieris, & contra quos.

SVMMARIVM.

1 *In augmento, quod donationem propter nuptias vocant, liberi succedunt æquis partibus matri, etiamsi ad secunda vota non convolaverit, quoad partem illius augmenti quam ipse consequitur titulo lucrativo,si mater de ea expressè non disponat.*

2 *Fructus, seu alimenta uxori legata, & non soluta peti possunt per illius hæredes pro tempore præterito.*

3 *Pro legato annuo datur actio contra eos qui fructus percipiunt hæreditatis, non autem contra proprietarium.*

4 *Explicantur dicta* num. 1. *adhibita distinctione etiam* num.7.

5 *Lucra nuptialia omninò liberis illius matrimonii sunt reservanda. Intellige ut* infrà.

6 *Lucra non nuptialia sunt in libera dispositione uxoris ad secunda vota non convolantis, dummodò tamen expressè disponat, alioquin omnes liberi in illis succedunt æqualiter.*

8 *Augmentum hodiernum succedit in locum donationis propter nuptias.*

9 *Defenditur ab impugnationibus D. Bellus* consil.180. num.7.

10 *Mater habet virilem portionem lucrorum nuptialium,de qua liberè disponere potest, si ad secunda vota non convolaverit.*

11 *Intellige,dummodò liberi supervivant matri, aliàs de toto disponit.*

12 *Quid si mater expressè de hac virili portione non disposuerit.*

13 *Explicantur variæ constitutiones contrariæ circa acquisitionem istorum lucrorum nuptialium, & potestatem de eis disponendi, quando mater non transit ad aliud matrimonium.*

14 *Proponuntur rationes quare, matre de hac virili portione non disponente, omnes liberi admitti debeant æqualiter.*

15 *Legum correctio per subauditos intellectus non est admittenda.*

16 *Refertur fuisse judicatum, quod hac virilis portio transeat ad hæredes matris, quando de ea expressè non disposuerit. Sed sententia illa rejicitur ibidem.*

MAritus uxori in casum supervitæ (qui postea accidit) promittit uxori summam 300. scutorum auri pro augmento dotali. De quo ipsa non disposuit expressè.

Quæritur utrùm liberi illius matrimonii æqualiter in illo lucro succedere debeant, attento quod ipsa non convolavit ad secunda vota.

Respondetur, quod ex summa 300. scutorum, 1
summa dumtaxat 150. scutorum ad vxorem dicitur obuenisse titulo lucrativo, cùm ipsa marito in casum superuitæ donauerit aureos 150. vsque ad concurrentiam cuius summæ, periculum superuitæ erat æquale inter vtrumque ex coniugibus, & sic quoad illos 150. aureos reciprocè donatos, vxor ad libitum disponere poterat, siue ad secundas nuptias conuolasset, siue non. Et illa summa non subiacet legibus de lucris nuptialibus disponentibus: Bertrand. *consil.175.num.4.lib.2. prior.* Rip. *in l. fœmina, num.30.& 34.Cod.de sec.nupt.* Boër. *decis.185. numero* 11. Tiraquell.*in l.si vnquam, in verbo, donatione largitus,num.*110. *Cod.de reuocand. donat.* Rota Auenion. *decis.* 144. *num.* 6. quæ prædictos citat & sequitur.

In reliquis verò 150. aureis, de quibus mater expressè & specialiter non disposuit, omnes liberi æqualiter succedent: per textum expressum *in authent.nunc autem,C.de sec.nupt.* & *ibi* DD.

Sed quia vxori vltra dotem & augmentum, maritus certam annuam tritici, lignorum, & vini quantitatem testamento legauit, quam tamen ab octo circiter annis non exegit: Quæritur vtrùm solutiones dicti annui legati pro alimentis relicti augeant illius hæreditatem?

Respondetur affirmatiuè,cùm illa alimenta jure 2
actionis debeantur, quo casu etiam pro tempore præterito peti possunt: Surd. *de aliment. tit.5. q.1. num.39. & sequent.* Gratian. *discept.forens.*815. *n.4. & 954. num.39.* † Pro illis autem actio aduersus 3
eos,qui fructus præteriti temporis perceperunt, dirigenda est: Surd.*decis.28.num.2.*Nec proprietarius, vel substitutus, illorúmve hæredes pro illis conueniri possunt,cùm sint onus fructuum: Crauet.*consil. 19.num.16.ad med.versic. Quod tamen intelligo:* Sim. de Præt. *lib.5. dubit. omnium vltima, numero 30.fol. mihi* 583.

Verùm ea quæ diximus *n.1.* circa mediam partem augmenti dotalis quod mater acquisiuit, nempe illud debere diuidi æqualiter inter liberos, quamuis mater ad secunda vota non conuolauerit, videntur majorem exquirere explicationem.

Vnde ſupponendum eſt pro vero intellectu jurium, quæ inter ſe contraria videntur, quod lucra coniugum in duplici ſunt differentia. Quædam enim ſunt lucra quæſita contemplatione matrimonii, veluti donatio propter nuptias, aut ſi quid aliud coniux ex dote lucratur, totum hoc lucrum nupriale nuncupatur. Alia verò ſunt lucra non nuptialia, veluti legata, fideicommiſſa, donationes inter viuos, & alia quæ extra caſum matrimonii coniux in coniugem confert.

5 Lucra primi generis ſunt fauorabiliora liberis, & in illis non ſolùm conſideratur iniuria illata per parentem binubum, ſed etiam fauor filiorum, ita vt quamuis parens ad ſecunda vota non conuolet, teneatur illa liberis primi matrimonii reſeruare, vt expreſsè cauetur in *Nouella, neque virum* 98. §. 1. nempe quod ſoluto morte matrimonio coniux ſuperſtes, mulier quidem donationem propter nuptias, vir autem dotem conſeruare liberis teneatur; ipſe autem, ipſave tantùm vſumfructum in illis habeat.

6 Sed in aliis lucris ſecundi capitis hoc conſtitutum eſt, vt coniux ſuperſtes de illis ad libitum diſponat, ſi ad ſecunda vota non conuolauerit; ſed ſi de illis non diſpoſuerit expreſsè (ita vt non ſufficiat generalis inſtitutio hæredis) illa diuidantur inter liberos primi matrimonii, quia licèt de jure Codicis ſatis fuiſſet de huiuſmodi lucris diſponere per generalem hæredis inſtitutionem, *l. ſi quis prioris*, §. *certum*, *C. de ſec. nupt.* Tamen per *Nouellam* 22. hoc fuit correctum, nempe quod non ſufficiat generalis inſtitutio, ſed talia lucra æqualiter inter liberos diuidantur, niſi parens de illis expreſsè, & ſpecialiter diſponat, vt bene explicat Scipio Gentil. *in tract. de ſec. nupt. cap. 2. per tot.* & Cuiac. *ad dictam Nouell. 22. colum. 6.*

7 Et hanc diſtinctionem inter duo illa lucrorum genera, agnouit Nicolaus *in l. generaliter*, *eod. tit. n. 13. & 53.* & habetur inter Repetent. *vol. 7. n. 18. & 70. fol. 578. & 581.* Cod. Fab. *lib. 5. tit. 5. de ſec. nupt. definit. 7.* Salicet. *in authent. vxore*, *eod. tit. verſic. item attende*, Griuell. *dec. 16. n. 15.* vbi dicit quod ſponſalitiæ largitatis proprietas liberis ſemper reſeruatur à lege, ſiue ſecundò nubat mulier, ſiue non. Cæterorum verò lucrorum, in caſum dumtaxat ſecundarum nuptiarum. Atque ita in propriis noſtris terminis docet Surd. *conſil. 196. num. 11. & conſil. 164. n. 22.* vbi plurimos allegat, quos breuitatis cauſa omittimus.

8 Porrò illam Surdi, & aliorum ſententiam non ſine ratione diximus eſſe in propriis noſtris terminis, cùm augmentum, de quo agitur, ſortiatur naturam donationis propter nupties, & eodem modo debeat regulari: ex Surdo *dicto conſil. 164. n. 16.*

9 Ex quibus patet, non malè loquutum fuiſſe D. Lud. Bellum *conſil. 180. num. 7.* dum voluit augmentum dotis æqualiter inter liberos diuidendum eſſe, quamuis mater ad ſecunda vota non conuolauerit.

10 Reſtat difficultas ex eo, quod ſaltem mater potuit diſponere de virili portione præfati lucri dotalis, pro numero ſcilicet liberorum, quando ad ſecunda vota non conuolauit: *authent. ſi tamen*, *Cod. de ſec. nupt.* juxta *Nouell. vt fratrum filii*, §. *quia verò*, vt dicit Gentil. *dict. c. 2. n. 3.* idem D. Bell. *d. conſil. 180. num. 7.* Trentacinq. *lib. 3. reſolut. 3. de matrimon. n. 7.* Nat. *conſil. 519. n. 5.*

11 Intellige dummodò filii, vel eorum deſcendentes ſuperviuant matri: Caualcan. *deciſ. 1. num. 56. & ſequent. lib. 3.* Cancer. *part. 3. cap. 11. n. 351.*

12 Sed quoad illam virilem portionem non negamus, quin mater expreſsè de ea diſponere potuiſſet, ſi voluiſſet; quod cùm non fecerit expreſsè, dicendum, hanc etiam virilem portionem æqualiter inter liberos diuidendam: cùm text. in *authent. nunc autem*, *C. de ſec. nupt.* loquatur de lucris nuptialibus, vt *ibi* intelligit Salicet. & alii.

Sed tamen obiicitur, quod text. *in dict. authent.* eſt correctus per *Nouell. 98. in authent. neque virum* §. *propterea*: & quod mater non tenetur hanc reſeruare liberis primi matrimonii, non per *in authent. vt fratrum filii*, §. *quia verò mulieres.*

Ad hoc dubium reſpondetur, quod quando pretur de lucris prouenientibus ex ipſomet contra matrimonii, non autem ex cauſa extrinſeca, cum conſtitutiones volunt coniugem, ſiue ſecundò nubat, ſiue non, ſemper habere vſumfructum, ſed proprietate poſſe expreſsè diſponere: quod ſi expreſsè non diſpoſuerit, non ſufficit ſola hæinſtitutio generaliter facta, ſed opus eſt vt expreſsè & ſpecificè diſponat: alioquin omneberi æqualiter admittuntur.

Pro cuius rei comprobatione aduertendum quod circa hanc materiam quatuor ſunt jura. Primum eſt, jus Codicis, quo cauebatur lucra nuptialia indiſtinctè filiis reſeruari debere. Secundum eſt jus Authenticorum *in tit. de nupt.* §. *ſolum*, § *ſi vero*, & §. *optimè*: quibus cauebatur, quod mater huiuſmodi, aut vxor reſeruaret tranſeundo ad ſecunda vota, alioquin non teneretur reſeruare. Tertium jus eſt etiam Authenticorum, *in tit. Neque virum quod ex dote*, vbi reditur ad *jus antiquum*, quo parens tenetur lucra iſta reſeruare liberis, ſiue tranſeat ad ſecunda vota, ſiue non, remoto ſibi dumtaxat uſufructu. Quartum & vltimum jus, eſt etiam Authenticorum *in dict. tit. vt fratrum ſiti*, §. *quia verò*, & per illud jus diſponitur, matrem, vel vxorem, de talibus lucris habere virilem portionem, qua poſſint diſponere ad eorum arbitrium: & hoc limitantur, & corriguntur jura antiquiora.

Solùm igitur controuerſia eſſe poteſt circa illam portionem matri competentem; nam portiones omninò & indiſtinctè inter liberos matrimonii diuidendæ ſunt. Sed quod matri virilem matri competentem, non negabimus de ea ad libitum diſponere potuiſſe, ſed illam diſpoſitionem debuiſſe eſſe expreſſam text. *in dict. auth. nunc autem*, quæ in hoc per alias conſtitutiones correcta: quod probatur ex traditis per Scipion. Gentil. *ſecund. nupt. c. 2.* vt poſt plures aduerti Nat. 519. *num. 5.* Angel. *in l. generaliter*, §. *illud etiam ſecund. nupt.* Sichard. *in l. hac edictali*, §. *his ſtabilitis de ſec. nupt.*

Quod videtur probari per text. *in authent. autem*, *Cod. eod. tit.* & in corpore vnde dicitur nempe *in dict. authent. de nupt.* §. *quoniam mulieres*, *ſeu Nouell. 22.* videlicet vt mater virilem portionem habeat in hiſce lucris portionem pro numero liberorum, ſed de ea non cenſeatur diſpoſuiſſe, niſi expreſsè hoc dixerit: & in hoc capite dicta *Nouell. 22.* non eſt correcta per Nouellam 98. cùm diſpoſitio fuerit abrogata per Nouellam 127. in eandem Nouellam 127. quæ ſolùm diſponit de quantitate portionis quæ ſuper his lucris matri judicatur juxta numerum liberorum; nihil innouans in ea conſtitutione deciditur ſuper illa quæſtione vtrùm mater, quæ poteſt de virili portione lucrorum nuptialium diſponere, præſumatur reliquiſſe liberis, ſi de illis expreſsè non diſponat. Cùm nihil vltima conſtitutio ſuper hoc diſponat, manet in ſuo robore Nouella 22. quod

specifica & expressa dispositio,alioqui liberi omnes succedant. Et sic simpliciter specificam dispositionem exigunt DD. in interpretatione *dictæ authent. Nunc autem*, Cod.Fabr.*lib.5.tit.5.de sec.nupt.definit.* 7.*num.*1.Alciat.*de præsumpt.regul.*1.*præsumpt.*5. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.*20. † Legum enim correctio per subauditos intellectus admittenda non est.Cravet.*consil.*259.*n.*2. neque lex correcta censetur, nisi hoc expressè dicatur : *l.præcipimus,in fine, C. de appellat.* Menoch. *consil.*1060. *n.*87.*& sequent.*

Videbatur ergo in casu proposito,liberos omnes succedere æqualiter debere in virili portione materna lucrorum, de quibus ipsa expressè & specificè non disposuit.

16 Sed tamen decisum fuit contrarium, nempe virilem hanc portionem transire ad hæredes matris, quando de ipsa expressè non disposuit,cùm illa data fuerit matri veluti in præmium servatæ viduitatis, cum facultate & libero arbitrio de illa disponendi : ut dicit Angel. *in authent. neque virum quod ex dote,&c.* & Salicet. *in authent. si tamen,in fine,C. de sec. nupt.* & probat text. *in Novell.*22.§.*quoniam verò,& Novell.*127.§.*quia verò & mulieres :* dum dicitur,quod mater non nubens, quoad hanc portionem,unius filii personam repræsentat : ergo illius liberam habere debet dispositionem , sicut unus ex filiis de sua virili disponere potest etiam ab intestato,vel per generalem hæredis institutionem.Et hoc videtur voluisse Cujac.*ad Novell.*22.*colum.*6.*lit.D, versic. Rursus ex Novella :* ubi dicit hanc virilem portionem matri esse quæsitam pleno jure : & Scipio Gentil. *d. c.*2.*de secund.nupt.colum.*3.*versic.quod cùm ita indistinctè.* Non enim portionem illam haberet pleno jure , si ad hæredes non transmitteret etiam ab intestato. Sed sententia illa est reformanda , & omnes liberi æqualiter ad illam portionem virilem admittendi,si de ea mater expressè non disposuerit : ut judicatum refert d'Olive *lib.*3.*c.*19. & Claud.Henris *lib.*4.*c.*6.*q.*55.Attamen post hæc scripta & in lucem edita reperi Dominum Claudium Henris *in* 2.*p. suæ recollectionis arrestorum,lib.*4.*c.*26. recessisse à sua prima sententia. Ejus tamen rationes me non convincunt,ut ego recedã à mea, tam propter jura jam deducta, quàm propter authoritatem Senatus Tolosani , & per ea quæ allegantur,& ex ipsius textus legis accurata discussione comprobantur per Dominum de Cambiolas *lib.*5. *c.*38. *par.*2. in suis decisionibus Senatus Tolosani , post primam hujus libri impressionem editis.

CAPUT CXVI.

Locumtenens Domini Rectoris utrùm sit immunis à collectis, & quibus privilegiis utatur. Solutiones collectarum antea factæ , utrùm illi præjudicent quoad futura. Habentem officium publicum nihil facere posse in præjudicium suæ Dignitatis, & successorum. Quando quis possit suo privilegio renuntiare per simplicem non usum. Et productio tituli invalidi quando tollat præsumptionem alterius tituli validioris.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas Locumtenentis Rectoris Comitatus Venaissini inter Senatorias numerari potest.*

2 *Qui Senatoriam obtinent dignitatem sunt à collectis immunes.*

3 *Senatores , & Consiliarii Parlamentorum non tenentur soluere collectas. Quod ampliatur in quibuscumque Iudicibus , etiamsi bona jam reperirentur registrata.*

4 *Vicerector gaudet iisdem immunitatibus , quibus gaudet Rector : & n.*7.

5 *Intellige hoc procedere, quando agitur de Locumtenente deputato à Principe : secus si esset deputatus ab ipso Rectore.*

6 *Mortuo , vel revocato Rectore , adhuc durat Officium Locumtenentis à summo Pontifice deputati.*

7 *Locumtenens vtitur priuilegiis sui Principalis quoad impositiones.*

8 *Officialis non potest præiudicare successori , renuntiando priuilegio immunitatis concesso Dignitati.*

9 *Successor in Officio , non obstantibus gestis per ejus antecessorem , potest jura suæ Dignitatis tueri etiam remediis possessoriis.*

10 *Faciens actum contra priuilegium , non sibi præiudicat quoad futura, sed tantùm quoad praterita, quando agitur de actibus negatiuis.*

11 *Quando agitur de actu qui non est momentaneus, quis sibi non præiudicat per simplicem non vsum, sed requiritur præscriptio* 30.*vel* 40.*annorum.*

12 *Productio tituli inualidi facta per actorem , non nocet reo habenti pro se præsumptionem tituli validi.*

DOminus Locumtenens Domini Rectoris Comitatus Venaissini desiderauit , vt ei pro veritate responderem super sequentibus quæstionibus.

Primò , vtrùm dictus Dominus Vicerector ratione sui Officii sit immunis ab omni collectarum solutione.

Secundò , vtrum huic immunitati fuerit præiudicatum per decreta , & constitutiones factas consentiente Domino Locumtenente, & ejus in eodem Officio antecessore, per Illustrissimum bon. mem. Cardinalem de Comitibus tunc Vicelegatum.

Tertiò, vtrùm ipse Dominus Locumtenens modernus , soluendo collectas per aliquod tempus (quatenus de aliquibus solutionibus per eum factis constare posset) sibi, & immunitati suæ præiudicauerit in futurum.

Ad primam quæstionem Respondi , Domino Vicerectori dicti Comitatus de jure competere exemptionem & immunitatem à collectis ratione suæ Dignitatis , quæ propter ejus authoritatem inter Senatorias recensèri jure potest , cùm jurisdictionem exerceat in Barones , Feudatarios , Vniuersitates, & Communitates totius Comitatus Venaissini, & ideò maximæ authoritatis existat , vt loquitur fel.rec.Paul. V. *in sua Bulla,* in qua sibi propterea huius Dignitatis collationem & prouisionem reseruat, *sub die* 29. *Iunii* 1606. † Ideo jure immunitatis à collectis frui & potiri debet : *l. Senatorum* 4. *& l. præcipimus* 14. *Cod. de Dignitatib.lib.*12. vbi dicitur Senatorum substantias liberas esse à præstationibus, quas Iudices describunt , nec posse ipsis munus indici, nisi jubente Cæsare : & probatur *in l. maximarum , Cod. de excusation. muner.* vbi culmina maximarum Dignitatum liberantur ab oneribus extraordinariis. † Et ideo Senatores, & Consiliarios Curiarum Parlamenti ab oneribus immu

immunes eſſe teſtatur Guid. Pap. *deciſ.*376. Idémque de Iudicibus, & aliis Officialibus, quod non teneantur ad præſtationem onerum extraordinariorum, tradit Albert. Brun. *conſil.feudali* 103. *num.*5. Quod ampliat *num.*6. vt locum habeat, quamuis illorum bona priùs eſſent regiſtrata, quia mutata perſona non nocet regiſtratio antea facta, vt *ibi* per eum Antibol. *de munerib. & honorib. n.* 70. *p.*3. vbi loquitur generaliter de exemptione Officialium.

Et hoc maximè locum habet ſtante bulla fel. rec. Eugenii IV. quæ eſt regiſtrata apud Archiuia dicti Comitatus: in qua ſummus Pontifex mandat omnes teneri ad ſolutionem collectarum dicti Comitatus, excepto Locumtenente, ac Rectore dicti Comitatus, & Procuratore Fiſcali, necnon Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vaſſallis, ac Feudatariis. Quæ verba nominatim eximunt Dominum Locumtenentem Comitatus à ſolutione collectarum. Et non debent intelligi de Domino Rectore, ſed de ipſo Locumtenente, qui in omnibus ſemper vocatus fuit, & vocatur Vicerector, ſeu Locumtenens Comitatus, non autem Vicerector Domini Rectoris: atqui † Vicerector gaudet iiſdem prærogatiuis quibus ipſe Rector, cùm non à Domino Rectore litteras ſuæ deputationis obtineat, ſed ab ipſo ſummo Pontifice, juxta diſtinctionem allatam per Bertrand. *conſil.*217. *numero* 3. *lib.*1. *part.*2. † vbi quod Viceſgerens conſtitutus ab eo, qui exercet officium, non gaudet iiſdem juribus & prærogatiuis quibus Principalis: ſecus eſt, ſi deputatus fuerit ab eo, qui poteſtatem habet deputandi ipſum Officialem: Talis eſt autem Dominus Locumtenens, qui non ſolùm à Summo Pontifice fuit deputatus, ſed etiam propter Officii excellentiam ſummus Pontifex ſibi illius deputationem per bullam Apoſtolicam voluit reſeruare: & Bertrandum citat & ſequitur Cancer. *libro* 3. *var. reſolut. cap.* 9. *num.*8. *&* 9. † Et ideo mortuo, vel remoto Rectore, adhuc tamen durat officium Vicerectoris, ex doctrina Ioan. Fabri *in §. item ſi adhuc, Inſtit. Mandat.* † Quamobrem immunitas quæ competit Domino Rectori, competit etiam Domino Locumtenenti: Auend. *de exeq. mand. part.*1. *cap.*3. *num.*3. *verſic. Quintò deducitur:* & Bene Boër. *deciſ.*246. *num.*4. *columna* 5. *verſic. de generali verò Aquitania Locumtenente:* vbi probat quod ſicut generalis Locumtenens non tenetur ſolvere gabellam, ita nec ejus Conſiliarii, ſeu Aſſeſſores nouiter creati: per text. *in l. non parum, C. de aſſeſſorib.*

Inutilis ergo eſt indagatio, vtrùm nomen Locumtenentis, in Bulla Apoſtolica expreſſum, referatur ad ipſum Dominum Rectorem, vti generalem Superioris Locumtenentem, an verò ad ipſum Dominum Vicerectorem, cùm etiamſi de ſolo Domino Rectore loqueretur, in ipſo etiam Domino Locumtenente per ſummum Pontificem ſupremum Dominum ac Principem Noſtrum deputato locum habere deberet: Præſertim ex identitate, aut etiam majoritate rationis, cùm in eadem Bulla exemptio concedatur Domino Procuratori Fiſcali, qui minor eſt in dignitate & prærogatiua Domino Locumtenente (quamuis Domini Fiſcalis officium magnæ eſſe conſiderationis non negemus.) Et ſanè ſi de jure Dominus Locumtenens non eſſet immunis à collectarum ſolutione, fruſtra Dominus bon. mem. Cardinalis de Comitibus ipſi ſportularum exactionem conceſſiſſet ea lege, vt ad collectarum ſolutionem teneretur. Quod tamen vtrum in præiudicium efficii, & ſucceſſorum fieri potuerit, mox diſcutiemus.

Concludendum igitur eſt in hoc primo capite Dominum Locumtenentem, & jure, & ex Pontificia conſtitutione à collectarum ſolutione liberum eſſe & immunem.

Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur, Locumtenentis Anteceſſorem per ſuum conſenſum & per acceptationem decreti facti per bon. mem. Cardinalem de Comitibus, nullo modo potuiſſe præiudicium inferre dicto Domino Locumtenenti ſucceſſori ſuo in dicto Officio. † Quia cùm agatur de priuilegio à jure conceſſo Dignitati, non valet renunciatio illius facta in præiudicium Dignitatis: Tuſch. *litt. R, concluſ.* 171. *num.*2. & 3. Rationem afferens, quia dignitas Magiſtratuum eſt juris publici, cui pactis priuatorum renunciari non poteſt: Rota *deciſ.*265. *n.*43. *part.*5. *recent.* Galerat. *de renunciat. centur.*1. *c.*7. *num.*38. & *num.*41. *verſic. nam publici juris eſſe dicitur quod ad Magiſtratus, & eorum Ordines ſpectat.* Et ideò quamuis anteceſſor in officio acceptauerit decretum Vicelegati tunc exiſtentis, quo onerabatur ſolutione collectarum, non potuit hoc facere in præiudicium ſuæ dignitatis, & ſucceſſorum: ſiquidem generalis illa regula, quæ vult priuilegium amitti per contrarium conſenſum, ſiue expreſſum, ſiue tacitum, & per non vſum, intelligenda eſt vt locum habeat quando agitur de perſonis quæ jure & priuilegio ſuo renunciare poſſunt, & non de aliis: Rotin. *conſil.*228. *num.*11. *vol.* 1. Dec. *in cap. cùm accederet, column.*9. *verſic. Secundò prædicta concluſio locum habet:* Galerat. *de renunciat. cent.*2. *q.*36. *num.*4. *verſic. ſecundò declara.* † Ideò ſemper quibuſcumque Dominis Locumtenentibus licitum erit jura ſui officii defendere, & nomine Officii expetiti tam ſpolii poſſeſſoriis quàm petitoriis, ad inſtar per Rot. *deciſ.*288. *num.*16. & 17. *part.*6. *recentior.* non eum poteſt quis aliquem actum facere, aut conſentire præſtare in præiudicium ſuæ Dignitatis: cap. *intellecto* 33. *de jureiur.* Bald. *conſil.*171. *num.*3. *vol.* dum tamen non faciat aliquem contra ſum, vel ſ. poſſunt Magiſtratus facere vt ſuæ Dignitas nor deſcendat, ſed vt de gradu in gradum tur: Bartol. *in l. nulli, num.*1. *de numerar.* & *libro* 12.

Ad tertiam Quæſtionem reſpondetur materia diſtinguenda eſſe duo immunitatum ra. Aliquando enim agitur de immunitate affirmatiui, aliquando verò facti negatiui. de facto affirmatiuo, v.g. de jure erigendi de facultate & jure conſtruendi molendinum milibus, tunc verius eſt priuilegium, ſeu tem aliquid faciendi amitti per non vſum decem annorum: ſed quando agitur de gatiuo, veluti de facultate non ſoluendi & onera publica, tunc ſi quis fecerit actum rium priuilegio vel facultati, ſibi dumtaxat dicat quoad præterita, non quoad futura mè quando priuilegium non conceſſum næ, ſed Dignitati, & non agitur de mentaneo; ſed hoc caſu requiritur vel 40. annorum: Gall. *lib.*2. *obſervat.* & 11. vbi nominatim agit de eo qui habet nitatem à collectis: Cyriac. *controuerſ.* & *ſequentib. & num.*66. & 67. vbi dicit contra prædeceſſorem non præiudicare Surd. *conſil.*262. *num.*78. & 79. Purpurat. *num.*26. Guid. Pap. *deciſ.* 387. Natt. Galerat. *de renunciat. cent. prima, cap.*96. *ſed hoc ita verum,* vbi plures allegat.

Verùm poterit aliquis objicere, quod ſi

nus Locumtenens prætendat immunitatem à collectis,non poterit per consequens accipere sportulas, cùm facultas illas capiendi data fuerit ejus antecessori sub ea conditione, ut teneatur solvere collectas pro bonis per eum possessis; & per consequens si contraveniat decreto Vicelegati in uno capite concernente solutionem collectarum, non poterit eo uti in alio capite concernente facultatem accipiendi sportulas.

Respondetur, Dominum Locumtenentem non prætendere sportulas vigore dicti decreti, maximè cùm illud decretum nunquam fuerit juxta illius formam observatum, nec Dominus Locumtenens coactus fuerit sibi in judicando assumere Assessores, minusque sportularum partem illis distribuere,prout continetur in illo decreto; sed virtute antiquissimæ consuetudinis, per quam Domini Locumtenentes soliti sunt capere sportulas; ex qua antiqua consuetudine oritur titulus præsumptus,cui non præjudicatur per productionem alterius tituli minus sufficientis aut invalidi; quia productio illius tituli non fuit facta, neque fit per Dominum
12 Locumtenentem, nec pro parte ipsius, sed pro parte communitatis impugnantis jura ipsius. † Quia talis productio tituli invalidi facta per adversarium, non potest tollere præsumptionem tituli validi orientem ex diuturnitate temporis in favorem Domini Locumtenentis; & hoc est quod dicunt DD. eum, qui temporis diuturnitatem habet pro se, meliùs facere si titulum non producat? Ricc. *in praxi rer. for. Eccles. decis. 34. numero 5.* Seraphin. *decis. 1235. num. 4.* Addent. ad Ludovis. *decis. 353. num. 19.*

Concluditur itaque Dominum Locumtenentem esse fundatum in petitorio, nam quoad possessorium quæstio pendet ex facto.

CAPUT CXVII.

Solutio dimidii laudemii, quæ de novennio in novennium fieri debet,licet regulariter facienda sit juxta valorem bonorum de tempore solutionis seu renovationis; tamen secus est quando per spatium temporis immemorialis solutio facta fuit juxta valorem temporis concessionis. Immemorialis quomodo probetur, & quod ipsa habeat vim tituli. Quando promissio revocationis emphyteuseos sit pura; & sic statim incipiat præscriptio: Quando verò sit conditionalis, & sic non possit esse præscriptioni locus ante euentum conditionis.

SVMMARIVM.

1 *Cessante pacto in contrarium, solutio dimidii laudemii fieri debet secundum valorem bonorum tempore novennii, seu renovationis.*
2 *Si conventum fuerit solutionem dimidii laudemii fieri debere juxta valorem temporis renovationis, conventio illa servanda est.*
3 *Observantia non probat, quando agitur de conventione, in qua nullum adest dubium: tunc enim observantia non prodest, nisi fuerit præscripta.*
4 *In actibus conditionalibus tot sunt præscriptiones, quot sunt anni.*
5 *Renovatio emphyteusis non est novus contractus, sed continuatio præcedentis.*
6 *Intellige hoc verum esse, quando renovatio fit ex necessitate.*
7 *Quando renovatio pendet ex voluntate Domini directi,non est continuatio, sed novus actus.*
8 *Præscriptio centenaria æquiparatur immemoriali.*
9 *Census extinctivè præscribitur spatio centum annorum,secundùm aliquos DD.*
10 *Præscriptio centenaria probatur tam per testes, quam per instrumenta.*
11 *In præscriptione immemoriali non requiritur probatio tituli.*
12 *Si concessio emphyteutica effectum sortita fuerit per tempus immemoriale,non potest Ecclesia renunciationem denegare.*
13 *Immemorialis non potest probari per instrumenta, sed tantùm per testes excedentes ætatem 54. annorum.*
14 *Ad incipiendam malam fidem Communitatis, probanda est scientia per Cives legitimè congregatos.*
15 *Probata scientia Vniversitatis Congregatæ, præscriptio non incipit favore Communitatis, nisi post mortem omnium qui interfuerunt in illa Congregatione.*
16 *Promissio renovandi emphyteusim ex quibus dicatur pura,& non conditionalis.*
17 *Renovatio emphyteusis utrùm dicatur novus contractus, an verò continuatio præcedentis.*
18 *Forma solutionis potest longissimo tempore præscribi.*
19 *Quæstio præjudicialis priùs terminanda est.*

QUidam Abbas anno 1492. concessit investituram prati per possessorem empti, sub dominio directo ejusdem Abbatis, pretio centum quatuordecim florenorum, sub pactis & conditionibus infrascriptis; videlicet primò quod dictus emptor de novem in novem annos à die tunc præsenti computandos, teneatur & debeat ab eodem Domino Abbate, & ejus successoribus, vel Officiariis ejusdem, de dicto prato investituram hujusmodi tenoris & formæ recipere, ac laudemium & trezenum eidem solvere, secundum valorem dicti prædii tempore receptionis & solutionis hujusmodi investituræ, illudque recognoscere, & debitas recognitiones facere.

Secundò, quod toties quoties de novem in novem annos in receptione dictæ investituræ,& solutione laudemii & trezeni, sive in quolibet novennio prædictus Dominus Abbas & ejus successores vel Officiarii, dictum pratum jure prælationis vel avantagii velint retinere,hoc possint & valeant, ac si nunc venderetur pro mensa dumtaxat,& non pro dando alicui alteri personæ.

His ita præsuppositis, duo dubia eliciuntur super quibus Respondemus. Primum, vtrùm dictus possessor prati teneatur in quolibet novennio solvere laudemium juxta valorem illius tempore venditionis,an verò juxta valorem de tempore cujuslibet novennii,& recognitionis seu renovationis faciendæ, attento quod ab anno 1493. in hæc usque tempora in omnibus novenniis habitus fuit respectus ad valorem 114. florenorum de tempore primæ investituræ conventorum.

Secundum, utrùm Dominus Abbas teneatur decla

declarare ſe velle retinere dictum prædium jure prælationis, antequam petere poſſit fieri illius æſtimationem.

1 Ad primam Quæſtionem reſpondetur, ceſſante pacto in contrarium, æſtimationem dimidii laudemii fieri debere habito reſpectu ad tempus renouationis, & ſolutionis dimidii laudemii: quia quando executio contractus confertur in tempus futurum, non attenditur tempus contractus, ſed tempus executionis: *l. quoties in diem 59. & ibi* DD. & maximè Alexand. *ff. de verbor. obligat. l. ſi hominem 37. ff. mandati*, & ita conſtituit Æmil. Ferret. *conſil. 21. per tot.* quem ſequitur Burg. *in tract. de laudem. part. 2. inſpect. 6. num. 26.* Anton. Nig. *in eod. tract. lib. 1. quæſt. 24. num. 14.* vbi alios allegat: fusè comprobaui *in quæſtionib. beneficialib. cap. 46.* maximè *num. 16. part. 1.*

2 Quod ſi ſupradicta procedunt, nulla exiſtente conuentione in contrarium, multo magis (meo quidem judicio) locum habere debent quando fuit expreſsè conuentum, quod poſſeſſor teneretur quolibet nouennio recipere inueſtituram, & ſoluere laudemium juxta valorem prædicti prædii, *tempore ſolutionis, vel receptionis huiuſmodi inueſtitura:* quæ verba nullo modo poſſunt adaptari, neque referri ad aliud tempus, quàm ad tempus aduenientis nouennii, quo tempore dumtaxat recipitur in-
3 ueſtitura, & ſoluitur laudemium: † adeò vt non videatur recurrendum ad contrariam obſeruantiam; quia obſeruantia prodeſt quidem quando agitur de contractu dubio, at vbi verba ſunt clara, provt in caſu propoſito, inutilis eſt obſeruantia, ſed opus eſt legitima præſcriptione cum bona fide, & aliis ejus requiſitis: Caſtrenſ. *in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt, num. 1. ff. de teſtament.* Rot. *deciſ. 136. num. 9. & ſequent. & deciſ. 196. num. 7. p. 1. recent. & deciſ. 319. n. 14. part. 6. recent.*

4 Præſcriptioni verò locus eſſe non videtur, quia ſolutio laudemii quolibet nouennio facienda, eſt conditionalis, videlicet quatenus Dominus directus nolit vti jure retentionis feudalis: in conditionalibus autem tot ſunt præſcriptiones quot anni, & ſic quolibet nouennio noua incipit currere præſcriptio, vt ſæpè deciſum fuit in Rot. teſte Pacific. *in tract. de Saluian. interdict. inſpect. 2. cap. 2. n. 292. & dec. 302. & 303.* Merlin. plures alias refert Rotæ Deciſiones *in tract. de pignorib. lib. 5. tit. 1. quæſt. 21. n. 49. & ſequent.*

5 Et ſanè, quamuis verum ſit renouationem contractus emphyteutici non eſſe nouum contractum, ſed dumtaxat continuationem præcedentis inueſtituræ, vt teſtatur Gratian. *diſcept. forenſ. c. 913. n. 21.*
6 † tamen hoc procedit quando renouatio inueſtituræ ſit ex neceſſitate; tunc enim renouatio non eſt
7 noua conceſſio, ſed continuatio præcedentis; † at in caſu propoſito renouatio non eſt neceſſaria, ſed voluntaria, cùm pendeat ex voluntate Abbatis vtrùm velit inueſtire, vel pro ſe retinere, & ſic non eſt continuatio, ſed noua conceſſio: Gratian. *diſcept. cap. 724. numero 3. & 4. & num. 5.* vbi oſtendit differentiam inter inueſtituram nouam, & renouatiuam: ſequitur Rot. Rom. *deciſ. 201. num. 18. p. 7. recent.* ergo cùm quolibet nouennio fiat nouus contractus, videtur quolibet nouennio neuam quoque incipere præſcriptionem, & per conſequens non eſſe præiudicatum pacto expreſſo appoſito in dicta inueſtitura.

Quod ſi ita eſt, inde reſultat reſponſio ad ſecundam Quæſtionem, nempe quod non poteſt impediri æſtimatio prædii, quæ ſemper præcedere debet, ſiue Dominus velit inueſtire & laudemium exigere, ſive velit retinere, & pretium poſſeſſori reſtituere, quia ex conuentione retentio feudalis debet fieri juxta valorem prædii, habito reſpectu ad tempus nouennii aduenientis.

Præmiſſis tamen non obſtantibus, concludendum eſt ex iis quæ in facto propoſita fuerunt, quod dii poſſeſſorem non teneri ad ſolutionem laudemii poſt nouennium decurſum debiti, niſi ad rationem pretii 114. florenorum in primo inſtrumento contenti, ſtante legitima præſcriptione 159. annorum quibus durantibus ſemper laudemium Domino Abbatibus ad valorem antiquum ſolutum ſuppositur. † Ea enim eſt centenariæ præſcriptionis natura, vt æquipolleat immemoriali: Rich. *præſcript. part. 3. cap. 2. quæſt. 6. num. 24.* † adeo vt etiam totalem libertatem cenſus ſpatio centum annorum præſcribi contra Dominum directum exerit Theſaur. jun. *lib. 2. quæſtion. forenſ. 27. num.* † quæ centenaria præſcriptio probari poteſt instrumenta, vel per probationem mixtam ex ſtibus & inſtrumentis, licèt difficillima ſit illa probatio per teſtes, vt oſtendit Abb. *in cap. cum bis, n. 5. de præſcription.*

Verùm quia controuerſa eſt quæſtio, vtrùm centenaria præſcriptione requiratur titulus, quamvis Theſaur. *loc. cit. num. 15.* illum non requiri exerit; in immemoriali autem tituli probationem non exigi fateantur omnes, vt notat Tuſch. *lit. T. concluſ. 39. num. 3. in fine*, Gratian. *diſcept. 872. n. 29.* quia immemorialis habet vim *tituli: Rot. dec. 677. num. 4. part. 2. recentior. & deciſ. 11. num. 1. part. 2. recent.* † vbi dicitur Eccleſiam non poſſe ſimo tempore retinere bona in emphyteuſim conceſſa, ſi per tempus immemoriale conceſſionem tenuerit, quamvis aliàs ex diſpoſitione juris licita eſſet retentio, finito tempore limitato. Et copioſe de hac materia Tuſch. *verbo, Tempus, concl. 40. per tot.* Vaſq. *lib. 2. controuerſ. c. 81. n. 13.*

Ideo conſultius erit Communitati hanc immemorialem probare per teſtes excedentes ætatem annorum cum ſuis requiſitis, de quibus per ſe quam communiter Rota & DD. ſequuntur in *de præſcript. in 6.* cùm immemorialis non probetur concludenter per inſtrumenta, & ſi præſcriptio quo agitur, afferat vtilitatem ſingulis de ſitate tanquam ſingulis, non admittentur ad vniuerſitate; ſecus ſi illos concernat tanquam uerſos.

Non deerit etiam bona fides pro parte Communitatis, maximè ſi non probetur ſcientia ſyndicatis legitimè congregatæ: Coſta *de fatis diſtinct. 55. num. 14.* poſt Bertazol. *conſil. 41. vol. 1. ciuilium*: † hoc enim caſu non incipere ſcriptio, niſi mortuis omnibus, qui fuerunt ſentes in tali congregatione, ſecundùm Rich. *præſcript. part. 2. partis 3. q. 17.* Socin. ſen. *num. 17. verſic. Præterea, lib. 2.* Alciat. *conſil. 7. lib. 3.* Joan. Bapt. Ferret. *conſil. 41. num. 4.* Scien ſcientia ſyndicorum non conſtituit vniuerſitatem in mala fide, quando præſertim ſunt annales: *conſil. 54. circa finem, verſic. ad ſecundum.* Et ex temporis diuturnitate oritur præſumptio bonæ dei: Maſcard. *concluſ. 224. n. 5.*

Probata igitur immemoriali conſuetudine quitur, Communitatem fore fundatam in ſolne laudemii juxta antiquam æſtimationem.

Neque obſtat quod dicitur, contractum ditionalem, & ſic tot eſſe nouas præſcriptiquot ſunt nouennia.

Reſpo

Respondetur enim primò, quod objectio procederet si concessio fuisset facta ad novennium cum pacto renovandi; sed in casu proposito concessio est perpetua, & promissio renovandi non fuit facta ad effectum suspendendi concessionem, sed tantùm pro utilitate domini, ut illi sua jura solvantur, ut dicit Jacobin. *in authent. Qui rem, num.132. Cod. de sacrof. Eccles.* Valasc. *de jur. emphyt. q.34. num.10.*

17 † Ideo renovatio non dicitur novus contractus, sed est continuatio præcedentis, & sic cessat objectio: Mantic. *de tacit. convent. lib.22. tit.23. n.12.* ubi dicit renovationem non esse novum contractum, sed tantùm continuationem, quando concessio fuit perpetua: Et probavi suprà, *p.1.c.46. n.10.*

Secundò respondetur, objectionem posse procedere, si opponeretur præscriptio adversus solutionem laudemii, & indemnitatis debitæ quolibet novennio.

18 † Sed de eo nunc non agitur, immò de forma solutionis laudemii, quæ potest præscribi longissimo & immemoriali tempore: *cap. olim causam,* cum *ibi* notatis, *de censib.* Et retorquendo argumentum de annuis redditibus, certum est formam, seu quantitatem solutionis, posse quadraginta annorum spatio præscribi contra Ecclesiam: Cens. *de censib. q.85. num.34. & 35.* ubi plures alios allegat: Surd. *consil.335. n.58.* ubi quod recipiens minorem summam per plures annos, videtur reliquum remisisse. Ergo multò magis præscriptioni temporis immemorialis locus esse debet.

19 Et ex his patet responsio ad secundam quæstionem. Debet enim Dominus directus declarare an velit retinere, an verò laudemium exigere. Si enim petat laudemium, æstimatio ex supradictis fiet juxta tempus investituræ, & sic non erit opus æstimatione, quæ facta reperitur ad 114. florenos: si verò velit retinere, debet hoc declarare, cùm quæstio retentionis sit præjudicialis ad quæstionem æstimationis; & ideo priùs terminanda: juxta fusiùs tradita per Nos *in tract. de prævent. judic. p.1. cap.15. num.9.13. & sequent.*

CAPUT CXVIII.

Facta substitutione reciproca inter filios hæredes institutos, & suos, in illa substitutione etiam nepotes comprehendi. Substitutio facta de superstitibus & eorum liberis, utrum intelligatur de liberis superstitum, an verò de liberis præmortuorum. De duplici substitutione reciproca, videlicet simplici, & mixta: & de effectibus utriusque. Argumentum prædilectionis quomodo procedat. Prælegata quando non contineantur in fideicommisso. Et quibus in casibus agenti ad fideicommissum vigore testamenti denegentur remedia possessoria adipiscendæ possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio reciproca facta inter hæredes, non comprehendit eos, qui non sunt vocati ad hæreditatem.*

2 *De duplici substitutione, videlicet simplici & propria, & mixta & impropria, & quomodo inter se differant.*

3 *Substitutio reciproca mixta cum compendiosa progreditur ad alios gradus, & comprehendere potest substitutos.*

4 *Ad validitatem reciprocæ substitutionis mixtæ, sufficit quod quis sit honoratus in illo gradu, in quo fuit apposita.*

5 *Natura substitutionis reciprocæ est, ut omnes invicem substitutos æqualiter determinet.*

6 *Per illa verba,* substituit superviventem, & suos, *nepotes sunt vocati per vulgarem, si primus gradus deficiat.*

7 *Testamentum à substitutione vulgari incipere potest.*

8 *Præmortuis hæredibus, substituti per vulgarem reciprocè vocati censentur, si substitutio ad eos referatur.*

9 *Si unus ex pluribus institutis decedat relictis liberis, quomodo reciproca interpretari debeat.*

10 *Substitutio de præmortuis, & suis resolvitur in singularitates.*

11 *Maximè verò hoc casu pluralitas resolvitur in singularitates, quando substitutio reciproca facta est per alternativam.*

12 *Quando substituti fuerunt filii superstites, & eorum liberi; tunc isti subingrediuntur locum patris prædefuncti.*

13 *Præsumendum est quod testator potiùs vocare voluerit liberos præmortuorum, quàm liberos superstitum.*

14 *Dictio,* superstites, *excludit repræsentationem. Fallit si adjuncta esset dictio,* Et suos.

15 *Decisio Rotæ Avenionensis 37. est reprobata, & contra communem opinionem. Sed vide* num.17. infrà.

16 *Quando plures pluribus sunt substituti, supponitur inter illos reciproca substitutio.*

17 *Explicatur* dicta decisio *Rotæ Avenionensis 37.*

18 *Explicatur in quo casu procedat* decisio *Seraphini 1479.*

19 *Substituti licet vocati sint nomine proprio, non ex eo repræsentatio excluditur, quando illorum liberi sunt expressis verbis vocati.*

20 *Repræsentatio cessat stantibus conjecturis contra ipsam.*

21 *Non est opus recurrere ad repræsentationem, quando nepotes possunt succedere ex propria vocatione.*

22 *Nepotes censentur prædilecti in ea portione, ad quam illorum pater vocatus fuit.*

23 *Prædilectio pro conservatione familiæ magis cadit in remotiores.*

24 *Argumentum à prædilectione procedit negativè, non autem affirmativè.*

25 *Prælegata continentur in fideicommisso, quando testator totam ferè suam hæreditatem prælegatis distribuit.*

26 *Qui facto proprio cecidit à possessione, non potest petere immissionem in possessionem.*

27 *Quando duo prætendunt jus ab eodem fonte, non est locus immissioni.*

28 *Per renunciationem factam liti & causa, tollitur omne jus renunciantis in petitorio.*

IN causa Valriacensi fideicommissi de Fourniers reponebantur sequentia dubia pro exclusione nepotum in favorem Patruorum:

1 Et primò cùm liberi Elzearii teſtatoris ſint vocati in primo gradu, ſeu hæredis inſtitutione, & ſubſtitutio reciproca nihil aliud ſit quàm reflexio & repetitio inter priùs nominatos; ſequitur nepotes qui non fuerunt hæredes inſtituti, non eſſe in reciproca comprehenſos; & ſi ſint vocati, cenſeri tantùm vocatos in ſecundo gradu, nempe poſt Patruos: & ad hoc allegatur Socin. ſen. *conſil. 69. vol. 3.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 59 num. 11.*

2 Ad hoc dubium reſpondetur primò, ſupponendum duplicem eſſe reciprocam ſubſtitutionem; vnam ſimplicem & propriè ſumptam, aliam verò mixtam & impropriam. Simplex dicitur quando teſtator remanſit in puris terminis ſubſtitutionis reciprocæ inter inſtitutos, & in hoc verum eſt, neminem eſſe ſubſtitutum, niſi fuerit inſtitutus, & in primo gradu vocatus, vt plurimis rationibus comprobat Vaſquez *de ſucceſſ. progreſſ. libro 2. §. 11. numero 9.* talis enim ſubſtitutio ſimpliciter facta ſolam continet directam vocationem inter inſtitutos: Fuſar. *quæſtione 260. numero 1.*

3 Impropria verò & mixta dicitur reciproca, quando juncta fuit cum compendioſa continente tractum temporis ſucceſſiuum: & hoc caſu continet fideicommiſſariam, quæ protendi poteſt ad plures alios gradus: Lancellot. Gallia *in leg. centurio, numero 416. ff. de vulgar.* Conſtant. Roger. *in tract. de reciproca, quæſt. 3. num. 3.* Fuſar. *quæſt. 160. num. 28.*

4 Et ideo non ſolùm fieri poteſt inter hæredes inſtitutos, ſed etiam inter alios, dummodo ſint honorati in illo gradu ſubſtitutionis: Caſanat. *conſil. 45. numero 190.* Roman. *conſil. 100. numero 156.* Socin. ſen. *conſil. 69. numero 2. & 3. volum. 3.* Sim. de Præt. *de interpret. vltim. volunt. libro 3. interpr. 3. dubit. 4. fol. 1. numero 16. fol. mihi 201.*

In caſu iſto non agitur de reciproca ſimplici, ſed mixta, cùm in ea teſtator mentionem fecerit mortis cum clauſula *quandocumque*; & per conſequens per modum compendioſæ ſubſtitutionis, quæ non ſolùm inſtitutorum perſonas reſpicit, ſed etiam nepotum ex filiis, quos in eodem orationis contextu nominat & complectitur: & ideo non ſunt inſpiciendæ perſonæ hæredum inſtitutorum, quas inſpicere oporteret, ſi ageretur de reciproca ſimplici, ſed reſpectus haberi debet ad omnes perſonas in illo gradu ſubſtitutionis comprehenſas, vt vna determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinet: juxta *leg. jam hoc jure, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.*

5 Et hinc elicitur ſecunda Reſponſio, quæ fit retorquendo argumentum in contrarium, quia cùm natura reciprocæ ſubſtitutionis ea ſit, vt cauſâ æqualitatis ſeruandæ non includatur ſubſtitutio in perſona vnius, quin è contra includatur in perſona alterius, vt eſt text. cum Gloſſa *in leg. in teſtamento*, & *ibi* Alexand. Salicet. & alii, *Cod. de teſtament. milit.* Et patrui in caſu propoſito ſint expreſsè nepotibus ſubſtituti per illa verba, *ſubſtituit hæredibus & ſuis, ſuperuinentem & ſuperuiuentes dictorum hæredum, & ſuos:* per quæ conſtat quod Patrui hæredes ſunt ſubſtituti ſuis, hoc eſt, nepotibus præmortuis; neceſſe eſt fateri vt etiam nepotes ſint ſubſtituti patruis præmorientibus; quia ſubſtitutio reciproca quæ continet compendioſam, cenſetur facta inter illas perſonas, inter quas vtrinque cadit ſubſtitutio: Socin. *dicto conſil. 69. numero 3. verſicul. & prohis, volum. 3.* Caſanat. Roman. & Sim. de Præt. *ubi ſupra.*

Tertiò reſpondetur etiam retorquendo argumentum, quod in caſu propoſito nepotes fuerunt etiam inſtituti in primo gradu in caſum præmorientium hæredum; quia cùm fuerint ſubſtituti hæredibus per compendioſam, vt patet in illis verbis, *cas aduenant que vn, ou pluſieurs deſdits heretiers, ou les ſiens decedent quand que ce ſoit ſans enfans, ſubſtitue le ſuruinant deſdits heretiers, & les ſiens*: per quæ verba Nepotes non ſolum poſiti ſunt in conditione, vt ex adverſo ſupponebatur; quia ex eo ſolo non cenſentur inſtituti, quandoquidem inſtitutio hæredis debet eſſe expreſſa. Clar. *in §. Teſtamentum, quæſt. 35. numero 3.* ſed etiam ſunt vocati per vulgarem in locum præmortuorum, vt notat Socin. *dicto conſil. 69. numero 3. verſicul. ideo teſtator volens*: Menoch. *conſil. 680. numero 14.* vbi dicit quod hoc caſu nepotes cenſentur ſubſtituti per vulgarem in locum parentum præmortuorum, perquam ſubſtitutionem teſtamentum fuiſſet redditum validum, neque caducari potuiſſet per prædeceſſum inſtitutorum; vulgaris enim ſubſtitutio ſanat vitium præteritionis filii, & teſtamentum à ſubſtitutione vulgari incipere poteſt: *leg. 2. §. final. ff. de liber. & poſthum. leg. ex facto, §. Lucius, ff. de vulgar. leg. ſi filius, ff. de hæred. inſtituend.* & ad hoc eſt text. *in leg. ſi pater Titium, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* vbi dicitur, ſubſtitutum vulgarem ſolum hæredem remanere, licèt in primo gradu fuiſſet præteritus, & in ſecundo fuiſſet vulgariter ſubſtitutus, itavt non ſit opus, cùm agitur de poſthumo, illum proprio nomine nominare, ſed ſufficiat in genere dicere, poſthumum maſculum inſtituo, vel ſi filius meus hæres non erit, ſubſtituo: *l. planè*, & ibi DD. *ff. de liber. & poſthum.*

Si igitur reciproca ſubſtitutio repetit, & reflectit eo modo quo inſtitutio facta fuit, & ſequitur in caſum præmortuorum patruorum cenſentur vocati ad hæreditatem per vulgarem contentam compendioſa; ergo eodem modo in ſubſtitutione reciproca cenſentur vocati per vulgarem ad ſuperuinem patrui præmortui, ſicut ad eam per vulgarem in hæreditatem in caſum præmortuorum patruorum vocati fuiſſent.

Quartò Reſpondetur triplicem in caſu propoſito conſiderari poſſe reciprocam. Prima eſt inter hæredes inſtitutos. Secunda inter ipſos, & nepotes. Tertia inter ipſos nepotes.

De prima, & tertia nunc non agimus, ſed de ſecunda, nempe inter patruos & nepotes, in qua tres caſus ſunt conſiderandi: vt notavit Menoch. *dicto conſil. 680. n. 14. & 15.*

Primus, quando vnus ex hæredibus moritur eſt ante teſtatorem, & hoc caſu teſtator ſubſtituendo adinuicem deſcendentes, propter ſubſtitutionem vulgarem inuicem factam, cenſetur his verbis priùs inſtituiſſe ipſos deſcendentes, & poſtmodùm inuicem eos ſubſtituiſſe: Gloſſa *in leg. pater impuberis*, & *ibi* Imol. & Caſtrenſ. *ff. de vulgar. ſubſtitut.* & ſic quatenus ex hoc capite aliquid inferri poſſit ad compendioſam, ſeu fideicommiſſariam, infertur quod quemadmodum in ſubſtitutione reciproca & compendioſa, ita in ſubſtitutione reciproca &

diosa adiuncta liberi in præmortuorum locum admitti debeant.

Secundus casus est, quando vnus ex institutis decedit post testatorem, relictis superstitibus patruis & nepotibus: & hoc casu quilibet ex fratribus & ejus descendentibus, censetur cuilibet substitutus: & ideo in casu nostro Michaël vnà cum Alexandro & ejus descendentibus dicitur substitutus Gaspardo, qui sine filiis decessit; & è contra Gaspardus vnà cum Michaële & ejus descendentibus erant substituti Alexandro, si sine liberis decessisset, vt notat Menoch. *dicto consil.*680. *num.*15.

10 Et hoc comprobatur, quia dum substitutio ita concepta fuit, nempe substituendo hæredes præmortuos & suos, pluralitas resoluitur in suas singularitates; & perinde est ac si singuli singulis essent substituti: Peregr. *de fideicom. art.*21. *num.*26. *versicul.Tertiò.*

11 Quod potissimùm locum habet, quia substitutio fuit facta alternatiuè per hæc verba; *cas aduenant que vn, ou plusieurs decedits enfans, ou les siens, decedent, &c.* quo casu pluralitas in singularitates resoluitur, & perinde est ac si singuli singulis fuissent substituti, dum dictum fuit, *si vnus, aut plures, aut sui decedant*: Peregrin. *articul.*13. *numero* 13. Fusar. *quæstione* 473. *numero* 3. & 11. & ideò post singulorum mortem hæredes, & sui, sunt singuli singulis substituti, & liberi cum parentibus ordine successiuo vocati, qui ordo intelligitur per vulgarem; & licèt intelligeretur per fideicommissariam, perinde esset, quia in quolibet fideicommisso inest substitutio vulgaris? Peregr. *de fideicommiss.art.*15.*n.*5.

12 Respondetur Quintò, non esse recurrendum ad argumenta, vbi habemus doctrinas & decisiones in terminis, nempe quod quando in testamento reperiuntur vocati superstites, & eorum liberi, hoc casu nepotes repræsentatiuè subintrant gradum paternum in fideicommisso, vt determinauit Corn. *consil.*37. *numero* 5. *volum.*1. Paris. *consil.*38. *numero* 8. 9. & 10. *volum.*2. & *consil.*91. *num.*28. & *numero* 30. *eodem volum.*2. Socin. jun. *consil.*78. *numero* 12. *volum.*3. vbi dicit quod cùm omnes sint simul substituti, provt in casu nostro patrui & nepotes, oportet præsupponere quod etiam sint vocati, & sic inter eos cadat reciproca substitutio, & vnus alteri, & alter vni sit substitutus, itavt si vnus ex filiis institutis decedat, superstites fratres succedant, & eorum filii, si ipsi prædecesserint, vnus, vel ambo, in stirpes: idem censuit
13 Decian. *consil.*33. *numero* 26. *volum.*3. † vbi dicit, quod præsumendum est, testatorem potiùs vocasse liberos præmortuorum, quàm liberos superstitum. Menoch. *consil.*1005. *numero* 15. & 16. qui *numero* 21. *versic. non obstat*, dicit hanc esse communem opinionem. Idem *consil.* 124. *numero* 78. *versicul. Sextò accedit*, vbi etiam allegat Dec. Alexand. Socin. senior. & *dicta consil.*69 *supra allegato*, Ruin. Cauet. & Torniell. & Port. & fusè idem comprobat, pluribus aliis relatis, *consil.*793. *numero* 1.2. & 3. & ita decisum fuit in Senatu Sabaudiæ apud Fab. *in Cod. libro* 6. *tit.*20. *de fideicommiss. definit.* 7. Thesaur. jun. ita etiam decisum referens *libro* 2. *quæst.*95. *num.* 14. Cancer. *lib.*3. *cap.* 21. *num.* 326. *in fine*, Barry *in tract. de reciproc. tit.penultimo, num. vlt.lib.*7.*fol.*211. Fusar. *q.*485.*n.*77. apud quos plures alii citantur, quos brevitatis causa non refero.

Secundum dubium, quod vocatis superstitibus non succedunt nepotes, nec filii patris personam repræsentant.

Respondetur illud procedere, quando testator 14
solos vocauit superstites, nec vlteriùs processit; secus est quando vocauit superstites, & suos: quia propter illam adiectionem nominis collectiui, datur repræsentatio, non obstante dictione, *superstites*: Menochius *consil.* 794. *numero* 18. & in propriis terminis quando testator vocauit superstites, & eorum filios, tradunt omnes DD. longa serie relati per Nos *suprà, in quinta responsione ad primum dubium,n.*12.

Tertium dubium petitur ex *decis.*37. Rotæ Auenionen. & *decis.*1479. apud Seraphin. *n.*2. & apud eundem *decis.*128.

Respondetur primò, decisionem Rotæ Auen- 15
ionensis fuisse probatam à Senatu Pedemontano, vt apud Thesaur. *dicta quæstione* 95. *libro* 2. & nominatim etiam apud Barry, qui dicit illam decisionem esse reiiciendam *in dicto cap. penultim. de reciproca, numero* 7. & esse contra communem DD. sententiam, si intelligatur in casu nostro, pro quo Menochius *dicto consilio* 1005. fatetur stare communem DD. sententiam. Adde omnino, quod cùm plures pluribus sunt substituti, non potest id fieri sine reciproca substitutione: pro quo vide omnino Rotam *in recentior. decis.* 266. *numero* 22. *parte* 1.

Respondetur secundò casum *illius decisionis* 37. 16
esse omnino diuersum à nostro: quod patet ex traditis per Fusar. *de substitut. dicta quæstione* 485. vbi cùm *numero* 71. primum casum proposuisset, & contrariantes inter se DD. sententias retulisset, nempe *numero* 71. contra repræsentationem, vbi inter cæteros allegat *dictam decisionem* Rotæ Auenionensis: *numero* verò 72. allegasset DD. qui tenuerunt pro repræsentatione, postea *numeris sequentib.* proponit declarationes, seu limitationes illius opinionis, quam sequuta est Rota Auenionensis aduersus repræsentationem: † & inter cæte- 17
ras limitationes proponit casum nostrum *num.*77. nempe quando testator substituit superstites institutos, & eorum filios, & dicit hoc casu nepotes esse admittendos jure repræsentationis; & sic patet quod casus noster continet limitationem & declarationem dictæ decisionis Rotæ Auenionensis, & casum ab ea diuersum.

Præterea & fortiùs vrget, quia in casu dictæ decisionis Rotæ Auenionensis nulla aderat reciproca inter substitutos & filios institutorum, sed solùm fuerant positi in vltima parte orationis, & in vltimo gradu substitutionis, itavt faciliùs Rota potuerit denegare repræsentationem.

Sed in casu nostro nepotes sunt nominati in principio, medio, & fine, & sub vnico verborum contextu, patruis præmorientibus; & ipsi patrui nepotibus reciproca vicissitudine substituti: qui casus longè diuersus est à casu *dictæ decisionis*, imò est fortior pro repræsentatione omnibus aliis casibus propositis per DD. suprà citatos. Nam *in dicta decisione* Jacobus, Balthazar, Ludouicus, & alii fuerant inuicem substituti per verbum *superstites, & suos*; & non fuerat dictum, quod si ipsi vel sui decederent, substituebat *ipsis & suis* superuiuentes, vel superuiuentem *& suos*: quod si fuisset, in illo casu Rota aliter judicasset: quomodo enim possunt hæredes & sui succedere cohæredibus & suis, nisi tam cohæredes quàm sui sint ad inuicem & mutuò grauati? Et si superuiuens, aut

ſuperuiuentes dictorum hæredum, & ſui, ſunt ſubſtituti præmorienti, vel præmorientibus hæredibus, vni, vel pluribus, & ſuis, quomodo hoc poteſt fieri, niſi ipſi ſui, qui grauantur, & reſpectiuè vocantur, ſint in illa reciproca comprehenſi?

18 Et hinc patet etiam reſponſio *ad deciſionem* Seraphini 1479. vbi eſt caſus diuerſiſſimus: quia *ibi* ſui erant tantùm poſiti in conditione, vt legitur *ibid. num.* 2. hic autem ſunt *primò* poſiti in conditione: *Secundò*, ſunt grauati: *Tertiò*, ſunt vocati: & ſic ex illo caſu nihil infertur ad caſum noſtrum.

Idem dicendum eſt de *deciſione* eiuſdem Seraphini 128. *n.* 1. Quia *ibi* ſolum erant ſubſtituti ſuperſtites, & non fuerat adiecta dictio, *& ſuos*, prout in caſu noſtro, & ſic intrat reſponſio jam data *in reſponſione* 2. *ad Tertium dubium*: † quia quando conſtat filios ſubſtitutorum expreſsè vocatos eſſe, vocatio hæredum ſub nomine proprio non impedit repræſentationem: Rota *deciſ.* 501. *n.* 3. *verſic. poſtremò non obſtat, parte* 4. *diuerſ.*

20 Quartum dubium, quod repræſentatio ceſſat ſtantibus coniecturis, vt per Mantic. *libro* 8. *tit.* 9. *num.* 7. Fuſar. *quæſt.* 485. *num.* 54. & inter cæteras coniecturas adducitur, quod teſtator filios prædilexit, quia eos hæredes inſtituit: Fuſar. *quæſt.* 468. *num.* 17. Secundò, quia in prælegatis nepotes nullo modo vocati fuerunt; & in ſubſtitutione appoſita legatis factis filiabus, teſtator meminit nepotum tantùm pro dimidia parte.

21 Reſpondetur, has & ſimiles coniecturas nullius eſſe momenti in caſu propoſito. Primò quidem, quia ſupra oſtenſum fuit, nepotes in caſum prædeceſſus hæredum fuiſſe inſtitutos mediante vulgari ſubſtitutione, & ſic fuiſſe æqualiter dilectos: & quod plus eſt, non ſolùm jure repræſentationis, ſed etiam jure propriæ vocationis ad hoc fideicommiſſum eſſe vocatos per ſubſtitutionem reciprocam, vulgarem & fideicommiſſariam, factam inter patruos & nepotes, itavt non ſit illis neceſſarium recurrere ad repræſentationem.

22 Secundò reſpondetur, quod nepotes cenſentur prædilecti in illa portione, ad quam eorum pater ſi viueret, admitti debuiſſet. Honded. *conſ.* 70. *n.* 33. *in fine, vol.* 1.

Tertiò reſpondetur, quod nonobſtante inſtitutione vniuerſali filiorum, nepotes ingrediuntur locum patris, ex communi opinione, & deciſionibus *ſuprà* relatis, quando reciproca concepta eſt inter patruos & nepotes, quod ſupradictum eſt.

23 Quartò reſpondetur, quod prædilectio cadit potiùs in remotiores, vt familia magis amplificetur, & ſic potius in nepotes quàm in filios: Ruſtic. *conſil.* 2. *numero* 86. Noal. *de tranſmiſſ. caſ.* 8. *numero* 81.

Quintò reſpondetur, quod quando affectionis ratio non eſt magis conſiderabilis erga gradu proximiores, quàm erga remotiores, ii omnes æqualiter ſuccedunt, & filius ingreditur locum patris, imò quod aliquando ex diſpoſitione & prouiſione teſtatoris, remotiores & minus dilecti poſſunt eſſe melioris conditionis, quàm propinquiores, & magis dilecti: Caſanat. *conſil.* 4. *numer.* 198. vbi plures allegat. In caſu autem noſtro clarè conſtat de voluntate teſtatoris, propter mutuam & reciprocam coniunctionem nepotum cum patruis, & ſubſtitutionem inter ipſos factam, & alia de quibus *ſuprà* copioſè actum fuit.

Et in ſimili videmus, quod quamuis filii in conditione poſiti ſint magis dilecti, quàm ſubſtitutus extraneus; non tamen illi præferuntur: Caſanat. *conſil.* 51. *num.* 49.

Vltimò reſpondetur, argumentum de minùs dilectis ad magis dilectos, procedere tantùm negatiuè, non autem affirmatiuè: verbi gratia, valet argumentum, *Proximior non admittitur, ergo neque remotior*: non autem valet affirmatiuè, hoc pacto, *Teſtator admiſit & vocauit remotiorem, ergo multo magis propinquiorum*; hæc enim non eſt bona conſequentia, vt oſtendit Caſanat. *conſil.* 4. *num.* 48.

Neque opſtat quod ſubiungitur, nepotes in aliis teſtamenti partibus alio modo fuiſſe vocatos, dum de prælegatis aut aliis rebus actum fuit.

Quia quoad prælegata, conſtat illa contineri in vniuerſali ſubſtitutione, cùm teſtator expreſſam & repetitam illorum mentionem fecerit poſt hæredis inſtitutionem, atque ita vniuerſalis ſubſtitutio reciproca facta fauore nepotum, etiam prælegata comprehendat, præſertim cùm teſtator totam ferè ſuam hæreditatem prælegatis diuiſerit, quo caſu nemo dubitat quin prælegata in vniuerſali fideicommiſſo comprehendantur: Peregr. *articul.* 7. *numero* 61. per textum *in legatâ ff. de legat.* 1. Ergo ſubſtitutio vniuerſalis etiam nepotibus prælegatorum portionem deferre debet.

Quod autem attinet ad ſubſtitutionem appoſitam prælegatis factis fauore filiarum, illud clariùs oſtendit teſtatoris affectionem erga nepotes in fideicommiſſo vniuerſali: quia quoad illud minùs nepotes dilexiſſet, eodem modo ſi expreſſiſſet in capite inſtitutionis vniuerſalis, quemadmodum expreſſit in capite legati illis particularis.

Quintum & vltimum dubium conſiſtit in eo, quod renunciatio facta per Michaëlem non videtur continere renunciationem fideicommiſſi, ſed tantùm litis, & quod contineat confeſſionem eiuſdem.

Paucis reſpondetur renuntiationem illam nocere Michaëli, & hæredibus ipſius, tàm in petitorio quàm in poſſeſſorio.

In poſſeſſorio quidem, quia cùm Michaël tentaſſet cauſam fideicommiſſi, & petiiſſet se immitti, poſtea renunciauit non ſolùm liti, ſed eius cauſæ: & per renunciationem facto proprio cessit poſſeſſione, ſeu à jure petendi immiſſionem in poſſeſſionem: Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 503. *n.* 27. *& ſeqq.* Argel. *legit. contrad. q.* 7. *art.* 2. *per totum.*

Quod procedit etiamſi allegaretur nullitas contractus renunciationis: Gratian. *cap.* 704. *num.* 21. & 22.

Præſertim quia tam actores, quàm rei præſumuntur ſe vocatos ex eodem teſtamento; & cum vtrique jus prætendant ab eodem fonte, ceſſat omnia debent remedia poſſeſſoria & ſummaria: Argel. *de legit. contradict. quæſtione* 1. *artic.* 12. *numero* 284.

In petitorio verò, quia renunciatio litis & cauſæ facta, tollit omne jus renunciantis etiam quoad petitorium: *leg. poſtquam liti, & ibi* DD. *Cod. de pact.* & exceptio renunciationis litis, dicitur exceptio litis finitæ, & habet eandem vim quam tranſactio: Gallerat. *de renunciat. cap.* 18. *num.* 12. *centuria* 1. nec talis renunciatio vim donationis habet, ſed potius tranſactionis: ideò non ſubiacet legibus

legibus de donatione loquentibus : Galerat. *dicto cap.18. num.34. versic. est tamen verum,* Tiraquell. *in l.si unquam , in verbo Donatione largitus , n.206. 207. & 208. C. de revocat. donat.*

Nec obstat quod dicitur , renunciationem fuisse factam per errorem,& sic rescindendam : Quia hoc esset verum, si ageretur de puncto claro in favorem renunciantis , sed cùm agatur de re , quæ clara supponitur in favorem ejus , cui renunciatio facta fuit , remanet valida renunciatio , itaut non possit allegari error confessionis in ea contentæ , cùm confessio & renuntiatio sint separata & diversa : Gallerat. *dicto cap.18. num.35. versic. est igitur :* & utile non vitiatur per inutile in his, quæ invicem separabilia sunt : *cap. utile, de reg.jur. in 6.* Concludendum itaque ad favorem nepotum, contra filios Patrui.

CAPUT CXIX.

Stipulationem in donatione appositam pro donatario , & illius hæredibus & successoribus quibuscumque , repugnare substitutioni graduali & perpetuæ in bonis donatis. De donatione facta filio & hæredibus,quod ad ejus successionem qualitas hæreditaria requiratur. Liberi in conditione positi ,non censentur vocati in contractibus , nisi ex conjecturis. Et vocatio vicissim excluditur si adsint conjecturæ in contrarium. De dictione Gallica, *Enfans*,utrum sit collectiva,an verò solos filios primi gradus comprehendat, secundùm usum loquendi communiter observatum.

SVMMARIVM.

1 *Quando in instrumento donationis stipulatio fuit interposita per donatarium pro se, & suis hæredibus,& successoribus quibuscumque,tunc liberi non succedunt in bonis donatis tanquam liberi, sed tanquam hæredes.*

2 *Si stipulatio fuerit concepta pro hæredibus & successoribus quibuscumque , pater potest ex bonis donatis relinquere uni , vel pluribus liberis, prout sibi placuerit.*

3 *Qualitas masculinitatis non est incompatibilis cum qualitate hæreditaria.*

4 *Si in stipulatione facta fuerit mentio hæredum, filii non succedunt , nisi sint hæredes patris mediati, vel immediati.*

5 *Facultas eligendi unum ex liberis apposita in primo gradu,censetur repetita in secundo, quando viget eadem ratio.*

6 *Orationes conjunctæ per copulam , &c , inferunt repetitionem qualitatum appositarum in oratione præcedenti continuata.*

7 *Si primi donatarii filii excluduntur , multò magis filii secundi donatarii censentur exclusi.*

8 *In interpretatione voluntatis testatoris circa substitutiones multùm attendi debet quid fuerit observatum tempore præterito.*

9 *Liberi positi in conditione , in contractibus non censentur dispositivè vocati , ex veriori sententia.*

10 *Quæstio de liberis in conditione positis , hodie valde anceps est , & ferè Iudicibus arbitraria.*

11 *Qui non sunt vocati, gravari non possunt.*

12 *Ex legato dotis facto filiabus , colligitur conjectura exclusionis nepotum , quia si eos vocasset , providisset etiam de dotibus in hoc gradu.*

13 *Conjectura,quod liberi positi in conditione sint vocati, quia descendentes, rejicitur.*

14 *Item & conjectura masculinitatis cum digressione ad plures gradus.*

15 *Maximè si masculi sint positi in conditione affirmative.*

16 *Idem si testator non habuerit intentionem conservandæ agnationis, & alia concurrant,de quibus* ibid.

17 *Dictio collectiva* , Enfans , *comprehendit plures gradus , & secundùm aliquorum sententiam arguit liberos esse dispositivè vocatos.*

18 *Sed hæc conjectura rejicitur , maximè si non adsint verba tractum temporis successivum importantia.*

19 *Si testator discretivè locutus fuerit de liberis , & liberorum liberis , tunc appellatione* liberorum , *continentur liberi primi gradus tantùm.*

27 *Sub nomine* , des Enfans , *utrùm soli liberi primi gradus contineantur , secundùm sermonem Gallicum.*

21 *Qualitas jurisdictionalis quando non faciat conjecturam vocationis filiorum positorum in conditione.*

22 *Vocatio est unum ex requisitis ad reciprocam substitutionem.*

23 *Ex substitutione activa nihil infertur ad passivam.*

24 *In casibus, in quibus filii in conditione positi , sunt vocati ex conjecturis, non tamen ex eo infertur quod fuerint reciprocè gravati.*

NObilis Baptista de Pol, Joanni filio suo pro se , & suis hæredibus & successoribus quibuscumque stipulanti , contemplatione matrimonii , & propter dilectionem eiusdem filii , & quia sic sibi placuit , & placet , donavit inter vivos Territorium, & Dominium , ac Iurisdictionem Sancti Tronqueti cum suis pertinentiis , necnon plurima alia bona. Voluit tamen dictus donator quod dicto Joanne moriente cum masculis naturalibus & legitimis, & de vero matrimonio procreatis, dictum Dominium Sancti Tronqueti cum suis pertinentiis sit , & pertineat in totum ad vnum, vel ad plures de dictis liberis masculis, ad totalem dispositionem & voluntatem dicti Joannis.

Et moriente dicto Joanne sine liberis masculis naturalibus & legitimis , & de vero matrimonio, quod dicta Terra cum pertinentiis sit , & pertineat in totum ad Nobilem Gabrielem alterum filium suum,si sit in vita , & si non sit in vita,ad ejus liberos masculos , naturales & legitimos, & de vero matrimonio , æquis partibus & portionibus. Et si dicti liberi masculi dicti Joannis morerentur sine liberis masculis, naturalibus & legitimis , & de vero matrimonio ; voluit quod dicta bona Sancti Tronqueti pertineant ad Gabrielem,si viuat , sin

minus ad ejus liberos maſculos naturales & legitimos, provt ſuprà.

Item caſu quo dicta ſubſtitutio locum habeat in perſona Gabrielis, aut ejus liberorum maſculorum, & dictus Joannes poſt ejus obitum relinquat filias naturales & legitimas, vult, & onerat per expreſſum dictum Gabrielem, aut ejus liberos qui habebunt iſtam ſubſtitutionem, quod teneantur ſoluere cuilibet ex dictis filiabus ſummam 500. ſcutorum auri Solis, dum matrimonio collocabuntur.

Item fuit de pacto, quod eueniente caſu reſtitutionis dotis Dominæ Clementiæ Guilhens vxoris dicti Joannis, dos & augmentum ipſius non capietur ſuper Terra ſancti Tronqueti, niſi in defectum aliorum bonorum.

Dominus Baptiſta donator duos habuit liberos, nempe dictos Joannem, & Gabrielem, quem *Primum* vocabimus.

Joannes vnicum habuit maſculum, nomine Gabrielem, quem *Secundum* nuncupabimus.

Gabriel ſecundus duos tantùm maſculos habuit, videlicet Joannem Scipionem Dominum ſancti Tronqueti, qui anno 1638. gloriosè in prælio nauali occubuit, nullis relictis liberis. Et Dominum Petrum Dominum de Berfueil, qui prætendit fideicommiſſum appoſitum in dicta donatione, fuiſſe apertum in ſui fauorem per obitum Domini Joannis Scipionis.

Quæſtio iſta duo habet capita. Primum, vtrum per mortem Gabrielis ſecundi, Petrus ſimul cum Joanne Scipione fuerit admiſſus ad medietatem dictæ Terræ de S. Tronquet.

Secundum, vtrùm per mortem Joannis Scipionis, Petrus fuerit vocatus ad totum.

Ad Primum reſpondendo, Dixi Petrum omnino à dicta medietate & fideicommiſſo per obitum Gabrielis ſecundi prætenſo remouendum eſſe.

Conſtat enim ex tenore donationis, quod Joannes liberam habebat facultatem de dicta Terra Sancti Tronqueti diſponendi, in fauorem vnius ex liberis ſuis maſculis, aliis excluſis, *à la totale diſpoſition & volonté dudit Iean.*

1 Conſtat etiam, quod Joannes nullam interpoſuit ſtipulationem pro ſuis liberis maſculis, ſed pro ſe, & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque : quo caſu liberi non ſunt vocati tanquam liberi, ſed tanquam hæredes patris primi donatarii : Surd. *deciſ.* 312. *per totam*, Menoch. *conſil.* 286. *per tot. & lib.* 3. *præſumpt.* 48. *num.* 1. Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 14. *tit.* 18. *numero* 9. *& ſequent.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 32. *num.* 15. & tradit in proprijs terminis Laratha *conſil.* 9. *num.* 25. *& ſequentib. & per tot.* & in fortioribus Camill. de Med. *conſil.* 142. *per tot.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 213. *num.* 56.

2 Itavt etiamſi Joanni non fuiſſet data facultas eligendi, potuiſſet tamen eligere : Cancer. *libro* 1. *variar. reſolut. cap.* 8. *de donat. num.* 101. *in nouis, & lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 115. Guid. Pap. *quæſt.* 184. Maynard. *lib.* 5. *deciſ.* 91. *in fine*, Caldas *de jure emphyt. lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 30. *& quæſt.* 17. *numero* 20. non obſtantibus iis, quæ in contrarium deducit Fontanella, quia loquitur in diuerſis terminis, nec ſupponit ſtipulationem eo modo, quo ſuprà, fuiſſe conceptam : vt bene aduertit & explicat Anton. de Marin. *quotidian. reſolution. cap.* 89. *numero* 9. *&* 30.

3 Idque non obſtante adiectione maſculiniratis, quæ non impedit quin qualitas hæreditaria cum filiatione concurrere debeat, quidquid in contrarium dixerit Decius, quem bene reprehendit Surd. *dicta deciſ.* 322. *numero* 8. Anton. de Marin. *dicto capite* 89. *numero* 27. & ita etiam obſeruatus Ruſticum docet Fuſar. *quæſt.* 321. *numero* 22.

Magna enim eſt differentia inter contractus & vltimas voluntates ; in contractibus enim ſubſtipulatione pro filiis, & multò magis pro hæredibus, etiam in re non tranſitoria ad hæredes, neceſſe eſt filios, qui patri acquirenti ſuccedere nolunt, illius eſſe hæredes mediatos, vel immediatos. Peregr. *de fideicomm. art.* 32. *num.* 14. *&* 15. Cephal. *conſil.* 321. *num.* 5.

Vnde reſultat propoſitæ quæſtionis deciſio, quòd cùm Dominus Petrus non ſit, nec fuerit hæres Joannis primi acquirentis, nec mediatè, nec immediatè, & ex ſupradictis non poſſit eſſe jus quæſitum filiis, niſi ſint hæredes, friuſtra prætendit aliquod jus ſibi vigore illius donationis & ſtipulationis in ea contentæ competere poſſe.

Item, quia cùm ex ordinatione donantis data fuerit facultas vnum vel plures eligendi, & Gabriel Secundus Scipionem elegerit in Terra Sancti Tronqueti, mediante donatione eidem facta, & hæredis inſtitutione, & acceptatione hæreditatis ilius cum beneficio inuentarii per Scipionem facta ; ſequitur, Dominum Petrum omnino excludendum eſſe, cùm in eo deficiat alia qualitas eſſentialis, nempe nominationis & electionis ex dicto teſtamento requiſita.

Neque obſtat ſi dicatur, dictas *duas qualitates*, nempe tituli hæreditarii, & electionis, concernere tantùm perſonam Joannis ; non autem Gabrielis ſecundi ejus filii.

Quia reſpondetur primò quoad qualitatem hæreditariam, eam in vtroque caſu requiſitam eſſe, ex traditis per Cephal. *dicto conſil.* 311. *num.* 50. & Peregrin. *dict. art.* 32. *n.* 14. *&* 15. vbi quod ille qui vult ſuccedere, debet eſſe hæres mediatus vel immediatus primi acquirentis.

Reſpondetur ſecundò quoad facultatem vnum ex liberis eligendi, illam etiam locum habere debere in ſecundo ſubſtitutionis gradu (quamuis Gabrielem Secundum grauatum eſſe ſupponimus) quemadmodum in primo, cùm vna pars teſtamenti aliam declaret : *l. ſi ſeruus plurium, ff. de legat.* 1. *l. vtrum, ff. de petit. hæredit. l.* [illegible] *ff. de legat.* 1. nulla enim eſt melior [illegible] *bus, ff. de legat.* 1. nulla enim eſt melior [illegible] interpretatio, quàm ea quæ fit ab ipſomet teſtatore, præſertim quando in vtraque parte eadem [illegible] ratio, aut ſaltem nulla ratio diuerſitatis reperitur : teſt : Caſanat. *conſil.* 17. *num.* 7. 8. *&* 9. *& conſ.* [illegible] *num.* 46. 47. *&* 48. Hic autem vtroque caſu eſt militat ratio, vt filii erga parentes continuam debitis obſquiis, & vt parentes pro ſuis liberis [illegible] lius conſilium capiant, vni, vel pluribus, prout magis expedier, relinquendo.

Et hoc maximè procedit, quia ſecunda claus [illegible] eſt copulata cum prima, per dictiones continuas & repetitiuas, in illis verbis, *& ſi dicti liberi* Rot. *deciſ.* 143. *n.* 8. *p.* 1. *in recentior.* Peregr. *de fid. art.* 7. *n.* 48. *in fine.*

Confirmantur prædicta : quia ſicut donator magis dilexit filium donatarium quàm ſubſtitutum, ita magis dilexiſſe præſumitur filios donatarii quàm filios ſubſtitutorum : *l. Publius, §. final. condit. & demonſtrat.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* [illegible] *num.* 5. Caſanat. *conſil.* 2. *num.* 20. & per conſequens primus ſubſtitutus debet facilius includi, & [illegible]

ciliùs excludi : idem Casanat.*consil.3.num.29.* Ergo cùm filii primi donatarii magis dilecti, non fuerint inclusi simpliciter, sed ad libitum patris, sequitur multò minus filios substituti alio modo includi debere, quàm sub libera patris electione & dispositione.

Et sanè dum liberos Gabrielis Primi, præmoriente eorum patre, vocavit, expressit se eos vocare æquis portionibus : quod simili modo expressisset, si liberos liberorum Joannis æquis portionibus vocare voluisset : *l.unica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.*

Unde concluditur Dominum Petrum, in quo deficiunt substantialia, nullo modo posse prætendere se esse vocatum.

8 Et in effectu ipse durante vita patris, necnon dicti domini Scipionis, nunquam conquestus est, licèt ipse sit admodùm subtilis & eruditus; certum est autem in interpretandis contractibus multùm attendendam esse observantiam : *cap. cum dilectus, de consuetudine, cap. contingit, de transact. l.si de interpretatione, ff. de legib.* Cavalcan. *part.3. decis.18. n.124.* Peregr.*consil.34.n.6.vol.3.*

3 Et licèt præmissa satis aperta sint, & negotium extra difficultatem omnem reponant, cùm præcedentia locum habeant, etiam posita vocatione liberorum Gabrielis Secundi ; tamen pro majori exclusione domini Petri statuendum est, dictos Gabrielis Secundi liberos non esse dispositivè vocatos, sed tantùm in conditione positos, juxta Gloss. communiter receptam *in l.Lucius, ff. de hæred. instituend.* cujus opinio non solùm præcedit in testamentis, sed etiam in contractibus, in quibus strictior fieri debet interpretatio,& propterea liberi in conditione positi in contractibus, non sunt ex eo vocati : quidquid dixerit Fusar. *de substitut.q.437. num.224.* cum aliis per eum citatis, quia in contrarium est verior, & magis communis opinio, ut dicunt DD. per Nos longa serie citati *lib.1.c.98. in quæstionib. ciuilibus.*

10 A qua sententia quamvis recedatur stantibus conjecturis, & DD. tot conjecturas in medium afferant, tantasque illarum limitationes proponant, atque confundant, ut nullus ferè casus contingat, in quo quis facilè non possit vel affirmativam, vel negativam opinionem sustinere, cum magno Jurisconsultorum & Jurisprudentiæ dedecore, ut dicit Bellon.jun. *consil.26.num.48.* & quæstio illa hodie sit Judicibus arbitraria, ut notat Gratian. *discept. forens.cap.928.num.17.* Mantic. *de conjectur. lib.11. tit.3. num.28.* & ità sæpius Rota Romana declaravit. Tamen in casu nostro, non solùm ex supra deductis, sed etiam ex pluribus aliis constat, donatorem noluisse liberos liberorum dispositivè vocare: si enim vocatos præsupponimus omnes liberorum liberos, contradictionem & repugnantiam inducimus : admittimus enim liberos parentum exclusorum,† qui cùm vocati non sint, gravati non potuerunt : *l.ab eo, C.de fideicom.* Bart. & alii communiter *in l.Centurio, ff.de vulgar.* Rot. *decis.486.n.71. p.1. in recentior.*

Si verò liberos dumtaxat eorum, qui fuerint electi, vocatos supponimus, sequitur aliud absurdum, nempe quod liberi Gabrielis Primi minùs dilecti, excluderent filios masculos Ioannis, qui à patre non fuissent electi : ergo ad vitandum absurdum, concludendum est liberos in conditione positos non esse vocatos.

Præterea clarior colligitur conjectura voluntatis dicti donatoris, qui mandavit dotem quingentorum scutorum auri de bonis vinculatis assignari filiabus Joannis. Quod si filios filiorum illius dispositivè vocare voluisset, dotem etiam illorum filiabus assignari mandasset : Menoch. *consil.327. numero 70.* Fusar. *quæst.480. num.9.& 11.& consil.55. num.7.*

Nec quidquam nocet conjectura ex eo desumpta, quod agitur de descendentibus. Quia illa nihil facit ad propositum, & illam rejicit Rota apud Burat. *decis.387. numero 1. & decis.385. numero 8.* Thesaur. *decis.96. n.7.* Bellon. jun. *consil.46. n.56.* vbi testatur de communi. 13

Similiter nihil nocet qualitas masculinitatis, etiam coniuncta cum digressione ad plures gradus substitutionum : Rota *decis.486. numero 17. & 18. parte 1. in recentior.* Burat. *dict.decis.387. numero 3.* Gabriel *consil.123. numero 28. vol.2.* Rota *decis. 1154.numero 3.parte 3.diuers.* Gratian. *c.352.n.13. & 14.*Peregr.*consil.152.numero 9.vol.5.* Surd. *consil. 315. numero 49.* Rota *decis.538. numero 7.parte 2. in recentior.* † Quod maximè locum habet, quia masculi non sunt positi in conditione affirmativa, sed negativa : Ruin. *consil.134. num.5.lib.3.* Rustic. *de fil.in condit.posit. lib.2.c.3. n.12.* Casanat. *consil.4. num.296.* 14 15

Et hoc maximè procedit, quia aliunde colligitur, donatorem nullam habuisse intentionem conseruandæ agnationis : Burat. *dicta decis.387. numero 3.* tum quia permisit donatarium stipulari pro se, & suis hæredibus & successoribus quibuscumque; tum quia nullum perpetuum fecit fideicommissum, neque grauamen liberis liberorum iniunxit, nec ad multos substitutionum gradus processit, imò substitutionem omnem terminauit in Gabriele Primo, cuius liberos tantùm in casum vulgarem ipsi substituit, nec fœminas masculis non extantibus vocauit, nec bonorum alienationem prohibuit, nec deficientibus masculis jussit arma & insignia suæ familiæ deferri, nec vltimo loco extraneos vocauit: de quibus omnibus Fusar. *quæst.437. à n.33. vsque ad 43.* Imò quod plus est, permisit Joanni de dictis bonis donatis ad libitum disponere, ita vt si decem liberos habuisset, totidem portiones de dicta Terra, quæ non magni est valoris, & vix tunc temporis excedebat valorem octo millium scutorum, fieri permisisset, quæ omnia sunt contraria conseruationi agnationis. 16

Neque dicatur, filios filiorum censeri vocatos, stante dictione collectiua, *enfans*, juxta Rotam *dec. 266.num.10. & 12. & decis.300. numero 3. parte 1. in recentior.* 17

Respondetur primò, quod hanc conjecturam reprobat Menoch. *libro 4. præsumpt. 79. numero 76.* Rota Bonon. relata per Giouagnon. *cons.82. num. 165. lib. 1.* Fusar. *quæst.437. numero 205.* Cephal. *consil.419. numero 30. 31. & 74.* Maximè quando cum nomine *liberorum*, non adsunt verba denotantia tractum temporis : Surd. *decis.346. numero 28. consil. 554. n.20. versic.nec dicatur.* Rota *decis.357. n.2.& 11.p.1.recentior.* 18

Secundò, quod cùm donator discretiuè loquutus fuerit de liberis, & de liberis liberorum, non potest in primo casu nomine *liberorum* intelligi, nisi de liberis primi gradus : Rota *decis.473. numero 21. parte 4.tom.2.*Menoch.*consil.328. numero 8.9.& 10.* Giouagnon.*consil.24. numero 55. lib.1.* Surd. *consil. 554.num.6. versic. id quod ostenditur* : & in effectu dum donator loquitur de dote filiabus constituenda, sumit nomen, *Enfans*, provt opponitur nomini, *des filles*, disponens & ordinans, *que les enfans masles* 19

de Gabriel donneront cinq cents eſcus aux filles de Iean, au cas, &c.

20 Tertiò, variæ ſunt DD. Galliæ opiniones circa interpretationem dictionis, *enfans*: nam licèt plures, quos allegaui ſuperiùs *parte* 1. *quæſt. ciuil.* 51. *n.*11. exiſtiment dictionem illam eſſe collectiuam, & æquialere dictioni *liberorum*. Tamen alii plures exiſtimant hoc nomine, *des enfans*, ſolos liberos primi gradus contineri, vt notat Montolon *arreſt.* 26. Mornac. *ad l.*3. *C. de inoffic. teſtam.* Pelæus *quæſt. illuſtr.*18. Brodeau ad Louet *in nouis additionib. ad litteram S, numero* 8. *in vltima editione anni* 1656. & ita judicatum per Rotam Romanam *in cauſa Domini d'Aubres*, ſeu *in Auenionenſi fideicommiſſi coram R.P.D. Pirouano, die* 7. *Maii* 1638. ſuperiùs inſerta *cap.*12. *numero* 21. In qua cauſa ego ſcripſeram pro Domino d'Aubres; ſiquidem Domina Richarda in teſtamento ſubſtituebat Dominum Gabrielem de Grillets, caſu quo *les enfans maſles de Noble Pierre de Gerards* decederent *ſans enfans maſles*. Et cùm Dominus d'Ampus nepos ex filia Petri prætenderet ſe vocatum, fuit excluſus vti non comprehenſus ſub nomine, *des enfans*. Et ſanè ex communi vſu loquendi, nepotes ſub nomine, *des enfans*, non contineri dixi *ſuprà, parte* 1. *c.*99. *n.*18. maximè quando agitur de perſona imperita.

Non nocet etiam, quod donator voluerit dotem nurus non capi, niſi in ſubſidium, de dicta Terra Sancti Tronqueti. Quia hoc ſolùm reſpiciebat fauorem liberorum primi gradus Joannis, qui erant diſpoſitiuè vocati: imò ex hoc deſumitur argumentum ad excluſionem ſubſtitutionis liberorum ſecundi gradus, cùm in eorum fauorem nullam fecerit ſimilem prohibitionem circa reſtitutionem dotium.

21 Nec ſimiliter obſtat quod agatur de Caſtro & Iuriſdictione: quia cùm donator non juſſerit illam integram conſeruari, ſed plures portiunculas fieri permiſerit, & ageretur de juriſdictione modici valoris, quæ tunc non dependebat à ſupremo Principe, ſed à Domino Barone Serignani, nec habebat jus aliquod meri aut mixti imperii, & ideo eam ſolùm Baſtitam vocat Bertrand. *conſil.*2. *in princip. vol.*2. *poſterior.* coniectura hujuſmodi non eſt magni facienda, provt eam non magni facit Fuſar. *quæſt.*480. *num.*77. *verſic. Hæc tamen declaratio:* Alciat. *conſil.*2. *num.*31. *verſic. non obſtat quod donatio: libro* 8.

Vnde concluditur, Dominum Petrum ex primo capite non eſſe vocatum.

Ad ſecundum Caput paucis reſpondendo, concluditur ſimiliter Dominum Petrum non eſſe vocatum.

22 Nam præſuppono quod non ſit vocatus in primo capite, provt non eſſe oſtendimus: non eſt etiam vocatus in ſecundo, vt dicit Rot. *dicta deciſ.* 486. *num.*21. *parte* 1. *recentior.* & vocatio eſt vnum ex requiſitis ad reciprocam, *l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de legat.*2. intelligendo prout *ſuprà, cap. præcedenti, n.*4.

23 Sed poſito citra veri præiudicium, quod fuiſſet vocatus in primo; non tamen ideo cenſeretur vocatus in ſecundo, quia ex ſubſtitutione actiua nihil infertur ad paſſiuam: Peregr. *conſil.*47. *n.*15. *vol.*1. Surd. *conſil.*315. *n.*13.

Et poſiti in conditione etiam in caſibus, in quibus ſunt vocati, non cenſentur inuicem reciprocè
24 gnati: Rot. *dict. deciſ.*538. *num.*8. *part.*2. *in recentior. & deciſ.*486. *num.*22. *parte* 1. & ab hac ſententia temerarium eſſet recedere in conſulendo, vel iudicando, vt dicit Fuſar. *quæſt.* 441. *num.* 2. *exiſtimo ego*: maximè cùm deficiant omnia requiſita, de quibus *in dicto §. Seia libertis*: & nullæ concludentes adſint coniecturæ, immò omnes contrà deicommiſſum, & multò magis contra reciprocum, vt ſupràfusè demonſtratum fuit, & optimè docet Fuſar. *conſil.*17. *à n.*27. *per multos ſequent.*

Vnde conſtat nullum in caſu propoſito adeſſe fideicommiſſum in fauorem dicti Domini Petri.

CAPUT CXX.

Expenduntur variæ coniecturæ tam vocationis, quàm excluſionis liberorum poſtorum in conditione: nempe ex qualitate deſcendentiæ, maſculinitatis, dotationis filiarum ordinatæ. De coniectura poſita ab abſurdo vitando, à veriſimili mente teſtatoris, & aliis ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Quod agatur de deſcendentibus, non eſt coniectura vocationis liberorum poſitorum in conditione.*
2 *Rejicitur vocationis coniectura ex eo quod agatur de contractu.*
3 *Ex diſpoſitione in rem concepta quando oritur coniectura vocationis.*
4 *Fideicommiſſum quantumuis reale, reſpicit ſemper eſt ad perſonas, & caſus expreſſos.*
5 *Qualitas maſculinitatis quantum operetur ad inducendam filiorum vocationem.*
6 *Quando pater ſtipulatur pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, liberi vocantur tanquam hæredes, non tanquam liberi.*
7 *Vocatio liberorum poſitorum in conditione excluditur per contrarias coniecturas.*
8 *Agnationis coniectura contraria eſt bonorum in ſio in plures ſucceſſores.*
9 *Per illa verba, ſi tunc viuat, ſit ne viuente gito expiret ſubſtitutio.*
10 *Quando teſtator mandauit fœminas dotari to caſu, ex eo oritur coniectura excluſionis commiſſi in alio caſu.*
11 *Si teſtator in vno caſu filios in conditione expreſsè vocauit, excluditur coniectura tionis in alio.*
12 *Coniectura ab abſurdo vitando potens eſt pro cluſione vocationis.*
13 *Electio cenſetur facta per eum qui habet facultem eligendi per donationem, aut hæredis inſtitutionem.*
14 *Excluditur vocatio ex coniectura petita à veriſimili mente teſtatoris.*

IN eadem cauſa, de qua *in præcedenti capite*, ſuper prætenſo fideicommiſſo Sancti Tronqueti, poſita fuerunt dubia, quibus reſponſum fuit ſequitur.

Ad primum, quod Petrus videtur vocatus, ſaltantùm in conditione poſitus, quia eſt deſcendens à primo donatore.

Reſpondetur, quod licèt agatur de deſcendentibus in conditione poſitis, verius eſt ipſos non cenſeri diſpoſitiuè vocatos, niſi concurrentibus con-

ditus

cturis ſufficientibus : Theſaur. *deciſ.96.n.7.* Bellon. jun. *conſil. 26. n.36.* ubi hanc communem eſſe opinionem teſtatur.

2 Ad ſecundum, quo opponitur liberos in conditione poſitos in contractibus, cenſeri diſpoſitivè vocatos : Reſpondetur contrarium eſſe verius, & magis communiter receptum, ut oſtendimus aliàs *part.1. cap.98. quæſt. civil.* citatis ad hoc pluſquam 50. DD. quibus nunc addo Cancer. *lib.1. cap.1. num.102.* & ita aliàs fuit judicatum per clariſſ. D. Argellum pro Communitate Villæ Inſulæ, contra D. de Neſmond.

3 Ad tertium, dum dicitur agi de diſpoſitione in rem concepta, & de fideicommiſſo reali, cùm agatur de re particulari, & ideo poſitos in conditione cenſeri vocatos : ad quod allegatur Caval. *deciſ.* 34. quæ eſt reperita *in recentior. deciſ.231. part.2.* Reſpondetur ſolam illam circunſtantiam, quod agatur de re particulari, non ſufficere, ut liberi poſiti in conditione cenſeantur diſpoſitivè vocati, ut ex communi ſententia plurimos allegans concludit Fuſar. *de ſubſtitut. q.467.n.104.*

Deciſio verò Cavalerii, & alia quæ in contrarium allegari poſſent, loquuntur quando teſtator adjecit aliqua verba denotantia onus reale & perpetuum, quod non eſt in caſu noſtro ; veluti ſi dictum fuiſſet, quod bona ſemper devolverentur ad proximiores, ut dicitur *in dicta deciſ.* alioquin ex ſimplici fideicommiſſo ſuper re certa non reſultat vocatio poſitorum in conditione : Peregr. *de fideicom. art.28. num.16. verſic. verò*, ubi dicit contra-
4 riam opinionem ratione & veritate carere. † Idem Cavaler. *deciſ.513. num.3. & 4.* ubi dicit fideicommiſſum reale reſtringendum eſſe ad perſonas & caſus expreſſos : Rot. *in recentior. deciſ.300. num.28. parte 1.* & in omnem eventum etiam in fideicommiſſo reali, ut illi ſit locus, probandum eſſe conditionem fuiſſe purificatam, & ſic Gabrielem filium Joannis deceſſiſſe ſine liberis maſculis, qui caſus non evenit, cum reliquerit dictos Dominos Scipionem, & Petrum : Cavaler. *dicta deciſ.113. numero 5.*

5 Ad quartum, dum dicitur inductam eſſe vocationem ex ſæpiùs repetita qualitate maſculinitatis, propter quam donator videtur reſpexiſſe ad perpetuam conſervationem ſuæ agnationis : Rot. *deciſ.266. num.15. part.1. recentior.*

Reſpondetur, quod ex repetita maſculinitatis mentione non ſunt inducendæ novæ ſubſtitutiones : Surd. *conſil.515.num.46.* Peregrin. *conſil.152. nmm.9. vol.5.* ubi quod qualitas maſculinitatis nihil operatur niſi quoad vocatos in caſibus, in quibus ſunt vocati : Rota *deciſ.486. num.17.& 18. part.1. recentior.* Quod maximè procedit, quando aliunde non colligitur intentio teſtatoris circa conſervationem agnationis : Gabriel *conſil.123. num.28. vol.2.* Gratian. *diſcept. forenſ.cap.352. num.13.& 14.* Rot. *deciſ.1154. n.3.p.3.diverſ.*

6 Ad ultimum, dum dicitur non obſtare defectum ſtipulationis, per *l.quoties, C.de donat. quæ ſub modo* Reſpondetur difficultatem conſiſtere in eo, quod ſtipulatio contenta in donatione de qua agitur, fuit interpoſita per Joannem filium pro ſe, & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque ſtipulantem, quo caſu liberi non cenſentur vocati tanquam liberi, ſed tanquam hæredes : Surd. *deciſ. 322. per totam*, Peregr. *de fideic.art.32.num.15.* Camil.de Med. *conſ.142. per totum*, Vincent. de Franch. *deciſ.213. num.56.* quod procedit non obſtante qualitate maſculinitatis appoſita. Surd. *deciſ.322. num.81.* & ideo cum D. Petrus non ſit hæres mediatus, nec immediatus primi acquirentis, ſuccedere non poteſt : Peregr. *de fideic. art.32. num.14.& 15.* ita ut non ſufficiat quod ſit hæres aptitudine, ſed debeat eſſe hæres actu per aditionem actualem hæreditatis, cùm agatur de qualitate hæreditaria appoſita in contractu : Peregr. *de fideic.dicto art.32.num.23. verſic. ſed contra* : quem cum multis aliis citat & ſequitur Fuſar. *de ſubſtitut. q.340.n.21.*

Sed ut res clarior evadat, attendendæ ſunt con- 7
jecturæ contrariæ intentioni actoris, cujus intentionem ſufficit per ſimiles conjecturas dubiam reddere, cùm agatur de illum excludendo à fideicommiſſo : Gabriel *conſil.132. num.37.vol.1.* Riminald. jun. *conſil.538.n.172.* Piſtor. *lib.4. quæſt.9. numero 82.*

Primò igitur pro fideicommiſſi excluſione facit 8
quod donator nullam habuit intentionem conſervandi bona in agnatione, ſed voluit fideicommiſſum ſtatim deficere, extantibus liberis primi & ſecundi gradus Joannis donatarii, cùm dederit facultatem Ioanni diſponendi de bonis donatis in totum ad favorem unius, vel plurium ex ſuis liberis maſculis, ad totalem diſpoſitionem & voluntatem ipſius. Si enim conſideraſſet aliquam continuationem & perpetuitatem fideicommiſſi, mandaſſet unum eligi, non autem bona diſtribui permiſiſſet inter plures, & duodecim fieri portiones, ſi Joannes duodecim maſculos habuiſſet, quia per diviſionem ampliſſima quæque petrimonia corrumpuntur ; & nullum eſt tam pingue patrimonium, quod non multiplici diviſione redigatur ad minimum : *cap. ex litteris, de pignorib.* ibi, *propter poſſeſſionum minutias* : cum aliis citatis per Surd. *conſil.375. numero 13.*

Secundò ſi teſtator habuiſſet intentionem con- 9
tinuandi & perpetuandi fideicommiſſum, non ordinaſſet illud extingui in perſona Gabrielis Primi. Et tamen expreſsè mandavit, quod ſi Gabriel Primus viveret tempore caſus evenientis, liberi ipſius non admitterentur ad fideicommiſſum : ut patet ex illis verbis ; *veut que leſdits biens appartiennent à Gabriel s'il eſt en vie, & s'il n'eſt en vie, à ſes enfans maſles* ; quod non ſolùm apponitur in medio, ſed etiam in fine ſubſtitutionis : verba enim illa, *s'il n'eſt en vie*, continent conditionem negativam, ita ut per exiſtentiam Gabriëlis, ejus liberi excludantur : Borrel. *in l. ſi ita ſcriptum, num.2. ff. de liber. & poſthum.*

Tertiò, ſi donator conſideraſſet filios ſecundi 10
gradus Joannis, eoſque vocare diſpoſitivè voluiſſet, proſpexiſſet filiabus liberorum dicti Joannis de dote, ſicut proſpexit filiabus primi gradus ejuſdem Joannis : quod cùm non fecerit, conſtat ejus intentionem fuiſſe, ut liberi primi gradus Joannis de bonis illis ad libitum diſponere poſſent : conſideranvidelicet non eſſe opus providere ſuper dotations illarum, quia bona apud ipſarum parentem libere permanebant : Menoch. *conſil.327.numero 69.& 702* ubi dicit quod etiam in caſu plurium ſubſtitutionum factarum cum adjectione maſculinitatis, ſi teſtator adjecerit fœminas debere dotari in uno caſu, ex hoc colligitur ſubſtitutionem non eſſe extendendam ad aliam : & in hanc ſententiam deſcendit Fuſar. benè explicans, *in tract. de ſubſtitut. q.480. n.11.* ubi dicit quod conjectura repetitionis fideicommiſſi ceſſat, quando teſtator mandavit dotari filias inſtitutorum, & non mandavit dotari filias poſitorum in conditione.

Quartò, quia quando donator voluit diſpoſitivè 11
aliquos

aliquos vocare, id expreſſit, ut videre eſt in filiis primi gradus Ioannis; cùm mandat quod bona perveniant ad liberos maſculos Ioannis: item dum vocat liberos Gabrielis Primi, diſpoſitivè loquendo: at verò liberos liberorum Ioannis non vocat diſpoſitivè, ſed tantùm in conditione ponit. Quod ſi illos vocare voluiſſet, hoc utique expreſſiſſet in liberis ſecundi gradus, quemadmodum expreſſit in liberis primi gradus, & in liberis Gabrielis Primi, quia cùm diſponens aliquos in una parte diſpoſitionis ponit tantùm in conditione, alios verò ponit in diſpoſitione, tunc poſiti in conditione non cenſentur vocati, quia ſi diſponens illos vocare voluiſſet, hoc utique expreſſiſſet, quemadmodum expreſſit in aliis: ut dicit Socin. ſen. *conſil.* 116. *num.* 2. *vol.* 3. Intrigliol. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 168. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 76. *num.* 29. ubi dicit hoc caſu ceſſare conjecturas vocationis poſitorum in conditione. Et ſanè ſi teſtator voluiſſet diſpoſitivè liberos ſecundi gradus vocari, hoc utique expreſſiſſet, quemadmodum expreſſit in cæteris; quod cùm non fecerit, facere noluiſſe credendum eſt: *l. unic. §. ſin autem ad deficientis, C. de Caduc. toll.*

12 Quintò, quia ſi liberi ſecundi gradus & ulteriorum eſſent diſpoſitivè vocati, ſequeretur abſurdum, nempe quod ſi Ioannes habuiſſet plures maſculos ex quibus unum tantùm elegiſſet, prout facere poterat; deinde verò dicti liberi maſculi non electi reliquiſſent liberos, liberi primi gradus non electi excluderentur ex ordinatione diſponentis, & tamen illorum liberi eſſent vocati, cùm prætendatur ex adverſo nullam dari electionem in liberis ſecundi gradus, ſed omnes in totum admitti: unde liberi ſecundi gradus admitterentur, & illorum parentes excluderentur, quod eſt abſurdum, quia filii primi gradus dicuntur magis dilecti: *l. Publius, §. finali, ff. de condit. & demonſtr.* & ſic faciliùs debent includi, & difficiliùs excludi: *l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. Caſanat. *conſil.* 3. *num.* 29. Valet autem conjectura ab abſurdo vitando in omni diſpoſitione, *l. nam abſurdum, ff. de bon. libert.* Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 7. *per totum*: eſſet autem abſurdum, ſi liberi liberorum Ioannis eſſent omnes vocati, & tamen eorum parentes eſſent excluſi per electionem unius à Ioanne factam, ut ſuprà dictum eſt.

Sextò, quamvis liberi ſecundi gradus non ſint vocati; tamen, poſito citra veri præjudicium, quod adeſſet vocatio, ſicut Ioannes potuit unum ex liberis eligere, ita & Gabriel Secundus filius Ioannis potuit eligere, & facultas eligendi cenſetur in eo repetita, cùm una pars teſtamenti aliam declaret: *l. qui filiabus, ff. de legat.* 1. *l. ſi ſervus plurium, §. finali, ff. eod. tit.* maximè cùm eo caſu militaret eadem ratio obſequii per liberos patri præſtandi: quo ſic ſtante, Gabriel Secundus tam per donationem quàm per inſtitutionem hæredis cenſetur elegiſſe Ioannem Scipionem in bonis ab avo venientibus: ut docet Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſ.* 4. *gloſſ.* 5. *num.* 64. *fol. mihi* 92.

13 Septimò, quia donator liberos primi gradus non omnes vocat, ſed tantùm eligendos. Deinde dum tractat de liberis Gabrielis, omnes vocat æquis partibus & portionibus: at verò dum agit de liberis liberorum, illos ſimpliciter ponit in conditione. Quod ſi illos vocare voluiſſet, quemadmodum in Gabriele Primo expreſſit portionem, ita in liberis ſecundi gradus Ioannis, aut portiones expreſſiſſet, aut illorum parentibus eligendi facultatem conceſſiſſet: quod cùm non fecerit, concludendum eſt, illum non habuiſſe animum dictos filios ſecundi gradus Ioannis diſpoſitivè vocandi: valet enim argumentum ex veroſimili mente contrahentium. Gloſſ. *in l. veteribus, ff. de pact.* Mantic. *de tacit. convent. lib.* 3. *tit.* 1. *per totum.*

Ex quibus ſequitur, quod etiamſi adeſſent conjecturæ vocationis, illæ ex contrariis conjecturis ad nihilum redigerentur.

CAVT CXXI.

In hoc capite continetur ultima Deciſio Rotæ Romanæ lata in prædicta cauſa, de qua *in duobus capitibus præcedentibus*, ultra alias Deciſiones inſertas *ſuprà, cap.* 55. *part.* 1. *harum quæſt. Civil.* Et decidit liberos hoc caſu non eſſe vocatos, licèt in conditione poſitos, rejectis conjecturis pro vocatione allatis, & approbatis aliis quæ contra vocationem deductæ fuerunt. Confirmatur doctrina deducta ex ſtipulatione interpoſita per Donatarium pro ſe, & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque. Et confirmantur prædictæ Deciſiones in eadem cauſa factæ.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R. P. D.

CELSO,

In cauſa Avenionenſi Fideicommiſſ.

Lunæ 22. Aprilis 1652.

1 *Fideicommiſſum ad certas perſonas reſtrictum illas operari non debet.*

2 *Ex eo ſolo quod agatur de deſcendentibus, non poſiti in conditione cenſentur vocati, licèt deſcendentibus leviores conjecturæ ſufficiant.*

3 *Ampliatur, ut procedat etiamſi ageretur de diſpoſitione contractuali.*

4 *Sola conſideratio maſculinitatis non arguit exclamationem agnationis.*

5 *Mentione filiorum facta ſub qualitate legitimorum & naturalium, non ideo inferitur vocatio filiorum in conditione.*

6 *Qualitas Caſtri juriſdictionalis non attenditur, ſi adveneriit poſt tempus teſtamenti.*

7 *Et etiamſi adeſſet tempore teſtamenti, non ſufficit ad arguendam vocationem.*

8 *Excluſio fœminarum reſtricta ad certam gradum non arguit vocationem maſculorum in conditione poſitorum.*

9 *Si teſtator juſſerit filias dotari in quibuſdam caſibus, non ſequitur vocatio maſculorum in aliis, imò ex eo excluditur.*

12 Dubi

10 *Licentia alienandi certa quædam bona pro dote uniùs fœminæ excludit perpetuum fideicommiſſum.*

11 *Digreſſio ad plures ſubſtitutionum gradus quando facta intelligatur.*

12 *Quando una ſubſtitutio pendet ab eventu alterius, habentur pro unico ſubſtitutionis gradu.*

13 *Stipulatio pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, eſt contraria ſubſtitutioni agnatitiæ:* & num. 15.

14 *Clauſula,* Ad omnimodam voluntatem, *continet facultatem pleniſſimam diſponendi de bonis donatis.*

16 *Clauſula,* Bene vult & intelligit, *debet explicari retento eodem themate præcedenti.*

17 *Facultas alienandi ſtare poteſt cum fideicommiſſo, quatenus illa non fuerit reducta ad actum.*

18 *Ratio agnationis conſervandæ ceſſat, quoties ſtantibus agnatis bona poſſunt tranſire ad extraneos.*

19 *Subſtitutio vulgaris non convenit conſervationi agnationis.*

20 *Quando agitur de viro perito, aut de teſtamento facto cum conſilio Iuriſconſultorum, valde attendenda eſt locutio diſcretiva in teſtamento.*

21 *Si unus tantum ſuccedere debet, & ſubſtitutio facta ſit cum conditione ſi ſine liberis, illo decedente cum liberis ſubſtitutio expirat, & ſic non eſt fideicommiſſum graduale & perpetuum.*

22 *Fideicommiſſum relatum ad rem, ſi fuerit reſtrictum ad certas perſonas, ex reali efficitur perſonale.*

23 *Explicantur Deciſiones Rotæ Romanæ* in Bononienſi fideicommiſſi de Turri, coram DD. Veroſpio & Manzanedo.

24 *Deficientibus verbis tractum temporis ſucceſſivum importantibus, filii in conditione poſiti difficilius cenſentur vocati.*

25 *In materia conjecturali, in dubio judicandum eſt non adeſſe fideicommiſſum.*

EADEM poſt plures propoſitiones reſolutum fuit pro confirmatione Sententiæ Rotalis declarantis, non conſtare de fideicommiſſo Baptiſtæ ad favorem Petri de Pol ſuper Caſtro Sancti Tronqueti. Fundamentum reſolutionis fuit, quia cùm idem Baptiſta Caſtrum prædictum donaverit Ioanni ejus filio ſtipulanti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, cum hoc, quod ſi dictus Ioannes decederet cum liberis maſculis legitimis, & naturalibus, illud ſpectaret ad unum, vel plures, ſecundùm totalem diſpoſitionem, & voluntatem ejuſdem Ioannis; ſi verò ipſe, & ejus filii ſine liberis maſculis decederent, pertineret ad Gabrielem ſecundogenitum ſi viveret, ſin autem ad ejus liberos, nulla facta mentione Petri, non poteſt 1 Petrus quicquam prætendere: † quia fideicommiſſum reſtrictum ad certas perſonas, extra illas operari non debet: Iaſ. *in cum res, n. 21. ff. de legat. 1.* Dec. *conſ. 210. n. 5.* Caſtr. *conſil. 97. num. 2. lib. 2.* Menoch. *conſ. 220. num. 128.* Peregr. *de fideic. art. 1. n. 27.* Ror. *dec. 24. n. 10. part. 4. tom. 2. recent. & deciſ. 359. num. 6. & 7. parte 5.*

2 Neque ex eo, quod Petrus fuerit poſitus in conditione, poteſt dici diſpoſitivè vocatus, dum pro eo non concurrunt efficaces, & concludentes conjecturæ vocationem ſuadentes, ut eſt Gloſſ. communiter approbata *in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit.* quam procedere etiam in deſcendentibus firmavit Rot. coram Burat. *deciſ. 387. num. 1. & 2. & in recent. deciſ. 221. num. 2. part. 5.* Licèt in illis leviores requirantur, quàm in tranſverſalibus: idem Burat. *deciſ. 385. in princ. verſ. tamen illæ, & d. deciſ. 387. num. 2. verſ. & quamvis*, & dictum fuit *in Bonon. fideicommiſſi de Sanctis, 17. Martii 1648. coram R.P. D. meo Bichio.*

Ac etiam ſi agatur de diſpoſitione facta per viam 3
contractus, & donationis, ut not. Peregr. *de fideic. art. 28. num. 29.* Mant. *de tac. lib. 2. tit. 14. num. 19.* Fab. de Anna *conſ. 52. num. 12. lib. 1.* Cancer. *var. lib. 1. cap. 1. numero 102.* Rota *in Melivitana hæreditatis, 27. Martii 1620. coram bon. mem. Seleucien.* cum aliis per Add. ad Burat. *deciſ. 385. n. 10. verſ. quod procedit.*

Pro receſſu autem ab opinione Gloſſæ, non ap- 4
probarunt Domini conjecturas alias deductas, & repetitas hodie pro parte Petri. Siquidem qualitas maſculinitatis non eſt conſiderabilis, deficiente ratione abſoluta conſervandæ agnationis, quæ argui minimè poteſt ex ſola vocatione maſculorum, ut notat Gabr. qui talem conjecturam affirmat eſſe levem, & communiter reprobatam *conſ. 93. num. 39. & ſeq. lib. 2.* Giovagn. *reſp. 82. numero 147. & ſeqq. libro 1.* Caſanat. *conſ. 37. num. 92. & 94.* Rota *deciſ. 486. num. 17. part. 1. in recent. deciſ. 667. num. 1. part. 2. deciſ. 272. num. 19. & deciſ. 279. num. 20. parte 6.* ubi firmat maximam adeſſe differentiam inter maſculinitatem, & agnationem, *& in Interamnen. fideicommiſſi, 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Bichio*, & plures cumulat Gratian. *diſcept. for. cap. 999. num. 6.* ubi loquens in juriſdictionalibus, firmat quod per qualitatem ſupradictam cenſetur tantum contemplatus ſexus, non autem agnatio: idemque comprobat Peregr. *de fideic. art. 26. num. 12.* Surd. *conſ. 398. num. 14. & conſ. 448. n. 2.* Rota *dict. deciſ. 667. num. 10. verſ. magna eſt, part. 2. recent.*

Altera verò conjectura, quod filii Gabrielis fue- 5
rint poſiti in conditione cum qualitate expreſſa, quod ſint legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio procreati, parirer eſt valdè debilis, cùm utplurimùm ſit ſolita apponi potius ex ſtylo Notariorum, quàm ex voluntate Teſtatoris, ut ait Noguerol. *allegat. 23. numero 34. & 35.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 242. numero 13.* Griuell. *deciſ. Dolan. 125. numero 77.* aliique relati per Modern. Cremon. *reſol. 147. num. 9. & 10.* Et illam tanquam vanam pluries Rota rejecit, ſequendo deciſionem Theſaur. *96. num. 26.* vt teſtatur Burat. *deciſ. 385. numero 8.* & de magis communi etiam in terminis deſcendentium firmatum fuit *in deciſ. 221. num. 12. p. 5. recent.* cum pluribus adductis per Roman. *conſ. 100. n. 45.*

Prætenſio quod donatio facta fuerit de Caſtro 6
inſigni, & juriſdictionali, non benè juſtificatur in facto, ſaltem de tempore donationis, & conſtituti fideicommiſſi, provt ex adverſo juſtificari deberet: ex not. per Peregr. *de fideic. art. 63. num. 46.* Mant. *de tacit. lib. 2. tit. 10. n. 3.* Fuſar. *de ſubſt. quæſt. 718. n. 64.* Ita vt ſi poſtea ſuperuenerit huiuſmodi qualitas, provt videtur apparere ex acquiſitione poſtea facta per Gabrielem de juriſdictione alta, media, & infima, nihil penitus operari poſſit: *arg. text. in l. quid ergo, ff. de his qui not. infam. & in l. matrem, C. de probat.* Bald. *conſ. 367. poſt med. verſ. item quando, lib. 5.* Peregr. *de fideic. art. 24. n. 29.*

Et tamen contrarium non obſtante qualitate
prædicta

prædicti, per text. *in l.pater filium*, §.*Iulius Agrippa,ff. de legat.*3. probat expreſsè Alciat. *lib.8.conſ.2. numero* 31.*verſ.nec quicquam facit, & lib.9.conſ.* 129. *per tot.*Ias.*conſ.* 96.*ſub numero* 30.*verſ.tertiò non obſtat, lib.*4. Rimin. jun. *conſ.* 632. *numero* 113. *lib.*6. Gratian. *cap.*280.*n.*22. *& ſeqq.* Surd.*dec.*238. *n.*16. *circa med.*cum relat. per Add. ad eundem *deciſ.*125. *num.*5. *&* 6.

8 Excluſio fœminarum non fuit generalis, & abſoluta,ſed reſtricta ad filios ſolius donatarii, vt patet ex illis verbis: *Item caſu quo Ioannes* poſt ejus obitum relinqueret filias,d. Gabriel, aut ejus liberi, qui habebunt d. ſubſtitutionem, teneantur vnicuique filiarum d. Joannis ſoluere ſcuta 500. aurea, dum in matrimonio collocabuntur. Vnde cum de tali dote non prouiderit neptibus, ſicuti fecerat ad fauorem filiarum, quas excluſerat, eædem neptes nec cenſentur ab hæreditate excluſæ, nec exinde nepotes in conditione poſiti ad fideicommiſſum vocati: Pariſ.*conſ.*41.*num.*59. *lib.*3. Curt. iun. *conſ.* 11.*num.*4.*verſ.nec obſtat, lib.*1. Giouagnon. *conſ.*82. *num.*164.*lib.*2.Rot.*dec.*475. *num.*5. *verſ. aderat præterea, p.*4.*diu.& in rec. dec.*151.*n.*8. *&* 9.*& dec.*195. *n.*17.*p.*5.

9 Et ſimili reſponſione remouetur aliud obiectum deductum ex prohibitione facta per Teſtatorem, ne dos Clementiæ vxoris Donatarii detraheretur ex dicto Caſtro, niſi in caſu, quo alia bona non ſufficerent; nam caſus d.reſtitutionis purificari debebat per mortem eiuſdem Donatarii durante fideicommiſſo in ejus filiis diſpoſitiuè vocatis, quatenus ſupereſſent,ſin minus in Gabriele ſen. Cúmque donans non idem diſpoſuerit de dote reſtituenda vxoribus filiorum Joannis, infertur quod illos grauare noluerit, *ex Pariſ.Giouagn. & aliis ſu-*

10 *pra deductis.* † Vltra quod licentia alienandi Caſtrum pro reſtitutione dotis Clementiæ, excludit voluntatem perpetui fideicommiſſi, quia bona ſemel ex fideicommiſſo extracta, ſub illo amplius non redeunt: Aym. *conſ.* 186. *num.*14. Gabr. *conſ.* 111.*n.*7.*&* 8.*lib.*2.Rota *dec.*209.*n.*3. *& ſeq. part.*1. *recent.& in Romana Caſalis Aguzzani,* 16.*Decembris* 1641. *coram R.P.D.meo Rojas.*

11 Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus nullo modo videtur ſubſiſtere; nam poſt ſubſtitutionem in qua filii fuerunt poſiti in conditione, in quibus terminis loquitur Anchar. author huius coniecturæ,*conſ.*74.*num.*2. vnica legitur facta ſubſtitutio in fauorem Gabrielis ſen.ſi erit in vita, ſin autem ejus filiorum, quæ vti per vulgarem expirabat in ipſo Gabriele, ſeu ejus filiis, dum non adſunt verba tractum temporis importantia, juxta doctr. Cuman.*in l.cum ita,*§.*in fideicommiſſo, num.*4. *de legat.*2. Grat. *diſcep.for. cap.* 536. *numero* 47. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 473. *numero* 30. *parte* 4. *tom.*2. *recent.dec.*151.*n.*12. *dec.*211. *numero* 6. *& deciſ.*326. *numero* 5. *&* 6.*p.*5. *& dec.*272.*num.*13. *parte* 6. & fuit dictum *in Bonon. fideicommiſſi,* 7.*Iunii* 1647. *coram Reuerendiſſ. Terracinen.*Et ideo illa non erat ſufficiens, cùm ad dictum effectum plures requirantur ſubſtitutiones, ex adductis per Giouagn. *conſ.*82. *numero* 30. *verſ.ſextò,* Pariſ.*lib.*1. Menoch. *conſ.*706. *num.*6. Cancer. *var. parte* 1.*capite* 1.*de ſubſtit.numero* 133. Rot. *in Bonon. fideicommiſſi de Sanctis,* 16. *Martii* 1648. *coram R.P.D.meo Bichio.*

12 Immò nec etiam antè poteſt conſiderari talis digreſſus: Quia cùm tam prima ſubſtitutio facta de perſona Joannis ſi ſine filiis, quàm altera de filiis ipſius pariter ſi ſine liberis morerentur,penderet ab obitu ejuſdem Joannis, pro vnica ſubſtitutione reputantur, vt dixit Rot. *dec.*272.*ſub num.*14.*&* 15. *parte* 6.*rec. & in Romana fideicom. de Ferrarien.* 19. *Nouembr.* 1646. *&* 29. *Maii* 1647.*coram R.P.D. meo Peuting.*

In contrarium verò validiores viſæ fuerunt conjecturæ pro excluſione fideicommiſſi adductæ: quia donatio Caſtri ſtipulata fuit pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque; ſub quibus verbis, & propties in donatione repetitis, comprehendi hæredes etiam extraneos, firmauit Rota *deciſ.*251.*n.*5.*&* 6. *parte* 5.*recent.in Sarſinaten.feudi* 22. *Iunii,&* 19. *Decembris* 1645.vbi cumulantur concord. *coram Rorendiſſ. D. meo Decano, & in Romana domus,* 2. *Februarii* 1647.*&* 9. *Decembris* 1650.*coram me*, & in terminis Gloſſ. *in l. Lucius*, d. ſtipulationem proderarunt Fab. de Anna *conſ.*52.*num.*22.*&* 25. *lib.*1. & alii relati per Moder.Cremon.*reſol.*147. *num.*1. † Concurrentibus præſertim aliis verbis, *Ad omnimodam voluntatem*, quæ important plenſſimam facultatem de bonis donatis diſponendi, juxta Gloſſ. *in clem.*2.*verb. omnimodam, de ſor. comp.* Menoch. *conſ.*2. *num.*1256. *& ſeq.* Alciat. *reſp.*4. *num.* 31.*verſ.ſuadet*, *lib.*4. Rota *in Maceraten. permutaria,* 20. *Iunii* 1644. *coram Eminentiſſ.* Card. Ottobono.

Quæ coniectura eo fortiùs vrgere videtur, quia Ioannes donatarius correſpectiuè ad donationem receptam jura ſibi competentia ſuper bonis paternis remiſit eidem patri ſtipulanti pariter pro ſuis hæredibus,& ſucceſſoribus quibuſcumque; nam dicti hæc ſtipulatio importat libertatem bonorum, & excluſionem fideicommiſſi adfauorem patris.Rot. *in Romana ſucceſſionis de Comitibus,* 13. *Iunii* 1642. §.*reſpectu*, *coram Reuerendiſſ. D.meo Dunus*: Ita etiam eumdem effectum præter caſus inibi expreſſos operari debet hæc ſecunda ad fauorem filii, vt in propoſito ratiocinatur Ramon. *conſ.*100. *n.*23. Rot. *in Romana dotis*, *ſeu ſiceicommiſſi de Arpulia,* 18.*Ianuarii* 1641. *coram R.P.D.meo Bichio*, & *in Tiburtina Caſtri S. Angeli,* 11.*Martii* 1650. *coram R.P.D.meo Meltio.*

Nec ſtipulationi prædictæ pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque reſiſtunt verba, *ſi vult, & intelligit*: Quia illa benè tollunturaponſionibus datis *in deciſionibus R.P.D. roſpii.* Et nihilominus ſemper debent intelligi tento priori themate eiuſdem ſtipulationis ditariæ,ex deductis per Giovagn.*reſp.*99.*n.* Cyriac.*controu.*400.*n.*121.Rot. *deciſ.*15. *num.* p.7.*recent. & in Sarſinaten. feudi,* 22.*Iunii* 16 ram *Reuerend. D. meo Decano.* Quinimmò ſunt patibiles cum ipſa ſtipulatione, quatenus Caſtrum prædictum ad hæredes extraneos ueniſſet, ſeu aliter de bonis donatis non ſtipulatione diſpoſitum,vt dixit Rot.*in Roman* tenſi *fideicommiſſi*, 30.*Aprilis* 1638. *coram Cu* 7.*Nouembris eiuſdem anni, coram Pirouano.* in ſimili dicimus,quod facultas alienandi pro re ſimul cum fideicommiſſo,quatenus illa redacta non fuerit, vt advertit Cephal.*conſ.* Peregr.*de fideic.art.*40.*n.*45. Rot. *in S. Seuerin. com.*25.*Iunii,&* 14.*Decemb.* 1646.*&* 27.*Maii coram R.P.D.meo Veroſp.*

Et ex his excluditur penitus, quod in hoc di donatione fuerit habita ratio conſeruandæ ſucceſtionis, quia illa ſemper ceſſat quoties extat teſt caſus, quod extantibus agnatis bona tra in extraneos, vt not.Alex.*conſ.*38.*numero* 4. *lib.*6.Socin.jun. *conſ.*26.*ſub numero* 11.*lib.*4. *reſp.*1.*num.*279. *&* 282. *& ſeqq. lib.*2. Gabr. *num.*2.

*n.24.ad med.vers.in eo autem,lib.1.& cons.100.n.34. & 35.lib.2.*Bursat.*cons.300.n.67.vers.ex omissione absoluta:* Papon.*cons.113.n.19.& seqq.* Rot. *in Montis Falisci fideicomm.19.Ianuarij* 1618. coram Coccino.

19 Provt etiam cessare videtur, dum idem donans in casu obitus Joannis sine filiis vocauit Gabrielem sen.alterum suum filium,eiusque liberos per vulgarem,cum illa expiret aditione grauati: *leg.post aditam,C.de impub. & aliis substit.* Griuel. *decis.Dolan. 125. n.42.* Et simili ratiocinio vtitur Ramon.*cons. 100.n.275.* Giouagn.*cons.82. num.139.& 163.lib.1.* Gratian. *discept.for. cap.536.n.63. & 64.* Rot.*decis. 538.n.4.part.2.recen.& decis.151.n.11. in fin.& dec. 221.n.10.part.5.& decis.272.n.23. part.6.*

20 Quæ omnia faciliùs firmanda veniunt,quia non versamur in persona rudi, sed in homine valdè Perito ; qui licèt benè intelligeret vim , & efficaciam verborum , & diuersam substituendi formam , distinguendo casum obitus cum liberis,& sine liberis; Nihilominus in celebratione istius Iustrumenti vsus fuit opera insignium Iurisconsultorum, quod in specie ponderat Cyriac. *controu.281.n.77.& seq.* Altograd.*cons.61.n.66.vers. sed efficacissima* : Rot. *in Bonon. fideicommissi de Glauarinis, 5. Iunii 1637.coram R.P.D. meo Rojas.* Ac propterea, cùm ipse non solùm posuerit in conditione,sed etiam expresè vocauerit illos, ad quos volebat rem donatam peruenire ; signum est euidens, quod non intellexit eos vocare, quos tantùm in conditione posuit ; nam talis discretiua locutio contrariam arguit disponentis voluntatem : vt not. Zanch. *in l. hæredes mei, §.cum ita, n.93.ff. ad Trebell.* Rustic. *de liber.in condit.posit. lib.4. cap.4. n.2.& seq.* Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt.76.n.43.&* 44 Soc.sen. *cons.126. n.2. lib.3.* Gabr.*cons.97. n.28. lib.1.* Rot. *in Romana successionis de Comitibus, 22. Iunii* 1642. *coram Reuerendiss. D. meo Decano,& in Romana fideic.de Coronis,28.Ianuarii* 1647.*coram R.P.D.meo Cerro.*

21 Aduertendo præsertim, quod omnes filii Joannis fuerunt positi in conditione,qui si essent dispositiuè vocati, debuissent etiam omnes admitti, juxta dispositionem tex. *in l.Lucius, ff. de hæred. instit.* Et tamen ipsemet donans voluit,quod vnus tantùm ex eis succederet, quem Ioannes elegisset. Unde si iste electus sine prole decedebat, fideicommissum expirabat,nam cæteri remanebant perpetuò excluſi : per text.*in l.vnum ex familia 69.§.si falcid. ff. de legat.2.* Odofred.*ibid.col.2.in princ. vers.& Titius elegit vnũ:* Sarmient.*select.interp.lib.8.§.si fundum,n.2.* Ant. Faber *de error.prag.decad.53. err.1. vers.hinc verò sit,* Rot.*dec.149.n.5.vers.quam sine dubio : part.7.recent.* cum pluribus adduct.*in Romana hæredit.de Togninis, 18.Maii* 1648.*coram R.P.D. meo Peutingero.*

22 Non obstat , quod verba fuerint directa in rem, & ideo fideicommissum dicatur reale. Quia cùm sit consecutiuum ad certas personas, de reali efficitur personale : Ruin. *cons.127.n.10. lib.2.* Menoch. *cons.705.n.41.vers.respondetur :* Fusar. *de subst.quæst. 269.n.1.*Rot.coram Caual. *dec.513.n.4.& dec.632. n.12.part.4. tom.3. recent.& in Bonon. fideic.de Sanctis,16.Martii, 1648.coram R.P.D.meo Bichio.*

23 Minus applicantur decisiones *in Bonon. fideic. de Turri, coram bon. mem.Card.Verospio, & Manzanedo.* Quia *ibi* aderat expressa reciproca inter institutos, & digressus ad plures substitutionum gradus,& exclusio fœminarum ob rationem conseruãdæ agnationis. Imò in illis,provt in aliis pluribus ex aduerso allegatis, non concurrebant conjecturæ pro exclusione fideicommissi , provt concurrunt in præsenti casu. Aliæ verò decisiones , vel loquuntur in terminis statuti Vrbis , ex cuius dispositione filii in conditione positi censentur dispositiuè vocati , vel procedunt quando fuit contemplata agnatio , & constat clarè de voluntate disponentis,quod voluerit facere fideicommissum perpetuum.

Vnde attentis prædictis , & cessante in præsenti casu prohibitione alienationis , digressu ad plures substitutionum gradus , ratione conseruandæ agnationis, ac verbis denotãtibus tractum temporis successiuum, quæ regulariter ponderari solent pro inducendo fideicommisso, & ad hoc,vt filii in conditione positi censeãtur vocati,vt per Odd.*cons.66.sub n.24.vers.& illa excluſa,*Casanat.*cons.45.n.111.*Rot. coram Mantic.*dec.375.in fin.& in d. Bonon.fideic.de Sanctis,27.Martii* 1648. *coram R.P. D. meo Bichio.* 24

† Cùm materia sit merè conjecturalis , & hinc inde adsint conjecturæ, quæ mentem disponentis dubiam reddunt , hæc fauent alleganti non adesse fideicommissum , pro cuius excluſione in dubio pronũciandum venit,*l.pater filium,§.fin.de legat.3.* Fusar. *cons.42.n.32.* Gabr.*cons.132.n.37.lib.1.* Rot.*dec.667. n.14.p.2.recen.& dec.279.n.31. part.6.& in Tudertina assec.fideic.4.Iunii* 1640.*coram R.P.D. meo Rojas.* 25

Propterea Domini,materia plenè discussa, & approbando etiam fundamenta decisionũ corã R.P.D. meo Verospio: meritò pro confirmatione sententiæ Rotalis responderunt. Vtraque parte informante.

CAPUT CXXII.

De restitutione, vel solutione dotis consistentis in pecunia, facta vxori constante matrimonio. Et quando pecunia soluta vxori præsumatur tota peruenisse ad maritum. De fructibus dotis & augmenti vxori soluendis, viro vergente ad inopiã. Et quibus in casibus fiet, aut excludatur nouatio, maximè dum agitur de dote.

SVMMARIVM.

1 *Solutio & restitutio dotis facta constante matrimonio,non liberat maritum.*
2 *Fallit, si solutio fiat mulieri non perdituræ, & in causam justam.*
3 *Si dos consistat in pecunia, potest solui vxori de consensu mariti.*
4 *Quando fructus fuerunt constituti in dotem , & faciunt partem dotis, tunc maritus solam habet commoditatem fructuum.*
5 *Distinguuntur casus,in quibus tota pecunia præsumitur peruenisse ad maritum, quando tam ipse quàm vxor fatentur solutionem recepisse.*
6 *Quando vxor confitetur recepisse pecunias , antequàm sit locus dotis restitutioni , tota pecunia præsumitur peruenisse ad maritum.*
7 *Ampliatur , etiamsi maritus perniserit vt vxor pecuniam caperet ; nisi tamen aliunde probetur, vxorem factam fuisse locupletiorem.*
8 *Viro ad inopiã vergẽte fructus dotis debẽtur vxori.*
9 *Itẽ illi debentur fructus donationis propter nuptias.*
10 *Præsumptio l.* Quintus, ff. de donat. inter vir. & vx. *quod quæsita per vxorem præsumuntur proueniſſe ex bonis mariti,non habet locum ſtantibus conjecturis in contrarium.*
11 *In prouincia Prouinciæ creditores possunt soluere in bonis credita pecuniaria.*
12 *Euictio qua prouenit ex natura rei,non debetur.*

13 *Nouatio non inducitur quando agitur de contractu ſeparato & independenti à primo.*
14 *Ex quibus excludatur nouatio, quando vxor fecit contractum authorizante marito.*
15 *Nouatio ſit retentis iiſdem terminis primi contractus.*
16 *Quando agitur de dote, non ſit nouatio, niſi quatenus fuerit vtilis.*
17 *Nouationem fieri ex quibus impediatur.*
18 *Cui ſolui non poteſt, ille nouare non poteſt.*

PRo reſolutione plurium difficultatum propoſitarum ex parte eiuſdem mulieris nuptæ, cuius maritus decoctioni proximus erat, ſequentes concluſiones propoſitæ fuerunt.

1 Et primò quidem ſuper eo quod reſolui petitur, vtrùm dos conſtante matrimonio poſſit vxori reſtitui, & vtrùm mediante tali reſtitutione, ille qui dotem ſoluit, liberetur, ita vt nequidem contra maritum ſoluto matrimonio, vxor, vel ejus hæredes jus habeant repetendi ſummas eidem vxori ſolutas? Vera & generalis eſt concluſio, quod ſi maritus conſtante matrimonio dotem vxori reſtituat, non conſequitur liberationem, vt fusè probat Surd. *in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 34. num. 1. & ſeqq.*

2 † Niſi tamen illa reſtitutio fiat ex juſta cauſa, & non fiat mulieri perdituræ, adeo vt niſi probetur verſio pecuniarum in illam cauſam, non ſubſequatur liberatio ſoluentis: vt *ibid.* oſtendit Surd. *n. 7.*

3 Sed tamen generalis illa regula non procedit quando agitur de dote promiſſa conſiſtente in pecunia, tunc enim reſtitutio fieri poteſt ſi mariti conſenſus interueniat, vt copiosè explicat Barboſ. *in l. 2. in princ. p. 2. n. 2. verſic. vel clarius etiam reſponderi poterit, ff. ſolut. matrim.* vbi rationem reddit, quia quoad ſortem principalem nihil hoc caſu interuenit præter anticipatam ſolutionem, dum maritus reſtituit vxori id quod ſoluto matrimonio reſtituturus erat, nec etiam quoad fructus, ſeu interuſurium medii temporis, cùm pecunia ex ſe fructus non producat: *l. vſura 119. ff. de verb. ſignific.* quod etiam idem Auctor repetit *eodem loco, n. 13.* Quod bene explicat Alexand. *in l. 2. ff. ſoluto matrimon.* qui ſic loquitur *n. 9.* Sextò fallit quando eſſet promiſſa ab alio, vel legata mulieri, videtur quod maritus poſſit conſentire quod mulieri ſoluatur, & ſoluens liberetur, quod dicit habere locum ſi mulier fuerit effecta locupletior, aliàs non.

Secunda concluſio eſt, quod quãuis dicta vxor fecerit quittancias fructuũ, qui conſtituebant partem dotis ſuæ; tamen tales quittanciæ præſumuntur ſimulatæ, cùm pro majori parte fuerint ſcriptæ manu mariti, & per dictam uxorem ſolùm ſubſcriptæ.

4 Cùm enim negari non poſſit quin huiuſmodi fructus dotem augeant, cùm fuerint in dotem conſtituti, & ideo maritus ſolam commoditatem fructuũ habeat, *l. ſi conuenerit 4. ff. de pact. dotal. in princ.*

5 † Sequitur de jure præſumendum eſſe, quod tota pecunia peruenerit ad maritum. Tres enim hac in re caſus conſiderantur à DD. *Primus* eſt, quando maritus & vxor ſimul confitentur ſe pecuniam recepiſſe ex re mariti prouenientem. *Secundus* caſus eſt, quando maritus de conſenſu vxoris recepit pecuniam ex re propria prouenientem: & hi duo caſus non conueniunt quæſtioni propoſitæ. *Tertius* eſt caſus, quando agitur de pecunia prouenientex re mulieris, & ipſa ſola in præſentia & cum conſenſu viri ſui fatetur ſe recepiſſe pretium, qui propriè eſt caſus noſter. Et hoc caſu loquendo generaliter, concludunt DD. ſtandum eſſe confeſſioni mulieris, neque præſumendum eſſe quod pretium in totum vel in parte peruenerit ad maritum, vt per Alexand. *conſil. 38. paulo poſt principium verſic. tamen quia mulier, vol. 2.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 22. n. 11. verſic. declaratur tertiò, lib. 3.*

Sed tamen illa generalis regula notabilem recipit limitationem, quæ caſui noſtro optimè conuenit; nempe vt non procedat, quando vxor confitetur recepiſſe pecunias de eo tempore, quo nondum erat locus reſtitutioni dotis, alias talis confeſſio non præiudicat vxori, & tota pecunia præſumitur peruenisſe ad maritum, qui ſoluto matrimonio tenetur totam pecuniam reſtituere vxori, vt concludit Seraphin. *in tract. de priuileg. juram. priuil. 65. num. 6. verſic. quod tamen intelligendum eſt.* Honded. *conſil. 45. num. 29. verſic. ſi tunc poterat eſſe locus, vol. 1.* & benè Natta *conſil. 552. num. 7. & ſequent.* Vbi concludit *numero 10.* † quod etiamſi maritus ex cauſis à jure permiſſis, durante matrimonio, permiſerit quod dos ſolueretur vxori, non conſequitur liberationem, niſi probauerit mulierem fuiſſe factam locupletiorem, cum debeat dotem vxori reſtituere non perdituræ illam: *l. ſi cum dotem, §. final. ff. ſol. matrim. & l. mutus, §. marito, ff. de jur. dot.*

Tertia concluſio: Dicta vxor jure poſſulat ſibi ſolvi intereſſe ſuæ dotis, à die qua maritus inopiam factus fuit, necnon etiam augmenti & aliorum jurium ſuorum. Quia de jure fructus debentur vxori, marito ad inopiam vergente, quia conſignatio dotis fit ad hoc, vt ipſa mulier *una cum* marito ſe ſuſtentare poſſit: *l. ſi cum dotem, §. ſi vero, ff. ſol. matrim. l. vbi adhuc, C. de jur.* [illegible] *Bartol. in leg. ſi conſtante, numero 88. & 94. ff. ſol. matrim.* & idem fructus vxori debentur: *d. l. vbi adhuc, Rot. deciſ. 259. n. 2. part. 4. diuerſ.*

Et ſicut in caſu vergentiæ viri ad inopiam debentur vxori fructus dotis, ita & patres debentur fructus donationis propter nuptias: *dicta lex, non adhuc, & ibi* Bald. *num. 54. verſic. item ex fructibus ipſius, C. de jur. dot.*

Quarta concluſio: Solidatio computorum inter maritum & vxorem facta conſtante matrimonio, ſine dubio nulla eſt & inualida, cùm in ea non fuerit obſeruata ſolennitas Statuti Auenionenſis: ideo in hoc capite non videtur opus longiori digreſſione; vnde fruſtra videtur diſputari de præceptione *l. Quintus, de donat. inter vir. & vxor.* detamen ſi agendum eſſet, ſatis excluderetur per contrarias præſumptiones, quæ bene in facto deducuntur: de quibus Ricc. *collectan. 190.* Maſcar. *conſ. & concl. 214.*

Quinta concluſio: Quamuis Communitates Prouinciæ, ſuper quibus facta fuit ceſſio capitum trecentorum ſcutorum, ſoluerint marito tenenti annuos, illi tanquam marito debitos, in bonis mobilibus; tamen hæredes primi mariti dictæ mulieris de qua agitur, non tenentur, imò nec ipſa quidem vxor erga maritum de aliqua ejuſmodi ſolutione, quia de tempore ceſſionis, ſeu dationis illorum, ſolutum, maritus ſciebat qualitatem bonorum, & quod Communitates non poterant ſoluere ea, nisi in dictis bonis, ratione cuius ſcientiæ maritus excluditur à prætenſione regreſſus & exactionis, vt probatur per text. *in leg. prominiſcitur §. ſi à debitore, in verbo, ſciens: ff. de jur. dotium.* Bartol. *in leg. ſi cùm dotem, §. mulier, & ibi Alexand. numero 4. ff. ſolut. matrim.* Cencius *in tract. de cenſib. quæſt. 72. n. 23. verſic. declaratur etiam eo modo: in vltima impreſſione.*

Vide

12 Ultra quod, cùm ex lege inuiolabiliter obseruata in Patria Prouinciæ debitores, & præsertim Communitates possint dare bona in solutum suis creditoribus, absque vllo regressu contra cedentes, non potest prætendi euictio, quæ prouenit ex natura rei, & lege generali dictæ Prouinciæ: Gloss. *in l. si familiam, in verbo, pro parte, ad fin.* ibi, *sed magis puto: C. famil. erciſc.* Honded. *consil. 3. num. 40. lib. 1.* Mangil. *de euiction. q. 106. n. 23.*

Verùm in eadem causa dubium propositum fuit vtrùm per transactionem factam inter viduam, & debitores dotis, per quam conuentum fuit quod summæ dotales adhuc debitæ exigerentur per vxorem propria authoritate, fuerit nouata obligatio mariti, qui in contractu matrimonii se obligauerat pro restitutione dotis.

13 Dixi non esse tractandum de nouatione obligationis mariti, quæ nihil habet commune cum transactione: immò est planè diuersa, separata, &
14 independens. Alexand. *consil. 13. num. 2. & 3. vol. 2.* Maximè quia non interuenit stipulatio mariti, ex notatis per Marescot. *lib. 2. cap. 56. num. 15.* Quod tamen examinat Marc. Medic. *examinat. 41. numero 52.* Sed nec interuenit pactum, quia maritus non fuit præsens contractui, nisi ad authorizandam vxorem; ergo non ad contrahendum: Rota post Picum *ad statut. Vrbis, decis. 59. n. 12.* Franc. *decis. 585. num. 4. 5. & 6.*

15 Neque fit nouatio, nisi retentis subjectis & terminis primi cõtractus. Zang. *de except. p. 3. c. 5. n. 22.*

16 Et nouatio non fit quando agitur de dote, nisi quatenus mulieri fuerit vtilis: Riminald. junior *consil. 101. num. 22.* Marc. Med. *decis. 66. num. 62. & decis. 67. num. 26.* Gratian. *discept. 509. n. 13.* Socin. *reg. 472. in prima limitat.* Marescot. *lib. 2. c. 56. n. 7.* Medic. *de nouat. q. 7. prima part. n. 15.* Mantic. *de tacit. lib. 17. tit. 1. n. 19.*

17 Præsertim stante iuramento, quod potius præsumitur appositum cumulatinè, quàm extinctiuè: Riminald. jun. *d. consil. 101. num. 20.* Tusch. *litt. N, conclus. 119. n. 91.* Medic. *dicta decis. 67. n. 18.*

18 Et generaliter sequens stipulatio non nouat, quando interest stipulantis non fieri nouationem: Mantic. *dicto lib. 17. tit. 1. n. 20.*

Et is, cui solvi non potest, nouare non potest: *l. 3. l. cui rectè 10. l. non ideo 25. ff. de novat.* & eadem ratione is nouare potest, cui solui potest, vt explicat Castrens. *in dicta l. cui rectè, n. 1.*

CAPUT CXXIII.

Fideiussor qui pro alio interceſſit, quomodò, & qua actione indemnitatem consequatur pro summis solutis & damnis passis; necnon pro legitimo interesse per eum soluto, vel passo. Et quod hoc casu non sit opus denũciatione, quæ alioquin requiritur ratione damni emergentis. Quid si bona fideiussoris coactè viliori pretio vendita sint, utrùm detur repetitio istius interesse, & à quo tẽpore oriatur hypotheca? Ex sententiis vel mandatis judicialibus vtrùm nascatur hypotheca tacita? Vxor pro fructibus bonorum extradotalium vtrum habeat hypothecam? Filii tamen habent illam in bonis patris administrantis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor actione mandati repetit à suo principali debitore sortem, & vsuras per eum solutas, etiamsi nihil de indemnitate conuentum sit, maximè si sibi cessæ fuerint actiones.*

2 *Fidejussor cui promissa est indemnitas, repetit damna & interesse per eum passa, etiam via executiua.*

3 *Intellige de vsuris legitimis; nam illegitimæ non debentur de jure Canonico, quod seruandum est.*

4 *Fideiussor qui coactus fuit viliori pretio vendere bona sua, vt solueret id pro quo fideiussit, potest damnum illud repetere.*

5 *Neque hoc casu opus est quod fideiussor protestatus fuerit, aut damnum illud suo principali intimauerit, quamuis consultius fuerit hoc facere.*

6 *Fideiussor super bonis debitoris principalis graduandus est juxta hypothecam à die promissionis indemnitatis, tam pro sorte principali, quàm pro damnis & interesse.*

7 *Cessionarius subintrat in gradum & hypothecam cedentis.*

8 *Ex sententia non oritur hypotheca, nisi à die cœptæ executionis.*

9 *Ex mandatis judicialibus & condemnationibus voluntariis nulla oritur de jure hypotheca, & nec etiam à die executionis.*

10 *Maritus tenetur restituere vxori, vel ejus heredibus fructus bonorum extradotalium.*

11 *Vxor non habet bona mariti obligata pro fructibus bonorum extradotalium, nisi constet maritum illa administrasse de consensu tacito, vel expresso vxoris.*

12 *Pater vsufructuarius bonorum aduentitiorum filii tenetur ex fructibus soluere debita annua.*

13 *Bona patris legitimi administratoris sunt tacitè hypothecata filio pro mala administratione.*

14 *Et ista hypotheca oritur à die quo pater inchoauit administrationem.*

DIonysius donauit inter viuos liberis Dominæ Gabrielæ filiæ suæ, & Claræ alteri filiæ suæ omnia bona sua, nullis sibi fructibus reseruatis, sed solùm alimentis, sua, & vxoris vita durante, vnà cũ summa quinquaginta scutorum; quam donationem postea quatenus opus est confirmauit in fauorem Stephani & Georgii suorum ex dicta Clara nepotum, dictæque donationes intra legitima tempora fuerunt insinuatæ.

Idem Dionysius anno 1618. sub fideiussione patris dictorum Stephani & Georgii donatariorum, vendidit cuidam tertio annuam & perpetuam pensionem 49. scutorum, pro capitali 700. dictúsque Dionysius promisit eidem fideiussori ipsum releuare à solutione dictæ pensionis, & ejus capitalis, & omnium expensarum, damnorum, & interesse, quæ ea de causa sequi possent, sub obligatione & hypotheca bonorum suorum, &c.

Insurgunt nunc nonnulli creditores Dionysii concurrentes cum dictis donatariis, inter quos sequentes proponuntur difficultates.

Prima, vtrùm dictus dominus Fideiussor, aut ejus hæredes, vel creditores possint exigere super bonis Dionysii, non solùm summam capitalem 600. scutorum, sed etiam arreragia pensionum per eum solutarum, ascendentia ad scuta 350. & sic in totum scuta 1050.

Secunda, quia fidejuſſor coactus fuit vendere, ſeu in ſolutum dare pro ſumma, pro qua fidejuſſerat, quoddam ſuum rus, quod erat valoris 2100. ſcutorum, utrum poſſit repetere ſuper bonis Dionyſii indemnitatem totius damni quod paſſus eſt, dando in ſolutum viliori pretio præfatum rus.

Tertia, à quo tempore oriatur hypotheca dicti fidejuſſoris ſuper bonis præfati Dionyſii.

Quarta, vtrùm creditores, qui ſolo mandato judiciali nituntur, habeant hypothecam à die condemnationis, vel tantùm à die executionis.

Quinta, utrùm dicti donatarii poſſint impedire executiones dictorum creditorum in vim ſuæ donationis, quorum hypotheca eſt anterior.

Sexta, utrùm dicti liberi & donatarii ſint præferendi cæteris creditoribus pro fructibus bonorum extradotalium matris ſuæ, per dictum patrem perceptis, aut etiam pro fructibus poſt obitum dictæ matris per ipſum perceptis tanquam legitimum adminiſtratorem, de quibus tamen tenebatur ſolvere dictas penſiones decurſas in favorem præfati creditoris cenſus.

2 Ad Primam difficultatem propoſitam breviter reſpondetur, fidejuſſorem jure exigere poſſe à Dionyſio, ſeu ſuper ejus bonis, non ſolùm ſummam capitalem 700. ſcutorum, ſed etiam omnes redditus decurſos, & per eum ſolutos, tam ex diſpoſitione juris quo fidejuſſor actione mandati repetit à principali ſortem & uſuras, etiamſi nihil de indemnitate conventum fuerit: *l. ex mandato, in princip. l. ſi quis alieni, § impendia, ff. mandat.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 26. num. 94.* aut etiam in vim actionum, quatenus à creditoribus ſibi ceſſæ fuerint: Cencius *in tract. de cenſib. part. 2. cap. 2. quæſt. 3. artic. 3. num. 12.* aliàs *quæſt. 75.* quàm etiam vigore conventionis expreſſæ, qua dictus Dionyſius illam indemnem ſervare promiſit ab omnibus damnis, intereſſe, & expenſis: Cencius *ibid. num. 13.* Surd. *conſil. 150. num. 1. & ſequent.* Rota *deciſ. 327. num. 1. part. 3. recent.* † Pro quarum ſummarum repetitione competit illi via executiva vigore inſtrumenti: Cencius *dicto num. 13.* quia intereſſe ipſius ſatis verificatum, & liquidatum manet ex ſola lectura inſtrumentorum: Idem Cencius *loc. cit. articulo 2. num. 6.*

Quod debet intelligi de intereſſe legitimo, veluti ex annuo cenſu: vel ſimilibus, non autem de uſuris prohibitis: quia in hoc jus Canonicum eſt ſervandum, quidquid malè dicat Hering. *de fidejuſſ. cap. 15. num. 91. & 92.* quem meritò redarguit inſignis Senator Leonard. *in tract. de uſur. cap. 33. n. 18. & ſequent.*

4 Ad ſecundam reſpondetur, fidejuſſorem jure agere poſſe ad reſtitutionem omnis damni, quod occaſione dictæ fidejuſſionis paſſus eſt; & per conſequens ex venditione ruris, quod viliori pretio vendere coactus fuit. Ratio eſt, quia fuit expreſsè facta promiſſio indemnitatis per inſtrumentum publicum, quo caſu omnia damna & intereſſe debentur: Gratian. *diſceptat. forenſ. c. 549. num. 1. & 6.* Bertazzol. *claus. 43. gloſſ. 2. num. 1.* Cencius *dict. q. 75. num. 4. & ſeqq.* ubi quod fidejuſſor debet ſervari indemnis, tam ratione ſummæ principalis, quàm totius intereſſe, in quo ejus conditio fuit deterior facta, veluti capiendo pecunias ad cambium, vel ſolvendo propias pecunias, quas ſolitus erat in negotiationibus implicare. Et generaliter repetit fidejuſſor tam lucri ceſſantis, quàm damni emergentis intereſſe: Franc. *in cap. cum laicus, num. 2. de for. compet. lib. 6.* Tuſch. *in verbo, fidejuſſio, concl. 314. num. 6.* Imò & quando fidejuſſor coactus fuit bona ſua vendere, ex quibus fructus percipiebat, poteſt repetere hujuſmodi intereſſe à principali. Cencius *conſ. 35. n. 2.*

Adeo ut licèt hoc caſu conſultius ſit, talem non factam venditionem intimare principali, non tamen denuntiationis omiſſio illum excludat ab hujuſmodi damni petitione, ut probat Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 7. ampliat. 8. num. 263.* Barboſa in *l. 1. in princip. num. 44. ff. ſolut. matrimon.* Senator Leonard. *in tract. de uſur. q. 75. n. 5.*

Ad tertiam reſponſio clara eſt, hypothecam pro damnis & intereſſe oriri à die promiſſionis indemnitatis, & pro illis in concurſu creditorum gradiendus eſt fidejuſſor: Hering. *de fidejuſſ. cap. 27. n. 97.* Berlich. *commun. concluſ. lib. 1. concluſ. 66. num. 16.* Eadem quippe eſt hypotheca pro ſorte principali, & pro intereſſe, præſertim debito in vim contractus: *l. Lucius ff. qui potior. in pign. habeantur*, DD. omnes *in l. 1. ff. eod. tit.*

Immò ſi dictus fideiuſſor conſequutus fuerit ceſſionem jurium à creditoribus, ad quos ſpectat prædictum capitale, poterit vigore dictæ ceſſionis in concurſu creditorum graduari, juxta ordinem hypothecarum contentarum in inſtrumentis, à quibus originem ducit prædictum capitale, atteſtum quod dicta ſumma 700. ſcutorum converſa fuit in ſolutionem ſummarum anteriorum debitarum, cùm de jure ceſſionarius ſubintret in jus & hypothecam cedentis: Neguzant. *de pignorib. num. 3. quinta part. n. 13.* Pacific. *de Saluian. interdict. inſpect. 3. cap. 2. n. 900. & ſequent.*

Ad quartam reſpondetur, ex ſententia ſive mandato judiciali nullàm oriri hypothecam à diſpoſitione juris, ſed illam oriri tantùm à die executionis inchoatæ: Sol. *in conſtit. Sabaud. tit. quomodo præcedendum ſit in executionib. actionum perſonalium, gloſſ. 5. num. 1.* Papon. *lib. 18. tit. 6. arreſt. 36.* Rob. *ff. in conſtitut. Reg. vol. 2. tit. de conſtitut. verb. art. 1. gloſſ. 14. num. 48.* † Immò quando ſtatutum tribuit hypothecam à die latæ ſententiæ, non habet locum in iſtis mandatis judicialibus, & condemnationibus voluntariis, quæ fiunt ſine tela judicii, quamvis poſt condemnationem non factam mentio figura judicii ſubſequutum fuiſſet præceptum ſoluendo: Sola *dicta gloſſ. 4. n. 13.* Faciunt text. per Ozaſc. *deciſ. 134. verſ. ultimo.*

Ad quintam reſpondetur, quod cùm hypotheca cedentis virtute ceſſionis jurium ſit anterior natione facta per patrem, dicti liberi & donatarii non poſſunt impedire executiones ſub prætextu dictæ donationis in præiudicium habentium melioris & potiora jura: & in hoc nulla adeſt difficultas.

Ad poſtremam reſpondetur quoad fructus bonorum extradotalium, omiſſa illa quæſtione, utrum ſint reſtituendi per maritum, in qua verius videtur reſtituendos eſſe, cùm non agatur de bonis paraphernalibus, ſed extradotalibus, *ex deciſ.* Rotæ Auenion. 18. *n. 7.* Honded. *conſil. 91. n. 63. vol. 1.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 9. n. 19.*

Verius eſt pro illis fructibus nullam vxori, vel ejus hæredibus competere hypothecam contra bona mariti, quia lex dat ſolùm hypothecam pro recuperatione bonorum paraphernalium, quæ non eſt trahenda ad fructus, quia priuilegia ſtricta ſunt multiplicanda: Gabr. *conſil. 164. n. 49. & ſequent. vol. 2.* Pacific. *de Saluiano interdict. inſpect. 3. cap. num. 502.* Niſi tamen vxor expreſsè vel tacitè conſenſiſſet, quod maritus bona illa adminiſtraret; tunc enim tacita oritur hypotheca in bonis mariti. Ita

Rota *decis.173. n.2. post tract. Pacifici de Salvian. interdict.* Merlin. *de pignorib. lib.3. q.54.*

12 Quod autem attinet ad fructus per patrem, tanquam administratorem bonorum filiorum suorum perceptos ex bonis maternis ipsorum; certum est quod de illis fructibus pater debita annua solvere tenebatur, veluti census, & alia similia: Castill. *de usufruct. cap.56. num.14.15. & 16.* Menoch. *lib.4. præsumpt.143. num.18. & consil.115. num.11. vol.2.* Castill. *ubi sup. cap.58. num.10.* ubi quod usufructuarius omnium bonorum tenetur annua debita persolvere. Et sic cùm ipse non posset ignorare præfata annua debita, quia agebatur de proprio ipsius facto, in quo non poterat probabilem prætendere ignorantiam, tenetur resarcire damna filiis suis ex
13 sua mala & dolosa administratione illata; † & competit pro ejusmodi mala administratione hypotheca liberis super bonis paternis: Negus. *de pignorib. 2. part. memb.4. n.13.* Covar. *lib.1. var. resolut. c.8. num.6. versic. est & alia.* Peregr. *consil.38. n.15. & se-*
14 *quent. vol.6.* † quæ hypotheca incipit à die quo pater administrare cœpit, non autem à die quo malè administrare inchoavit: *l. cùm oportet, §. final. & ibi* Gloss. *in verbo initium, C. de bon. quæ lib.* Negusant. *2. part. memb.4. num.17. versic. & ista tacita: & membr.1.3. part. n.20.* Gratian. *discept. c.901. num.3.* Berlich. *lib.1. conclus.67. n.18.*

Et sic resolutæ manent propositæ difficultates.

CAPUT CXXIV.

Legitimatio per rescriptum supremi Principis facta non potest præjudicare fideicommisso, nisi Princeps deroget ex certa scientia & de plenitudine potestatis, & agatur de fideicommisso nondum aperto. Legitimationem cum clausula, *sine præjudicio venientium ab intestato*, non impedire, quin legitimatos capiat ex testamento, non tamen in præjudicium fideicommissorum. Prohibita alienatione, utrùm prohibeatur illa quæ provenit ex legitimatione. Legitimationem in articulo mortis factam non nocere substitutis. De potestate Archivii Romani circa legitimationes.

SVMMARIVM.

1 *Legitimationes quæ fiunt contra voluntatem testatoris, nunquam admittendæ sunt.*
2 *Ampliatur, ut procedat etiamsi legitimatio facta fuerit à Principe in ampliſſima forma. Sed vide* infrà, num.15.
3 *Quando agitur de dictione quæ plures habet interpretationes, illa debet prævalere sub qua testator illa dictione usus est in alia testamenti parte.*
4 *Princeps legitimando non derogat expressæ testatorum voluntati.*
5 *Quando testator proprias filias à successione excludit, multò magis legitimatos excludere voluisse censendus est.*
6 *Idem dicendum est, si masculos filiarum exclusérit.*
7 *Aut si fœminarum etiam extranearum legitimatos rejecerit.*
8 *Exclusis à primo & secundo substitutionis gradu legitimatis, censentur à tota successione exclusi.*
9 *Prohibita verbis amplissimis bonorum alienatione, censetur quoque prohibita legitimatio. Et explicatur quomodo procedere possit contraria Manticæ sententia.*
10 *Legitimatio facta in articulo mortis non nocet substitutis.*
11 *Legitimatio Archivii Romani multum sicca & debilis est.*
12 *Clausula, sine præjudicio venientium ab intestato, non excludit à successione testamento relicta.*
13 *Excludit tamen à successione fideicommissaria.*
14 *Archivium Romanum non potest legitimare, nisi adhibita clausula,* sine præjudicio venientium ab intestato.
15 *Princeps supremus de plenitudine potestatis quomodo deroget fideicommissis testamento relictis, & quæ in hujusmodi derogatione requirantur.*
16 *Princeps supremus facilius derogat de plenitudine potestatis fideicommissis nondum apertis, & sic in jure quærendo.*

DUm de legitimationis effectu quæritur, tria potissimùm consideranda sunt, nempe potestas, voluntas & solemnitas. De quibus difficile est certi quidpiam asserere, nisi visis verbis legitimationis, & cognita legitimantis facultate. Ex capite itaque voluntatis paucis concludendum est, legitimationem, de qua agitur, non præjudicare substituto, quominus ad fideicommissum ex testamento in ejus favorem apertum, ob finitam lineam masculinam naturalem & legitimam ipsius testatoris, admittatur: † cùm certissimum sit, nunquam admittendas esse legitimationes, quæ contra testatoris voluntatem fiunt, ex Bulla fel. rec. Pii V. ut censuit Rota *in Bononien. de Maluetiis*, relata *decis. 422. n.1. part.3. in recentioribus, & decis. 388. part.1.* Fusar. *de substitut. fideic. quæst.408. n.21.* ubi loquitur quando pater excluſit proprios filios legitimatos: & ad hoc allegat Paris. Engen. & Decianum. † Quod locum habet, quantumvis legitimatio à Principe concessa fuerit in ampliſſima forma, Lup. *de illeg. comment.3. §.2. n.18. versic. quæ conjectura.* Limitanda tamen *ut infrà, n.15. & 16.* 1 2

Hoc autem in testamento, de quo agitur, satis expressa est testatoris voluntas, qui expresse declaravit se vocare ad fideicommissum liberos naturales & legitimos, natos & nascituros, & per lineam masculinam descendentes, legitimos & naturales, non autem legitimatos.

Et licèt longo orationis interposito contextu postea disponat, quod si acciderit quandocumque & fututis temporibus finiri & extingui lineam masculinam naturalem & legitimam ipsius testatoris, admittantur legitimi & naturales filiæ suæ naturalis & legitimæ, nati & nascituri, & ab ea descendentes in infinitum, non repetita expressa legitimatorum exclusione; non tamen ideo minus certa voluntas circa illorum exclusionem hoc quoque casu videri debet, quia dum de extinctione lineæ masculinæ filii loquitur, non de alia linea masculina agit, quàm de ea cujus superiùs fecerat mentionem, nimirum de legitima, & non legitimata, quia pars una testamenti aliâ declarat: *l. si servus plurium, §. finali. ff. de legat.1.*

& non præſumitur correctio voluntatis in eodem teſtamento : præſertim cùm agatur de deficientia eiuſdem lineæ deſcendentium Fabii , & ſic legitimorum,& non legitimatorum : *l.eum qui mutatam,*
3 *ff.de probat.* † Et cùm aliquod verbum plures habere poteſt ſignificationes , interpretatio fieri debet juxta eum ſenſum, in quo teſtator nomen illud accepit,*l.qui filiabus*, & *ibi* DD.*ff.de legat.*1.Peregr.*conſil.65.num.*13. & 14. *vol.*2. *& conſil.* 69. *num.* 1. 2. *&* 3. *vol.*3. Albert. Brun. *conſil.*15. *num.*11. Quod
4 adeò verum eſt , † vt hoc caſu Princeps per ſuum reſcriptum expreſſæ ſubſtitutioni illius qui poſt factam huiuſmodi legitimatorum in alio teſtamenti capite excluſionem vocatus eſt , derogare non poſſit : ex Mantic.*de conject.vlt.volunt. lib.*11.*tit.*10. *num.* 24. *in additione , verſic. ſed hæc limitatio , in Nouis.*

Accedit quod teſtator proprias filias à ſucceſſione ſua excludere voluit ; & deficientibus maſculis, non ipſas, ſed illarum filios maſculos vocauit : nec omnes quidem maſculos , ſed ex certo dumtaxat
5 matrimonio naſcituros. Vnde † filias proprias propter familiæ honorem excluſit , & alios maſculos, quos filia ex alio per eam forſan contrahendo matrimonio ſuſcipere potuiſſet ; quanto magis legitimatos, in quibus minor eſſe ſoler affectio, quàm in filiabus legitimis ? ita arguit Riminald. jun.*conſil.* 46.*n.*42. Menoch. *conſil.*625.*num.*41. Intrigl. *cent.*3. *quæſt.*65.*num.*76.

6 Et cùm maſculos filiarum vocauerit, non eſt dubium quin legitimatos excluſerit, qui ex filiabus nati familiam denigraſſent : vt docet Menoch. *conſil.*318. *n.*19.† Et ſicut filiarum legitimatos excluſit , ita maſculorum , ne diuerſa diſpoſitio inter
7 hos & illos facta cenſeatur : Menoch *dicto conſil.* 318.*num.*19. Molin. *de primog. lib.*3. *cap.*3.*num.*34. & *ibi* Addent.qui ampliant ad fœminam etiam extraneæ familiæ : Brun. *dicto conſil.*14. *num.*11. Hie-
8 ron. Alban. *conſil.*29. *num.*7. † Sunt ergo legitimati & in primo, & in ſecundo ſubſtitutionis capite excluſi ; ergo in totum, ne diuerſa oriatur determinatio, & eiuſdem diſpoſitionis contrarietas :*l.jam hoc jure,ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* Lup. *de illeg. comm.*3.§.2.*n.*19.

9 Non parum etiam confert ad declarandam teſtatoris voluntatem expreſſa illa alienationis prohibitio omnibus tam inſtitutis quàm ſubſtitutis facta *continuò, ſemper, & in infinitum ; & omnis actus, qui dici,aut ex eo inferri poſſet alienatio : quia eiuſdem teſtatoris intentio ſemper fuit, & eſt,bona eiuſdem continuò & perpetuò reſtare & permanere debere in domo, & familia ſua, de gradu in gradum,modo quo ſuprà, & infrà,& in linea maſculina legitima & naturali conſeruari, & in æternum ſeruari.* Quæ verba non poſſunt intelligi, niſi ad excluſionem legitimatorum , propter tacitam ejus repetitionem vigore illorum verborum, *modo quo ſuprà.* Tum etiam,quia cùm legitimatio ſit alienatio, hac ita expreſsè prohibita, illa quoque pari ratione prohibita cenſetur : vt poſt plures declarat Intrigliol. *dict. centur.* 3. *quæſt.*65. *num.*53. quem vnum ad hoc allegare ſufficiat , & Fuſar.*de ſubſtit.fideic. quæſt.*408. *num.*101. Quamuis Mantica in contraria fuerit ſententia , referente Lup.*de illegit. comm.*3.§.2.*num.*27. Sed ex dinumeratione Auctorum conſtat contra ipſum communem eſſe ſententiam. Et in omnem euentum Manticæ opinio non poſſet in caſu iſto procedere , in quo prohibitio facta fuit relatiuè ad præcedentem legitimatorum excluſionem,per illa verba : *Quibus omnibus inſtitutis & ſubſtitutis*, &c. & per illa,*modo, quo ſuprà* : quæ tacitam dictæ excluſionis continent repetitionem , ſtantibus præſertim ſupradictis , de Nobili ac Illuſtri teſtatoris familia , ac prouiſione facta alimentorum dumtaxat filio naturali innato, & aliis, quæ (ni fallor) ex ipſius legitimationis lectura , aut defectu poteſtatis legitimandi elici poterunt.

Addo , quod legitimatio facta fuit in articulo mortis,& ſic non nocet ſubſtitutis : Fuſar.*de ſubſt.* *q.* 408. *num.*175. Menoch. *conſil.*226. *n.*86. 20. *quartus caſus.*

Cenſui itaque , legitimatos non eſſe admittendos.

Sed propoſita mihi in ſimili caſu alia legitimatione : Dixi legitimationem illam non poſſe ſuffragari ; tum quia facta erat per collegium Archiui Romani , quæ apud DD. multùm ficca & debilis exiſtimatur , teſte Gratian. *diſcept.forenſ.*c.744.n.3. qui illam adeò debilem & tenuem eſſe aſſerit, vt non poſſit eſſe debilior. Tum etiam quia facta fuit cum clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato* † quæ licèt legitimatum ſolum excludat à ſucceſſione inteſtati , non autem à teſtamentaria ; Paſcal. *de patr.pot. parte* 2.*cap.*4. *numero* 213. *fol. mihi* 300. Lup. *de illeg.comm.*3.§.1.*num.*59.& hæc eſt communis DD. ſententia, de qua Matta *in tract. de claus.* multos allegans *parte* 1. *clauſ.*161.*& parte* 3.*clauſ.* 69.*n.*5. Paſcal. *de patr. poteſt. parte* 2.*cap.*4. *n.*213. *fol.*300. Lup. *tract.de illegit. comm.*3.§.1. *n.*59. Gratian. *diſcept. cap.*958. *num.*15. & *ſeqq.* per ipſum *c.*496.*n.*20.Rota coram Gregor.*XV. dec.*145.*n.*1. *&* 201.*n.*4.Rota *in recent.deciſ.*600. *n.*10. *& ſeq. & deciſ.*667.*n.*4.

Et quamuis Peregr.*in tract. de fideicomm. art.*23. *num.*86. de hoc dubitare videatur quando agitur de ſpurio, cui à jure ſucceſſio denegatur,ita vt eo caſu videatur inclinare in illam ſententiam, quod clauſula *ſine præjudicio venientium ab inteſtato*, excludat ſpurios legitimatos, vt nec ex teſtamento ſuccedere poſſint : tamen *in fine*,ipſemet Peregrin.in contrariam ſententia reſidere videtur,allegando Alexand.*cons.* 187. *vol.*5. vbi punctualis habetur deciſio in hac rem ſpuriorum legitimatorum, qui in omnibus legitimis habendi ſunt : vt dicit idem Peregr. *tract.* 61. *num.*7. *vol.*5.& ideò in fauorem etiam illorum concludit Gratian. *diſcept.cap.*635. *num.* 3. *cap.* 958. *num.*32. juncto *n.*30. Merlin.*de legit. tit.*2.*q.*9.*n.*8. Card. Tuſch.*litt.C, concluſ.*356. *n.*1. *vol.*1.poſt Corn.*concluſ.*93.*n.*29.*lib.*2. Spinol. *de ſtam.gloſſ.*16.*n.*124.

Attamen illa clauſula, *ſine præiudicio ſucceſſionis ab inteſtato*, in legitimatione appoſita , excludit etiam à ſucceſſione fideicommiſſaria : † ita vt ei prorſus huic legitimato poſſit ſupereſſe ſpes ſuccedendi ex fideicommiſſis auorum, ſtante huiuſmodi clauſula, vt notauit Barboſ.*de clauſul.cap.*15.*n.*5. & in propriis terminis legitimationis factæ per Collegium Archiuii, determinauit Rot.Rom. *dec.* 145.*n.*16. *p.*1.*in recentior.*

Ad hoc igitur , vt legitimatio ſubſtitutis nocere poſſit,aduertendum in primis eſt, illam non ab Archiuio , ſed à ſummo Pontifice obtinendam eſſe, cùm non liceat Archiuio ex tenore ſuorum priuilegiorum legitimare ſine illa clauſula , *ſine præiudicio venientium ab inteſtato* : vt declaratit Rot. *dict. deciſ.*145.*n.*16.

Præterea cùm ſuprà *in principio huius cap.* ſit ſtatum fuerit , Principem ſupremum non derogare ſubſtitutionibus teſtamentariis ; tamen de plenitudine poteſtatis hoc illi facere licet , quamuis non ſolea

soleat. Et in hoc casu ad hoc ut substitutis fiat præjudicium, debet clarè constare de mente concedentis, quod voluerit etiam præjudicare substitutis in fideicommisso, hoc pacto: *Quod legitimatus in omnibus & per omnia succedat, habeatur, & excludat in legatis & fideicommissis, prout succederet, haberetur, & excluderet, si natus & procreatus esset de legitimo matrimonio:* stante enim hac clausula, substitutum excludi ostendit Marescot. *lib.2.var. resolut.cap.88. n.9.& sequent.*

Requiritur etiam in legitimatione facta à Principe clausula, *De plenitudine potestatis*, vel *Ex certa scientia*, vel, *Motu proprio*. Fusar. *de substit. q.408. num.141.* Requiritur etiam quod in narrativa fiat mentio substitutionis, & qualitatis fideicommissi, saltem in genere. Fusar. *ibid.n.153.* Gratian. *discept. for.c.673.n.5. junctο n.20.*

16 Facilius autem Princeps legitimationem concedere poterit in præjudicium substitutorum, antequam illis fuerit jus quæsitum per eventum conditionis, quotiescumque verè & bene constat de mente ipsius Principis: Mart. *de succes. legal. p.1. q.18.art.8.n.29.*

CAPUT CXXV.

De exclusione fideicommissi gradualis & perpetui, propter verba & dictiones restrictivas, non obstante consideratione masculinitatis, & primogenituræ, prohibitione alienationis, & digressione ad plures gradus. De substitutione vulgari per plures gradus subordinata; quod in ea, admisso uno ex substitutis, cæteri excludantur. Et ex quibus arguatur plures substitutos admitti per solam substitutionem vulgarem.

SVMMARIVM.

1 *Deficiente conditione primo gradui adjecta, corruunt omnes substitutiones sequentes, juxta* consilium *Oldradi* 21.
2 *Conditio*, si decedat sine liberis, *referenda est ad tempus mortis.*
3 *Clausula*, ex tunc, *denotat extremitatem temporis, & omne aliud tempus excludit.*
4 *Dispositio restricta ad tempus mortis filiorum, non extenditur ad gradus ulteriores, nec ad filios filiorum.*
5 *Dispositio restricta ad superstites, sive tunc viventes, non extenditur ad postea natos.*
6 *Verba illa*, dicto filio suo substituit, *faciunt ut gravamen non extendatur ad sequentes gradus.*
7 *Præsertim quando expressum est nomen proprium hæredis.*
8 *Dictio*, alioquin, *est adversativa, & continet contrariam dispositionem. Idem de dictione*, sin autem: *n.9.*
10 *Dictio*, modo prædicto, *efficit ut dispositio censeatur facta cum repetitione omnium conditionum præcedentium.*
11 *Clausula restrictiva quantum operentur in testamento.*
12 *Verba perpetuitatem inducentia non operantur fideicommissum perpetuum, quando testator usus est pluribus verbis, & clausulis restrictivis.*
13 *Substitutio expirat, quamvis liberi liberorum positi fuerint in conditione, si testator pluribus verbis restrictivis usus fuerit.*
14 *Etiam vulgaris substitutio per plures gradus fieri potest, ita ut primo admisso, cæteri excludantur.*
15 *Substitutio per verba alternativa facta sonat in vulgarem.*
16 *Quando verba substitutionis non possunt verificari nisi ante aditam hæreditatem, solum denotant substitutionem vulgarem.*
17 *Clausula*, & deficientibus, *potest ex certis conjecturis explicari de casu mortis substituti vivo testatore.*
18 *Etiamsi plures sint substituti, potest evenire casus, quo omnes vivo testatore moriantur, vel adire non possint eo mortuo.*
19 *Multum potest observantia in interpretanda testatoris voluntate.*
20 *Sola consideratio masculinitatis non inducit fideicommissum agnatitium. Vide tamen* infrà, capite 127. & cap.130. numero 2. cap.120. num.5.
21 *Rota non recedit à* consil. 21. *Oldradi, propter solam fœminarum exclusionem.*
22 *Vt ex sola masculorum vocatione, & fœminarum exclusione inducatur perpetuum fideicommissum, oportet ut hoc fiat per totam familiam, tam effectivam, quàm contentivam.*
23 *Alioquin substitutio restringitur ad casus expressos.*
24 *Sola digressio ad plures gradus non potest inferre fideicommissum agnatitium, & perpetuum.*
25 *Sola primogenitorum vocatio non arguit gravamen perpetuum, nisi sit repetita in pluribus gradibus.*
26 *Primogenituræ apud Nos non debent judicari ad instar primogenitorum Hispaniæ.*
27 *Prohibitio alienationis contentiva fideicommissi, non operatur ultra casus in fideicommisso expressos.*
28 *Onus dotandi filias impositum in certo gradu, non operatur conjecturam fideicommissi quoad alios gradus.*

IN causa fideicommissaria Dominorum de Peruffis, existimabam Dominum Ioannem Franciscum de Peruffis Dominum du Baron, uti actione carentem, à limine judicii ex sola testamenti exhibitione repellendum. Quia cum Dominus Ludovicus primus testator Clementem hæredem instituerit, eique casu quo sine liberis masculis decederet, substituerit Dominum Iacobum de Peruffis, & alios, procedendo ad alios gradus substitutionum, deficiente primo gradu substitutionis, ex eo quod Clemens mortuus est relictis liberis, defecit etiam tota series sequentium substitutionum. † Sufficit enim semel conditionem defecisse, & hæredem decessisse relictis liberis, quidquid postea de dictis liberis contingat, juxta receptissimum Oldradi *consil.21.* Menoch. *consil.85.num.46.* Peregrin. *de fideicomm. art.15. num.28.& art.29. num.29.* Honded. *consil.78.num.14.lib.1.* Menoch. *lib.4.præsumpt.69. num.1.* Rota *diversf.decis.230.n.1.part.2.* Ioseph.Ramon. *cons.100.num.122.& multis sequent.* & infiniti

allegari poſſunt, cùm conſilium illud Oldradi ſit ab omnibus approbatum, & canonizatum.

Quod multò magis procedit, & locum habet ex eo, quod teſtator omnem diſpoſitionem ſuam reſtrinxerit, tam quoad tempus, quàm quoad perſonas, quàm etiam quoad caſus.

Quod ad tempus quidem attinet, quia Clementi hæredi ſuo ſine liberis maſculis decedenti
2 ſubſtituit. † Quæ verba ad tempus mortis ipſius referenda ſunt: quia qualitas, *ſine filiis*, adiuncta verbo, *ſi decederet*, debet intelligi juxta tempus mortis: Riminald. jun. *conſil.* 358. *num.* 100. etiamſi nihil aliud additum fuiſſet: Mantica *de conject. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 6. vbi propterea concludit, adiecta conditione, *ſi filius ſine liberis deceſſerit*, tempus mortis ipſius inſpiciendum eſſe: filio autem liberos tempore obitus relinquente, ſubſtitutiones ſequentes expirare: Peregrin. *de fideicomm. art.* 29. *n.* 13. & 22. Graſſ. *in* §. *fideicommiſſum*, *q.* 33. *num.* 4. & 5.

3 Idque clariùs apparet ex verbis ſequentibus: *Ex tunc ſubſtituit*: quæ verba denotant extremitatem temporis, & omne aliud tempus excludunt: ex copioſè allegatis per Barboſ. *de dictionib. c.* 439. *per tot.*

Deinde eueniente caſu deceſſus Clementis ſine liberis, eidem ſubſtituit Jacobum ſuum ex fratre nepotem, *ſi tunc viuat*; alioquin Franciſcum dicti Jacobi fratrem, *ſi tunc ſuperuiuat*; ſin autem, alium *ſuperſtitem* maſculum, *ſeu* etiam maſculos ex illis procreatos, & *exiſtentes*. Poſtea ſubdit, ſi verò tempore mortis ſeu deceſſus Clementis contingeret Iulianum deceſſiſſe, & ejus liberos, nullis relictis liberis, ſubſtituit Petrum de Peruſſis filium Bonifacii, *ſi tunc viuat*.

Vltimò ſubſtituit Rodulphum de Peruſſis filium Philippi, *ſi etiam tunc viuat*.

4 Et ſic apparet, totam illam diſpoſitionem & vocationem ſubſtitutorum, reſtrictam & limitatam eſſe ad tempos mortis Clementis ſine liberis maſculis; & per conſequens, teſtatorem noluiſſe vlla ratione ſubſtitutos vocare, niſi caſu quo Clemens ipſe de tempore mortis nullos haberet maſculos, nec reſpexiſſe ad tempus futurum, nec ad mortem liberorum Clementis poſt ejus obitum decedentium: Peregrin. *dicto art.* 29. *num.* 13. & 15. minúſque ad liberos poſt euentum conditionis naſcituros (provt longè pòſt Dominus Joannes Franciſcus natus eſt) reſpexiſſe; nec deſcendentes vſque in infinitum, & ſucceſſiuè vocare voluiſſe; ſed illos tantùm qui de tempore mortis Clementis ſine liberis ſupereſſent ex ſubſtitutis: Peregrin. *conſil.* 33. *num.* 16. 17. & 18. *vol.* 3. Menoch. *conſil.* 325.
5 *num.* 55. † Duæ ſiquidem hoc caſu debent neceſſariò verificari conditiones, vna ex parte grauati, ſcilicet quod decedat ſine maſculis; altera ex parte ſubſtituti, quod viuat de tempore obitus hæredis grauati ſine liberis: quibus duabus conditionibus non verificatis, expirat ſubſtitutio: Alexand. *conſil.* 109. *num.* 4. *vol.* 7. Qui DD. loquuntur ſimpliciter quando vocati ſunt ſuperſtites, vel tunc ſuperviuentes, multò ergo magis cùm adiecta fuerit clauſula toties repetita, *ſi tunc viuat*, per modum expreſſæ conditionis concepta.

6 Quoad perſonas ſimiliter reſtricta eſt ſubſtitutio ex illis verbis: *Et caſu quo dictus Clemens filius ſuus & hæres vniuerſalis, &c. deceſſerit, tunc & eo caſu eidem Clementi filio ſuo & hæredi vniuerſali ſubſtituit*: Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 178. *numero* 20. vbi quod onus hoc caſu ſoli hæredi iniunctum cenſetur, nec grauamen ad ſequentes gradus extenditur: Crauet. *conſil.* 98. *num.* 5. vbi loquitur in noſtris terminis. Honded. *conſil.* 60. *num.* 55. & *ſeq. lib.* 1. Caſanat. *conſil.* 4. *num.* 139. † Præterea quia vltra dictionem relatiuam, expreſſum fuit nomen proprium Clementis hæredis, quo caſu ſubſtitutus non progreditur vltra perſonam hæredis: Caſanat. *ibid. n.* 140.

Nec obſtat quod in poſteriori gradu ſubſtitutionis non ſolùm ſubſtituit Clementi, ſed etiam dicto Clementi, ac etiam liberis maſculis ipſius Nobilis Peruſſis, eidem Nobili Clementi, & ipſorum liberorum maſculorum ſubſtitutorum liberis maſculis ſubſtitutis, Nobilem Petrum de Peruſſis. Ex quibus verbis duæ concluſiones elici videntur. *Prima*, quod ſubſtitutio non ſolùm fuit reſtricta ad perſonam Clementis, ſed etiam ampliata ad omnes liberos maſculos, & maſculorum liberorum liberos etiam maſculos. *Secunda*, quod licèt ab initio liberi Clementis, & alii ab eo deſcendentes non eſſent vocati, tamen illorum vocatio ex verbis huius poſterioris capitis apertè elici videntur; cùm verba illa, *liberis maſculis ipſius Nobilis Peruſſis eidem Clementi ſubſtitutis*, etiam deſcendentibus Clementis conuenire, illiſque adaptari poſſint.

Reſpondetur enim, his non obſtantibus, ſubſtitutionem fideicommiſſariam ad perſonam Clementis dumtaxat eſſe reſtrictam.

Primò, quia non ſimpliciter liberos maſculos & maſculorum maſculos teſtator ſubſtituit, *ſed ſub* multiplici conditione, quarum prima reſpicit Clementem quatenus ipſum ſine liberis maſculis decedere contingeret: Secunda reſpicit Jacobum ita Peruſſis, poſt quem Franciſcus ſubſtitutus eſt, ſi Jacobus Clementi ſine maſculis decedenti non ſuperuiueret, vt patet in illis verbis: *ſi tunc viuat, alioquin Nobilem Franciſcum, &c.* † Illud enim verbum *Alioquin*, eſt aduerſatiuum, & conditionem contrariam continet, hoc eſt, ſi tunc non viuat Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 8. *gloſſ.* 6. *num.* 1. *cum ibi citat.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 1. *de fideiuſſ.* 143. *num.* 14. Tertia conditio reſpicit Franciſcum hoc eſt, ſi Franciſcus non viuat tempore mortis Clementis, vt patet in illis verbis, *Franciſcum tunc ſuperuiuat; ſin autem, &c.* † cùm verba *ſin autem*, contineant etiam conditionem contrariam: Bartol. *in l. ſi ita ſcriptum, mun.* 1. *ff. de poſthum.* Quarta conditio reſpicit perſonas liberorum maſculorum Iuliani, vltimi ſubſtitutorum, poſt quorum omnium obitum ſubſtitutus fuit, ſed non ſimpliciter, ſed omnibus præcedentibus conditionibus jam notatis quas licèt non fuiſſet opus repetere, teſtator tamen majoris expreſſionis gratia exprimere voluit, dixit, *ſi verò tempore mortis & deceſſus dicti Clementis ejus hæredis modo prædicto ſint liberi, &c.* in quibus verbis reſpicitur ſola perſona Clementis *dicti Clementis*. Item ſolum tempus mortis ipſius ibi: *tempore mortis & deceſſus*: Item reſpicitur omnes conditiones ſuperiùs expreſſæ in illis verbis *modo prædicto*. Subjiciuntur etiam in eodem periculo alia verba reſtrictiua: *Tunc & in eum caſum*. Item, *ſubſtitutio huiuſmodi*. Et quod omnem difficultatem, teſtator dum liberis maſculis ſubſtitutionem facit, ſic loquitur, *liberis maſculis ſubſtitutis modo prædicto decedentibus, ſubſtituit*. † Quæ verba *modo prædicto*, referri debent omnia præcedentia, referendo ſingula ſingulis; & poſterior hæc ſubſtitutio intelligi debet, dummodo præcedentes ſubſtitutiones fuerint omnes

ficatæ juxta illarum formam & tenorem, & sic purificatis omnibus conditionibus in illa propositis: Cravet. *dicto consil.* 98. *num.* 11. Honded. *consil.* 78. *num.* 20. *lib.* 1. Peregr. *de fideicommiss. art.* 16. *num.* 23. Casanat. *dicto consil.* 4. *num.* 145. vbi loquitur in propriis terminis, & per *totum illud consilium*, ad quod semper in hoc negotio recurrendum est: vbi etiam *num.* 146. multò magis hoc procedere asserit, cùm non semel, sed bis, ter, & pluries verba restrictiua repetuntur, provt in casu isto.

Ex quibus infertur, quod mentio liberorum, & liberorum ex liberis, facta fuit restrictiuè, & respectu tantùm personæ Clementis sine liberis masculis decedentis.

Nec fieri potest aliqua vis in illis verbis, *ipsius Nobilis de Peruſſis*: quasi ad liberos etiam Clementis referri possint. Quia hæc interpretatio & menti & verbis testatoris omnino aduersatur. Menti quidem, quia noluit testator vocare liberos Clementis, sed eos duntaxat in conditione posuit, nec de liberis liberorum Clementis aliquam fecit mentionem: quod tamen fecisset, si eos vocare voluisset, eodem modo quo liberos liberorum Iuliani vocauit sub conditionibus, & in casibus prædictis. Verbis verò, quia testator tres lineas substitutorum considerauit: Primam, liberorum Iuliani: Secundam, liberorum Bonif. cii: Tertiam, Philippi & ejus liberorum. Prima incipit ibi, *Et casu quo prædictus Nobilis Clemens, &c.* Secunda incipit ibi, *si verò tempore mortis.* Tertia ibi, *deficientibus autem, &c.* Cùm igitur in primo ordine de solis Iuliani liberis loquutus fuerit, in secundo verò solum defectum & mortem Iuliani & ejus liberorum considerauerit, vt patet ex illis verbis, *Prædictum Nobilem Iulianum & eius liberos masculos modo prædicto decedere, &c.* dum statim dicit, *Prædictis masculis ipsius Nobilis de Peruſſis, &c.* non potest intelligi, nisi de Iuliano, de quo mox loquutus fuerat, non autem de liberis Clementis, de quibus tunc non agebatur, nec de eis testator loquebatur: verba enim intelligenda sunt co respectu, quo prolata sunt: Ludouis. *decis.* 511. *n.* 24. & respectu personæ ad quam diriguntur: *l. si vno, ff. locat.* cùm non fiat mentio de dicto Nobili de Peruſſis dispositiuè, sed denunciativè, accessoriè, & continuatiuè; quo casu ad eum solum qui proximè nominatus est, referri debent: Seraphin. *decis.* 610. *numero* 4. Rota *in recentior. decis.* 765. *num.* 13.

Supradicta confirmari possunt ex eo, quod testator euidenter facit differentiam inter Clementem & Iulianum; Clementem enim vocat cum adjectione nominis *hæredem*; Iulianum verò vocat cum adjectione nominis *de Peruſſis.* Dum ergo dicit *eidem Domino de Peruſſis*, de solo Iuliano intelligit: si enim de Clemente intellexisset, dixisset, *Eidem Clementi*; cùm Clementem nunquam in toto substitutionis discursu per nomen *de Peruſſis* designauerit. Ex illa etiam discretiua loquendi formula, *liberis ipsius de Peruſſis eidem Clementi substitutis*, constat de alio testatorem sensisse, dum loquutus est de Clemente; & de alio, dum de Domino de Peruſſis loquutus fuit.

11 Denique, quod substitutiones in præfato testamento contentæ restrictæ sint ad solum casum mortis Clementis sine liberis masculis, probatur euidenter, tum ex supradictis, tum etiam ex illis verbis, *Tunc & eo casu modo prædicto, &c.* & aliis restrictiuis, de quibus fusè Casanat. *dicto consil.* 4. *num.* 137. & 138.

Stantibus itaque tot verbis & clausulis restrictiuis, sequitur testatorem nullum perpetuum voluisse facere fideicommissum, sed substitutionem expirasse mortuo cum liberis masculis Clemente, cùm *consilium* illud Oldradi multò magis & sine difficultate procedat stantibus tot restrictionibus, vt præter jam citatos probat Fusar. *de substit. q.* 480. *n.* 3. 5. & 90. † Immò etiam in fortiori casu, nempe 12
etiamsi testator vsus fuisset verbis perpetuitatem denotantibus, hoc ostendit *dicta q.* 480. *n.* 65. Menoch. *consil.* 981. *n.* 3. Casanat. *consil.* 2. *n.* 31.

Secundò, pro confirmatione præmissorum considerandum est, quod testator dum de filiis masculis Clementis conditionaliter loquutus est, nullam fecit mentionem de masculis masculorum, vel de descendentibus à Clemente per plures gradus, sed tantum de liberis ipsius: † cùm tamen etiamsi li- 13
beros liberorum Clementis in conditione posuisset, expirasset nihilominus substitutio sic per verba restrictiua concepta. Casanat. *dicto cons.* 4. *n.* 169. & 170. Fusar. *dicta quæst.* 480. *num.* 15. 16. & 26. Rota apud Seraphin. *decis.* 482. *n.* 1.

Tertiò, multò magis concludendum est, nullum hoc casu excogitari posse fideicommissum graduale & perpetuum, cùm substitutio quoad primum gradum sit quidem fideicommissaria, quoad sequentes verò gradus subordinata sit per meram vulgarem. † Certum est enim non modò fideicommissum, verùm etiam substitutionem vulgarem per 14
plures gradus successiuos fieri posse, ita tamen vt primo semel admisso cæteri deficiant: Seraphin. *decis.* 145. *num.* 3. & 4. non per additionem primi hæredis, cuius respectu substitutio est fideicommissaria, vt *ibi* per eum.

Hic autem fideicommissaria vltra primum gradum esse non potest, quia omnes vocantur ad successionem sub illa conditione, nempe quatenus primò vocati mortui sint viuo testatore. Dum enim Jacobus in primo gradu vocatus fuit, hoc fuit sub ea conditione, si superuiuat testatori; alii verò gradus vocantur sub conditione saltem implicita, quatenus vocati in præcedentibus gradibus mortui fuerint viuo testatore, vt superius ostendimus, propter vim illorum verborum, *Alioquin, &c. sin autem, &c. si verò tempore mortis Clementis hæredis dicti substituti decesserint, &c.* quæ continent in se conditionem contrariam præcedenti, vt jam dictum est.

Ponderanda etiam sunt verba, *si nulli extarent.* 15
Item alternatiua, *seu etiam ipsorum liberos masculos*, quæ sonant in vulgarem: Peregrin. *de fideic. art.* 18. *num.* 24. Talis autem conditio, *si præmoriatur*, vel, *si me viuo decedat, &c.* & similes, quæ supponunt mortem substituti contingere certo tempore, & certo casu (qui non potest intelligi nisi per modum vulgaris) † cùm non possint verificari, nisi 16
ante aditam hæreditatem, & de tempore quo adiri non potest, quod est contra naturam fideicommissariæ: Peregr. *consil.* 52. *num.* 5. *vol.* 1. Menoch. *consil.* 399. *num.* 1. 2. & 3. & *consil.* 496. *n.* 10. *versic. comprobatur*: & *lib.* 4. *præsumpt.* 71. *n.* 10. Et hanc esse magis communem opinionem, & ab ea non esse recedendum, testatur Joan. Anton. Bellon. *consil.* 39. *n.* 19. 23. & *plurib. sequentibus.*

Neque obstant verba illa, *deficientibus autem omnibus prædictis liberis masculis, substituit in bonis, & hæreditate suâ, &c.* quæ videntur importare fideicommissum inter omnes masculos successivum.

Quia verba illa, *deficientibus*, &c. continent etiam 17
casum mortis ante testatorem, & sic casum vulgaris

substi

ſubſtitutionis : Rot. *in recentior. deciſ.* 453. *num.* 6. *part.*2. Quod tanto magis in caſu noſtro neceſſariò admittendum eſt, quod teſtator deficientibus omnibus maſculis ſubſtituit Rodulphum de Peruſſis, non ſolùm ſi tunc viuat, quod quis potuiſſet explicare de tempore mortis ſubſtitutorum ; ſed ſub his verbis, *ſi tunc etiam viuat*, vt eo modo oſtenderet ſe eandem orationem continuare, & illam ſemper referre ad illud tempus de quo ſuprà loquutus fuerat, nempe ad tempus mortis Clementis ſine maſculis, & Dominum Albignani vltimo loco ſubſtiturum non vocare, niſi in caſum vulgarem, nempe quo Rodulphus eiúſque liberi viuo ipſo teſtatore decederent : Rota *dicta deciſ.*486. *num.*11.*p.*1. *in recent.* Fuſar. *dicta q.*480.*n.*94. Sim. de Præt. *lib.* 3. *inſpect.*3. *dub.*3. *ſol.*3.*n.*12. *fol.*192.

Quod ſi dicatur non eſſe veriſimile, quod teſtator cogitauerit tot perſonas poſſe ipſo viuente decedere.

18 Reſpondetur, ſæpiùs teſtatores id cogitare propter pericula belli, peſtis, & alia quæ ſæpè contingunt : Ruin. *conſil.* 102. *lib.*2. maximè quia cùm ſubſtitutio vulgaris contineat caſum voluntatis & impotentiæ, multa euenire poterant ob quæ ſubſtituti vel nollent, vel non poſſent adire : Menoch. *dicto conſil.*398. *n.*19. *& ſeqq.* Vltra quod facilè hoc teſtator prudens facere potuit, vt affinibus ſuis ſpeciem amicitiæ exhiberet, illóſque excitaret ad ſimilem ſubſtitutionem faciendam in fauorem Clementis, eiúſque liberorum.

19 Quartò, qua tenus aliqua remaneret dubitatio, ea tolleretur per obſeruantiam ſubſequutam durante ſpatio annorum 56. quo vel Domina Blanchia mater, vel Domina de Grilleta ejus filia vxor Domini de Caumons, bona Ludouici primi pacificè & quietè, videntibus & non contradicentibus maſculis Clementis, poſſederunt abſque vlla controuerſia, vel lite deſuper mota. Quæ obſeruantia multùm operatur, & attendi debet in interpretanda teſtatorum voluntate : Fuſar. *conſ.*80.*n.*7. Bellon. jun. *conſil.*1. *n.*29. Hinc ſequitur, nullum hîc perpetuum & graduale poſſe conſiderari fideicommiſſum.

Supereſt vt ad aliqua dubia, quæ in contrarium allegari poſſent, reſpondeamus.

Primum peti poteſt ex qualitate maſculinitatis. *Secundum*, ex eo quod fœminis, ſeu filiabus quædam legata reliquit in caſum euenientis ſubſtitutionis, quæ legata ad hæredes tranſmitti voluit, & ſic videtur tractum futuri temporis conſideraſſe. *Tertium*, quia vocando maſculos & agnatos, videtur habuiſſe reſpectum ad agnationem, & ſic fideicommiſſum ſucceſſiuum feciſſe. *Quartum*, ex prælatione primogenitorum. *Quintum*, ex digreſſione ad plures gradus. *Sextum*, ex prohibitione alienationis facta inſtitutis & ſubſtitutis. Quæ tamen omnia non offuſcant veritatem noſtræ aſſertionis.

20 Primò ſiquidem, quod attinet ad qualitatem maſculinitatis toties repetitam : Reſpondetur, qualitatem illam maſculinitatis ad ſolum ſubſtituti fauorem appoſitam fuiſſe, qui aliàs non ſolum à maſculis, ſed etiam à fœminis fuiſſet excluſus ; non autem ad vocandum & inuitandum per fideicommiſſum maſculos propter agnationis conſeruationem : Rot. *dicta deciſ.*486. *n.*17. *in recentior. p.*1. *& deciſ.* 300. *n.*25. *ead. parte*, Mantic. *de conject. lib.*6. *tit.*15. *n.*6.

21 Et Rota non recedit à conſilio Oldradi propter agnationis conſeruationem, nec propter fœminarum excluſionem : Burat. *deciſ.* 820. ubi nota Summarium illius deciſionis non eſſe conforme deciſioni : Caualer. *deciſ.*648. *n.*1.2.3. *&* 4.

Et ad hoc vt ex maſculorum vocatione inducatur perpetuum fideicommiſſum, neceſſaria eſt oppreſſio maſculinitatis, non ſolùm per plures gradus, & per totam lineam & ſucceſſionem tam extentiuè, quàm effectiuè, hoc eſt tam in fauorem deſcendentium, quàm collateralium : Peregr. *conſ.* *n.*23. *vol.*3. *verſic. clarè autem*, poſt Grabiel. *conſ.* *n.*7. *vol.*1. † vt ſic ratio maſculinitatis non ſit conſiderabilis, niſi in caſibus & perſonis expreſſis : & per conſequens mortuo Clemente cum liberis maſculis, ſubſtitutiones factæ de liberis maſculis certarum perſonarum ibi nominatarum expirauerunt : idem Peregr. *dict. conſil.*70. *n.*8. Fuſar. *dicta q.* *num.*29. Rota *deciſ.*667. *n.*10. *part.*2. *in recentior.* Si enim teſtator agnationem conſeruare voluiſſet (agnationem enim & maſculinitatem pro eodem accipit in hac materia Peregr. *de fideic. art.*31. *n.* *in princip.*) vocaſſet agnatos omnes in infinitum non autem certos & nominatos, nec poſt eos vocaſſet Dominum de Paſſis, Dominum Albignani qui erat affinis per lineam fœmininæ ; ſed omnes agnatos maſculos, non per vulgarem, ſed per fideicommiſſum perpetuum & ſucceſſiuum vocare debuiſſet, alioquin agnationis ratio non eſſet conſideranda, niſi in caſibus & perſonis expreſſis, & ita terminos præcedentis ſubſtitutionis, vt minùs extenſio de caſu ad caſum : Rota *dicta deciſ.* *n.*11. *part.*2. *in recentior.* Peregr. *conſil.*31. *n.*45. *lib.*3. Gratian. *diſcept. c.*275. *num.*11. Rota *dicta deciſ.*486. *num.*4. *part.*1. *recentior.* Caſanat. *conſil.*3. *n.*82. *&* 89. *& dicto conſil.*4. *n.*104. *&* 117. *& clare ac diſertè* explicat Joſeph. Ramon. *dicta conſ.*100. *a n.*145. *vſque ad* 152. vbi plures allegat.

Hinc ſequitur, digreſſionem ad plures gradus nihil facere in caſu propoſito, cùm hæc non ſufficiat, niſi omnes agnati, tam effectiuè, quàm extentiuè ſint vocati, hoc eſt tam deſcendentes quàm collaterales, vt ſuprà oſtenſum fuit : Rota *dicta deciſ.* *n.*6. *p.*1. *recent.* & fusè Caſanat. *dict. conſil.*4. *n.* *& ſequent.* vbi bene reſpondet.

Idem dicendum eſt de vocatione primogenitorum, quia cùm in primo gradu teſtator dum de liberis Clementis conditionaliter loquutus eſt, nullam primogenitorum mentionem fecit, ſed nec primogenitos ſubſtitutorum ſucceſſiuè per fideicommiſſum, immò per ſolam vulgarem inter ſe vocationem ſuprà dictum fuit : nunquam autem inducitur primogenitura ſucceſſiua, niſi teſtator in qualibet primogenituræ qualitatem expreſſerit, & verba diſpoſitionem continuatam denotantia adjecerit : Peregr. *de fideicomm. art.*13. *num.*86. *art.*22. *num.*53. Rota *conſil.*70. *num.*17. *vol.*3. *conſil.*57. *num.*19. *vol.* *fil.*38. *num.*6. *vol.*5. † maximè cùm primogenitorum mentio in his partibus non debeat regulari ad ſtar majoratuum Hiſpaniæ : Pereg. *conſil.*64. *num.* *vol.*2. *& d. conſil.*70. *n.*17. *vol.*3.

Prohibitio autem alienationis, cùm ſit ad conſequutiua ad præcedens fideicommiſſum, limitatur & reſtringitur juxta terminos fideicommiſſi præcedentis, neque illud ampliat : Seraph. *deciſ.* *n.*10. Addent. ad Ludouiſ. *deciſ.*433. *n.*22.

Nec refert quod teſtator filiabus Clementis in caſum euenientis ſubſtitutionis, ſummam certorum auri pro dote legauerit. Quia inde non elicitur euidens conjectura, quod liberi maſculi Clementis non ſunt vocati, minuſque liberi primogenitorum. Si enim illos teſtator vocaſſet, non legaſſet dotem ſolvi, caſu quo ſubſtitutio non accideret in fauorem filiorum Juliani ; ſed ſimpliciter ordinaſſet eas dotari eueniente ſubſtitu-

tam in favorem liberorum Iuliani, quàm liberorum Clementis. Voluit igitur teſtator oſtendere ſe Clementi liberam bonorum diſpoſitionem relinquere, ſi cum maſculis moreretur. † Ad hoc enim 28
ut onus dotandi filias operetur repetitionem fideicommiſſi, debet eſſe generale in omni caſu, non autem ad caſum evenientis ſubſtitutionis, & referri debet ad filias etiam maſculorum in conditione poſitorum : Fuſar. *dicta q.*480. *n.*9.

Hîc autem ad ſolas Clementis filias fuit habitus reſpectus, non autem ad filias filiorum, & in caſum dumtaxat evenientis ſubſtitutionis in favorem liberorum Iuliani, vel Bonifacii, nulla facta mentione liberorum Clementis.

His rationibus motus dictus Dominus Ioannes Franciſcus bona dimiſit, ſoluta ſibi certa pecuniarum ſumma pro detractionibus, & aliis prætenſionibus.

CAPUT CXXVI.

De Notario, ſeu Graffario cujuſdam Curiæ Comitatus Venaiſſini, qui fuerat condemnatus ad ſuſpenſionem exercitii ſui Graffariatus ad quinquennium, pœnâ falſi, eo quòd non tam citò detulerat quemdam proceſſum criminalem ſuæ Curiæ ad Auditorem Avenionenſem: cujus ſententia fuit revocata in gradu appellationis, & Notarius definitivè abſolutus ex judicio Rotæ.

SVMMARIVM.

1 *Nemo Curiæ cogitur revelare delictum, cujus habet notitiam, excepto crimine læſæ Majeſtatis.*
2 *Officium Notarii præcipuè conſiſtit in eo, ut fideliter univerſa judicii acta conſcribat.*
3 *Quælibet cauſa, etiam beſtialis, excuſat à delicto.*
4 *Notarius tenetur tantùm de dolo, & lata culpa, id eſt, dolo proxima.*
5 *Monere Superiores de cauſis criminalibus potius ſpectat ad Iudices, quàm ad Notarios; ſed nec Iudices ad id tenentur regulariter.*
6 *Notarius tanquam talis non tenetur acta deferre ſine juſſione Iudicis.*
7 *Notarius non eſt privandus officio, vel illius exercitio, niſi in ipſo Officio deliquerit.*
8 *In tribus dumtaxat conſiſtit munus officii Notariatus, & quibus.*
9 *Notarius malè facit excedendo metas ſui Officii.*
10 *Notarii poſſunt ſcribi facere acta judicialia per juvenes & ſubſtitutos.*
11 *Notarius habet pro ſe præſumptionem, cùm ejus perſona ſit approbata à publico.*
12 *Pœna privationis Officii eſt dumtaxat civilis, quando alia pœna per Iudicem imponitur.*

VIſo proceſſu facto contra Notarium ad inſtantiam fiſci Apoſtolici, & ſententia in prima inſtantia lata, per quam fuit ordinatum illum condemnandum eſſe ad ſuſpenſionem Officii Graffariatus per quinquennium, abſque eo quod durante dicto tempore per ſe, vel per alium, directè, vel indirectè, præfatum Officium exercere poſſit pœnâ falſi : nec non ad omnes & quaſcumque expenſas, etiam proceſſus informativi, loco amplioris pœnæ. Dixi prædictam ſententiam revocandam eſſe, eundémque Notarium ab impetitis Fiſci definitivè abſolvendum eſſe, & relaxandum.

Siquidem tota accuſatio contra dictum Graffarium in eo conſiſtit, quod cùm factum fuiſſet furtum certarum pecuniarum, quas quidam Hebræi deferebant in itinere publico, ſumptis informationibus authoritate Curiæ loci, in quo ipſe ſcribebat, animo remittendi, non ſolùm negligens fuit in admonendo Illuſtriſſimum Dominum Vicelegatum, ſed etiam miſit filium ſuum ad Principatum Auraicenſem, ut procuraret reſtitutionem pecuniarum furto ſubtractarum, & poſt duos aut tres dies miſit eundem filium ſuum ad hanc Civitatem, cum informationibus non ſubſcriptis, ut illas oſtenderet Illuſtriſſimo Domino Vicelegato, & quod dictas informationes recipi curavit per filium ſuum, qui nondum fuerat admiſſus ad Officium Graffariatus.

Pro quibus tamen non ſolùm condemnari non poterat, ſed ne quidem contra ipſum inquiri.

Primò, quia in jure veriſſimum eſt, neminem 1
teneri ad revelandum delictum, excepto crimine læſæ Majeſtatis, & aliis quibuſdam exceptis: Angel. *in tract. de malefic. in verbo, etiam veſtem, numero* 22. Dec.& Cagnol. *in l.culpa caret* 51. *ff. de reg. jur.* Cyriac. *contron.*132. *numero* 48. *& ſequent.* Tuſch. *litt.D, concl.*193. *& lit.R, concl.*310. *& lit.S, concl.*67. Clar. *in §.final. quæſt.*87. *num.*1. *& ſequent.* Et per conſequens dictus Graffarius non tenebatur monere Superiores de delicto furti prætenſi, tanquam perſona privata.

Non tenebatur etiam ad dictam revelationem uti Notarius actorum Curiæ, quia non creditur de jure verum eſſe, aut probari poſſe, quod Notarius actorum non requiſitus teneatur monere Superiorem de iis, quæ ipſo ſcribente fiunt; aut ſi teneretur monere, quod ad id teneatur ſine mora, cùm officium Notarii † conſiſtat ſolùm in ſcribendo fi- 2
deliter acta : Specul. *part.*2. *in tit. de inſtrum. edit.* §. *reſtat videre.* Et probatur *in cap. quoniam contra, de probat.* ibi, *Quo fideliter univerſa judicij acta conſcribat.* Præſertim ſtante impedimento morbi podagræ & chiragræ, quo in lecto detinebatur, ratione cujus impedimenti excuſandus eſſet, etiamſi de jure fuiſſet obligatus ad revelandum : † cùm 3
quælibet juſta cauſa, immò etiam beſtialis, excuſet à delicto : ad notata per DD. *in leg.*1. §. *final. ff. ſi quis jus dicen. non obtemperav.* juſta autem cauſa eſt infirmitas, quæ fuit probata per dictum Graffarium ut notat Farinac. cum pluribus per eum citatis, *in tract. de inquiſit. quæſt.*11. *numero* 53. Pœna enim non committitur ſine dolo : *l.ſancimus, C. de pœn.* Farinac. *conſil.*15. *num.*36. † Et in terminis Nota- 4
rii, quod ſolùm teneatur de dolo, & lata culpa, id eſt, dolo proxima, tenet Bald. *in l.ubi exigitur, ff. de edend.* Pet.de Raven. *ſingul.*442. Et licèt filium miſerit ad Principatum Auraicæ ad perquirendas pecunias furto ſubtractas, non ideo eſt in culpa, quod illum ad hanc Civitatem non miſerit : tum quia hoc ad illius munus non ſpectabat, † ut mox 5
dictum eſt; ſed potius ad Officiales juriſdictionem habentes, ex notatis per Farinac. *de judic. & tutor. quæſt.*51. *num.*50. quos tamen etiam in hoc caſu non fuiſſe obligatos ad monendum, ſaltem tam citò, Superiorem creditur, nec ea de cauſa poſſe criminali

minali judicio pulſari ; cùm ex generali conſuetudine Magiſtratus non poſſint conueniri , niſi pro dolo & barattaria : ex Claro §. *final. quæſt.73. n.3.* Tum etiam , quia conuenientius erat mittere ad recuperandas pecunias furto ſubtractas , eo quòd periculum erat in mora , ne videlicet pecuniæ expenderentur per fures , aut ad alia loca tranſportarentur, & ſic impoſſibilis redderetur illarum recuperatio , maximè quia tunc delinquentes erant in alieno territorio , nempe in terris Sereniſſimi Principis Auraicenſis. Tum & denique , quia ipſe in effectu acta tranſmiſit ad hanc Ciuitatem tempore ſatis congruo , cùm exitus negotii ſatis comprobauerit , Curiam huius ciuitatis, quamuis maxima cum diligentia , non potuiſſe delinquentes apprehendere ; minuſque potuiſſet , quamuis citiùs illi denunciatum fuiſſet maleficium.

In omnem euentum , poſito citra veri præiudicium , quod Notarius eſſet in aliqua negligentia, nullo modo poterat priuari exercitio ſui Officii, cùm non deliquiſſet in Officio tanquam Notarius,
6 † quia vti talis non tenebatur acta deferre ſine juſſione Superioris, vel ſaltem ejus , de cuius mandato ſumptæ fuerant informationes ; & ideò non erat priuandus exercitio ſui Officii : Carauit. *ſup. Rit. magnæ Cur. Ritu 49. num.27. verſic. vnum tamen aduerte,* Bartol. *conſil.274.n.4.*

7 Quia vt ſuprà dictum eſt, Notarius non eſt priuandus Officio, niſi delictum fuerit commiſſum in ipſo Officio : Bal. *in l.2.§.miles,verſ.D.Bartolus conſuluit.ff.de his qui notant.infam.* Iaſon *in l.Barbarius, num.58.verſic. Quartò limita.ff.de Offic.Prætor.* Nell. *in tract. de Bannit. in prima part.2.temp.q.51.* Riminald.jun.*conſil.185.n.17.*

8 Ad Notarii autem actorum Officium tria ſunt dumtaxat, quæ de jure pertinent : nempe *Primò,* vt vniuerſa judicii acta fideliter ſcribat juxta præceptum Iudicis , ponendo locum & tempus. *Secundò,* vt originalia acta apud ſe cuſtodiat. *Tertiò,* vt copiam actorum partibus requirentibus tradat, ſic enim taxatiuè loquitur Abb. *in cap.quoniam contra,num.3.verſic. Nota quod Officium Notarii : Extr. de probat.* Et tradunt omnes *in dicto cap. quoniam contra,* quos citat & ſequitur Pacian.*de probat.lib.1. c.65.n.74.& 75.*

9 Immò ſi dictus Notarius abſque mandato Superioris acta detuliſſet, malè feciſſet,quia Notarius malè facit excedendo metas ſui officii : Menoch. *conſil.37.n.111.*

Nec poteſt etiam imputari dicto Notario , quod acta fuerint ſcripta , & informationes captæ per dictum ejus filium , qui non eſt receptus ad officium Notariatus. Quia vltra generalem conſuetudinem Notariorum præſentis Status , † reſpon-
10 detur etiam , quod de jure licitum eſt Notariis & Tabellonibus , ſcribere acta etiam judicialia per ſuos jouenes , qui quidquid agunt , hoc faciunt nomine Notarii principalis : vt probat Poſthius *de manutent. obſeruat.102. num. 29.* quia per ſubſcriptionem Notarii principalis omnia dicuntur ab illo virtualiter ſcripta : Ludouiſ. *deciſ.454.n.4.& 5.* & *ibi* Addit.

Cæterum prædicta multò magis procedunt, ſtante probatione probitatis & bonæ famæ eiuſdem Notarii ; qua tamen etiam non probata , pro
11 eo præſumendum eſſet ; † cùm ejus perſona fuerit à publico approbata : Menoch. *lib.1.præſumpt,99. num. 6.* cum pluribus per eum citatis. Et cùm in cæteris eum diligentem & probum eſſe fuerit verificatum , in hoc etiam debita vſum fuiſſe diligentia præſumendum eſt : Idem *conſil. 42. numero 12.*

Denique notandum eſt , quod cùm alia pœna per ſententiam Domini Iudicis à quo , imponi fuerit, nempe condemnatio ad expenſas proceſſus informativi, non poterat imponi pœna privationis exercitii Tabellionatus per modum condemnationis & judicii criminalis. Quia quoties alia pœna imponitur , toties pœna privationis exercitii Officii eſt dumtaxat civilis : Baiard. ad Clar. *quæſt.73. num.4.* Clar. *§.final. quæſt.1. num.3.verſ. Quintus caſus.*

Et per has rationes Notarius iſte fuit definitiue absolutus judicio Rotæ Avenionenſis, & reuocata ſententia Iudicis à quo, tanquam injuſta.

CAPUT CXXVII.

Ex injuncto onere deferendi nomen & arma familiæ teſtatoris , utrùm inducatur fideicommiſſum favore agnationis. Id quid hac in re ſeruetur ſecundùm præjudicia Curiarum Galliæ, & Hiſpaniæ. Maſculi deſcendentes ex fœminis poſſunt conſeruare fictam agnationem per Nominis & Inſignium delationem. Vocatio fœminarum in aliqua parte ſubſtitutionis excludit contemplationem agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris ſubſtitutio locum habere non poteſt quando inſtitutus tempore teſtamenti , & tempore mortis teſtatoris erat ſanæ mentis, nec ei fatuitas non detecta.*

2 *Reciproca non poteſt habere vim exemplaris quando unus ex cohæredibus eſt ſanæ mentis.*

3 *Quis ſit effectus, utrùm ſubſtitutio ſit exemplaris vel fideicommiſſaria.*

4 *Subſtitutus exemplariter grauari poteſt in bonis quæ habuit à teſtatore ex inſtitutione, præterquam in legitima.*

5 *Maſculinitas , & Agnatio , ferè pro eadem muntur.*

6 *In Gallia fuit ſæpiùs declaratum, fœminas nos & armorum deferendorum eſſe capaces. Aliter judicatur in Hiſpania.*

7 *Onus delationis armorum de jure communi conſeruationem agnationis.*

8 *Arguit etiam excluſionem fœminarum.*

9 *Onus ferendi nomen & arma, operatur quatenus dum in quo fuit adjectum.*

10 *Non eſt inconueniens quod teſtator in certis gradibus & perſonis dumtaxat agnationem templatus ſit.*

11 *Agnationis contemplatio facit , vt maſculi remotiores excludant fœminas proximores.*

12 *Eadem eſt vis tacita & expreſſa contemplationis agnationis.*

13 *Per fœminas fit conſeruatio fictæ agnationis, ſed fit per maſculos deſcendentes ex fœminis proximiores nomen & arma familiæ.*

14 *Fœ-*

14 *Verba perpetuitatem inferentia multùm proſunt ad præſumendam conſervationem agnationis.*

15 *Quando teſtator fœminas in aliqua parte teſtamenti vocavit, ceſſat contemplatio agnationis.*

16 *Conjectura agnationis ex delatione nominis & armorum reprobatur à multis Doctoribus.*

17 *Maximè quando contemplatio agnationis non eſt expreſſa, ſed tacita.*

18 *Verba perpetuitatis ſufficiunt, quando agnationis contemplatio non fuit expreſſa, ſed tacita.*

19 *Abſurdum eſt minus dilectos vocari, excluſis magis dilectis.*

CIvis quidam Avenionenſis hæredes ſuos inſtituit duos filios ſuos, illoſque invicem ſubſtituit. Et caſu quo dicti filii aut eorum liberi decederent ſine liberis, ſubſtituit dictis ſuis liberis Iſabellam filiam ſuam, & illius liberos naturales & legitimos, ſub onere, quod ipſi & ſui tenebuntur portare nomen & arma ipſius teſtatoris perpetuò, admixta cum armis ſeu inſignibus patrum ſuorum.

Et decedente Iſabella ſine liberis naturalibus & legitimis, ipſi ſubſtituit Ignatium & Natalem, fratres ſuos, ſi vivant; & poſt ipſos, vel ſi non vivant, Magdalenam & Joannem Franciſcum liberos Ignatii, necnon Petrum & Joachimum liberos Natalis.

Mortuo uno ex hæredibus ſine liberis, ſuperſtes fuit alter teſtatoris filius & hæres; cumque mente ſanus non eſſet, matrimonium non contraxit, nec per conſequens liberos habuit.

Tempore mortis hujus mente capti, jam deceſſerat Iſabella ſubſtituta, pluribus relictis liberis maſculis & fœminis. Contendebant maſculi fœminas ab hac ſubſtitutione eſſe excludendas. Ego, re perſpecta, conſului ipſis concordiam, quæ in effectu fuit ſubſequuta.

1 Et ut in hac controverſia certa ab incertis ſecernamus, ſupponendum in primis eſt, quod ſubſtitutio de qua agitur, non poteſt eſſe exemplaris multis rationibus. Primò quia filius ſuperſtes de tempore teſtamenti mente captus non erat, nec de tempore mortis ejuſdem teſtatoris, atque ideo licet regulariter in ſubſtitutione compendioſa contineatur etiam exemplaris, tamen illa contineri hoc caſu non poteſt: ex Bartol. *in l. ex facto, ff. de vulgar. num.* 16. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 5. *tit.*16. *num.*8. Bald. *in tract. de ſubſtitut. in titulo de exemplari, num.*9. Franciſc. Barry *lib.*5. *tit.*5. *num.*4. *verſic. ut autem.*

2 Secundò, quia frater, qui erat reciprocè ſubſtitutus, nunquam fuit mente captus, & ſic reciproca ſubſtitutio facta perſonis imparibus, non poteſt in uno operari exemplarem, quæ non poteſt habere locum in alio: Mantic. *d. lib.*5. *tit.*16. *num.*15. Plures allegat Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.*259.

3 Hujus conſiderationis effectus eſt magnus: quia ſi ſubſtitutio eſſet exemplaris, legitima ſola deberet dividi inter ſucceſſores dementis ab inteſtato vigore ſubſtitutionis ad quam ſunt vocati; ſi verò ſit fideicommiſſaria, addenda quoque erit Trebellianica ex illa ſubſtitutione detrahenda, cùm non

4 reperiatur prohibita in dicto teſtamento. † Subſtitutus enim exemplariter gravari poteſt in omnibus bonis, in quibus fuit inſtitutus, præterquam in legitima; illius enim (nempe legitimæ) bona habet à lege, non à teſtatore. Dec. *conſil.*371. *n.*1. *verſic. Quartò ad idem*, Roland. *conſil.* 68. *num.* 68. *vol.*4. Intrigliol. *de ſubſtitut. centur.* 2. *quæſt.* 12. *num.*17. limitando tamen ut per eum *num.* 13. Ergo cùm ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, ſequitur locum eſſe detractioni Legitimæ & Trebellianicæ ſine ulla controverſia dividendis inter legitimos ſucceſſores ab inteſtato dicti dementis, ſive maſculos, ſive fœminas, æquis portionibus.

Reducitur igitur difficultas ad alia bona reſtantia, utrùm videlicet fideicommiſſum ſit maſculinum & agnatitium. Ego de dicenda veritate regatus, diu anceps hæſi. Pro maſculis quippe adeſt urgentiſſima maſculinitatis, ſeu agnationis conſervandæ conjectura, († hæc enim duo in hac ma- 5
teria pro eodem accipit Peregrin. *art.* 25. *num.* 26. intelligendo tamen eo modo quo diximus *cap.*325. *num.*22.) petita ex eo quod teſtator voluit ſuos ipſius Dominæ Iſabellæ teneri deferre cognomen & arma ſuæ domus in perpetuum, licèt admixta cum
armis patrum ſuorum. † Quamvis enim in Gallia 6
hæc conjectura non admittatur, immò ſæpiùs declaratum fuerit in ſupremis Tribunalibus fœminas æquè ac maſculos nominis & armorum eſſe capaces, Annæus Robert. *rerum judic. libro* 4. *capite* 4. *arreſt.* 2. Ferrer. *in addit. ad Guid. Pap. quæſt.* 467. Maynard. *lib.*8. *cap.*54. Charon. *lib.*8. *reſponſ.*45. *& lib.*10. *reſponſ.*38. *&* 71. ut notat D. Lud. Bell. *conſ.* 109. *num.*7. Franc. Barry *de ſucceſſ. lib.*17. *tit. de condit. ferendi nom. & arm. num.*8. Idemque judicatur in Hiſpania, Rota *deciſ.*319. *num.*4. *part.*1. *recent.*
† Tamen ex diſpoſitione juris communis receptior 7
eſt ſententia, ex hoc onere deferendi cognomen & arma teſtatoris, induci favorem & contemplationem agnationis, quam teſtator perpetuam & immarceſſibilem reddere voluit, ut dicit Rip. *in l. Centurio, num.*164. *ff. de vulgar.* & ita tenent multi DD. quos citat & ſequitur Mantic. *de conjectur. lib.*6. *tit.*15. *n.*15. † Et per conſequens maſculos fœminis 8
præferre voluit in ſucceſſione bonorum ſuorum: Anton. Fab. *in Cod. lib.*8. *tit.*35. *definit.* 1. *n.*7. Eandemque ſententiam poſt plures tuetur Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.*499. *n.*13. Rota *d. deciſ.*319. *n.*4. *p.*1. *recent.* Theſaur. *deciſ.*270. *n.*10. *&* 32. Peregr. *de fideicom. d. art.*25. *n.*27. *verſic. pro conjectura:* Idem Fuſar. *conſil.*67. *num.*22. *& conſil.*10. *n.*48. Surd. *conſil.*375. *n.*17. *&* 27. *& conſil.* 369. *n.*21. Joan. Ant. Bellon. *conſ.*73. *n.*29. Menoch. *conſil.*1006. *n.*1. Morot. *conſil.*50. *n.*20. Caſanat. *conſil.*20. *n.*20. Joſeph. Ramen. *conſil.*15. *n.*19. quos omnes legi & perlegi: Mart. *de ſucceſſ. legali, p.*4. *q.*21. *art.*4. *n.*37.

Et licèt hæc conditio deferendi nomen & arma, 9
ſeu onus illud non fuerit adjectum aliis ſubſtitutionum gradibus; tamen operari debet contemplationem agnationis quoad illum gradum, & illas perſonas, quibus adjectum fuit. Rot. *deciſ.*419. *num.*9. *&* 10. *p.* 5. *recent.* † Non enim eſt inconveniens 10
quod teſtator agnationem contemplatus ſit in certis gradibus & caſibus, & non in aliis: Seraphin. *deciſ.*1023. *n.*9. Ludoviſ. *deciſ.*433. *n.*18. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*499. *n.*24. *&* 25. Surd. *conſil.*443. *n.*44. Giovagnon. *conſil.*38. *n.*25. *lib.*1.

Hæc autem agnationis contemplatio facit, ut 11
ſoli maſculi, etiam remotiores, admittantur ad ſubſtitutionem, excluſis fœminis: Rota *deciſ.* 203. *num.*4. *& deciſ.* 217. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Burat. *deciſ.*272. *num.*2.

Et licèt ratio conſervandæ agnationis non fue- 12
rit expreſſa, tamen eadem eſt vis tacitæ & expreſſæ: Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*653. *n.*45. poſt Surd. *deciſ.*124. *num.*7.

Nec obſtat quod per fœminas agnatio non con- 13

ſeruatur. Quia per delationem nominis & armorum inducitur quædam agnatio ficta : Caſanat. *conſil.*20. *num.*29. Quæ conſeruatur per maſculos deſcendentes ex fœminis : Rota *deciſ.*6. *p.*1. *diuerſ.*
14 *&* *deciſ.*627. *num.*7. *part.*3. *recent.* † Maximè ex eo quod idem teſtator adjecit verba perpetuitatis, ex quibus multo fortiùs credendum eſt, ipſum habuiſſe intentionem conſeruandi ſuam agnationem : Fuſar. *dicta q.*499. *n.*17. Barboſ. *dict. cap.*254. *n.*2.

Hæc tamen quamuis ita ſe habeant, negari non poteſt quin res ſit dubia, vti dependens ex coniecturis & interpretatione voluntatis teſtatoris, pro qua non leues extant in contrarium conjecturæ.
15 † Præcipua verò eſt, quia teſtator fœminas in eodem teſtamento expreſsè vocauit, non ſolùm Dominam Iſabellam filiam ſuam ſubſtituendo, ſed etiam in defectum liberorum Dominæ Iſabellæ vocando filias fratrum ſuorum. Quando autem teſtator fœminas in ſuo teſtamento vocauit, ceſſat conjectura contemplatæ agnationis : Rot. *dec.*118. *num.*3. *p.*3. *recentior.* Ludouiſ. *deciſ.*433. *n.*15. Gra-
16 tian. *diſcept.* 536. *num.* 62. † vltra quod conjecturam illam ex delatione nominis & armorum petitam, vltra DD. Gallos alii nonnulli reprobant, & inter cæteros Marta *conſil.*61. *n.*24. Caſan. *conſil.*38. *n.*87. cum *ibi* citatis : Præſertim quando expreſſa non eſt verbis teſtamenti, ſed tantùm conjecturata, ſeu tacita agnationis conſideratio : Caſan. *conſ.*38.
17 *num.*81. † vbi quod non licet arguere ad excluſionem fœminarum, quando conſideratio agnationis non fuit expreſſa in teſtamento. Quod & voluiſſe videtur Rota *deciſ.* 538. *n.*3. *verſic. Quanto magis*:
18 *part.*2. *recentior.* adeò vt † nec verba perpetuitatem denotantia faciant certam conjecturam conſeruandæ agnationis, quando cauſa agnationis conſervandæ non eſt expreſſa : vt notauit Vrſel. *in communi. concluſion. in verb. Agnatio, concluſ.*81. *n.*80.

19 Sed quod præcipuam facere videtur difficultatem, eſt quod ſi fœminæ deſcendentes ab Iſabella non eſſent vocatæ, inde ſequeretur abſurdum, quod filiæ deſcendentes à fratribus ipſas excluderent, vti vltimo loco vocatæ ; quod abſurdum, vt remotiores & minus dilectæ magis dilectis præferantur, omnino vitandum eſt : Sud. *conſil.*85. *n.*26. Fuſar. *conſil.*176. *n.*15.

Quamobrem licèt exiſtimarem maſculos ſe jure aduerſus fœminas tueri poſſe, tamen ob negotii dubietatem conſului omnino vtrique parti concordiam, quæ fait ſubſequuta : nam verè vocatio illa fœminarum in eodem teſtamento multùm me mouit ad fauorem filiarum ex Iſabella deſcendentium, quæ per tranſactionem magna ex parte ad fideicommiſſum admiſſæ fuerunt ſimul cum maſculis ex domina Iſabella deſcendentibus.

CAPUT CXXVIII.

Fideiuſſor cenſus annui ſi ſoluat, & cenſum retrouendat, obtenta nihilominus ceſſione jurium à creditore, non dicitur ſolviſſe extinctiuè, ſed tranſlatiuè, & ideo poteſt petere omnes cenſus annuos decurſos à tempore ſolutionis per ipſum factæ. Quia verba tranſlatiua in eodem contractu appoſita prævalent extinctiuis. Et ſi fideiuſſor, aut correus, quando fideiuſſoris loco eſt, acceptauerit delegationem cuiuſdam tertii debitoris delegati ſibi non præiudicat quoad jura ſibi competentia contra principalem debitorem, ſi illa ſibi reſeruauerit.

SVMMARIVM.

1 *Quando agitur de duobus reis, licet quoad creditorem ſint in ſolidum obligati, tamen inter ſe ad quem negotium principaliter non ſpectat, habetur tanquam fideiuſſor.*
2 *Quando cenſus fuit remiſſus alteri per viam tranſlationis, ceſſionarius conſequitur penſiones, ſeu cenſus decurſos à die ceſſionis : ſecus ſi ceſſio facta fuerit extinctiuè.*
3 *Si fideiuſſor ſoluat, non cenſetur ſoluere animo ſoluendi obligationem debitoris principalis, ſed animo emendi nomen ipſius debitoris.*
4 *Soluens nomine proprio non extinguit obligationes debitoris principalis, ideò cedenda ſunt illi actiones.*
5 *Fideiuſſor ſoluens non extinguit actiones principalis debitoris.*
6 *Soluens cum ceſſione actionum non facit ceſſionem extinctionem, ſed acquirit tranſlatiuè.*
7 *Pactum ceſſionis jurium eſt potentius pacto ſolutionis & extinctionis.*
8 *Ampliatur, etiamſi ceſſio actionum facta fuerit ex interuallo ſoluenti fideiuſſori.*
9 *Verbum retrouenditionis cenſus omittitur vbi ſtatim, vbi in eodem inſtrumento adeſt ſimilium in fauorem ſoluentis.*
10 *Non eſt inconueniens extinctionem cenſus inducere quoad aliquos, tranſlationem verò quoad alios.*
11 *Si in eodem contractu adſint verba tranſlatiua & liberatoria, iſta deſtruuntur per tranſlatiua.*
12 *Ex quibus clauſulis colligatur ſolutionem ſuiſſe factam tranſlatiuè.*
13 *Dictio retrouendidit, impropriatur quando conſtat de mente contrahentium circa tranſlationem jurium.*
14 *Creditor non ſibi præiudicat quoad hypothecam per adiectionem obligationis nouæ perſonalis ſibi expreſsè reſeruauerit.*
15 *Tria concurrere debent ad hoc vt fiat vera delegatio.*
16 *Delegatio non inducitur, quando creditor ſibi expreſsè proteſtatus ſe nolle ſibi præiudicare ad proprietatem hypothecarum.*
17 *Datio in ſolutum non fit, niſi hoc expreſsè dicatur.*
18 *Delegationis natura eſt, vt per eam primus debitor eximatur ab obligatione.*
19 *Etiamſi quis perceperit per plures annos ſolutiones annuos currentes de manu debitoris aliqui, non propterea cenſetur nouaſſe obligationem.*

FRanciſcus & Joannes vendiderunt Joanni Franciſco annuum cenſum 70. ſcutorum, pro 1000. ſcutorum.

Eademque die Joannes declarauit in fauorem Franciſci, illum nihil recepiſſe de dicta ſumma, & ideo promiſit illum à dicta obligatione liberare, & indemnem ſeruare.

Franciſcus ſoluit dictam ſummam cum tribus penſionis decurſæ Domino Joanni Franciſco, & illum quitrauit & liberauit Franciſcum & ſuos.

Et moyenant ledit payement, à reuendu, & reuendit ſieur François ladite penſion de 80. eſcus, & ledit fonds, & à cedé, remis, & tranſporté tous & chacuns ſes droits, & actions, obligations, & hypotheques

à luy competants & appartenants contre ledit Iean, avec les divestissions, investissions, & autres en tel cas accoustumées & requises, & par tradition de l'extraict de ladite vente de pension, au risc, peril, & fortune dudict sieur François. Hoc est, revendidit eidem Francisco præfatum censum, & illi cessit omnia jura sua, ejus periculo & fortuna.

Quæritur modò, utrùm Franciscus, seu illius hæredes jure possint petere contra Joannem fructus dicti census, decursos à die solutionis factæ eidem Domino Joanni Francisco creditori.

1 Pro resolutione quæstionis, supponendum est in primis, quod licèt respectu Domini Joannis Francisci ambo debitores essent in solidum obligati, tamen inter ipsos Franciscus erat in effectu fidejussor, cùm totum negotium spectaret ad Joannem, prout ipse declaravit: Castrens. *in l. sed Iulianus, §. non solùm, num. 2. ff. ad Macedon.* Pascal. *de patria potest. p. 1. cap. 8. num.* 137. Surd. *consil.* 150. *num.* 57. Gratian. *discept.* 701. *n.* 5. Mantic. *de tacit. convent. lib. 16. tit. 1. n. 3.*

2 Secundò supponendum est, cessionarium census habere jus petendi redditus decursos & decurrendos, quando cessio redditus fuit facta translativè; secus si extinctivè: ut explicat Cencius *quæst.* 103. *num. 17. & sequent.*

3 His ita suppositis concludendum est, cessionem factam fuisse translativè, non autem extinctivè, in casu de quo agitur. Primò, quia quando tractatur de fidejussore solvente creditori, non censetur pecuniam dare pro extinctione juris creditoris, sed potius emere nomen creditoris: ut est textus expressus *in l. cum is 36. versic. non enim, ff. de fidejussorib.* ibi: *non enim in solutum accipit creditor, sed quodammodo nomen debitoris vendit.* Censetur enim semper fidejussor in dubio solvere nomine proprio, & ad suam utilitatem; non autem nomine Joannis, contra quem fit cessio: *l. Papinianus*, & *ibi* Gloss. *in verbo, & suo nomine:* necnon Bald. Alberic. & alii, *ff. mandati*, Casanat. *consil.* 14. *n.* 7. Hering. *de*
4 *fidejussorib. cap.* 28. *n.* 44. *versiculo, nec obstat.* † Maximè cùm solutio facta fuerit per Franciscum nomine proprio, & de propriis pecuniis: ut notat Gratian. *discept.* 286. *num.* 4. *&* 5. *& discept.* 793. *num.* 23. *&* 24. ubi dicitur quod quando solutio fit per aliquem proprio nomine, non extinguntur obligationes aliorum coobligatorum; ideò sic solventi cessio jurium fieri debet, etiam ex intervallo, quia actiones non sunt extinctæ per talem solutionem.

5 Unde per solutionem à fidejussore factam, creditum non esse extinctum, fuit decisum in Rota *decis.* 236. *num.* 1. *versic. fundamentum, part.* 4. *recent.* confirmata *decis.* 364. *ead. parte:* sequitur Capyc. Latr. *decis.* 16. *n.* 28. *in fine, & n.* 29.

6 Secundò, quia magna est differentia, utrùm solutio per unum ex obligatis fiat absque cessione actionum, an verò simpliciter: si simpliciter, verum est extinctionis effectum produci; si cum cessione actionum, jurium, translationem, non extinctionem oriri: ut tradit Barbosa *in l. quæ dotis* 34. *ff. solut. matrim. n.* 5. *in fine, versic. quia qui solvit.* Quod probat
7 ex *dicta l. cum is* 37. *ff. de fidejussorib.* † quia semper pactum cessionis prævalet pacto solutionis & extinctionis, & illud ad se trahit: Salicet. *in l.* 1. *C. de action. & obligat. num.* 5. *versic. sed hic attende*, ubi amplius dicit, quod dum agitur de fidejussore, non extinguitur obligatio per solutionem ab ipso factam, quando obtinuit cessionem jurium à credi-
8 tore, † etiamsi cessio facta fuisset post solutionem, & non incontinenti: per text. *in l. Modestinus, ff. de fidejussor.* Quia fidejussor censetur solvere, ut propriam quidem obligationem tollat, sed remanente obligatione debitoris principalis: ut probatur *in l. Stichum, §. si mandato, ff. de solut. & dicta l. Papinianus, ff. mandat.* Bartol. *in dicta l. Modestinus, num.* 4.

Tertiò, quod attentio partium in dicto contrac- 9
tu potiùs tendat ad transferendum jura, quàm ad extinguendum: patet ex verbo *retrocessionis*, contento in dicto contractu, cujus natura est transferre, non extinguere jura: ut docet Casanat. *consil.* 10. *num.* 4. Non obstante quod præcedat verbum *retrovenditionis, quittanciæ*, vel *liberationis*: quia verbum *retrovenditionis*, amittit vires suas propter cessionem jurium statim subsequutam: ut notat Casanat. *dicto consil.* 10. *num.* 101. ubi dicit extinctionem suum operari effectum in persona cessionarii contra creditorem cedentem, at verò cessionem operari effectum translativum contra alios, contra quos cessio prodesse potest ipsi solventi: & ideò extinctio orta erit respectu Francisci, translatio verò respectu Joannis: ut benè explicat *ibid.* Casanat. cum
pluribus DD. per eum allegatis; † cùm non sit in- 10
conveniens liberationem induci quoad aliquos, translationem verò quoad alios: Neguzant. *de pignoribus, 6. part. membr. 3. n.* 13. Mascard. *de probat. conclus.* 1178. *n.* 41. Casanat. *ibid. n.* 160.

Quartò, quia quando in eodem contractu con- 11
tinentur verba contraria, nempe extinctionis, & translationis; tunc translatio præponderat extinctioni, & verba liberatoria regulanda & restringenda sunt secundùm verba inducentia translationem: Casanat. *dicto consil.* 10. *num.* 118. *& consil.* 11. *num.* 18. *&* 19.

Quintò, quia semper in præsenti materia recur- 12
rendum est ad mentem contrahentium, ut testatur Cencius *in tract. de censib. quæst.* 103. *n.* 17. Hic autem verba sunt clara pro translatione, potiùs quàm pro extinctione, quia partes utuntur verbo *retrocessionis.* Secundò, quia Joannes Franciscus cedit Francisco non solùm capitale, sed etiam pensionem; quæ cessio pensionis esset inutilis, si capitale remaneret extinctum. Tertiò, quia cedit omnia & quæcumque jura sua in amplissima forma. Quartò, quia cessio facta est cum clausulis investissionis, & divestissionis; quæ essent inutiles, cùm non possit fieri divestissio, & investissio, tam capitalis quàm pensionis, si capitale esset extinctum. Quod in simili casu ponderat Cencius *loco citato*, dum loquitur de clausula constituti.

Neque obstat, quod in illo contractu adsint ver- 13
ba *retrovenditionis*, quæ inferant extinctionem census. Quia superiùs ostensum fuit, quod quando conjuncta sunt verba extinctionis, & translationis, prævalent verba translationis, *sup. n.* 11. *hujus capitis.*

Sed ut omnis tollatur difficultas: Respondetur magis præcisè, quod hoc casu non est vera retrovenditio, sed potiùs venditio, & verbum *retrovenditionis* impropriatur: Antonin. de Amato *resolut.* 7. *num.* 34. quia cùm habemus effectum, qui correspondet venditioni, & non census suppressioni, non debemus attendere verba, sed effectum; & ideo verbum *revendit*, in consideratione haberi non debet: ut *ibidem* explicat de Amato: Giurb. *decis.* 87. *num.* 21. Capyc. Latro *decis.* 16. *num.* 28. *& num.* 39. ubi dicit, quod quando retrovenditio potest operari per modum translationis, tunc operatur translativè, & non extinctivè: Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 3. *disputatione* 35. *num.* 45. ubi benè

explicat : Rota *deciſ.* 83. *num.* 8. apud Merlin. *de pignor.*

His rationibus motus, concludendum putaui, Franciſcum jure petere poſſe redditus decurſos à die ſolutionis factæ Joanni Franciſco creditori. Atque ita judicatum fuit per Rotam Auenionenſem, in cauſa Domini Argentii, contra Dominum Moreli circa annum 1652.

Verùm quia longè poſt dictam ſolutionem ſortis principalis, Franciſcus acceptauit obligationem cuiuſdam tertii, & prorogauit ſolutionem penſionum decurſarum, ſine tamen præiudicio priorum hypothecarum. Dubitatum iterum fuit vtrùm Franciſcus, ſeu illius hæredes receſſerint ab hypothecis contra bona Joannis, & vtrùm interuenerit nouatio actionum.

14 Reſpondi, hæredes Franciſci ſibi non præiudicaſſe quoad jura, & hypothecas ſibi competentes contra bona dicti Joannis : juxta notata *in l. ſi pupillo, §. fin. ff. de ſolut.* Cencius *in tract. de cenſib. q.* 103. *n.* 16. *& quæſt.* 105. *num.* 8. Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 1. *&* 2.

15 Tota difficultas huius quæſtionis conſiſtere videtur in eo, quod videntur hîc interueniſſe tria requiſita in vera delegatione ; nempe quod Tertius ille promiſerit ſolvere de mandato Joannis delegantis, cuius erat debitor, & promiſerit tanquam debitor, & quod Franciſcus, eiúſque hæredes acceptauerint dictum Tertium in debitorem : quibus concurrentibus, videtur inducta vera delegatio, & innouatio hypothecarum, ex notatis apud Burat. *deciſ.* 749. Merlin. *de pignor. libro* 5. *quæſtione* 13. *num.* 9.

16 Sed reſpondetur, hic non potuiſſe interuenire delegationem, attenta proteſtatione expreſſa, facta tam in primo contractu, quàm ſecundo ; & tam per dictum Franciſcum, quàm per ejus hæredem, quod non fieret præiudicium prioribus obligationibus & hypothecis, non ſolùm quoad dictum tertium debitorem ceſſum, ſed etiam quoad præfatum Joannem cedentem, quia ſtante huiuſmodi proteſtatione, dicendum eſt ſine dubio, non fieri nouationem, nec eſſe veram delegationem : vt oſtendit Cagnol. *in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. n.* 188. *in primo volum.* quem ſequitur Bertazzol. *de clauſulis, clauſula* 33. *gloſſ.* 18. *n.* 3. *verſic. poſſet etiam pactò fieri : fol.* 187.

Et licèt Gozadin. *conſil.* 38. *num.* 12. *verſiculo non obſtat ſecundum*, exiſtimauerit prædictam clauſulam reſeruatoriam non impedire quominùs fiat delegatio, quia intelliguntur tantùm reſeruata priſtina jura contra delegatum, non contra delegantem : tamen hoc procedit in dubio, vt colligitur ex dictis *ibidem* per Gozadinum. Nos autem verſamur in caſu claro, in quo reſeruata fuerunt priſtina jura, tam contra dictum Joannem, quàm contra dictum tertium debitorem ceſſum. Vltra quod non agitur de datione in ſolutum, provt agebatur in caſu

17 Gozadini, † cùm non fiat in ſolutum datio, niſi expreſsè dicatur : Rota *deciſ.* 392. *num.* 29. *part.* 5. *recentior.* Sed de ſimplici accollatione cum expreſſa proteſtatione prædicta, immò & fortiori, cùm Franciſcus expreſsè fuerit proteſtatus, quod caſu quo ſolueret ſortem principalem, volebat ſubrogari in jus & hypothecas creditoris principalis, ſub iiſdem obligationibus in dicto inſtrumento contentis, quæ quoad Dominum Franciſcum remanebant in ſuo robore, vigore, & efficacia. † Atque ita non

18 poteſt tractari de delegatione, cuius natura eſt, vt debitor principalis eximatur ab obligatione, ex notatis per Surd. *deciſ.* 23. & poſt eum notat in propriis terminis Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 41.

Neque nocet hæredibus Franciſci percepiſſe fructuum per plures annos à dicto debitore cedente, ſeu accollatore. Quia non per hoc dicitur facta innouatio, nec vera delegatio : Rota apud Merlin. *de pignorib. deciſ.* 106. *n.* 14.

CAPUT CXXIX.

Vtrùm ſubſtitutio facta poſthumo ſi ſine liberis moriatur, locum habeat ſi poſthumus non naſcatur. Quid ſi ſubſtitutio facta fuerit jam nato, ſimul & poſthumo, ſi ſine liberis decedant? Et an pluralitas reſoluatur in ſingularitates in præiudicium perſonæ prædilectæ? Ius accreſcendi an ſit potentius ſubſtitutione vulgari facta de perſona minùs dilecta.

SVMMARIVM.

1 *Conditio verificari debet in omnibus casibus, quando adeſt in medio perſona prædilecta, & tunc pluralitas non reſolvitur in ſingularitates.*

2 *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, non verificatur in eo qui natus non eſt.*

3 *Hoc ſaltem locum habet, quando agitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria, quæ odioſa.*

4 *Caſus mortis non trahitur ad caſum non nativitatis, quando agitur de præiudicio ſuæ prædilectæ.*

5 *Clauſula, dicto caſu, reſtringit ſubſtitutionem ad caſum expreſſum.*

6 *Clauſula prædicta non operaretur reſtrictionem ad caſum mortis liberorum expreſſum, niſi concureret favor prædilectionis.*

7 *Ius accreſcendi potentius eſt ſubſtitutione vulgari quando agitur de filio teſtatoris contra perſonas minùs dilectos.*

8 *Subſtitutio pupillaris non eſt, quando nihil fuit ad bonæ propria teſtatoris. Quæ intelligi debet juxta notata per Foſar. citatis.*

9 *Pluralitas non reſoluitur in ſingularitates, quando adeſt perſona prædilecta ſubſtitutum videns.*

10 *Quod non ſolùm habet locum in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſed etiam in pupillari.*

11 Suorum *appellatione continentur deſcendentes poſtea collaterales.*

12 *Obſeruantiæ multùm operatur ad interpretationem voluntatis teſtatoris.*

IOannes condito teſtamento, filiæ ſuæ Vi[illegible] ac filiabus ſuis poſthumis certâ ſummâ ſolu[illegible] in qua illas hæredes particulares inſtituit, hæredes ſuos vniuerſales nominauit Laurentium [illegible] ſuum, necnon poſthumum, vel poſthumos, ſi [illegible] los forſan naſcituros.

Subſtituant ſeſdits enfans & heritiers de l'autre, & auxleurs, en cas qu'ils vinſſent à decedder ce monde à l'autre ſans enfans naturels & legitimes & de vray & legitime mariage procrez, ſuppoſement, pupillairement, & par fideicommis.

Et en cas que tous ſes enfans heritiers & [illegible]

mes vinssent à decceder sans enfans, comme dict est, audit cas leur a substitué pour sesdits biens à N. Iacques, Estienne, & Iean N. ses freres, & aux leurs. Hoc est:

Substituendo dictos suos liberos & hæredes de uno ad alterum, *& aux leurs*, casu quo decederent sine liberis naturalibus & legitimis, de vero & legitimo matrimonio procreatis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.

Et casu quo omnes sui liberi & posthumi decederent sine liberis, ut dictum est; dicto casu ipsis substituit pro suis dictis bonis Jacobum, Stephanum, & Joannem fratres suos, *& aux leurs.*

Decessit testator relicto solo superstite Laurentio, nullisque deinde natis posthumis masculis, nec fœminis.

Postea Laurentius in pupillari ætate mortuus est, cui Victoria ejus soror, & testatoris filia successit, & bona paterna per plures annos possedit.

Nunc autem præfati substituti agunt ad aperturam fideicommissi contra Victoriam testatoris filiam. Quæritur an sint fundati.

Post longam totius negotii considerationem existimavi dictos fratres à judicii limine repellendos.

Quia non sunt vocati, nisi sub conditione mortis omnium liberorum, & hæredum, ac posthumorum sine liberis; qui casus non evenit. Nam ad conditionis implementum, necessarium erat quod tam Laurentius, quàm posthumi morerentur sine liberis: conditionem quippe in persona unius verificari non sufficit: *l. si hæredi plures, ff. de condit.*
1 *& demonstrat.* † Præsertim quando adest persona prædilecta, qualis est Victoria testatoris filia, quæ facit ut pluralitas non resolvatur in singularitates: & quod substitutus excludatur, quando conditio non est verificata in omnibus liberis: Peregr. *de fideicommiss. art. 13. num. 44. & sequent. & num. 49.* Cyriac. *controvers. 521. n. 18.* ubi plures allegat: Trentacinq. *de substitut. part. 2. cap. 6. num. 21. versic. secundus casus*: DD. *in l. penult. C. de impub. & aliis substitut.*

2 Conditio autem non est verificata in posthumo, qui cùm natus non fuerit, non potest dici quod decesserit sine liberis, quia privatio præsupponit habitum: ita præcisè Castrens. *consil. 219. Visis & consideratis: colum. 1. volumine 1.* cum aliis citatis per Fusar. *quæst. 64. num. 59.* & Ruin. *consil. 104. num. 4. & 7. volum. 2. & consil. 172. num. 3. volum. eadem.*

3 Quæ tam opinio, licèt sit controversa, locum tamen obtinet quando agitur de substitutione fideicommissaria, quæ est odiosa: Menoch. *consil. 326.* cum aliis, quos citat & sequitur Fusar. *dicta quæst. 64. num. 61.*

4 Et maximè quando agitur de fideicommisso relicto in præjudicium filiæ prædilectæ; tunc enim conditio mortis non trahitur ad casum non nativitatis: Menoch. *consil. 432. num. 36. versiculo, respondetur tertiò*: Fusar. *dict. quæst. 64. num. 48.* post
5 Decian. Bursat. & alios *ibid.* allegatos. † Maximè verò, quia substitutio est restricta ad casum expressum mortis sine liberis: ergo non extendenda ad casum non nativitatis, propter vim clausulæ, *audit cas*; quæ restringit dispositionem ad casum expressum, & excludit omnem extensionem: Peregrin. *art. 29. num. 15. & 28.* Barbos. *de clausul. cap. 178.* Anchar. *consil. 356. num. 5. versic. tertiò hoc probat*: & ad propositum Menoch. *consil. 326. num. 16.*

Non negamus tamen, quod sola clausula, *audit* 6
cas, non esset sufficiens ad restringendam dispositionem, nisi cum ea concurreret favor, & prædilectio Victoriæ filiæ testatoris, quæ saltem juncta cum hujusmodi clausula, facit ut casus mortis sine liberis non comprehendat casum non nativitatis. Atque ita intelligendum esse Ancharanum, advertit Cassador. *decis. 1. de testam. in fine*, Alciat. *consil. 91. num. 9. versic. & etiamsi vera esset: lib. 9.* & idem prædilectionis argumentum in hac quæstione considerat Ruin. *consil. 172. in fine, versic. nec etiam obstat, vol. 2.* Bursat. *consil. 19. num. 4. vol. 1.* Decian. *consil. 1. num. 169. versic. sed præsuppositâ, vol. 1.* Alexand. *consil. 109. num. 17. vol. 7. versic. præsertim cùm agatur de odiosa exclusione matris a lucruosa hæreditate filii.* Celsus Hugo *consil. 41. num. 9. versic. nec etiam sumus*: Dec. *consil. 211. versic. & ista conclusio, num. 5. in fine.*

Porrò advertendum est, de sola fideicommissaria odiosa in præjudicium filiæ, in casu de quo agitur, tractari posse.

De vulgari siquidem substitutione tractari non 7
potest, tum quia expiravit per aditionem Laurentii: *l. 1. C. de impuber. cum similib.* Tum quia Laurentius adeundo, successit in tota hæreditate per jus accrescendi, quod est potentius substitutione vulgari, cùm agitur de filio testatoris adversus patruos minùs dilectos: Fusar. *quæst. 64. num. 48.*

De pupillari non videtur tractandum, quia sub- 8
stitutio patruorum est restricta ab bona propria testatoris, & sic non potest continere pupillarem: Emman. à Cost. *in cap. si pater, 3. parte, in verb. de filio ad filium: num. 10.* Peregr. *de fideic. articulo 34. num. 44.* Mantic. *lib. 5. tit. 7. num. 16.* (Sed tamen hîc subsistendum, quia agitur de pupillari expressa, quæ retinet naturam substitutionis pupillaris, quamvis ad certa bona restricta fuerit, ut alibi diximus: vide Fusar. *de substitut. quæst. 109. num. 7. & quæst. 241. num. 52. 66. & 82.*) Tum etiam quia deficit requisitum necessarium ad pupillarem, quia posthumi cùm nunquam nati sint, nunquam fuerunt in potestate testatoris, nec per consequens quoad Laurentium substitutioni locus esse poterit; quia cùm adsit persona prædilecta, nempe filia testatoris, substitutio facta sub illa conditione, *si omnes liberi hæredes & posthumi decederent sine liberis*, non resolvitur in singularitates, nec locum habere non potest in solo Laurentio, cùm locum habere non possit in posthumo, ex supià dictis; quia conditio verificari debuisset in omnibus liberis: † per conse- 9
quens ex defectu conditionis non est locus alicui substitutioni in favorem patruorum, & odium filiæ testatoris prædilectæ: Grass. *in §. substitutio, quæst. 79. num. 14.* Cyriac. *controvers. 521. num. 18. & sequentib.* cum pluribus per eum citatis. Nec debet in hac quæstione fieri differentia inter substitutionem pupillarem, & fideicommissariam; cùm ambæ iisdem regulis subjaceant: Fusar. *quæst. 162. num. 1.* † Et ita in pupillari quod pluralitas non 10
resolvatur in singularitates, quando adest persona prædilecta, tradit Peregrin. *de fideicom. art. 13. num. 23.* Trentacinq. *de substitut. p. 2. cap. 6. num. 6.* Fusar. *quæst. 162. num. 8.*

Pro confirmatione prædictorum advertendum est, testatorem ante & post institutum fideicommissum habuisse respectum ad successores ab intestato,

cùm ſubſtituerit Laurentium & poſthumos, *& les leurs*, per reciprocam. † *Suorum* autem appellatione continetur Victoria, tanquam proximior, nempe hoc nomine veniunt deſcendentes per prius; & collaterales per poſterius: Mantica *de conjectur. lib.8.tit.14.n.19.*

Poſt inſtitutum verò fideicommiſſum vocauit fratres, *& les leurs*: ex quo conſtat de intentione teſtatoris, quod filiam propriam ſubſtitutis præferre voluerit, vti ſub nomine *ſuorum* comprehenſam in primo ſubſtitutionis caſu, & non minus admittendam, quàm filias patruorum vocatas in ſecundo ſubſtitutionis capite.

Accedit obſeruantia, qua conſtat Victoriam per plures annos, videntibus & conſentientibus patruis, bona hæreditatis paternæ poſſediſſe, illáque in inuentario per vnum ex patruis ejus tutorem confecto vti propria deſcripſiſſe, qui etiam in computis tutelaribus eidem Victoriæ de fructibus illorum bonorum reddidit rationem. † Quæ obſeruantia multùm operatur ad interpretationem voluntatis teſtatoris 12 : Fuſar. plures allegans *conſil.80. n.7.* Rota *deciſ.169.n.1.p.1.recent.*

Concluditur itaque patruorum ſubſtitutioni locum non eſſe, ob defectum conditionis ſub qua vocati ſunt, cùm non ſit verum omnes hæredes & poſthumos ſine liberis deceſſiſſe, cùm poſthumus natus non ſit, nec per conſequens verum ſit, illum ſine liberis deceſſiſſe, in præiudicium filiæ teſtatoris, quæ vti prædilecta ſubſtitutos excludit. *Partes deinde ad Concordiam deuenerunt.*

CAPUT CXXX.

Ex ſola ſexus maſculini conſideratione non oriri probationem fideicommiſſi agnatitii, ſed tantùm conjecturam, niſi tamen fœminæ in aliqua ſubſtitutionis parte eſſent vocatæ; ex eo enim excluditur fideicommiſſum agnatitium. *Suis* vocatis non reſultat fideicommiſſum inter ipſos, niſi adſint verba teſtamenti in contrarium, adeo vt non ſufficiant dictiones perpetuitatem denotantes in certis caſibus.

SVMMARIVM.

1 *Aliud eſt fideicommiſſum eſſe maſculinum, aliud agnatitium.*

2 *Ex repetita tamen maſculorum vocatione reſultat præſumptio fideicommiſſi agnatitii, niſi fœminæ aliqua in parte teſtamenti fuerint vocatæ.*

3 *Maſculinum fideicommiſſum reſtringitur ad perſonas & gradus per teſtatorem conſideratos.*

4 *Etiam agnationis conſideratio poteſt reſtringi ad certos gradus & perſonas.*

5 *Subſtitutio facta per clauſulam & ſuos, eſt vulgaris, niſi adiecta fuerint verba tractum temporis importantia, inter vocatum & ſuos appoſita.*

6 *In caſibus, in quibus ſui ſunt vocati per fideicommiſſum, illud intelligitur inter grauatum, & illum, qui primò ex ſuis eſt admittendus: cæteri verò gradus ſunt tantùm vocati per vim vulgaris ſubſtitutionis inter ipſos.*

7 *Ampliatur vt locum habeat, etiamſi clauſula codicillaris per verba futuri temporis eſſet adiecta.*

8 *Clauſula codicillaris nihil operatur quando deficit voluntas teſtatoris.*

9 *Dictiones*, ſemper, in infinitum, *& ſimiles non operantur vltra caſum à teſtatore expreſſum.*

ANno 1488. quidam teſtator hæredem vniuerſalem inſtituit Sebaſtianum filium ſuum, cui ſubſtituit in hæc verba.

Item voluit, quod caſu quo Sebaſtianus filius & hæres univerſalis ejuſdem teſtatoris decederet ab humanis ſine liberis naturalibus & legitimis ſuperuiventibus, in eum caſum eidem Sebaſtiano ſubſtituit Guillelmum fratrem ipſius teſtatoris, & ſuos liberos maſculos.

Et caſu quo contingeret eundem Guillelmum decedere ſine liberis maſculis, itémque ſuos liberos maſculos, & alios ab eo deſcendentes ſine liberis maſculis, naturalibus & legitimis, eo caſu contingente eiſdem ſubſtituit, videlicet in bonis & hæreditate eiuſdem teſtatoris, ſupra nominatas Claudiam & Simonam, filias ſuas, æquis portionibus, & *ſuos*, ſexum maſculinum ſemper præferendo, & præferri ordinando.

Supponitur autem in facto, Sebaſtianum poſt patris obitum ſine liberis deceſſiſſe.

Guillelmum verò relictis duabus filiabus, nullis autem maſculis ſuperſtitibus, & hic fideicommiſſum fuiſſe apertum in fauorem Claudiæ & Simonæ filiarum teſtatoris.

Cùm autem Claudia ſine liberis deceſſerit, Simona verò nullos poſt ſe maſculos reliquerit, filia eiuſdem Simonæ deſcendentes à dictis filiabus præſupponunt adeſſe fideicommiſſum gradualis, & perpetuum, in ſui fauorem apertum. Quæritur quid juris?

Ego cenſui nullum tale adeſſe fideicommiſſum. Pro cujus ſententiæ veritate ſupponendum in primis eſt, † nullum in caſu propoſito cognoſci adeſſe fideicommiſſum agnatitium, ſeu fauore agnationis factum, quia licèt teſtator maſculos fœminis præpoſuerit, & proprias filias fauore fratris & maſculorum ab eo deſcendentium excluſerit, non propterea ſequitur hoc factum fuiſſe pro conſideratione agnationis, ſed potius fauore maſculinitatis. Hæc autem duo valde inter ſe differunt, videlicet Maſculinitas & Agnatio, & ab vna ad alteram nihil concludens infertur, ſi alia non concurrant. Mantic. *de conject. vltim. volunt. lib.11. tit.1. n.* ſed tamen: Honded. *conſil.56. n.20. lib.2.* Ludou. *deciſ.433. num.15.* Rota *deciſ.667. n.10. part.1. recentior. & deciſ.486. n.17. part.1. recent.*

Et licèt negari non poſſit ex repetita maſculorum vocatione colligi poſſe, quod teſtator habuerit intentionem conſeruandæ agnationis: tamen hæc conjectura ceſſat omninò, quando in aliqua parte teſtamenti fœminæ fuerunt vocatæ, vt bene per Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 50.* Mantic. *de conjectur. lib.6. capite 25. numero 9.* Rotam *deciſ. 667. numero 10. part. 2. recentior.* Gratian. *diſcept. forenſ. 536. numero 62.* Rota *dicta deciſ. 486. num. part. 1. recentior.* cùm fœminæ ſint finis familiæ *l. pronunciatio, §. final.* cum *l. ſequenti, ff. de verb. ſignific.*

Vnde cum agnationis ratio haberi non poſſit in fœminis, nec illarum deſcendentibus, qui ſuntur tran-

tranei & de aliena familia, nec sunt grauati de deferendo nomen & arma testatoris, vt ex eo noua quædam ficta agnatio inducta videri possit ; sequitur quod si quæ ex considerata per testatorem masculinitate oriri posset agnatitii fideicommissi conjectura, illa restringenda esset ad gradus masculorum ex testatoris familia vel agnatione prodeuntium, non autem ad descendentes ex fœminis ex-
4 tendenda ; † cùm nouum non sit, agnationis conseruandæ intentionem ad certos casus expressos applicari, ad alios verò non extendi. Rota *dicta decis.667.num.11. parte 2.recent.* Peregrin. *consil.33. num.45.lib.3.* Gratian. *discept. for. cap.275. numero* 11.Casanat.*consil.38.numero* 82.85. & 89. Joseph. Ramon. *consil.* 100. *num.* 145. *ad* 152.vbi infinitos allegat.

5 Secundò supponendum est, quod dum præfatus testator descendentibus liberis masculis Guillelmi fratris sui, substituit Claudiam & Simonetam filias & *suos*,talis substitutio non valet fauore *suorum* ex filiabus descendentium, tanquam substitutio fideicommissaria, sed dumtaxat in vim vulgaris, & in casum vulgarem ; & per consequens expirâuit per additionem Simonetæ & Claudiæ. Ad hoc enim vt substitutio *suorum* valeret tanquam fideicommissaria, oportebat vt interuenirent verba importantia tractum temporis in futurum : quæ verba debent intervenire inter filias, & *suos* filiarum, veluti si dictum fuisset,*& post illarum mortem substituo suos:* & ideò cùm hoc casu tractus temporis non fuerit adiectus, illo modo non inducitur substitutio fideicommissaria, quæ inducta fuisset sine dubio, si testator substituisset filias, *& semper suos* : atqui dictio *semper*, non fuit adiecta nisi post gradum substitutionis perfectum : vnde substitutio non valet nisi tanquam vulgaris, vt explicat Ferrer. *in noua addit.ad decis.Guid. Pap.*230. Torniell. *ad l. Gallus, §.quidam rectè, ff.de lib. & posth. in quæstionib. n.66. & 67.* & tradunt DD. *in dict.l.Gallus,§ quidam rectè,* vbi Cuman. Socinus vterque, Alciat.& alii : idem Cuman.*in l.cum ita,§.in fideicommisso, n.4.ff.de legat.* 2.Menoch. *consil.85.n.54. & 67.& lib.4. præsumpt.* 71. *n.27. & sequent.* & fusè probat Rota *decis.*357. *per totam, p.1. recent.*

6 Sed posito citra præiudicium veritatis,quod substitutio quoad *suos* filiarum esset fideicommissaria, hoc tamen intelligendum esset respectu primi gradus *suorum*, nempe respectu Blanchiæ, Ioannæ, & Guillelmetæ : at verò postquam dictæ filiæ semel fuerunt admissæ, cessauit grauamen, & expirauit omnis substitutio, vt bene ostendit Thesaur. jun. *lib.2.quæst.for.93. num.15.* Surd. *decis.* 346. *num.18. & sequent.* maximè *num.22. in fine, parte* 2. Peregr. *consil.23.num.15. & 16. vol.* 2. fusè Menoch. *dicto consil.85.n.54.& sequent.& n.97.* Cancer.*lib.1.var. resolut.c.1.de substit.n.*121.*verf.hoc intellige*,vbi bene explicat.

7 Et hoc procedit non obstante clausula codicillari, etiam per verba futuri temporis concepta : Rota Auen. *decis.*181.*num.*15.Maynard. *lib. 5. cap.*37. *num.*4.*& sequent.* Rota *dicta decis.*486.*num.*27. *p.1.*
8 *recent.* rationem reddens,† quia clausula codicillaris nihil operatur vbi deficit voluntas testatoris, & in quibus ipse non disposuit : Gratian.*discept.* 369. *num.*20.

Vnde constat, substitutionem expirasse saltem in persona filiarum primi gradus Simonetæ, cum ipsæ non fuerint grauatæ aliquo onere fideicommissariæ substitutionis.

Tertio loco aduertendum est,veritatem dictarum suppositionum in dubium reuocari non debere, sub prætextu illius clausulæ vltimo loco in dicto testamento adiectæ, videlicet, *sexum masculinum semper præferendo, & præferri ordinando.* † Siqui-
9 dem dictiones illæ *semper*,vel *in perpetuum*, & *in infinitum*, non extendunt substitutiones antecedentes ad nouos gradus, sed debent intelligi juxta terminos,& casus præcedentium substitutionum, & secundùm subiectam materiam, vt bene explicat Surd. *consil.* 448. *num.26.* vbi bene probat dictionem *semper*, vel *in infinitum*, & similes, restringendas esse ad casus expressos, & nihil proficere ad nouum inducendum fideicommissum, sed perpetuitatem restringendam esse ad casus in testamento designatos & expressos ; dictamque Surdi traditionem approbauit Rota Romana *decis.* 300. *n.28. part.1. recent.* & tradit Ludouis. *decis.* 433. *num.11.* Menoch. *consil.706. num.31. & sequentibus*, vbi explicat naturam similium dictionum perpetuitatem continentium : Peregr. *consil.53.num.6.lib.4.* rationem reddens, quia clausula illa est continuatiua, & nihil de nouo operatur, & ibidem ostendit quod dictio *in perpetuum*, non est alicuius efficaciæ, quando non fuit adiecta cum dictione *suorum* ; & quod cùm clausula illa, *semper sexum masculinum præferendo*, referatur generaliter ad omnes gradus præcedentium substitutionum, debet intelligi in casibus expressis in dictis substitutionibus, absque illarum extensione, seu ampliatione : quod & voluit Rota *dec.491.n.4.p.5.diuers.* & bene probat Cyriac. *controuers.*521. *n.93.*

Ex quibus concluditur, nullum in casu proposito adesse fideicommissum agnatitium, vt in primo præsuppositio ; & substitutionem filiarum Simonetæ expirasse per additionem hæreditatis ab ipsa factam ; & in omnem euentum, non protendi vltra filios primi gradus eiusdem Simonetæ, vt in secunda præsuppositione. Denique non obstare dictionem *semper*, quæ intelligenda est, vt locum habeat in personis, & gradibus, ac casibus in testamento comprehensis, & per consequens vt non habeat vim extendendi substitutionem illam vltra liberos masculos primi gradus dictæ Simonetæ.

CAPUT CXXXI.

Testamentum patris inter liberos etiam sine Notario & testibus validum est. Et quæ ad illius validitatem requirantur. Quæ sit praxis publicationis huiusmodi testamenti. Illud tamen non subsistit quoad ea quæ concernunt vxorem, aut alios qui sunt de liberis. Quid agendum sit quando vxor fuit instituta hæres, & grauata de eligendo vnum ex liberis, cùm ejus institutio, & facultas eligendi sit inualida in testamento minùs solemni relicta.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum patris inter liberos est validum, quamuis sit scriptum sola manu testatoris, sine notario, & testibus.*

2 *Clausula codicillaris subintelligitur in testamento inter liberos, quamuis in eo non fuerit apposita,*

3 *Ex veriori ſententia teſtamentum inter liberos ſua retinet priuilegia, quamuis in eo liberi ſint inæqualiter inſtituti.*

4 *Quæ ſint requiſita ad hoc vt teſtamentum imperfectum ſuſtineatur tanquam inter liberos factum.*

5 *Teſtamentum non ſuſtinetur tanquam inter liberos factum in iis, quæ concurrunt fauore vxoris, aut alterius qui non ſit de liberis.*

6 *Si mater ſit inſtituta in teſtamento inter liberos, tota hæreditas accreſcit liberis.*

7 *Et hoc caſu, neque facultas eligendi, nec tutela vxori relicta ſuſtineri poteſt tanquam teſtamento relicta.*

8 *Ius accreſcendi quod competit liberis, matre in teſtamento imperfecto inſtituta, non eſt proprium, ſed impropriè ſumptum.*

9 *Inſtitutio liberorum facta in legitima, ſi mater ex teſtamento imperfecto capere nequeat, trahit ad ſe vniuerſam hæreditatem jure quodam attractionis, ſed cum ſuis oneribus.*

10 *Quando mater priuatur facultate eligendi ob imperfectam teſtatoris diſpoſitionem, lex eligit, & omnes admittit.*

11 *Teſtamenti publicatio fieri debet coram Iudice ordinario, & quæ praxis hac in re ſeruari debeat.*

12 *Producens ſcripturam teſtamenti paterni inter liberos, jurare debet quod non facit calumniosè.*

13 *Sola comparatio litterarum probat identitatem ſcripturæ teſtamenti paterni inter liberos.*

14 *Vigore teſtamenti paterni inter liberos legitimè publicati concedenda eſt immiſſio ex* l.fin.C. de edict.Diu.Adr.tollend.

15 *Adminiſtratio bonorum fratrum abſentium decernenda eſt præſentibus, ſub onere redditionis rationum poſt aliorum aduentum.*

IN quadam cauſa, quæ in Senatu Auraicenſi erat decidenda, propoſitæ fuerunt hæ quæſtiones.

Prima, vtrùm teſtamentum patris ſuſtineatur ex priuilegio teſtamenti inter liberos, juxta textum in *l.hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. & l.fin.C famil. erciſc.* attento quod poſt mortem patris reperta fuit ſcriptura quædam per eum ſcripta, & ſubſcripta, ac vittis ſericis clauſa, necnon ſigillata, nullo tamen Notario aut teſtibus adhibitis, in qua vxorem ſuam hæredem inſtituit in omnibus bonis ſuis, ea tamen lege, vt teneretur hæreditatem ſuam reſtituere ſuo tempore illi ex eorum liberis maſculis, quem ipſa nominaret & eligeret; liberis verò ſuis legitimam reliquit, qui omnes vno demptо, nempe Henrico, majores ſunt viginti quinque annis: tres autem ex ipſis reperiuntur abſentes, & de illorum vita quid contigerit, ignoratur: in eodémque teſtamento fit mentio conſtitutionis dotis factæ in matrimonio vnius filiæ, Iudith nuncupatæ, ac etiam donationis factæ in fauorem Ludouici alterius filii. Quibus ſic ſtantibus, dubitatur an & quomodo dictum teſtamentum valere poſſit jure teſtamenti inter liberos.

Secunda quæſtio eſt: vtrùm dictum teſtamentum ſit nullum quoad caput electionis datæ vxori; & quatenus ſit inualidum quoad inſtitutionem hæredis factam de perſona vxoris, quid agendum ſit de dicta hæreditate, attento quod gradus inſtitutionis hæreditariæ factæ de perſona dictæ vxoris, deficit, & caducatur propter incapacitatem & inhabilitatem hæredis, maximè cùm ſupponatur liberos illi per ſimplex fideicommiſſum, & per verba obliqua, *rendre & reſtituer*, eſſe ſubſtitutos.

Tertia quæſtio eſt, quomodo procedendum ſit ad aperturam & publicationem dicti teſtamenti, & quæ forma circa hoc obſeruari debeat.

Ad primam Quæſtionem reſpondetur, teſtamentum illud validum eſſe, & legitimum jure teſtamenti inter liberos; quamuis in illo nec Notarius, nec teſtes adhibiti ſint, dummodò tamen legitimè probetur dictam ſcripturam manu patris eſſe conſcriptam, & alia intercueniant ad validitatem ſimilis teſtamenti priuilegiati requiſita: per textum expreſſum *in l.hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtament.* & *ibi* fusè Natta, & alii omnes DD. Buratt. *deciſ.475.n.1.* Gratian. *diſcept. forenſ.c.23. num.1.*

Dictúmque teſtamentum ſuſtineatur omni meliori modo quo valere poteſt, videlicet jure teſtamenti, ſi fieri poteſt, vel etiam jure codicillorum; non ſolùm quia ſupponitur in eo adeſſe clauſulam codicillarem, ſed etiam quia licèt illa non adeſſet, tamen in ſimili teſtamento inter liberos ſubintelligeretur: Gloſſ. *in l.cohæredi, §. cum filia, in verſi. voluit, ff.de vulgar. & pupill. ſubſtitut. & in l.filii, C. famil. erciſcund.* & plures allegat & ſequitur Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.245. num.48.* ſicut etiam intelligitur in eodem teſtamento clauſula, *omni meliori modo*: Fuſar. *ibid. num.50.* vnde tale teſtamentum ſubſiſtit, & validum eſt jure cuiuſcumque vltimæ voluntatis: Merlin. *de legit.lib.1.q.2. quæſt. num.7.*

Neque obſtat ſi dicatur poſſe contingere, vt inter dictos liberos oriatur inæqualitas vigore dicti teſtamenti, quo caſu DD. multi exiſtimant non eſſe locum priuilegio teſtamenti inter liberos. Quia contraria opinio verior eſt, nempe vt tale teſtamentum validum ſit, vti teſtamentum priuilegiatum quamuis inter liberos oriatur inæqualitas, quid alii in contrarium dixerint, vt teſtatur Gl. *in §. teſtamentum, quæſt.11. num.8.* Fachinæus *controuerſ.cap.2.* Mantic. *lib.6.tit.2.* vbi ſic publ. gam diſputationem concludit *num.25.* Vall. *ſucceſſ.progreſſ. lib.3. §.30. num.46.* Argel. *de poſſeſſ. quæſt.6. art.9. n.8. ſecundum nouam impr nem Lugdunenſem.*

Requiſita autem ad validitatem teſtamenti liberos, hæc ſunt: *Primò*, vt ſcriptura facta patris. *Secundò*, quod reperiatur recondita area, vel in alio aliquo loco, in quo probabil reposita fuerit per patrem tanquam ſcriptura neglecta, ſed vti neceſſaria & vtilis ad conſe dam ejus voluntatem, vt teſtatur Gratian. *diſcept. 245. num.17.* Requiritur *tertiò*, quod ſcriptura facta ſit extenſis litteris, non autem compendiis litterarum. *Quartò*, quod conſtet tempus quo facta eſt, videlicet diem & Clar. *§.teſtamentum, quæſt.14.num.2.* Graſſ. *n.2. & 3.* Maſcard. *concluſ. 1458. n.63.* *ſucceſſ.legali, p.4.q.7.art.3.per tot.* & maxim *mevo 15. & 16.*

His concurrentibus, teſtamentum eſt valid legitimum jure teſtamenti inter liberos, quoad nia concernentia ipſos teſtatoris liberos.

Ad ſecundam Quæſtionem reſpondetur, mentum illud nullum & ſine effectu remo quoad caput vxoris, tam circa hæredis inſtitu nem, quàm alia omnia ipſius vxoris fauoren cernentia, quia in hac materia extranei dicun omnes qui non ſunt de liberis & deſcendentibus teſtato

testatoris ; omnia autem extraneis relicta cedunt & vitiantur, & solùm remanet dispositio valida in iis quæ tangunt liberos : *dict.* §. *ex imperfecto*, & tradit Clar. *in* §. *testamentum, quæstione* 10. Grass. *quæst.* 14.

Dices, quid igitur fiet de hæreditate caducata ob deficientiam seu inhabilitatem matris institutæ; maximè cum non fuerint liberi substituti per compendiosam, sed per simplicem fideicommissariam: quo casu, caducato primo gradu, totum testamentum corruit.

6 Respondetur primò, totam hæreditatem liberis accrescere, per textum expressum *in dicta l. hac consultissima*, §. *ex imperfecto, in verbo decrescere*. Grass. *in* §. *testamentum, quæst.* 24. *num.* 1. *in fine*, Vasq. *de*
7 *succes. progress. lib.* 2. §. 13. *num.* 118. *fol.* 128. † Adeo vt neque matri competat electio liberorum sibi demandata, cùm eligere & restituere non possit quod nunquam habitura est, & electio demandata non subsistat, eodem modo quo nec tutela matri relicta valeret, vt per Clar. *in* §. *testamentum, quæstione* 10. probat Barry *de succes. libro* 1. *titul.* 3. *num.* 6.

8 Non negatur tamen quin jus istud accrescendi sit improprium, cùm jus illud ex coniunctione nascatur, & in proposito nulla sit inter matrem & liberos in institutione coniunctio, & liberi sint instituti in re certa, nempe in legitima : quando autem institutio est in re certa, non portio portioni accrescit, sed totum toti, quia hæreditas dicitur tota, quamuis postea in suas quotas diuidatur : ergo talis delatio non fit per ius accrescendi, sed potius alio jure, quamuis etiam hoc jus possit dici jus accrescendi, licèt impropriè : vt per Bellon. *in tract. de jur.*
9 *accresc. cap.* 7. *quæst.* 7. *num.* 9. † Ideo liberis omnibus accrescit hæreditas matri relicta, in cuius persona institutio vniuersalis deficit, cum suo tamen onere, nempe legatorum, & aliarum dispositionum per patrem inter liberos in dicto testamento factarum: vt probat Bellon. *dicto cap.* 7. *q.* 8. Institutio siquidem filiorum facta in legitima, jure quodam attractionis ad se trahit vniuersam hæreditatem, vt *ibid.* probat Bellonus, cui additur Marta *de succes. legali, p.* 4. *q.* 7. *art.* 2. *n.* 15. *&* 16.

10 Et cùm mater eligere non possit propter nullitatem dispositionis in eius fauorem factæ, lex eligit pro ipsa, & admittit omnes eligibiles juxta tempus & formam per testatorem præscriptam, & sic *en son temps*; provt testator ordinauit, arbitrio videlicet boni viri. Cyriac. Nig. *controuers.* 548. *n.* 46. *iuncto num.* 64.

Respondetur secundò, quod licèt regulariter caducato gradu institutionis hæreditariæ deficiat testamentum, & substitutio purè fideicommissaria, quæ de jure capi debet de manu hæredis : tamen quando agitur de personis valde dilectis, nonobstante caducatione primi gradus illius qui grauatus est per meram fideiconmissariam, hæreditas deuoluitur ad substitutos valdè dilectos, quales sunt liberi testatoris, ex traditis per Peregr. *de fideic. art.* 2. *num.* 35. *&* 38. Fusar. *de substit. quæst.* 566. *numero* 22.

11 Ad tertiam quæstionem respondetur, publicationem testamenti fieri debere coram Iudice ordinario partium, vt per DD. *in l. publicati, & in l. testamenta omnia, C. de testament.* & citari debent omnes interesse habentes ad videndum procedi ad dictam publicationem, & simul ad examen testium, necnon ad commissionem faciendam peritis pro comparatione litterarum, ad probandum qualiter dicta scriptura est facta propria manu testatoris; & debet Iudex publicè proclamari facere, si quis velit contradicere publicationi dicti testamenti, quod compareat in loco, die, & hora designandis. Dicta tamen generalis citatio non sufficeret, nisi specialiter citentur tam vxor nominata in testamento, quàm alii interesse habentes, non solùm in apertura, sed etiam in examine testium : Roland. *cons.* 36. *num.* 11. *vol.* 1. Grass. *in* §. *testamentum, q.* 61. *n.* 2. Menoch. *remed.* 4. *adipiscend. possess. n.* 660. Honded. *consil.* 16. *n.* 16. *& sequent. vol.* 2.

Oportet etiam vt ille qui scripturam testamenti 12
producit, & illius substitutionem petit, juret quod illud non facit calumniosè : quod juramentum esse necessarium probat Mantica *de conjectur. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 7.

Et quamuis ex veriori sententia sola comparatio litterarum sufficiat in hoc negotio, vt bene aduertit Gratian. *dict. cap.* 235. *num.* 16. *&* 17. Marta *dicta quæst.* 7. *art.* 3. *num.* 11. Consultius tamen erit, & ad majorem cautelam, adhibere etiam testes, & illos examinare, qui dicant se habere notam manum testatoris. 13

Quibus peractis, & facto priùs per Iudicem verbali super forma dicti testamenti, & super loco, in quo fuit repertum, pronunciabit ipse Iudex huiusmodi testamentum in formam publicam per Notarium, & apud acta ipsius esse redigendum, illúdque in futurum habiturum omnem vim, robur, & effectum, quem habet aliud quodlibet publicum & legitimum testamentum. † Et in effectu, vigore talis 14
testamenti poterit dari immissio, & competet remedium *l. final. Cod. de edict. Diui Adriani*, Argel. *de acquir. possess. quæst.* 6. *articulo* 2. *num.* 28. alias *numero* 22.

Verùm quia ex liberis & hæredibus nonnulli sunt absentes, & vel mortui sunt, & facilè reperiri non possunt ; ideo, facta debita perquisitione de eorum absentia, prouidebitur illis de Curatore, necnon filio constituto in minori ætate, quibus citatis fiant processuræ. † Bonorum autem administratio 15
dabitur fratribus, qui capaces reperientur, vti maius cæteris omnibus interesse habentibus ; ita tamen vt fratribus absentibus rationem reddere teneantur post illorum aduentum, aut aliis quibus de jure : ex notatis per Rot. *decis.* 42. *n.* 4. *versic. quia fuit responsum : & decis.* 30. *n.* 1. *part.* 1. *diuersor.*

CAPUT CXXXII.

Substitutio pupillaris contenta in compendiosa, quando matrem excludat à legitima, & quæ coniecturæ inducant præsumptionem voluntatis testatoris ad illius exclusionem. Vtrùm mentio certorum bonorum reddat compendiosam validam, ad colligendum substitutionem meram fideicommissariam fauore matris. Quid si mater ad secunda vota transierit, & testator illi legatum fecerit cum ademptione in casum secundarum nuptiarum.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio pupillaris non excludit matrem à legitima, licèt ad secunda vota conuolauerit, si testator*

teſtator credidit illi tunc deberi legitimam. Quia opinio teſtatoris eſt attendenda.

2 *Subſtitutio facta in legato eſt fideicommiſſaria, quæ matrem non excludit à legitima.*

3 *Subſtitutio facta filio impuberi per verba communia ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, eſt compendioſa.*

4 *Quando agitur de pupillari contenta in compendioſa verbis communibus facta, ſi ſubſtitutus ſit de liberis teſtatoris, mater excluditur à legitima.*

5 *Si mater non fuerit deputata tutrix per maritum, ex eo colligitur, illam à marito non multùm dilectam fuiſſe.*

6 *Et hoc caſu deſumitur conjectura ad excludendam matrem à legitima in ſubſtitutione compendioſa.*

7 *Quando ſubſtitutio compendioſa eſt relata ad perſonam filii, tunc mater excluditur à legitima.*

8 *Mulier quæ tranſiuit ad ſecunda vota excluditur à legitima in caſu ſubſtitutionis pupillaris contentæ in compendioſa.*

9 *Si teſtator legatum vxori fecerit, illúdque in caſum ſecundarum nuptiarum reuocauerit, ex eo deſumitur illus excluſio à legitima filii, cui facta eſt ſubſtitutio compendioſa.*

10 *Argumentum ex teſtatoris opinione deſumptum, non habet locum in caſu diuerſo, in quo non eadem militat ratio.*

11 *Ad hoc vt mentio certorum bonorum reddat ſubſtitutionem fideicommiſſariam, quando illa fuit facta communibus verbis, non ſufficit certorum bonorum mentionem factam eſſe in inſtitutione, ſed oportet vt illa repetita ſit in ſubſtitutione.*

DIſcordantibus Arbitris, Ego in tertium electus fui in caſu propoſito, in quo pater in ſuo teſtamento legauit poſthumo naſcituro ſummam 200. librarum, qua mediante noluit illum quidquam prætendere poſſe ſuper bonis & hæreditate ſua, cum ex hac ſumma hæredem inſtituendo.

Et caſu quo decederet ſine liberis, illi ſubſtituit alium filium ſuum, nomine Guillelmum, hæredem inferiùs nominandum.

Vxori verò ſuæ inter cætera legauit vſumfructum bonorum ſuorum pro medietate, remanente ipſa vidua ſub nomine ipſius teſtatoris; & hoc durante tempore deſignato, videlicet donec Guillelmus hæres ad decimumquintum ſuæ ætatis annum completum acceſſerit; quo tempore, ſi ipſa adhuc vidua permanſerit, onerauit Guillelmum de ei ſoluendo annuam quandam præſtationem in teſtamento deſignatam, quæ tamen ceſſabit, ipſa ad ſecunda vota conuolante. Hæredem autem ſuum vniuerſalem inſtituit dictum Guillelmum, cui ſine liberis decedenti ſubſtituit poſthumum, vel poſthumos, & ſuos.

Et decedentibus poſthumo, vel poſthumis ſine liberis, dicto caſu ſubſtituit viuentem præmorienti ipſorum.

Et morientibus poſthumo, ſeu poſthumis, & Guillelmo ſine liberis, ſubſtituit Spiritum fratrem ſuum, qui illo caſu tenebitur ſoluere dictæ vxori ſummam mille librarum, qua mediante, ipſa non poterit aliud quidquam petere ſuper bonis ſuis pro juribus legitimæ liberorum mortuorum: & caſu quo velit petere dicta jura legitimæ, tenebitur imputare in dictis juribus prædictam ſummam 1000. librarum.

Nato, & deinde mortuo poſthumo, dubitatum fuit vtrùm mater ſuperſtes, quamuis ad ſecunda vota conuolauerit, poſſit prætendere legitimam ſuper bonis poſthumi in pupillari ætate defuncti.

Dubium facit, quia licet ſubſtituto ſit pupillaris, ſuper qua inter DD. magna eſt controuerſia, vtrùm per eam mulier à filii luctuoſa hæreditate priuetur: tamen omiſſis juris ſubtilitatibus, cùm videtur intentio teſtatoris pro admiſſione matris, cùm mandauerit quod mediante ſumma mille librarum, ipſa nihil prætendere poſſit pro legitimis dictorum ſuorum liberorum, & ſaltem quod illum imputare debeat in illam legitimam. † Ex quo clarè conſtat, quod teſtator exiſtimauit, matre eorum ad ſecunda vota conuolante, & extantibus liberis, legitimam non obſtante ſubſtitutione pupillari debitam fore, cùm pœnæ ſecundarum nuptiarum ceſſent per mortem omnium liberorum; qua in interpretanda teſtatoris voluntate, prævalet opinio & falſa credulitas teſtatoris: Mantic. *de conject. lib. 3. cap. 10. numero 2.* Ludouiſ. *deciſ. 544. numero 32.* Bartol. Bald. Caſtrenſ. Imol. *in Lege hoc ſi de hæred. inſtituend.* Surd. *conſil. 89. n. 10. & conſil. 315. num. 7.*

Secundò dubium facit, quod videtur conſtare de clara teſtatoris intentione, ex eo quod in ſubſtitutione facta ſuper hæreditate, teſtator ſubſtituit fratrem ſuum per verba communia, quæ accipere noluit in ſenſu directo, cùm vxor ſua legitimam ſolvi voluerit; & ſic vna pars teſtamenti aliam declarare debet, & ſicut ſubſtitutio facta in hæreditate eſt fideicommiſſaria, ita & ea quæ facta fuit in legato.

Tertiò, quia agitur de ſubſtitutione facta in legato, & ſic in certis bonis; quo caſu ſubſtitutio cenſetur fideicommiſſaria, per quam mater non excluditur à legitima ſuper bonis filii: Rot. *deciſ. 50. num. 1. & ſequent. part. 4. diuerſ.* Merlin. *de legal. lib. tit. 2. quæſt. 14. n. 34.*

Non obſtantibus tamen prædictis dubiis, ego judicaui ſubſtitutionem compendioſam factam per verbum *ſubſtituit*, quod eſt commune, habere vim pupillaris expreſſæ verbis generalibus, & ideo per eam, matrem excludi à legitima filii.

Supponendum enim in primis eſt, illam ſubſtitutionem factam cum clauſula, *ſi ſine liberis*, &c. impuberi per verba communia, quale eſt verbum *ſubſtituo*, eſſe compendioſam: vt tradit Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 14. n. 2.* Gratian. *diſcept. numero 1. & ſequent.* plenè Marc. Medic. *deciſ. numero 4. & 5. & per totam*, cum pluribus aliis citatis.

Secundò ſupponendum eſt, quod quando agitur de ſubſtitutione pupillari contenta in compendioſa, mater à legitima excluditur, quando ſubſtitutus eſt de liberis teſtatoris, vt vnanimiter confitentur omnes DD. & nominatim Marta *de ſucceſſ. legali, part. 4. quæſt. 30. art. 5. num. 23. & præcipuè num. 30.* vbi dicit quod licèt multi diſſentiant, tamen ab iſta concluſione non eſt recedendum, quia eſt magis communis, & ſecundùm illam fuit per pluribus Tribunalibus judicatum: Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 242. num. 60. & ſequent. & num. 65.* vbi dicit quod licèt Cephalus & Menochius contrarium conſuluerint; tamen contra illorum conſilia fuit per conformes ſententias judicatum: & num. *verſic. ego tamen*, Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. num. 24.* juncto *num. 27.* † Qui etiam *num. 25.* refert, & conſiderat poſt Manticam *deciſ. 362. numero 13.* quo-

mater in illo casu non fuit deputata tutrix liberorum, provt in testamento, de quo agitur, non ipsa mater, sed testatoris frater fuit deputatus tutor; quod arguit, matrem non multùm fuisse dilectam testatori: Gratian. *discept.406.num.42.* Idem quando alter ex liberis fuit substitutus, concludit ad longum,& probat Mart. Medic. *decis.69.vbi n. 26.* non solùm dicit opinionem contra matrem esse communem, & communissimam, sed etiam *examinat.43.num.13.* omnino concludit contra matrem, quando alter filius testatoris est substitutus, post Guid.Pap. *decis.522.* & alios ab ipso allegatos, Marta *de succes. legali, parte 4. quæst.30. art.5.n.30.*

6 Rota *decis. 120.num. 22. part. 7. recent.* † Ex eo quod alius quàm vxor sit liberis substitutus, mater excluditur hoc casu à legitima in substitutione compendiosa, adueniente casu pupillaris, vt per Rotam *dicta decis.120.n.15.*

7 Addatur præmissis, quod testator substitutionem retulit ad personam filii, per illa verba; *leur à substitué*: quo casu mater excluditur à legitima, Fusar. *dicta quæst.242, num.96.* Peregr. *de fideicomm. art.34. n.37.* Merlin. *dicta quæst. 14. n.15.* Menoch. *lib.4.præsumpt.59.num.21.& sequent.* Mart. Medices *dicta decis.69.num.46.* Rota *decis.373. n.11. part.2. recentior.*

8 Præterea, quia agitur de muliere quæ transiuit ad secunda vota, quæ propterea excluditur per pupillarem contentam in compendiosa, & cùm resolutio quæstionis dependeat ex affectione testatoris, cæterum est illam cessare quando vxor ad secunda vota conuolauit: Merlin. Pignatell. *lib.1.controuers. cap.9.num.17.* Fusar. *dicta quæst. 242. num.46.* junc-

9 to *num.49.* † vbi dicit quod licet in hoc adesset aliqua difficultas, omnino tollitur quando testator fecit legatum vxori, illa non nubente; & illud ademit in casum secundarum nuptiarum: quod factum fuit in casu nostro, in quo testator legauit vxori medietatem vsusfructus dictæ vxori, & illud ademit casu quo ad secunda vota conuolaret,onerando vxorem de restituendo bona filio in casum secundi matrimonii. Quod copiosè comprobat Mart. Medices *dicta decis. 69. num.34.* cum pluribus per eum citatis,dicens hanc esse communem sententiam, & magis communem, & posse asseuerari quod ab hac opinione nemo vnquam discessit: Menoch. *dicto lib.4. præsumpt.56. num.19. & 20.* juncto *num.26.* Rota *dict.decis.110.num.21.parte 7. recent.* Cyriac. *controuers.242.numero 30.* Griuell. *decis. Dolan.41. num.26.& 28.*

Vnde in casu, de quo agitur, judicavi, matrem nihil posse prætendere super bonis filii posthumi prædefuncti, etiam ratione legitimæ, & eam omnino excluſam remanere per dictam substitutionem compendiosam.

Neque obstat quod ex aduerso dicebatur de opinione testatoris, qui credidit matri deberi legitimam,si liberi omnes morerentur in pupillari ætate. Quia distinguendi sunt duo casus omnino diuersi. *Primus*, casu quo vnus ex liberis, nempe vel posthumus solus, vel Guillelmus hæres solus decederet: & hoc casu testator nihil dixit de legitima matris. *Secundus* casus est, casu quo tam posthumus, quàm Guillelmus,ambo decederent sine liberis; dicto casu non substituit vxorem, sed fratrem ipsius testatoris: quo casu potuit credere facilius deberi legitimam matri, cùm nullus superesset filius, & non solùm cessaret prædilectio personæ, sed etiam pœna vxoris binubæ, cui locus non est, quando omnes liberi defecerunt.Et sic ab opinione testatoris argui non potest in casu diuerso. † Cùm enim 10
in vtroque casu sit diuersa ratio, sequitur ex opinione testatoris in vno casu nihil inferri posse ad alium casum omninò diuersum. Casanat. *consil.17. n.7.& 8.& consil.45.n.164.& sequent.*

Non etiam obstat secunda obiectio, quod sub- 11
stitutio sit restricta ad certa bona, nempe ad legatum factum posthumo summæ duarum millium librarum. Quia ad hoc vt obiectio procederet, oporteret quod non solùm institutio seu legatum factum fuisset in certis bonis, sed etiam ipsa substitutio esset restricta ad certa bona; quod hîc factum non fuit, cùm substitutio facta posthumo non sit relata ad certa bona,sed ad personam ipsius posthumi: atque ita concludit Gratian. *dicto cap.407. num.18.* Merlin. *dicto lib.3. tit.2. quæst.14. num.22.* qui licèt *num. 13.* alleget in contrarium Maresc. *lib.2. var.resol. cap.140.* tamen ipse Maresc otus fatetur, quod dum agitur de liberis testatoris, mater excluditur, quando mentio rei certæ facta in institutione, non est repetita in substitutione: & ita dixit intelligendam esse decisionem Guid. Pap. 522.

CAPUT CXXXIII.

De via publica,& quæ ad illam constituendam requirantur. Vtrùm qui per longissimum tempus viam clausit, debeat manuteneri in sua quasi possessione. Quod viæ publicæ sint de Regalibus, & nemo possit illas præscribere in præiudicium Principis. De prohibitione venationis & piscationis. Appellatio coram quo debeat interponi. Possessio,cui jus resistit, vtrùm sit manutenibilis.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint requisita ad constituendam viam publicam.*
2 *Ius claudendi viam puclicam longissimi temporis spatio potest præscribi.*
3 *Possessio cui jus resistit, est manutenibilis, si sit alicuius temporis considerabilis.*
4 *Manutentio datur in Regalibus minoribus, quando possessio est diuturna.*
5 *Via publica terminari solet in aliquo oppido, vel fluvio.*
6 *Possessio capta vigore decreti precipitanter lati, & sine probationibus, non est manutenibilis.*
7 *Possessio particularium non dicitur possessio Communitatis.*
8 *Vassalli non possunt prohibere venationem in suis terris.*
9 *Prohibitiones venationis & piscationis, per nullum tempus factæ per proclamata exequutioni demandata, acquirunt quasi possessionem prohibendi Domino jurisdictionali.*
10 *Via publica dicitur quæ de loco publico tendit ad locum publicum.*
11 *Via publica connumeratur inter Regalia.*
12 *Via publica non potest alterari, vel claudi, sine consensu Principis, nec potest præscribi.*
13 *Via publica consistit in mera facultate.*

14 *Pontem*

14 *Pontem non licet extendere ad territorium alienum.*

15 *Poſſeſſio, cui jus reſiſtit, non eſt manutenibilis.*

16 *Princeps ſupremus non debet litigare ſpoliatus.*

17 *Poſſeſſio, cui jus reſiſtit, non eſt manutenibilis, niſi habeat fomentum in petitorio, & ſimul cum eo debet judicari.*

18 *Qui ejectus eſt à ſua poſſeſſione authore Prætore, manutenendus non eſt.*

19 *Appellatio debet interponi coram Iudice à quo, ſi eius copia haberi poſſit.*

20 *Ius venandi quando poſſit præſcribi, aut poſſideri.*

IN cauſa Communitatum contendentium de via publica, propoſita fuerunt dubia hinc inde, quæ hîc inſerenda exiſtimaui.

1 Primò quidem contra Communitates: Quia in caſu iſto non videtur ſufficienter probatum, quod via de qua agitur ſit publica, cùm non videatur conſtare de requiſitis; non enim ſufficit probare quod publicè iri ſolitum ſit ab omnibus. Cæpol. *de ſeruit. ruſtic. prad. cap.3. quæſt.7. num.23.* aliàs *n.18.* ſed præterea probandum eſt de temporis diuturnitate, & continuatione, quæ in caſu noſtro non videntur ſufficienter deducta, nec probata: Alexand. *conſil.177.num.6. & ſequent. vol.6.* Joan. de Amic. *conſil.7.num.27.* ubi dicit quod etiamſi totus mundus tranſiuerit per aliquem locum, non propterea dicitur via publica: immò videtur quod debuiſſet deduci, & probari quod ſolum erat publicum: Surd. *deciſ.41. ſub n.3. & 4.*

2 Secundò, poſito quod via, de qua agitur, eſſet publica, cùm tamen pro parte Domini Balthazaris ſupponatur probatum, quod ipſe à 40. annis & amplius, per ſe, vel ſuos authores, eſt in poſſeſſione illam claudendi, in illa videtur manutenendus: quia text. *in l. viam publicam, ff. de via publ.* intelligitur de præſcriptione, non autem de conſuetudine, quæ poteſt dare jus claudendi viam publicam: Bald. *conſil.206. vol.1.* quia ex ſpatio tanti temporis præſumitur id factum ex conceſſione: vt *ibi* per eum: & ſic præſumitur titulus: ergo multò magis videtur danda manutentio.

3 Tertiò, quia licèt poſſeſſio, cui jus reſiſtit, non ſit manutenibilis, tamen ſi habeat fomentum alicuius temporis conſiderabilis, danda erit manutentio quantumuis jus reſiſtat: Rota *deciſ.534. num.7. p.1. diuerſor. & deciſ.595. num.4. & 5. part.1. & in recent. deciſ.685. num.3. part.1.* Mareſcot. *lib.1. var. reſolut. cap.11. num.54. & ſequent.* vbi de magis communi. Immò in tali caſu poſſeſſio decennalis præbet titulum coloratum, ſufficientem ad effectum manutentionis in ſummariiſſimo: Mareſcot. *vbi ſup. num.56.* Seraphin. *deciſ.1955.*

4 Quod procedit etiamſi agatur de Regalibus minoribus, & contra Principem: optimè Pereg. *in tract. de fideicomm. artic.52. à num.139. vſque ad n.144.* maximè *num.142. verſic. Tertia eſt opinio: & num.143. verſic. Item ſi longo tempore per annos decem:* & in fortioribus, nempe in terminis juriſdictionis, quæ eſt de majoribus Regalibus, Marta *in tract. de juriſdict. p.2. cap.5. n.36.*

5 Quartò, poſito quod locus contentionis eſſet via publica, tamen à parte vnius ex dictis Communitatibus terminaretur in flumine, vt conſtat ex verbali & figura Nobis exhibita, & à parte alterius Communitatis finiretur in Caſtro; via enim publica incipit à Ciuitate, vel oppido, & terminatur in flumine publico: *l.3. ff. de loc. & itin. public.* Cæpol. *de ſeruit. ruſt. prad. cap.3. de ſeruit. viar. num. 3. in fine, verſic. nam viæ militares: in noua impreſſ. & num.18. in antiqua.* Unde clauſura, de qua agitur, eſt extra viam publicam.

His accedit, quod pons, de quo agitur, & in quo adeſt clauſura, non eſt in exitu viæ publicæ, ſed eſt poſitus extra, & citra viam, de qua agitur, & per aliquot paſſus diſtat ab illius exitu.

Quintò, quia deſtructio clauſuræ, maximè per longiſſimum tempus, vt ſuprà dictum eſt, contenuatæ, non potuit fieri ſine cauſæ cognitione, & poſſeſſio huiuſmodi capta vigore talis decreti intra duos dies facti, & executioni demandati, dicitur vitioſa, nec impedit manutentionem. Rot. coram Cardin. Mantica *deciſ. 165. num.2. & 3.* & multò magis quia tale decretum factum fuit ſine probationibus: Coccin. *deciſ.417. n.7.*

Sextò, quia non videtur ſufficienter probata poſſeſſio Communitatum, eo ipſo quod probatum fuit ſingulares perſonas iviſſe: *l.1. §. municipes, ff. de acquir. poſſeſſ.* & de poſſeſſione depaſcendi, Rota coram Puteo *deciſ.28. lib.2.*

Septimò, quoad jus venandi & piſcandi, Dubium facit; quia Vaſſalli poſſunt prohibere venationem & piſcationem etiam non ſubditis, maximè inter propria prædia, quale eſt totum territorium Balthazaris de quo agitur, multò magis forenſibus: Theſaur. jun. fuſè *lib.2. quæſt.22. per tot.* & de piſcatione idem, *num.8.* qui totam hanc materiam optimè declarat.

Quod maximè procedit ſtantibus proclamationibus, & edictis pœnalibus per longum tempus authoritate dicti Domini Balthazaris factis, quorum medio etiamſi nihil aliud probatum eſſet, videtur acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem manutenibilem, præſertim cùm non conſtet dictas Communitates vnquam reclamaſſe: Grammatic. *deciſ.67. num.* & 14. Franc. Marc. *deciſ.529. num.16 part.1.* Imò potius conſtet dicta proclamata effectuata fuiſſe & in effectu particulares piſcari vel venari volentes fuiſſe impeditos: Mantic. *deciſ.95. num.4.* & caſu poſſeſſio acquiſita contra vnum, ligat omnes: Surd. in puncto *conſil.390. n.37.* Theſaur. *n.8. in fine.*

Sed de hoc jure venandi vide *ſup. cap. quinto huius 2. part.*

Contra verò dictum Dominum Balthazarem pro parte dictarum Communitatum propoſita fuere dubia: ſcilicet.

* Primò, quia ex actis, & notanter ex Verbali ſuper ſubiectione oculari, videtur viam de qua contenditur, eſſe publicam, cùm tendat de villa in villam: Cæpol. *de ſeruit. ruſtic. prad. cap.3. de viar. num.23. in fine, verſic. nam via militares: in noua impreſſ. & num.18. in antiqua,* & eſt text. in *l. loc. & itin. public.* & generaliter via publica quæ à publico incipit, & ad publicum deducit. † Quo cent. de Franc. *deciſ. 142. num.3.* † Quo poſſito ſequitur, eam eſſe inter Regalia annumeranda: *cap.1. qua ſint Regalia, in feudis.* Boſſius *de via publ. num.1. & 8.* Roſental. *de feud. concluſ.20. num.1.* † Et non poſſe alterari ſine principis conſenſu, Franc. Marc. *deciſ.336. num.* & *deciſ. 597. num.2.* multò minus claudi ab vno privato, Gloſſ. *in dict. l.2. §. ait Prator, &* [illegible] *ait, ff. ne quid in loc. publ.* Cæpol. *de ſeruit. ruſt. cap.3. quæſt.14.* ubi ampliat, etiamſi talis clauſura nemini noceret, nec ſimiliter poſſet præſcribi *viam publicam, ff. de via public.* Cæpol. *dict. num.*

n.25. nouæ impress. & n.20.antiq. Cùm igitur priuatus inscio Principe non possit viam publicam præscribere, claudere, nec per consequens possidere, non videtur quod possit in hoc casu dari aliquod possessorium ad fauorem dicti Domini Balthazaris.

13 Secundò, quia via publica est meræ facultatis: Franc Marc.*decis.595. n.2. part.1.* In facultatiuis autem non datur possessorium : *cap.cùm Ecclesia Sutrina*, & *ibi* DD. & maximè Ripa *num.43. Extra de caus.possess. & propriet.*

14 Tertiò, quia dictus Dominus Balthazar,aut ejus authores non potuerunt pontem extendere in alieno territorio, inconsulto Domino territorii : Franc. Marc.*quæst.582.parte 2.*

15 Quartò, ex præmissis apparet, jus commune resistere allegatæ Regalium possessioni, vt patet ex iis quæ in primo dubio deducta fuere *sup. hoc cap. num.10.11.& 12.* Talis autem possessio quæ habet juris resistentiam, non est manutenibilis : *cap. cùm personæ, de priuileg.lib.6.*

16 A fortiori, cùm agatur de juribus Principis, & contra Principem, qui nunquam debet litigare spoliatus : Cancer. *p.3.var.resol. c.4.n.14.* Maresc*ot. lib.1.c.11.n.58.*vbi quod propterea possessor tenetur in casu isto titulum Superiori exhibere.

17 Quintò, possessorium istud non potest intentari, nisi habeat fomentum à petitorio, vt patet ex præmissis ; & consequenter simul terminari debet cum petitorio, non verò separatim : Bald.*in l.ordinarii,C. de rei vendicat.* quem sequuta fuit Rota *in una Bracharensi de Gauser.coram Illustriss.Sacrato,26. Iunii* 1604. apud Marches. *de commissione appellat. in possess.decis.43.fol.1053.parte 1.*

18 Sextò, quia remedium manutenendæ non videtur posse competere dicto Domino Balthazari qui ejectus fuit de possessione, authore Prætore, præsertim quia ejectio facta fuit vocato ipso possessore : Rota apud Marchesan. *to.2.inter dec. imprimendo omissas, fol.537. sub n.5.*dicitur enim Iudex tunc ritè procedere,quando ejecit possessorem citatum, vt in casu nostro : Cancer.*lib.2.c.7.n.5.6.& 7.* A fortiori cessat manutentio, quia à tali euictione non fuit appellatum : Rota coram Coccino *decis. 425. n.2.*

19 Nec sufficiebat recurrere ad Vicelegatum, † sed appellatio coram Iudice à quo interponenda erat : *cap. vt debitus,ext.de appellat.* Ruginell.*de appellat.in præfat.n.43. in fine*, vbi dicit appellationem coram Iudice ad quem interpositam, esse nullam, quando Iudicis à quo,copia haberi potest. Sustineri tamen hoc casu potuisset per viam recursus, aut querelæ, quæ remedia solent cum appellatione cumulari.

20 Septimò : respectu jurium venandi,& piscandi, facit difficultatem quod ista sint de jure gentium: refert Rosental. *dicto cap.5.conclus.94.sub n.3.* ergo præscribi,aut possideri non possunt : aut in omnem euentum seruanda esset distinctio Nattæ *consil. 37.* vbi dicit, quod Dominus potest prohibere venationem in fundo proprio, quando videt ingredientem, non autem per inhibitionem generalem.

Sed de veritate huius dubii, videnda sunt quæ superiùs diximus *cap.105.huius 2.part.qq.ciuil.*

Post longam disputationem & recursum ad Vrbem, tandem Illustrissimus quondam Dom. Antonius Cerrus, Vir magnæ eruditionis, Auditor Generalis Eminentiss. Domini Cardinalis Franciscì Barberini, tunc Legati Auenionensis, *Domini & Patroni mei singularissimi*, sententiam in hac causa protulit, vt patet ex instrumento litterarum executorialium de super emanato,*sub die 1. Iulii* 1627. quæ habentur in Archiuiis dictarum Communitatum ; per quam fuit ordinatum, dictum Dominum Balthazarem non posse impedire particularibus dictarum Communitatum, & Comitatus Venaissini, quominus piscari & venari queant in dicto territorio pertinente ad dictum D.Balthazarem, necnon impedimenta per eum apposita in dicta via,tollenda & auferenda esse, & dictis particularibus præfatarum Communitatum,& Comitatus, liberum transitum per dictam viam esse concedendum, reuocatâ sententiâ quam dictus D.Balthazar in ciuitate hac Auenionensi obtinuerat ab Auditore Vicelegati ; & confirmatâ aliâ primâ sententiâ,quæ in fauorem Communitatum lata fuerat per Dominum Rectorem Comitatus.

CAPUT. CXXXIV.

Vtrùm Dominus loci sit fundatus in petitione juris Incantus, pro subhastationibus bonorum quæ liberantur in loco ; & quæ ad hoc illi probanda sint. Manutentio quando, & quibus concurrentibus concedatur illis, quibus jus commune resistit. Consuetudo, seu quasi possessio non soluendi jura Incantus, ex quibus probetur? Et vtrum hoc casu admittenda sit probatio quasi possessionis non soluendi per depositionem particularium Vniuersitatis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur nisi probata possessione.*
2 *Instrumentum carens substantialibus non probat.*
3 *Nec attestatio facta lite pendente, & parte non citata.*
4 *Locatio an probet possessionem.*
5 *Possessio probari debet de tempore motæ litis.*
6 *Possessio quæ dedit causam liti, non est attendenda.*
7 *Probatio æquinoca, & vaga, non releuat.*
8 *Possessio probari debet clarè, & per actus distinctos: & num.24.*
9 *Tertio non nocent contractus inter alios gesti.*
10 *Ex pretio cognoscitur quid in contractu contineatur.*
11 *Scientia & patientia aduersarii requiritur in possessione : & num.20.*
12 *Vt Vniuersitas dicatur habere scientiam, quid requiratur.*
13 *Scientia debet esse certa, & non sufficit generica : & num.21.*
14 *Princeps litigat saisitus.*
15 *Exactio juris Incantus pœnalis est, & odiosa : & num.17.*
16 *Valeriacum erat olim de patria Delphinatus.*
18 *Probans consuetudinem non soluendi, debet absolui.*
19 *Qui prætendit seruitutem,debet probare.*
22 *Scientia Officialium Principis sufficit ad præscriptionis interruptionem.*
23 *Ex actibus difformibus nulla oritur præscriptio.*
24 *Probatio præsumptiua non sufficit in possessorio.*
25 *Testes de Vniuersitate in certis casibus probant ad fauorem Vniuersitatis.*

26 *Maximè, ſi ſint admixti cum forenſium depoſitionibus.*

IN cauſa petitionis juris Incantus contra Communitatem N. duo ex proceſſu diſcutienda reſultabant capita: quorum prius erat, utrùm Dominus loci eſſet fundatus in poſſeſſorio, & an Dominus Judex à quo, rectè conceſſerit illi mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi jura Incantuum in dicto loco. Poſterius, utrùm rectè condemnaverit in petitorio Communitatem & particulares dicti loci, ad ſolvenda hujuſmodi jura Incantuum.

1 In primo capite concluditur, malè per dictum Judicem à quo, fuiſſe judicatum. Quia non conſtat legitimè quod Dominus loci ſit in dicta quaſi poſſeſſione exigendi jura incantuum, qua probatione deficiente ceſſat manutentio: *l.1. §. interdictum autem, ff.uti poſſidet.§.retinendæ, Inſtit.de interdict.* cum *ibi* notatis. Locationes enim hujuſmodi jurium nec legitimè probantur, nec de iis ſufficienter de poſſeſſione allegata conſtare poteſt.

Atteſtationes quippe per Notarium factæ, quibus aſſerit ſe perquiſiviſſe libros, & in eis reperiſſe quod anno 1505. & aliis conſequutivis, de triennio in triennium jura Sigilli & Incantus fuere libe-
2 rata diverſis perſonis nomine Domini; † nullam prorſus fidem faciunt, cum careant ſubſtantialibus inſtrumenti: Guid.Pap. *deciſ.*19.*n.*2. & *ibi* Ranchin. Jaſ.*in authent.ſi quis in aliquo, C.de edend.* Et quia fa-
3 ctæ fuerunt parte non citata. † Rot.Genuen.*dec.*76. *n.*11. Ex alio etiam capite non probant, quia ſcilicet factæ fuerunt lite pendente: Rota *deciſ.*323. *n.*4. *in recent. p.* 2. Ubi fuit deciſum, atteſtationem factam per Notarium actuarium, quod in libris Epiſcopatus non reperiebatur annotatus quidam concurſus, non probare, quia facta fuerat lite pendente & parte non citata: eadem Rota apud Zachiam *poſt tract.* Galleſii *de obligatione Camer.deciſ.*53.*n.*2.

4 Et quamvis dictæ atteſtationes aliquem gradum probationis facerent, ad docendum de prætenſa locatione jurium Incantus, hoc nihil inferret ad probationem poſſeſſionis: quia locationes illæ (ſi quæ ſint) factæ fuerant inter Dominum loci, & ejus Rendetios, inſcia & non vocata Communitate. Certum eſt autem ex locatione non probari poſſeſſionem in præjudicium tertii: Rota coram R.D.Coccino *inter ejus deciſ.impreſſas, deciſ.*266. *n.*2. Præcipuè verò in caſu iſto, in quo non concurrit cum aſſertis locationum inſtrumentis ſolutio mercedis; ex quo reſultat præſumptio non effectuatæ locationis, cùm agatur de præjudicio tertii: atque ita paſſim in Rot. obſervari teſtatur Addit. ad Ludoviſ. *deciſ.*6.*n.*6. & 7.

5 Addatur, quod ut Dñs loci obtineret in poſſeſſorio manutenendæ, neceſſe erat probare eum poſſediſſe de tempore litis motæ, ſeu de tempore prætenſæ turbationis. Bartol. *in l.*1.§.*final. n.*18. *ff.uti poſſidet. in l.unica,* §.1.*n.*3. *C.eod.tit.* Ripa *in l.naturaliter,* §.*nihil commune, n.*156. *ff.de acquir.poſſeſſ.* Inſtrumenta autem prætenſarum locationum non percutiunt tempus motæ litis, licèt aliquando poſſeſſio præſumatur continuata uſque ad tempus litis motæ: ut per Menoch. *remed.*3. *retinend.n.*557. Illa tamen præſumptio ceſſat poſt longum temporis lapſum, cùm ſolum decennium præterlabi ſufficiat ad excludendam præſumptionem continuationis poſſeſſionis: idem Menoch. *lib.*6. *præſumpt.*64. *n.*42. & 44.

6 Nec fieri debet fundamentum in locatione anni 1596. Quia illa, quæ dedit cauſam liti, ideoque non ſuffragatur in poſſeſſorio, nec conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi, ut fuit ſæpe deciſum in Rota, & inter cætera, *in cauſa Domini de Nometaneis contra Communitatem*; & aliàs Ludoviſ. *deciſ.*417. *n.*4. Lancellot. *de attentat. p.*2. *cap.*4. *limit. num.*113. *novæ impreſſionis.*

Aliæ verò locationes annorum intermediorum probantur tantùm, ſeu probari ſupponuntur per vo-
gam quandam atteſtationem Notarii, quòd con-
nuò adveniente quolibet triennio jura Incantus li-
re liberata more ſolito: quæ atteſtatio Notarii ne-
tra rationes ſuperiùs allatas, non probat tanquam
vaga, incerta, & æquivoca, non faciens mentionem
de perſonis quibus fuit facta liberatio, nec de qua-
litatibus, pretio, & aliis circumſtantiis dictæ liber-
tionis: unde † tanquam dubia & æquivoca nihil
probat. Rota *deciſ.*405. *n.*2. apud Ludoviſ. & in in-
dividuo, quod requiratur clara & diſtincta probatio
quaſi poſſeſſionis, † cùm ea non probetur per actus
æquivocos, tradit Rota *deciſ.*601. *n.*4. *p.*3. *rec.* &
& diuturna probatio non obligat, ſi ſit incerta &
informis; quia legum præſumptiones non adaptan-
tur ad ea, quæ non habent certam formam enge-
tionis: Balb. *de præſcript.*1. *p.*3. *part.q.*10. *n.*13. & 2.

Præſertim cùm tractetur modò de præjudicio
tertii, nempe Communitatis, quæ non intervenit in
dictis prætenſis locationibus, ideò talis aſſertio No-
tarii † nihil facit adverſus dictam Communitatem;
dicta authent.ſi quis in aliquo, C.de edend. & *ibi* Cur-
jun. *n.*63. Cagnol. *n.*82. & 86. Claud.Aquenſ. *n.*33.
Galleſ. *de oblig.Camer. quæſt.*30. Gratian. *diſcept. fo-*
*renſ. cap.*693. *n.*1.2.3.4. & 5. *p.*4.

Accedit, quòd per illam atteſtationem, *ſalvo quo*
aliquem probationis gradum faceret, nihil aliud
conſtaret, niſi quod Dominus loc*ſecurus jura In-*
cantuum pretio quatuor, quinque, ſex, & forſan
quandoque viginti florenorum; nam de locatione
facta Petro agendum non eſt, cùm ea relata eodem
liti, ut jam dictum eſt; ex qua pretii modicitate line
dubio oſtenditur, in locatione ſolum jura Sigilli con
autem jura Incantuum comprehenſa: qui cert
mum eſt jura Incantuum multò pluris locanda fu
ſe, ſi in dicta liberatione comprehenſa fuiſſe
quod facillimè probabitur ex inſtrumentis locat
num dictorum jurium in nonnullis Civitatibus,
locis, in quibus jus illud ſpectat ad Dominos
rum. Ex quibus apparebit longè & abſque propo
tione majoris eſſe redditus ſummâ illâ quinquag
vel etiam viginti florenorum. Quid autem in
tione comprehendatur, † arguitur ex pretii qua
tate. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent.*
*tit.*11. *n.*11. Bald. *conſil.*410. *column.*2. *verſic. ad*
*lib.*1. quod eſt repetitum *conſil.*413, *lib.*5. Gratian.
*diſcept. forenſ. cap.*703. *n.*10. & *ſequent. p.*4.

Denique, quia in juribus iſtis incorpore
certum eſt nullam dari poſſeſſionem, niſi præce
ſita ſcientia, & patientia dictæ Communitatis
ibi Bald. *n.*10. & 12. *C.de ſervit. & aqu.* idem Bal
*cap. querelam, n.*7. *de elect.ion.* Puteus *deciſ.*169.
*lib.*1. *ſecundùm emendatam impreſſ.* & *deciſ.*271.
*lib.*2. Seraphin. *deciſ.*1463. *n.*5. quia patientia
habet vim traditionis, *l. quoties, ff.de ſervit.* Patien
autem non datur ſine ſcientia, Ripa *in cap.cum*
*cleſia Sutrina, n.*64. *de cauſ.poſſeſſ.* & *proprie.* ubi
exornat. † Porro non dicitur intervenire
Univerſitatis, niſi conſtet ipſam habuiſſe notit
facti, interveniente legitima congregatione &
vocatione populi, vel Decurionum; nam
quid factum ſit in platea, vel coram
ne, non dicitur ad Univerſitatis notitiam
ſe, niſi intervenerit quoque congregatio
Univerſitatis: Surd. *conſil.*28. *num.*101. &
*ſequent. vol.*1. Dec. *conſil.*337. *num.*2. & 3. ubi
quod talis ſcientia debet articulari, & probari
eum, qui in ipſa ſe fundat; quod in præſenti
facto

factum non fuit. Nec sufficit simplex congregatio Concilii, nisi omnibus intelligentibus, vel saltem majori parti sit exposita series facti, & subsequuta deliberatio: Joan. Bapt. Cost. *de facti scient. centur.1. distinct. 36. num.13. & 14.* Unde citatio vel intimatio facta Consuli, non dicitur devenisse ad notitiam Communitatis, nisi ipse fuerit etiam requisitus de congregando Concilium Universitatis: teste Lancellot. *de attentat. part. 2. cap.4. in præfat. num.157.& 158. nov. impress.* & fuit decisum coram Seraphino *decis.1046. n.5.*

Nec satis fuisset probare scientiam dictæ Universitatis in genere, sed probanda erat certa, & determinata, ac indubitata, & cum omnibus suis qualitatibus. Quæ sine dubio probari non potuit per assertas locationes, & proclamata publicè affixa; cùm in eis non designetur qualitas, nec quantitas mercedis, nec quantitas ad quam ascendere possent prætensa jura Incantus, nec aliæ circunstantriæ. Et
13 propterea † quamvis ex præmissis probaretur scientia Universitatis, ea esset vaga, & nimis æquivoca, & per consequens irrelevans, cùm versemur in præjudicialibus: Seraphin. *decis.1073. n.10.& decis.991. n.2.* Nam ut benè advertit Lancellot. *in dict. c.4. p.2. in præfat. num.74.* datur medium inter scientiam & ignorantiam, videlicet scientia sine totius facti qualitatibus; ideò cùm agitur de amissione juris, scientia plena requiritur, ut per eundem *n.76.*

14 Quod si opponatur, supremum Principem, à quo Dominus loci jus habet, debere litigare sasitum, ut sæpè fuit decisum in Gallia, & est casus *in cap. cùm persona, de privileg. in 6.* & tradit Castrens. *in l. si solemnibus, C. de fide instrument.* Respondetur hoc verum esse in casibus, in quibus Princeps habet fundatam intentionem de jure communi, ut per Cancer. *p.3. tit.14. de manutent. n.42.* Jus autem istud Incantus, nec in jure communi, nec in statuto Comitatus, nec in alia lege particulari fundamentum capit: quinimmò juri communi adversatur, quo res omnis præsumitur libera: *l.2. C. de servit. & aqu.*
15 † Adeo ut dicatur hujus juris exactio pœnalis & odiosa, etiam in locis ubi jure Municipali fuit introducta nominatim, teste Domino de Claper. *in centur. caus. 18. quæst. unic. n.11.* & ita aliàs consului pro illa Valeriaci, quæ olim erat de patria Delphi-
16 natus, † & unita fuit Comitatui Venaissino: ideo non obligatur ad alias præstationes, quàm quæ jure communi debentur, vel quæ ab omnibus aliis Concomitatensibus persolvuntur: ut in terminis villæ Valeriaci loquens, tradit Ripa *resson. 81.* quod aliàs est 4. *de jure civili.* Et nisi in provincia adesset sta-
17 tutum † super exactione hujus juris, non deberetur, nisi probata consuetudine: Claper. *causa 57. quæst. unic. per totam, parte 2.* Ergo non Domino loci, sed Communitati dicebam dandum esse mandatum de manutenendo: quod conceditur ei, qui habet pro se juris præsumptionem, etiamsi nihil aliud probaverit, vel præstiterit; quanto magis in casu de quo
18 agitur? † cùm Communitas probaverit consuetudinem non solvendi: Card. Mantic. *decis.322. num.2. & 11.* Seraphin. *decis.1422. n.13.* Menoch. *remed.3. retinend. n.484.* Gratian. *discept. forens. cap.752. n.82. p.4.* cum *ibi* allegatis.

Quod attinet ad secundam partem difficultatis, censui etiam in favorem Communitatis concludendum, videlicet malè per Dominum Judicem à quo fuisse judicatum, particulares in futurum cogendos ad solutionem prætensi juris Incantus; dictumque Dominum loci non esse in petitorio fandatum adversus Communitatem, & habitatores illius; habent enim intentionem fundatam in jure communi & libertate naturali, cùm quilibet præsumatur liber & immunis à quocumque servitio, & præstatione: *dicta l.2. C. de servit. & aqua,* † & qui 19
prætendit servitutem, tenetur eam probare; cùm hoc sit proprium actionis negatoriæ: Seraphin. *decis.1322. n.13.* Surd. *decis.177. n.2.& 236. num.6.* Gabriel *consil.145. n.3. lib.1.* Honded. *consil.79. n.23. lib.1.* Menoch. *præsumpt.89. n.6.& seq. lib.3.* qui omnes hanc probationem exigunt, etiamsi actor esset in quasi possessione servitutis. Necesse ergo fuit Domino loci, si obtinere contra Communitatem voluisset, probare hanc servitutem, seu jus exigendi sibi competere, vel ex pacto, vel ex testamento, vel præscriptione: Gabriel *dicto consil.145. n.3.* De testamento & pacto nihil planè fuit probatum, nec probari potest. Restat sola præscriptio, quæ ex multis adversus Communitatem non probatur.

Nam certum est, in juribus istis incorporalibus 20
nullam dari præscriptionem, nisi interveniente quasi possessione ejus qui præscribere intendit: *cap. sine possessione, de regul. jur. in 6.* & *l. sine possessione, ff. de usucapion.* quasi possessio autem haberi non potest, nisi interveniente scientia ejus, contra quem præscribitur: *l. penult. ff. de servit.* Bald. *de præscript. in 2. p. 4. part. princip. q.1. n.12.* ubi monet Advocatos, ut cauti sint in articulando scientiam & patientiam: Surd. *dicta decis.236. num.15.& 16.* Possessio autem Domini loci nullo modo fuit probata, ut *suprà* ostensum fuit *in resolutione primæ difficultatis.* Similiter *ibidem* ostensum fuit non constare de scientia Communitatis, & per consequens non potest prætendi quod constet de præscriptione.

Et quamvis opponatur scientiam præsumi ex eo, quod Communitas passa est se describi in Catalogo reddituum Domini, intervenientibus etiam variis proclamationibus, & cursu longi temporis, cum aliis conjecturis. Respondetur tamen, quamvis regulariter scientia probetur præsumptionibus & conjecturis, in casu proposito † scientiam conje- 21
cturatam & præsumptivam non admitti, sed requiri veram & specificam, cùm agatur de actu præjudiciali, ut *suprà* diximus: & testatur Mohed. *decis.4. de probat.* aliàs *decis.160. & decis.3. de sent. excomm. n.3.* aliàs est *decis.196.* Lancellot. *d.p.2. cap.4. n.72.* & fuit decisum coram Mantic. 23. *Januar. 1593. inter ejus decis.211. n.11.* Rota *decis.593. n.4. in recent. p.2.*

Respondetur etiam, solum jus Sigilli descriptum fuisse, & in prætensis locationibus comprehensum, ut superiùs ex pretii quantitate deprehendi demonstravimus.

Sed posito quod constaret legitimè de aliquibus actibus possessoriis nomine Domini factis, ii non sufficerent ad præscriptionem, cùm pro parte Communitatis probata sit contraria possessio, tam per attestationes Notariorum de mandato Judicis causæ factas, quàm per depositionem plurimorum testium, qui unanimi consensu deponunt quòd à triginta & quadraginta annis, continuò in illo loco fuit observatum, quod in omnibus liberationibus in incantu publico factis, semper particulares loci illius fuerunt immunes ab omni solutione juris Incantus, etiam præsentibus, assistentibus, & consentientibus Domini Renderiis & Officialibus. Et quod si jura Incantus soluta fuissent, ipsi scivissent, & vidissent, & quod ita videtur observari, & audiverunt à majoribus, & ipsimet observarunt. Quæ depositiones utrùm essent sufficientes ad excludendum titulum Domini, si de eo constaret, nunc non est disputandum, cùm pro parte Domini loci nullus

fuerit productus titulus. Sed quod ſufficientes ſint ad excludendam prætenſam præſcriptionem, certiſſimum eſt in jure, tum quia ex talibus actibus præ-
22 ſentibus Officialibus Domini factis, † probatur ſufficienter interruptio prætenſæ quaſi poſſeſſionis, ex traditis per Bald. *de præſcript. in 3. part 6. part. princip. quæſt. 4. num.40.* De jure ſiquidem ſufficit ſcientia Officialium in hac materia. Surd. *conſil.335. num.55.* poſt Bart. *in l. ſi Publicani, §. final. num. 1. ff. de public. & ibi* Imol. *num. 4.* Idem Bald. *2. part. 5. part. quæſt. 3. num.8.* Ancharan. jun. *lib. 2. quæſt. 50. num.11.* Quod tamen intellige juxta diſtinctionem allatam *infra, cap. 169. num.18.* Tum etiam, quia Communitati aduerſus præſcriptionem excipienti ſufficit docere de difformitate, adeo vt quamuis Dominus probaſſet aliquos veros actus poſſeſſorios & exactiones Iuris Incantus, eius præſcriptio elideretur probando aliquando contrarium fuiſſe obſeruatum; multò igitur magis cùm probata fuerit
23 omnimoda & totalis obſeruantia contraria, † cùm de jure ex actibus difformibus nulla oriatur præſumptio: vt notant communiter DD. *in l. 1. C. de probation.* Gloſſ. *in cap. per tuas, in verbo præſumendum, extr. de condit. appoſit.* & optimè comprobat Cæſ. Barz. *deciſ. Bononien. 95. num. 7. 8. & 9. & deciſ. 98. num. 6. & 7.* & ex difformi præſtatione nullus titulus præſumitur, nulla oritur præſcriptio, aut legitima præſumptio: Dec. *in l. ſi certis annis, n. 19. verſic. item in dicta lege, C. de pact.* Mantic. *de conject. lib. 2. tit. 1. n. 15.* Cravet. *conſil. 96. n. 5. & conſil. 313. l. Seio amico, ff. de ann. legat.* Præcipuè quando diuturna illa præſtatio, non per veras probationes,
24 † ſed per præſumptiones dumtaxat colligitur, ne præſumptio duplex in eodem negotio concurrat: contra *l. 1. C. de dot. promiſſ.* vt in caſu noſtro, in quo Dominus nullam habet probationem præter eam, quæ ex prætenſis locationibus reſultat: quia cùm illa probatio ſit tantùm præſumptiua, non ſufficit, cùm vera requiratur, vt tradit Menoch. *lib. 3. præſumpt. 131. n. 86. & præſumpt. 132. num. 81.* Ruin. *conſil. 29. n. 4. lib. 4.* & per conſequens nulla poteſt præſcriptio opponi aduerſus dictam Communitatem.

Nec dicatur, teſtes de Vniuerſitate fidem non facere pro ipſa Communitate, cùm agatur de intereſſe tangente ſingulos vti ſingulos.

25 Reſpondeetur ſiquidem Primò, magnam eſſe differentiam inter vtilitatem quæ pertinet ad particulares Vniuerſitatis ex neceſſitate, vel eam, quæ ex caſuali contingentia. Primo caſu particulares Vniuerſitatis non admittuntur. Secundo caſu admittuntur ad teſtificandum, & ſunt idonei teſtes: Bald. *conſil. 391. num. 2. verſic. præterea multum refert: vol. 9.* Cardin. Tuſch. *tom. 8. commun. concluſ. litt. T, concluſ. 205. n. 8.*

26 Secundò, quod pro parte Communitatis producti quoque fuerunt duo teſtes forenſes, qui cùm ſoli per ſe ſufficiant, ſine dubio eorum depoſitio corroboratur ex depoſitione tot teſtium, quamuis habitatorum loci; quia etiam in caſibus in quibus ciues pro vniuerſitate teſtificari nequeunt, eorum depoſitio vel ſuppletur ex numero, vel ex forenſium admixta depoſitione roboratur: Farinac. *de teſtib. quæſt. 60. n. 540. & ſequent. & quæſt. 62. num. 325. & ſequent.* Vrſil. ad Affli&. *deciſ. 400.* cum aliis per Farinac. allegatis, quibus addo Surd. *deciſ. 236. n. 8.* Rotam *deciſ. 340. n. 6. in Gregorianis.*

Ex quibus fuit concluſum, Dominum juriſdictionalem nec in poſſeſſorio, nec in petitorio fundatum fuiſſe.

CAPUT CXXXV.

Verba communia in ſubſtitutione militari apposita, & ad certa bona reſtricta, tunc ſemper valeant jure fideicommiſſi. Et utrum valeat illa ſubſtitutio jure fideicommiſſi, matre exiſtente in medio, quamvis ad ſecunda vota convolaverit, aut quando perſona dilecta eſt ſubſtituta. Ex quibus colligatur teſtatorem voluiſſe teſtari jure militari.

SVMMARIVM.

1 *Verba* veniant, & cadant, *appoſita in ſubſtitutione, ſunt verba communia.*
2 *Verbum* cadat, *denotat tempus quo hæredi jam fuit quæſita hæredi inſtituto.*
3 *Verba* labatur, devolvatur, *& ſimilia, ſunt verba communia.*
4 *Subſtitutio non deſinit eſſe compendioſa, quamvis in ea non adſit dictio,* Quandocumque.
5 *Subſtitutio compendioſa ad certa bona reſtricta, omni tempore eſt fideicommiſſaria.*
6 *Quod maximè procedit quando ſubſtitutio facta fuit ſine dinumeratione atatum.*
7 *Et hoc locum etiam habet, licèt extraneus ſit ſubſtitutus, ita ut hoc caſu non ſit conſiderandus tranſitus ad ſecunda vota, vel quod ſubſtituta ſit perſona valdè dilecta.*
8 *Teſtamentum cenſetur factum jure militari, ſi in eo non fuerint adhibitæ ſolemnitates requiſitæ de iure communi.*
9 *Privilegium teſtandi jure militari competit militibus noſtri temporis, qui actu militiam exercent.*
10 *Ex teſtamento militari ſuccedituri in omnibus bonis, vel in parte ipſorum, ſecundùm voluntatem teſtatoris, qui poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
11 *Subſtitutio militaris reſtricta ad certa bona trahitur ad vniverſitatem bonorum.*
12 *Vtrùm ad hoc vt teſtamentum ſuſtineatur militari, ſit opus militem eſſe in actu expeditionis? Remiſſiuè: & vide infrà cap. 137.*

NObilis quidam Auenionenſis exiſtens in præſidio arcis Metenſis, ſuum vltimum condidit teſtamentum, quatuor dumtaxat adhibitis ſolemnitatibus, in quo hæredem vniuerſalem inſtituit filiam ſuam ex vxore ſua primogenitam. Et caſu quo dicta filia decedat ſine liberis progenitis ex legitimo matrimonio, vult & intendit quod duæ tertiæ partes bonorum, quæ habet in fundis in ſua patria, remaniant & cadant ad fratrem & ſororem ſuam, quæ verò tertia pars ad dictam vxorem ſuam, quam nominat executricem ſui teſtamenti.

Ex quo teſtamẽto ſequẽtes oriuntur difficultates. Prima, vtrùm ſubſtitutio illa ad certa bona reſtricta, extẽdatur ad omnia alia bona dictæ filiæ, attento quod ipſa intra pupillares annos deceſſerit, maximè quia mater ſubſtituta cõuolauit ad ſecunda vota.

Secunda, vtrùm mater excludatur per dictam ſubſtitutionem militarem, & vtrùm teſtamentum prædictum valere poſſit jure militari.

Ad primam difficultatem Reſpondetur, primò ponendo in primis verba illa in dicta ſubſtitutione apposita, *veniant, & cadant*, eſſe verba communia, ſubſtitu-

judicavit Rota Rom. *in una Firmana hæreditatis*, 11. *Decembris* 1619. *& 6. Novembr.* 1620. *coram Illustriss. bon. mem. Dunozet* : quæ habentur *parte* 4. *tom.*2. *recent. decis.*157. *num.*10. *& decis.*146. *n.*27.

2 quia † verbum illud, *cadat*, denotat tempus quo hæreditas jam fuit adita, cùm privatio præsupponat habitum : Honded. *consil.* 58. *num.* 74. *vol.* 1. post Cephal.Menoch. & alios *ibid.* allegatos,Ruin. *consil.*47.*n.*4.*vol.*2. Simon de Præt. *de interpret. ult. vol. lib.*3. *interpr.*2. *dub.*1. *fol.*4. *sub n.*2.*versic. Adde quid de verbo Recadat*, ubi dicit hoc esse verbum

3 commune, † sicut verbum *devolvatur*, *labatur*, & similia, *fol.mihi* 58.

4 Secundò supponendum est, substitutionem illam esse compendiosam, quamvis in ea non adsit dictio, *Quandocumque* : Gloss. *in cap. si pater, in verb. absque deductione, de testament. in* 6. Surd. *decis.*37. *num.*8. Puteus *decis.* 351. *circa princip. lib.*3. *in novis* : Peregr. *de fideic. art.*34. *num.*4. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 51. *numero* 7. *versic. Quartus est casus.*

5 Quibus ita præsuppositis, concluditur, substitutionem illam valere in vim fideicommissi, quamvis filia testatoris decesserit in pupillari ætate, quia substitutio illa reperitur restricta ad certa bona, nempe ad ea quæ testator habebat in hac patria. De jure autem substitutio compendiosa verbis communibus facta, & ad certa bona restricta, filio decedente intra pupillares annos, omni tempore est fideicommissaria : Emmanuel à Costa *in cap. si pater, in* 3. *part.in verbo, de filio ad filium, pag.*469. ubi dicit communem opinionem, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.*54. *num.*25. ubi est casus noster in terminis, & *num.* 22. ubi idem asserit quando testator habuit respectum ad bona sua, prout in casu nostro, in quo substituit in bonis immobilibus quæ ipse habet : Peregr. *de fideic. art.*34. *numero* 44. *& num.*45.*versic. quæ sanè ejus consideratio*,qui ex mente DD. fatetur, quod quando substitutio est restricta ad certa bona,& facta fuit non per viam pupillaris expressæ, sed per viam compendiosæ, omni tempore est fideicommissaria : verbum enim commune adjectum certæ rei, vel quantitati, nunquam comprehendit substitutionem directam, sed semper obliquatur : Mantic. *de conject. lib.*5. *tit.*7.*n.*16. *versic. amplius dico*, Fusar. *de substitut. quæst.* 241.

6 *num.* 61. *& quæst.* 242. *num.* 15. † Quod maximè procedit, cùm in casu nostro in quo testator substituit filiæ suæ sine dinumeratione ætatum,& sine mentione pupillaris ætatis : Mantica *ubi suprà,n.*17. *novæ impressionis.*

7 Et licèt ex persona matris res non transiret sine magna difficultate contra ipsam, si substitutio non esset restricta ad certa bona ; tum quia dicta mater transivit ad secunda vota, Menoch. *lib.*4.*præsumpt.* 56. *num.*19. *&* 20. tum quia substitutus est persona testatori dilecta. Idem *num.* 18. Tamen in casu nostro cessat difficultas, quia mater non debet esse deterioris conditionis quàm extraneus, cujus favore substitutio compendiosa valet tanquam fideicommissaria, quando est restricta ad certa bona, ut *suprà* dictum est.

8 Ad secundam difficultatem Respondetur, quod dictum testamentum censetur factum jure militari, cùm in eo adhibiti fuerint tantùm quatuor testes. Unde cùm non fuerit testatus jure communi, censetur testatus fuisse jure militari : Mantica *de con-*

9 *ject. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 25. *&* 28. † Quod privilegium testandi jure militari, competit etiam militibus nostri temporis, qui actu militiam exercent:

Mantica *ubi suprà,num.*32. † In testamento autem 10
militari, etiamsi facta fuisset pupillaris substitutio expressa, & ad certa bona restricta, substitutus succedit in omnibus, vel in parte bonorum, juxta testatoris voluntatem, qui potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus : ita probat text. *in l.sed si pluribus*, §.*ad substitutos*, *ff.de vulgar. & pupill. substitut.* ubi Gloss. & DD. Bartol. *in l.* 2. *ff.de vulgar.in princip.n.*30. & Ripa *num.*43. † Et quod substitutio militaris quibuscumque verbis concepta fuerit, valeat potius in vim fideicommissariæ, & non extendatur ad alia bona, ut hæres scriptus minus gravetur, tradit Peregr. *dicto art.*34.*num.*59. *circa fin.*

Quamquam in casu proposito res non transeat 11
sine difficultate, cùm non constet dictum testatorem de tempore testamenti fuisse in actu expeditionis, de quo particulariter videbitur, *cap.*137. *infrà.* Interim videri poterunt notata per Grass. *in* §.*testamentum*, *quæst.*3.

CAPUT CXXXVI.

Resolvuntur quædam dubia circa materiam capitis præcedentis. Et probatur, substitutionem restrictam ab bona certi loci, intelligendam taxativè, non demonstrativè. Quæ sint verba directa civilia, & quæ naturalia, seu non civilia. Substitutio militaris in dubio censeri debet fideicommissaria. Mater substituta filio, si tutorem non petat, in quibus casibus non amittat illius successionem. Possessio fideicommissarii nulla est, non citato hærede capta.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio ad bona certa militis testantis restricta, semper valet uti fideicommissaria.*

2 *Ampliatur secundum multorum sententiam, etiamsi dinumeratio ætatum facta fuerit.*

3 *Clausula illa, qua quis substituitur in bonis, quæ testator habet in patria sua, est restrictiva, & non demonstrativa.*

4 *Verba illa substitutionis in bonis, quæ testator habet in fundis, & stabilibus, sine dubio dicuntur restricta ad certa bona, quia nec immobilia, nec jura, & actiones continentur.*

5 *Verba quæ duplicem sensum habere possunt, nempe directum & obliquum,quale est verbum*, cadat, *dicuntur communia.*

6 *Verba directa quædam sunt civilia, alia naturalia, seu non civilia, & quæ illa dicantur.*

7 *Verba directa non civilia habent eandem vim quam verba communia.*

8 *Substitutio non dicitur universalis, quando facta fuit per modum quota, nisi facta sit sub nomine quota hæreditatis : & ideò semper est fideicommissaria.*

9 *In testamento militari substitutio quibuscumque verbis concepta sit, valet potius in vim fideicommissi.*

10 *Expenditur statutum Avenionense loquens de substitutione fideicommissaria verbis communibus facta*, lib.1. rubr.60. art.11.

11 *Mater quæ non petit tutorem pupillo filio ſuo, non amittit ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ad quam vocata eſt.*

12 *Quando filio datus eſt ſubſtitutus pupillaris, onus petendi tutorem ipſi pupillo, ſpectat primò ad ſubſtitutum pupillarem.*

13 *Mater ſi tutorem pupillo non petierit, excuſatur quando aderant tutores legitimi.*

14 *Si vnus ex affinibus de facto, & ſine Iudicis decreto adminiſtrauit, mater excuſatur ſi tutorem pupillo dari non petierit.*

15 *Mater habens probabilem cauſam ignorantiæ, excuſatur à pœnis non petiti tutoris.*

16 *Qui dicit matrem ſucceſſione pupilli priuandam, eo quòd ipſa non petierit tutorem pupillo, tenetur probare hanc negatiuam vti fundamentum ſuæ intentionis.*

17 *Poſſeſſio capta, non citato hærede, non ſubſiſtit.*

18 *Fideicommiſſarius debet capere poſſeſſionem de manu hæredis, vel petere vt hæreditati iacenti prouideatur de Curatore.*

19 *Poſſeſſio continuatur per colonos abſque noua apprehenſione.*

20 *Citatio generalis per proclama non ſufficit, ſed hæres debet nominatim ad inſtantiam fideicommiſſarii citari.*

21 *Hæres citari faciens aliquem, approbat illum in legitimum contradictorem.*

22 *Qui ſolam allegat poſſeſſionem maximè vitioſam, non eſt legitimus contradictor.*

1 PRo reſolutione dubiorum contra ea quæ diximus *in præcedenti capite* propoſitorum, ſupponendum eſt pro fundamento, ſubſtitutionem appoſitam in teſtamento de quo agitur, non eſſe pupillarem, ſed fideicommiſſariam, aut in omnem euentum militarem, cùm ſit facta verbis communibus, & reſtricta ad bona quæ teſtator poſſidebat in hac patria: quo caſu ſubſtitutio illa, *filio decedente intra pupillares annos*, non pupillaris eſt, ſed fideicommiſſaria: Emman. à Coſta *in cap. ſi pater, in 3. part. in verbo, de filio ad filium, pag.* 46. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem: Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 54. *num.*25. vbi de eo qui fecerat ſubſtitutionem compendioſam in omnibus bonis ſuis mobilibus & immobilibus, quæ ſubſtitutio dicitur facta in certis bonis, & non in tota hæreditate, quia in ea non comprehenduntur jura & actiones: & *in eodem loco, numero* 22. vbi de eo qui ſubſtituit in bonis ſuis: Peregr. *de fideic. art.* 34. *num.* 44. & 45. *verſic. qua ſanè ejus conſideratio.* Et generale eſt, quod verbum commune adiectum certæ rei, vel quantitati, nunquam comprehendit ſubſtitutionem
2 directam, ſed ſemper obliquatur, † etiamſi facta fuiſſet ſubſtitutio cum expreſſa mentione pupillaris ætatis, ſecundùm ſententiam quam dicit eſſe communem. Hanc tamen nunc opus non eſt examinare, quia dinumeratio ætatum in caſu noſtro facta non fuit: Mantic. *de coniectur. lib.* 5. *tit.* 7. *n.* 16. *verſic. amplius dico, & n.* 17. *verſic. ſed hoc debet reſtringi, in noua impreſſ.* vbi dicit regulam illam locum non habere, quando ex verbis teſtamenti conſtat de contraria teſtatoris voluntate.

3 Neque verum eſt in jure, quod dictio illa, *les biens quil a au pays*, intelligi debeat demonſtratiuè, & non reſtrictiuè: tum quia dictio illa, *quæ*, habet naturam reſtrictiuam: *l. ea tamen adiectio*, vbi
4 Bartol. ita ſummat, *ff. de legat.* 3. † tum quia non ſimpliciter ſubſtituit in bonis teſtator, quæ habet in Patria; ſed, *aux biens qu'il a en fonds.* Eſt ergo ſubſtitutio reſtricta ad certa bona, tam ratione loci per illa verba, *qu'il a au pays*; quàm ratione qualitatis, propter illa verba, *qu'il a en fonds*: ita vt excludantur mobilia, jura, & actiones: ex Menoch. ſupra allegato, *lib.* 4. *præſumpt.* 54. *n.*25.

Quod autem dicitur, in dubiis ſubſtitutionem ſ illam, non communibus, ſed directis verbis fa actam; facillimè reſoluitur. Primò, quia verbum illud, *cadat, veniat, recadat*, & ſimilia, duplicem poſſunt habere ſenſum, aut enim capi poſſunt tanquam verba latæ ſententiæ, aut tanquam fecundæ & ideo cùm duplicem ſenſum habere poſſint, directum nempe, & obliquum, neceſſariò dicendum eſt, verba illa eſſe communia: provt pto verbis communibus accipit Sim. de Præt. *de interpret. vol. interpret. 2. dub. 1. ſolut. 4. num. 2. verſ. adde quid de verbo, Recadat*: *fol. mihi* 58. & tenuit Rota in *vna Romana ſucceſſionis, Luna* 12. *Martii* 1596. *coram bon. mem. Card. Pamphilio*, quam allegat & loquitur eadem Rota *in Firmana hæreditatis*, 11. *Dec.* 1619. *coram Illuſtriſſ. bon. mem. Dunozet*, ſuperius allegata, *deciſ.* 246. *part.* 4. *tom.* 2. & *deciſ.* 157. *eadem parte.*

Sed poſito citra veri præiudicium, quod verba illa modo aliquo dici poſſent directa; nemo ignorat duo eſſe genera verborum directorum: alia enim ſunt verba directa ciuilia, alia naturalia, ſeu non ciuilia. Verba directa ciuilia dicuntur ea, quæ tribuunt titulum hæreditarium, vt *hæres ſto*: *hæredem facio*, & ſimilia: & in his verbis directis verum eſt, quod in teſtamento *pagani* ſubſtitutio facta in re certa trahitur ad totam hæreditatem, ac quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Aliud eſt in verbis directis naturalibus, ſeu non ciuilibus: quibus cùm non tribuatur titulus hæreditarius, ſubſtitutio reſtricta ad certa bona non extenditur ad alia, & ſic verba illa directa non ciuilia pariunt eundem effectum, quem verba communia. Immò plurimi abſque vlla diſtinctione verba illa volunt eſſe communia. Cùm igitur verba illa, *viennent & eſcheoient*, ad bona immobilia in hac patria exiſtentia reſtricta, nullum tribuant ſubſtitutis titulum hæreditarium, non poſſunt o lo modo vocari verba directa ciuilia; † ſed in o nem euentum, pro naturalibus, ſeu non ciuil haberi debent, eiuſdem planè naturæ, cuius communia. Præmiſſa omnia probantur apud Pe *in tr. de fideic. art.* 34. *num.* 49. qui vnus erit addi omnium, nec enim plures in hac re notiſſima gandi ſunt.

Nec intereſt quod ſubſtitutio facta fuit per v bum quotæ, cùm non facta fuerit ſub nomine quotæ hæreditatis, ſed quotæ bonorum: quia perinde eſt, ac ſi in certis bonis facta fuiſſet ſtitutio: Peregr. *dicto art.* 34. *num.* 18. & 54. ubi cludit, quod ſubſtitutio compendioſa per v quotas bonorum facta, ſemper eſt fideicommiſſ ſiue facta fuerit per verbum commune, ſiue p obliquum. Et hæc de fideicommiſſaria ſ ſunto.

Quod attinet ad militarem, præſuppono eſt, quod cum in teſtamento de quo agitur, ſ tantum adhibiti quatuor teſtes; teſtator miles non fuit teſtatus jure communi, cenſetur fuiſſe jure militari: Mantica *de coniect. lib.* 6. *num.* 25. & 28. quod priuilegium teſtandi jure litari competit etiam militibus noſtri temporis actu militiam exercent, provt exercebat dict ſtator, qui mortuus eſt in exercitio militiæ in Metenſi: Mantica *dicto tit.* 1. *num.* 31. Quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

latiùs *cap. seq.* explicatur, ad quod est recurrendum, maximè *n. 2. versic. secundus casus.* In testamento autem militis, quibuscumque verbis concepta fuerit substitutio, valet potius in vim fideicommissariæ, & non extenditur ad alia bona, vt hæres scriptus minus grauetur : teste Peregr. *dicto art. 34. n. 59. in fine.*

10 Et ex his patet responsio ad Statutum Auenionense ex aduerso allegatum *lib. 1. rubrica 60. art. 1.* quia ex præmissis clare constat nos esse extra casum Statuti. *Primò*, quia statutum loquitur de patre pagano ; nos autem agimus de patre milite. *Secundò*, quod statutum loquitur simpliciter de compendiosa per verbum commune facta, sed non decidit casum, in quo illa substitutio est restricta ad certa bona : qui casus cùm non fuerit decisus à statuto, remanet in dispositione juris communis, *l. commodissimè*, & *ibi* DD. *ff. de liber.* & *posth. l. si extraneus, ff. de condict. ob caus.* Surd. *consil. 339. n. 14. &* 15. Et sic satisfactum est obiectioni petitæ ex Statuto, ita vt non sit opus recurrere ad aliam quæstionem, vtrùm statutum de interpretanda voluntate defuncti, Auenione editum, vires portigat ad testamentum in Lotharingia factum, in qua quæstione copiosiùs, si opus esset, scriptum fuisset.

11 Quo sic præsuppositio, Dico matrem non amisisse jus substitutionis in sui fauorem factæ in dicto testamento, etiamsi tutorem filiæ suæ non petierit : quia mater non petens tutorem, non amittit substitutionem fideicommissariam ad sui fauorem factam, cùm per fideicommissum non succedatur pupillo, sed testatori : Gutier. *in tract. de tutel. par. 1. cap. 16. num. 47.* Immò etsi esset substitutio pupillaris (quod tamen verum non esse jam demonstrauimus) adhuc liberaretur mater à pœnis introductis contra matres tutorem non petentes, & telum
12 hoc retorqueretur contra aduersarios. † Quia quando datus est pupillo substitutus pupillaris, cùm ad ipsum pertineat primus locus successionis, ad ipsum etiam spectat primo loco petendi tutorem onus, vt copiosè comprobat Gutier. *loc. cit. part. 1. c. 16. n. 111.*

13 Et sicut mater non amisit jus substitutionis, ita non amisit jus succedendi ab intestato ob non petitum tutorem intra annum, non solum quoad bona quæ dicta pupilla habuit aliunde quàm à patre, aut quoad bona fideicommisso suppositia, sed etiam quoad successionem ab intestato ipsius pupillæ : non enim tenebatur ipsi tutorem petere, cùm adessent tutores legitimi, nempe patruus, & alii consanguinei ipsius pupillæ, & plures illius affines, & effectualiter vnus ex illis tanquam talis administrauit : per textum expressum *in l. 2. §. his illud, C.*
14 *quando mul. tut. off. fungi poss.* † Quinimmò excusatur mater, quando legitimus de facto, & sine decreto Iudicis administrauit, prout factum fuit, teste Salicet. *in l. sciant omnes, C. de legit. hæred.* quem sequitur Socin. jun. *consil. 16. n. 21. vol. 2.*

15 Vt interim omittamus, quod dicta mater habebat legitimam causam ignorantiæ, propter magnam locorum distantiam, junctam cum exiguitate facultatum ipsius pupillæ.

16 Sed vt omnis tollatur difficultas, aduertendum est quod non constabat quod mater non petierit tutorem filiæ suæ : quod tamen probari debebat per aduersarios ; cùm esset fundamentum intentionis eorum : vt in puncto tradit Alex. *consil. 185. n. 10. & 11. vol. 6.* Grass. *in §. successio ab intestato, quæst. 27. num. 1. versic. & hoc casu*, vbi testatur hanc esse communem opinionem.

Ex præmissis fundamentis constat de bono jure matris in petitorio.

Agendo verò de possessorio, firmæ remanent ra- 17
tiones per nos aliàs deductæ. Nam aut de tempore prætensæ possessionis adeptæ per actorem, quam Iudicis authoritate sibi datam præsupponit, hæreditas erat adita, aut non erat adita : si primum, non valet possessio etiam Iudicis authoritate capta, cùm id factum fuerit hærede non citato : si secundum, non valet similiter prætensa possessio, nec manutenibilis est, quia non fuit datus curator hæreditati iacenti ; nec enim à Iudice, † sed ab hærede 18
prætensi fideicommissi possessionem capere debebat, vt fuit decisum coram Ludouisio *decis. 206. num. 7.* quem citat & sequitur Argel. *in tract. de legit. contradict. q. 10. art. 14. n. 207.* iuncto *n. 273. artic. 21.*

Tanto magis citari debuerat dicta mater in præ- 19
tensa adeptione possessionis, quia possessio mediante persona colonorum absque noua apprehensione continuata fuit in ipsam matrem hæredem pupillæ, vt præter jam allegatos *in superiori cap.* tradit optimè Surd. *consil. 117. num. 8.* Ergo possessio illa non citato possessore capta, non est manutenibilis tanquam vitiosa : Seraphin. *decis. 71. num. 4.* Denique, quia dictus actor habuit se pro spoliato, vt euidenter constabat.

Non obstat quod dicitur, actorem fecisse omnes 20
citationes requisitas in aditione hæreditatis cum beneficio inuentarii, de quibus in statuto Auenion. *lib. 3. rub. 63.* quia non impugnamus modò inuentarium, neque aditionem hæreditatis ; sed possessio est, quam impugnamus, & illius adeptionem, ad quam non sufficit citatio generalis per proclama, sed vel hæres citari debet si hæreditatem adiuerit, vel curator hæreditati iacenti datus, si non adiuerit, vt *suprà* ostendimus. In adeptione autem prætensæ possessionis, nec hæres citatus, nec curator hæreditati datus fuit.

Quod autem vltimo loco dicitur, præfatum acto- 21
rem debuisse citari de tempore, quo hæres fuit missus in possessionem, non creditur in jure verum : quia ipsum citando, ipse hæres sibi præiudicasset, & approbasset in contradictorem : Argel. *dicto tract. q. 3. art. 1. n. 20. 21. & seq.*

Immò dictus dominus Actor qui citatus non 22
fuit, non est legitimus contradictor, cùm solam possessionem alleget : Menoch. *remed. 4. adipisc. possess. n. 582.* maximè cum prætensa possessio ipsius sit vitiosa, vt *suprà* dictum est.

CAPUT CXXXVII.

Testamentum vt valeat jure militari necesse est vt fiat in bello, vel in acie, & in procinctu ; non autem in statione, ex veriori sententia. Probari tamen debet voluntas militis ; & si de ea constet per scripturam, debet legitimè recognosci, & constare de illius identitate. Nec sufficit attestatio Ducis exercitus, vel Capitanei ; sed debet fieri formiter, & vocata parte, huiusmodi attestatio.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum necesse sit pro validitate militaris testamenti vt miles sit in castris, & actuali expeditione, quæstio est controuersa.*

2 *In teſtamento militari debent ſaltem duo teſtes interuenire, illique rogati, cùm non ſunt in actuali expeditione ; & quibus caſibus hoc procedat.*

3 *Scriptura teſtamenti militaris probari debet per legitimas probationes, quod ſit eadem ſcripturæ ſcripta manus propria militis teſtatoris.*

4 *Atteſtatio Ducis, vel Cardinalis nihil probat, niſi facta fuerit formiter, & citata parte.*

5 *Scriptura priuata teſtamenti nihil probat, niſi fuerit legitimè recognitæ.*

6 *Teſtamentum nihil valet, niſi fuerit publicatum.*

7 *Publicatio eſt de ſolemnitate eſſentiali teſtamenti.*

8 *Scriptura priuata teſtamenti non poteſt concedi via executiua, nec dari remedium* l. fin. C. de edict. diu. Hadr. toll. *niſi illius præcedat publicatio.*

OCcurrit notabilis controuerſia ſuper eadem materia teſtamenti militaris, cuiuſdam ciuis Auraicenſis, qui erat in Germania : ſuper quo propoſitis nonnullis difficultatibus, quædam pro illarum reſolutione ſupponenda eſſe judicaui.

1 Et primò quidem, magnam fuiſſe inter DD. controuerſiam, vtrùm teſtamentum illud jure militari ſuſtineri poſſit ? quo fundamento ceſſante, nullum eſſet & inualidum, propter defectum teſtium & aliarum ſolemnitatum, quæ de jure in teſtamentis requiruntur : ſiquidem hæc adhibetur diſtinctio, vt ſi miles in expeditione teſtetur, valeat teſtamentum etiam nullis adhibitis teſtibus, ſecus ſi non ſit in exercitio, & caſtris, ac reali veráque expeditione : Peregr. *de fideicomm. artic. 3. num. 60. verſic. nota tamen* : Rota *deciſ. 69. num. 97. part. 7. recent.* Louet. *litt. T, n. 8.* Gaill. *lib. 2. obſerv. cap. 118. n. 6.* quamuis hæc diſtinctio contradictores habeat, teſte Caſtagna *in tract. de beneficio, Deducto ne egeat: quæſt. 8. num. 10.* aliiſque relatis per Criſpolt. *in dec. caſuum militar. caſu 44. num. 9.* Sed priorem ſententiam ſequitur Gaill. *in loco mox cit. n. 6. & 13.*

2 Secundò notandum eſt, poſito quod ex eo capite teſtamentum impugnari non poſſet, quod dictus teſtator non in expeditione eſſet, ſed in præſidio remaneret ; ſaltem ex eo impugnari poſſe videtur, quod non ſit duorum ſaltem teſtium ſubſcriptione munitum : quod omnino requiri teſtatur Mantic. *de conject. vlt. volunt. lib. 6. tit. 1. num. 18.* Immò teſtes debere eſſe rogatos, tradit Cuiac. *conſult. 36.* ſaltem cùm milites non ſunt in actuali expeditione: Simon de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib. 3. interpret. 2. dubit. 1. ſolut. 8. n. 17.* Tuſch. *in verbo, teſtamentum, concluſ. 122. n. 55. 56. & 57. & concluſ. 119. num. 5.* & hanc eſſe communem ſententiam, & ab ea non eſſe recedendum, teſtatur Clarus §. *Teſtamentum, q. 58. n. 4. verſ. Item quæro* : per text. *in l. Dinus, ff. de teſtam. milit.* dicens quod omnes DD. Italiæ ita conſuluerunt: quem ſequitur Tuſch. *dicta concl. 119. n. 2. 5. & 6.*

Et licèt Tull. Criſpolt. *dicto caſ. 44. n. 13. verſic. ſicuti & pariter*, contrariam ſententiam amplectatur, ſicuti & Barry *lib. 1. tit. de teſtam. milit. n. 1.* poſt Vaſq. *de ſucceſſ. lib. 3. §. 24. n. 15.* Tamen ejus opinioni præualere debet communis DD. traditio, quam ex Claro & aliis *ſuprà* deduximus, quando videlicet miles non eſt in acie effectualiter : Gaill. *lib. 2. obſerv. 118. n. 6. & 13.* vbi probat milites ſtationarios non poſſe teſtari jure militari.

Quid quid ſit, veriſſimum eſt, quando miles eſt in caſtris & in procinctu, non ſolùm teſtes fortuitos & non rogatos ſufficere, quinimò ſatis eſſe vt quomodocumque per legitimas probationes conſtet de voluntate militis, quia nullæ juris ſolemnitates in huiuſmodi teſtamentis requiruntur : §. *plane, Inſt. de teſt. milit. l. 1. d. 24. cum ſimilibus, ff. de milit. teſt. & l. milites, C. de teſt. milit.* vbi dicitur, milites, & qui ſunt in acie, teſtari poſſe quomodo volunt, & quomodo poſſunt, videlicet ſcribendo ſuam voluntatem in vagina, in clypeo, vel puluere. Et circa hanc quæſtionem explicat Bellamera *conſ. 42. in fin.* vbi dicit quod quandocunque miles teſtatur in bello & in conflictu, tunc ſufficit quod quoquo modo de rebus ſuis diſponat, cum ſcriptura, vel ſine ea : tunc periculo mortis ſupponitur : ideò omnis ſolemnitas ſibi remittitur : *dicta l. milites, C. de teſtam. milit.* dum tamen aliqualiter conſtet de ejus voluntate. Et hic eſt primus caſus.

Secundus caſus eſt, quando miles non teſtatur in bello, ſed in caſtris, vel tentorio, vel in militia antequam domum redeat, & tunc ſufficit quod teſtetur cum duobus teſtibus, etiam non rogatis, ſine alia ſolemnitate, *l. 1. ff. de militar. teſtam. l. Lucius 41. ff. eod. tit.* ibi, *Ita tamen vt ita ſubſequutum eſſe legitimis probationibus oſtendatur :* & *ibi* Gloſſ. *in verbo, Probationibus.*

Tertius caſus eſt, quando miles teſtatur in domo reuerſus, & tunc jure communi debet teſtari Bellamera *dicto conſ. 42. verſic. vbi ſciendum.*

Ideò cùm teſtamentum prædictum factum fuerit extra expeditionem, nullaque teſtium ſubſcriptione roboratum, jure militari valere non poteſt.

Tertio loco aduertendum eſt, quod etiam poſito ſine præiudicio veritatis, quod teſtamentum illud jure militari poſſet valere, illud intelligendum eſſet procedere, dummodo per legitimas probationes conſtaret de veritate, & identitate ſcripturæ, Gaill. *in §. Teſtamentum, q. 16. n. 10. & §. Idcirco, q. 16. n. 4. & 5.* Mant. *de conject. vlt. volunt. lib. 1. tit. 2. n. 3. ad medium.* De qua tamen veritate & identitate ſcripturæ non conſtabat, niſi per atteſtationem informem Sereniſſimi Ducis Bauariæ, dicentis ſcripturam teſtamenti fuiſſe repertam inter arcas & ſcrinia ſua militis, per Officiales eiuſdem Sereniſſimi Ducis † Quæ atteſtatio nullam prorſus fidem facit, cum facta fuerit extra formam judicii, & non citata parte, *Authent. ſi quis in aliquo, & ibi* DD. *C. de ſanct.* Seraph. *dec. 106. n. 3.* adeò vt ne quidem attenta Cardinalis, juramento firmata, & coram Nuncio facta, fidem faciat, Menoch. *conſil. 32. ſub n. verſic. nec dici poteſt : & n. 46.*

Quartò, quia etiam in caſibus, in quibus ſcripturæ priuatæ teſtamenti, quantumuis primitus ſtandum eſt, hoc intelligitur, dummodo talis ſcriptura fuerit legitimè recognita, aliàs non : Rota apud Buratt. *deciſ. 475. n. 5. & ibi* Addens. poſt Gratian. *diſcept. forenſ. c. 895. n. 30. & 906.* Caualer. *deciſ. 553. n. 2.* Tuſch. *litt. T, concluſ. 119.* Nullus autem ex quatuor teſtibus coram Domino tunc Iudice ordinario Ciuitatis Auraicenſis deponit de recognitione manus, & ſcriptura dictis teſtis, & per conſequens malè fuit data executio jujſmodi ſcripturæ.

Quintò, quia teſtamenti cuiuſliber publicatio neceſſaria eſt, non ſolùm vt executio dari poſſit, ſed etiam vt in judicio fidem facere poſſit : *l. publica cum ibi* notatis, *C. de teſtam.* Tuſch. *litt. T, concl. n. 2. & concl. 109. n. 1.* cuius publicationis formam ponit *n. 5.* nempe quod teſtes examinentur, & eorum depoſitiones in formam publicam redigantur, & publicentur, & Iudex declaret teſtamentum validum & publicatum.

Quod cùm in caſu noſtro factum non fuerit, requitur nullam huiuſmodi teſtamenti habendi fidem. ſtationem, Rota *dec. 533. n. 6. p. 4. recent. tom. 3.*

7 Rota *decis.4.num.2.p.1.diverſ.* † quia publicatio teſtamenti eſt de ſolemnitate illius ſubſtantiali & neceſſaria : *dict.p.1.diverſ. deciſ.5.n.5.*

Sextò & ultimò ſequitur ex ſupradictis, quod malè & nulliter fuit laxata via executiva (ut dicitur) prædicto teſtamento : quia remedium executivum *l.final. C. de edict. diu. Adrian.* aut alia remedia executiva non dantur teſtamentis nondum publicatis, & quorum probatio fieri debet per teſtes, qui non fuerint formaliter examinati, & ante decretum Judicis ſuper publicatione ſubſequutum; & per conſequens cùm ceſſet via exequutiva, datur appellatio tam quoad effectum ſuſpenſivum, quàm quoad devolutivum, ex traditis per Angel. poſt Gloſſ. *in l.final. C.de edict. diui Adriani tollend.* Tuſch. *lit.T, concl.109. num.32.*

CAPUT CXXXVIII.

Agitur de ſubſtitutione Baroniæ Serignani prætenſa ex teſtamento Domini Joannis de Pictavia. Et concluditur prohibitionem alienationis in caſu iſto, uti conſequutivam fideicommiſſi, reſtringendam eſſe ad caſus & perſonas in ſubſtitutione principali expreſſas. De duplici acceptione nominis Familiæ, videlicet effectivæ, vel contentivæ. Et ex quibus colligatur in teſtamento ſolam familiam effectivam fuiſſe vocatam. Quando vocata eſt familia effectiva, cenſentur vocati illi qui ſunt de eodem colonello, & non alii, maximè quando teſtator loquendo de familia, progenie, & ſimilibus, habuit reſpectum ad certas lineas, aut certam deſcendentiam. Et obiter tractatur quando deſcendentes ex fœminis vocati cenſeantur ad fideicommiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Agenti ad fideicommiſſum opponi poteſt exceptio,* Tu non es vocatus.
2 *Subſtitutio ad certas perſonas reſtricta, ad ulteriores extendi non debet.*
3 *Prohibitio alienationis etiam amplioribus verbis concepta, reſtringenda eſt ad terminos ſubſtitutionis præcedentis, quando alioquin ſequeretur evidens correctio ejuſdem teſtatoris, & contrarietas.*
4 *Extincto fideicommiſſo, extinguitur jus prohibitionis alienationis conſequutivæ.*
5 *Prohibitio alienationis facta per modum declarationis dicitur conſecutiva, & nihil de novo addit ad præcedentem ſubſtitutionem.*
6 *Prohibitio alienationis dicitur conſecutiva, quando juncta fuit principali diſpoſitioni per dictionem copulativam.*
7 *Ampliatur, etiamſi diſpoſitio eſſet in rem concepta, vel adjecta eſſet clauſula,* in infinitum.
8 *Familia, ſeu domus appellatione utrùm contineantur qui ſunt de familia effectiva dumtaxat, an etiam qui de contentiva. Et quod ſit diſcrimen inter familiam effectivam, & contentivam.*
9 *Diſtinctio familiæ effectivæ & contentivæ locum etiam habet in familia hæredum, ſi teſtator illam conſideraverit.*
10 *In dubio teſtator cenſetur potiùs vocaſſe familiam effectivam, quàm contentivam, tam reſpectu ſui, quàm ſuorum hæredum.*
11 *Prohibitio alienationis potiùs in dubio referri debet ad familiam effectivam.*
12 *Vocata familia effectiva, non admittuntur illi qui ſunt de contentiva.*
13 *Familia contentiva comprehenſa cenſetur, quando prohibitio alienationis facta fuit favore agnationis.*
14 *Limitatur, ut non procedat quando prohibitio eſt conſecutiva, & declaratoria præcedentis ſubſtitutionis.*
15 *Quando teſtator in prohibitione ſe reſtrinxit ad familiam ſui hæredis, cenſetur conſideraſſe ſolam illius familiam effectivam.*
16 *Vocatâ familiâ, non cenſentur vocati illi qui ſunt de alio colonello, ſeu de alia derivatione.*
17 *Quando in una familia ſunt plures qui habent diverſas denominationes, teſtator cenſetur intellexiſſe de illis, qui ſunt ejuſdem denominationis cum teſtatore, & reſpectivè cum illius hærede.*
18 *Clauſula,* Qui erit, *importat conditionem.*
19 *Diuturna obſervantia declarat dubiam ſubſtitutionem.*
20 *Deſcendentes ex fœminis poſſunt aliquando excludere maſculos alterius lineæ.*
21 *Sub nomine* Cognationis, *comprehenduntur deſcendentes ex fœminis.*
22 *Idem dicendum eſt de nomine* Parentelæ, *vel de nomine* Affinium.

POtens & ſtrenuus miles Dominus Joannes de Pictavia, quem ſic nominat Bertrandus *conſil. 117. vol. 7.* ſuum ultimum condidit teſtamentum anno 1474. & die prima menſis Februarii, ſumptum per D. Bonifacium de Bleugeriis Notarium publicum Civitatis Avenionis, in quo hæredem ſuum univerſalem inſtituit generoſum & potentem Militem, Dominum Aymarum de Pictavia ſuum ex fratre nepotem, cum ſubſtitutionibus & prohibitionibus alienationis ampliſſimis, de quibus in dicto teſtamento, cujus verba ſunt ea quæ ſequuntur.

Et quia hæredis inſtitutio eſt caput, radix, & fundamentum cujuſlibet ultimæ voluntatis, idcircò ipſe teſtator in omnibus aliis bonis ſuis mobilibus, & immobilibus, & per ſe moventibus, caſtris, fortalitiis, dominiis, ſegnoriis, juriſdictionibus, feudis, retrofeudis, homagiis, cenſibus, ſervitiis, redditibus, nominibuſque, & creditis, juribus, & actionibus quibuſcunque præſentibus & futuris, quæcunque, qualiacunque, quantumcunque, ubicunque ſint, & in quibuſcunque conſiſtant, ſeu quocunque nomine & vocabulo nuncupentur, ſeu nominentur; hæredem ſuum univerſalem, ſolum & in ſolidum inſtituit, ac ore ſuo proprio nominavit, & eſſe voluit, videlicet Magnificum potentemque & generoſum Militem, Dominum Aymarum de Pictavia, nepotem ſuum dilectiſſimum, Dominum Sancti Valerii, & ſuos maſculos legitimos & naturales, & de legitimo matrimonio procreatos ſeu procreandos, quos omnes ordine ſucceſſivo dicto Domino Aymaro hæredi ſuo univerſali, & ſuis, uſque in infinitum ſubſtituit. Et quia ea quæ apertiùs dicuntur & declarantur, meliùs & faciliùs intelliguntur, ſitque

ſitque dicti teſtatoris firma, perpetua, & finalis voluntas, ac velle totale, quod locus ipſius teſtatoris de Serignano Auraicenſis Diœceſis in Comitatu Venaiſſino, cum tota ejus Baronia & juribus, juriſdictionibus, homagiis, ac caſtris, & locis, feudis, retrofeudis, cenſibus, & aliis ad dictam Baroniam pertinentibus (ſicut eſt de Camareto, Trevelliano, Podio Almeraci, Gardaparioli, Barbaratio, Uchaux) & de aliis locis quæ ſibi obvenerunt ex ſucceſſione & hæreditate recolendæ memoriæ Dñæ Pollicenæ genitricis ſuæ, remaneant penes illos de Domo, & cognatione ſua de Pictavia; videlicet penes illum ſemper, qui erit Caput, & Primus Domûs prædictæ de Pictavia, & obtinebit primum locum & ordinem ac dominium Sancti Valerii, ut Domus ipſa pro ſua clara & antiqua nobilitate decentiùs & honeſtiùs manuteneatur & ſuſtententur, ſtatúmque ſibi debitum ſuſtinere, & portare poſſit ad honorem & decus Domus prædictæ de Pictavia. Vultque ipſe teſtator, ordinat, & expreſsè prohibet, quod præfatus Dominus Aymarus de Pictavia hæres ſuus univerſalis, qui dictæ Domus ipſius teſtatoris de Pictavia nunc eſt Caput, & Primus, & ſui ſucceſſores in infinitum, dominium Sancti Valerii, & Caput dictæ Domus pro tempore obtinentes, non poſſint aut valeant dictam Baroniam, loca, Caſtra, juriſdictionem, jura, aut membra, in ſolidum, vel partem ullo unquam tempore obliquè obligare, impignorare, aliis in feudum, vel in emphyteuſim concedere, vel alio quovis titulo alienare, vel aliàs transferre, etiam in Eccleſias, vel loca pia, ſeu alia loca pietatis, quantumcunque pia, ſive favorabilia, etiam pro redemptione Captivorum; & hoc tam in contractibus inter vivos, vel cauſa mortis, quàm ultimis voluntatibus, nec per viam tranſactionis, hæredis inſtitutionis, ſubſtitutionis, legati, ſeu fideicommiſſi, nec alio quovis excogitato, vel excogitando titulo: ſed remanebit ipſa Baronia tota & integra, abſque aliquali diminutione ipſius, ſeu jurium ejuſdem, quantumcunque minoris penes dictum hæredem ſuum univerſalem ad ejus vitam; & poſt ipſius deceſſum, abſque aliquali detractione cujuſcunque Quartæ Trebelliarieæ, vel alterius, quam expreſsè ipſe Teſtator prohibuit, ac voluit & ordinavit, quod veniat pleno jure & ſine rè abſque alicujus miniſterio, præſenti ſua valida & perpetua diſpoſitione & voluntate ad primum hæredem ſupradicti ſui hæredis, qui caput & primum locum dictæ Domus ſui cognominis de Pictavia & dominium Sancti Valerii tenebit & habebit, & ſic deinceps & perpetuis temporibus, de uno ad alium, quamdiu, & toto tempore quo Chriſtus permittet, domum ipſam regnare & durare. Et ſi contingat dictum hæredem univerſalem ipſius teſtatoris, vel alios ſucceſſores dicti hæredis, Caput & Primum ordinem dictæ domus pro tempore habentes, exiſtentibus aliquibus, vel aliquo de cognomine de Pictavia, Baroniam ipſam in ſolidum, vel in partem, vel jura illius alienare, vel contra ipſius teſtatoris diſpoſitionem, ordinationem, & prohibitionem facere, quod totum ſit nullum, caſſum, & irritum, ac nullius roboris. Et eo caſu adveniente vult ipſe teſtator, ordinat, & mandat quod dictus talis contraveniens, & contrafaciens, ſit ad ipſius vitam omnibus fructibus & emolumentis univerſis privatus & excluſus, & dicti fructus & emolumenta eſſe debeant & applicentur obtinentibus ſecundum locum, & ordinem domus prædictæ de Pictavia, quamdiu ille qui contrafecerit, vivet; & illo vita functo, revertantur *ad deceſſorem qui* primum ordinem obtinebit, *cum hac conditione* expreſſa, quod illi de Pictavia *qui pro tempore* erunt, aut alii parentes, vel affines, ad eorum bona ſucceſſio pertinere vel devenire poſſit in totum, præſentem ipſius teſtatoris ordinationem non poſſint aut valeant ſibi invicem remittere, infringere, vel ſuper ea aliqua pacta inire, ſed ſemper remaneant firma & integra.

TYPUS SUCCESSORUM DOMINI Joannis de Pictavia Teſtatoris.

Joannes Primus de Pictavia, Teſtator: *mortuus ſine liberis.*

|

Aymarus de Pictavia, Joannis Primi nepos & hæres, *qui reliquit ſuperſtitem*

|

Joannem Secundum, filium ſuum. *Huic ex legitimo matrimonio nati ſunt,*

Guillelmus de Pictavia, *mortuus ſine liberis:* & Diana de Pictavia, Ducilla de Valentinois, uxor Domini de Breze magni Seneſcalli Normandiæ, *cujus matrimonio prodierunt,*

Franceſia de Brezé, uxor Henrici Roberti de la Mark, & Ludovica de Brezé, vidua d'Aumale.

|

Ex cujus matrimonio prodierunt Deſcendentes Domus de Boüillon, *qui vendiderunt Baroniam Serignani cum ſuis dependentiis.*

Conſti-

Constat igitur quod Aymarus, Joannis testatoris ex fratre nepos, habuit Guillelmum, suum ex Joanne secundo filio nepotem: quo sine liberis defuncto, Ducissa Diana, & post ipsam ejus descendentes ex Francesia de Bresé ejus filia, Baroniam Serignani cum ejus dependentiis jure dominii, seu quasi, ab anno 1548. in hæc usque tempora possederunt.

Nunc autem insurgit generosus & potens Dominus N. asserens se, ut existentem de familia de Pictavia, admittendum esse ad fideicommissum contentum in testamento de quo agitur, ad exclusionem descendentium ex fœminis de familia, aut ab eis jus & causam habentium. Quæritur utrùm ejus petitio sit juridica.

Negotio isto exactè perpenso, existimavi dictum Dominum N. à sua petitione removendum. Siquidem dictus Testator cùm nullos haberet liberos masculos, suum ex fratre Nepotem Aymarum, Dominum Sancti Valerii hæredem instituit, & suos masculos legitimos & naturales, & de legitimo matrimonio procreatos & procreandos, quos omnes dicto Aymaro hæredi suo, ordine successivo, & suis usque in infinitum substituit. Et per consequens cum Dominus N. non sit filius masculus Aymari, nec ab illo descendat, non potest prætendere, se vocatum ad dictam substitutionem, aut in ea com-
1 prehensum. † Unde jure illi opponi potest vulgatum illud axioma, *Tu non es vocatus: substitutio de te non loquitur*: Peregr. *de fideicom. art.11. num.37.* Surd. *cons.96.num.2.* Roland. *cons.56.num.4. vol.3.*
2 † Et fideicommissum restrictum ad certas personas; ultra illas operari non debet: Jas. *in l.non res, num.21. ff.de leg.1.* Dec. *consil.211. num.5.* Menoch. *consil. 220. num. 128.* Peregrin. *de fideicomm. art.1. num.27.* Rot. *decis.24. num.10. parte 4. tomo 1. recent. & 195. num.6. & 7. p.5.* Menoch. *consil. 232. num.2. & 233. num.6. & 11.* Cyriac. *controvers.142. num.8. & 174. num.12.* ubi dicit hoc esse irrefragabile argumentum: *Ista persona non est vocata, nec comprehensa in verbis substitutionis: ergo ad illam non debet admitti.*

Secundò, quia licèt post substitutionem in dicto testamento ad liberos & suos dicti Aymari hæredes restrictam, adjecta fuerint verba prohibitionis alienationis, quæ videntur ampliora substitutione principali, & tanquam respicientia totam familiam de Pictavia, de qua Dominus Actor se existere asserebat, eaque ratione petebat fideicommissum ad sui favorem apertum declarari: Tamen illa prohibitio non debet extendi ultra substitutionem principalem, cùm in ea testator se restrinxerit ad suos dicti hæredis masculos, legitimos & naturales, & de legitimo matrimonio procreatos, seu procreandos; quos omnes ordine successivo dicto suo hæredi, & suis in infinitum substituit. Et ideò si linea transversalis vigore dictæ prohibitionis alienationis ad fideicommissum admitteretur, sequeretur dictum testatorem in eadem dispositione se in continenti correxisse, & ultra descendentes hæredis in infinitum vocatos, voluisse collaterales admitti.
3 Quod cùm de jure minimè præsumatur, † sequitur prohibitionem alienationis etiam amplioribus verbis conceptam, restringendam esse ad personas, & casus in principali substitutionis clausula comprehensos; & sic non excedere liberos, & suos dicti hæredis, ex legitimo matrimonio procreatos, nec ad transversales extendi, ad evitandam ejusdem testatoris in eadem dispositione contrarietatem & correctionem: ita arguunt Alex. *cons. 59. num.13. vol.3.* Dec. *cons.636. num.12.* Rimin. jun. *cons.80. num.30. & 32.* Menoch. *cons.376. num.53.* Ofasch. *decis.50. num.12. & 13.* quos citat & sequitur Cyriac. *controvers. 143. num. 27.* qui omnes loquuntur in terminis substitutionis limitatæ ad certum personarum genus, cui adjecta fuit prohibitio alienationis verbis amplioribus facta. † Extincto igi- 4
tur fideicommisso propter defectum lineæ masculinæ dicti Aymari hæredis, extinctus est omnis effectus prohibitionis alienationis, ut per Decium & Alex. *in locis mox citatis*, Surd. *consil.448. sub n.19. & 20.* & alios quos citat & sequitur Cyriac. *d.controvers.143. num.21.*

Tertiò, & hoc multò magis dicendum est, quia prohibitio alienationis non fuit facta principaliter & separatim, sed dependenter ab illa substitutione suorum masculorum dicti Aymari, nempe per viam declarationis, non autem per viam novæ dispositionis, ut patet ex illis verbis testamenti tenoris sequentis: *Et quia quæ apertius dicuntur & declarantur, melius & facilius intelliguntur, &c.* † Hæc autem declarationis est natura, ut nihil de 5
novo faciat, sed tantùm id, quod jam factum & dispositum est, declaret & aperiat: *l.adeò, §.cùm quis, ff.de acq. posses.* cum aliis de quibus Gratian. *discept.forens. cap.698. num.12. & 753. num.27.* Addit. ad Burat. *decis.10. num. 31.* cum pluribus *ibi* citatis. Cum igitur substitutio sit restricta ad liberos Aymari hæredis, sequitur prohibitionem alienationis nihil posse operari in favorem transversalium, nullo modo in substitutione vocatorum: Rot. apud Peregrin. *decis.134. num.9. in fine*, ubi quod prohibitio potest quidem declarare præcedentem substitutionem, sed non extendere: & *decis.300. num.20. versic. unde cum dicta ratio: p.1. recent.*

Quartò, quia agitur de prohibitione alienatio- 6
nis facta in oratione continuata, cùm incontinenti & absque ullius alterius dispositionis interjectione Testator, declarando substitutionem, procedat ad prohibitionem alienationis; quo casu talis prohibitio censetur facta retentis semper terminis præcedentis substitutionis, quæ cùm evanuerit per mortem dicti Guillelmi sine liberis masculis, & sic deficiente linea masculina, expiravit prohibitio alienationis in ejusdem orationis serie continuata, per illa verba; *Et quia quæ apertius dicuntur, &c.* Probatur per text. *in l.fin. ff.de reb.dub.* & *ibi* notant Bartol. & alii: Peregrin. *cons.57. num.5.6. & 11.* ubi bene explicat, & multos allegat: Fusar. *de substitut. quæst.351. num. 10.* idem Peregrin. *decis. 134. num.7.*

Quintò, quia hæc est magis communiter recepta sententia, quod prohibitio alienationis subsequens, regulari & restringi debet ad personas & casus fideicommissi præcedentis, quando maximè fuit apposita incontinenti & continuativè post fideicommissum; & per consequens quod talis prohibitio non faciat alios admitti, aut vocatos censeri, quàm liberos Aymari in substitutione principali comprehensos; quam sequuntur Ruin. *consil. 153. num. 11. versic. unde illa clausula, lib.2.* cum aliis pluribus allegatis per Fusar. *de substitut. quæst. 351. num. 21.* & ut à multitudine allegationum abstineamus, infinitos pro hac sententia ad longum citat idem Fusar. *consil.17. num.141.* ubi tandem concludit hanc esse magis communem sententiam, & in praxi approbatam, & à Rota Romana receptam, quando prohibitio stat continuativè vel relativè ad præcedentem substitutionem, prout

in

in caſu noſtro : Peregr. *conſil.57. per tot.lib.5.& deciſ.134.num.1. & ſequentib.* & *ibidem* Rota *num.* 28.
7 *& num.33. & 21.* † Ubi ampliat etiamſi diſpoſitio eſſet in rem concepta : & copiosè Odd. *de fideicom. ex prohibit. alien. ref. quæſt.* 14. *num.* 143. ubi dicit hanc eſſe magis communem ſententiam, etiamſi teſtator prohibuerit bona alienari in infinitum, vel in perpetuum : Fuſar. *conſ.*169.*n.*65.

8 Sextò, quia etiam poſito, citra præjudicium veritatis, quod omnes prædictæ rationes ceſſarent, manifeſta nihilominùs remaneret excluſio dicti Domini N. à fideicommiſſo, de quo agitur. Quod ut evidentiùs appareat, ſupponendum eſt, *Domus & Familiæ* appellationem varias habere ſignificationes : nam aliquando intelligitur de Domo & Familia contentivè, hoc eſt, vt ſignificentur omnes qui continentur in familia, etiam collaterales: aliquando verò ſumitur pro Domo & Familia effectiua, videlicet quorum progenitor & cauſa efficiens eſt teſtator ipſe, vel ejus filius, aut nepos hæres inſtitutus : quam diſtinctionem afferunt DD. omnes, & inter cæteros Ruin. *d.conſ.*153. *num.*10. *vol.*2. Menoch. *conſ.*233. *num.*5. *& ſequent.* Peregr. *d. conſ.*57. *num.*8. *& 9. vol.*5. Rota *deciſ.*15. *num.*6. *p.*7. *recentior.*

9 Quæ diſtinctio non ſolùm admittenda eſt in filiis & deſcendentibus hæredibus inſtitutis, ſed etiam in fratre, aut nepotibus ex eo, quorum Familiam teſtator duplici modo reſpicere poteſt ; nempe vel contentiuè, vt ſcilicet vocentur omnes ex illa Domo vel Familia, in qua frater, aut nepos, vel hæres continetur ; aut illa quæ ab ipſo fratre, aut nepote inſtituto deriuatur, deſcendit, & efficitur ; prout ſic conſideratur illa duplex Familia in nepote ex fratre, apud Peregrin. *d.conſ.*57. *num.*10. *in fine, & num.*12. Fuſar. *conſil.*18. *num.*20. *verſ. ſi igitur* : & in fine *illius conſilii, verſic. & ne videamur* : & paſſim *in toto illo conſilio* : & *de ſubſtitut. quæſt.*351. *n.*14. *in fine*, Rota *deciſ.*15. *num.*7. *p.*7. *recent.* idem Fuſar. *d. q.*351. *n.*11. *&* 14.

10 In dubio autem teſtator cenſetur dumtaxat loquutus fuiſſe de familia effectiua, potiùs quàm de contentiua, & per conſequens ad excluſionem domini actoris, qui non eſt de familia effectiua: Ruin. *d. conſ.*153. *num.*11. Peregrin. *locis ſuprà citatis*, Fuſar. *conſ.*169. *num.* 57. vbi dicit hoc carere omni difficultate quando teſtator loquutus eſt de Familia & domo ſua, quia tunc intelligi debet de domo effectiua : Seraph. *deciſ.*482. *num.*6. neque fieri debet differentia, ſiue teſtator loquutus fuerit de ſua Familia, ſiue de Familia ſui hæredis, aut alicuius tertii, quia ſemper intelligitur de familia effectiua, & propterea excluduntur illi qui ſunt de familia contentiua hæredis, vel alterius tertii : Rota *d.deciſ.*15. *num.*22. *parte* 7. *recent.* Fuſar. *d. q.* 351. *num.*11.

11 Hìc autem teſtator variis modis diſpoſitionem ſuam limitauit, & reſtrinxit ad familiam effectiuam ſui hæredis, non ſolùm in ipſa principali ſubſtitutione, in qua ſolùm habuit reſpectum ad deſcendentes ſui hæredis : ſed etiam in ipſa alienationis prohibitione, in qua non ita conſiderauit deficientiam lineæ deſcendentium, vt poſt eam voluerit vocari tranſuerſales, & deſiderauerit ad horum vtilitatem bona ſua conſeruari : ideò prohibitio perpetua non debet intelligi niſi ad favorem illorum, in quos ferebatur animus & intentio teſtatoris, nempe ad lineam effectiuam Aymari : vt arguit Rota *d.deciſ.*300. *num. vlt.* & apud Peregr. *d. deciſ.* 134. *num.*24.

Prætereà ex verbis dictæ prohibitionis apparet euidentiſſimè, quod teſtator ſolùm habuit reſpectum ad familiam effectiuam, & nullo modo ad contentiuam, dum dixit ſe velle, vt bona Scripta cum ſuis dependentiis perpetuò remaneant penes illos de Domo, & cognatione ſua de Pictauia. Inde verò ſemper facta relatione *ad prædictum num*, cum clauſulis repetitiuis *dicta* Domus, *prædictæ*, & ſimilibus, ſubjicit verba ſequentia : *Ordinauit quod dicta bona deueniant ad primum hæredem dicti ſui hæredis, & ſic deinceps de vno ad alium, &c.* Quæ verba cùm non poſſint referri niſi ad familiam effectiuam eiuſdem Aymari hæredis, ſequitur Dominum actorem qui dicitur eſſe de familia contentiua, nullo modo in ſubſtitutione comprehendi : Ruin. *d.conſil.*153. *num.*10. *lib.*2. Peregrin. *d. conſ.*5. *num.*9. *lib.*5. Menoch. *d.conſ.*233. *num.*11. Fuſar. *de ſubſtit.d.q.*351. *n.*11.

Neque obſtat quod prohibitio facta fuerit pro conſervatione Domus de Pictauia, quo caſu vocatam cenſeri familiam contentiuam, oſtendit Peregrin. *conſ.* 149. *num.*21. *lib.*5. Fuſar. *dict. quæſt.*351. *num.*37.

Quia ſi prohibitio non eſſet acceſſoria ad ſubſtitutionem (prout in caſu de quo agitur, in qua facta fuit dumtaxat ad declarationem diſpoſitionis principalis) procederet obiectum : Sed tota vocatione conſequutiua Domus de Pictauia, non poteſt expreſſio nominis proprii operari vocationem familiæ contentiuæ, ſed potiùs *prohibitio* ſolùm reſpicit effectiuam in principali *diſpoſitione* conſideratam : Menoch. *d.conſil.*233. *num.*15. *& 17. & conſil.* 732. *num.* 41. cum aliis quos citat & ſequitur Rota *dicta deciſ.* 15. *num.*23. *& 26. part.* 7. *recent.*

Præſertim quia in caſu propoſito, teſtator expreſſam fecit mentionem ſucceſſorum dicti ſui hæredis, itavt negari non poſſit quin habitus fuerit reſpectus ad illius lineam effectiuam, vt ſupra oſtenſum fuit : Fuſar. *de ſubſtitut. dict. quæſt.*351. *num.*11.

Septimò, quia licet diceremus vocatos eſſe tranſuerſales dicti Aymari hæredis, hoc tamen intelligendum eſſet de illis qui deſcenderent ab eodem Capite, ſeu vt dicunt Doctores, ab eodem Collo ; qualis non eſt Dominus N. cùm ſi & quatenus ſit de eadem familia, eſt tamen de alio Collo, cùm ex Joanne teſtatore, aut Aymaro hærede non deſcendat ; & per conſequens de eo nec ſubſtitutio nec alienationis prohibitio intelligi poteſt : ita explicat Pariſius *conſil.*51. *num.*5. *& multis ſequentibus, lib.*2. ſolet enim eadem Familia habere plures deriuationes, & deſcendentias, vt idem *num.*10. *& ſequentib.* Menoch. *d.conſil.*233. *num.* Fuſar. plures allegans *de ſubſtitut. quæſt.*348. *num.* & *conſil.*107. *num.*6. *verſic. ergo pari ratione*, videcit quod ſicut quando teſtator habet deſcendentes cenſetur illos dumtaxat vocare, ita quando habet deſcendentibus, cenſetur eos ſolùm vocare qui ſunt de ſuo Colonello.

Et hoc potiſſimùm locum habet, quia in familia de Pictauia ſoli deſcendentes ab Aymaro habebant titulum *de Sainct Valier*, qui nunquam pervenit familiæ Domini Actoris, cui alii titulo denominationes datæ fuerunt, cùm itaque teſtator non ſolùm vocauerit denominatos ſub titulo Valerii titulo, ſed etiam expreſsè vocauerit illos dumtaxat qui erunt Caput familiæ, & ſtirpes Domini Sancti Valerii, faciendo prohibitionem alienationis in fauorem illius, in quo duplex

curret qualitas, nempe Domini *de Sainct Valier*, & Capitis familiæ *de Pictavia*; quod pluries repetit in eadem prohibitionis parte. † Quando autem plures sunt de eadem familia, inter quos adest difficultas denominationis, testator semper censetur intellexisse de illis, qui sunt de illa familia, à qua testator, vel hæres denominationem capit: vt in simili tradit Curt. senior *consil.* 40. *numero* 15. vbi quia vocata erat familia de Fontana, in qua diuersæ erant denominationes, concludit illos solùm vocari qui sortiuntur eandem denominationem cum testatore: Atque ita in casu nostro vocata erit tantùm familia de Pictauia *de Sainct Valier*, non autem familia de Pictauia *de N.* Menoch. *dict. consil.* 233. *num.* 17. & bene Alexand. *consil.* 213. *numero* 2. *volumin.* 6. his verbis: *Si ergo dictus Aluisius est de diuersa agnatione, & sic non est de la Turre, scilicet de qua erat testator, sequitur quod non est de illis de quibus testator dicitur voluisse, quamuis ipse esset de alia domo de la Turre, de qua non sensit testator: Et non sufficit etiamsi sit de la Turre prædicta, quia testator copulatiuè prædicta omnia requirit, vnde si vnum deficiat, non potest sortiri effectum dispositio testatoris: leg. si hæredi plures, ff. de condit. & demonstration.*

18 Rursus dictio, *qui*, juncta verbo futuri temporis, *erit*, dum testator loquitur de eo, qui erit Caput Domus, & dominium Sancti Valerii obtinebit, importat conditionem: Tusch. *in verbo, conditio, concl.* 583. *n.* 30. 31. & 46.

Ergo deficiente conditione, deficit etiam vocatio domini Actoris, qui nunquam fuit, nec est Dominus Sancti Valerii.

Neque nocere potest generalis mentio Domus de Pictauia, quia si bene aduertatur, testator semper verbis restrictivis & relatiuis vsus est, quando de ea loquutus fuit. *Primò* dum loquutus est de domo & cognatione sua de Pictauia. *Secundò* dum dixit de eo qui erit Caput Domus *prædictæ* de Pictauia, & dominium Sancti Valerii obtinebit. *Tertiò*, dum pronidet honori *prædictæ* Familiæ. *Quartò*, semper vtitur his verbis, *Domus ipsa*, *Domus prædicta*, *Domus ipsius testatoris*, & similibus restrictiuis, quæ non possunt conuenire alteri, quàm illi qui ex eadem Sancti Valerii de Pictauia familia effectiua dicti Aymari hæredis instituti procedit: & sic generalitas illa restringi, explicari, & declarari debet secundùm verba dictæ institutionis, & substitutionis universalis factæ in favorem descendentium ab Aymaro.

19 Octauò, prædicta corroborantur ex longissimi temporis centum & ampliùs annorum obseruantia, cùm de anno 1548. quo Guillelmus vltimus familiæ masculinæ Aymari decessit, primò Domina Diana de Pictauia, & post eam ipsius descendentes dictam Baroniam cum suis dependentiis pacificè possederint, finitâ videlicet dictâ lineâ masculinâ ad substitutionem vocatâ, absque eo quod vllus de familia domini Actoris egerit ad aperturam prætensi fideicommissi, aut de ea loquutus fuerit. Quæ quidem diuturni temporis obseruantia, quatenus aliquod restaret dubium, sufficiens est ad excludendos Actores, & declarandam alioqui dubiam Testatoris mentem, pro exclusione vocationis: Gratet *consil.* 101. *n.* 3. Menoch. *consil.* 349. *n.* 15. Fusar. *consil.* 114. *n.* 40. & *de substitut. quæst.* 500. *n.* 4. Rota *decis.* 169. *n.* 1. *part.* 1. *recent.*

20 Vltimò aduertendum est, quod si prædictæ rationes cessarent, & prohibitio alienationis ampliare posset, & extendere fideicommissum ad alias personas quàm expressas (quod tamen non sic esse superiùs copiosè demonstrauimus) tunc ex alio capite excludendus esset D. Actor; nempe quia in primis euacuanda esset illa quæstio, vtrùm descendentes ex fœminis ab Aymaro hærede, haberent jus excludendi dominum Actorem, cùm testator videatur etiam ad illos habuisse respectum. † Primò 21
dum mentionem fecit de *Cognatione sua*, quæ continet etiam descendentes ex fœminis: Peregrin. *de fideicomm. art.* 22. *n.* 39. sicut nomen *Familiæ*, aptum est continere fœminas, & earum descendentes: Tiraquell. *de retract. consang.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 237. & *sequentib.* Rota *decis.* 101. *num.* 13. *parte* 6. *recentior.* Et dum vocauit eum qui erit Caput Domus, non videtur fœminas, aut ab eis descendentes excluisse, cùm postea in fine clausulæ prohibitionis addat, *Quod illi de Pictauia qui pro tempore erunt, aut alii parentes, vel affines, ad quos fortè successio pertinere, vel deuenire posset in futurum, non possint aut valeant præsentem dispositionem infringere, &c.* quæ satis clarè ostendunt ipsum noluisse excludere fœminas, aut ab eis descendentes: † cùm nomen 22
parentelæ tam ad masculos quàm ad fœminas referatur: Burat. *decis.* 755. *n.* 10. Duran. *decis.* 115. *n.* 3. & ad descendentes à fœminis: Tiraq. *de retr. consang.* §. 1. *gloss.* 8. *n.* 1. juncta *dicta glossa* 9. *n.* 244. & 237. Rota *decis.* 194. *n.* 21. & *seqq. part.* 7. *recent.*

De nomine verò *Affinium*, multò minùs dubitari potest quin ad fœminas, illarúmque descendentes referatur: Barbos. *de appellat. verb. cap.* 12. *num.* 2.

Verùm quia hæc disputatio est superflua, & altiorem requirit indaginem, nihil quoad hoc caput concludimus, cùm rationes aliæ superiùs copiosè deductæ, satis superque sufficiant ad exclusionem dicti domini Actoris. Sed tamen Dominus Marchio de la Baulaye hodie dictam Baroniam possidet in vim alterius testamenti, non autem ex superiùs designato.

CAPUT CXXXIX.

De validitate alienationis bonorum fideicommisso suppositorum factæ per hæredem grauatum, tam pro suis creditis, quàm pro solutione æris alieni. Et quod tertius possessor qui grauatus vendidit, possit se juuare exceptione detractionum ex persona hæredis grauati. De restitutione fideicommissi facta ante tempus, quod sit mera donatio, & indigeat insinuatione, nec sit valida quoad præjudicium tertii. Quando locus sit remedio *leg. Imperator, ff. ad Trebellian.* Et quod recipiens partem pretii, tacitè censeatur approbasse venditionem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus imputat alienata in suas detractiones.*
2 *Ampliatur, vt procedat etiamsi grauatus non confecerit inuentarium.*
3 *Tertius possessor qui acquisiuit à grauato, potest ex illius persona opponere exceptionem detractionum aduersus fideicommissarium agentem.*

4 *Licitum eſt hæredi grauato bona ſumptuoſa minoris redditus, & ferè ſterilia, vetentis vtilioribus, alienare.*

5 *Ampliatur, vt procedat etiamſi conſiderari poſſit in bonis alienatis intereſſe affectionis.*

6 *Hæres grauatus alienare poteſt bona fideicommiſſi, etiam pro ſuis creditis.*

7 *Quod procedit etiamſi teſtator prohibuiſſet alienationem, etiam ex cauſa æris alieni.*

8 *Etiamſi valor alienatorum excedat valorem debitorum, dummodò reſiduum pretii conuertatur ad vtilitatem fideicommiſſariorum.*

9 *Ex quibus conjecturis probetur alienationem bonorum fideicommiſſi eſſe exemptam ab omni fraude.*

10 *Hæres grauatus alienans bona fideicommiſſi ex juſta cauſa, non tenetur adhibere ſolemnitatem ſubhaſtationum.*

11 *In alienationibus bonorum Minorum ex juſta cauſa factis, ſi palam & publicè fiant, non eſt de neceſſitate adhibenda ſubhaſtatio.*

12 *Affixio ſcedularum in locis publicis æquiualet ſubhaſtationibus.*

13 *Subſtitutus agere non poteſt antequam fideicommiſſi caſus aduenerit; alioqui falſa eſſet regula, qua vult illi nullam ante caſum fideicommiſſi currere præſcriptionem.*

14 *Ius fideicommiſſi conditionalis nec ceſſibile eſt, nec tranſmiſſibile.*

15 *Quod non eſt ceſſibile, non eſt tranſmiſſibile.*

16 *Præmatura fideicommiſſi reſtitutio non dicitur facta ex S.C. Trebelliano.*

17 *Reſtitutio fideicommiſſi anticipata, eſt vera donatio, & indiget inſinuatione.*

18 *Quælibet alienatio bonorum fideicommiſſi eſt valida, quandiu conditio eſt in ſuſpenſo, & ſi fideicommiſſarius præmoriatur, ex eo confirmatur.*

19 *Anticipata reſtitutio fideicommiſſi non præiudicat creditoribus hæredis grauati.*

20 *Textus in* l. Imperator, ff. ad S.C. Trebell. *ex mente Peregrini reſtringendus eſt ad ſuum caſum ſpecialem.*

21 *Illius legis diſpoſitio non habet locum quoad bona immobilia, juxta ſententiam eiuſdem Peregrini.*

22 *Remedium illius* l. Imperator, *vt locum habeat, requirit fraudem: ſed vide* num. ſequenti, in fine.

13 *Ex decreto Senatus tollitur omnis ſuſpicio.*

24 *Pretii partem recipiens approbat venditionem.*

SVpponitur in facto, Nobilem Dauidem Fleurence de Riquebourg Trigaut, Dominum de Violez, in ſuo vltimo teſtamento condito *die* 7. *Octobris* 1622. legaſſe quingenta ſcuta cuilibet ex ſuis ſex liberis tempore majoritatis ſoluenda, cum onere illos eleuandi, & inſtruendi vſque ad concurrentiam fructuum bonorum ſuorum, illos inuicem ſubſtituendo ſine detractione quoad capitale; permittendo ſuæ hæredi vt poſſit talem ex ſuis liberis, qui ſibi benè videbitur, in redditibus, pecuniis, & iocalibus præferre aliis liberis.

Hæredem autem vniuerſalem inſtituit Dominam Ioannam Fleurence de Riquebourg Trigaut vxorem ſuam, cum onere reſtituendi bona & hæreditatem ſuam tempore ſui obitus, vel ſecundarum nuptiarum, Antonio primogenito; aut ſi tunc non viueret, poſthumo maſculo, vel in defectum maſculorum filiabus æquis portionibus; & in defectum liberorum, voluit quod ipſa poſſit diſponere in fauorem eorum pro quibus ipſa diſponere volet, cum onere tamen portandi nomen de Trigaut.

Prohibendo quoad dictas ſubſtitutiones, quinquagenem detractionem quartæ Trebellianicæ, Falcidiæ, aut aliam. Et voluit quod omnia bona reſtituenda liberis ſine aliqua diminutione, exceptis fructibus mobilibus, iocalibus, & redditibus non conſiſtentibus, de quibus poterit diſponere & vendere quod ſibi videbitur, vt collocet pretium ad honeſtum liberorum, remanente ſemper onere eleuandi liberos iuxta formam ſupra præſcriptam, nominando illam in Tutricem & Curatricem liberorum ſuorum.

Cùm autem poſt mariti mortem dicta Domina Joanna tunc vidua hæreditatem mariti debitis grauatam videret, dictam juriſdictionem de Violez prorsùs infructuoſam, vtpotè quæ ſolum reddebat aut nouem libras ſingulis annis habebat in redditibus, vendidit Nobili Hectori de Langes, Domino de Montmiral, pretio vndecim millium librarum, & de euictione promiſit in forma, tam proprio quam hæreditario nomine. De cuius venditionis validitate nunc agitur; cùm Domina Bona, dictæ venditricis filia, quæ ſola ſupereſt ſucceſſionis caput, agat ad illius nullitatem, impetratis in Cancellaria Sereniſſimi Principis Auraicenſis literis tendentibus ad aperturam fideicommiſſi appoſiti in dicto teſtamento paterno; ſupponens dictam venditionem nulliter factam fuiſſe, & in fraudem fideicommiſſi, nullis præcedentibus ſubhaſtationibus, & de bonis pretioſioribus, nullaque vrgente venditionis neceſſitate.

Super qua facti ſpecie conſultus, remotè perpenſo negotio ſecundùm ea quæ infrà proponuntur, Exiſtimaui alienationem præfatam validam eſſe, ipſamque dictam Bonam non habere cauſam bonam, ſed à judicii limine repellendam. Ratio eſt, quia Dña Joanna hæres grauata, quando contrahit caſus fideicommiſſi, aut aliàs illud reſtituendo poteſt excipere de detractionibus ſibi competentibus ſuper bonis fideicommiſſi, & in dictas detractiones imputare bona alienata, adeò vt omnes alienationes per eam factæ ſint validæ vſque ad concurrentiam detractionum, *l. Marcellus*, §. vers. cum *ibi* notatis, *ff. ad Trebell.* alienans enim vtendo bona alienata pro ſuis detractionibus eligit. Arerin. *conſ.* 18. *n.* 5. Ludouiſ. *deciſ.* 580. *n.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 39. *n.* 4. vbi dicit ſic in judicio praxi obſeruari: Surd. *dec.* 170. *n.* 10. idem Peregr. *conſ.* 38. *num.* 9. *vol.* 4. Rot. *deciſ.* 127. *num.* 10. *par. recent.* Fuſar. *q.* 543. *n.* 19. *& ſeqq. & n.* 21.

Quod procedit etiamſi hæres grauatus alienarium non confecerit, cùm non tractetur de iure eſſe creditorum, ſed ſolius ſubſtituti, vt bene probat Hodiern. ad Surd. *dicta dec.* 170. *n.* 10. *&* 11.

Quæ exceptio detractionum tranſit ad Dominum de Montmiral tertium poſſeſſorem, quam opponere poteſt ex perſona venditricis: per text. *in l. dolia*, §. 1. *ff. de contrahend. empt. l. emptor. C. de euiction.* Oldrad. *conſ.* 107. *num.* 8. *verſic. ad quartum.* Gionagnon. *conſ.* 20. *n.* 30. *vol.* 2.

Quod potiſſimùm locum habet ex eo, quod ponitur in hæreditate dicti Teſtatoris, non ſolum reperta mobilia, & fructus ſufficientes pro ſolutione æris alieni, quo ejus hæreditas multùm grauata reperiebatur: Ex qua ſuppoſitione duæ reſultant concluſiones infallibiles.

Prima, quod alienatio non poteſt dici facta in fraudem fideicommiſſi, tùm quia creditores præcedebant, nec aderant alia bona ex quibus poſſent

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

commodè satisfieri posset, non solùm mobilia, vt dictum est, sed nec immobilia : supererant enim solùm quædam prædia rustica, ex quibus vix percipiebantur octodecim salmatæ tritici, & sic non poterant sine magno incommodo elici alimenta sex liberorum; quæ si fuissent vendita, redacti fuissent liberi ad extremam famis necessitatem, cùm ex illa jurisdictione singulis annis octo vel nouem libræ dumtaxat perciperentur, vt jam dictum est.

4 Secunda conclusio, quæ ex prædictis resultat, est, quod alienatio prædicta non potest dici facta in fraudem fideicommissi, cùm hæredi grauato licitum sit bona sumptuosa, quæ tamen sterilia sunt, aliis vtilioribus retentis, alienare pro solutione æris alieni, quo hæreditas grauata reperitur : Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *num.* 37. Pinell. *in l.* 1. *parte* 3. *num.* 36. *C. de bonis matern.* Fusar. *de substitut. quæst.*

5 544. *num.* 1. *&* 3. † Et quod etiam res, ad quas hæres affectionem habebat, veluti domus in qua pater defecit, & filius creuit, quam lex prohibet alienari, juxta *l. quæ tutores, C. de administrat. tutor.* possint alienari quando vrget necessitas, & aliter consuli non potest indemnitati pupillorum, docet Gutier. *de tutel. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 84.

6 Et non solùm talis alienatio fieri potest per hæredem grauatum, pro summis quas hæreditas debet aliis creditoribus; verùm etiam pro illis quæ ipsi hæredi grauato debebantur, veluti pro dote ipsius, pro legatis per ipsam solutis, pro expensa funeris, & aliis similibus, provt ita determinat Fusar. *de substitut. quæst.* 665. *num.* 1. 2. *& seqq. &* 7 *num.* 2. vbi dicit hoc habere locum etiam non confecto inuentario. † Quod procedit etiamsi testator prohibuisset alienationem bonorum, etiam ex causa æris alieni : idem Fusar. *quæst.* 541. *n.* 5. *&* 9. quia Testator non potest illud prohibere, Menoch. *cons.* 245. *n.* 22. Natt. *consil.* 145. *n.* 22.

8 Procedit etiam quamuis pretium bonorum venditorum excederet valorem detractionum, dummodò pretium residuum fuerit conuersum in vtilitatem substitutorum, Addit. ad Ludouis. *d. decis.* 580. *num.* 8. *versic. & alienatio*, & benè per Rot. *decis.* 506. *n.* 4. *p.* 4. *recent.*

9 Et omnis conjectura fraudis excluditur ex circumstantiis in facto deductis, nempe ex requisitione & consensu affinium & consanguineorum dictorum liberorum ex decreto Magistratus, seu Senatus, cum causæ cognitione facto : Ex vtilitate quæ ex tali alienatione resultat in fauorem substitutorum : Ex actibus palam & publicè gestis; & ex aliis plurimis in facto deductis, quæ hic recensere superfluum esset : de quibus copiosè Mascard. *de probat. conclus.* 531. *num.* 6. *&* 7. vbi probat dolum & fraudem excludi ex illis, & similibus conjecturis.

10 Neque obstat allegatus defectus subhastationum; tum quia illæ necessariæ non erant in hærede grauata vendente, quæ non erat in minori ætate constitura : Peregr. *de fideicom. art.* 40. *n.* 23. † Imò in alienationibus bonorum Minorum, non esse præcisè necessarias subhastationes testatur Gratian. *discept. forens. cap.* 479. *num.* 23. præcipuè quando venditio fit palàm, bona fide, & in casu licito, vt benè concludit Post. *in tract. de subhast. inspect.* 4. *num.* 19. 28. *& seqq.* & maximè *num.* 35. vbi testatur hanc esse consuetudinem generalem totius orbis, vt non adhibeantur subhastationes in alienationibus bonorum Minorum.

12 Et posito citra veri præiudicium, quod subhastationes fuissent necessariæ, sufficiebat affixio scedularum in locis publicis, quæ æquiualet voci præconis : Gratian. *discept. forens. d. cap.* 479. *n.* 4. Muñoz *de ratiociniis, c.* 16. *n.* 20. Mangil. *de subhast. quæst.* 25. *n.* 9.

Ex prædictis patet non esse recurrendum ad remedium euictionis contra venditricem, quæ pro illis sese obligauit nomine proprio; quia pro omnibus juribus dotalibus venditricis, & pro legatis per eam solutis, & pro omnibus juribus dictæ venditrici competentibus super bonis mariti, præfatus D. emptor potest vti iisdem juribus eidem venditrici competentibus per viam exceptionis, vt superiùs probatum fuit, ex *l. emptor, C. de euictionibus*, & aliis juribus *suprà* allegatis.

Sed quamuis rationes superiùs allegatæ non sub- 13
sisterent, dicta Domina Bona alio ex capite à judicii limine repellenda esset. Quia videlicet casus fideicommissi paterni nondum euenit, qui restrictus est ad tempus mortis, vel secundarum nuptiarum Dominæ Florentiæ, matris dictæ Actricis: & tamen ipsa nec mortua est, nec ad secunda vota conuolauit. Certum autem est, fideicommissarium ante tempus restitutionis fideicommissi agere non posse, ex communi Doctorum resolutione, qui dicunt ideò non currere præscriptionem in præiudicium fideicommissarii ante euenientem casum fideicommissi, quia ante illud tempus agere non potest : & est text. *in l. facta*, §. *si sub conditione, ff. ad Trebell. leg. non quemadmodum, ff. de judic.* & traditur per DD. *in authent. nisi triennale, C. de bonis matern.* Ratio est, quia alioquin sententia posset reddi inefficax, si contingeret substitutum præmori grauato, & per sententiam plus tribueretur substituto quàm testator voluerit. Item quia tractus futuri temporis non spectat ad Iudicem : Peregr. *de fideicomm. art.* 41. *num.* 4. Fusar. *de substitut. quæst.* 607. *n.* 2.

Neque tertio possessori nocere potest præma- 14
tura fideicommissi restitutio Dominæ Bonæ facta per matrem grauatam de restituendo tempore mortis, vel secundarum nuptiarum, quamuis neuter ex dictis casibus euenerit. Quia restitutio illa non valet; cùm jus fideicommissi conditionalis non sit transmissibile ante euentum conditionis : *l. vnica*, §. *sin autem sub conditione, C. de caducit. tollend.* Noal. *de transmiss. casu* 1. *n.* 132. † Quod autem non est 15
transmissibile, non est cessibile : *leg. non solum*, §. *si puellæ, ff. de ritu nuptiar.* Tiraquel. *de retract. conuanguin.* §. 26. *gloss.* 1. *n.* 47. Giouagnon. *cons.* 50. *n.* 22. *&* 51. *vol.* 1.

Neque præmatura illa fideicommissi restitutio 16
dicitur facta authoritate Senatusconsulti Trebelliani, vt dicit Cancer. *lib.* 3. *resolut. cap.* 15. *num.* 127. Peregr. *de fideicomm. art.* 2. *num.* 51. *&* *art.* 3. *n.* 127. Et rationem deducunt Doctores ex *l. post mortem, C. de fideicomm.* quia fieri posset, eum cui facta est cessio, non esse in humanis tempore euenientis conditionis : Hieron. de Leo *decis. Valent.* 100. *n.* 6. *&* 7. qui ad hoc allegat *leg. filiusfamilias* 174. §. *Diui* 11. *ff. de legat.* 1. ibi, *ante diem fideicommissi cedentem non posse restituere, ne quidem de voluntate eorum*, &c.

Et propterea bene Bartol. tradidit *in d. l. post mor-* 17
tem, *num.* 3. quem sequitur Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 33. similes anticipatas fideicommissi restitutiones, esse veras donationes, quas esse insinuandas tradit Fontanell. *decis.* 39. *num.* 20. ita vt etiam ex defectu insinuationis illa restitutio impugnari jure possit.

18 His ita ſuppoſitis, firma remanet, & ab omnibus approbata concluſio, alienationem factam ab hærede gravato pendente conditione ſubſiſtere, & præmoriente ſubſtituto confirmari: *l. finali*, §. *ſed quia*, & *ibi* Gloſſ. *C. comm. de leg.* Gloſſ. *in l. cum pater*, §. *libertis*, *ff. de legat. 2.* Caſtrenſ. & Jaſ. *in dicto* §. *ſed quia*, *num. 7.* Bartol. *in l. Marcellus*, §. *res quæ*, *Cod. ad S. Conſult. Trebell.* Peregrin. *de fideicomm. art. 40. num. 6. 8. & 21.* Surd. *conſil. 73. num. 74. & ſeqq.*

19 Neque obſtat text. *in l. Patrem 19. ff. quæ in fraudem credit.* quia gravatus reſtituens ante tempus non poteſt præjudicare creditoribus hæredis gravati: Bellon. jun. *conſil. 33. num. 19.* maximè, quia eveniente caſu prædeceſſus Dominæ Bonæ, jus eſſet quæſitum D. emptori, ſeu ejus hæredibus, deficiente videlicet dicto fideicommiſſo; & per conſequens anticipata reſtitutio illis obeſſe non poteſt: egregiè Fontanell. *deciſ. 39. per totam illam deciſion.* quem inſtar omnium allegaſſe ſufficiat.

20 Neque obſtat text. *in l. Imperator*, *ff. ad Trebell.* quia diſpoſitio illius legis reſtringenda eſt ad ſuum caſum ſpecialem, nempe quando agitur de fideicommiſſo, quod pater gravatur reſtituere filio cùm ſui juris effectus erit; hoc enim caſu, cùm dilatio reſtitutionis fideicommiſſi fuerit appoſita ſolo favore ſubſtituti, non eſt mirum ſi ante tempus agat, patre diſſipante; ſecùs eſt in extraneis, vel in ipſo patre gravato reſtituere poſt mortem: Peregr. *conſ. 52. num. 29. vol. 1. & de fideicomm. art. 40. ſub num. 16.* quamvis non ignorem alios huic intellectui contradicere.

21 Prætereà ille textus non habet locum quoad immobilia, pro quibus ſemper cautum eſt ſubſtitutis; cùm agere poſſint adversùs tertios poſſeſſores: Peregr. *d. conſ. 52. num. 28.*

22 Item diſpoſitio illius textus præſupponit fraudem in hærede alienante, ut patet ex illis verbis: *ac multa in fraudem fideicommiſſi facta probarentur.* Et poſteà; ideò *damnum conditionis propter fraudem inflixit.* Atque ita ex communi ſententia tradit Ber-

23 taz. *conſ. 387. num. 6.* † Hìc autem nulla fraus intervenire potuit, cùm alienatio facta fuerit pro diſſolvendo ære alieno defuncti cum decreto Senatus, & aſſiſtentia Commiſſarii deputati, præcedente relatione peritorum, conſenſu & deliberatione affinium, & aliis circumſtantiis omninò dolum & fraudem excludentibus, ut in propriis terminis *d. l. Imperator*, conſiderat Peregr. *d. conſil. 52. num. 31. vol. 1.* omninò videndus.

24 In hoc tamen ſubſiſtendum eſt, quia D. Argelus *in tract. de acquir. poſſeſſ.* poſt multos per eum citatos exiſtimat, locum eſſe diſpoſitioni *dictæ l. Imperator*, in ſimplici alienatione bonorum immobilium, ut per eum *in dicto tract. quæſt. 8. artic. 18. num. 28. novæ impreſſionis Lugdunenſis.* Et circa ea quæ de fraude dicta ſunt, idem Author adeundus eſt *dicta quæſt. 8. art. 21.* qui tamen ſatis ſe videtur involvere in illa diſtinctione fraudis ſimplicis, & reduplicativæ.

Supradicta confirmantur ex eo, quod dicta Domina Bona, ætate major, pretii dictæ venditionis partem recepit, exigendo ſortem annui redditus in locum bonorum alienatorum ſubrogati, & ſic per receptionem partis pretii contractum venditionis tacitè ratificavit, adeò ut illam modò impugnare non poſſit: Aretin. *conſil. 128. num. 6.* Menoch. *remed. 15. recuper. poſſeſſ. num. 119.* Surd. *conſil. 104. num. 7.* Grat. *diſcept. forenſ. cap. 302. num. 17.* Et ſecundùm hæc ſcripta judicatum fuit in ſupremo Senatu Auraicenſi, & declarata alienatio valida, anno 1656.

CAPUT CXL.

Utrum vicini poſſint petere cautionem damni infecti contra vicinum exercentem artem pulveris tormentarii, pelliparam, aut confectionis candelarum, aut aliam, quæ ſanitati, vel vitæ vicinorum præjudicium afferre poſſit. Et utrum vicini poſſint impedire ne juxta prædium ruſticum quis teneat copiam gallinarum, cuniculorum, columbarum, & ſimilium animalium.

SVMMARIVM.

1 *Cautio damni infecti poteſt peti à vicino qui exercet artem periculoſam, veluti conficiendo pulverem tormentarium.*

2 *Pro damno quod timetur propter ignem, cautio peti poteſt à vicino.*

3 *Vicini poſſunt expellere exercentes artes familias, veluti pelliparium, ſulphurarium, & confectionis candelarum.*

4 *Expelli poteſt, reclamantibus vicinis, exercens artem ſanitati, aut vitæ nocivam.*

5 *Nemo impeditur ædificare juxta prædium vicini, dimiſſo ſpatio duorum pedum.*

6 *Pes in jure quomodo menſurari debeat.*

7 *Iudex poteſt limitare exceſſivum numerum columbarum vicini, ſi magnum detrimentum prædiis proximis inferant.*

8 *Columbæ dicuntur animalia innoxia, & ideò non impediuntur, ſed tamen magnus illarum numerus coërcetur.*

9 *Gallinarum dominus tenetur reſarcire quodcumque damnum per eas datum.*

10 *Dominus cogi poteſt ad recludendum gallinas, & cuniculos, ſi nimium vicinis damnum inferant.*

11 *Ceſſante vicini jactura, quilibet poteſt in suis animalia in quacunque quantitate habere.*

IN controverſia duorum vicinorum partim ratione prædii urbani, partim ſuper prædio ruſtico: Quoad prædium urbanum exiſtimo, damni infecti cautionem à vicino jure peti poſſe, qui cum maximo proximarum ædium diſcrimine pulveris tormentarii, ſulphurarii, & ſalpetrarii bricam exercet. Cùm generale ſit, cautionem damni timetur vicinis ædibus, ſive in ruinoſo ſive in urbano prædio opus fiat; & ſive in publico, ſive in privato; idque tam ratione damni provenientis ex ædificio, quàm ex opere in eodem: textus eſt in *l. eorum 19. §. finali*, *ff. de damno infecto*: textus eſt in *l. cum 19. §. finali*, *ff. de damno infecto*, † Et magis in ſpecie de damno proveniente ex igne, quod nondum illatum fuit, ſed inferri timetur, quod locus ſit cautioni de damno infecto, textus eſt in *leg. ſi ſervus ſervum 27. §. ſi ſervum*, *verſic. ſi autem*, *Digeſt. ad leg. Aquil.* & ibi dit Cæpol. *in tractat. de ſervitut. urban. prædior. pite 44. de igne*, *num. 1. in verſicul. ſexta & ultima concluſio.*

3 Et ultra remedium dictæ cautionis censeo, quod vicini possunt expellere à vicinia talem artificem, aut ei inhibere ne talem artem exerceat, non solùm propter malum odorem, ut de pelliparis, & sulphurariis tradit Ripa *in tractat. de peste, in 1. part. 3. partis princip. num. 74. & num. 75.* ubi de conficientibus candelas, Cæpol. *de servit. rustic. prad. cap. 43. de aëre, num. 2.*

4 Sed & quoties ex arte, quam vicinus exercet, damnum saluti vicinorum imminet, talia exercens prohiberi potest, cùm in eo publica utilitas versetur, ut saluti & vitæ Civium consulatur; adeo ut si faber, aut malleator, vicini, etiam non Doctoris, nec scholaris, seu alterius non privilegiati sanitati noceat, utpote infirmitate laborantis, prohiberi possit artem exercere ob conservationem vitæ sui vicini: qua de re optimè agit Expilly *plaidoyé* 34. Quantò magis igitur in casu isto, in quo propter magnam pulveris tormentarii quantitatem, interveniente parva aliqua ignis scintilla, non solùm vicinæ domus maximo ruinæ periculo supponerentur, sed ipsa etiam vicinorum vita, & integrarum familiarum conservatio in continuo discrimine versarentur, talis professio & exercitium in loco illo prohiberi poterit? ex traditis per DD. *in leg. 1. ff. sol. matrim.* ubi Rip. *num. 19.* Interest enim Reipublicæ vitam & salutem hominum conservari; & idcò Communitas rectè huic instantiæ se jungere potest: juxta *l. cum ratio, §. 1. ff. de bonis damnat.* Cæpol. *dict. cap. 43. de servit. rustic. prad. num. 2. & 3.* Barbos. *in 7. parte l. 1. ff. sol. matrimon. num. 57. in fin. versic. amplia quintò*, ubi alios allegat.

Quod attinet ad prædium rusticum, dubitabatur utrum vicino subveniri posset adversùs eum, qui possidet prædium parvæ quantitatis, undequaque inclusum intra prædium alterius, qui ædificavit villam & columbarium, & gallinas detinet in villa, ex quibus quotidie damnum datur prædio vicino.

5 Existimo quoad ædificium vicinum, non posse peti illius destructionem, si factum fuerit dimisso legitimo spatio inter dictum ædificium, & prædium vicinum; quod quidem spatium est duorum pedum, juxta text. *in l. fin. ff. fin. regund.*

6 Pes autem ita mensurari debet, ut quilibet sit sexdecim digitorum: Gloss. *in cap. sicut antiquitus 6. 17. quæst. 4.* Bald. Alexand. & alii *in l. 1. ff. si quis caution.* itaut quinque pedes faciant passum: Jas. *in §. rursus, num. 67. Instit. de action.* Bertach. *in repert. in verbo Pes.*

7 Quod verò ad columbarium spectat, reclamantibus vicinis qui sata circum habent, si inde magnum illis damnum inferatur pro magno columbarum numero in columbario existentium, Judex vicinis providebit, & columbarium extrui non permittet: ut post Dominic. Sot. *lib. 4. de just. & jur. quæst. 6. art. 4.* tradit Georg. Mor. *in tract. de jure venandi, part. 1. cap. 3. n. 23.*

8 Verùm cessante circumstantia magni damni, vix poterit impediri usus columbarum, cùm columbæ numerentur inter animalia mansueta, & dominus non teneatur de damno à columbis dato, innocens quippe existimatur victus columbarum, nec rerum possessoribus officit, ut tradit Autumn. *in l. 4. ff. si quadrup. pauper. feciss dicatur*, & ita decisum testatur Papon. *lib. 14. tit. 1. arrest. 11. & lib. 18. tit. 9. arrest. 2.*

9 Denique quod attinet ad gallinas, certum est in primis, quod dictus vicinus qui de illis conqueritur, pro quocumque damno suis prædiis per vicini gallinas illato, potest intentare actionem de pauperie; quia licet titulus loquatur de quadrupede, tamen etiam pro damno illato per animal bipes datur actio utilis: *l. 4. ff. si quadrup. paup. feciss dicatur*, & *ibi* Gloss. *in formatione casus*, loquitur de damno illato per gallinas. Similiter de gallinis loquitur Speculat. *lib. 4. tit. de injur. §. sequitur, num. 18.*

An autem possit vicinus cogi officio Judicis 10
ad ita recludendas gallinas, ut ad prædium vicini accedere non possint, verius videtur cogi posse; sicut aliàs decisum fuit de cuniculis apud Papon. *lib. 18. tit. 9. arrest. 2. & lib. 13. tit. 2. arrest. 32.* † Et 11
generaliter quod non sit cuivis concessum in villa sua habere animalia quæ pascantur, nisi intra parietes villæ suæ concluſa sint, & eorum domini amplum habeant territorium, in quo alere ea possint citra vicini jacturam, tradit Ferrer. *in addit. ad Guid. Pap. decis. 218. versic. porrò quamvis*, & potest implorari officium Judicis, ex traditis per Speculat. *loco cit. num. 19.*

CAPUT CXLI.

Emancipatio licèt sub conditione fieri non possit, tamen fieri potest sub conditione quæ inest ex natura rei. Pater emancipans filium suum censetur illum emancipare contracta fiducia, id est, reservata patria potestate in liberos tunc natos, vel conceptos. Reservatio usufructus in favorem patris & filii, *& de chascun a'eux*, utrùm intelligatur facta conjunctim, vel separatim. Jus accrescendi utrùm habeat locum in usufructu etiam constituto in contractu.

SUMMARIUM.

1 *Emancipatio cùm sit actus legitimus, non potest fieri sub conditione.*

2 *Emancipatio aut alius actus, ex quibus dignoscatur utrùm sit modalis, vel conditionalis.*

3 *Verba illa* sub conditione, *sæpè important modum potiùs quàm conditionem.*

4 *Ampliatur, ut procedat etiamsi adjecta esset clausula*, Et non aliter.

5 *Sola conditio relata ad filium emancipandum, nullam reddit emancipationem.*

6 *Conditio quæ est de natura actus, non reddit invalidum actum legitimum.*

7 *Nepotes tempore emancipationis nati, vel concepti, remanent sub potestate avi emancipantis.*

8 *Emancipatio semper censetur facta contracta fiducia, ut nepotes tunc nati sint in potestate avi.*

9 *Avus per authorizationem donationis filii, sibi non præjudicat in usufructu legali; secus si filius non indigeat authorizatione.*

10 *Reservatio usufructus facta duobus cum clausula*, respectivè, *intelligitur facta tem in favorem unius, quam alterius singulariter, itaut uno moriente cesset quoad eius bona.*

11 *Reſervatio uſusfructus facta pluribus, an intelligatur facta collectivè, vel diſtributivè.*

12 *Dictio*, Chaſcun, *poteſt intelligi collectivè pro*, Omnes; *vel diſtributivè pro*, Quilibet.

13 *In uſufructu datur jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi.*

14 *Ius accreſcendi locum etiam habet in uſufructu conſtituto per contractum.*

15 *Verba illa*, poſt mortem, *reddunt actum conditionalem etiam in contractibus.*

16 *Dictio*, Quilibet, *adjecta conditioni, non verificatur in uno, ſed in omnibus.*

17 *Verius eſt dictionem*, Chaſcun, *æquivalere dictioni*, Quilibet.

18 *Dictio*, Quilibet, *refertur ad ſingulos ſeparatim.*

19 *De differentia inter dictionem*, Omnes; *& dictionem*, Quilibet: *Remiſſivè.*

PAter filium emancipavit ſub reſervatione & conditione, quod caſu quo filius patri præmoriatur, dicto caſu liberi ejuſdem filii ſint & remaneant ſub poteſtate avi. Ex quo duæ quæſtiones ſunt conſiderandæ: quarum *Prima* eſt, utrùm emancipatio filii ſit valida. *Secunda*, utrùm filio præmortuo, nepotes ante emancipationem nati, ſint in poteſtate avi; an verò ſui juris effecti.

1 Difficultas primi capitis conſiſtit in eo, quod emancipatio cùm ſit actus legitimus, non recipit diem, neque conditionem: *l. actus legitimi 78. ff. de reg. jur. & cap. actus 50. de reg. jur. in 6.* Ideò cùm illa emancipatio facta fuerit ſub conditione quod filio præmortuo nepotes erunt in poteſtate avi, videtur concludendum emancipationem eſſe nullam, & per conſequens filium teſtari non potuiſſe.

2 His non obſtantibus veriſſimum eſt, emancipationem, & omnia inde ſecuta, eſſe valida in caſu de quo agitur. *Primò*, quia dicta emancipatio non eſt conditionalis, ſed potiùs modalis: in hoc enim differunt conditio & modus, quod conditio impedit nativitatem vel originem actus; modus verò verificari debet poſt actum perfectum & conſummatum: Surd. *deciſ. 38. num. 6. & deciſ. 156. num. 6.* Joannes Andreas Georg. *allegat. 31. num. 14.* Seraphin. *deciſ. 724. num. 10.* atqui reditus nepotum in poteſtatem avitam, non poteſt conſiderari tempore emancipationis filii, ſed tantùm poſt mortem ipſius, & ſic poſt actum emancipationis perfectum & conſummatum. Ergo non poteſt infringi emancipatio, tanquam ſub conditione facta, & contra formam legis.

3 Neque obſtant verba illa, *ſub conditione.* Quia important ſæpiùs modum, & non conditionem; & nominatim quando actus in ſe perfectus eſt, illique adjicitur aliquid quod reſpicit tempus venturum poſt conſummationem actus: *leg. 1. Cod. de his quæ ſub modo*: Gloſſ. *in cap. verum, de conditionib. appoſitis, leg. ea conditione, Cod. de reſcindend. vendit. l. quoniam*, & *ibi* Bald. *Cod. de rerum permutat. l. cum vos, Cod. de donat. leg. Mævia, ff. de manumiſſis teſtamento*, & optimè explicat Joan. Andr. Georg.

4 *dict. allegat. 31. num. 12.* † qui hoc ampliat *num. 23.* ut locum habeat etiamſi clauſula, *& non aliter, nec alio modo*, fuiſſet adjecta: Tiraquell. *de retract. convent. §. 2. gloſſ. 1. num. 76.*

5 Secundò, quia ratio, propter quam emancipatio non recipit conditionem, ea eſt, quia patria poteſtas non debet remanere in ſuſpenſo, ſed ſtatim ſuum ſortiri effectum; & ideò conditio ſuſpendens adverſatur ſubſtantiæ illius: ut dicit Covar. *in 4. Decret. parte 2. cap. 3. in princip. num. 4.* Sanchez *de matrimon. lib. 5. diſputat. 1. num. 5.* In caſu autem propoſito, emancipatio quoad perſonam filii non eſt, & non conditionalis, cùm conditio ſolùm reſpiciat perſonam nepotum; ergo remanet emancipatio valida.

Tertiò, quia conditio, quæ eſt de natura actus, non vitiat actum legitimum: ut docent Cagnol. & Decius *in dict. l. actus*, Galganet. *de condit. & demonſtr. parte 2. cap. 1. quæſt. 102. num. 1. & 2.* Sic eſt, quod de natura emancipationis requiritur ſemper remanent in poteſtate avi, etiam poſt mortem eorum patris, niſi & ipſi quoque emancipati fuerint: *l. liberum 28. ff. de adopt. §. admonendi & §. illud autem, Inſtit. quibus mod. jus patriæ poteſtatis tollitur.* † Et emancipatio cenſetur ſemper facta cum tacta fiducia: *§. fin. Inſtitut. de legitim. agnat. ſucceſſione, & l. fin. C. de emancipat. lib.* Aretin. *in d. §. præterea, num. 9. verſic. non obſtat.* Ergo reſervatio patriæ poteſtatis facta per avum erga nepotes, non reddit emancipationem conditionalem, tanquam continens illud quod de jure ineſt emancipationi, quamvis expreſſum non fuiſſet.

Secundum caput nullam prorſus continet difficultatem; nam aut emancipatio patris eſt valida, & hoc caſu ex diſpoſitione juris nepotes antè avum remanent in poteſtate avi; aut emancipatio eſt nulla, & ſic certum eſt tales nepotes ex filio ſuo defuncti poteſtati avi, ſive vivente filio, *ſive illo* præmortuo, *dict. §. præterea, & §. fin. quib. mod. jus patriæ poteſt. ſolv.* ergo quomodocumque res ſe habeat, nepotes in caſu propoſito ſunt ſub poteſtate avi.

Alia dubitatio fuit propoſita, utrùm pater filium præjudicaverit in uſufructu, conſentiendo donationi, ſeu dotis conſtitutioni factæ per filium emancipatum filiæ ſuæ, ſeu nepti ipſius ex filio. Super qua dubitatione dixi, † quod ſi pater ſimpliciter conſenſiſſet donationi factæ per ejus filium ad authorizandum contractum, utpote quod filius non fuiſſet emancipatus, ipſe pater non ſibi præjudicaſſet quoad uſumfructum legalem; ſed cum agatur de filio emancipato, & per conſequens de bonis propriis per ipſum filiæ ſuæ conſtitutis, non per ſuum conſenſum ſibi præjudicaſſet in illo uſufructu: ex notatis per me *ſup. in quæſt. civilib. cap. num. 1. & 2. parte 1.*

Sed non agitur modò de ſimplici conſenſu, ſed de conſtitutione in dotem facta per patrem avum ſimul, nepti & filiæ reſpectivè, cum reſervatione uſusfructus durante eorum vita reſpectivè *leur vie reſpectivement durant*: quæ verba referuntur ſingulariter ad eorum perſonas, & connexionem cujuſque, ex notatis in Lexic. Jurid. *verbo, reſpectu*: & ſic mortuo filio ceſſat reſervatio uſusfructus quoad bona illius, quia repulſa ipſius facta fuit.

Diſputant quidam DD. utrùm facta donatione per plures cum reſervatione uſusfructus, talis reſervatio intelligatur collectivè, an diſtributivè, ut per Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. glo. num. 51.* Cancer. *lib. 1. tit. de donat. cap. 8. num. in 5. quæſt.*

Hic tamen non eſt caſus noſter, cùm donatio ita facta fuerit, ut uſusfructus conſolidetur cum proprietate, *après la mort d'un d'eux.*

Si dictio, *chaſcun*, capiatur pro dictione *chaſcun* debet intelligi de quolibet ſeparatim: Gloſſ.

cons.87.n.2. lib.1. maximè verò adiecta dictione *respectiuement*, de qua mox actum est. Si verò pro dictione, *quilibet*, videtur quod non firmatur vsusfructus, nisi post mortem omnium, † & locus sit juri accrescendi, seu potiùs non decrescendi: ex notatis Abbat. *consil.103. circa finem, versic. præterea, lib.2.* Gratian. *discept.for.272.n.29.* Bellon. *de jure accrescendi, cap.6.q.38. n.91.* Surd. *cons.548. n.5.* Cancer. *lib.3.cap.22. num.112. & 122.* Barbos. *dictione 320. & in verbo, quisquis.*

14 Quod jus locum habet etiam in vsufructu constituto per contractum: idem Bellon. *d.cap.6.q.43. num.1. & seqq.* dicens ab hac opinione non esse recedendum in judicando & consulendo, licèt in puncto juris aliud dicendum esset.

15 Præsertim quia verba illa, *après la mort de chascun d'eux*, referuntur ad tempus, certum quidem quod sit venturum, sed incertum quando veniet; qua de causa constituunt conditionem etiam in contractibus: Mantic. *de tacit.conuent.lib.14.tit.41. num.18.*

26 Dictio autem, *quilibet*, adjecta conditioni, non verificatur in vno, sed omnium requiritur concursus: Alex. *cons.173.n.2.& 3.lib.5.* Tusch. *littera D, conclus.269.n.23.*

17 Dictam verò dictionem, *Chascun*, refert ad dictionem, *quilibet*, Chassan. *in consuet. Burg. rub.7. §.3. in verbo, vn chascun, pag.mihi 233.vers.itavt idem significet quod dictio, Omnis:* Rot. *decis. 353. n.2.in fine,part.4.recent.*

18 Et dictionem, *quilibet*, ad singulos separatim referendam, patet apud Rol. *cons.70. num.44. vol.3.* Cancer. *lib.1. cap.8.n.66. quæst.5.* Barbos. *de diction. cap.310.* vbi quod hoc casu vsusfructus non finitur nisi post mortem omnium, secus si non adsit dictio, *quilibet.*

19 Et de differentia inter dictionem, *omnis*, & *quilibet*, Bartol. *in l.non distinguemus, §.cùm in plures, ff. de recept. arbit.*

Hoc tamen in casu dictio, *respectiuè*, adiecta reseruationi, facit vt existimem vsumfructum vnius morte finiri quoad præmorientis bona, ex notatis *suprà, numero 10.*

CAPUT CXLII.

Quando hæres contraueniens voluntati testatoris, incidat in pœnam priuationis à testatore, cum clausulis prægnantibus ordinatam; & cui bona hoc casu applicentur. Quibus ex causis quis dicatur contrauenisse testatoris voluntati. Pœna *l.si quis major, C. de transactionib.* quibus in casibus locum habeat. Confessio hæredis quod testator fideicommissum fiduciale sibi demandauerit, vtrùm indigeat insinuatione, maximè stantibus clausulis donationis irreuocabilis, & constitutione procuratorum ad insinuandum, in contractu appositis. Renunciatio *l.si vnquam, C. de reuoc. donat.* non nocet illi, qui liberos nullos se susceperum credebat, & tamen susceperit.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cui sub pœna priuationis onus iniunctum est, si contraueniat, hæreditate priuandus est.*
2 *Quando agitur de facto negatiuo, pœna contrauentionis locum habet absque vlla interpellatione precedente.*
3 *Contrauentio in casum molestationis prohibitæ incurritur per molestias iuris vel facti.*
4 *Hæreditas à contraueniente ablata, applicanda est illi, quem testator nominauit.*
5 *Pœna* l.si quis major, C. de transact. *vix hodie locum habere potest.*
6 *Pœna* d.l.si quis major, *non habet locum, nisi vero dolo concludenter probato.*
7 *Fiduciaria hæreditatis probatio resultat ex confessione hæredis.*
8 *Qui fiduciariam hæreditatem ex testatoris præcepto restituit, non dicitur liberalitatem exercere.*
9 *Contractus talis præsumitur, qualem partes eum nominarunt.*
10 *Clausula* puræ, simplicis, & irreuocabilis donationis, *facit vt contractus donationis censeatur, quamuis in eo adessent pacta liberalitatem excludentia.*
11 *Clausulæ donationis necessariæ non mutant naturam contractus lucratiui.*
12 *Confessio debet insinuari, sicut & donatio.*
13 *Si in donatione aliquid exprimatur, ex quo insinuationis necessitas tollatur, de eo aliter constare debet quàm per confessionem donantis.*
14 *Donatio reuocatur per atroces iniurias illatas donatori.*
15 *Iniuria illata vxori donatoris præbet justam causam reuocandi donationem factam per maritum.*
16 *Qui credens se nullos probabiliter susceperum liberos donauit, & renunciauit* legi si vnquam, C. de reuocand. donat. *si postea susceperit liberos, non obstat illi renunciatio quominus obtinere possit reuocationem donationis.*

QVæstiones propositæ per Dominum Sebastianum Iurium Doctorem, ad tria præcipuè reuocantur: quorum *Primum* concernit testamentum conditum per Nobilem Franceſiam ejus vxorem. *Secundum* respicit transactionem initam inter ipsum, & Nobilem Alexandrum hæredem vniuersalem dominæ Franceſiæ. In *tertio* capite quæritur de validitate, vel reuocatione donationis factæ per Dominum Sebastianum, in fauorem dicti Domini Alexandri.

Primi capitis resolutio pendet ex probationibus facti: nam si Dominus Sebastianus probauerit (prout se probaturum supponit) molestias sibi à Domino Alexãdro illatas, sine dubio resultat ex necessaria consequentia, ipsum pariter hæreditate priuandum esse, cùm testatrix expressè prohibuerit dicto hæredi de turbando, vexando, vel molestando, aut querelando pro quacunque causa, & ratione, verbis, vel factis dictum Dominum Sebastianum legatarium, minúsque in jus vocando, aut litem mouendo, vel inquietando in persona, vel bonis, per se, vel interpositas personas: imò vult & ordinat quod dictus hæres omni illum honore prosequatur, & amicitia. Et in casum contrauentionis, ex nunc prout ex tunc ipsum priuat sua hæreditate, & hoc eodem casu instituit suum hæredem vniuersalem eundem Dominum Sebastianum maritum suum.

1 † Quibus ſic ſtantibus, non eſt dubium quin Dominus Alexander, probata contrauentione, ſit hæreditate priuandus : Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 582. *n.* 1. Idque etiam nulla facta hæredis interpellatione, propter verba illa, *Ex nunc prout ex tunc, & è contra priuat, &c. Et hoc caſu inſtituit hæredem Dominum*
2 *Sebaſtianum :* Fuſar. *d. quæſt.* 582. *num.* 15. † Maximè cùm agatur de facto negatiuo, in quo non requiritur mentio, ſed ex ſola contrauentione hæres priuatur : Fuſar. *ibid. n.* 16. Ruin. jun. in puncto *conſil.* 330. *num.* 9. quem citat & ſequitur Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 26. *n.* 38.

3 Sufficiet autem ad probandam contrauentionem, & inducendam priuationem, docere de moleſtiis juris, vel facti, propter verba ampliſſima dictæ prohibitionis, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue in judicio, ſive extra judicium, ante litem conteſtatam, vel poſt : Mart. *de clauſul. parte* 3. *cap.* 65. *n.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 136. *n.* 52. *& diſcept.* 758. *n.* 33. 36. *& ſequentib.* Surd. *conſ.* 506. *num.* 13. ubi plures allegat. Menoch. *remed.* 1. *recup. poſſ. ſſ. num.* 284. *&* 285. Simon de Prætis *de interpret. vlt. vol. lib.* 4. *interpret.* 1. *dub.* 10. *num.* 90. *fol. mihi* 340. ubi aſſerit moleſtiam vel inquietationem verificari verbo, vel facto, in judicio & extra, de jure & de facto, contradicendo, agendo, faciendo, excipiendo, reſiſtendo, vexando, in perſonam, vel in rem.

4 Cui autem fieri debeat applicatio hæreditatis, non eſt dubitandum, ob expreſſam intentionem D. Sebaſtiani, in caſum contrauentionis : Mart. *de clauſ. parte* 3. *c.* 64. *n.* 6.

Deciſio ſecundi capitis pendet ex præmiſſis: nam poſito quod D. Alexander fuerit hæreditate priuatus, non eſt de tranſactione quærendum, cùm facta fuerit per eum vti hæredem, & nomine hæreditario, & per conſequens ſi hæreditas applicetur D. Sebaſtiano, jura ei per tranſactionem, vel per legatum quæſita, confunduntur cum ipſa hæreditate : *l. debitori* 7. *C. de pact.*

5 Fruſtrà itaque agitur de reſciſſione tranſactionis propter periurium & inobſeruantiam : in quo capite major eſſet difficultas, quia cùm diſpoſitio *leg. ſi quis major, C. de tranſact.* ſit valdè exorbitans, vix ſeruatur in practica : Seraph. *deciſ.* 1059. *num.* 3. *&*
6 *deciſ.* 1136. *num.* 6. † Ratio eſt, quia cùm locum non habeat niſi probato dolo concludenter, & quælibet cauſa excuſet à dolo, & moræ purgatio ex æquitate canonica admittatur ; vix poteſt occurrere caſus, in quo locus ſit illi pœnæ : Rot. *deciſ.* 183. *n.* 3. *parte* 1. *diuerſ.* Seraph. *d. deciſ.* 1059. *numero* 3. *&* *deciſ.* 617. *numero* 6. Farin. *in fragment. littera I, numero* 1187.

Tertium caput altioris eſt indaginis : pro cuius reſolutione ſupponendum eſt, contractum de quo agitur, veram eſſe & propriam donationem, non obſtante quod D. Sebaſtianus dixerit ſe ad eum celebrandum inductum fuiſſe, propter onus reſtitutionis ſibi ad fauorem Domini Alexandri hæredis
7 ſecretè ab vxore commiſſum. † Quia licèt verum ſit, fideicommiſſi onus per ſolam hæredis confeſſionem probari, ſi id ſibi à teſtatore ſecretè iniunctum fateatur, *l. fin. C. de fideicomm. §. fin. Inſtit. de fideic. hæred.* Peregr. *conſ.* 52. *num.* 32. *vol.* 1. ad materiam *l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtituend.*
8 † Et ſic ſi in vim confidentialis fideicommiſſi excluditur vis & effectus donationis, quia hoc caſu D. Alexander non haberet bona à Domino Sebaſtiano reſtituente, ſed ab ejus vxore grauante, nec in vim donationis, ſed in vim neceſſariæ reſtitutionis, quæ contraria eſt naturæ donationis, ad tradita *in l. vnum ex familia* 69. §. *ſed ſi fundum, ff. de legat.* 2.

Tamen cùm in eodem contractu facta mentio puræ, ſimplicis, & irreuocabilis donationis cum conſtitutione procuratorum ad inſinuandum adjecta etiam renunciatione legis *Si vnquam, C. de reuoc. donat.* in ipſo inſinuationis inſtrumento : & cum aſſertione quod legata, quorum fiebat donatio, fuerant facta D. Sebaſtiano, vt de illis diſponeret ad omnes ſuas voluntates ; & quod ipſe D. Sebaſtianus deſiderabat oſtendere Domino Alexandro ſuam amicitiam & affectionem qua ipſum proſequebatur ; his omnibus concurrentibus ſequitur non hîc agi de reſtitutione fideicommiſſi confidentialis, ſed de vera & perfecta donatione : † quia cum tractus talis cenſandus eſt, qualem partes illum nominarunt : *l. qui fundum, §. fundi, ff. de contrah.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 105. *num.* 2. Rota *deciſ.* *num.* 12. *part.* 6. *recent.* Et cùm verba ſint adeò clara, præſumptiuam probationem non admittunt : Rota apud Cenc. *deciſ.* 425. *num.* 1. *& ſequentib.* Maſcard. cùm aſſertio illa grauaminis ſit contraria naturæ donationis, quam principaliter inire partes voluerunt : Rot. *ibid. n.* 20. debet enim contractus determinari ſecundùm naturam pactorum, quæ magis vnum quàm alium contractum inferunt : Rota *dec.* 14. *n.* 6. *p.* 6. *recent.*

Et in ſpecie, quod licèt in contractu facta mentio alicuius rei liberalitatem excludentis, ſi tamen adiecta ſint verba denotantia puram, liberam, & irreuocabilem donationem, non obſtantibus verbis illis naturæ donationis repugnantibus, contractus tamen donationis naturam retinet, docet Oldrad. *conſil.* 5. quem omnes ſequuntur, vt vid. Seraph. *deciſ.* 181. *num.* 8. Surd. *conſil.* 361. *num.* 17. Socin. ſen. *conſ.* 295. *n.* 9. *vol.* 2. Burat. *deciſ.* 514. *n.* 5. *& 6.* Non tamen attenditur illa clauſula ſola, ſed eo quæritur vtrùm donatio ſit ob cauſam, an ſ. *c.* 110. *n.* 6.

Quod maximè procedit, quia mentio ſecreti confidentialis grauaminis, non fuit facta principaliter, ſed tantùm accеſſoriè per illa verba, *Et omnes adherant* : vt in ſimili Surd. *d. conſ.* 361. *numero* 16.

Sed illud etiam ſummè notandum eſt, quod donare ſine inſinuatione, prohibitum eſt ex Comitatus regulamentis, ita & conſ. ſſimo cere per quam donatio inducatur : Rot. *deciſ.* *num.* 10. *part.* 2. *recent.* † Et ideò ſi in donatione quid enuncietur, per quod excludatur neceſſitas inſinuandi, neceſſe eſt vt de eo aliter conſtet, quam per confeſſionem, & aſſertionem donatoris, vt recidit Rota in ſimili, *deciſ.* 358. *num.* 8. & ſequent. *part.* 6. alioqui ſi confeſſio iſta valeret, aut probaret poſſet fieri fraus legi, & inſinuandi neceſſitas tari : quod dici non debet. Eſt igitur nulla & nulla huiuſmodi confeſſio, neque valere poteſt in vim donationis.

Hoc ſuppoſito fundamento, non erit difficile reuocatio dictæ donationis, ſi probentur atrox injuriæ verbo & facto eidem D. donatori, & ejuſcundæ vxori illatæ : per text. *in l. generaliter, C. de reuoc. don.* quæ eſt *lex vltima eiuſdem tituli, & lib.* dè enim ob iniuriam atrocem vxori illatam titudo cauſatur, ac ſi marito illata eſſet : Rebuf. *feud. cap.* 10. *concluſ.* 20. *num.* 15. *& 16.* & in Ripa *in ead. l. fin. q.* 18. *n.* 64. vbi concludit, vxori illatam, eſſe veram, & non fictam mariti, atque ita tenendum eſſe.

Eadem ratione reuocabitur donatio

supervenientiam liberorum, quia quidquid sit de illa renunciatione legi *Si unquam*, apposita in instrumento insinuationis, quæ multò minoris est efficaciæ, cùm nullius juramenti vinculo sit roborata, ut ex lectura instrumenti patet; hoc verum est, quod tempore donationis D. Sebastianus annorum pondere gravatus non spectabat secundas nuptias, nec probabilem ex illis sobolem, quo casu dicta legis renunciatio ab ejus remedio ipsum non excludit; ut post Tiraquell. & Alber. tradit Galerat. *de renunciat. centur. 1. cap. 87. num. 8. versic. quartò intellige.*

CAPUT CXLIII.

Deficiente conditione primo substitutionis gradui adjecta, omnes posteriores substitutionum gradus corruunt; nisi aliundè constet, testatorem voluisse instituere fideicommissum graduale & perpetuum favore agnationis, quod conjecturis elicitur. Si verò secundo, vel tertio gradui adjecta fuerit diversa conditio, isti gradus non deficiunt, quia non dependent à primo; quod pro intelligentia materiæ summè notandum est. Quoad bona verò Galliæ, facilius à *consilio* Oldradi 21. recedi solet ex æquitate.

SVMMARIVM.

1 *Deficiente conditione, sequentes substitutiones expirant, juxta* consilium *Oldradi 21. à quo tamen receditur quando constat, testatorem voluisse instituere fideicommissum graduale & perpetuum.*

2 *Ex primogenitura masculina perpetua, & præcepto quod descendentes masculi ex fœminis vocati teneantur deferre Nomen & Arma familiæ, & aliis conjecturis relatis, orietur probatio fideicommissi agnatitii perpetui.*

3 *Quamvis testator dederit hæredi facultatem eligendi unum ex substitutis, facta electione, non expirat substitutio per plures gradus postea subordinata.*

4 *Facta substitutione reciproca inter omnes filios & descendentes, ex eo resultat fideicommissum reciprocum inter omnes.*

5 *Prohibitio realis & perpetua alienationis, favore primogenituræ & agnationis, denotat perpetuum fideicommissum,* & n. 6.

7 *Si Testator mandaverit quod bona nullo unquam tempore dividantur, sed semper apud unum remaneant, resultat primogenitura successiva.*

8 *Prohibitio perpetua alienandi, per modum dispositionis principalis facta, arguit fideicommissum perpetuum.*

9 *Substitutio reciproca inter omnes descendentes, perpetuum producit fideicommissum.*

10 *Ab Oldradi* consilio *21. receditur quando constat de voluntate testatoris pro fideicommisso agnatitio perpetuo.*

11 *Deficiente conditione, non corruunt substitutiones sequentes, quando testator voluit facere fideicommissum perpetuum.*

12 *Deficiente conditione secundi, vel tertii gradus substitutionis, non corruunt substitutiones subordinatæ, sed tantùm ob defectum conditionis adjectæ primo gradui.*

13 *Quando gravatus bona alienavit in præjudicium expressæ prohibitionis alienationis, substitutus statim agere potest ad aperturam fideicommissi, quamvis casus substitutionis nondum advenerit.*

14 *Fideicommissarius particularis non tenetur ad debita, sed ea debent solvi per hæredem universalem.*

15 *In Gallia facilè receditur à* consilio *Oldradi 21. propter favorem familiæ, ex æquitate.*

PAter filium suum hæredem universalem instituit, eidemque ratione insignis Terræ jurisdictionalis, & Domus paternæ, quæ erat magnæ structuræ, substituit unum ex ejus liberis per eum eligendum; & in defectum nominationis, illi substituit Matthæum ejus primogenitum, & ejus liberos masculos; & in ejus defectum Bernardinum alterum filium illius, & ejus liberos, servato ordine primogenituræ: & in defectum Bernardini & liberorum ipsius, vocavit alios ejusdem fratres & liberos masculos ipsorum, servato semper ordine primogenituræ: & post mortem omnium, substituit Gregorium alium ejusdem testatoris filium, & processit ad plures alios substitutionum gradus, vocando masculos descendentes ex fœminis cum eodem ordine primogenituræ, & præcepto deferendi Nomen & Arma familiæ, & prohibitione alienationis amplissima, etiam ex causa dotis, &c.

Decessit testator, & deinde hæres, & ante hæredem Matthæus sine liberis: & sic fideicommissum erat apertum in persona Bernardini, qui tamen illud acceptare recusabat. Ideò quæsitum fuit utrùm liberi Bernardini possent impedire creditores tam paternos, quàm avitos, agentes ad distractionem bonorum fideicommisso supposítorum.

Respondi, dictos liberos Bernardini fundatos esse in petitione fideicommissi. Primò, quia cùm testator expresè declaraverit, quod, in defectum nominationis per hæredem faciendæ, substituebat D. Matthæum & ejus liberos; quibus deficientibus, Bernardinum, & ejus liberos; & cùm D. Matthæus à multis annis vivo parente, nulloque contracto matrimonio, animam suo Creatori reddidisset; sequitur, casum substitutionis evenisse, non quidem in personam D. Bernardini, qui repudiaverat; sed in personam filiorum ipsius, cùm habeamus claram voluntatem testatoris, unde non est recurrendum ad conjecturas: *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. cum similib.*

Secundò, quia manifestum est, testatorem voluisse inter suos liberos & descendentes facere perpetuum & graduale fideicommissum super jurisdictione, domo, & aliis bonis in dicto testamento designatis, ut mox copiosiùs ostendetur. † Et ideo non 1
est quod opponatur de deficiente conditione apposita in præcedenti substitutione, nempe casu quo constare posset quod hæres fecisset aliquam nominationem, omnes sequentes substitutiones subordinatas corruere defectu conditionis: juxta text. *in l. cum uxori, C. quando dies legat. ced.* & Oldrad. *in celebri consil. 21.* quia illud non procedit, quando ex conjecturis, aut alio modo apparet, testatorem habuisse intentionem conservandi agnationem, aut constituendi perpetuum & graduale fideicommissum: Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 6. n. 19.* Grass. *in*

§. fideicom.

§. *fideicommiſſum*, *quæſt.* 33. *num.* 6. determinat Rot. *deciſ.* 486. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* Menoch. *conſil.* 1006. *n.* 53. Caſanat. *conſ.* 15. *n.* 39. ubi plures allegat. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 69. *num.* 10.

2 Clara autem eſt intentio teſtatoris circa graduale & perpetuum fideicommiſſum, ex eo, quod ſemper vocavit maſculos, & maſculos deſcendentes ex maſculis, præferendo primogenitos; & poſt maſculos hæredis vocat D. Gregorium & ejus maſculos; & deficientibus maſculis, & maſculorum maſculis, ſubſtituit filias cum onere portandi Nomen & Arma, prohibendo omnem detractionem, alienationem, diviſionem, & diminutionem dictorum bonorum, etiam ex cauſa dotis, aut alia quacunque neceſſaria. Ex quibus omnibus ſic concurrentibus neceſſariò inferendum eſt, reſultare fideicommiſſum graduale & perpetuum inter omnes deſcendentes, ex traditis per Menoch. *conſil.* 803. *num.* 8. *verſic. quarta & ultima conjectura*, ubi hoc arguit ex vocatione *maſculorum*; *& illis omnibus deficientibus, fœminarum, cum onere deferendi Nomen & Arma*: & *conſil.* 1006. *à num.* 1. *uſque ad* 8. ubi id colligit ex onere deferendi *arma familiæ*, ex qualitate *maſculinitatis*, ex verbo *ſucceſſorum*, quod habet tractum temporis ſucceſſivum, ex eo quod agitur *de re inſigni*, nempe de juriſdictione & domo honorifica, & ex *prohibitione cujuſcunque detractionis*: quæ omnia in noſtro caſu concurrunt. Idem *conſil.* 1023. *n.* 29. ubi id arguit ex digreſſione ad plures gradus, *& num.* 10. ex qualitate bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum, veluti Caſtri: *& num.* 12. ex eo quod cognati vocantur poſt agnatos cum onere deferendi Nomen & Arma: & *conſil.* 1051. *num.* 1. ubi id arguit ex prohibitione alienationis rei certæ: *& n.* 3. ex geminatis prohibitionibus alienationum: *& n.* 4. ex mentione primogenitorum: *& n.* 6. ex multiplicatione graduum: *& n.* 7. ex qualitate rei inſignis & dignæ quæ remaneat in agnatione. Et in pro-

3 priis terminis, † quod quamvis fuerit proceſſum ad electionem juxta mandatum teſtatoris, & in defectum electionis ſubordinati plures gradus ſubſtitutionum, non propterea expirent ſequentes ſubſtitutiones, ſed potiùs ab uno in alterum ſemper repetitum cenſeatur fideicommiſſum, & ſic non habeat locum *dictum conſilium* Oldradi 21. concludit idem Menoch. *conſil.* 1107. *num.* 23. *& ſeqq.* tum ex pluralitate graduum, tum ex onere deferendi Nomen & Arma, tum ex intentione conſervandi bona in familia, tum ex prohibitione alienandi etiam ex cauſa dotis, vel pia, tum ex qualitate domorum inſignium, ut *ibi* fusè per eum: Fuſar. *de ſubſtit. q.* 480. *n.* 30. *& 35. & multis ſeqq.*

4 Quod maximè procedit ex eo quod dictus Teſtator conſtituit amplum, & reciprocum fideicommiſſum inter ſuos filios & deſcendentes, ita ut non ſit dubitandum quin omnes ſucceſſivè ſint vocati per fideicommiſſum, quia verba illa habent implicitum tractum temporis in perpetuum, & omnes gradus amplectuntur, attento quod teſtator reſpexit ad continuam & reciprocam bonorum conſervationem inter ipſos. Sic enim intelligenda ſunt quæ dicit §. 1. *auth. de hared. ab inteſt. venient.* *l. final. C. de ſuis & legitim.* Peregr. *de fideicomm. art.* 19. *n.* 17. *&* 33. qui alios cumulat, *& conſil.* 35. *n.* 5. *lib.* 3. *& alibi paſſim*, unde ſi poſt tot perſonas, & tot gradus vocavit filios Domini Gregorii, & poſt obitum omnium maſculorum, & maſculorum ex maſculis, vocavit filias & earum liberos, & ſic nedum in incertum, ſed & in remotiſſimum tempus, ne eluſoria & inanis evadat diſpoſitio Teſtatoris, dicendum eſt inductum fuiſſe graduale & perpetuum fideicommiſſum inter omnes deſcendentes: Ruſtic. *conſ.* 1. *num.* 44. *&* 45. Molin. *de primogen. d. cap.* 6. *num.* 3. *& num.* 28. ubi de diſpoſitione facta favore primogenitorum, quæ ex ſe continet perpetuam prohibitionem alienationis favore ipſorum primogenitorum, aliis conjecturis concurrentibus, ex quibus ſucceſſionis perpetuitas oriatur: Mantic. *de conj.* *lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 15. *verſic. item ſi teſtator*: Cov. *pract. quæſt. capite* 36. *numero* 6. *& lib.* 3. *var. reſol. cap.* 5.

Accedit Ludoviſ. *deciſ.* 207. *num.* 9. ubi propter ſolum tractum temporis inducit perpetuum fideicommiſſum inter deſcendentes: Simon de Præt. *de interpr. ultim. vol. lib.* 3. *interpret.* 3. *dubit.* 1. *num.* 8. *fol. mihi* 136. † maximè adjecta prohibitione retinendi bona dividantur, ſed ſemper apud unum remaneant; idem de Præt. *d. lib.* 3. *interpret.* 3. *dubit.* 5. *reſolut.* 1. *num.* 11. *fol. mihi* 137. † Quæ teſtatoris voluntas, ut bona apud unum remaneant, & nunquam dividantur, oſtendit primogenituram ſucceſſivam: tunc enim ſine dubio unus ſolus ſuccedere debet, iſque primogenitus: Roder. Suar. *in l. quamvis prioribus, ampliat.* 10. *n.* 26. *C. de inoffic. teſtam.* quæ ſequitur Covarru. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 5. *numero* 1. Peregr. *conſil.* 102. *num.* 8. *vol.* 4. Gabriel *conſil.* 3. *num.* 7. *vol.* 2. † Et prohibitio illa realis relata ad ipſa bona, tranſit ad quoſcunque poſſeſſores ex fideicommiſſo ſucceſſivo: Rot. *in recen. deciſ.* 118. *num.* 3. *& per tot. p.* 3.

Et quando nihil aliud eſſet *præter magnam illam* & enixam prohibitionem alienationis, etiam ex quacunque cauſa neceſſaria, *cum illis conditis* ampliſſimis adjectis, de quibus ſupra; tamen nihilominus prohibitio per ſe ſola ſufficiens eſſet ad inducendum novum, graduale, & perpetuum fideicommiſſum, cùm non ſit facta per verba illativa, nec per verba dependentia à præcedenti ſubſtitutione fideicommiſſo: Peregr. *deciſ.* 34. *numero* 28. *art.* 14. *num.* 33. Mart. *de ſucceſſ. part.* 4. *quæſt. articul.* 8. *num.* 69. Rot. *deciſ.* 568. *num.* 9. *p. diverſ.*

Quibus omnibus additur, reciprocum fideicommiſſum inter omnes deſcendentes eſſe conſtitutum, cùm ſubſtitutio facta fuerit ultimo maſculo morienti, & in tota hæreditate, juxta notata *ibi* notat. *in l. Titius Seio*, §. *Seia libertis* ff. *de legat.* 3.

Cum igitur clarè conſtet de voluntate teſtatoris, volentis facere perpetuum & graduale fideicommiſſum; ſequitur recedendum eſſe in hoc à conſilio Oldradi: quod non procedit quando conſtat de abſoluto & perpetuo fideicommiſſo, ut præter ſuperiùs allegatos determinavit Rot. *recent. deciſ.* 231. *num.* 4. *parte* 2. Seraph. *deciſ.* *num.* 1. *&* 4. Ruſtic. *conſil.* 1. *per tot.* Peregr. *de fideicomm. art.* 29. *numero* 30. Mareſcot. *lib.* 1. *pite* 45. Rot. *in recent. deciſ.* 193. *num.* 12. *& per tot. parte* 1.

Et generale eſt, ut non deficiant ſequentes ſubſtitutiones ex defectu conditionis, quando teſtator conſideravit potiùs effectum quàm verba, potè quia generaliter deſcendentes in infinitum vocare voluit: ut egregiè demonſtrat Peregr. *139. per tot. vol.* 5.

Quodque omnem præſcindit difficultatem, quia conditio non fuit appoſita primo gradui, ſed hæredi ſiquidem vocati ſunt liberi per hæredem nominandi; ſed adjecta fuit ſecundo gradui, nempe dum in defectum nominationis vocati

Matthæ

Matthæus : atqui *consilium* illud Oldradi 21. procedit dumtaxat quando conditio primo gradui adjecta fuit, non secundo, si in secundo gradu adjecta fuerit alia diversa conditio : Et ideò substitutiones illæ, secunda nempe, vel tertia, quamvis ex defectu conditionis caducatæ, non impediunt quin locus sit tertiæ, quartæ, & sequentibus, quia caducata secunda, vel tertia substitutione fideicommissaria, onus restitutionis fideicommissi remanet semper apud institutum, vel substitutum hæredem effectum; quia substitutus substituto est etiam substitutus hæredi, & primo substituto; & ideò sufficit extitisse conditionem sub qua vocatus fuit primus gradus, quamvis deficiat conditio ulteriori gradui adjecta : ut copiosè comprobat Gabriel *consil.* 117. *per tot. vol.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 15. *num.*29. Fusar. *de substit. quæst.*456. *num.*15. *fol.*566.

13 Ex quibus concluditur, non solùm liberos Domini Bernardini vocatos esse ad dictum fideicommissum, sed etiam illis competere jus impediendi alienationem & distractionem bonorum dicto fideicommisso suppositorum adversùs creditores paternos : quia alienatione facta contra expressam testatoris prohibitionem, statim substitutus agere potest, non expectata morte hæredis gravati, quia tunc statim dicitur evenisse casus fideicommissi : ut tradunt DD. & præsertim Castrens. *in l. filiusfamilias, §. Divi, ff. de legat.*1. Odd. *de prohibit. alienat. q.*11. *num.* 16. Dominus Argel. *de acquir. possess. quæst.* 8. *art.*27. *n.*727. *& in nova impressione, n.*25.

14 Imò etiam adversùs creditores fideicommittentis dicti substituti possunt se opponere, ad impediendam distractionem, cùm agatur de fideicommissario particulari, qui non tenetur solvere debita Testatoris, sed ea solvi debent per hæredem universalem : Pereg. *de fideicomm. art.*40. *num.*24. D. Bell. *consil.*182. *num.*13. præsertim cùm hodie dicti liberi substituti possideant, & illis facta sit restitutio fideicommissi; & sic sunt tertii possessores, contra quos certum est non posse procedi via executiva.

15 Præmissa autem multò fortiùs locum habent quoad bona sita in Gallia, ubi faciliùs receditur à *consilio* Oldradi 21. ex æquitate, ne videlicet testator propriæ descendentiæ alienas successiones prætulisse videatur; prout aliàs consului super testamento Nobilis Matthæi Diez, cùm causa in Senatu Gratianopolitano decidenda esset, ex Cujac. *consult.* 51. Et ita judicavit Senatus Tolosanus apud Maynard. *lib.*8. *c.*91. qui tamen videndus erit *lib.*5. *cap.* 74. Et idem fuit decisum in Senatu Parisiensi, teste Carond. *lib.*7. *resp.*61.

CAPUT CXLIV.

Donatio facta per patrem filio in contractu matrimonii, utrùm debeat imputari per nepotes in legitimam avi, si succedant tanquam liberi, vel tanquam hæredes. Et quando dicatur jus quæsitum liberis uti hæredibus, aut uti liberis. Quid dicendum sit, si filius fuerit emancipatus. Et quid statuendum sit, si emancipatio facta fuerit post donationem contemplatione matrimonii factam.

SVMMARIVM.

1 *Imputatio in legitimam dotis, & donationis per patrem facta filio contemplatione matrimonii, iisdem regulis decidiuntur.*

2 *Quando liberi succedunt tanquam liberi, tenentur dotem imputare in legitimam avi; si verò tanquam hæredes, non tenentur imputare.*

3 *Idem dicendum de donatione facta contemplatione matrimonii, quia si succedatur jure hæreditario, non erit locus imputationi.*

4 *Per donationem factam à patre contemplatione matrimonii, videtur jus quæsitum liberis illius matrimonii.*

5 *Verius est, jus quæsitum fuisse liberis tanquam hæredibus per donationem factam contemplatione matrimonii.*

6 *Ius quæsitum non est liberis tanquam liberis, nisi illorum mentio facta fuerit in parte dispositiva.*

7 *Explicatur* decisio *Rotæ* 127. parte 6. recentior.

8 *Donatio per patrem facta filio contemplatione matrimonii, est transitoria ad quoscunque hæredes.*

9 *Emancipatio facit, ut donatio facta filio non sit supposita imputationi.*

10 *Ampliatur ut procedat etiamsi emancipatio supervenerit post donationem.*

11 *Nepotes hoc casu non imputant, quamvis cum patruis concurrant.*

DUbitatur utrùm nepotes ex filio prædefuncto, teneantur imputare in legitimam avi summam 9000. librarum eidem filio contemplatione matrimonii donatam.

Omissis variis Doctorum controversiis, dico in primis, omnes Doctores qui super hac quæstione copiosè scripserunt, eodem jure & sub iisdem ferè principiis tractasse materiam imputationis dotis, & donationis per patrem factæ in contractu matrimonii. Et in effectu, in utroque casu eædem militant rationes : ut videre est ex notatis per Paul. de Montepic. *in l. in quartam, n.*239. *ff. ad leg. falcid.* Ruin. *ibid. n.*37. *& seqq.* Berengar. Fernand. *art.*3. *num.*99. aliàs *in art.*3. *cap.*3. *num.*20. *fol.*255. Jacob. Cancer. *lib.*1. *var. resol. cap.*3. *de legitima, n.*62. 1

Secundò dico, quod sicut in dote, ita & in donatione paterna hæc adhibenda est distinctio, quod si filiæ dicti donatarii donationem seu dictam summam 9000. liberarum patri suo donatam assequantur tanquam filiæ, tenebuntur donationem illam imputare in legitimam avitam; si verò tanquam hæredes patris, non erit imputationi locus. Ratio differentiæ est, quia quando liberi succedunt in bonis donatis uti liberi, tunc bona illa ad ipsos deveniunt ex dispositione & substantia avi; & ideò tenentur imputare : sed quando veniunt uti hæredes & patris donatarii, succedunt tanquam quilibet extraneus, nec dicuntur habere bona illa ab avo, sed ab ipsorum patre, & per consequens non est locus imputationi. Hanc distinctionem amplectuntur generaliter Doctores in dote constituta à patre, ut tradit Thesaur. *decis.*237. *num.*3. *versic. quinimò*, Rot. *decis.*329. *num.*2. *& 3. part.*5. *recent.* Marin. *quotid. resol. cap.*251. *num.*2. Duran. *decis.*231. *numero* 7. 2

† Quod eadem ratione locum habere debet in donatione facta per patrem filio, quia jus per eam acquiritur liberis tanquam hæredibus regulariter : unde quia succedunt tanquam extranei, non imputant 3

hujusmodi

hujuſmodi donationem in legitimam, ſibi mortuo patre debitam ſuper bonis avi: ut tradit Cancer. *lib.var.reſol.c.3.de legitimæ, n.62.* ubi benè explicat: Paul. de Montepic. *l.in quartam, n. 239.* dicens ita tenendum eſſe, quamvis Doctores nonnulli magnæ authoritatis aliter ſentiant.

Igitur tertio loco videndum eſt, utrùm donatio, de qua agitur, fuerit tranſmiſſa ad liberos dicti donatarii tanquam liberos, an tanquam hæredes?

4 Videtur quod tanquam ad liberos, juxta *deciſionem* punctualem Roræ Romanæ 127.*part.6. recent.* ubi reprobatur contraria Surdi ſententia *deciſ.*322.;

5 Sed verius eſt, in caſu propoſito jus fuiſſe quæſitum liberis tanquam hæredibus: Primò, quia in dubio præſumendum eſt ſtipulationem factam fuiſſe pro filiis tanquam hæredibus, cùm ſtipulatio iſta ſit utilior patri, & liberis: Mart. *conſil.*72.*n.*9. & 10. Peregr. *de fideicom. art.*32.*n.*15.

6 Secundò, quia donatio facta fuit filio ipſi propter dilectionem patris erga eundem, nec Suorum mentio facta fuit in parte diſpoſitiva contractus, ſed in parte executiva. Ad hoc enim ut jus liberis fuerit quæſitum uti libetis, oportet diſpoſitionem conferri æquè principaliter in patrem & liberos, nec ſatis eſt quod verba executiva dirigantur ad ipſos: Lud.Bell. *conſ.*43. *n.*8. & *conſ.*44.*n.*1. & *ſeqq.* & *conſil.*209.*n.*19.

7 Et hæc ratio ſatisfacit ad *dictam deciſionem* Rotæ Romanæ 127.*p.*6. *recent.* quia *ibi* donatio æquè principaliter & diſpoſitivè facta erat patri & filiis contemplatione matrimonii. Quod in caſu propoſito non ita ſe habet. Faciunt tradita per Theſaur. jun. *lib.*2.*quæſt. forenſ.*95.*n.*18.

8 Unde non immeritò donationes contemplatione certi matrimonii factas tranſire ad quoſcunque etiam extraneos hæredes, tradunt Guido Pap. *deciſ.*147. & poſt ipſum Paſcal. *de patr. poteſt. part.*2. *cap.*4.*num.*38. & bene Navar. *lib.*1.*quæſt. forenſ.*83. *num.*9. Theſaur. jun. *lib.*4. *quæſt. for.*2. Intelligendo tamen juxta per nos notata *c.*102.*n.*10.& *cap.*168. *num.*15.& *ſequentibus.*

9 Et ſupradicta multò magis procedunt, ſtante emancipatione dicti filii, quæ facit ut bona per patrem ipſi donata deveniant ad liberos tanquam extraneos,& non imputentur per ipſos in legitimam, ſibi mortuo patre debitam ſuper bonis avi: ut docet Mangil. *in tract. de imput. quæſt.*18.*n.*33. Theſaur. *deciſ.*237.*num.*14.

Neque obſtat quod tempore donationis filius fuerit conſtitutus ſub patria poteſtate.

10 Quia ſufficit quod emancipatio poſteà facta fuerit, ad hoc ut liberi eximantur ab imputatione: Graſſ. *in §.legitima, quæſt.*24.*num.*8. quem ſequitur Mangil.*d.quæſt.*18. *num.*44.

Non obſtat etiam, quod poſteà pater in eodem contractu mandaverit alias ſummas per eum donatas,liberas eſſe ab omni imputatione dicto filio donatario, & ſuis; & per conſequens tacitè voluiſſe alias ſummas donatas imputari.

11 Quia, quidquid ſit de hoc argumento & ejus efficacia,ſi bene verba donationis attendantur,potiùs arguunt contrarium. Siquidem non fuit dictum quod aliæ ſummæ eſſent immunes à collatione nepotum, ſed ſolùm immunitas reſtricta eſt ad perſonam filii: ibi, *aux droits que ledit fils & donataire a,& auva à l'advenir,* quia legitima & jura filii, non ſunt legitima vel jura nepotum; debentur enim nepotibus jure proprio poſt mortem patris ſuper bonis avi, quamvis nepotes cum patruis concurrant, ut receptius teſtatur Theſaur. *in ult. addit. ad deciſ.* 237.*lit.C,* Merlin. *de legit.lib.*1.*tit.*2. *quæſt.*10.*num.*1. & *lib.*2.*tit.*2.*quæſt.*23.*n.*24.& 25.

CAPUT CXLV.

Quando filiæ dos fuit conſtituta intra diſtionem ſolvenda, qua durante, intereſſe dotis promiſſum fuit ad rationem ſex pro quolibet centenario, uſque ad tempus ſeu ad conditionem præfixam; uxore ſoluto matrimonio cùm non poſſit dotem exigere, poteſt petere intereſſe conventum abſque ſuſpicione uſurariæ pravitatis. Maximè quando filiæ dos debetur loco legitimæ. In donatione bonorum liberorum ab omnibus debitis hæreditariis, utrùm legitimæ comprehendantur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis non debentur ſoluto matrimonio, quia ceſſant onera matrimonii.*

2 *Si ſuperſint liberi,fructus dotis debentur matri.*

3 *In hac quæſtione contraria dantur Rotæ Romanæ deciſiones; ſed verior videtur ſententia Domini Senatoris Leotardi.*

4 *Fructus dotis debentur uxori ſoluto matrimonio, quando ipſa fuit impedita dotem exigere.*

5 *In materia intereſſe dotis non ſolvit, datur ſexti differentia inter hæredes matris, & illam qui dotem promiſit.*

6 *Quando legatarius non poteſt exigere ſuum creditum, poteſt convenire de certo intereſſe.*

7 *Quando Legatarius prohibetur exigere ſortem principalem, & interim illi legatur ſumma annua, dicitur conſtitutus annuus reditus à teſtamento legari poteſt.*

8 *Quando agitur de dote quæ ſuccedit in locum legitimæ, fructus illius etiam ſoluto matrimonio uxori debentur.*

9 *Vſura non poteſt conſiderari, ubi non additur tuum verum, nec palliatum.*

10 *Creditores, & legitimarii debent actiones ſuas exigere contra verum hæredem; non autem contra ceſſionarium, vel emptorem hæreditatis.*

11 *Legitimæ continentur appellatione onerum hereditariorum.*

12 *Qui donavit bona, francs de toutes dettes hæreditaires, cenſetur illa eximere ab omni præſtatione legitimarum.*

13 *Legitima eſt res alienum, & loco aris habetur.*

AVia materna unà cum patre & matre ſuæ,& quilibet eorum in ſolidum conſtituit illi dotem, & prò ea futuro ejus matrimonio ſex millium ſcutorum,ſolvendorum videlicet,in pecunia numerata,vel annuis cenſibus,redimendis verò, nempè 2000. ſcuta poſt obitum dictorum conſtituentium,pro qua tenebuntur in ſolidum vere penſionem annuam ad rationem ſex pro libet centenario; reſiduos autem mille aureos obitum dictæ matris abſque aliquo intereſſe, dente vita ejuſdem matris.

Deinde in contractu donationis cauſa mortiſ ctæ per dictam filiam; inter cæteros, ipſa, omnes ſui liberi, & liberorum liberi decenter

fine liberis, donauit patri suo summam 3000. scutorum sibi adhuc debitam pro residuo suæ dotis,& ad hos fines voluit quod dicta summa patri suo donata remaneat in manibus ipsius patris sui, absque eo quod possit extingui in totum, aut in parte, vnà cum ejus pensione currenti vsque ad matrimonium dictorum suorum liberorum, præmoriente ipsis eiusdem filiæ marito, & non alias.

Denique per transactionem initam inter hæredem dictæ filiæ & fratrem ipsius, hæres filiæ renuntiat omnibus juribus sibi competentibus super hæreditate ipsius, mediantibus promissionibus sibi per dictum fratrem defunctæ factis, & in ipsa transactione contentis, cum clausulis opportunis cessionis & translationis jurium. Promititque hæres prædictus eundem fratrem releuare, & indemnem seruare à summis in dicto contractu expressis, *& de toutes autres debtes & charges de l'heritage de ladite Damoiselle, ensemble de la substitution apposée au testament d'icelle.*

Et supposito in facto, quod dictus pater à quatuor dumtaxat annis, vel circiter, vita functus sit, præmortuis aliis dotis promissoribus,

Quæritur in primis, vtrùm successores dictæ filiæ, cui dos fuerat constituta, possint petere fructus dictorum trium millium scutorum, decursos à die dicti matrimonii materni in hunc vsque diem.

Secundò, vtrùm creditores & legitimarii possint agere contra dictum fratrem successorem, seu emptorem hæreditatis prædictæ.

Tertiò, vtrùm cessio & remissio hæreditatis facta dicto fratri, cum clausula, *franche de toutes autres debtes, & charges hereditaires*, ipsum eximat & liberet à solutione legitimarum.

Quod attinet ad primam quæstionem, vt certa ab incertis secernamus, clarum est in primis, quod interesse duorum millium scutorum in dicto contractu promissorum debitum fuit marito, quamdiu durauit matrimonium, in compensationem onerum eiusdem matrimonii, juxta textum *in cap. salubriter, de vsuris.* Secundò certum etiam est, quod interesse mille scutorum promissorum per matrem, non debetur durante vita ipsius, stante pacto expresso, quod dicta summa deberetur post ejus obitum, sine aliquo interesse.

1 Tota igitur difficultas consistit in pensionibus decursis soluto matrimonio, quia tunc temporis cessant onera matrimonii, quamuis supersint liberi: ex Gratian. *disceptat. forens. cap. 427. & cap. 244. n. 15. 16. & 17.* cum pluribus aliis qui allegari possent.

2 † Tamen si adsint liberi, quod fructus dotis soluto matrimonio debeantur marito, probat Leotard. videndus *de vsuris, q. 30. n. 19. & multis sequentib. vsque ad 27.*

3 Sed contrà tenuit Rota apud Fenzon. *ad statut. Vrb. decis. 91. per totam*: etiam stante conuentione expressa. Stantibus autem contrariis Rotæ decisionibus, Ego potiùs adhærerem sententiæ Domini Senatoris Leotardi, qui optimis rationibus suam opinionem corroborat.

In casu autem proposito, verius videtur successores vxoris esse fundatos in petitione dicti interesse, cùm de eo facta fuerit expressa conuentio in contractu dicti matrimonii; quæ conuentio non fuit limitata ad tempus constantis matrimonii, sed potiùs ad tempus vitæ illorum trium qui dotem constituerant, nempe patris, matris, & auiæ; qui omnes, vel ipsorum aliquis, poterant supervivere post tempus soluti matrimonii, provt in effectu dictus pater supervixit per multos annos

post solutum matrimonium; & dicta promissio interesse duorum millium scutorum, relata ad tempus soluti matrimonii, debet etiam soluto matrimonio effectum suum producere: † quia de jure 4
fructus dotis debentur etiam post dissolutum matrimonium, quando hæredes mulieris non potuerunt dotem exigere, provt non poterant isto casu, cùm dilatio esset assignata ad soluendum post mortem trium constituentium. Et in istis terminis non procedit doctrina in contrarium proposita, vt benè explicat idem Gratian. *in addit. ad dictum cap. 427. in fine illius voluminis*: & iterùm *cap. 920. per tot.* Rot. *decis. 59. parte 4. recent. & decis. 106. numero 8. 9. & 10. parte 3. recent.* † vbi ostenditur, fieri 5
debere differentiam inter hæredes mariti, qui tenentur dotem restituere, & non possunt de certo inesse conuenire; & eum qui est debitor dotis, qui voluit habere dilationem ad solvendum: & ideò cum pendente dilatione dos peti nequeat, potest de certo interesse conueniri, & illud exigi per dotis creditorem, absque eo quod in sorte computetur.

Supradicta confirmantur ex eo, quod etiam post 6
mortem dictæ vxoris non solùm duo millia scuta, sed etiam mille scuta post ejus obitum promissa, peti non poterant quamdiù vixit Pater, vnus ex dotis promissoribus, tum ex dispositione contractus matrimonialis, tum & fortiùs ex donatione causa mortis facta per vxorem, vbi expressè voluit quod tota summa trium millium scutorum, tam quoad sortem principalem, quàm quoad pensionem currentem, remaneret inextinguibilis vsque ad matrimonium suorum liberorum, & sic cùm filius aliquis ex illo coniugio nondum sit matrimonio copulatus, solam pensionem currentem exigere poterat virtute dictæ donationis. Porrò certum est, quod quando Legatarius non potest sortem exigere, licitum est ipsi conuenire de certo interesse: vt ostendit Lup. *in tract. de usur. comment. 1. §. 4. n. 72.* Surd. *de aliment. tit. 8. q. 29. n. 6. & consil. 23. n. 12.* D. Leotard. *de usur. quæst. 18. n. 23.*

Et hoc casu dicitur constitutus annuus redditus 7
testamento, seu vltima voluntate; & ideo validus, quia potestas extinguendi collata est parti. Gasp. Roderic. *de ann. reddit. lib. 3. quæst. 6. numero 7. vers. sed falsa*, Duard. *de censib. in proœm. quæst. 26. numero 72.*

Concurrunt etiam hoc in casu duo alia fundamenta consideratione digna. *Primò*, quia agitur de minore, ad cuius fauorem debitor constituitur in mora absque vlla interpretatione, *l. in minorum, C. in quib. caus. restit. non est necess.* & *ibi* Doctores. † *Se-* 8
cundò, quia tractatur de dote, quæ subrogatur in locum legitimæ, cuius fructus debentur à die moræ, etiamsi legitima consistat in pecunia, cùm sit subrogata loco bonorum, ex quibus debitor fructus percipit: ex notatis per Gratian. *disceptat. forens. capite 759. numero 2.* adeò vt pro hujusmodi dote subrogata loco legitimæ, fructus debeantur tanquam ex legitima, non solùm vsque ad concurrentiam legitimæ, verùm etiam in eo quod excedit legitimam: juxta sententiam Marescot. *lib. 1. resol. 73. numero 5.* Mant. *de conject. lib. 11. tit. 23. num. 22. & 23.*

Neque potest considerari aliqua usura, cùm nul- 9
lum adsit mutuum, neque verum, neque palliatum; sed dicti fructus debeantur ex mera liberalitate promissorum dotis, inter quos duo erant promissores extranei, hoc est ad dotandum minimè obligati, qui ad utrumque teneri voluerunt, nempe ad

dotem & ad fructus ; & ideò ad vtrumque tenentur, & cogi poſſunt, vt explicat Rota *d. deciſ. 106. parte 3. recent.*

10 Ad ſecundam quæſtionem Reſpondetur, creditores & legitimarios poſſe & debere agere contra verum hæredem, non autem contra emptorem, vel ceſſionarium hæreditatis ; quia qui ſemel fuit hæres, nunquam deſinit eſſe hæres : & hoc procedit etiam in fortioribus terminis, nempe quando ceſſionarius hæreditatis promiſiſſet hæredem ſeruare indemnem à moleſtiis creditorum, vt determinat Cardin. Tuſch. *in verbo, hæreditas, concluſ. 26. num. 3.* & probatur *in l. 2. C. de hæredit. vel act. vendit.* Tuſch. *vbi ſup. concluſ. 46. n. 4.* Sed in omnem caſum, certum eſt quod cedens tenebitur releuare, & indemnem ſeruare emptorem hæreditatis ab omni moleſtia erga dictos creditores.

11 Ad tertiam quæſtionem Reſpondetur, quod ſtante promiſſione, quod bona erunt libera ab omnibus & quibuſcunque oneribus hæreditariis, talis propoſitio ſic intelligenda eſt, vt comprehendat etiam immunitatem à ſolutione legitimarum : quia appellatione *onerum*, comprehenduntur ea omnia quæ de bonis detrahi poſſunt, ex notatis per Peregr. *de fideicomm. art. 4. in princ.* vbi explicat onera
12 hæreditaria, videlicet æs alienum, & alia ſimilia. † Sed magis in ſpecie loquendo de donatione, in qua facta fuit mentio *des charges hereditaires*, Maynard. *lib. 2. quæſt. 93. per tot.* & maximè *num. 2. verſic. & à la verité.* Quod ſi hoc procedit vbi adeſt mentio ſola onerum hæreditariorum, multò magis locum habere debet, dum immunitas promiſſa fuit non ſolùm ab omnibus oneribus, ſed etiam ab omnibus debitis, & ab omnibus ſubſtitutionibus, cum
13 verbis ampliſſimis, provt in caſu iſto : † quia legitima habetur loco æris alieni, & tanquam æs alienum detrahitur : Roland. *conſil. 39. n. 24. & 25. vol. 3.* cum ſimilibus. *In hoc negotio ſubſecuta fuit partium concordia.*

CAPUT CXLVI.

Alimenta filio ſpurio debentur à patre, & illius ſucceſſoribus cauſam lucrativam habentibus, uſque ad concurrentiam bonorum, quorum taxatio fieri debet, non iuxta ſimplicem neceſſitatem, ſed habita etiam ratione qualitatis & facultatis paternæ ; idque pro ipſo filio, eiúſque familia. Quid ſi legatum ſpurio factum fuerit pro vna vice ſoluendum? Aliaque quamplurima circa hæc alimenta ſcitu neceſſaria proponuntur.

SVMMARIVM.

1 *Spurio debentur alimenta ſuper bonis paternis, de jure Canonico.*
2 *Ius alimentorum ſpuriis jure naturæ debitorum minui non poteſt, nec pacto, nec conſuetudine, nec ſtatuto.*
3 *In materia alimentorum non debet fieri differentia inter legitimos, & illegitimos.*
4 *Ampliatur vt procedat, etiamſi ageretur de filio vnius Monialis.*
5 *Non ſolùm pater, ſed etiam illius hæredes, & ſucceſſores tenentur alimenta præſtare ſpurio atque ad concurrentiam bonorum titulo lucrativo habitorum.*
6 *Alimenta ſpurii non ad ſimplicem neceſſitatem reſtringenda ſunt, ſed taxanda juxta qualitatem & dignitatem patris.*
7 *In taxandis ſpurii alimentis non eſt conſideranda induſtria filii.*
8 *Induſtria, cujus utilitas pendet ex arbitrio diuerſius, veluti in Doctore, & ſimilibus, non eſt conſiderabilis in taxatione alimentorum, propter incertitudinem.*
9 *Expenſæ pro familia, famulis, & aliis neceſſariis, veluti Medicis, & ſimilibus, conſiderari debent in taxatione alimentorum.*
10 *Si pater filio ſpurio legatum fecerit vna vice ſoluendum, conſideranda ſunt alimenta, juxta tantum* in l. hæreditatum, ff. ad leg. falcid.
11 *In eo qui non attigit annum vigeſimum, conſiderantur alimenta triginta annorum, juxta d. l.* hæreditatum.
12 *Quando agitur de ſpurio qui uxorem probabiliter ducturus eſt, in taxatione alimentorum habenda eſt ratio futuræ uxoris, & familiæ.*
13 *Debet etiam haberi ratio omnium ad humanam vitam neceſſariorum.*
14 *Filio ſpurio cum patre litiganti alimenta tanquam ſubſtantia præſtanda ſunt.*

VIr quidam Nobilis poſſidens Officium in domo Regis Chriſtianiſſimi, deceſſit aliquot annis, nullis relictis legitimis liberis ; ſed tantùm vnico filio ſuo illegitimo, nato ex muliere, quam in domo ſua per vnum annum cum familia retinuit, eandemque grauidam ſuis operis effectam, in monaſterio mulierum pœnitentium collocauit, & aluit, ipſi ſingulis menſibus alimenta conuentâ pecuniâ perſolvendo, eamque partui prouidam apud quamdam aliam mulierem remiſit, ex quam peperit dictum filium, in ſacris fontibus vnum ex ipſius Patris conſanguineis leuatum, in libro Baptiſmali ſub paterno nomine deſcriptum, poſtea verò curâ & expenſis dicti patris nutritum & eleuatum ; ſucceſſiuè autem apud quamdam patris colonum, & poſteà continuò poſtea impenſis partim ſponte, partim mandato huius enutritum.

Modò dictus adoleſcens petit ſe manuteneri quaſi poſſeſſione percipiendi alimenta ſuper bonis paternis, juxta diſpoſitionem juris Canonici *in cum haberet, de eo qui duxit in matrim. quam polluit adult.* non obſtante legato quingentorum ſcutorum ſibi facto in teſtamento paterno ſub filio nomine : quod quidem legatum dictus adoleſcens repudiauit tanquam minùs tenue & factum ſub vano nomine.

Non poteſt dubitari, quin dicto adoleſcenti debeantur alimenta, ex his quæ in facto præmiſſa fuere, attentâ poſſeſſione dicta quaſi poſſeſſione illa percipiendi.

Sed tota difficultas verſatur circa taxationem dictorum alimentorum, quæ licèt magna ex parte ex Iudicis arbitrio dependere videantur, tamen illud arbitrium debet eſſe à jure regulatum, ideo ſequentia conſideranda ſunt, & examinanda.

Primò, quod de jure alimenta debentur non ſolùm filiis naturalibus & legitimis, ſed etiam legitimis & ſpuriis, ex æquitate Canonica : per cap. *d. cap.* cum *haberet* : per quem textum ita notat

Card.

Couarr. *tom.* 1. *tract. de matrim. part.*2. *cap.*8. §. 6.
2 *num.*1. *& ſeqq.* vbi hoc ampliat, † vt jus iſtud alimentorum tanquam pendens a jure naturali, non poſſit vllo modo minui, nec pacto, nec conſuetudine, nec lege municipali: Menoch.*conſ.*60. *n.*7.8.9.
3 *& ſeqq.* Maſtrill. *deciſ.*85. *num.*2. † Cùm nulla ſit differentia inter naturales, & legitimos, circa ali-
4 menta: Idem *deciſ.*144. *num.*10. *& num.*18. † vbi etiam ampliat in filiis vnius monialis: & generaliter tradunt omnes DD. *in d. cap. cum haberet:* Gratian.*diſcept.*958.*n.*30.

5 Secundò notandum eſt, non ſolùm viuente patre obligationem alendi filios illegitimos ſubſiſtere, ſed etiam eo mortuo tranſire ad hæredes: Surd. *de aliment. tit.*1. *quæſt.*50. *num.*1. vbi quod quicunque ſucceſſor bonorum paternorum, qui titulo lucratiuo bona acquiſiuit, tenetur filiis illegitimis alimenta præſtare. Ricc.*collect.*1099. *& collect.*1212. *verſic. amplia ſecundò:* vbi refert Franch. *deciſ.*178. vſque ad concurrentiam bonorum. Giurb. *deciſ.* 5. *num.*44. *&* 45. Rot. apud Marcheſan. *in Bonon. aliment. fol.*1176. *p.*1.

6 Tertiò præſupponendum eſt, quod iſta alimenta non ſunt præſtanda dumtaxat ſecundùm ſimplicem filii ſpurii neceſſitatem, ſed potiùs attentis & conſideratis patris illegitimi diuitiis, & illius qualitate, ac dignitate: Couarr. *d.* §. 6. *numero* 10. *& ſeqq.* Gomez *ad l.*9.*Tauri*, *numero* 40. vbi dicit de hoc eſſe apertum textum *in d. cap. cum haberet:* ibi, *Secundum quod ei ſuppetunt facultates.* Molina *de primogen. Hiſp. libro* 2. *capite* 15. *numero* 55. *verſic. ſed verius eſt*, vbi dicit non conuenire æquitati Canonicæ, ſi filio Nobili id ſolum præſtetur, quo natura contenta eſt; ſed etiam perſonarum conditionem & qualitatem eſſe attendendam: Gratian. *diſcept.* 586. *numero* 29. vbi dicit attendendam eſſe dignitatem, & qualitatem facultatum patris, & ejus cui debentur: *& capite* 112. *num.* 6. *& multis ſequent.* vbi dicit ita ſeruari in practica: *& num.*10. vbi dicit attendendas eſſe etiam facultates patrimonii: & fusè *per totum illud caput*; & ſic etiam determinauit Rota Rom. *in quadam deciſ. Bononien. alimen. coram Penia*, teſte Gratian. *d. capite* 586. Lup. *in tract. de illegit. comment.*2. §.1. *numero* 43. *verſic. contrarium tamen*, qui licèt exiſtiſtimet hoc à Iudicis arbitrio pendere, non tamen ex hoc excluditur, quin Iudex ſuum interponens arbitrium, tanquam bonus vir, debeat etiam conſiderare ſtatum & dignitatem perſonarum: vt dicit Gratian. *d. cap.* 112. *num.*14.

Quartò ſupponendum eſt, quod in taxandis
7 ſpurii alimentis nulla debet haberi ratio induſtriæ filii, ſed ſolùm inſpici debet vtrùm ipſe ex redditibus competentibus viuere poſſit: Rot. *in Bononien. alimen.* 5. *Iulii* 1604. *coram Iuſto*, *numero* 1. *verſic. quæ applicantur*, quæ eſt inſerta apud Marcheſan. *fol.* 1171. *parte* 1. Rota *in recentior. parte* 2. *deciſ.* 224. *numero* 5. vbi dicitur id maximè locum habere, quando pro parte hæredum non probatur, eum qui petit alimenta, ex ſuo labore & induſtria tantum lucrari, quantum ſufficiat ad ſeipſum & familiam alendam; & quod ad hunc effectum non attenditur induſtria nec opera, propter fragilitatem humanæ naturæ, ſed an habeat vnde ex red-
8 ditibus viuere poſſit. † Præſertim quando agitur de artificio, quod non poteſt arbitratu proprio exerceri, ſed ex aliena pendet voluntate, qualis eſt Doctoratus, & ſimiles profeſſiones. Idem per Rotam *d. deciſ. n.*6.

9 Quintò ſupponendum eſt, quod in decernendis filio ſpurio alimentis debet haberi ratio perſonarum, quas ſpurius alere tenetur, necnon ſumptuum & expenſarum pro diſciplina, pro Medicis, & medicamentis, quæ alimentorum appellatione veniunt: *l. quos nos*, §. *verbum Viuere*, & *ibi* DD. *ff. de verb. ſignif.* ſicuti ſalaria Medicorum, Surd. *de aliment. tit.*4. *quæſt.*5. *num.*3. Item lecti, culcitræ cum ſuis pertinentiis: Surd. *de alimen. quæſt.*7. *num.*1.3.4. *& ſeqq.* Item veſtimenta, *l. legati*, *ff. de aliment. & cib. leg. l. verbo Victus*, *ff. de verb. ſignific.* Gloſſ. *in l. ſi quis à liberis*, §. *non ſolùm*, *ff. de lib. agnoſcend.* Item expenſa famuli, quando agitur de eo qui famulum habere debet ad ſibi inſeruiendum: Surd. *tit.*4. *q.*18. *num.*10. Denique omnia ad victum neceſſaria, de quibus per Viuium *opin.*44.

Sextò ſupponendum eſt, quod quando teſtator 10
reliquit alicui ſpurio legatum pro vna vice ſoluendum, debet fieri calculus juxta *l. hæreditatum*, *ff. ad leg. Falcidiam*: ita vt ſi alimenta excedant ſummam à patre taxatam, habito reſpectu ad quantitatem annorum limitatam per dictum textum; filius non obſtante taxatione facta per patrem, poſſit petere alimenta competentia ſibi decerni. † Et ideò dum 11
agitur de eo qui nondum attigit ætatem viginti annorum, debet fieri ſupputatio ſummæ ad quam aſcenderent alimenta ad annos triginta. Vnde legatum quingentorum ſcutorum factum alicui minori viginti annis, non æſtimabitur juxta *d. l. hæreditatum*, niſi ad ſummam ſexdecim ſcutorum & quadraginta ſolidorum ſingulis annis; vt in puncto fuit deciſum per Rot. *deciſ.*395. *part.*2. *recent.* Surd. *de aliment. tit.*9. *q.*11. *n.*28.

Conſiderandum denique eſt, quod iſte ado- 12
leſcens vxorem probabiliter ducturus eſt, pro qua, & liberis ex illo matrimonio procreandis, alimenta præſtari & taxari debent: ex Vincent. de Franch. *deciſ.*283. *numero* 15. Surd. *titul.*1. *quæſt.*13. *numero* 6. qui loquuntur etiam de natis illegitimè.

Item debet haberi ratio omnium alimento- 13
rum, veſtimentorum, medicamentorum, cubilium cum ſuis pertinentiis, famulatu, & aliorum omnium ad humanam vitam neceſſariorum: juxta Viv. *d. opin.* 44. & alios Doctores ſuperiùs allegatos.

Debet etiam haberi ratio expenſarum omnium in præſenti lite factarum, quæ ex patris patrimonio præſtari debent: *l. ſi inſtituta*, *ff. de inoff. teſtam. l. fin. C. de ord. cognit.*

Mors huic adoleſcenti ſuperueniens litem hanc terminauit.

CAPUT CXLVII.

De vi & natura dictionum *Vltra*, vel *Extra*, vel *Hoc ampliùs*, & ſimilium. Et quãdo ex illis appoſitis ſuper gravamine adjecto ſecundæ diſpoſitioni, cenſeantur in gravamine comprehenſa bona primæ diſpoſitionis. Oſtenditur differentia inter ſocietatem coniugalem acquæſtuum & conquæſtuum, & donationem omnium acquiſitionum faciendarum per filium patris donatarium. Quid juris competat venditori ſuper rebus venditis pro pretii

conſecutione, ſi nec dominium, nec ſpecialem hypothecam ſibi reſeruauerit. Et de re empta ex pecunia dotali.

SVMMARIVM.

1 *Dictio* Vltra, *appoſita in ſecunda donatione, nihil addit contentis in prima, nec cenſetur illis adjicere aliquod grauamen.*
2 *Dictio Vltra, operatur augmentum, non diminutionem.*
3 *Donatio perfecta non poteſt grauari fideicommiſſo ſine conſenſu donatarij.*
4 *Dictio* Vltra, *eſt implicatiua & cumulatiua.*
5 *Per grauamen appoſitum in ſecunda donatione, cenſetur etiam facta repetitio grauaminis, vt in eo comprehendantur bona prima donationis, ſi repetitio ad primam referatur.*
6 *Legata relicta cum dictione* Vltra, *ad omnes nominandos referenda.*
7 *Legata ſi fuerint alicui alimenta durante vita, & praterea ſumma 200. ſcutorum, hoc ſecundum legatum intelligitur vt valeat durante vita, ob naturam dictionis repetitiuæ.*
8 *Conditio cenſetur repetita in ſecundo legato, connexa per dictionem* Ultra.
9 *Imò ſi ſecunda diſpoſitio eſſet facta ſine grauamine, cenſetur reuocatum grauamen primæ, ob dictionem repetitiuam appoſitam in ſecunda.*
10 *Dictio* Etiam, *non reſtringit, ſed ampliat diſpoſitionem, necnon verbum* Omnia, *quod nihil excludit.*
11 *Dictio* Extra, *quid operetur, & quod ſit contraria dictioni* Vltra.
12 *Dictio* Vltra, *relata ad reſiduum hæreditatis, quid operetur.*
13 *Explicatur* deciſio *Merlini* 548.n.39.& 40.
14 *Dictio* Vltra, *appoſita grauamini in ſecunda donatione, corrigit primam diſpoſitionem.*
15 *Fauor liberorum prævalet fauori piæ cauſæ.*
16 *Donator poteſt grauare donatarium in bonis propriis, ſi tantumdem illi de ſuo reliquerit.*
17 *Donatis acquæſtibus, creditores donatarii habent jus ſuper illis.*
18 *Obligatio contracta pro Officio emendo, eſt cauſa acquiſitionis illius Officii.*
19 *Quomodo differant donatio lucrorum, & donatio acquæſtuum.*
20 *Donatio acquæſtuum non regulatur eodem modo, quo ſocietas inter conjuges inita ſuper acquæſtibus.*
Quomodo inter ſe differant acquæſtus, & conquæſtus, ibidem.
21 *Donatio totius utilitatis verbis ampliſſimis concepta, omne genus acquiſitionis comprehendit.*
22 *Stantibus verbis claris donationis, acquiſitiones factæ per filium donatarium debent eſſe immunes ab omnibus debitis & expenſis.*
23 *Venditor nullam habet prælationem ſuper re venditа, niſi ſibi conſuluerit per ſpecialem hypothecam, vel reſervationem dominii.*
24 *Acquiſitiones factæ per filium in dubio præſumuntur proueniſſe ex propria illius induſtria.*
25 *In rebus ex pecunia dotali comparatis, vxor nullum habet in proprietate ius, ſed illæ pertinent ad acquirentem.*

ADverſus ea quæ per nos ſcripta ſunt *infr. cap.*168. duo excitantur dubia: quorum primum eſt, quod in donatione 8000. ſcutorum vltra 1000. ſcuta, facta in fauorem filii, & filiorum ex eo matrimonio, non fuerit quæſitum jus liberis, quam liberis, ſed tanquam patris hæredibus; quia dictio *Vltra*, non potuit præiudicare primæ donationi 1000. ſcutorum, factæ in fauorem filii proprij & ſuis hæredibus ſtipulantis: ex traditis per Bellin. *dec.*558.*n.*39. & 40. ſed potiùs contenta in prima donatione, cenſentur approbata & confirmata juxta illorum tenorem: ex Ozaſc. *deciſ.*52.*num.*5. Gratian. *diſcept.*116.*n.*29.

Imò dictio *Vltra*, eſt potiùs excluſiua, quàm cumulatiua: Manent. *dec.*4.*n.*17. Sanfelic. *deciſ.*205. & potiùs debet operari augmentum quàm diminutionem, vt *in dicta deciſione*. Maximè cùm agatur de materia odioſa: Caualer. *dec.*581.n.5.& 7. potiùs per modum cumulationis quàm diſpoſitionis, cùmque facta fuerit in fauorem filii, non debet in ejus odium retorqueri.

Et ideò donatio perfecta non potuit grauari fideicommiſſo, ſine expreſſo conſenſu donatarii. Bell. *conſ.*205.*n.*10. Rot. *parte* 2. *recent. dec.*463.*n.*2.

Quæ dubia, licèt primo intuitu ſatis vrgentia videantur, ex ſequentibus omninò reſoluta eſſe conſtabit.

Siquidem dubitari non poteſt, quin dicto *Vltra*, adiecta alicui diſpoſitioni, ſit implicatiua & incluſiua tam primi, quàm ſecundi relicti, & ſic tam donationis 8000. quàm 1000. ſcutorum: ex Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*116. *num.*39. loquitur nominatim de donatione inter vnos: Burat. *deciſ.*799.*n.*5. Rot. *deciſ.*62.*n.*13. *parte* 6. *recent.* adeò vt vigore præfatæ dictionis *Vltra*, non tantùm in hoc ſecundo inſtrumento non ſolùm boc. ſed etiam 1000. ſcuta donaſſe videatur: Mantic. *lib.*5. *tit.*3. *num.*32. & donatio 1000. ſcutorum eodem jure regatur, quo donatio octo millium: Gratian. *diſcept. forenſ.*677.*n.*49. Peregr. *de fideicomm. art.* *num.*15. Vnde fuit in Curia Parlamenti judicatum quod ſi quis ſe obligauerit ad certam ſummam *Outre autres debtes*, ex eo fuit interrupta præſcriptio, quæ contra alia debita antiquiora opponi poterat, vt teſtatur Claudius Henrys *in ſua recollectione arreſtorum, lib.*4.*c.*6.*q.*100.

Itaque vt omnis tollatur difficultas aduertendum eſt, hîc agendum eſſe de repetitione grauaminis, duplici reſpectu: *Primò*, reſpectu primæ donationis, quæ ſimpliciter & ſine grauamine facta fuit. *Secundò*, reſpectu ſecundæ donationis factæ per dictionem *Vltra*, comprehendentem ſummam ducatam, adiecto grauamine in fauorem filiorum ſuturarii. Et hoc ſuppoſito concludendum eſt, illud debere reſpectum ad grauamen, qualitates, & conditiones appoſitas in hac ſecunda donatione, in quo afficiant vtramque ſummam in prima & ſecunda donatione contentam, vt benè probatur per text. *in l. Aurelius* 29.§. *teſtamento ita ſcripſerat, ff. de liber. legat.* vbi teſtator reliquerat Titio libertatem omnium ſummarum quas illi debebat, quam liberationem reliquerat in teſtamento: deinde verò fecerat codicillos, quibus mandauerat vt donaretur Titius, nihil ab eo exigeretur. Quæſitum fuit, vtrùm ſecunda diſpoſitio videretur facta augendi legatum liberationis? Et concluditur conſultus videri minuisse legatum datum in teſtamento. Et ideò dicit *ibi* Gloſſa *in verbo, manumiſit*, quod cùm primum legatum eſſet tacitè repetitum in codicillis, per verbum, *hoc amplius*; verba ſtrictiua appoſita in codicillis reſtringunt hoc repetitum, necnon etiam primum, quod erat non repetitum

repetitum in poſteriori diſpoſitione vigore illius dictionis *Vltra*.

6 Idem probatur *in l.ult. de reb. dub.* ubi deciditur, alimenta duobus inter plures manumiſſos relicta cum dictione, *hoc amplius*; referenda eſſe ad omnes manumiſſos, quamvis de illis teſtator nihil diſpoſuiſſet.

7 Idem probat Caſtrenſ. *conſ.*88. *lib.* 1. ubi ponit caſum, quo teſtator reliquerat uxori quædam bona quamdiù vitam vidualem ſervaret: deindè verò eidem uxori reliquit ducenta per dictionem *Item*, vel *Vltra*, vel *hoc amplius*: Concludit qualitatem & conditionem appoſitam in præcedenti diſpoſitione, cenſeri repetitam in legato ſequenti, & ſic uxorem non poſſe habere dicta ducenta, niſi durante vita.

8 Idem concludit Giovagnon. *conſ.*40. *num.*8. *verſic. nec dicatur*, *lib.*1. ubi dicit, quod quia teſtator legaverat dotem tempore nuptiarum ſolvendam, ultra ſcuta mille, filiæ ſuæ; dicta mille ſcuta non debentur niſi ſub conditione nuptiarum, propter illam dictionem *Vltra*, quæ eſt incluſiva & implicativa, omnia æqualiter determinans: Et ſimile habetur apud eund. *reſponſ.*84. *num.*18. *in fine verſ. ſecundò*.

9 Imò quod plus eſt, ſi in prima diſpoſitione adjectum fuiſſet gravamen, ſecunda verò fuiſſet facta ſine gravamine, attendenda eſſet ſecunda: ut per Mantic. *de conject.lib.*12. *tit.*1. *n.*38.

10 Et cùm clauſulæ appoſitæ in dicta ſecunda donatione, fuerint factæ cum dictionibus univerſalibus ſæpiùs repetitis, tam ad primam quàm ad ſecundam ſummam relatis, nulla ſpereſſe videtur dubitatio, cùm dictio illa, *Omnia*, vel *Omnes*, nihil prorsùs excludat, & utramque donationem comprehendat: *l.Iulianus*, *& l.teſtatorem*, *in princ. ff.de legat.*3. cum aliis vulgatis.

Quod evidentiùs apparet ex generalitate verborum, & continuatione orationis in illo articulo donationis factæ filio, & liberis, de ſumma 8000. ſcutorum, *ultra etiam mille aureos anteà donatos*: adeo ut illa geminatio verborum, *outre auſſy*, evidenter oſtendat eodem contextu, & eodem favore, utramque ſummam favore liberorum fuiſſe donatam, cùm dictio illa *auſſy*, ſit ampliativa & augmentativa & repetitiva omnium conventorum in illa oratione, & diſpoſitione: Barboſ. *de dictionib. cap.*112. *num.*5. Et per hanc clauſulam ceſſat quoque illa objectio diſpoſitionis cumulativæ, deſumpta ex Gratian. *d.diſcept.*116. cùm dictio *Etiam*, non cumulet, nec reſtringat diſpoſitionem, ſed illam omninò amplificet: ex notatis per Seraph. *deciſ.* 1384. *num.*5.

11 Quibus ita ſuppoſitis, clara reſultat reſponſio ad doctrinas in contrarium allegatas. In primis enim fieri non poteſt fundamentum *in deciſ.* 380. *Sanfelicii*, *n.*4. qui loquitur in aliis terminis omninò diverſis; non enim agit de dictione *Vltra*; ſed de dictione *Extra*, quæ ex diametro adverſatur dictioni *Intra*, & ſic eſt excluſiva: ut notat Barboſ. *de dictionibus*, *cap.*121. *n.*1. & probatur ex *l.*3. quam allegat, *§.ſi quod extra hæredem*, & *ibi* Gloſſ. *in verb. ſi quis extra*, *ff. ad exhibend.* ubi Gloſſa æquiparat dictionem *Extra*, cum dictione *Præter*, quæ etiam excluſionem & ſeparationem denotat: ut per Barboſ. *d.cap.*121. *n.*4. *& l.ſi res mobilis* 10. *ff.de rei vindicat.* ubi loquitur de dictione *Extra*.

12 Manentus *d.deciſ.*4. *num.*17. loquitur de dictione *Vltra*, conjuncta cum verbo *reſidui hæreditatis*; & ideo verſatur in iiſdem terminis, in quibus Sanfelic. *d.deciſ.*380. quod patet, quia allegat textum *in l.ſi ita legatum* 68. *ff.de legat.* 1. ubi textus loquitur de dictione *Præter*, quæ potiùs eſt excluſiva: ex notatis per Barboſ. *de dictionib. cap.*279. *num.*5. Niſi tamen aliquando ponatur pro dictione *Vltra*, quia tunc non privat, ſed ponit: *leg.Seio*, *§.uxori*, *ff.de annuis legat.*

Merlin. *deciſ.*568. *n.*39. *&* 40. dicit dictionem *Vltra*, eſſe incluſivam & implicativam; & ſolùm illud idem comprehendere quod fuerat in prima donatione comprehenſum: quod nos non negamus, imò verum eſſe fatemur; ſed dicimus, quod ex eo quod nova qualitas, ſeu novum pactum fuit in ſecunda donatione contentum cum repetitione primæ per dictionem *Vltra*, favor filiorum donatarii in hac ſecunda donatione conſideratus, debet referri ad utramque donationem, propter naturam dictæ dictionis *Vltra*, quæ facit ut favor filiorum conſideratus in ſecunda donatione, ad utramque ſummam referri debeat. 13

Thomatus *deciſ.*50. *num.*298. *&* 299. ſolùm hoc dicit, quod dictio *Vltra*, indicat voluntatem augendi, & allegat *d.l.Aurelius* 28. *§. teſtamento ita*: & *ibi* Gloſſ. *in verbo*, *voluntatem*, *Digeſt. de liberation. legat.* ubi dictio *Vltra*, adjecta in ſecunda diſpoſitione corrigit primam; & attenditur onus adjectum in ſecunda diſpoſitione, non autem in prima: & ideò potiùs favet intentioni liberorum, ut attendi debeat onus & pactum ſecundæ donationi adjectum. 14

Neque ſubſiſtit quod opponitur, hîc agi de gravamine dicti donatarii: cùm agatur potiùs de favore liberorum ipſius, quorum cauſa prævalet cauſæ piæ: ut per Fontanel. *de pact.nupt.clauſ.*6. *gloſſ.*3. *p.*5. *num.*36. *fol.*358. 15

Nec etiam nocet quod dicitur, non poſſe apponi onus poſt perfectam donationem. Quia hoc verum eſt, niſi donator filio multò majorem ſummam donaſſet; certum enim eſt onus imponi poſſe bonis donatis, quando pater majorem ſummam donatario reliquit, excedentem gravamen injunctum: Caſtill. *lib.* 3. *controverſ. cap.* 10. *num.* 46. Dixi *in quæſtionib. civilib. quæſt.* 50. *num.* 38. *verſic. Et donator.* 16

Præterea clarum eſt, quod gravamen injunctum filio præjudicat, cùm ipſe fuerit præſens, conſentiens, & ſtipulationem interponens in eodem inſtrumento: Rot. *deciſ.*463. *n.*1. *p.*2. *recent.* Modern. Aven. *ibidem*, *num.*39.

Et ex his evacuatum creditur primum dubium.

Secundum dubium quod proponitur, conſiſtit in eo quod quamvis acquæſtus fuerint in pacto matrimoniali acquiſiti liberis donatarii; tamen creditores habent jus petendi ſatisfactionem ſui crediti ſuper illis acquæſtibus, cùm non poſſint acquiri liberis donatarii, niſi deducto ære alieno, quod eſt cauſa talis acquiſitionis: Tiraquell. *de retract. conſanguinitat.* §. 15. *gloſſ.* 1. *numero* 3. Quia qui vult habere commodum acquæſtuum, debet ſentire damnum: *leg. qui ſentit*, *ff.de regul. jur.* 17

Præſertim cùm obligatio contracta pro officio Graffariatus per donatarium, ſit cauſa acquiſitionis talium acquæſtuum, & cedat in augmentum rei familiaris: Cancer. *lib.*2. *cap.* 5. *de fidejuſſor. num.*65. 18

Eodem modo non debet haberi ratio acquiſitionum, quæ provenerunt ex pecuniis dotalibus uxoris donatarii, quæ per rationem prædictam in primis deduci debere videntur.

Similiter, quæ donatarius repetit ex hæreditate paterna, non videntur comprehendi in acquæſtibus : ex Cancer. *loc.cit.num.66.*

19 Pro cujus dubii reſolutione quædam in primis ſupponenda ſunt. *Primò*, magnam eſſe differentiam inter conventionem de lucris factam in favorem alicujus, & de acquæſtibus ; quia verum eſt, lucrum non intelligi niſi deducto ære alieno : quod tamen non ita ſimpliciter procedit, ſed tantùm locum habet quando debitum contractum eſt circa quæſtum, & negotium de quo agitur ; unde debita quæ non ſunt contracta ratione ſocietaris conjugalis, non debent deduci ex acquæſtibus : *l.ſed nec æs alienum 12. & l. ſocium qui in eo 61. §. 1. ff. pro ſoc.* quia non agitur de ſocietate omnium bonorum, ſed de promiſſione & donatione quæſtus tantùm : Morquec. *de diviſ. bon. lib. 2. cap. 12. num.11. & 12.*

20 Secundò ſupponendum eſt, magnam eſſe differentiam inter ſocietatem acquæſtuum & conquæſtuum, inter conjuges initam ; & ſimplicem promiſſionem & donationem acquæſtuum : propriè enim acquæſtus dicuntur ea quæ artifices, mercatores, aut ſimiles perſonæ ex ſua induſtria acquirunt : conquæſtus verò, quæ ex mutua utriuſque conjugis induſtria, ut notat Mornac. *in l.quæſtus 8. verſic. qui ex opera, ff. pro ſocio.* Et in iſtis verum eſt, fieri debere compenſationem lucri & damni, dummodò tale damnum ſit, quod eveniat cauſa adminiſtrationis maritalis circa acquæſtus factæ: nam ſi aliundè proveniant debita, non ideò diminuitur quantitas acquæſtuum : ut per Cancer. *in loco in dubiis allegat. n. 65.* & probatur *in d. leg. ſocium qui in eo 61. ff. pro ſoc.*

23 Sed nos verſamur non quidem in communicatione acquæſtuum, ſed in ſimplici illorum donatione facta favore liberorum verbis ampliſſimis, ita ut in ea omnes acquiſitiones comprehendantur propter generalitatem verborum, *Tous les profits, acqueſts & conqueſts, que ledit filz pourra faire à l'avenir, en qnelle façon & maniere que ce ſoit, au profit dudit filz & des enfans, qui ſortiront dudit mariage :* & ſic non ſolùm acquiſitiones omnes, ſed etiam emolumenta omnia & utilitates omnes (quæ emolumenta comprehendunt, ex notatis per Barboſ. *de appellat. verb. cap. 87.*) ſub generali verborum conceptione liberis donatæ reperiuntur : quo caſu omnis donationis ſpecies in donatione comprehenditur : ex Menoch. *conſil.1089.num.25.* Surd. *conſil.313. num.73.*

22 Debentque acquiſitiones illæ eſſe liberæ & immunes, non ſolùm ab alimentis & expenſis rei familiaris dicti filii donatarii, & aliis quibuſcunque, ad quas ipſe nec directè, nec indirectè teneri poterat ; imò ad ipſum plenè, integrè & totaliter liberæ, immunes, & exemptæ pertinebant, ut expreſsè conventum fuit in dicto contractu matrimonii : adeò ut inutilis futura ſit diſpoſitio, imò contraria verbis & intentioni contrahentium, ſi prætendatur expenſas & debita de dictis acquæſtibus deduci debere.

His ita ſuppoſitis, evidens redditur reſponſio ad prædicta dubia. *Primò* quidem, quia non eſt locus detractioni æris alieni, ſtante pacto expreſſo in con-
23 trarium in dicto contractu matrimonii. † *Secundò*, quia hîc non agitur de ſimplici donatione lucri, ſed de generali acquiſitionum & utilitatum omnium, *de tous profits*, donatione. *Tertiò*, quod obligatio contracta pro officio Graffariatus, non eſt cauſa proxima acquiſitionis, ſed remota ; & cùm pro pretio dicti officii nulla adſit hypotheca ſpecialis, nec reſervatio dominii, venditor officii non lam habere poteſt ſpecialem hypothecam ſuper dicto officio, multoque minus prælationem adver liberos donatarii anteriores creditores ; cùm in dicontractu habita fuerit fides de pretio, neque reſvarum ſit dominium in favorem dicti venditjuxta notata per Vincent. de Franch. *deciſ.306.* in aliquibus Galliæ Tribunalibus concedatur ditori anterioritas ſuper pretio rei venditæ, etiamde illo habita fuerit fides, & etiamſi nulla facta rit dominii reſervatio, vel ſpecialis hypothec teſtatur Claudius des Henrys *in ſua recolleſtione reſtorum, lib.4.cap.6. quæſt.107.*

Cùm igitur acquiſitiones factæ fuerint per filium donatarium ex propria induſtria, prout de jure præſumitur, juxta Cyriac. *controverſ.91.num.2.* & cum non agatur de ſimplici promiſſione lucrorum, nec de ſocietate inita inter conjuges, cujus natura eſt, ut æs alienum ex cauſa ſocietatis contractum in ptimis detrahatur ; ſed de generali acquiſitionum & utilitatum donatione, verbis generalibus facta in favorem liberorum ; ſequitur, omnes acquiſitiones & utilitates pertinere ad liberos, nec ſuper iis creditorem pro pretio officii agere poſſe, qui conſenſit, & conſenſit hujuſmodi generali utilitatum & acquiſitionum donationi, factæ in favorem liberorum dicti donatarii.

Quod autem attinet ad acquiſitiones quæ dicuntur factæ ex pecuniis dotalibus uxoris, auxilium inde deſumi poteſt argumentum adversus liberos, quia acquiſitum ex pecunia alieni, pertinet ad requirentem : *l.ſi patruus, Cod. commun. utriuſque judicii, l. ſi ex ea, C. de rei vindicat. l.1. C. ſi quis ex, vel ſibi : l.ſi maritus, C. de diſtract. pign.* Neque uxor, quæ potuit uxor contra bona mariti, ſed non prætendere proprietatem officii, aut lucrorum ex eo provenientium, ſeu acquiſitionum ex pecuniis dotalibus : *l. ex pecunia, C. de jure dot.* Neque in tabus acquiſitionibus uxor portionem aliquam habecùm ſocietas non fuerit cum ea contracta, quo caharet medietatem lucrorum, deductis expenidque ex natura ſocietatis : *l.omne æs alienum, ff. ſocio :* ſed agitur de donatione facta liberis, nuxor nihil prætendere poſſit, ſed bona dopertineant ad liberos, nulla habita ratione alieni, ſtante conventione expreſſa quod acquiſitiones donatæ ab omni ære alieno liberæ eſſent immunes. Et ſecundùm hæc fuit judicatum per Bretam Avenionenſem hoc anno 1657. & mecum bruarii, in cauſa domini Chardon.

CAPUT CXLVIII.

Pactum appoſitum in conceſſione emphyteutica, quod emphyteuta teneatur omnes olivas in prædio conceſſo natas deferre ad molendinum olearium Domini eſſe reale, & ex eo omnes poſſeſſores prædii emphyteutici cogi poſſe ad detricandum omnes olivas in dicto molendino : & Dominum eſſe manutenendum in quaſi poſſeſſione cogendi : adeque omnes in conſequentiam dictæ conceſſionis cenſeri factos jure ſervitutis & non jure familiaritatis. SUMMA

SVMMARIVM.

1 *Pacta omnia in contractu emphyteutico apposita sunt pars contractus, & ab eo separari non possunt.*

2 *Concessiones omnes emphyteuticæ, vel feudales, dependent à prima, & juxta illam regulantur.*

3 *Promissio seruitutis personalem actionem producit, sed illius traditio dat actionem realem, nempè Confessoriam, vel Negatoriam.*

4 *Actus ex quibus dignoscatur factus jure seruitutis, & quando jure familiaritatis.*

5 *In dubio pactum potius præsumitur reale, quàm personale.*

6 *Concessio facta respectu certæ & determinatæ rei, est realis, & non personalis.*

7 *Pacta quæ imponunt obligationem aliquid faciendi, excludunt ius facultatiuum.*

8 *Omnia pacta eiusdem contractus censentur correspectiua.*

9 *Pro jure cogendi ad detricandas oliuas competit manutentio existenti in possessione.*

10 *De tota materia molendini bannarii: Remissiuè.*

CVm omnia prædia in certo territorio fuissent data in emphyteusim variis particularibus ea lege, vt tenerentur omnes oliuas in dictis prædiis nascituras detricari facere in molendino concedentis: † pactum illud dicitur pars contractus, & ab eo separari non potest, sicut & cætera omnia pacta contractui emphyteutico adiecta; & ita debet seruari, ac si naturale esset eiusdem contractus. Valasc. *de jure emphyteut. quæstione* 4. *numero* 3. & 8. 1

2 Vndè negari non potest quin pactum illud sit reale, & transitorium ad quoscumque rei emphyteuticæ possessores, quia in omni concessione emphyteutica, vel feudali, intelligitur renouatus tenor primæ inuestituræ, vel concessionis; cùm sequentes concessiones nihil noui inducant, sed sint accessoriæ primæ, ideóque ex prima robur, interpretationem, & qualitates omnes assumant: vt per Rosent. *de feud. cap.6.conclus.69.n.4. & ibid. glossam litter.C.*

3 Item quia magna est differentia inter promissionem seruitutis, & realem ipsius constitutionem; sola siquidem promissio regulariter actionem tantùm personalem parit: at si effectualiter subsecuta fuerit quasi traditio seruitutis, tunc quasi possessori datur actio realis Confessoria, vel Negatoria, tanquam pro jure reali: vt bene explicat Gomes. *lib.2.var. resol. cap.15. de seruit. num. 22. & 24. in fine.*

At in casu proposito subsecuta fuit quasi traditio per actus possessorios, factos ab omnibus dictis particularibus, deferentibus oliuas suas ad dictum molendinum: Ergo, &c.

4 Rursùs id maximè procedit, quia dicti actus possessorii fuerunt facti jure seruitutis, & non jure familiaritatis: ex theorica Bart. in *l.1.§. hoc interdicto, numero 9. Digest. de itin. actúque priuato*, vbi vult, quod quando faciens aliquem actum, potuit habere aliquam causam credendi sibi competere jus seruitutis, tunc quidquid actum est, censetur factum jure seruitutis: vt etiam tradit Ruin. *conf.191.num.6.vol.1.* Castrens. *conf.243. n.2. vol.2.* Menoch. *remed.5. retinend. possess. num.18. & seqq.* atqui actor, eiúsve authores habebant eundem titulum dictæ concessionis emphyteuticæ, præbentem justam causam non solùm credendi, sed etiam exercendi dictam detricationem oliuarum jure seruitutis: ergo per illos actus rectè dicitur constitutus in quasi possessione dictæ seruitutis.

Præterea in dubio pactum omne potius reale præsumitur, quàm personale: Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuentionibus, lib.1.tit.7.n.14.* 5

Addatur quod concessio facta ratione certæ & determinatæ rei, dicitur realis: text. est *in l. antepenult. & sequent. l. Lucius*, & *ibid.* Gloss. *in verbo, vbicunque: ff. de seruit. rust. prad. juncta l.3. Cod. de seruitut. & aqua*, Joan. Faber *in §. aquè, num.4. & 5. Institut. de action.* at seruitus ista de qua agimus, habet duo extrema realia, prædia scilicet seruientia, & prædium dominans, cuius intuitu constituta fuit: ergo, &c. 6

Et verba contractus emphyteutici clarè ostendunt, promissionem aliò non molendi fuisse factam jure seruitutis, vt patet ex illis verbis, *sera tenu moudre & desfaire les oliues prouenantes de ladite terre, & porter au moulin dudit Seigneur, situé audit lieu, & payer les droits de monturage que sera accordé*: quæ verba, *sera tenu*, clarè exprimunt seruitutem: quia non sonant in factum, sed in jus: ideircò per illa verba dicitur constituta seruitus realis & prædialis ab vtraque parte, quia fuerunt apposita respectu certi & determinati fundi: vt per tradita in *d.l.cum fundo 36. & leg. Lucius, ff. de seruitut. rust. præd.* Præsertim quia in dicta concessione emphyteutica fuit habitus respectus ad vtilitatem certi prædii dominantis, tanquam ad causam finalem illius concessionis: † cùm de jure omnia pacta apposita in eodem contractu, censeantur correspectiua, etsi vnum factum sit contemplatione alterius; & si vnum cessat, extinguatur & aliud: vt copiosè traditur per Surd. *cons.* 457. *num.* 21. *& sequent.* Ergo promissio aliò non molendi, est correspectiua ad solutionem juris molituræ, & sic ad vtilitatem prædii dominantis. 7 8

Denique stantibus præmissis, maximè quia supponitur probatum per testes, dictum Actorem, & ejus Authores esse in ea quasi possessione, vt omnes oliuæ in dictis agris & viridariis nascentes deferantur ad suum molendinum, consequens est vt ipsi dari debeat mandatum de manutenendo, quod pro istis juribus incorporalibus concedi debet, vt per Matth. de Afflict. *decis.* 395. *per tot.* Gomes. *ad l. Tauri* 45. *num.*170. *& num.*191. Joan. Fab. *in §. retinendæ, Institut. de interd. num.*15. & 17. & in individuo in jure detricandi, quod alii *ius macinandi* vocant, dari interdictum *vti possidetis*, tradit Bocat. *in tract. vti possidetis, cap.*1. *num.*81. & *cap.*8. *num.*10. Et lite pendente quod quasi possessor similium jurium manutenendus sit, tradit Vinc. de Franch. *decis.*158. *in fine.*

Et secundùm hæc fuit judicatum in fauorem Domini, per plures sententias conformes, multùm reclamantibus prædiorum possessoribus. 9

De molendino bannario, Card. *cons.*227. *n.*20. & 321. *num.*24. & 390. Thesaur. *decis.* 26. Cæpol. *de seruitutib. tit. de furno, c.*50. Chassan. *in consuetudin. rubr.*13. §.2. *num.*14. Roland. *cons.*22. *num.*23. *cons.*92. *num.*43. *vol.*2. *cons.* 52. *num.*31. *consil.* 80. *numero* 38. & *cons.*93. *vol.*3. Clar. §. *feudum, quæst.*30. Boër. *decis.*125. & 304. *num.*7. Rosent. *cap.*5. *conclus.*25. *num.*3. & *in gloss.* Trentacinq. *lib.*1. *resol.*1. *de seruitut.* Guido *decis.*298. Tusc. *lit. P, conclus.*37. Menoch. *cons.*202. *num.*61. *vol.*3. Et de tempore im- 10

memoriali Jacobinus *in verbo*, *& cum molendinis*, *num.4.* Ripa *in l.quo minus*, *n. 132. ff. de fluminib.* Balb. *de præſcript.4. part.5.partis*, *quæſt.5.n. 1.& 2.* Stante temporis diuturnitate, non eſt neceſſe probare titulum verum, vel putatiuum; ſed ſufficit quod probetur aliquid adfuiſſe, propter quod faciens talem actum potuerit moueri ad credendum ſibi competere talem ſeruitutem; tunc præſumitur factum jure ſeruitutis, & non jure familiaritatis: Bart. *in l.1.§. hoc interdicto*, *num.9. ff. de itinere actuque priuato*: quem ſequitur Ruin. *conſ.192. n.6. vol.1.* Menoch. *remed. 5. retinen. num.18.* Caſtrenſ. *conſ.243.n.2.vol.1.*

CAPUT CXLIX.

De præcepto facto per Teſtatorem filiis junioribus, de cohabitando cum duobus fratribus ætate majoribus; ita quod ſi non habitauerint, poſſint ad voluntatem & beneplacitum fratrum majorum priuari legato ſibi facto, cum prohibitione recurſus ad ſuperiorem: Quod, ea non obſtante, poſſint juniores ex iuſta cauſa recurrere ad Superiores, vt non teneantur habitare cum fratribus, veluti propter ſæuitiam, odia, vel rixas, & quod eo caſu non incurrant pœnam priuationis.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio cenſetur facta in fauorem illorum, quibus ex ipſa commodum reſultat.*
2 *Alimenta alicui relicta quandiù cum hærede morabitur, durant etiam poſt mortem hæredis.*
3 *Clauſula* ad beneplacitum, *importat arbitrium boni viri.*
4 *Si tamen diſpoſitio concepta fuerit verbis ampliſſimis, ſignificat voluntatem abſolutam.*
5 *Libera facultas alicui conceſſa debet intelligi, dummodò bona fides interueniat.*
6 *Teſtator poteſt alicui committere ſecretum ſuæ diſpoſitionis.*
7 *Sed quomodo illa regula intelligi debeat, ad interpretationem* leg. Theopompus 14. ff. de dot. præleg.
8 *Superior non tenetur ad vnguem ſeruare voluntatem Teſtatoris, ſed poteſt illam temperare, & ad æquitatem reducere.*
9 *Filii non poſſunt præcisè per teſtatorem compelli ad ſemper habitandum cum fratribus; ſed Iudex poteſt illos eximere, ſtante juſta cauſa.*
10 *Nemo priuandus eſt commodo legati facti ſub conditione habitandi, ſi orta fuerit inimicitia cum eo, cum quo debet habitare.*
11 *Præcepta irrationabilia teſtatorum non ſunt attendenda.*
12 *Si teſtator prohibuerit filiis recurſum ad Principem, præceptum nullum eſt.*
13 *Teſtator non poteſt facere quin Iudex adeatur pro ſui teſtamenti interpretatione.*
14 *Iudex poteſt ex cauſa recedere à voluntate Teſtatoris.*
15 *Prohibitus aliquem moleſtare, non impeditur recurrere ad Iudicem ex juſta cauſa, maximè ſi adſit culpa aduerſarii.*
16 *Priuationis pœna non incurritur, quando quis contrauenit in caſibus à jure permiſſis.*
17 *Recurrens pro obtinenda juſtitia non dicitur contrauenire voluntati teſtatoris.*

TEſtator, relicto vxori vſufructu, duos filios primogenitos hæredes vniuerſales inſtituit in proprietate, necnon etiam in vſufructu post mortem, vel ſecundas nuptias vxoris ſuæ: quem vſumfructum dictis duobus primogenitis relinquit cum ordine viuendi in communione cum aliis ipſorum fratribus, & expendendi pro communi victu omnium, retenta dictis primogenitis præeminentia & gubernatione rerum omnium, dummodò juniores communicent etiam ipſi omnes fructus ſuæ legitimæ, & non aliàs.

Et quia experientia docet, fratres aliquando quietè non viuere in communione: ideo dictus Teſtator ordinat & præcipit, quod dicti duo primogeniti coniunctim, & non in ſolidum, ad eorum beneplacitum, talem fratrem quietè non viuentem poſſint dimittere è domo, reſtituta illi legitimâ portione, præſtito juramento quod ipſi legitima de cauſa ſecundùm intentionem teſtatoris ibi ore tenus explicatam, non velint quod ipſe viuat in communi; ita quod talis frater dimiſſus non poſſit inquirere judicialiter, aut extraiudicialiter de cauſa talis dimiſſionis.

Volendo tamen, quod talis ſic dimiſſus poſſit redire ad communionem juxta arbitrium prædictorum, & poſtea iterùm dimitti, modo, & forma, quibus ſuprà; toties quoties dictis duobus primogenitis expediens videbitur & opportunum.

Et ſi aliquis ex dictis junioribus dictam facultatem à Parente datam in judicio, vel extra judicium in controuerſiam revocaret, vel etiam dimiſſionem à dictis fratribus primogenitis factam, quocumque Superiore, etiam per unicam citationem impugnaret, voluit illum ex nunc omni teſtamenti, & ſubſtitutionis in eo commodo priuatum eſſe, & ſola legitima contentum.

Ex cuius teſtamenti formula non parua oritur difficultas, vtrùm videlicet licitum ſit dictis junioribus hæredibus juniores ad libitum dimittere, & reuocare cum cauſa, & ſine cauſa. Et cùm ſeniores non bona fide procederent in tali dimiſſione, vel admiſſione, vtrùm licitum ſit dictis fratribus junioribus recurrere ad Superiores, & ſibi aduersùs talem iniuſtam dimiſſionem prouideatur.

Pro quarum difficultatum reſolutione ſuppponendum in primis eſt, ſecundùm mentem & verba teſtatoris, formam illam communis viuendi demandatam eſſe à Teſtatore, ad commodum præcipuè & vtilitatem filiorum natu ſeniorum: † Primò quia in dubio diſpoſitio facta cenſetur in fauorem illius, cui ex ipſa commodum reſultat: *l.1.C.commun. de legat.* † vbi, ſi alimenta & veſtiarium legatum ſit quandiu cum hærede moratus eſſet, diſpoſitio cenſetur facta in fauore alimentarii, nec mortuo illo, cum quo morari debuerat, extinguitur legatum: Dec. *conſ. n.7.& 8.* In caſu autem propoſito, communis reſpicit ſolum commodum juniorum, qui ſolo legitimæ ſuæ fructus communicant, cùm tamen juniores fructus totius hæreditatis in communi tenere teneantur.

Secundò

Secundò, quia testator hoc clarè expressit, dum dixit quod ususfructus pertineret ad primogenitos cum onere vivendi in communi cum aliis fratribus, retenta præeminentia & gubernatione, & cum onere faciendi inventarium, itaut illa determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter illa determinet: juxta *l. jam hoc jure, ff. de vulg. & pupill. substit.* & sicut onus inventarii, ita & onus contribuendi fructus hæreditarios respiciat onus primogenitorum, & favorem, ac utilitatem secundogenitorum.

3 Supponendum est secundò, quod licèt verba dicti testamenti relata ad beneplacitum dictorum primogenitorum, videantur importare arbitrium boni viri; itaut juniores non possint expelli à domo, nisi in casibus in quibus bonus vir ita arbitraretur; Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 10.* Mart. *de claus. part. 2. claus. 1. num. 12.* Surd. *consil. 514. num. 9.*

4 Tamen verius est, dispositionem ad liberam voluntatem primogenitorum esse collatam, cùm Testator ipse facultatem dederit, etiam sine causa nec judicialiter, nec extrajudicialiter probanda, sed solo hæredum juramento remissa, dimitti posse: ex traditis per Gabrielium *consil. 143. num. 10. volum. 1.*

5 Nihilominus tamen licèt dimissio fratrum juniorum liberæ hæredum voluntati commissa sit, hoc intelligitur dummodo bona fides seniorum interveniat; cùm ita intelligi debeat libera voluntas alicui per testatorem collata: *l. creditor 60. § Lucius*, ibi, *plenè quidem, sed quatenus res ex fide agenda esset, mandasse:* & tradit Bart. *in l. alio hærede, num. 13. versic. sed si poneres, ff. de aliment. & cibar. legat.*

6 Neque obstat, si dicatur illud non procedere, quando Testator suæ dispositionis secretum hæredi commisit, quia tunc ei credendum est, juxta *leg. Theopompus 14. ff. de dot. prælegat.*

7 Quia lex illa non ita generaliter intelligenda est prout allegatur, quia multi credunt illam scire, & tamen ignorant, ut dicit *ibid.* Bart. *in princip.* & propterea dicta lex procedit favore dotis, & quia declaratio, de qua *in illa lege*, conformis erat menti Testatoris, quæ eliciebatur ex ipsa dispositione, neque commissa fuerat in casu illius legis dispositio, sed dumtaxat data facultas dotem arbitrandi, ut explicat Cyriac. *controvers. 444. à num. 50. usque ad 54.* & copiosiùs Alciat. *in repetit. l. 1. §. eadem, n. 15. & 16. vol. 6. Repetent.*

At in casu proposito non potuit Testator dicere hæredibus causam ejectionis, vel admissionis ad domum fratrum juniorum, quæ nondum nata erat: potuit quidem Testator illis significare mentem suam circa expulsionem; sed circa causam expulsionis non potuit: ergo si sine bona fide, & fraudulenter fieret expulsio, illa non subsisteret, non obstante libera potestate expellendi, hæredibus per Testatorem concessa.

8 Supponendum est tertiò, quod quotiescumque voluntas Testatoris est indiscreta, Superior potest modificare, seu declarare talem voluntatem: *leg. Quintus Mutius 7. versic. nec tamen semper, ff. de annuis legat.* ubi redditur ratio, quia Pater fortè ignoravit impedimentum superveniens personis, apud quas liberi commorari debebant, ut tradit
9 Rot. *decis. 589. num. 13. part. 5. recentior.* † Alioquin si superveniente justa causa per testatorem ignorata, liberi cogerentur commorari cum fratribus, cum quibus orta fuisset inimicitia, aut alia occasio legitima recedendi, & è converso possent admitti vel repelli semel vel pluries è domo paterna, induceretur quædam species servitutis, quæ tam à legato, quàm ab hæredis institutione rejicienda est: per text. *in l. Titio centum, §. Titio centum 2. ff. de condition. & demonstrat.* Rot. *d. decis. 589. num. 9.* Et esset dispositio contraria juri communi, † quo cavetur neminem privandum 10
esse commodo legati sub habitandi conditione relicti, si non habitaverit propter sævitiam illius cum quo habitare debebat, vel propter rixas, odia, & lites: Surd. *de aliment. tit. 4. quæstione 15. num. 23. & mult. sequentib.* Galganet. *de condition. & demonstration. part. 1. cap. 14. per tot.* & dispositio in favorem juniorum introducta, in odium ipsorum contra testatoris intentionem retorqueretur.

Quando autem Testator similia præcepta indis- 11
creta, & irrationabilia facit, non incurritur pœna propter inobedientiam, quia nemo facere potest quin leges in ejus testamento locum habeant: Duran. *de condit. imposs. cap. 1. n. 11. p. 2.*

Supponendum est ultimò, quod quamvis Testa- 12
tor prohibuerit dictis filiis suis citationem, vel recursum ad Principem; talis prohibitio nullius est roboris & momenti: per *dict. leg. nemo potest, ff. de legat. 1.* & *ibi* DD. adeo ut si testator prohibeat recursum ad Principem, vel ad Summum Pontificem; talis prohibitio nulla sit, tanquam facta in vilipendium supremæ Potestatis, cui per dispositionem privatorum derogari non potest: Duran. *de condit. impossib. parte 2. cap. 1. num. 115.* † Ea- 13
dem ratione non potest testator facere, ut judex qui est minister legis, & qui interdum interpretari potest leges, & interdum supplere, non possit adiri pro testamenti sui declaratione: Luc. de Peña *in leg. 1. col. 4. Cod. de expens. Iudor. lib. 11.* Simon de Præt. *lib. 5. interpret. 1. dubit. 1. num. 60. fol. 441.*
† Et in aliquibus plus potest Judex quàm Testa- 14
tor: Castrens. *consil. 151. num. 1. in fin. lib. 1.* Simon de Præt. *de interpret. ultim. volunt. lib. 2. interpret. 2. dub. 2. fol. 2. num. 180. fol. 229.* Non enim semper parendum est Testatori, maximè si post ejus obitum emergat casus aliquis, quem ipse vivens prævidere non potuisset, & in quo sic verisimiliter non disposuisset: Mantic. *de conjectur. lib. 3. tit. 3. num. 19. & 20.* Et faciunt tradita per Castrens. *in l. qui hæredi, in fine, ff. de reb. dub.* ubi si quis aliquid hæredi in secreto commiserit, qui tamen non declaraverit, sufficit quod hæredi suo in testamento manifestaverit, quia inquit non semper parendum est voluntati Testatoris: Castill. *lib. 4. controvers. cap. 59. num. 10.* Fontan. *decis. 546. num. 23. 24. & 25.* Vasq. *de testatoris potentia, §. 7. per tot.* Gutier. *de tutel. lib. 1. cap. 8. num. 97.*
† Et præterea quando quis prohibetur alium mo- 15
lestare sive de jure, sive de facto, licèt dicatur contravenire per solam libelli porrectionem Judici factam; tamen hoc intelligitur quando dolosè & malo animo fuit contraventum, non autem bona fide & intentione: quia ad incurrendam pœnam contraventionis requiritur dolus, à quo quælibet causa etiam minima & bestialis excusat: Rot. apud Verall. *decis. 233. num. 7. & 8. part. 1.* Addit. ad Burat. *decis. 899. num. 14.* ubi *num. 10.* dicitur, quod hoc casu probatio doli debet esse liquidissima, præsertim quando adesset culpa hæredum, veluti si argueretur dolus & malus animus fratrum primogenitorum: quia per prohibitionem molestiæ non censetur comprehensa illa, quæ causatur

ex culpa propria adverſarii : Cravet. *conſ.* 83. *n.* 2. Addit. prædicta ad Burat. *num.* 18.

16 Et propterea, quando contravenitur voluntati teſtatoris in caſibus à jure permiſſis, non eſt locus privationi contentæ in teſtamento : Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 35. *num.* 6. *in fin.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 26. *num.* 34. *verſic. ego circa principale.* Addit. ad Burat. *loco cit. n.* 19.

Poterunt igitur dicti Domini fratres juniores, ſubſiſtente legitima cauſa, recurrere ad Summum Pontificem ad obtinendam licentiam agendi, non obſtantibus diſpoſitis in teſtamento, cum proteſtatione quod non intendunt contravenire voluntati paternæ, quia credunt quod ſi pater ſciviſſet cauſam de novo ſupervenientem, non ita diſpo-

17 ſuiſſet : † & ideò petent ſibi licitum eſſe recurrere pro obtinenda juſtitia, abſque incurſu alicujus pœnæ ; quæ proteſtatio illos excuſabit à contraventione, ut determinat Rot. *deciſ.* 293. *num.* 4. *parte* 6. *recentior.* & ea ratione exiſtimavi dictos Dominos fratres juniores à dicta privationis pœna fore immunes.

CAPUT CL.

De conventione inita inter Communitatem & emptorem molendini Bannalis, quod omnes cives & habitatores teneantur ſolvere jus molituræ, pro omnibus granis quæ triturabuntur in illo molendino ; utrùm illius vigore emptor molendini poſſit impedire ne exteri deferant panes ad plateam publicam vendendos, in præjudicium juris ſui. Et utrum idem jus prohibendi ingreſſum panis exteri competat Dominis juriſdictionalibus, habentibus jus furnagii, vel molituræ bannalis. Diſpoſitio loquens de frumento, utrùm extendatur ad farinam, vel ad panes. Et loquens de ſerico, utrùm extendatur ad ſericum tinctum, vel ad opus redactum.

SVMMARIVM.

1 *Servitus molendi in certo molendino impoſita toti Communitati, eſt realis.*
2 *Servitus molendi ſtrictam rejicit interpretationem.*
3 *Servitutes ſunt ſtricti juris, & ideo ſtrictè intelligi debent.*
4 *Vtrùm frumenti appellatione contineatur farina, vel panis.*
5 *Creditor qui potior eſt in frumento, potior eſt in farina, ſed non in pane, qui non continetur appellatione frumenti.*
6 *Statutum prohibens extractionem frumenti, comprehendit etiam farinam & panes.*
7 *Intellige, ut hoc non procedat, quando extractio panis non ſit in notabili quantitate, & animo fraudandi edictum, vel ſtatutum.*
8 *Quamvis in ſtatutis & edictis appellatione frumenti veniat farina, & quandoque panis ; tamen in contractibus, & ultimis voluntatibus, panis continetur appellatione frumenti.*
9 *Si fuerit impoſita Gabella ſuper ſerico, debetur etiam de ſerico tincto, & ad opus converſo.*
10 *Pactum circa trituracionem frumenti, eſt contrarium diſpoſitioni ſuper pane, quia ſupponit trituracionem antecedentem.*
11 *Cui competit jus molitura in molendino bannali, non poteſt quidquam exigere de granis quæ portantur extra territorium.*
12 *Qualitas appoſita in una parte contractus omnino ſeparata, non influit in aliam partem diverſam ejuſdem contractus.*
13 *Barones habentes juriſdictionem, cum molendinis & furnis bannariis, habent jus exigendi furnagium pro pane manducando per ſuos, & propria prædia excolentes.*
14 *Quod locum habet in Dominis juriſdictionalibus, non autem in iis quibus jus molitura competit ex contractu.*
15 *Conſuetudo probari debet præciſè in caſu de quo agitur.*
16 *Major eſt præſumptio pro Dominis juriſdictionalibus, quam pro extraneis emptoribus.*
17 *Non dicitur in fraudem facere qui jure ſuo utitur, & non habet animum fraudandi.*

COmmunitas quædam vendiderat molendinum ſub pactis ſequentibus.

Primò, quod omnes manentes & habitantes in loco, & ejus territorio, & illorum ſucceſſores quicumque, tenebuntur, & erunt obligati accedere ad illud, pro molendis omnibus eorum bladis & granis, quæ comedentur in eo loco & territorio.

Secundò, quòd dictum molendinum ratorum eſt canone annuo decem ſalmatarum bladi Domino directo ſolvendarum.

Tertiò, quod emptor tenebitur ſolvere ludimium, ad rationem trium pro quoliber centenario.

Quartò, quòd emptor erit immunis ab oneribus & debitis Communitatis futuris.

Quintò, quod ſi canon ſit major decem ſalmatis, Communitas ſolvet emptori ſummam contentam in inſtrumento.

Sextò, quòd emptor ſolvet pretium dicti molendini juxta rotulum ſibi tradendum.

Septimò, quòd dictus emptor tenebitur manutenere molendinum bene inſtructum, & cum bonis molendinariis.

Octavò, fuit conventum, quòd dictus emptor tenebitur detricari facere grana dictorum habitantium, ſolvendo vigeſimam partem, *payant a vingtain*, tantùm.

Nonò, quòd intra viginti quatuor horas mutentur grana ad bonam farinam reduci facere.

Poſtea ſubſequuntur quædam alia pacta, quæ non concernunt quæſtionem de qua agitur.

Dictus emptor prætendit vigore dictæ venditionis exigere vigeſimam partem, non ſolùm de granis ad molendinum deferendis, ſed etiam de panibus quos extranei deferunt, ſeu deferre poſſunt ad vendendum in dicto loco, quamvis confectis extra, & farina extra dictum territorium provenientibus. Super quo facto aliàs interrogatus.

Reſpondi, dictum emptorem non eſſe in ſuppoſitione fundatum ; ſiquidem cùm agatur de impetranda ſervitute in præjudicium totius Communitatis, ſive illa realis, ſive perſonalis dicatur, non tamen uti realem conſiderandam eſſe ratione ded. *conſ.* 79. *num.* 69. *lib.* 1. Hering. *de molend. n.* 43. cùm debeatur ab ipſa habitatorum Univerſitate : Zazius *lib.* 1. *ſing. reſponſ. cap.* 11.

Cum

2 Certum est, illius constitutionem esse exorbitantem, & strictè interpretandam, non solùm ex eo quod in dubio interpretatio fieri debet contra stipulantem, qui potuit apertiùs legem dicere; ideoque ipsi imputandum est: *leg. veteribus*, & *ibi* Gloss. Bartol. & alii, *ff. de pact.* Surd. *consil.* 27. *num.* 120.

3 Sed etiam ex natura ipsius servitutis, quæ cùm repugnet libertati naturali, secundùm quam omnia præsumuntur esse libera, *l. altius*, *Cod. de servitutib. & aqua*: concessio illius dicitur exorbitans, & in ea solùm venit quod fuit expressum, & nihil amplius: *l. ex meo*, & *l. is qui duo prædia*, *ff. de servitut. rustic. prædior. l. non modus*, & *ibi* Bald. *C. de servitutib.* Menoch. *cons.* 43. *num.* 1. Surd. *d. cons.* 27. *num.* 7. & 8. Gratian. *discept. forens. cap.* 572. *num.* 58. *& sequentib.* ubi dicit in materia servitutis strictam fieri debere interpretationem, & omissum haberi pro omisso.

Cùm igitur in contractu venditionis, de quo agitur, solùm fuerit conventum quod emptor molendini tenebitur dicta grana detricari facere, solutâ sibi dumtaxat vigesimâ; constitutio servitutis, & promissio vigesimæ granorum, non potest extendi ad panes exteros in dictum locum portandos, nec ad panes forensium; cùm promissio restricta sit ad solos habitatores, & ad grana ipsorum; ut patet ex illis verbis, *des manans & habitans*: item ex illis, *leurs grains*; quæ verba solis habitatoribus, & eorum granis, non autem forensibus, eorumque granis convenire possunt.

4 Et licèt Doctores disputent, utrùm appellatione frumenti comprehendatur farina, & multi illam sub frumenti appellatione contineri existiment; tamen quoad panes verius est, illos sub frumenti & granorum appellatione non contineri. Ratio differentiæ est, quia farina licèt habeat novam formam extrinsecam, tamen retinet eandem sub-
5 stantiam & essentiam: † unde creditor qui prior est in tritico & frumento, præferendus etiam est in farina ex eo confecta, cùm farina insit frumento à principio, & in ea dicatur potius detectum quod latitabat, quàm novum quid in esse productum: ut dicit Surd. *decis.* 139. *num.* 5. *& per totam.* At in pane secus est, quia cùm nova forma in ipso introducatur, non venit panis sub nomine frumenti: Bart. *in l. quæsitum*, §. *illud*, *in fine*, *ff. de legat.* 3. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 151. *num.* 9. Peck. *de testament. conjug. lib.* 5. *cap.* 28. *num.* 1. *in fin. versic. sed nec appellatione.*

6 Quamvis etiam communiter receptum videatur, edictum, vel statutum prohibens extractionem frumenti, continere non solùm farinam, sed etiam panes, ut dicit Rip. *de pest. cap.* 5. *num.* 51. *in fine*, Guid. Pap. *decis.* 373. *vers. quidquid sit:* Hodiern. ad Surd. *decis.* 139. Francisc. Marc. *decis.* 162. *num.* 5. *& sequent. lib.* 2. Vivius *opin.* 766. *num.* 5.

Tamen casus de quo agitur longè dissimilis est edicto, vel statuto frumenti extractionem prohibenti, quod favorabile est; ne videlicet annona carior fiat, & sic ad utilitatem publicam: hic autem casus versatur circa materiam servitutis, odiosam, & exorbitantem, ac libertati naturali contrariam.

7 Et tamen etiam in materia edicti prohibitorii circa extractionem granorum, non prohibetur extractio panis in mediocri quantitate, per quam non possit apparere de fraude seu dolo in præjudicium utilitatis publicæ; quæ fraus non potest colligi quando agitur de mediocri quantitate, ut dicit nominatim Francisc. Marc. *dict. decis.* 162. *num.* 7. 8. *& num.* 10. *versicul. tum etiam quando apparet de fraude*: hoc idem expressè tenet Joan. de Plat. *in leg.* 1. *Cod. de frument. urb. Constantinopolitanæ*, *num.* 1. ubi sic dicit, & facit hæc lex, quod prohibitus portare frumentum extra districtum, non prohibetur portare panem, nisi faceret in fraudem; sed prohibitus portare frumentum bene prohibetur portare farinam.

Et sic quamvis valeret argumentum à prohibi- 8
tione extractionis granorum ad promissionem detricationis, seu triturationis ipsorum in certo molendino; non tamen comprehenderet panes extraneos in dictum locum portandos sine excessu, & in tali quantitate, ex qua fraus colligi non posset; veluti si quis vellet panes delicatos & similagineos, qui ex purissima farinæ parte parantur, furfuribusque & excrementis carent, in eodem loco divendere ad usum Nobilium quarundam personarum, aut aliàs, sine evidenti & notabili præjudicio, & fraude servitutis: aut si quis in dicto territorio bona possidens, agricolas præsertim exteros conducat, qui panem pro suo victu deferant; aut aliis similibus de causis, quæ ex variis facti, & personarum circumstantiis ad fraudis suspicionem evitandam colligi possunt.

Sed non est ad præmissa recurrendum, cùm evidentissimum sit, longè diversam esse rationem inter edictum, statutum, seu legem, & contractum; nam licèt in edicto, seu statuto, quandoque panis sub appellatione frumenti contineatur, tamen in contractibus, aut ultimis voluntatibus, aliud dicendum est. Ratio differentiæ est, quia in contractibus verborum interpretatio fieri debet secundum communem usum loquendi; juxta quem notorium est, granorum vel frumenti nomine panem minimè contineri. Hæc distinctio inter contractus, & edicta, probatur à Bertachin. *in tract. de Gabell. part.* 8. *membr.* 2. *num.* 16. *in fine*, quem sequitur Mastrill. *decis.* 139. *num.* 20. Gratian. *decis.* 184. *num.* 11.

Et ex his patet etiam responsio ad ea, quæ tra- 9
dit Camil. de Medices *consil.* 97. quod si fuerit imposita Gabella super serico, debetur etiam de serico tincto, vel in opus conversò: Et idem si ex frumento fiat panis, quia solutio Gabellæ potest adaptari tam ad farinam, quàm ad panes; trituratio verò non potest ulla ratione pani convenire, sed tantùm frumento. Item quia ibi tractatur de edicto & illius interpretatione, nos autem agimus de contractibus, in quibus longè diversam esse rationem mox comprobatum fuit.

Sed ut res clarior evadat, advertendum est pro 10
corroboratione differentiæ inter edicta prohibentia extractionem granorum, vel præcipientia solutionem Gabellæ; & contractum de quo agitur, quod extractio non repugnat nomini farinæ, neque panis; sicuti nec Gabellæ solutio continet quidquam contrarium & incompatibile nomini farinæ, vel panis: at verò trituratio contraria prorsus est nomini panis; cùm impossibile sit molituram pani adaptari, de qua tamen molitura solùm fit mentio in dictis articulis venditionis, dum dicitur, Quod omnes habitatores tenebuntur, & erunt obligati molere eorum blada & grana, quæ manducabuntur in dicto loco & ejus territorio. Quæ dispositio impossibile est ut adaptetur panibus, circa quos molitura cadere non potest, esto

quod

quod comprehendat indirectè farinam, ad quam paſſivè molitura adaptari poteſt: at de pane nihil tale, nec ſecundùm improprietatem, nec ſecundùm proprietatem ſermonis dici poteſt.

Neque factum Rotæ Romanæ propoſitum, fuit omninò ad veritatem explicatum, dum fuit expoſitum, conventione cautum eſſe, ut omnes habitatores tenerentur frumenta ibidem edenda molere, ſoluta emptori vigeſima. Quia nulla adeſt promiſſio ſolvendi vigeſimam, connexa cum dicto pacto molituræ, ſed duo ſunt articuli diverſi & ſeparati. Primus, quo promiſſa fuit molitura granorum quæ manducabuntur. Alius verò diſtinctus & penitus ſeparatus, interjectis pluribus articulis intermediis. Et in hoc poſteriori pactum obligatorium non dirigitur ad ipſos habitatores, ſed ad emptorem; & convenitur quod dictus emptor tenebitur conteri facere, ſeu mola deterere grana dictorum habitantium, ſolvendo vigeſimam tantùm. Debebant igitur duo iſti articuli non ſimul & conjunctim Rotæ proponi, ſed ſeparatim, prout ſeparatis & diverſis orationibus continentur; & ſic nec ex primo, nec ultimo articulo elicitur obligatio ſolvendi vigeſimam pro pane alibi confecto: nam in primo promittitur molitura omnium granorum, quæ ut dictum eſt, panibus adaptari non poteſt: in ſecundo ſimiliter emptor promittit molere grana, ſolutâ vigeſimâ dumtaxat, quæ verba nullo modo panibus convenire poſſunt.

Neque obſtant illa verba, *quæ manducabuntur*, appoſita in illa conventione. Quia appoſita ſunt favore communitatis & habitatorum, ut ſcilicet nullo modo debeatur detricatio, neque jus molituræ de granis quæ non manducabuntur in loco: nam dictus emptor potuiſſet credere, dictos habitatores teneri etiam grana in loco non manducanda in dicto molendino conteri curare. Quod licèt de
11 jure prætendere non potuiſſet, † quia ſi alicui competat jus molendini bannalis, non tamen exigere poteſt molituram pro granis quæ extra territorium deferuntur, vel extra territorium emuntur, ut notavit Bacquet *des droicts de juſtice, chap. 29. num. 54.* tamen cùm hoc appoſitum fuerit tollendæ dubitationis cauſa, nocere non poteſt: *l. quæ dubitationis, ff. de reg. jur.*

Prætercà clauſula illa, *quæ manducabuntur*, non fuit relata ad ſolutionem vigeſimæ, ſed ad triturationem granorum. Quia ut dictum eſt, duo ſunt diſtincti & diverſi articuli, in duabus diverſis & ſeparatis omninò orationibus: quorum unus reſpicit triturationem granorum; & in hoc verum eſt quod fit mentio manducationis, itaut habitatores teneantur molere grana manducanda in loco, quæ trituratio non poteſt appellari ad panes: Alius verò reſpicit obligationem emptoris molendini de triturandis omnibus granis ſub mercede vigeſimæ dumtaxat, & in hoc ſecundo capite nulla fit mentio manducationis, itaut comeſtio non fuerit contemplata in articulo ſolutionis vigeſimæ, ſed ſolùm in articulo ſeparato triturationis: & propterea conſtat, quod non verificatur in facto, quod ſolutio vigeſimæ fuerit ſtipulata pro toto frumento manducando, cùm tamen facta fuerit ſolùm promiſſio vigeſimæ pro frumento triturando, & qualitas manducationis fuerit tantùm relata ad alium articulum, in quo
12 nulla fit mentio ſolutionis vigeſimæ: † unde qualitas appoſita in articulo præcedenti reſpiciente alium effectum, non cenſetur repetita in alio poſteriori articulo planè ſeparato, & ad alium diverſum effectum concordato, cùm uterque articulus ſit æquè principalis, & habeat ſenſum perfectum, immò primus articulus reſpiciat obligationem habitatorum, alius verò obligationem emptoris molendini: ad tradita *in l. in repetundis*, & ibi Gloſſ. & DD. *ff. de legat. 3.*

Non obſtat ultimo loco, quod dicitur fuiſſe judicatum in Curia Parlamenti Aquenſis, Baronem habentem juriſdictionem cum molendinis & furnis bannariis, habere jus exigendi jura furnagii pro pane manducando per forenſes prædia propria excolentes: ut apud Scholiaſtem *ad Statuta Provinciæ, fol. 388.*

Quia dicta arreſta prolata fuerunt in favorem Domini juriſdictionalis, cui non ſolum competebat jus molendini, ſed etiam furni bannalis: unde ſolutio juris Dominicalis non ſolùm debebatur pro molitura granorum, ſed etiam pro cocitura panis: Et ſic non eſt mirum, ſi jus furnagii fuerit adjudicatum pro pane, ſicut jus molituræ pro farina. Quod adaptari non poteſt ad prætendendum dicti emptoris, qui non poteſt prætendere jus furni, nec per conſequens jus furnagi ſuper pane. Et quod dicta arreſta fuerint ſuper jure furni bannalis, patet ex lectura dicti Commentarii *ad ſtatuta Provinciæ, folio 388.* in illis verbis: *Quia omnes panes qui debent conſumi intra locum bannalitatis, ſunt coquendi in furnis bannalibus, & per conſequens grana ad faciendum panem debent portari & reduci in farinam in molendinis bannalibus, ut ibi jura reſpectivè ſolvantur.* Hæc ſunt verba dicti Commentarii ad Latinum reducta: ex quibus patet dicta arreſta, tantùm abeſt ut faveant tertioni emptoris, quin potius ipſi omnino ſint contraria, cùm in dictis arreſtis jura Dominicalia adjudicentur quoad molendina ſuper farina; at vero quoad panes, tantùm ratione furnorum: & cùm emptor non habeat furnos bannales, nihil terit prætendeee ſuper pane.

Qua ratione videmus, quod ſi conventum fuit de certa molitura, veluti vigeſima Domino molendini præſtanda; non tamen ex eo ſequitur quod inducta fuerit aliqua bannalitas: Rip. *reſponſ. 80. & in l. quominus, num. 135. ff. de ſummiſſus*, Henry *de molend. quæſt. 11. num. 118.*

Quod autem ibi dicitur de forenſibus, non poteſt trahi ad caſum noſtrum, in quo obligatio eſt reſtricta ad ſolos habitatores.

Nihil etiam facit ad rem allegata conſuetudo tum quia de ea non conſtat, tum etiam quia ſi ea conſtaret, non eſſet uniformis, tum denique quia talis prætenſa conſuetudo verſaretur circa caſum omnino diverſum, nempe quoad Dominos juriſdictionales, vel ſub diverſis circumſtantiis veluti ſi impoſita eſſet ſervitus ſine clauſulis reſtrictivis, quæ in caſu noſtro adſunt; cùm tamen conſuetudo probari debeat præcisè quoad caſum de quo agitur: Bart. *in leg. 1. §. hoc interdictum, ff. de itin. actuque privat.* Cravet. *conſil. 30. numero* Natt. *conſilio 575. numero 15.* Surd. *conſil. num. 24. & 26. & conſil. 382. num. 41. & conſil. num. 10.*

Quod autem caſus de quo agitur, ſit omnino diverſus, patet quia D. Ludovic. Bell. *conſil. num. 14.* & dictus Scholiaſtes *in loco præallegato*, loquuntur de Baronibus, quorum reſpectu molendina, & furni bannales habentur pro bonis domanialibus, & cum feudo conceſſis, pro quibus Domini Juriſdictionales majorem habent præ-

præsumptionem : ut dicit Bacquet *des droicts de justice, cap.29.num.* 18. Hering. *in tract. de molendin. quæst.11.num.*110. *& seqq.*

Tantùm autem abest ut dictus emptor jurisdictionem vllam habere possit in dicto molendino, cum dictus Locus suum habeat Dominum Iurisdictionalem, quin etiam ipsum molendinum de quo agitur, sit suppositum dominio directo præfati Domini dicti Loci, cui soluitur singulis annis canon emphyteuticus decem, vel duodecim salmatarum bladi, vt patet ex dicto instrumento venditionis : & sic agitur de molendino non solùm alterius jurisdictionis, sed etiam alieno dominio directo suppositio : circa quod minor est præsumptio pro possessore aduersùs libertatem naturalem contendente.

Denique non obstat, si dicatur posse fieri fraudem, & ad nihilum redigi jura dicti emptoris, quia nullus grana sua deferret ad molendinum, sed omnes aliunde panes deferri curarent.

Quia respondetur non dici fieri in fraudem, quando quis jure suo vtitur, dummodo non adsit animus fraudandi : Ludouis. *decis.* 401. *n.*14. Surd. *decis.*30.*n.* 37. & non dicitur factum in fraudem, quod sine fraude fieri potest : Surd. *ibid.* cum aliis per eum citatis.

Et quemadmodum ex granis trituratis in dicto molendino de quo agitur, fieri possunt panes transportandi ad alia loca ad fines vendendi, quamuis Vigesima ibi soluta fuerit : ita non est comueniens ex alienis oppidis quosdam vendendos deferri absque solutione Vigesimæ, vt istorum jactura cum illorum lucro compensetur.

Ex quibus concluditur dictam Communitatem fundatam esse aduersus dictum emptorem; & in effectu dictus emptor, seu illius hæres visis supradictis rationibus deuenit ad transactionem, non obstante quod obtinuisset in Rota decisionem fauorabilem : quia decisio illa ex eiusdem Rotæ benignitate reuidebatur, ex eo quod factum non fuerat bene eidem Rotæ expositum.

CAPUT CLI.

Vtrum feudatarii Episcoporum sint immunes à collectis in Comitatu Venaissino, eodem modo quo vassalli & feudatarii Sanctissimi D. N. Papæ. Et utrùm gaudeant beneficio transactionis generalis initæ inter feudatarios constituentes Secundum statum dicti Comitatus, & populares constituentes tertium statum.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus tenetur contribuere cum emphyteuta ad solutionem collectarum, pro rata parte sui dominii directi.*

2 *Feudatarij Episcoporum in Comitatu Venaissino gaudent juribus competentibus feudatariis Summi Pontificis, quoad collectas ratione servitii personalis, quod tenentur præstare eidem Pontifici.*

3 *Ex quibus probetur bona aliqua esse feudalia.*

4 *Qualitas bonorum feudalium probatur per leviores probationes, quando agitur de investituris antiquis.*

5 *Bona esse feudalia probatur, si verificatum fuerit illa fuisse recognita tanquam talia, saltem conjecturaliter.*

6 *Item si probetur bona illa longo tempore fuisse possessa tanquam feudalia.*

7 *Immunitas à Collectis præscribitur spatio 30. vel 40. annorum.*

8 *Descriptio in catastro non præjudicat, nisi possessor fuerit citatus : nec sufficit simplex scientia.*

CVIDAM vassallo quærenti, vtrum ipsi tanquam Episcopi feudatario competeret immunitas à collectis, eodem modo quo feudatariis S. D. N. Papæ ? Dixi in primis, si negotium consideretur in sua Thesi, regulam generalem esse, quod Dominus directus tenetur contribuere in taleis & collectis, & in oneribus non solùm realibus, quæ rebus ipsis impositæ sunt, qualia sunt tributa quæ Principi soluuntur; sed etiam in iis, quæ personis pro rebus imponuntur, quales sunt collectæ : vt bene explicat Valasc. *tract. de jur. emphyt. quæst.*17. *num.*8. *&* 9. ita vt emphyteuta soluere debeat respectu sui emolumenti tantùm deducta pensione quam Domino soluit, vt aduertit Valasc. *loc. citat. num.*9. vbi plures allegat, & plenè decisum fuit per Ror. Auenion. *decis.* 163. *num.*21. *& seqq.* vbi apponitur taxa summarum, pro quibus Dominus directus contribuere tenetur, juxta quam, vel saltem ad cuius imitationem facta fuere Regulamenta quibusdam in locis, veluti apud Paternas, necnon in ciuitate Cauallicensi & alibi. 1

Dixi secundò, quod si negotium consideretur in sua hypothesi, duplex occurret difficultas. Prima, vtrùm Domini feudatarii Illustrissimorum Episcoporum, pro bonis per eos possessis possint frui immunitate bonis feudalibus concessa, tam ex jure, quàm ex transactione facta anno 1589. & die 17. Nouembris inter Dominos Secundi & Tertii status Comitatus Venaissini ?

Secunda difficultas, vtrùm posito quod gaudeant immunitate pro bonis feudalibus, per eos recognitis in fauorem Illustrissimorum Episcoporum, hoc casu dominia directa & canones emphyteutici debeant comprehendi in numero bonorum feudalium ?

Quoad primam quæstionem concludendum est, dictos feudatarios Episcoporum comprehendi in dicta transactione, cùm teneantur ad præstandum seruitium personale Summo Pontifici Domino mediato, tanquam supremo Comitatus Domino, necnon etiam eorum feuda descripta sint in rotulo dominorum Secundi status; & in dicto Secundo statu, qui componitur ex Nobilibus Feudatariis, contribuere soleant; & dum conuocantur Domini Feudatarii dictæ patriæ Comitatus, prædicti Feudatarii Episcoporum, provt & cæteri, conuocari solent, vt notorium est. Cùm autem immunitas pro feudis, concessa fuerit intuitu & contemplatione seruitii personalis per Feudatarios Domino supremo præstandis, vt legitur in d. transactione; sequitur, dictos vassallos, qui ad seruitium personale coguntur, gaudere etiam immunitate bonis feudalibus per dictam generalem transactionem concessa, provt aliàs pro Domino Sebastiano de Sanguins, Condomino locorum Venascæ, & Sancti Desiderii, determinauit D. Ludou. Bell. *cons.* 119.*num.*4. 2

Quoad secundam quæstionem, attendenda sunt verba d. Transactionis *artic.*6. in quo declaratur quænam bona censeri debeant feudalia; & inter 3

cæteta dicitur, quod cenſus, ſervitia, taſquæ, directa dominia, & ſimilia poſſeſſa per Dominos Feudatarios, reputabuntur feudalia, ſi & quatenus ex probationibus legitimis, & à jure approbatis, verificentur eſſe feudalia: unde videndum eſt, utrum dicti Vaſſalli probare poſſint dicta dominia directa eſſe feudalia? Pro cujus rei probatione neceſſariò probari debet, quod dicta dominia directa fuerint conceſſa per Dominum Superiorem feudi, aut ſaltem per primum de feudo inveſtitum: ut notavit Surd. *conſ.151.num.56.& ſeqq.& conſ.311.num.47.* Sol. *de jur. emphyt.decreto, Rempublicam,3.p.gloſſ.1. num.10. verſ. ſicuti etiam probaretur.* Roland.*conſ.2. num.16. vol.3.*

4 Verum eſt tamen, quod talis probatio fieri poteſt per leviores probationes, & per conjecturas, cùm verſemur in Antiquis; & à tempore infeudationis elapſi ſint pluſquam 100.anni: ut dicit Sol. *d.numero 21. in fin.*

5 Inter cæteras conjecturas hæc eſt potentiſſima, quod in dicta recognitione & homagio facto anno 1534. juratur fidelitas non ſolùm pro condominio juriſdictionali, ſed etiam pro omnibus & quibuſcumque quæ recognoſcentes habebant, & tenebant in dictis Locis, & territoriis, & eorum diſtrictibus, & pro illis omnibus & ſingulis dicto Domino Epiſcopo homagium fecerunt, & fidelitatis juramentum præſtiterunt: & ideo ſi dicti Nobiles recognoſcentes, de tempore dictæ recognitionis dominia directa, de quibus agitur, poſſediſſe probentur, inde evidens elicietur conjectura, prædicta bona eſſe verè feudalia: ex traditis per Menoch. *lib.3.præſumpt.91.num.41.& mult.ſeqq.*

6 Alia conjectura deſumitur ex eo, quod dicta bona & dominia directa, fuerunt poſſeſſa longo tempore tanquam feudalia, ex traditis per Menoch.*loc. citat.num.53.& ſeqq.*

7 Præterea immunitas à collectis præſcribitur ſpatio triginta,vel quadraginta annorum.Sol.*de jur.emphyt.decret. Licet, p.3.gloß.2.n.12.* Menoch.*conſ.887. n.33.& ſeqq.* Surd.*conſ.234.per tot.* Cravet.*conſ.111.* & licèt Alex. contrarium tenuerit, tamen illum expreſsè reprobat Theſaur.jun. *lib.1.q.forenſi 8.num.6. & ſeqq.*Cancer. *lib.3.var.reſol.cap.4.n.138.* Trentac. *conſ.3.n.15.& 16.p.1.*

Si igitur dictus Dominus Feudatarius probaverit ſe per ſpatium triginta vel quadraginta annorum gaviſum fuiſſe immunitate à collectis, tutus erit exceptione præſcriptionis adversùs Communitatem. Schenard. *conſ.52.vol.1.*

8 Neque obſtat ſi dicatur, dominia directa, de quibus agitur,fuiſſe deſcripta in cataſtro dictæ communitatis. Quia ſola deſcriptio non nocet,niſi probata ſcientia illius, qui deſcriptus fuit: imò nec ſimplex ſcientia ſufficit, niſi ille qui deſcriptus eſt citatus fuerit ad ſolvendum, & ad munus præſtandum vocatus, ut poſt Boſſ. *in tit.de Principe, & privilegiis ejus, n.168.* tradit D.Lud. Bell. pro uno ex Condominis Venaſcæ *d.conſ.119.n.2.*

Unde concluditur, quod ſi Dominus Feudatarius probare poſſit dicta dominia directa fuiſſe cum feudo conceſſa, vel per inſtrumentum infeudationis, vel per conjecturas prædictas, ipſa cenſebuntur feudalia, & tanquam talia erunt libera, & immunia à ſolutione collectarum, juxta formam, & tenorem prædictæ tranſactionis factæ inter dictos Dominos Secundi & Tertii ſtatus dictæ patriæ Comitatus Venaiſini.

CAPUT CLII.

Ex quibus colligatur fideicommiſſum reciprocum inter maſculos, etiamſi adeſſet conjectura contemplatæ agnationis in aliis quàm deſcendentibus. Reciproca ſubſtitutio fieri poteſt, etiamſi non concurrant tria requiſita *in l.Titia Seia, §.ſia libertis,ff.de legatis 2.* dummodò aliunde conſtet de voluntate teſtatoris. Trebellianicæ detractionis prohibitio ex quibus arguatur: & prohibita illius detractione in primo gradu, utrùm cenſeatur prohibita in ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Perpetua fœminarum excluſio favore maſculorum, & quandiu maſculi extabunt, præ conjecturam fideicommiſſi reciproci inter maſculos.*

2 *Prædilectio maſculorum dat conjecturam fideicommiſſi inter ipſos, tam activè, quam paſſivè.*

3 *Agnatio ficta, & artificialis, conſiderari poteſt etiam in aliis quàm deſcendentibus.*

4 *Facilius tamen inducitur Reciproca, quando agitur de deſcendentibus.*

5 *Quando dictum fuit, quod fœmina excludantur quandiu extabunt maſculi, colligitur ex ea Reciproca inter illos.*

6 *In teſtamentis qui vult conſequi, vult etiam antecedens, etiam ad inducendum fideicommiſſum reciprocum de linea ad lineam.*

7 *Tria regulariter debent concurrere ad inducendam Reciprocam.*

8 *Tamen etiamſi tria illa non concurrant, poteſt etiam colligi Reciproca, quando ſic ea non reduceretur, reſultaret aliquod inconveniens contra voluntatem teſtatoris.*

9 *Verba affirmativa, quod quandiu extabunt maſculi, ſuccedant, excluſis fœminis, fortius arguunt vocationem maſculorum ſucceſſivam.*

10 *Ex diverſa loquendi formula colligitur quando fuerit intentio teſtatoris.*

11 *Si teſtator voluerit totam ſuam hæreditatem integrè reſtitui ſubſtitutis, neceſſe eſt ut tota devolvatur ad ultimum ſubſtitutum devolvatur, & ex hoc cenſetur prohibita detractio Trebellianica & num.13. & 16.*

12 *In quibus caſibus verum ſit, ex prohibitione Trebellianicæ induci fideicommiſſum reciprocum.*

14 *Verbum* Succedat,*eſt commune.*

15 *Si Trebellianicæ detractio fuerit prohibita illa in primo gradu, magis dilecto, multo fortius cenſetur prohibita ſequentibus gradibus.*

17 *In dubio dicendum eſt, Trebellianicam fuiſſe prohibitam, quando agitur de fideicommiſſo facto favore agnationis.*

INSTITUTIS hæredibus Franceſia & Helena filiabus, teſtator plures ſubſtitutionum gradus, ex quos ex ſequentibus colligere licebit.

Poſt cujus teſtatoris obitum Domina Franciſca deceſſit anno 1626. relicto ſuperſtite Domino Ioanne filio ſuo maſculo naturali & legitimo.

Helena

Helena decessit anno 1636. relicto superstite Emmanuele filio suo, etiam masculo naturali & legitimo, & dicto Ioanne suo ex sorore nepote, necnon Anna filia sua ex primo matrimonio, & post omnes mortuus est Emmanuel, nullis relictis liberis.

Quæritur utrùm dictus Ioannes jure petere possit, substitutiones in dicto testamento contentas declarari in sui favorem apertas, séque immitti in possessionem bonorum fideicommisso suppositorum, exclusa filia Helenæ, necnon illius hæredibus & ab ea jus habentibus.

Et casu quo sit vocatus, utrum dictis hæredibus Helenæ possit competere detractio Trebellianicæ.

1 In prima quæstione, visis diligenter, maturáque cum deliberatione, & animi attentione pensatis verbis dicti testamenti: Respondi omnino concludendum esse pro fideicommisso reciproco in favorem dicti Ioannis, ad exclusionem Annæ & hæredum Helenæ.

Primò quidem, quia constat ex serie dictarum substitutionum, testatorem enixè desiderasse ut bona sua inter masculos filiarum suarum remanerent, & conservarentur, ob toties repetitam masculorum, & masculinitatis mentionem. Primò, dum vocat *les enfans mâles lors vivans*. Secundò, dum filias excluſit à repræsentatione Matris. Tertiò, dum expresè disponit solos masculos ad suam successionem admittendos. Quartò, quod quandiu aderunt masculi ex dictis filiabus, ipsi succedant in omnibus suis bonis. Quintò, quod filiæ nihil in dictis bonis prætendere possint. Sextò, quod masculi descendentes ex filiabus, ab ipsis excludantur. Septimò, quod si altera ex hæredibus decedat sine masculis, liberi masculi alterius superstites vocentur. Octavò, casu quo superstes masculis careret, filias vocat. Nonò, dum deficientibus masculo, vel masculis, vocat fœminas.

Qua Testatoris voluntate & ordinatione sic stante, apparet ipsum voluisse inter masculos ipsos ex filiabus suis descendentes inducere reciprocum fideicommissum, sine quo impossibile esset masculos fœminis præferri; imò si non adesset fideicommissum, fœminæ vel ex testamento, vel ab intestato, imò & penitus extranei succederent, contra expressam testatoris ordinationem. Unde necessariò fateri cogimur, inter masculos filiarum substitutos adesse fideicommissum reciprocum, & illius vigore Joannem Emmanueli succedere: Menoch. *consil.575. num.8. versic.secundò suffragatur*, post Craver. *consil.113. num.3. in 4. conjectura, & conf.130. numero 6.* Socin. jun. *consil.110. numero 39. lib.3.* Rot. *in impressis post consil.Farin.* seu *parte 3. diversor. decis.492. numero 1. versic. supradicta doctrina, & versic. præterea: & num.2. versic. his accedat:* & apud Mantic. *decis.575. num.5.* Peregrin. *consil.54. num.7. libro 2.* Rota *in recent.decis.344. numero 16. part.2.* cum pluribus aliis citatis per Fusar. *de substitut.quæst.499.num.15.* Surd. *consil.475.* ubi ostendit † ex prædilectione masculorum induci conjecturam conservandæ agnationis, quæ locum habere non potest, nisi inter masculos inducatur reciprocum fideicommissum: idem Fusar. *quæst. 475. num.18.* D. Lud. Bell. *cons.160. num.5.* Bart. *decis. Bonon.6. numero 34.* & fideicommissum tam activum quàm passivum: Ramon. *consil.15. numero 32.*

2

Secundò supradicta multò magis procedunt quia dictus Dominus testator non fuit contentus illa toties repetita masculorum vocatione, sed etiam eos expresè gravavit de deferendo Nomen & Arma sua; ex quo onere ad agnationis suæ conservationem illum respexisse colligitur: Ripa *in l. centurio, num.164. vers.qua ratione, ff. de vulg.* ubi dicit quod ex hoc testator censetur voluisse agnationem suam immarcessibilem reddere: Mantic. *de conject. lib. 6. tit. 15. numero 15.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 25. numero 27. vers. pro conjectura,* cum pluribus citatis per D. Ludovic. Bell. *consil.109. num.6.* Fusar. *de substitut. quæstione 499. num.13.* optimè Ramon. *consil. 16. numero 19. & sequent.*

Neque dicatur hic tractari de liberis ex filiabus descendentibus, qui non possunt perpetuare familiam, cùm fœmina sit finis familiæ.

Quia respondetur, in hoc casu considerari quandam fictam agnationem, quam testator inducere voluit in masculis ex suis filiabus descendentibus, cùm masculos ex se descendentes non haberet: ut dicit Rot. *decis.627. num.7. part.2.recent.* ubi de eo, qui extraneos gravavit deferre Nomen & Arma sua, & conservari quamdam agnationem artificialem per hanc Nominis & Armorum delationem, testatur Casanat. *consil.20. num.20.* 3

Tertiò, quia hic tractatur de descendentibus ab ipso testatore, inter quos faciliùs inducitur reciproca de linea ad lineam. Peregrin. *consilio 55. numero 17. volum.1. & consil. 56. num.13. eod. volum.1.* 4

Quartò, quia masculi non sunt simpliciter vocati, sed cum adjectione verborum perpetuitatem denotantium: ut patet evidenter ex illis verbis, *tant qu'il y aura des mâles, qu'ils succedent ausdits Biens, & les filles n'y puissent rien pretendre:* hoc est, *quandiu extabunt masculi, quod succedant in dictis bonis, & filiæ super illis nihil prætendere possint.* Quæ verba tempus infinitum respiciunt: *l. sufficit 56. ff.de condict. indeb.* Gloss. *in cap.quandiu, in Clement. sub tit. de appellationib.* ubi dicit dispositionem per illa verba factam procedere, etiamsi decies mille anni effluxerint, & tradit Barbosa *de dictionibus, cap.306.num.1.* ita ut talis loquutio comprehendat omne tempus intermedium, & sic omnes masculi interim extantes admittantur: per text. *in l.3.§.1. ff. quib. mod. usufr. amit.* & alia jura, de quibus per Bellon. jun. *consil.41.num.33.* † Cùm ergo testator usus fuerit verbis illis perpetuitatem denotantibus, hoc est, *quamdiu*, seu quamtumvis diu adfuerint masculi, ipsos, exclusis fœminis, admittendos; sequitur, inductum fuisse inter dictos nepotes ex filiabus reciprocum fideicommissum, sine quo bona non possent perpetuò, nec diutiùs conservari inter masculos, sed ad fœminas, imò ad extraneos transirent: quia in testamentis qui vult consequens, necesse est ut velit etiam antecedens: *leg. quamvis, C. de fideicomm.* Rimin. jun. *consil.21. numero 34. vol.1.* Peregrin. *consil.62.num.16. volum.1.* Fusar. *consil.177. num.6. & 7. & 154. n.13. & 14.* ubi clarè loquitur de fideicommisso reciproco de linea ad lineam. 5 6

Confirmantur prædicta, quia licèt regulariter non inducatur Reciproca, nisi concurrentibus tribus illis, de quibus *in l. Titia Seio, §.Seia libertis, ff.de leg.2.* nempe quod substitutio fiat ultimo morienti, quod fiat in tota hæreditate, quod filii sint in dispositione vocati; & hæc tria in casu isto concurrant, cùm testator morientibus masculis fœminas vocaverit, quod non potest intelligi nisi de ultimo 7

timo moriente, & expreſsè ſubſtituerit in tota hæreditate, ut patet ex illis verbis, *entierement & ſans aucune detraction*: & filii maſculi filiarum ſint expreſſis verbis vocati diſpoſitivè.

8 Tamen etiamſi illa tria non concurrerent, non ideo minus concludendum eſſet pro Reciproca inter nepotes. Quia tria illa inducunt quidem reciprocum fideicommiſſum, ſed non propterea excluditur, ſi illa deſint, aut aliquod ex ipſis; ſufficit enim adeſſe concludentes voluntatis conjecturas, qualis eſt illa quæ elicitur ex continuata maſculorum vocatione; aut quando ſi excluderetur fideicommiſſum reciprocum inter honoratos, reſultaret aliquod abſurdum, vel inconveniens contra voluntatem teſtatoris: Fuſar. *conſ.*144. *num.*2. *& conſ.* 60. *num.* 16. Peregr. *conſ.* 19. *num.* 10. *vol.*6. *& conſil.* 157. *num.* 13. *vol.* 5. & in ſpecie, quando ſi non admitteretur Reciproca, contingeret quod fœminæ contra voluntatem teſtatoris admitterentur, extantibus maſculis, tradit Cravet. *conſ.*130. *num.*8. & poſt ipſum Trentacinq. *de ſubſtit. parte* 5. *cap.*2. *num.*9. Peregr. *conſ.*151. *num.*19. *vol.*5.

Quod non ſolùm procedit dum tractatur de maſculis, ſed etiam de qualibet perſona, quæ ex præſumpta mente teſtatoris excludit ſubſtitutum. Fuſar. *conſ.*11. *num.*2. Imò & generaliter quod inducatur Reciproca, quotieſcumque effectus conſideratus à teſtatore non reſultaret, dummodo vel verborum vis urgeat, aut aliqua neceſſaria conjectura, aſſerit Peregrin. *de fideicom. art.*13. *num.*73. Atqui teſtator poſt expreſſam declarationem factam, quod volebat maſculos admitti quandiu extarent, fœminas verò, & illarum deſcendentes excludebat favore maſculorum: ultimo loco vocat filias, ſi maſculus, vel maſculi ad ſubſtitutionem admiſſi decederent ſine liberis, pro portionibus ibi expreſſis: quod ſi Dominus Joannes non eſſet ſubſtitutus Emmanueli, ſequeretur, fœminas Emmanueli expreſsè ſubſtitutas in illo ultimo ſubſtitutionis capite, quod incipit, *& venant leſdits maſle, ou maſles admis, &c.* ad ipſius portionem admitti, excluſo D. Joanne maſculo, quem teſtator antea expreſſis verbis fœminis quibuſcumque prætulerat. Unde concludendum eſt, D. Joannem ex Reciproca admiſſum & vocatum eſſe.

9 Quintò, quia quando teſtator ordinavit, quod quamdiu maſculi extiterint, fœminæ non admittantur, tunc ſubſtitutio, & diſpoſitio favore quorumcunque maſculorum inducitur, ut in caſu noſtro per illa verba, *tant qu'il y aura des maſles*, quæ æquipollent ablativis abſolutis, & perinde eſt ac ſi dictum fuiſſet, *extantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant*: qui loquendi modus potentior eſt ad inducendam ſucceſſivam maſculorum vocationem, quàm ſi dictum fuiſſet negativè, *non extantibus maſculis, fœminæ ſuccedant.* Itaque verba illa affirmativa, *que tant qu'il y aura des maſles ils ſuccederont, ſans que les filles y puiſſent rien pretendre*, continent in ſe certam incluſionem omnium maſculorum, ut bene explicat Caſanat. *conſil.*33. *num.*37. *&* 38. ubi plures allegat.

10 Sextò quia teſtator in caſu mortis maſculorum ſine liberis, expreſsè vocavit illorum ſorores, aut patrueles, ita quod quælibet ſuccedat ad portionem matris. Unde conſtat, quod alio modo loquutus eſt dum maſculos vocavit, alio modo dum fœminas. Primo enim caſu dixit, quod quandiu erunt maſculi dictarum filiarum, aut alterius ipſarum, ipſi ſuccedant in omnibus ſuis bonis. Secundo caſu dixit, quod fœminæ ſuccedant, quælibet in portione materna, & ſic maſculos etiam ad portionem materteræ vocatos voluit, fœminas ad ſolam portionem maternam. Ex qua diverſa loquendi formula in maſculis, & in fœminis, colligitur mens & intentio teſtatoris; & pars una teſtamenti aliam declarat, *l. ſi ſervus plurium*, §. *fin. ff. de legat.*1. *l. ult. ff. de petit. hæredit.*

Septimò, quia morientibus maſculis, vult hæres omnia ad filias in teſtamento nominatas devenire integrè, & ſine ulla diminutione, & ſic abſque ulla detractione Trebellianicæ, quæ ex illis verbis prohibita cenſetur; Mantic. *de conject. lib.*7. *tit.* 15. *num.* 15. *&* 16. fatendum neceſſariò totam hæreditatem ad ultimum maſculum ſupervivent[em] devolutam fuiſſe. Nam poſito quod Dominus Joannes ſine liberis moreretur, & ſic locus eſſet fideicommiſſi, ſubſtitutioni favore fœminarum nominatarum, quando poſſet ille totam hæreditatem, & tam patrimonium matris, quàm materteræ reſtituere integrè & ſine diminutione, niſi totam illam integrè, & ſine diminutione, etiam portionem Heleneæ ſuæ adeptus? Id certè cùm ſit impoſſibile, oportet tota ad ipſum hæreditas per obitum maſculi ultimo loco defuncti devolvatur: Menoch. *conſil.* 117. *num.* 21. *& conſ.*177. *num.*12. *& conſ.*354. *num.* 7.

Et quamvis non pauci Doctores ex hac ſola Trebellianicæ prohibitione, reciprocum fideicommiſſum in caſu noſtro non inferri poſſe cenſeant, nec illius repetitionem à primo in ſecundum; ipſi tamen intelligendi ſunt, quando agitur de ſimplici prohibitione nullum tractum temporis ſucceſſivum continente, qualis non eſt in caſu noſtro, in quo ſupponit teſtator totam hæreditatem ad ultimum maſculum devenisſe, eúmque poſtea ſine liberis decedere, & ſic cum tractu temporis, etio caſu Trebellianicæ prohibitio arguit fideicommiſſi repetitionem, & continuationem ab uno ad alium, ut ita explicat Menoch. *conſ.*1216. *n.*16. *&* 17. Gabriel. *conſil.*113. *n.*11. *vol.*2. maximè quando, ut in caſu noſtro, prohibitio detractionis refertur ad totam integram hæreditatem. Surd. *conſil.*313. *n.*56.

Octavò, quia ex lectura teſtamenti evidenter apparet teſtatorem liberos maſculos tam Heleneæ quàm Franciſcæ, non ſolùm ad portionem maternam, ſed etiam ad portionem materteræ vocare, per illa verba, *tant qu'il y aura des mâles deſdites filles, ou de l'une d'icelles, qu'ils ſuccedent à tous leſdits biens*, cùm impoſſibile ſit ipſos in omnibus bonis ſuccedere, niſi ſuccedant ad portionem utramque: & ſic cùm habeamus claram teſtatoris diſpoſitionem, non eſt amplius ad conjecturas recurrendum: *leg. continuus*, §. *cum ita, ff. de pact. ſtipulation.*

Nec obſtat, quod teſtator uſus ſit verbo *donat.* Quia nemo dubitat quin verbum illud ſit communis, & ſic aptum comprehendere ſubſtitutionem fideicommiſſariam: Bart. *in l. centurio*, *num.*5. Gabriel. *conſ.*113. *num.*4. *lib.*2. ubi dicit neminem in hoc dubitare.

Nonò, quia cùm liberi maſculi utriuſque filiæ ſint gravati reſtituere integram hæreditatem, ubi quo ſine liberis decedant, non ſolum ſororibus ſuis, ſed etiam patruelibus, *à leurs conſines*, quibus reſtituere debent portionem earum patris, imò ipſas patrueles poſſunt portionem illam ab ipſis hæredibus avocare; conſequens eſt, ut ipſi inter invicem in portione utriuſque ſororis hæres gravati, quoad utramque portionem vocati &

honorati sint, alioqui non fuissent onerati utramque restituere, quia quem non honoro, non gravo: juxta regulam *leg. ab eo, Cod. de fideicommiss.* cum pluribus citatis per Casan. *cons.33.n.4.*

Unde concluditur pro apertura fideicommissi reciproci in favorem Domini Joannis masculi superstitis.

15 Ad secundam quæstionem respondetur, hæredibus Emmanuelis nullam jus competere pro detractione Trebellianicæ, sed totam hæreditatem sine aliqua detractione ad Dominum Joannem devolutam esse: quia testator proprias filias exclusit à Trebellianica in quocumque casu, sive ipso superstite, sive post ejus mortem decederent. In primo siquidem casu illarum liberos instituit, & sic per verba directa, & in casum vulgarem, in quo nulla considerari potest detractio Trebellianicæ. In secundo casu expresè substituit liberos superventis in integra successione, & sine aliqua detractione. Ex quibus verbis prohibita fuit detractio Trebellianicæ, ut supra dictum est, & tradit Intrigliol. *de substit.cent.3. quæst.71. num.62. & 69.* Cùm igitur Trebellianica prohibita fuerit filiabus ipsius testatoris magis dilectis, multò fortiùs prohibita erit in sequentibus substitutionum gradibus: Guid. Pap. *quæst.545. 592. & ibi* Addentes: *& cons.96. num.5. in fin. vers. Quartam verò*, Charondas *lib.7. respons.62.* idque ex mente & uniformitate voluntatis testatoris, ut dicit Guid.Pap. *d.quæst.545.* Simon de Præt. *de interpret. ultim. volunt. lib.3. interpret.3. dub.5 fol.6.num.24. fol.mihi 268.* Barry *in tit.de Trebell. fol.207. num.27.* Bertrand. *cons.161. num.2. in fin. versic. & idem dico de alio articulo, vol.7.* Berengar. Fernand. *in leg. in quartam, num. 321. ff.ad leg. Falcidiam, inter Repetentes, vol.4.* & dictam opinionem Guidonis Papæ approbat Peregr. *de fideicomm. art.3. num.122. in fin.* dum simpliciter se remittit ad tradita per Guidonem.

16 Et hoc potissimùm locum habet, quia etiam in ultimo gradu substitutionis prohibita fuit detractio Trebellianicæ, ita ut deficientibus masculis, testator voluerit fœminas integrè, & sine aliqua detractione bona repetere posse ab hæredibus masculorum. Quemadmodum ergo ad totam hæreditatem minùs dilectas fœminas sine aliqua detractione vocavit, ita etiam & multo fortiùs masculos prædilectos, & clausula illa in ultimo substitutionis gradu apposita, influit etiam in præcedentia, præsertim quia semper militat ratio uniformitatis dispositionis testatoris, stante identitate rationis, & prohibitio illa ultima refertur ad omnia præcedentia: Marta *de clausul. part.3.cap.23.num.23.* Neque enim posset ultimus masculus restituere Trebellianicam, aut ipsa ab ejus hæredibus avocari, juxta voluntatem testatoris, nisi quatenus tota hæreditas ad illum sine aliqua detractione pervenisset: *argum.leg.ab eo, C.de fideicomm.* & sic quando fideicommissatio fuit prohibita alienatio, quod ipsi, etiam hæredi Trebellianica censeatur prohibita, tradit Mantic. *de conjectur. lib.7. tit.12. num.21. in fin. versic. sed ratio supradicta.*

17 Et hæc tantò magis procedunt, quia superiùs ostensum fuit, hic agi de fideicommisso inducto favore agnationis; quo casu Trebellianica prohibita censetur: Intrigliol. *d.cent.3. quæst.71. num.79.* Et in dubio judicandum est, Trebellianicam fuisse prohibitam. Mantic. *q.7. tit.21. num. 12.* Intrigliol. *d.quæst.71.n.56.* Sed nuper opponebatur prohibitionem Trebellianicæ in secundo substitutionis gradu esse superfluam; quia si primus hæres illam non detraxit, secundus detrahere non potest, *l.1. §. Inde Neratius, l.cogi, § Mutianus, & l.mulier, §. fin. & in l.ex asse, ff.ad Trebell.*

Sed responsum fuit multos contingere posse casus, in quibus cessante prohibitione testatoris locus est detractioni Trebellianicæ in secundo gradu, veluti si vocatus in primo gradu mortuus esset ante testatorem, aut primus gradus aliter fuisset caducatus, seu propter hæredis incapacitatem, seu alio modo. Tunc enim cum substitutus per vulgarem in compendiosa contentam subingrediatur in locum primò vocati, locus esset detractioni Trebellianicæ in ejus favorem, ut colligitur ex traditis per Peregrin. *in tract. de fideicomm. art.3. num.5. & 6.* & ideo hanc Trebellianicæ prohibitionem in secundo gradu agnovit Menoch. *de præsumpt. lib.4. præs.62. num.6.*

CAPUT CLIII.

Repudiationem juris delati, sed non quæsiti, validam esse in foro exteriori, etiam in præjudicium hypothecariorum, multoque magis in præjudicium fisci, demonstratur. Idque etiamsi lata esset sententia bannimenti ob contumaciam inquisiti. Quod ampliatur, etiamsi repudiatio facta esset in favorem certæ personæ. Causa mandantis & mandatarii in delictis, debet tractari coram eodem Judice, si ambo sint sub eodem Principe: sed multò fortiùs causa principalis & auxiliatoris.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sit differentia inter repudiationem, & renunciationem: & utrum repudiatio facta in favorem alterius, habeat vim renunciationis.*

2 *Vtrum sit renunciatio, vel repudiatio, pendet ex voluntate acquirendi, vel non acquirendi.*

3 *Verius est, acceptationem tacitam factam ad effectum repudiandi, & non acquirendi, non esse in consideratione.*

4 *Quando in repudiante non adest aliquod principium acquisitionis, non dicitur talis donatio quæ indigeat insinuatione.*

5 *Ampliatur ex mente Rotæ, ut locum habeat, etiamsi nomen donationis interveniisset.*

6 *Momentanea acceptatio ad effectum repudiationis, non facit ut opus sit insinuatione repudiationis.*

7 *Natura repudiationis est, ut fiat de jure delato, non quæsito.*

8 *In foro exteriori potest fieri repudiatio juris delati, non quæsiti, in præjudicium creditorum.*

9 *Ampliatur ut procedat, quamvis ageretur de præjudicio creditorum hypothecariorum.*

10 *Item in præjudicium fisci:* & n.12.

11 *Fisco nulla competit hypotheca in bonis delinquentis, nisi à die sententiæ condemnatoriæ.*

13 *Fiscus in bonis banniti, etiam post latam sententiam bannimenti, nullam habet hypothecam.*

14 *Repudiatio subsistit in præjudicium fisci, si fiat ante sententiam condemnatoriam & definitivam; quamvis fiat post contumaciam ante annum.*

15 *Quod etiam locum habet in repudiatione legitima quæ si nondum acceptata fuerit, potest repudiari in præjudicium fisci.*

16 *Cauſa auxiliatorum tractanda eſt coram eo qui habet cognitionem delicti principalis* : & n. 20.

17 *Ampliatur, etiamſi in reſcripto non adeſſet clauſula*, cum toto negotio principali.

18 *Sententia lata in favorem principalis delinquentis, eſt præjudicialis cauſæ auxiliatoris.*

19 *Cauſa mandantis delictum, & mandatarii, debet tractari coram eodem Tribunali, ſi ambo ſint ſub eodem Principe.*

20 *Multoque fortiùs hoc procedit in cauſa auxiliatoris & principalis, ne continentia cauſæ dividatur, & ut evitetur perplexitas.*

POſt formatam inquiſitionem adverſus Emmanuelem, & bannum illi declaratum in contumaciam, facta fuit per ipſum declaratio per inſtrumentum publicum coram Magiſtratu, qualiter ipſe nolebat acceptare legatum 4000. ſcutorum per Patrem ſibi in ejus teſtamento relictum, nec aliquod jus legitimæ quod poſſet ſibi competere ſuper bonis & hæreditate paterna; imò repudiare, prout repudiavit, tale legatum, & jus legitimæ, volens quod dictus contractus inſerviat in futurum pro declaratione ſuæ voluntatis, ſtipulatione Notarii pro quibus opus fuerit interveniente.

Dubitatum fuit in tribus. Primò, utrum illa repudiatio ſit valida, quia non inſinuata, contra formam regulamenti patriæ Comitatus Venaiſſini.

Secundò, utrùm talis repudiatio præjudicet fiſco, quatenus finito anno, ipſe Emmanuel non compareat, & per conſequens illius bona publicentur, & fiſco incorporentur.

Tertiò, utrùm appellatio interpoſita per conſanguineos dicti Emmanuelis, qui ut prætenditur, ipſum adjuverunt & monuerunt ut aufugeret poſt delictum, trahat ſecum negotium prætenſi delinquentis principalis vigore clauſularum reſcripti.

1 PRo reſolutione primæ quæſtionis ſupponendum eſt, magnam eſſe differentiam inter repudiationem, & renunciationem : illa fit de jure quærendo, hæc de jure quæſito. Sed ſi fiat de jure delato, & non quæſito, in favorem certæ perſonæ, dubitatum fuit utrùm talis repudiatio ſortiatur potiùs naturam renunciationis, cùm æquivalere videatur donationi, & non poſſit fieri in favorem alterius, niſi præſupponat acceptationem præambulam repudiantis, ut advertit Cancer. *lib. 3. var. reſolut. cap. 22. de jure accreſcendi, num. 211.*

2 Hoc tamen non obſtante, cenſui in caſu propoſito, tractari de repudiatione, non autem de renunciatione; cùm principalis intentio Emmanuelis ſit attendenda, quæ ſatis apparet ex verbis expreſſis dicti inſtrumenti, in quo ipſe declarat ſe non habere animum acceptandi legatum, vel legitimam; & ideò totus contractus pendet ab illa voluntate non acquirendi, ut bene explicat Rota *deciſ. 323. num. 58. & ſequent. p. 6. recent.*

3 Et quamvis ad effectum repudiationis neceſſariò inferri poſſet animus acceptandi, tamen talis acceptatio non debet haberi in conſideratione, cum agatur de jure quærendo, quod Emmanuel noluit acceptare : quia quæ ſine facto noſtro non acquiruntur, non videntur in effectu acquiſita, niſi mediante conſenſu & voluntate acquirentis : ut benè explicat Rot. *deciſ. 320. num. 27. & 28. & ſequent. part. 6. recent.* ubi hoc ampliat *num. 33.* ut locum habeat etiamſi repudiatio facta eſſet favore certæ
4 perſonæ. † Et ideo cùm conſtet nullum fuiſſe principium acquiſitionis, tunc non eſt donatio, ſaltem quæ egeat inſinuatione : ut *in dicta deciſ. 320. num. 8.* Rot. *dicta deciſ. 323. num. 65.* † ubi fortius ampliatur, ut locum habeat, etiamſi ſub nomine donationis facta eſſet remiſſio.

Et quod illa momentanea acquiſitio non debeat haberi in conſideratione, uti facta tantummodo ad finem & effectum repudiationis, bene probat Cancer. *lib. 2. var. reſol. cap. 1. num. 130. & lib. cap. 15. num. 162.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 432. num. 20.* ubi oſtendit non eſſe hoc caſu neceſſariam inſinuationem : Rot. *dicta deciſ. 320. num. 27. part. 6. recent.* † cùm natura repudiationis ſit, ut ſit de jure jam delato, nondum tamen quæſito. Rot. *dicta deciſ. 323. num. 21. & 22.* ubi *num. 23. & ſequent.* bene oſtenditur non eſſe neceſſariam hoc caſu inſinuationem : addo Fontanel. *de pactis nuptialib. clauſ. 4. gloſſ. 9. p. 5. num. 125.*

Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur, negatam eſſe concluſionem, quod repudiatio jura delati, nondum tamen quæſiti, fieri poteſt in fraudem exteriori, etiam in præjudicium creditorum, per text. *in leg. quæ autem 9. verſicul. proinde, Digeſt. quæ in fraudem creditor.* quia jus non fuit equitum ante acceptationem, niſi imperfectè & revocabiliter, & ſub illa tacita conditione, videlicet, ſi acceptetur : *leg. 1. verſic. utrum autem, ff. ſi quid in fraudem patroni.* † Et hoc non ſolùm reſpectu creditorum chirographariorum, ſed etiam reſpectu hypothecariorum : ut explicat Gratian. *diſceptat. forenſ. 271. num. 10.* Paſcal. *de pact. nuptiali, part. 2. capite 4. num. 172.* Mangil. *de impuat. quæſt. 4. num. 13.* Hodierna *ad leg. hac edictali, Cod. de ſecund. nuptiis, quæſt. 35. num. 30. & ſequent. & in additionib.* ad Surd. *deciſ. 140. num. 3. & ſequentib.* ubi loquitur tam de creditoribus hypothecariis, quàm chirographariis : Vincent. de Franch. *deciſ. 101.* Sanch. *de matrim. lib. 6. diſp. 4. num. 8.* Cancer. *lib. 1. var. reſol. cap. 3. num. 69.* ubi reprobat conſilium 77. Menochii.

Quod ſi hæc procedunt in præjudicium creditorum etiam hypothecariorum, multo magis procedere debent in præjudicium fiſci, † cui nulla competit hypotheca, niſi à die latæ ſententiæ condemnatoriæ, ut probat Merlin. *in tract. de pignor. decens* hanc eſſe communem opinionem, *lib. 3. quæſt. 88. n. 7. & n. 11. & ſeq. & num. 14.* ubi dicitur oriri hypothecam à die litis conteſtatæ, ſed taxat à die latæ ſententiæ : & ideo repudiatio juris delati validam eſſe in præjudicium fiſci, vera Guazin. *de confiſcat. bonor. concl. 13. limit. 12. n. 12. & 13.* Sanch. *de matr. lib. 6. diſp. 3. n. 8. verſic. vera alii limitant* : ubi bene comprobat.

Adeò ut nec obſtet publicatio banniment adverſus Emmanuelem, quia fiſcus nullam habet hypothecam ſuper bonis banniti, etiam lata ſententia banniment, & talis ſententia requirat ſe aliam ſententiam definitivam; qua nondum lata, nulla oritur hypotheca in favorem fiſci, ut per Luchinum de Curte *inter conſilia crim. Mediolan. parte 1. conſ. 64. n. 12.* ubi dicit quod ſententia banniment cùm fiat in contumaciam, & ſine litis conteſtatione, non habet effectum incorporationis confiſcationis : † & ideo hanc diſtinctionem inter repudiationem quæ fit ante ſententiam, & poſt condemnationem definitivam & ſententiam, quia illa ſit valida in præjudicium fiſci, hæc ſit invalida, refert Peregr. *de jure fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 190. & ſequent.* & nominatim de ſententia banniment, Guazin. *de confiſcat. bonor. concluſ. 27. num. 7.* Bayard. *ad Cur. quæſt. 78. n. ult.* Merlin. *d. quæſt. 88. n. 16.*

Sed majus videtur dubium in eo, quod agitur de

legitima, quæ cùm ipso jure filio in bonis paternis acquisita videatur, magis videtur fisco quæsita, quàm cætera bona filii.

15 Et tamen etiam quoad legitimam, fiscum excludendum esse, quando filius ante sententiam illam repudiauit, verius est & receptius, vt copiosè probat Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 271. n. 13. & sequent.* Hodierna ad Sacrd. *decis. 140. num. 8.* vbi rejicit contrarium tenentes, & bene comprobat *ibid. num. 2.* atque ita decisum testatur Thesaur. *lib. 3. quæstion. forens. cap. 74.* eiusdemque sententiæ fuit Mangil. *de imput. quæstione 4. numero 20.* quem sequitur Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quæstione 29. num. 3.* Pascal. *de patr. potest. part. 2. cap. 4. num. 174. versic. verius autem est:* Cancer. *lib. 1. var. resol. c. 3. n. 71.*

16 Ad tertiam quæstionem Respondetur, totam causam tam principalis delinquentis, quàm prætensi Auxiliatoris, coram Iudice appellationis tractandam esse, vigore clausularum contentarum in rescripto commissionis dictæ causæ; cum in dicto rescripto clausula, *cum annexis & connexis*; cuius natura est, vt negotium principale comprehendat, vt per Bellamer. *decision. 619.* quia non potest negari quin negotium principale sit de annexis causæ appellationis. Et hoc procedit

17 † quamuis in rescripto non adesset clausula, *cum toto negotio principali*, Cassador. *decisione 9. de caus. possess. & propriet. numero 13.* Rot. *decis. 187. numero 6. part. 2. diuers.* maximè cum negari non possit, quin causa principalis delinquentis sit connexa cum causa auxiliatoris: ex notatis per Giurb. *consilio 42. numero 7.* vbi fusè probat, non posse quem teneri de auxilio, nisi plenè constet de principali delinquente.

18 Imò sententia lata in fauorem principalis delinquentis, est præiudicialis causæ auxiliatoris, vt notat Guaz. *de defens. reor. defens. 33. cap. 10. num. 15. 16. & 17.* Honded. *consil. 98. n. 22. vol. 1.*

19 Et in propriis terminis, licet dubitari possit de mandante & mandatario, vtrum videlicet causa vtriusque coram eodem Iudice terminanda sit? quo casu DD. in eam videntur ire sententiam, vt quando sunt sub eodem Principe, tota causa ad eundem Iudicem remitti debeat, vt fuit factum in causa *decisionis* D. à Laurentiis 114. *numero 3.* & ita fieri debere tradit Guid. Pap. & *ibi* Ferrer. *decisione 104.* Barbos. *in l. hæres absens, §. apud Labeonem, numero 21. & 26. ff. de judic.* Clar. *§. fin. quæst. 38. num. 6. in fine, versic. quia apud nos,* vbi loquitur de mandante & mandatario constitutis sub eodem Principe: Nell. *in tract. bannitor. in 2. p. primi temporis, quæst. 7.*

20 Quidquid, inquam, sit de mandante & mandatario, propter diuersas DD. sententias; tamen in auxiliatore aliud dicendum est: nempe causam auxiliatoris, & principalis delinquentis coram vno, eodemque Iudice tractandam esse & terminandam, ne continentia causæ diuidatur, provt vtrumque casum sic distinguit Boss. *de for. compet. numero 108. juncto numero 109.* & de auxiliatore, quod ejus causa sit connexa cum causa delicti principalis, & coram eodem Iudice terminanda, tradit Bald. *in titul. de controuers. feud. apud pares terminanda, cap. 1. numero 7.* rationem reddens, ne Iudiciorum diuersitas perplexitatem inducat: quod etiam voluit Ias. *in l. nulli, num. 3. versic. tertiò dicuntur causa continentes, Cod. de judic.* Menoch. *de Arbitr. cas. 549. numero 14.* vbi dicit processum agitandum esse tam contra auxiliatorem, quàm contra principalem delinquentem: Farinac. *de consultorib. q. 131. n. 59. versicul. vbi propterea.*

CAPUT CLIV.

De variis defectibus interuenientibus in relatione peritorum facta pro æstimatione melioramentorum. Quod in hujusmodi relatione debeat interuenire cognitio status præteriti, & cognitio deteriorationum, & illarum compensatio cum melioramentis. De æstimandis meliorationibus ædificiorum, plantationis arborum, vel vinearum, clausuræ viridarii per muros, & de fructibus meliorationum, ad quem spectent.

SVMMARIVM.

1 *Relatio peritorum super valore præsentis temporis meliorationum non subsistit, nisi periti fuerint informati de statu antiquo.*

2 *Augmentum fructuum non potest probari, nisi constiterit de illorum valore de tempore gratiæ, seu concessionis.*

3 *Quando probandus est valor præsens auctus, debet articulari & probari valor præteritus.*

4 *Donatis fundis, censentur quoque donata meliramenta tempore donationis existentia, tanquam pars bonorum donatorum.*

5 *Donator tenetur indistinctè de euictione, siue donatio inceperit à promissione, siue à traditione, quando facta fuit ex causa onerosa.*

6 *Tempus determinatum debet probari ab eo, cuius illud est fundamentum intentionis.*

7 *Liquidatio melioramentorum non valet, nisi fiat compensatio illorum cum deteriorationibus.*

8 *Ampliatur, etiamsi deterioratio facta fuerit in re diuersa.*

9 *Alienationes debent imputari in detractiones, si id petatur.*

10 *Vsufructuarius resicere debet, sed non ædificare, quia non potest statum rei mutare.*

11 *Quando minus est impensum, quam melioratum, id quod minus est, restitui debet.*

12 *Æstimatio meliorationum fieri debet habita ratione ad tempus præsens.*

13 *Expensa facta in plantatione arborum, non sunt tales quæ perpetuam fundi vtilitatem concernant.*

14 *In æstimatione meliorationis facta per plantationem vinearum debet haberi respectus ad tempus, quo plantans illarum fructibus vsus est, & vineæ in valore sunt diminutæ.*

15 *In æstimnada meliorationc plantationis arborum, non debet illarum fieri æstimatio quantum nunc valent, sed solæ expensa plantationis & educationis inspici debet.*

16 *Expensa clausuræ viridarii per muros numeratur inter voluptarias.*

17 *Possessor suos facit fructus, quos ex meliorationibus per eum factis percepit.*

MOTA lite inter liberos super liquidatione diuersarum meliorationum factarum per matrem donatricem, & vsufructuariam bonorum donatorum, ad instantiam hæredum matris contra donatarios; disceptatur de justitia cuiusdam rela-

tionis factæ per peritos ſuper liquidatione dictarum meliorationum : ſuper qua contentione variæ factæ fuerunt concluſiones.

1 In primis dixi, quod illa erat nulla, manca, & defectuoſa ; nec talis dici poterat vt ex ea fuiſſet ſatisfactum decreto in ſignatura facto, per quod liquidatio detractionum fieri debebat per hæredes intra tempus in dicto decreto contentum. Quia ad liquidationem detractionum & melioramentorum, neceſſariò debebat conſtare de priori ſtatu bonorum de tempore donationum : & relatio ſic facta, non conſtito de illo priori ſtatu, non dicitur liquidare meliorameuta : Seraph. *deciſ.* 898. *n.* 7. Rot. *in recent. deciſ.* 650. *num.* 1. *p.* 2. vbi redditur ratio, quia non poteſt quis deponere, vel judicare ad quid aſcendant meliorameuta, niſi nouerit quo in ſtatu
2 eſſent prædia de tempore alienationis : † facit à ſimili quod deciſum fuit apud eundem Seraph. *dec.* 952. *n.* 3. & *deciſ.* 206. *num.* 1. *part.* 4. *in recent.* quod augmentum fructuum beneficii non poteſt probari, niſi prius verificato valore præexiſtentium red-
3 dituum de tempore gratiæ ; † taliſque valor præexiſtens debuerat articulari & probari : *dicta deciſ.* 952. *num.* 3. Cum igitur pro parte hæredum non fuerit probatus ſtatus præexiſtens majoris partis bonorum donatorum de tempore donationis, ſequitur, relationem in illis capitibus caſſandam, & annullandam eſſe.

4 Secundò, & hoc euidenter apparet, quia vt rectè fieret liquidatio meliorationum, debebat diſtingui ſtatus bonorum de tempore donationis : certum eſt enim reparationes factas à matre ante donationem, non eſſe ſoluendas per donatariam, quia cùm eæ meliorationes eſſent annexæ bonis donatis, & inſeparabiles, certum eſt, eas contineri in donatione, cum ſint pars fundi, & inter immobilia reputentur : Peregrin. *de fideicomm. articulo* 50. *num.* 84.

5 Tertiò notandum eſt, quod licet meliorationes illæ factæ ſupponantur à marito donatricis, quatenus factæ ſint ante donationes dictæ donatariæ, à quibus huiuſmodi meliorationes euincuntur, haberent regreſſum aduerſus donatricem, ſeu aduerſus ejus hæredem ; quia cùm agatur de donatione oneroſa, ſaltem reſpectu mariti, cui à matre dotis loco donatio facta fuit, non eſt dubium quin donatrix de euictione teneatur, eo quòd ſiue donatio incipiat à promiſſione, ſiue à traditione, donator tenetur indiſtinctè de euictione, ſi ſit facta donatio ex cauſa oneroſa : Boër. *deciſ.* 67. *n.* 1. Crauet. *conſil.* 64. *numero* 3. DD. *in leg. Iulianus ſcribit*, §. 1. *Digeſt. de verb. obligat.* Alex. *conſil.* 47. *numero* 8. *volum.* 3. Tuſc. *tomo* 3. *littera E, concluſ.* 366. *num.* 4. & 5. Gratian. *cap.* 657. *num.* 50. *vol.* 4. Quod ſi meliorationes ſupponantur factæ poſt donationem, hoc caſu opponitur de eo minimè conſtare : quod
6 tamen erat ab hærede probandum, † quia tempus eſt fundamentum intentionis ipſius : Surd. *conſil.* 407. *num.* 14. Gloſſ. *in l. eum actum*, vbi Bart. *ff. de negot. geſt.* & ſic ſi actor petat dictas expenſas ante donationem factas, vti hæres mariti, obſtabit exceptio quod ipſe eſt etiam hæres donatricis, & vti talis ad ſolutionem dictorum melioramentorum in donatione comprehenſorum tenetur : ſi verò poſt, obſtabit defectus probationis.

7 Quartò aduertendum videtur, quod dicti periti juridicè non proceſſerunt, dum meliorationes prætenſas liquidare voluerunt, deteriorationum verò judicium omiſerunt : quia tenebantur deteriorationes compenſare cum meliorationibus : & hanc eſſe communem practicam dicit Peregrin. *de fideicomm. articulo* 50. *numero* 79. & alio modo æſtimatio meliorationum fieri non potuit : Coſt. *de ratione rat. quæſt.* 143. *num.* 1. & 2. † Quod procedit etiam ſi melioratio in vna re reſtitutioni ſubiecta facta fuerit, & deterioratio in alia, vt poſt Peregrin. *quæſtione* 15. *numero* 289. *de fideicommiſſ.* refert Franc. Barry *de ſucceſſ. lib.* 8. *titulo* 14. *numero* 11. *fol.* 345.

Quintò, & hæc multò magis procedunt, quia ex inſtrumentis in cauſa productis, & dictis peritis exhibitis conſtabat dictum Dominum æſtimantem & ejus authores feciſſe plures & diuerſas alterationes, quæ ſine dubio cum detractionibus compenſari debent, Peregrin. *conſ.* 52. *n.* 36. & 55. *lib.* 1. *de fideic. artic.* 39. *num.* 1. Argel. *de augm. poſſeſſ. quæſt.* 8. *n.* 873. *aliàs artic.* 34. *num.* 71. Gregor. XV. *deciſ.* 580. *num.* 7. ſuper quibus dicti periti, quamuis requiſiti, prouidere recuſarunt.

Sextò notandum eſt circa expenſas, quæ præſupponuntur factæ in ædificiis, quod illæ non debent admitti, neque reſtitui, cum contineant ſecum rei mutationem & alterationem ; vſufructuarius enim ſolùm reficere poteſt, ſed de nouo ædificare, aut ſtatum rei mutare prohibetur, Caſtil. *de vſufr. cap.* 33. *num.* 12. *verſ. & in his primo loco*, Peregr. *de fideic. artic.* 50. *num.* 42. Mareſc. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 110. *num.* 17.

Septimò, quia expenſæ factæ in meliorando do- 11
mum æſtimantur ad ſcuta 263. Rudera *verò* & cementa dicuntur de præſenti diuiſim in ſumma ſcutorum 60. domus verò inſpectu huiu præſenti dicitur meliorata in 166. ſcutis : cum eò, caſu quo talis expenſa eſſet admiſſibilis, non deberet ſe adiudicari hæredibus, niſi ad proportionem lucrorum 166. quia quando melioratio minor eſt quàm expenſa, non adiudicatur, niſi quantum melioratum fuit, Peregrin. *de fideicomm. artic.* 50. *numero* 70. & 71. & *n.* 75. *verſ. quandoque verò*, Gratian. *deciſ.* 225. *num.* 20. communem dicit Seraph. *deciſ.* 898. *n.* 1. Mareſc. *lib.* 1. *cap.* 114. *num.* 8. & optima ratione comprobant DD. jam citati, & de materia videndus eſt Peregr. *conſil.* 42. *de num.* 14. *lib.* 1. & *conſil.* 76. *lib.* 4.

Illa autem melioratio æſtimari debet non habito reſpectu ad tempus quo expenſa facta fuit, ſed ad tempus quo fit æſtimatio, & ſic ad tempus præſens Mareſc. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 44.

Octauò fuit conſideratum, quod attinet ad expenſas factas in plantatione arborum, & vinearum eas dici temporales, & non reſpicere perpetuum fundi vtilitatem, vt determinauit Rota in vnorum *rib. deciſ.* 650. *num.* 5. *part.* 2. & *deciſ.* 398. *numero part.* 1. *diverſ.*

Nonò, poſito quod tales expenſæ reſtituì deberent, neceſſariò haberi deberet ratio fructuum vinearum per annos quadraginta & amplius, quo tempore vineæ ad vetuſtatem rediguntur, & fiunt inutiles redduntur, quia haberi debet reſpectu ad diminutionem valoris, & vtilitatis meliorationum provenientem ex curſu temporis, quo poſſeſſor vſus eſt melioramentis & eorum commoditate. Quod cum non reſpexerint dicti æſtimatores, non debet eorum relatio confirmari, Caſtil. *de uſufruct. cap.* 57. *numero* 12. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 50. *numero* 4. *verſicul. nam præterea tempus*, & *numero* 86. *verſicul. in iſtis tamen, numero* 78.

Decimò, circa expenſam factam in plantatione arboribus, vltra quod periti non habuerunt ratio-

nem

nem ſtatus antiqui prædiorum, immò conſtaret ipſis abſciſſas fuiſſe multas arbores in illis prædiis, circa quod prouidere recuſarunt : caſu quo expenſa aliqua eſſet adiudicanda, ſola expenſa facta in educatione & plantatione arborum æſtimanda eſſet: Coſt. *de rat. quæſt.* 81. *numero* 12. ideo non debent æſtimari arbores quanti nunc valent recentes, Peregr. *articulo* 50. *numero* 73. quia cum tale augmentum procedat ex fundo, Domino fundi redire debet.

16 Vndecimò, expenſa facta pro clauſura viridarii & conſtructione murorum ad hos fines,numeratur potius inter voluptarias, quàm inter vtiles & neceſſarias : Rot. *deciſ.*650.*n.*4.*part.*2.*recent.*ideò non eſt reſarcienda : vt *ibidem* dicitur *in verſiculo, & idem dicendum videtur.*

17 Duodecimò, inepta erat omnino petitio fructuum prouenientium ex pretio expenſarum factarum in meliorando : quia cùm actor percepiſſet fructus ſuarum meliorationum, non poterat petere fructus pecuniæ in illis impenſæ. Imò multi DD. diſputant vtrùm impendens reſtituere teneatur fructus ex melioramentis perceptos,licet æquius exiſtiment poſſeſſorem facere fructus ſuos ex melioramentis prodeuntes : Peregr. *articul.*50.*num.*67.*&* 68. vide Mareſc. *lib.*2.*cap.*112.*num.*52. Barboſ.*in l. diuortio, §.fin.n.*84.*& ſeqq. ff. ſol. matrim.* Et ita fuit concluſum.

CAPUT CLV.

De dote uxori poſt obitum mariti reſtituenda. De veſtibus, & jocalibus, tam feſtivis, quàm quotidianis. Quando hæredes mariti poſſint opponere viduæ præſumptionem ſolutionis jocalium per maritum in contractu matrimonii promiſſorum. Uxor uſufructuaria certæ partis hæreditatis ſui mariti, an & quomodo teneatur ad ſolutionem debitorum hæreditariorum. Et quando legatum uſusfructus factum uxori, cenſeatur factum animo compenſandi cum dote.

SVMMARIVM.

1 *Dos in pecunia conſiſtens non eſt reſtituenda, niſi poſt annum à die ſoluti matrimonii.*
2 *Dos ſtatim reſtituenda eſt, ſi maritus eam uxori legaverit.*
3 *Dictio* ultra, *quando in ſe contineat legatum dotis uxori à marito factum.*
4 *Vidua alimenta durante anno luctus regulariter intra domum præſtanda ſunt. Limita ut ibi.*
5 *Operarum obſequialium fit detractio, ſi vidua intra annum luctus ex juſta cauſa habitet extra domum mariti.*
6 *Hæres ſtatim non expectato anno luctus, dotem reſtituere poteſt.*
7 *Vidua utrùm veſtes lugubres anno luctus finito teneatur reſtituere.*
8 *Quoad veſtes lugubres conſuetudo attendenda eſt.*
9 *Vidua computat in dotem veſtes feſtivas durante anno luctus ſibi factas, non autem quotidianas.*
10 *Hæredes mariti ſi ſtatim dotem viduæ reſtituere velint, non tenentur ad veſtes lugubres illius feſtiuas, nec quotidianas.*
11 *Maritus præſumitur uxori jocalia præſtitiſſe juxta promiſſionem, ſi probetur ipſam bene ornatam inceſſiſſe.*
12 *Veſtes feſtiuæ ſoluto matrimonio regulariter per uxorem reſtituendæ ſunt.*
13 *Iudicis arbitrio, quæ ſint jocalia feſtiua, & quæ quotidiana, remittitur.*
14 *Quæ ſit differentia inter uſufructuariam bonorum, & uſufructuariam hæreditatis,quoad ſolutionem debitorum hæreditariorum.*
15 *Vſufructuarius quomodo ad debita teneatur.*
16 *Vidua uſufructuaria non prohibetur dotem petere.*
17 *Compenſatio debiti voluntarii cum legato ſit ex conjecturis.*
18 *Ex quibus conjecturis fiat compenſatio cum debito voluntatis :* & n.19.20. & 21.

SEQVENTES quæſtiones aliàs proponebantur per quandam viduam Nobilem, quarum prima eſt, vtrùm dicta vidua poſſet petere dotem ſuam, augmentum & penſionem vidualem, antequam lapſus fuiſſet annus luctus.

Secunda, vtrùm caſu quo hæredes mariti tenerentur alere dictam viduam intra annum luctus, ipſa deberet commorari intra domum dicti mariti defuncti.

Tertia, vtrùm hæres dicti mariti poſſit ſoluere dotem viduæ intra annum luctus, & eo modo ſe liberare à præſtatione alimentorum, & veſtimentorum d.viduæ.

Quarta, vtrùm vidua petere poſſit iocalia ſibi per maritum in contractu matrimonii promiſſa, an verò maritus præſumatur illa vxori ſufficienter tradidiſſe.

Quinta, vtrùm d. vidua legataria tertiæ partis fructuum & reditum hæreditatis ſui mariti, cum onere ſupportandi tertiam partem onerum, & debitorum, teneretur ad omnia & quæcumque debita hæreditaria; an verò ad annua dumtaxat pro tertia parte perſoluenda.

Ad primum dubium reſpondetur, regulam juris generalem aduerſari intentioni d. viduæ, cùm dos ipſius conſiſtat in pecunia : quo caſu hæredes non coguntur illam reſtituere niſi poſt annum luctus : textus eſt *in l.vnica*, §. *exacti*, *C.de rei vxor. action.* 1

Et licèt verum ſit, quod quando maritus legauit dotem vxori, ſtatim dos peti poteſt non expectato anno,textus eſt *in §.ſed ſi vxori, Inſtit.de legat.* cum *ibi* notatis, tamen in caſu propoſito non verificabatur in facto quod teſtator tale legatum fecerit, quia dum legauit vſumfructum vxori, *outre & pardeſſus les aduantages faicts à ladite Damoiſelle dans leur contract de mariage* : per illa verba, *outre & pardeſſus*, cenſetur tantum ipſi legaſſe lucra matrimonialia, non autem dotem, quia DD. qui dicunt, per illa verba, *outre & pardeſſus*, dotem legatam cenſeri, requirunt formalia verba, *outre & pardeſſus ſon dot*, quæ non reperiuntur in hoc teſtamento, ſed tantum, *outre & pardeſſus les aduantages faicts à ladite Damoiſelle dans leur contract de mariage* : † quæ verba non poſſunt continere dotem, quæ reſpectu vxoris non eſt titulus lucrativus, ſed ſolum augmentum, & ſimilia lucra; & in illius terminis loquuntur 2 3

Mantic.

Mantic. *lib.9.de conject. tit.3.numero* 32. Surd. *deciſ.* 285.*numero* 9. Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*145. *num.*4. qui omnes requirunt, quod maritus legauerit aliquid vltra dotem, ad hoc vt vigore illius dictionis *vltra*, maritus vxori dotem legaſſe cenſeatur.

4 Ad ſecundum reſpondetur, ex diſpoſitione juris, viduam intra annum luctus ali debere intra domum mariti, & non alibi, niſi hæredes alibi velint alimenta præſtare, vel niſi ſubſit juſta cauſa recedendi à domo, vel quia non poſſet pacificè viuere, vel alia ſimili de cauſa; præſertim quando alimenta petit ex diſpoſitione legis, non autem ex ordinatione teſtatoris: Surd. *de alim. tit.* 4. *quæſt.*14. *num.*16.*& ſequent.* Et caſu quo vidua habitare velit ex juſta cauſa extra domum mariti, † deducitur ex ipſius alimentis æſtimatio operarum obſequialium, quas vidua habitans cum hæredibus tenetur præſtare eo modo, quo ſolita erat de tempore vitæ mariti: idem Surd. *de alim. tit.*4. *quæſt.*29. *num.*39. *&* 40.

6 Ad tertium reſpondetur, hæredem poſſe, ſi velit, dotem viduæ ſoluere, etiam non expectato fine anni luctus: Surd. *in d.tract. de alim.tit.*1.*quæſt.*44. *numero* 18. *&* 52. rationem reddens, quia dilatio eſt in fauorem hæredis: ergo poteſt illi renunciare, & eo modo ſe eximere ab onere alendi viduam, vt copiosè tradit Surd. *dicta quæſtione* 44. *numero* 52.

7 Sed maius dubium videtur, vtrùm vidua, cui dotes reſtituuntur ante finem anni luctus, vel etiam finito anno luctus, teneatur reſtituere hæredibus mariti veſtes lugubres ipſi factas per dictos hæredes? Pro cuius dubii reſolutione ſequentes concluſiones faciendæ ſunt.

8 Prima, quod ſi aliqua adſit conſuetudo faciendi veſtes lugubres viduæ, propriis hæredum expenſis, illa obſeruari debet: ſi verò nulla talis adſit conſuetudo, hæredes mariti qui tenentur alere viduam, tenentur etiam illi veſtimenta præſtare: vt dicit Barboſ. *ad l.quæ dotis* 34. *numero* 81. *ff. ſol. matr.*

9 Secunda concluſio: magna eſt differentia inter veſtes lugubres feſtiuas, & quotidianas: has ſiquidem vidua non computat in æſtimationem dotis, illas verò computat, niſi malit finito anno luctus reſtituere, quia ſolùm conceſſæ dicuntur ad vſum, vt vidua ornatior incedat: dum autem loquimur de veſtibus, loquimur etiam de velis, & aliis ſimilibus, quæ viduæ deferre ſolent: & hanc concluſionem comprobat Surd. *in tract.de alim. tit.*4. *q.*2. *à n.*13. *ad* 24.

10 Tertia concluſio, quando hæredes mariti volunt reſtituere dotem, non tenentur ad veſtes lugubres, tam feſtiuas, quàm quotidianas, niſi in contrarium adſit conſuetudo regionis: Barboſa *dicta l. quæ dotis, numero* 81. *verſ. pro concordia.* Quod ſi probatur conſuetudo regionis in contrarium, illa debet obſeruari, vt in propriis noſtris terminis tradit Vitalis *in tract. de clauſul. titul. an juri alimentorum renunciari poſſit, numero* 6. *fol. mihi* 939.

Aduertant tamen hæredes, quod etiamſi dotem intra annum non reſtituant, non propterea alimenta viduæ miniſtrare tenebuntur, dum ipſa aliunde habet ex quo viuere poſſit, veluti penſionem vidualem, & partem vſusfructus hæreditatis mariti. Surd. *dicto tract. de alim. titul.*1. *quæſtione* 44. *numero* 48.

11 Ad quartum reſpondetur, quod ſi hæredes mariti probauerint d. vxorem bene compram & ornatam viuente marito inceſſiſſe, præſumendum erit maritum obligationi in contractu matrimonii contentæ ſatisfeciſſe. Quando autem probatur expenſam fuiſſe factam, præſumitur factam fuiſſe ab eo qui illam facere tenebatur, Surd. *de alim. tit.* 6. *quæſt.* 23. *num.* 14. ubi plures allegat, Maſcard. *de probat.concluſ.*715. *num.*13. *& verſ. verius tamen*, & in puncto de iocalibus, quod præſumantur facta ab eo, qui illa facere tenebatur, argumento à ſolitis concludit Dominus à Lucrentiis *deciſ.*159. *per tot.* maximè cùm maritus in caſu iſto promiſerit iocalia facere pro ſpendibilis dumtaxat, ita vt non ſit veriſimile virum diuitem & Nobilem permittere voluiſſe, vt vxor ſine competenti iocalium & ornamentorum quantitate incederet, maximè verò tempore nuptiarum, quo mulieres corporis cultum inſano ardore diligentes, non præſumuntur ſine debito ornatu ſponsalitio & nuptias contraxiſſe: vt bene per D.à Lucrentiis *deciſ.*159.*num.*4.

Imò aduertendum eſt, quod dicta vidua non poterat prætendere vigore ſui matrimonii aliqua veſtes & iocalia, quàm nuptialia: & ideo ſi aliæ veſtes & iocalia non nuptialia ad eam peruenerint, tenebitur illa reſtituere hæredibus mariti, tam vigore pacti matrimonialis, quàm vigore reſtrictionis contentæ in teſtamento mariti, in quo ſolum tenore reſeruauit vxori lucra nuptialia, cuius mediantibus vnà cum legato tertiæ partis vſusfructus ipſum juſſit eſſe contentam. † Imò ceſſantibus illis pactis, ex ſola juris communis diſpoſitione mortem mariti tenetur reſtituere illi hæredibus veſtes & iocalia feſtiua & pretioſa conſuetis nuptiis facta: Surd. *deciſ.*166.*per tot.* maximè num. 42.*in fin.* Clar. *in §.Donatio, queſt.*20. numero 4. Et nihil refert ſiue maritus fecerit iocalia, ſiue ſocer, Surd. *vbi ſupr. num.* 5. vbi *num.* 38. & inſtruit Aduocatum quomodo in hac cauſa ſe habere debeat: † quæ autem ſint iocalia feſtiua pretioſa? Iudicis arbitrio remittitur, Menoch. *arbitr.caſ.*218.*per tot.*

Ad quintum reſpondendo, in primis eſt attendum quod d. vidua non erat vſufructuaria bonorum, ſed hæreditatis, quo caſu certum eſt, non teneri ad ſolutionem debitorum, quia bona intuitor deducto ære alieno, hæreditas non item. Cur. *lib.*2. *var. reſol. cap.*2. *in* 2. *concl.num.*1. vbi ſic: *Vſufructuarius tertiæ partis hæreditatis tenetur alieni pro tertia parte ſolutionem.* Idem tenet Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 143. *num.*3. Ferret.ad Cur. Pap. *deciſ.* 541. *verſ.præterea falſum eſt.* Fab. de Ca. *lib.*3.*tit.*23. *defin.*1. *num.*8. *verſ.ſed etſi*, Gaſt. *de legatum, queſt.* 35. *numero* 6. vbi teſtatur hanc communem DD. ſententiam, quamuis Menoch. ſequutus Ruin. *dicta præſ.* 143. *numero* 4. eſſe vſufructuarium certæ partis hæreditatis teneri proprio ſolvere debita. Quod ſi poſtea non ſolueret tot fructus, qui exæquent debita per ea ſoluta, poterit reſtituendo proprietatem retinere fiduum, quod ex fructibus conſequi non poterit; ſi verò tot fructus perceperit qui ad ſummam cendant per eum pro debitis hæreditatis ſoluta, reſtituendo proprietatem nihil retinere poſſit. † Quidquid ſit, fatentur omnes DD. communiter, vſufructuarium teneri ſoluere debita de proprio pro rata ſuæ quotæ partis vſusfructus. Quod in noſtro caſu multò magis locum habet, quia teſtator expreſsè ordinauerit, quod vſufructuarius ſoluant onera ordinaria & debita, quilibet portionis

parte : & sic non solum respexit ad onera hæreditaria, sed etiam ad omnia debita, ita vt dispositio testatoris sit in hac parte conformis dispositioni juris communis.

Et sanè, omissa illa Menochii distinctione, dicebam dictam vsufructuariam, seu illius hæredes repetere posse finito vsufructu debita, quæ pro tertia parte soluit, & ad quæ illam teneri dixi, cum testator adiecerit illa verba, quod soluat tertiam partem debitorum d.hæreditatis, *durant ledict vsufruict*, vt legitur in d. testamento.

Major difficultas erat, vtrùm ex mente testatoris vidua teneretur dimittere dotem in hæreditate, d. vsufructu durante.

16 In qua quæstione licèt primo intuitu videretur concludendum, quod vidua, etiamsi sit vsufructuaria, non prohibetur petere dotem suam, vt apud Ferrer. *ad d. decis. Guid. Pap.* 541. Castil. *de vsufr. c.46.n.13.* Tamen in casu proposito aliud dicendum est: quia licet testator non videatur habuisse animum compẽsandi vsumfructum legatũ cum dote vxoris, quæ dicitur debitum voluntarium, cum non debeatur à lege vel consuetudine, sed initium habeat planè voluntarium; tamen in hoc conueniunt omnes DD. quod † stantibus coniecturis compẽsatio fit vsusfructus legati cum debito volũtario, & sic cum dote vxoris: Castil. *de vsufr. d.c.46.n.7.* Coniecturæ autẽ in casu nostro plurimæ concurrũt.

17

18 Prima, quia testator iussit vxorem suam esse contentam legato vsusfructus sibi relicto, his verbis, *tellement que auec ce ladite Damoiselle soit contente:* quibus verbis sic stantibus, legatũ præsumitur factũ animo compensandi cum debito volũtario. Menoch. *lib.4.præs.110.n.37.* Mantic. *de conject. vltim. volunt. lib.10.tit.2.n.17.& 18.* vbi dicit sufficere quod testator dicat, quod legatarius sit contentus suo legato, vel quod nihil amplius petere possit. Surd. *de alim. tit.9.q.16. num.13.* vbi idem asserit quotiescumque aliquo modo constat de voluntate testatoris.

19 Secunda coniectura colligitur ex eo, quod testator in eodem legato declarat se non habere intentionem compensandi d. vsumfructum cum lucris nuptialibus suæ vxoris: quia si voluisset excludere compensationem dotis, hoc vtique expressisset, quemadmodum expressit de lucris nuptialibus: ita Menoch. *dicta præs.110.n.40.*

20 Tertia, quia si dos non compensaretur cum vsufructu, hæreditas d.testatoris esset fermè damnosa; quo casu animus compensandi colligitur. Menoch. *vbi suprà,n.49.* post Afflict. *decis.44.n.21.*

21 Quarta, si legatum animo compensandi non fuisset factum, necesse esset vendere bona immobilia, sine quorum distractione hæres non haberet facultatem soluendi vtrumque, legatum nempe, & debitum: Afflict. *vbi sup.n.28.* Menoch. *n.52.& 53.*

Concluditur ergo, dictum legatum animo compensandi fuisse factum, & sic resolutæ manent quæstiones propositæ. Singulariter autem obseruandum est quod si maritus vxori constante matrimonio iocalia donauerit, quæ postea idem maritus creditori suo oppignoraverit, & illis non redemptis decesserit, onus illa redimendi spectat ad vxorẽ, & non ad hæredes mariti: quia donatio illa censetur reuocata per pignorationem. Boër. *in consuet. Bituricens. tit.de consuetud.juris status person.§.5.verquæstion.juris quæst.31. num. 22. fol. 217.* vide Bald. *in l.si maritus tuus 12. C. de donat.inter vir. & vxor.* Merlin. *de pignor. lib.4. quæstione 141. n. 5. juncta quæstione 138.eodem libro,* & Doctores ab eo citatos.

CAPUT CLVI.

Pretium bonorum dotalium alienatorum totum præsumitur ad maritum peruenisse, & pro eo vxor collocanda est in concursu creditorum mariti juxta tempus sui matrimonii. Ædificia facta per maritum, seu illorum valor an repeti possit, & quomodo? Vxor an teneatur cedere jura sua posterioribus sui mariti creditoribus. Et exceptio rationum tutelarium non redditarum, vtrùm retardet executionem obligationis Cameralis? Fructus deteriorationum vtrum resarciendi sint pupillo per tutorem. Et fructus meliorationum quod soluto matrimonio spectent ad vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Quando maritus constante matrimonio bona vxoris simul cum ipsa alienavit, præsumitur totum pretium ad maritum peruenisse.*

2 *Vxor pro pretio bonorum per maritum alienatorum debet graduari juxta ordinem hypothecæ à die contractus matrimonii.*

3 *Vxor non tenetur cedere jura sua creditoribus mariti, nisi talia, qualia sibi competunt.*

4 *Exceptio rationum tutelarium non redditarum non retardat executionem obligationis habentis paratam executionem. Sed hoc casu debet esse cautum creditoribus.*

5 *Ædificium si per maritum factum fuerit, datur illi soluto matrimonio repetitio expensarum, quatenus solum mulieris fuerit melioratum.*

6 *Expensæ excessivæ, quæ facerent ut Dominus solũ mallet solum amittere quàm expensas reficere, non repetuntur.*

7 *Ædificiũ cedit solo, quamvis plus valeret quàm solũ.*

8 *Dominium meliorationum spectat ad vxorem, quæ propterea illarum fructus percipere debet soluto matrimonio.*

9 *Interesse deteriorationum non debetur per tutricem, sed solus valor ipsarum.*

10 *Tutor tenetur ad resarciendum damnum proveniens ob neglectas reparationes bonorum pupilli.*

11 *Rationes semel legitimè reddita non revidentur.*

REQUISITUS ut meam proferrem sententiam super dubiis propositis in quadam causa discussionis bonorum, & oppositionis vxoris debitoris discussi. In primis cùm maritus constante matrimonio bona suæ vxoris alienaverit, & pretium receperit, † prout ad eum integrè peruenisse præsumitur, Cancer. *lib.1.var.resol.c.15.n.113.* Honded. *cons.45. num.11. & seq. vol.1.* Cavalcan. *decis.33. num.8.part.1.* † sequitur, vxorem collocandam esse juxta ordinem suæ hypothecæ à die contractus sui matrimonii: juxta *l.1.ff.qui potior.in pign.hab.* Merlin. *de pignorib.lib.3.q.74.* Cavalcan. *loco citato.* 1 2

Sed dubitatur vtrum ipsa teneatur cedere actiones posterioribus, etiam contra se ipsam.

Concludendum est, non teneri cedere, aut saltem si jura sua cedere debeat, non teneri aliter nisi cum clausula, *si qua habeat*, vel *talia qualia habet*, & si jura aliqua non habet, cedere non tenetur. Bald. *cons.* 3

109.*num.*1.*lib.*3. Gratian.*deciſ.*215.*num.*22. quia exceptio cedendarum non obſtat mulieri dotem repetenti. Socin.ſen.*conſ.*200.*lib.*2.

Advertendo quod in caſu iſto non agitur de muliere, quæ renunciavit ſuis hypothecis ſuper bonis mariti, ſed de marito vendente rem dotalem de conſenſu uxoris, vel unà cum ipſa: qui duo caſus valdè inter ſe differunt, ut alio loco diximus.

4 Secundò cenſui, per exceptionem rationum tutelarium non redditarum, non poſſe retardari graduationem & ſolutionem ſummarum dotalium uxori debitarum; ita tamen, ut cautum ſit idoneè creditoribus in caſum quo ipſa debitrix remaneat ex dicta redditione rationum: ex traditis per Zach.*de oblig.Camer.q.*17.*n.*49. poſt Borgnin.*in tract.de tutor. & curat.n.*219. Neguſ.*de pignorib.p.*5.*memb.*1.*n.*36.*verſic.tamen iſtis.* Ubi idem locum habere cenſet in quacumque obligatione habente paratam exequutionem vigore Statuti.

5 Tertiò, pro reſolutione tertii & quarti dubii propoſiti, dixi quod ædificium cedit ſolo, ſed maritus ſoluto matrimonio repetit expenſas ædificii, cujus ope ſolum fuit melioratum: ex Gratian.*diſcept.* 442.*num.* 28. nec magnitudo expenſarum
6 quidquam prodeſt marito. † Imò illi potius obeſſe poſſet; quia quando expenſæ meliorationum ſunt exceſſivæ, quæ facerent rem haberi pro derelicto, non ſunt reficiendæ: Tiraquell.*de retr.convent.*§.7.
7 *gloſſ.*1.*num.*5. † In omnem eventum, ædificium cedit ſolo, quamvis plus valeret quàm ſolum: Cyriac.*controv.*162.*num.*35.

8 Hoc ita ſuppoſito, ſequitur quod dominium meliorationum pertinet ad uxorem; & ideo conſtante matrimonio maritus illarum fructus percipit, illo verò ſoluto pertinent ad uxorem, ut benè per Dominum Senatorem Leotardum *in tract.de uſur.q.*13.*n.*27.32.*& ſeqq.* ubi quod qui Dominus eſt temporalis, veluti maritus, hæres gravatus, & ſimiles, facit fructus ſuos melioramentorum, ſed finito tempore dominii ſui, fructus illi pertinent ad verum dominum.

9 Ad quintum dubium reſpondi, non deberi intereſſe deteriorationum factarum per matrem tutricem, ſed tamen illam ad deteriorationum æſtimationem condemnandam eſſe abſque fructibus hujus æſtimationis: quia cùm hæc ſit veluti quædam pœna, non debetur intereſſe ex ea. Leotardus *d.tract.*
10 *quæſt.*89.*num.*36. † Quod autem tutrix teneatur ad æſtimationem damnorum ob neglectam ædificiorum reparationem, non eſt dubitandum, *ex l. lex quæ tutores, verſic. nullumque ædificii genus, C.de adminiſtr.tutor.* Gutier.*de tutel.p.*2.*cap.*1.*n.*117.*&* 118. *& p.*3.*cap.*1.*n.*103.

11 Ultimi dubii reſolutio pendet ex facto; nam ſi rationes ſemel legitimè redditæ ſint, non debent revideri, niſi probetur dolus, aut error calculi. Rota *deciſ.* 184. *p.*2. *recent.* ſi non legitimè redditæ ſint, ſive dubio locus eſt reviſioni.

CAPUT CLVII.

Cautio Mutiana præſtari debet per hæredem, vel legatarium, cui ſub conditione negativa relictum eſt: imò & cautio ad inſtar Mutianæ, quando ſub conditione vel modo affirmativo, cujus adimplementum fieri poteſt uſque ad ultimum vitæ ſpiritum. Quid in facto dependente partim ex voluntate legatarii, vel hæredis, partim alterius tertii? Quid debeat continere hæc cautio, & quod non ſatisfaciens privetur omni emolumento, etiam fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Natura Mutianæ cautionis eſt, ut præmittatur reſtitutio rei cum fructibus, caſu quo conditio legato vel hæredis inſtitutioni adjecta non impleatur.*
2 *Clauſula,* caſu quo, *diſpoſitionem conditionalem refert.*
3 *In materia cautionis Mutianæ præſtandæ, nihil differt modus à conditione.*
4 *Quomodo differant inter ſe cautio Mutiana prolegatis, & ea quæ præſtatur ratione hæreditatis. Et quomodo judicandum ſit quoad fructus in legatis annuis ratione cautionis non præſtitæ vel non adimplementi.*
5 *Cautio Mutiana ſuccedit in locum adimplementi, & contraveniens privatur emolumento.*
6 *Etiamſi agatur de conditione affirmativa quæ uſque ad ultimum vitæ ſpiritum præſtari poteſt, cautio Mutiana præſtanda eſt.*
7 *Cautio quaſi Mutiana præſtanda eſt in conditionibus affirmativis, quæ uſque ad ultimum vitæ ſpiritum impleri poſſunt.*
8 *Etiamſi agatur de conditione mixta quæ in parte pendet ex facto Tertii, ſi tertius ſatisfaciendo pro parte ſua conditioni legatarius non adimpleat, eſt in culpa, & privandus eſt emolumento.*
9 *Legatarius non adimplens conditionem, ingreſſum eſt actione ex teſtamento, vel per omiſſionem legati, etiamſi illud jam fuiſſet conſecutus.*
10 *Exceptio non præſtitæ cautionis Mutianæ repellit legatarium agentem à limine judicii.*

SUPER quæſtione propoſita, an & quomodo filia quæ nondum ſatisfecit conditioni appoſitæ in legato ſibi per Patrem facto, poſſit petere immitti in poſſeſſionem bonorum in legato dictorum, & petere ut de dictis bonis & fructibus illorum, ſibi reddatur ratio, antequam dictæ conditioni ſatisfecerit.

Concludendum eſt, dictam filiam non poſſe poſſeſſionem aut redditionem rationum petere, niſi data priùs cautione idonea de adimplendo dictam conditionem, aut niſi conditione priùs adimpleta. Hæc enim eſt certiſſima juris regula, † quod quotieſcumque hæredis inſtitutio, aut etiam legatum factum eſt ſub conditione, hæres, vel legatarius tenetur præſtare cautionem Mutianam, & priùs tenere de reſtituendo bona unà cum fructibus, casu quo non adimpleat conditionem: quia ea cautio de natura Mutianæ cautionis, ut rei reſtitutio præmittatur cum fructibus, ſi non ſit paritum conditioni, ut inter cæteros docet Imol. *in l.Mutiana, ſi ſervus dit.& demonſtr.* & poſt eum Mart. *de ſucceſſion. part.*4.*quæſt.*12.*art.*7.*num.ultim.in fin.*

Quod enim diſpoſitio de qua agitur, ſit conditionalis, non eſt dubitandum propter illa verba, *en cas qu'elle ſatisfaſſe à la condition*, & non autrement. Caſu quo ipſa ſatisfaciat conditioni, & non aliter, quæ verba ſine dubio conditionem important, ut de illis verbis, *Caſu quo*, tradit Surd. *conſ.*268. *num.* & de clauſula, *& non autrement*, idem dicit *conſ.*[illegible] *num.* 9. cum aliis per Barboſ. *de clauſ.cap.*[illegible] *cap.*81. *per tot.*

Imò etiamsi importaret duntaxat modum, nihilominus cautio esset præstanda, quia hoc casu non differt modus à conditione: non enim propter conditionem, sed propter mentem testatoris requiritur cautio: *l. quibus diebus, §. fin. & ibi* Bart. *ff. de condit. & demonstr.* Peregr. *de fideic. art. 11. n. 121.*
4 *& 122. junctis n. 126.*

Et licet aliqui DD. constituant differentiam inter hæredis institutionem, & legatum; tamen distinctio in hoc capite adhibenda est. Si enim agatur de legatis annuis, aut similibus, multiplicationem præstationis inducentibus, fructus debentur legatario pro illis annis, & temporibus, quibus paritum fuit conditioni; pro annis verò sequentibus, aut aliis quibus conditioni paritum non fuit, fructus non debentur. Si autem agatur de legatis, in quibus non fit distributio in annos, sed requiritur effectuatio, & perseverantia, tunc fructus amittuntur ab initio: vt explicat Peregr. *loc. citat.* & hæc distinctio colligitur ex Gratiano *decis. 3. n. 18. & 19.* & ex *decis.* Rot. Romanæ *in eadem causa*, de qua per Gratian. quæ inseritur *part. 4. diverf. decis. 420. n. 1. & 2.* & expressè determinat Mantic. *de tacit. convent. lib. 14. tit. 42. n. 33.* vbi dicit
5 † quod cautio Mutiana succedit loco implementi: & si hæres institutus, vel legatarius aduersus hujusmodi cautionem fecerit, hæredis institutio, & legatum quoad omnes effectus reuocatur, ita vt fructus percepti restituendi sint: *l. cum filius, §. qui Mutianam, ff. de legat. 2.*

6 Neque obstat, quod agatur de conditione affirmatiua: cùm etiam hoc casu cautio præstanda sit; quia vsque ad vltimum vitæ spiritũ potest impleri, & implicitam habet negatiuam, quod priuetur si non satisfecerit, ideo adimpleri debet ante emolumentum: Mantic *d. lib. 2. tit. 42. n. 28.* Rot. *decis. 225. n. 6. part. 2. diverf.* & quod in omnibus conditionibus etiam affirmatiuis, perseuerantiam habentibus vsque ad vltimum vitæ spiritum cautioni locus sit, tradit Gratian. *d. decis. 3. n. 3.* Matta *loco cit. n. 55.*

7 Imò in omnibus casibus, in quibus affirmatiua non potest benè impleri nisi cauendo, præstari debet cautio, quæ licet non sit Mutiana, est tamen ad similitudinem Mutianæ: vt dicit Galganet. *de condit. & demonstr. part. 2. c. 6. q. 6. num. 3. in fin. verf. & quando affirmativa*, Simon de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib. 5. interp. 2. dub. 1. n. 28. fol. mihi 475.* etiamsi dispositio esset modalis tantùm, vt per eundem Galganetum *d. q. 6. n. 14. & 15.*

8 Et præmissa procedunt etiamsi agatur de modo, vel conditione mixta, quæ partim dependeat ex voluntate legatarii, partim ex voluntate alterius Tertii: quando conditio non adimpletur ex culpa legatarii, prout continget si dicta legataria recuset, vel differat adimplere quod adimplere debet, postquam ille Tertius pro parte sua adimpleuit, aut adimplere paratus est, tunc enim legataria priuanda erit emolumento. Galganet. *part. 2. c. 6. q. 1. n. 77. verf. si verò modus mixtus.*

9 Et hoc casu contra legatariam adimplere recusantem, duo erunt prodita remedia. Primum erit actio ex testamento, vt modus, vel conditio impleatur. Secundum, actio ad priuationem legati, quamvis illud legataria jam consecuta fuisset: Galganet. *de condit. part. 2. c. 3. q. 7. n. 21. & n. 12.*

10 Et legataria agens ad legatum, non adimpleta conditione, repellenda est à limine judicii, cum illa exceptio, *Tu non cavisti de modo, vel conditione implenda*, impediat litis ingressum, neque admittendi sint articuli, aut petitio dictæ legatariæ: *l. si tibi legato, ff. de legat. 3.* ibi, *negandam tibi actionem si non caveris*, & tradit Nevizan. *cons. 55. n. 3.*

CAPUT CLVIII.

Legatum rei propriæ factum adeo est inutile, ut ne quidem illius debeatur æstimatio legatario: nec similiter in legato rei quam testator illi jam inter vivos donaverat. Vtrum nullo existente legato, annulletur etiam onus legato adjectum. Reditus extantes utrum transeant ad hæredes donatoris, qui sibi fructus bonorum donatorum reservavit. Si donator mobilia suæ dispositioni reservaverit, utrùm contineantur pecuniæ? Et reservatis jocalibus, utrùm vestes reservatæ censeantur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum inutile est, si jam testator rem legatam inter vivos donasset eidem legatario.*
2 *Duo tituli lucrativi circa eamdem rem concurrere non possunt.*
3 *Ampliatur, ut ne quidem in legato rei jam donatæ debeatur æstimatio.*
4 *Nullo existente legato, censentur nulla onera, & gravamina illi adjecta.*
5 *In iis quæ pro non scriptis sunt, onus adjectum etiam pro non scripto habetur.*
6 *Translatio legati debet intelligi facta cum suo onere.*
7 *Fallit quando translatio est inutilis, veluti si gravamen fuisset impositum super re jam donata.*
8 *Pensiones, & reditus maturati extantes, & non reservati, spectant ad donatarium universalem, qui fructus sibi reservavit.*
9 *Limitatur, ut locum non habeat quando donator verbis amplissimis omnia bona præsentia, & futura tempore mortis donavit, quibusdam exceptis: quia tunc fructus spectant ad donatarium universalem, si exacti non fuerint.*
10 *In reservatione bonorũ certi loci, non veniunt debita.*
11 *Item nec fructus à solo separati continentur in reservatione mobilium.*
11 *Mobilium domus reservatio non continet pecuniam destinatam ad expendendum.*
14 *In dubio pecunia non venit appellatione mobilium.*
15 *Ex communi usu loquendi in Gallia, utrùm & quando pecunia veniat appellatione mobilium, & quid judicetur hac in re apud Gallos.*
16 *Iocalium appellatione vestes de jure continentur.*
17 *Qui vult appellatione jocalium vestes non comprehendi, debet probare super hoc communem usum loquendi, tunc enim vestes non continentur sub reservatione jocalium facta per donantem.*

SVper dispositionibus factis per matrem in fauorẽ vnius ex filiis, variæ oriuntur difficultates.

Et primò quidem vtrùm debeatur æstimatio prædiorum legatorum per matrem filio, cùm videatur illi legata res propria ipsius, attenta donatione vniuersali antea facta per ipsam testatricem, cùm de jure supponatur, rei propriæ legatæ æstimationem non deberi.

Secundò, vtrùm cassato, & annullato legato facto dictæ filiæ, censeatur etiam reuocatum onus vsusfructus relicti alicui Tertio, & substitutionum appositarum ad onus dicti legatarii.

vſusfructus relicti alicui Tertio, & ſubſtitutionum appoſitarum ad onus dicti legatarii.

Tertiò dubitatur, vtrùm arreragia penſionũ nondum exacta, ſpectent ad donatarium, vel ad hæredẽ.

Quartò, vtrùm appellatione mobilium reſeruatorum per donatricem veniant pecunia, vtenſilia, domus, veſtimenta; & generaliter quæ in dicta reſeruatione comprehendantur.

1 Ad primam quæſtionem, ſicut & ad omnes alias, reſolutum fuit, dictum filium non poſſe duplici jure poſſidere eadem bona, nempe tam virtute donationis, quàm in vim legati; † cùm duo tituli lucratiui ſimul concurrere non poſſint; textus eſt *in* §. *ſed ſi rem legatarii, Inſtit. de legat. l. proprias* 13. *C. eod. tit. l. nutu* 21. §. 1. *ff. de leg.* 3. *l. Mævius*, §. *duobus, ff. de leg.* 2. & *ibi* Bart. *n.* 13. Caſtrenſ. & Imol. idem Caſtrenſ. *in l. Iulianus*, §. *ſi fundum, ff. de act. empt.* Gomeſ. *lib.* 1. *reſol. c.* 12. *n.* 38. *circa medium*, Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 14. *n.* 41. & *ſeq.*

2

3 Adeo vt ne hoc quidem caſu æſtimatio debeatur, vt nominatim cauetur *in d.* §. *ſed ſi rem legatarii, Inſt. de legat.* in illis verbis, *& licet alienaverit eam, non debetur, nec ipſa res, nec æſtimatio ejus.* Fontanell. *d. gl.* 8. *p.* 14. *n.* 46. ea ratione, quia dum agitur de re, quæ ad oculum demonſtrari poteſt, duæ cauſæ lucratiuæ concurrere non poſſunt: Bart. *d.* §. *duobus, n.* 17.

Quod autem vterque titulus ſit lucratiuus, non eſt dubitandum; cùm agatur de donatione facta contemplatione matrimonii per eam, quæ dotare non tenebatur: quia ad inſpiciendum vtrùm titulus ſit lucratiuus, vel oneroſus, inſpici debet perſona donatarii, qui nihil dat de ſuo, ſed lucrum ex donatione capit: Mangil. *de imput. q.* 10. *num.* 17. & 18. Addit. ad Burat. *deciſ.* 751. *n.* 10.

Ergo concluditur dictum legatum eſſe inutile, neque illius æſtimationem deberi: Cancer. *lib.* 3. *c.* 10. *de legat. n.* 257. *verſ. tertiò.* Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſol. c.* 105. *n.* 5.

4 Secundò reſpondetur paucis, nullo exiſtente legato principali, cenſeri etiam nulla onera legato adiecta. Quod præſertim locum habere debet, quia teſtatrix in Codicillis, verbis ampliſſimis declarauit ſe dictum legatum annullare, & reuocare, & velle eſſe nullum, & inualidum, perinde ac ſi nunquam factum aut ſcriptum fuiſſet: facit text. *in l. fideicommiſſum* 81. *ff. de leg.* 1. † Et in pro non ſcriptis, deficiente legato deficit onus: Peregr. *de fideic. art.* 16. *n.* 80.

5

6 Neque obſtat ſi dicatur, legatum factum vni ex liberis cenſeri tranſlatum cum ſuo onere in iſtum legatarium, juxta notata per Mant. *de conject. lib.* 12. *tit.* 3. *n.* 3. *l. ſi adimendo, ff. de adim. legat.* Surd. *deciſ.* 38. *n.* 9. vbi deciditur, adempto legato, fideicommiſſum illi impoſitum remanere, ſi non fuerit reuocatum.

7 Quia tranſlatio eſt inutilis, cùm facta fuerit in Dominum donatarium de rebus quæ ad ipſum jure dominii pertinebant, vt *ſuprà* oſtenſum fuit, & ſuper quibus teſtatrix nullum grauamen imponere poterat poſt perfectam donationem: *l. perfecta donatio, C. de donationib. quæ ſub modo*: Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 174. *n.* 18. & *n.* 5.

8 Ad tertiam quæſtionem reſpondetur, quod arreragia penſionum nondũ exacta, pertinent ad donatarium omnium bonorũ, demptis tamen fructibus reſeruatis: quia donatrix de illis in vita, & in morte diſponere poterat, & teſtari; & ideò fructus debiti, & reſeruati, extantes tempore mortis, ex veriori ſententia, & receptiori non pertinẽt ad donatarium, ſed ad hæredem. Surd. *conſ.* 73. *n.* 110. Gabriel. *conſ.* 139. *n.* 2. *vol.* 1. Mant. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 32. *n.* 8. & 11. Peguer.

9 *deciſ.* 140. *n.* 2. Franch. *deciſ.* 168. *n.* 3. & 10. † Quod intellige, niſi verba donationis eſſent adeo ampla, & generalia, vt omnes iſtos fructus, ſeu reditus non exactos in donatione comprehẽdi voluiſſet, ex Vincent. de Franch. *d. deciſ.* 168. *in fin. verſ. ſed adde ampliſſimis clauſulis.* Capyc. Latr. *deciſ.* 44. *n.* 10. *in fin. & n.* 21. & ita nuper judicauit Senatus Toloſanus.

Ad quartam reſpondetur primò, debita non contineri in dicta reſeruatione, quia loco non circumſcribuntur: Graſſ. *in* §. *legatum*, 9. 19. *n.* 4.

Secundò, in reſeruatione mobilium continentur fructus à ſolo ſeparati: Peregr. *de fideic. art.* 5. *n.* 41.

Tertiò, quod attinet ad pecuniam, magna eſt inter Doctores controuerſia, vt patet ex notatis per Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 138. vbi diſtinguit, vtrum agatur de pecunia quæ in arca repoſita eſt cauſa præſidii, & hoc caſu vult appellatione *mobilium* talem pecuniam contineri; an verò agatur de pecunia repoſita in arca ad hoc vt expenderetur, & hoc caſu ſi facta fuerit mentio *mobilium domus*, pecunia non continetur in reſeruatione, quia non poteſt dici quod talis pecunia ſit de mobilibus, vt ibi notat *n.* 8. poſt plures ab eo citatos.

Quod extendit *ibidem, n.* 12. ſi dubium ſit, vtrùm pecunia ſit repoſita in arca, vt ibi eſſet loco præſidii, vel vt impenderetur: non in dubio, nam præſumitur quod talis pecunia contineatur appellatione *mobilium domus*: Mantic. *de conject. lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 4.

Sed hæc diſtinctio procedit ſecundum jus commune. Verùm aliud dicendum eſt, ſtante communi vſu loquẽdi in Gallia, de quo teſtatur Oldrad. *conſ.* 219. & facilè probatur quod *talis ſit vſus loquendi in his partibus, quod appellatione des meubles de maiſon*, non contineatur pecunia, vt videtur ſibi Menoch. *d. præſumpt.* 138. *n.* 14. imò juxta Gallicum ſermonem, *mobilium* appellatione ſola continentur ſupellectilia, *comme les ſieges, licts, avec leurs garnitures, les tables, la vaiſſelle, chandeliers, coffres, coffres, & armoires, l. ſupellectili legata* 3. *in princ. ff. de ſupellect. legata*: & ideo fuit aliàs diſſum in Curia Parlamenti Toloſani, appellatione *des meubles*, pecuniam juxta Gallicum ſermonem minimè contineri? Maynard. *lib.* 6. *c.* 7. *n.* 2. & 3. Vnde nec veriùs hac reſeruatione comprehendi, imò ad donatarium pertinere verius eſt, cùm non veniant appellatione ſupellectilis: Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 12.

Quartò, quoad reſeruationem iocalium, diſtinguitur ſpecialis conſuetudo circa modum loquendi, verum eſt, veſtes etiam ſericas, & feſtiuas in reſeruatione contineri, quando reſeruatio non poteſt aliis intelligi, vt declarat Mantic. *de conject. lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 23. *verſ. item ſi teſtator legaverit*, poſt Purpurat. *conſ.* 452. ſed in caſu noſtro ratio allegata per Mantic. & per Purpuratum, locũ habere non poteſt.

Et propterea probanda erit notoria patriæ conſuetudo, qua *iocalium* nomine, veſtes continuari ſolent; imò ſemper in pactis matrimonialibus fieri ſolet diſtinctio inter veſtes, & jocalia, dum dicitur *Robes, Bagues, & Ioyaux*. Vnde ſequitur veſtes non ſub communem loquendi modum, non pertinere ad hæredes, nec ſub reſeruatione contineri, vt concludit Purpurat. *d. conſil.* 452. *n.* 6. *verſ. nec dicatur.*

CAPUT CLIX.

De emptore qui promiſit pretium impendere in ſolutionem cenſus annui, illudque extinguere tempore conuento, teneatur ad augmentum monetarum ſi perveniẽs poſt diem deſtinatæ ſolutionis quodque

quodque venditor non sit in mora,si non solverit majorem valutam debitam ante tempus solutionis promissæ per emptorem, donec emptor summam principalem obtulerit: & quod valor monetarum non sit attendendus respectu edicti Principis, sed respectu cursus communis,non tantùm inter mercatores,sed etiam inter alios communiter.

SVMMARIVM.

1 *Damnum proveniens ex mutatione monetarum cedere debet in detrimentum debitoris morosi.*

2 *Emptor qui promisit certo tempore extinguere censum annuum venditoris, adveniente tempore designato efficitur verus debitor census.*

3 *Depositum si non sit integrum, non suffragatur deponenti.*

4 *Qui tenetur ad solutionem summæ principalis, est prior in mora, si non obtulerit, aut deposuerit; statim verò is qui debet majorem valorem monetæ, constituitur in mora, & non antea.*

5 *Quamvis nullum emanaverit edictum Principis, communis cursus monetarum attendendus est, qualis est inter mercatores, & alios.*

6 *In judicando valore monetarum non est respiciendum ad solum usum mercatorum, sed communis usus inspiciendus est.*

7 *Ex simplici tractatu absque conclusione,nulla oritur obligatio.*

CUm fuissem assessor nominatus in causa appellationis Nobilis Pauli de Melheuret de Seguins, Domini de Buisse, contra Discretum virum Stephanum Rochas loci Camareti, visis actis tam primæ quàm secundæ instantiæ, fui in voto, malè fuisse judicatum per Dominum Judicem à quo, dum declaravit depositum factum per dictum Rochas legitimum, & validum esse, ipsumque à die depositi liberandum esse à fructibus summæ principalis per eum consignatæ.

Et licèt Judex suæ sententiæ ratione reddere non debeat,tamè quia alius assessor erat in cõtrario voto, ne ratione destituta nostra videatur sententia,fundamenta deduxi, quibus motus fui ad ita judicandum, & rejecto voto contrario, fuit judicatum secundùm meam opinionẽ per tertiũ hujus causæ commissariũ.

Supponendum igitur in primis est, quod cùm dictus Dominus de Buisse esset debitor Nobilis Thomæ Dinguimberty summæ 800. scutorum cum sua pensione annua 48.scutorum, vendidit anno 1642. dicto Rochas quoddam prædium, cujus pretii partem illi indicavit solvere d. Domino Dinguimberty, scilicet summam 800. scutorum,trium librarum pro quolibet, cum sua pensione 48. scutorum, quam emptor promisit solvere intra quinquennium, & sic anno 1647. & die 24. Octobris solutio fieri debebat, & ab eo tempore fuit constitutus in mora.

Secundò supponendum est, quod ab anno 1647. ad annum 1652. monetæ multùm auctæ fuerunt in valore extrinseco,quia an.1647. & 1648. scuta alba exponebantur ad rationem trium librarum & quatuor solidorum pro quolibet,anno verò 1652.ad rationẽ trium librarũ,& decẽ solidorũ, & ita proportionaliter de cæteris monetis aureis,vel argenteis.

1 Tertiò supponendum est,quod cùm dictus Rochas fuerit in mora ab anno 1647. omnis major valuta monetæ quæ obvenit ab anno 1647.usque ad annum 1652.pertinet ad onus dicti Rochas emptoris: cùm hæc sit generalis juris regula, detrimentum proveniens ex mutatione monetarum cedere in damnum debitoris morosi. Duard.*tract.de censib.*§.3.*q.*6.*n.*28. Berlich.*decis.*156. *num.*7. *& commun.concluſ.cap.*36. *num.*62.*p.*2. Thesaur.*decis.*174.*num.*4.

Et eadem die destinatæ solutionis ipse Rochas 2
fuit verus debitor dictorum 800.scutorum,non autem Dominus de Buisse: ideo periculum mutationis monetæ spectabat ad dictum Rochas emptorem qui verus erat debitor. Cencius *in tract. de censib. q.*105.*n.*10.& apud eundem *decis.*547.*n.*1.*&* 2.

Quartò inde sequitur, depositum dicti Rochas 3
non esse integrum, & per consequens ei non suffragari. Rota *decis.*505.*n.*6.*&* *decis.*480.*n.*4. apud Ludovis.& *ibid.*per Addentes *num.*16. Licèt enim Dominus de Buisse teneretur solvere majorem valutam, hoc intelligendum est de majore valuta quæ currebat anno 1647. non autem de ea quæ propter moram emptoris dicti currebat anno 1652. quæ aucta non fuerat propter moram dicti Domini de Buisse.

Quintò notandum, quod nulla potuit imputari mora D.de Buisse ab anno 1647.ad 1652. cùm illo temporis intervallo dictus Rochas summam principalem nec solverit, ut tenebatur,nec consignaverit; & per consequens tenebatur deponere illam majorem valutam, ratione cujus nulla poterat imputari mora D. de Buisse: immò talis major valuta erat proprium debitum dicti Rochas emptoris, & sic ejus depositum non est integrum.Ultra quod dictus D.de Buisse non promisit præcisè se soluturum majorem valutam,& ideo non fuit in mora, & quatenus fuisset morosus, dictus Rochas fuisset primus in mora, † quia primus debebat offerre summam 4
principalem, ut diximus *sup.p.*1.*qq.civil. cap.*16.*n.*9. *&* 10. cùm major valuta monetæ sit quid accessorium, teste Thesauro *in tract.de monet. p.*2.*n.*5.

Sextò considerandum etiam est,quod licèt forsan 5
nullum factum fuerit edictum Principis circa monetas ab anno 1647.ad 1652, tamen in hac materia debet attendi communis cursus,& usus publicus,ut testatur Oldr.*conſ.*168.ubi dicit quod semper recurrendum est ad valorem monetæ usualem, & quod usus publicus omni regulæ, omnique constitutioni derogat, quia moneta magis consideratur respectu cursus,quàm alio respectu. Abb.*in cap.quantò,n.*12. *verſ.nec obſtat motivum, de jurejur.* Alex.*ad Bart.in l. eleganter,*§.*qui reprobos,ff.de pignorat.act.*& benè probat textus *in Clem.*2.*de decim. & ibi* Glossa *in verbo Conſuetam,& verbo Currentem:* & *ibi* DD.omnes.

Et licèt nonnulli voluerint non esse attendendum 6
valorem qui currit inter mercatores, tamen in casu isto illorum sententia locum habere nequit,quia intelligenda est de modico valore,veluti si scuta aurea emerentur ultra valorem uno solido, vel dimidio ab his qui indigent, ut loquitur Boër.*decis.*327. *num.*7. *verſ.quamvis emerentur:* aut si ageretur de re exigui temporis, aut de eo qui currit inter mercatores solos, & non currit generaliter in publico usu, ut loquitur Sola *in tract.de monet.caſu* 16.*n.*7. in illis verbis: *Pro majore valore quàm sit communis.* Sed quando communis usus non solùm inter mercatores, sed etiam inter omnes alios generaliter in quibuscumque negotiis assignat certum valorem monetæ, ille sine dubio omnes afficit: & ita intelligendus est Thesaur.*de monet.p.*1.*n.*41.quod bene explicat Brun. *de augm.monet. p.*15.*n.*2. in illis verbis: *Non attenditur valor aliquarum perſonarum, puta campſorum, ſed communis.* Cod.Fabr.*lib.*8. *tit.*29.*de ſolut. definit.*41. Scacc. *de commerc.* §.2.*gl.*5.*n.*108. *&* §.2.*gl.*3.*n.*93. Thusaur.jun.*de monet.p.*2.*n.*23.*&* 24.

Denique licèt constet Dominum de Buisse tractasse cum vidua Domini Dinguimberty super majori

jori valuta per ipſum debita ; hoc tamen non cogit
7 nos reſilire à noſtra ſententia. † Tum quia deductus fuit ſimplex tractatus, teſtis autem deponens de tractatu, non probat conſummationem, cùm nulla ex ſimplici tractatu oriatur obligatio : Gail. *lib.1. obſerv.140. num.9.10.11.& 12.*

Tum etiam quia dictus Dominus de Buiſſe tractavit quidem de majori valuta per ipſum debita, non autem de ea quæ debebatur per dictum Rochas ab anno 1647.ad annũ 1652.ratione moræ propriæ.

Concluditur ergo depoſitum non ſuffragari, dictumque Rochas teneri ad fructus annui reditus,uſque ad diem integralis ſolutionis, ſeu depoſiti ſummæ principalis 800. ſcutorum, & ſic malè fuiſſe judicatũ. Prout in effectu ſententia Judicis à quo fuit revocata,& ſecundum votũ meum lata fuit ſententia.

CAPUT CLX.

Quando pater plures habens liberos, tres ex illis æquis partibus hæredes inſtituit, & ſingulis prælegata reliquit, quorum alia aliis ſunt majora, utrùm ſolutio legitimarum, & creditorum debeat fieri per quemlibet pro rata portionis hæreditariæ,vel pro rata emolumenti. Quid juris ſi teſtator totam ſuam hæreditatem, aut majorem illius partem prælegatis diviſerit, ſive hæreditas ſit ſolvendo, ſive non ? Et utrum unus ex prælegatariis ſolvens ultra ratam partem portionis hæreditariæ, habeat regreſſum contra alios prælegatarios cohæredes.

SVMMARIVM.

1 *Si pater duos habens filios, illos æquis portionibus hæredes inſtituit, ſed uni pluſquàm alteri prælegavit, debita hæreditaria ſolvenda ſunt pro rata portionis hæreditariæ : & expenditur text.* in l.1. C.ſi cert. petatur.

2 *Inæqualitas prælegatorum non arguit inæqualitatem in jure ſuccedendi.*

3 *Actiones perſonales ſequuntur hæredes pro ea parte qua defunctum repræſentant.*

4 *Si prælegatum fuerit factum per modum quotæ hæreditatis, prælegatarius ſuſtinet onera pro modo prælegati.*

5 *Primogenitus quem pater melioravit, non tenetur ad debita hæreditaria, niſi juxta portionem hæreditariam.*

6 *Quando hæreditas non eſt ſufficiens ad ſolutionem æris alieni, tunc agendum eſt contra prælegatarios pro rata emolumenti. Intellige ut* num.8.& 9.

7 *Creditores quando hæreditas non eſt ſolvendo, agunt in ſubſidium contra legatarios.*

8 *Si unus ex cohæredibus melioratus per prælegatum, plus ſolverit quàm aſcendat ejus portio hæreditaria, repetit à cohærede ratam ipſum concernentẽ.*

9 *Sive hæreditas ſit ſolvendo, ſive non, ſemper ſolutio æris alieni tangit quemlibet hæredem pro rata portione hæreditatis.*

10 *Quando nec hæreditas, nec prælegata ſufficiunt ad ſolutionem æris alieni hæreditarii, tunc concurrere omnes debent pro rata emolumenti.*

11 *Quando teſtator hæreditatem ſuam, vel majorem illius partem prælegatis diviſit, prælegata tunc duntaxat obtinent locum portionis hæreditariæ, quando illa ſunt æqualia,vel quaſi æqualia.*

12 *Prælegatarii tertiam partem prælegati à ſeipſis capiunt, ſi ſint pro tertia parte hæredes inſtituti.*

13 *Non poteſt dici quod hæreditas non ſit ſolvendo quando cum prælegatis juncta ſufficit ad æs alienum ; quia prælegata ponuntur in globo, & totus globus contribuit ad æs alienum pro portione hæreditaria, non autem ad ratam emolumenti.*

CUm pater nullis relictis maſculis, ſed tribus dumtaxat filiabus, majorem hæreditatis partem inter filias prælegatis diviſiſſet, quorum alius majora & pinguiora eſſent, hæreditas votò ferè exhauſta tribus illis filiabus relicta eſſet, quæritur autem de ſolutione legitimarum & creditorum hæreditariorum ; contendebant illæ quæ minorem habebant prælegati partem, onera & debita pro rata emolumenti ſolvi debere ; quibus verò majora prælegata facta fuerant, pro parte & portione hæreditaria, & ſic pro tertia.

Dubitatum fuit, an onerum hæreditariorum ſolutio pro rata emolumenti ex prælegatis obveniendi, an verò ad ratã portionis hæreditariæ fieri deberet.

Ego ad ratam portionis hæreditariæ ſolvenda judicavi,nulla habita ratione prælegatorum inæqualiter hæredibus relictorum. † Quæ concluſio probatur per textum expreſſum *in l.1. C.ſi cert. pet.* & ita tradunt omnes DD. ſed magis dilucidè Odofred. caſum exponens, quod pater quidam duos habens filios,ipſos æqualiter inſtituit hæredes,uni prælegavit rem valentem decem, alteri prælegavit rem valentem triginta : mortuo patre, & ſolita illius hæreditate, ille cui minus prælegatum fuerat, videns ſe hæredem inſtitutum pro dimidia, cavit creditoribus hæreditariis ſe ſoluturum dimidiam æris alieni, poſt iſtam cautionem pœnitentia ductus adit hæreditatem petens ſe abſolvi ab hujuſmodi cautione,& fratrem ſuum teneri ad ſolutionem duarum partium ex tribus juxta proportionem prælegatorum de decem ad triginta : cui reſpondet Imperator illum neque æquam, neque uſitatam rem deſiderare, cùm regulariter juris ſit, quod æs alienum ſequitur totum patrimonium,vel quotam partem,& non fundum ; & ideò additur ipſo jure inter cohæredes : & ideò æs alienum ſolvi debet pro portione hæreditaria, non pro commodo rerum prælegatarum. † Unde Joannes Imol. *in l.ex facto 35. num.3.in fine, ff.de hæred. inſt. verſ.nota quod inæqualitas*, dicit quod prælegatorum inæqualitas non inducit inæqualitatem in jure ſuccedendi : & Bald. *in d. l.1. C.ſi cert. pet.* dicit quod actiones perſonales ſequuntur perſonas hæreditarias, repræſentativè, & ſic pro portione hæreditaria, pro qua defunctum repræſentant. Sequitur idem *tract. vol.3.* Grimaudet *in tract.de uſur.cap.17.in fin.* & cens quod ſi prælegatum,ſeu melioratio facta fuerit filio per modum quotæ hæreditatis, contribuerunt ad ſolutionem æris alieni pro rata emolumenti : ſi alio titulo quàm hæreditario, veluti titulo legitimi, tenetur dumtaxat contribuere pro portione hæreditaria. Quam diſtinctionem in ſimili facit nempe in primogenitura, ſequitur Molin. *de primog. Hiſp.lib.1. cap.10. num.5.S.& ſeq.* atque ita dicit teſtatur Robert. *rer. judic. lib.4. cap.13.* ut ad hoc prælegatarii, † primogenitus, idemque hæres non teneatur pro rata prælegati, ſeu meliorationis aut primogenituræ, ſed dumtaxat pro portione hæreditaria ; etiamſi prælegatum ſit pinguius : & copioſè Valla *de reb.dub.tract.20. num.23. verſ. verum ego puto.* Louet *lit.D, num.16. verſ. pour autrer que l'avantage* : & *ibi* Scholiaſtes : atque judicatum apud Leveſt *arreſt.* 152. Bacquet *des droits*

droicts de Iustice, chap.21. num.10.& du droict de desherance, chap.3. num.6.

6 Verùm adversus supradictam resolutionem excitatur dubium, ut ea locum quidem habeat, quando hæreditas à prælegatis separata, est sufficiens ad solutionem æris alieni; at verò si hæreditas non sit solvendo, tenentur etiam legatarii pro rata contribuere ad solutionem æris alieni, ut per Roman. *cons.189.num.7.* per text. *in l.fin. §.licentia, C.de jur. delib.* & ita videtur sentire Spino *in specul.test. gloss.8. n.26.versic.illud tamen*: Costa *de ratione rata,quæst.2. num.7.* Cùm ergo supponatur in facto, hæreditatem à prælegatis separatam, non esse sufficientem ad æris alieni & legitimarum solutionem, videtur concludendum, etiam prælegatarios pro rata portionis prælegatorum ad solutionem cogi posse.

7 Respondetur primò, fieri debere differentiam inter controversiam, quæ est inter creditores, & legatarios seu prælegatarios: nam dum creditores agunt in vim hypothecæ, illam actionem sine dubio exercere possunt adversus prælegatarios possessores, seu etiam actionem personalem in subsidium, facta excussione hæreditatis: *dicta l.fin. §.licentia, C.de jur. delib.* veluti si filiæ agant ad supplementum legitimæ, Maresc. *lib.1. var. resol. cap.8. num.11.& lib.1. cap.23. num.14. & sequent.* Merlin. *de legit.lib.5. tit.4.quæst.6. num.8.*

8 Sed inter cohæredes seu prælegatarios, si unus plus altero solverit, habet regressum contra alios pro parte eos concernente, ad instar correi, vel fidejussoris solventis, ut notat Cost. *d.quæst.2.n.6.* & in propriis terminis Valla *de reb.dub.d.tract.20.n.23.* qui dicit nomina hæreditaria transire ad hæredes pro portione hæreditaria, quæ ad hæredes tanquam hæredes transit; non autem pro rata emolumenti quod ex relicto præceptionis consequuntur: non enim, inquit, hæreditas, aut pars ipsius, censeri debet ex commodo hæredis, quia hæreditas appellatur quamvis solvendo non sit; cùm etiam sine ullo corpore habeat juris intellectum: est enim successio in universum jus quod defunctus habuit: *l.hæreditas, ff.de petit. hæredit.* Bald. *in rubr. de acquir. possess. post med.* Rot. *decis.417.num.7.p.5.recent.* Itaque dicimus unumquemque pro rata hæreditaria ad solutionem æris alieni teneri, non autem pro modo emolumenti, *l.1.C.si cert. pet.*

9 Deinde subdit, quod quamvis actio hypothecaria sequatur quemlibet fundi possessorem, qui in solidum conveniri potest, iste tamen sic conventus habebit regressum contra hæredem pro sua portione hæreditaria. Pignus enim accedit obligationi personali, quæ ipso jure dividitur inter cohæredes. Accessorium igitur sequi debet naturam sui principalis, quoad ipsos hæredes, ut sic quilibet non pro rata bonorum, sed pro rata juris, nempe hæreditatis, teneatur: ut bene etiam explicat Annæus Robert. *d.lib.4.cap.13.sub fin.* Bacquet *des droits de justice, cap.21. num.10. juncto num. 262.* & 263. & probatur per text. *in §. si quis verò, de fideicommiss. hæredit.l.apud Imperatorem*, ibi, *sine ullo onere hæreditario apud eum remanet, quasi ex legato ei acquisito*: & faciunt tradita per Lovet *lit.D, num.16.in fin.versic. sit igitur regula.*

Respondetur secundò, quod licèt hæreditas deductis prælegatis non sit solvendo; tamen prælegatarii non contribuunt quoad se ipsos & inter se pro rata emolumenti, sed tantum pro rata portionis hæreditariæ: ut bene explicat Valla *loco citato*, per text. *in d. l.1.C. si cert. pet.* qui generaliter loquitur, nec distinguit utrum hæreditas sit solvendo, vel non; & adducit rationem huic nostro casui optimè congruentem. Cùm enim testator in favorem trium cohæredum fecerit substitutionem, aut si in hæreditate reperirentur credita summarum magnæ quantitatis, sicut sine dubio quælibet ex cohæredibus tertiam partem lucri consequi deberet, & ad tertiam partem substitutionis admitti, eadem ratione ad tertiam partem æris alieni pro tertia quoque parte contribuere quælibet cogenda est; ut eadem sit ratio lucri & damni, & idem operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito: *l.si contrarium 18. §.Iulianus, vers.cui scilicet, ff.de milit.testam.* debet enim aut hæreditatem & lucrum omne illius dimittere, aut æs alienum persolvere.

Accedit declarata testatoris intentio, dum legitimam nepti patris sui debitam per tres cohæredes, voluit per ipsos solvi tanquam hæredes, & per consequens pro portione hæreditaria, & in viriles, nulla habita ratione prælegatorum ipsis factorum.

Item dum dictas tres filias æquis portionibus hæredes instituit, confestim, & sine ulla verborum interpositione subdit hæc verba, *par esgales parts & portions, par lesquelles a voulu tout ce que dessus estre accomply.*

Neque Doctorum superius allegatorum authoritas nocet. Quia non negatur quin hæreditate non solvendo existente, prælegata concurrere debeant pro rata ad solutionem æris alieni, prout dicunt præfati Doctores: sed dicimus (quod ipsi non decidunt) hanc ratam computandam esse, non pro modo, & ad ratam emolumenti, sed tantùm ad ratam portionis hæreditariæ: ex *d.l.1.C.si cert.pet.* 10

Didacus autem Spino loquitur in casu planè diverso, nempe quando hæreditas, nec prælegata sufficiunt ad solutionem æris alieni: hoc enim casu nemo dubitare potest quin prælegatarii contribuant pro rata emolumenti, cùm totum emolumentum ab ære alieno absorbeatur.

Advertendum ultimo loco est, quod aliàs dictum fuit, totum prælegatum filiabus factum, obtinere locum portionis hæreditariæ cuilibet ipsarum assignatæ, ex eo quod testator totam suam hæreditatem prælegatis divisit, non ita simpliciter procedere, nec casui nostro applicari posse; cùm illa juris regula, de qua *in l.quid ergo, §.planè, ff.de leg. 1.* non habeat locum quando prælegata non sunt facta per modum portionis hæreditariæ, Rot. *decis. 421. num.14.p.5.recent.* vel quando plura prælegata sunt inæqualia; sed tunc demùm, quando divisio facta fuit in partes æquales, vel quasi æquales, ut explicat Bart. *in l.Marcellus, num.1. ff.ad Trebell.& ibid.* Alex.Castrens. Claud.de Seysell.& alii: Mantic. *de conject. lib.7.tit.7.num.9.in nova edit.* Rot. *decis.418. n.15.p.5.recent.* Hond. *cons.62.n.31.lib.2.* 11

Ergo cùm prælegata sint inæqualia, non poterunt obtinere locum portionis hæreditariæ, nisi pro eadem parte legati, pro qua hæreditas relicta fuit, & sic pro tertia parte. Cùm enim actio & passio in eodem subjecto concurrere non possint, & nemo sibi ipsi obligari possit, *l.Vranius, ff.de fidejussorib.* Ludovis. *decis.206.n.3.* sequitur quod cohæredes pro tertia parte institutæ, tertiam legati partem pro sua hæreditaria portione capiant à seipsis, & sic pro tertia etiam parte hæreditaria ad onus æris alieni adstringuntur. Menoch. *de præsumpt.lib.4. præs.194. num.44.* per text. *in d.l.1. C. si cert.pet. & l.pro hæreditariis, C.de hæredit.action.* juncta *l.1.& 2. C. commun. de legat.* pro rata videlicet non valoris bonorum, sed portionis hæreditariæ, ut superiùs copiosè demonstratum fuit. 12

13 Denique non obſtat, quod ſi hæreditas non ſit ſolvendo, legatarii tenentur in ſubſidium ad ſolutionem æris alieni, ſive ſit legatum ſpeciei, ſive pecuniæ: Peregr. *de fideicomm. art. 4. num. 63. verſic. difficultas eſt*: Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 646. à num. 11. ad num. 25.*

Quia reſpondetur, hæreditatem, de qua agitur, eſſe ſolvendo; cùm in ea apponi debeat tertia pars quorumlibet legatorum, quæ capitur jure hæreditario: & DD. ex adverſo citati, & alii ſimiles loquuntur de legatis, non de prælegatis, pro quibus cohæredes contribuere tenentur ad ratam portionis, pro qua fuerunt hæredes inſtituti; & ſic quilibet pro tertia, non autem pro rata emolumenti, ut ſuperiùs copiosè oſtenſum fuit. Sicut enim prælegati lucrum accedit hæreditati pro tertia parte, quæ eſt portio hæreditaria, ita & damnum æris alieni ſpectare debet ad hæreditatem pro tertia parte, & portione hæreditaria, ut par ſit ratio lucri & damni: *dicta l. ſi certarum 18. §. Iulianus, verſic. cui ſcilicet, ff. de milit. teſtam.*

CAPUT CLXI.

Quando ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt ſubordinata per plures gradus, deficit quidem in perſona præmorientis, ſed hæres cenſetur gravatus de reſtituendo ſequenti gradui, maximè ſi adjecta fuerit clauſula codicillaris per verba futuri temporis. Quid ſi ſubſtitutio facta fuerit nominatim ipſi ſubſtituto prædefuncto? Et quando dicatur onus nominatim injunctum? Et an ſufficiat quod ſimul junctum fuerit nomen proprium cum appellativo.

SVMMARIVM.

1 *Quando agitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria ſubordinata per plures gradus, ſi primus ſubſtitutus deficiat, ſequens ad eam admittitur.*

2 *Ampliatur ut procedat, ſive amba ſubſtitutiones ſint fideicommiſſariæ, ſive prima compendioſa, & ſecunda fideicommiſſaria.*

3 *Quando gravamen fuit nominatim injunctum ſecundo gradui, ipſo deficiente caducatur ſubſtitutio.*

4 *Gravamen non intelligitur nominatim injunctum, licèt teſtator poſt nominatam perſonam dicat,* Ei ſubſtituo.

5 *Quando ſubſtitutio facta fuit alicui ſimul nomine proprio, & appellativo, non dicitur nominatim facta, quia prævalet quoad hoc, nomen appellativum.*

6 *Quando adeſt clauſula codicillaris per verba futuri temporis, ſubſtitutio caducata ſuſtinetur in favorem ſecundi gradus.*

7 *Argumentum ab abſurdo vitando potens eſt in interpretatione ultimarum voluntatum.*

8 *Multiplicatio graduum ſubſtitutionis dat conjecturam vocationis eorum qui ſunt in teſtamento nominati.*

9 *Caducato primo gradu ſubſtitutionis, deficit quidem ſubſtitutio paſſiva in ejus perſona, ſed activa remanet in perſona hæredis gravati.*

CIvis quidam Toloſanus ſuum ultimum condidit teſtamentum, in quo hæredem ſuum univerſalem inſtituit Friderícum filium ſuum ex Joanna prima conjuge natum, & ſi dictus filius & hæres moreretur ſine liberis ex vero & legitimo matrimonio procreatis, ordinavit & voluit dari de ſuis bonis Henrico & Alexandro conſobrinis ſuis, necnon Iſabellæ, & aliis in teſtamento nominatis, ſummas pecuniarum, & bona ſtabilia in dicto teſtamento reſpectivè deſignata, quos in dictis ſummis & bonis reſpectivè ſubſtituit.

Sicuti etiam pro toto reſiduo ſuæ hæreditatis ſub qualitate ſupradicta ſubſtituit Jacquetam Martine matrem ſuam, eam onerando de reſtituendo poſt mortem tribus filiabus ſuis ex ſecundo matrimonio dictæ Martinæ, ſuis ſororibus ex parte matris, quas ſubſtituit alteram alteri vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.

Et ſi omnes tres decederent ſine liberis ex vero & legitimo matrimonio, ipſis finaliter ſubſtitutis dictos Henricum & Alexandrum, necnon Marcum Devot, ſuos patrueles, & ſuos; non in capita, ſed ita, ut quilibet ex liberis admittatur ad portionem patris.

Huic teſtatori ſupervixere filius hæres, & Jacqueta Martine ſubſtituta; ſed Joanna mortua eſt, adhuc ſuperſtite Friderico hærede, dictuſque Fridericus ultimo loco obiit nullis relictis liberis, ſed ſolùm ſuperſtitibus dictis tribus ſororibus ex ſecundo matrimonio natis, quæ erant ſorores Martinæ Friderici hæredis.

Quæritur utrùm ſubſtitutio facta in favorem dictarum ſororum, expiraverit propter caducitatem gradus præfatæ Jacquetæ Martinæ, vita functæ ante caſum ſubſtitutionis.

In hac quæſtione cenſui, dictas ſorores ex ſecundo matrimonio natas & ſubſtitutas, admittendas eſſe ad ſubſtitutionem apertam in earum favorem per obitum Friderici ſine liberis, non obſtante prædeceſſu dictæ Martinæ earum matris. Quia quando agitur de fideicommiſſaria injuncta hæredi, vel alteri honorato, ſubordinata per plures gradus, ſi in uno gradu efficiatur caduca, ſequentes gradus non remanent excluſi: & licèt per regarem in locum deficientis ſubrogari nequeant, tamen apud quem res eſt, qui tenebatur dare præſtare dui caducato, tenetur præſtare ſequenti: quia ſequitur eum, cui lucrum per deficientiam illius gradus quæritur: textus eſt *in l. unica, §. præterea, C. de caduc. toll.* & eſt doctrina Bart. *in l. quamvis, ff. de acquir. hared.* Dec. *conſ. 238. num. 3.* Peregr. allegans *conſ. 40. num. 6. vol. 1. & de fideicom. art. num. 22. & ſeqq.*

Quod autem hîc agatur de ſubſtitutione fideicommiſſaria ſubordinata per gradus, patet; quia primus gradus ſubſtitutionis factus in favorem Jacquetæ Martinæ, fuit factus per compendioſam, per verbum *Subſtituo*, quod eſt commune, & refertur ad caſum mortis hæredis ſine liberis, & ideo ſub verborum compendio continet etiam ſubſtitutionem fideicommiſſariam, cujus eventus eveniſſet in favorem Jacquetæ, ſi hæres ſuus pervixiſſet, ſed cùm præmortua fuerit, illa caducata ſubſtitutio fideicommiſſaria, qua hæres eſtitit gravatus in favorem matris, remanſit ad onus ſuperſtitum hæredis in favorem ſororum ſubſtitutarum non obſtante quod agatur de pluribus ſubſtitutionibus licèt

fideicommissariis, seu etiam de prima compendiosa,& secunda fidelcommissaria : vt bene explicat,& comprobat Joannes Ant. Bellon. *cons.* 84. *n.*11. *& multis seqq.* qui vnus erit instar omnium.

3 Non obstat, si opponatur dictam conclusionem non habere locum, quando grauamen nominatim fuit iniunctum personæ substitutæ in secundo gradu,& grauatæ, provt in casu proposito, propter illa verba, *la chargeant*; quæ videntur merè personalia, ex notatis per Fusar. *de substit. q.*469. *n.*53. Pergr. *de fideic. dicto artic.*15. *n.*26.

4 Quia verius est in casu, de quo agitur, grauamen non esse iniunctum nominatim dictæ Martinæ; quia per illa verba, *eam gravando*; vel, *ei substituo*, non potest dici id nominatim iniunctum, vt tradit Cyriac. *controvers.*269. *num.*40. Mart. Medic. *decis.* 8.*n.*49. quia alioquin dicta doctrina Bartoli communiter recepta *in dicta l.quandiu*, vix posset in praxim reduci. Et ideo Peregr.dum ponit exemplum gravaminis nominatim iniuncti, voluit fieri repetitionem nominis proprii ipsius grauati his, vel similibus verbis; *Titium substituo, Titium autem rogo restituere hæreditatem meam Caio*, dicens strictissimè in hac materia procedendum esse.

5 Addatur, quod non simpliciter facta fuit mentio dictæ Martinæ in dicto testamento, expresso illius nomine proprio, sed partim nomine proprio, partim appellatiuo, videlicet Iacquetæ Martinæ suæ mattis : quo casu major habenda est ratio nominis appellatiui, quàm proprii,in materia de qua agitur, vt docet Bart. *in l.Jurgia*,§.*si pars*,*n.*2.*&* 3.*ff.de leg.*1. *& in l.si plures,in fine,ff.de vulg.* Mascard. *de probat. conclus.*1351. *Dubia substitutio*, *num.*15. & patet ex toto corpore substitutionis, testatorem potius habuisse respectum ad coniunctionem sanguinis, & ad nomina appellatiua, quàm ad solas personas, & earum propria nomina, vt patet ex illis verbis, *sa mere, ses sœurs de part mere, filles du second lict, ses cousins, & les leurs* : quæ sunt appellatiua.

Et quod plus est, grauamen non fuit iniunctum dictæ Martinæ restrictiuè, & respectu solius personæ ipsius,sed habitus fuit etiam respectus personæ hæredis primo loco grauati, propter illa verba, *ausdites Melines ses sœurs de part mere*, quæ ostendunt testatorem apposuisse grauamen potius fauore coniunctionis substitutarum cum hærede, quàm vt faueret exclusioni ipsarum : imò ex eo ostenditur, quod illæ fuerunt vocatæ secundùm ordinem successionis ab intestato, quæ ad ipsas spectasset tanquam sorores vterinas dicti hæredis, cuius respectu grauamen fuit iniunctum.

6 Præterea, quamuis supradictæ rationes cessarent, stante clausula codicillari contenta in dicto testamento, & concepta per verbum futuri temporis, substitutio caducata sustineretur in fauorem secundi gradus, præsertim cùm testator voluerit & disposuerit quod dictus hæres fideliter adimpleret omnia contenta in suo testamento, & per consequens ipsum etiam grauauit de restituendo bona dictis sororibus vterinis : iuxta *decis.* Rot.apud Seraph. 943. *per tot.* maximè *num.*2.

7 Et sane, cùm argumentum ab absurdo euitando sit in jure validissimum, ad explicandam testatoris voluntatem, ex notatis per Mantic. *de conject. lib.*3. *tit.*7.*per tot.* si dictæ sorores Melines non admitterentur ad substitutionem de qua agitur, sequeretur, legatarios minùs dilectos, & in certis tantum bonis nominatos, habituros esse summas, & bona sibi legata,cùm etiam sint remotiores, & aliqui eorum omninò extranei ; dictas verò sorores Melines conjunctas in proximiori gradu, & magis dilectas, vti ad hæreditatem vniuersalem vocatas, exclusas esse, remotioribus admissis.

Considerandum etiam est, quod testator frustra 8 tot adiecisset substitutionum gradus post vocationem dictarum Melines, si credidisset ipsas excludi, caducato gradu substitutionis Martinæ : *l.Gallus*, §. *& quid si tantum*,*& ibi* DD. *ff.de lib.& posth.*

Vltimò pro coronide aduertendum est, quod 9 Doctores quæstionem hanc tractantes, supponunt grauamen ipsi hæredi fuisse iniunctum, etiam nominata eiusdem persona ; & inter cæteros in fortiori casu, Menoch. *cons.*1103.*per tot.* vbi consuluit pro eo, qui vocatus fuit sub hac expressa conditione, substituti sint vocati postquam hæreditas peruenerit ad Dominum Ant.Mariam ; ut nihilominus substituti admittantur, etiamsi hæreditas non peruenerit ad d.Dominum Ant. Mariam,sed ejus gradus fuerit caducatus propter prædecessum eiusdem Domini Antonii Mariæ proprio nomine vocati.Ita vt *ex dicto consilio* apertè colligatur defecisse quidem substitutionem passiuam ex persona dictæ Martinæ, quæ si hæreditatem fuisset consequuta, tenebatur restituere dictis sororibus substitutis; non tamen defecisse substitutionem activam, per quam dictæ sorores vocatæ fuerunt ad succedendum hæredi instituto, in cuius persona semper remanet grauamen in fauorem, vt quod ipsæ,vel ejus hæredes tenebantur restituere dictæ Martinæ, teneantur dictis sororibus reddere ; vt melius probatur *in d. consilio* 1103. *num. ult. vers. ita quoque respondetur*, cuius sententiam aduersùs Peregrinum sequitur Fusar. *d.q.*469.*n.*65.

CAPUT CLXII.

Explicatur Statutum Avenionense, quo prohibetur Civibus ne se obligent, aut fidejubeant pro extraneis : & ostenditur illud esse validum, & Civibus favorabile. Quis dicatur correus, quis fidejussor, & quis expromissor ? Statutum loquens de fidejussore, non habere locum in expromissore. Sed non dicitur expromissor, quoties aliena obligatio non tollitur,cùm de expromissionis natura sit, ut promittens solus sit obligatus : & Statuti Avenionensis mens & verba expenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Statuto Avenionensi cavetur, ne civis pro extraneo se obligare possit.*
2 *Hujus statuti validitas à nonnullis revocatur in dubium, & in patria Pedemontana judicatur impeditivum commercij.*
3 *Verius tamen est, illud statutum esse validum, & civibus favorabile.*
4 *Statutum illud locum habet, etiamsi Civis fecerit debitum proprium, casu quo extraneus non solveret.*
5 *Qui fecit debitum proprium casu quo alius non solvat, non est correus, sed fidejussor.*
6 *Qui ea ratione promisit, non est expromissor, sed verus fidejussor.*

7 *Expromiſſor ſolus obligatur, & ſolus debitor remanet.*

8 *Inter expromiſſorem, & fidejuſſorem, quæ ſit differentia.*

9 *Vt quis ſit expromiſſor, oportet principalem debitorem eſſe liberatum ab obligatione, & quod promiſſio fiat animo novandi præcedentem obligationem alterius.*

10 *Statutum loquens de fidejuſſore, non habet locum in expromiſſore.*

11 *Quando ſtatuti prohibitio facta eſt verbis ampliſſimis, omnem pro debito alieno promiſſionem comprehendit.*

1 REſponderam, Ciuem Auenionenſem qui promiſit ſe ſoluturum quod alius debet, ſi debitor in tempore conuento non ſoluerit, non teneri erga creditorem extraneum, propter ſtatutum Auenionenſe, quo cauetur quod aliquis ciuis Auenionenſis non poſſit eſſe debitor, vel fideiuſſor, vel res ſuas obligare pro aliquo extraneo vltra centum ſo-
2 lidos.† De cuius ſtatuti validitate dubitari non poteſt; quamuis enim illud in patria Pedemontium non obſeruari dicat Theſaur. *deciſ. 66. num.8.* dicens ita judicari, quia illud ſtatutum eſt impeditiuum commercii.

3 Tamen contrarium verius eſt, nempe dictum ſtatutum eſſe validum, & factum propter publicam vtilitatem, ſcilicet omnium ciuium, ne depauperentur ad commodum extraneorum; quoniam intereſt ciuitatis habere locupletes ſuos ſubditos, & ne ipſi malè vtantur ſua ſubſtantia: vt decidit Gratian. *diſcept. forenſ. 735. num.1.* ubi plurimos allegat, Caſtrenſ. *conſ. 424. in ultimo dubio, num.3. lib.2. & conſ. 251. in primo dubio, lib.1.*

4 Non obſtat quod opponitur, dictum Ciuem Auenionenſem feciſſe ſuum debitum proprium, caſu quo debitor principalis non ſolueret, & ſic non eſſe fideiuſſorem, ſed expromiſſorem, aut correum debendi; & ſic Statutum de fideiuſſore loquens, non habere locum in expromiſſore, vel correo debendi.

5 Quia reſpondetur, hunc non eſſe correum, ſed fideiuſſorem, vt eſt textus expreſſus *in l. fidejuſſor 17. §. fin. ff. de fidejuſſorib.* vbi diſertis verbis dicitur fideiuſſor ille, qui promiſit ſoluere quod alius debet, ſi ipſe tempore conuento non ſoluerit, quod expreſsè probatur *in l. decem 116. ff. de verb. oblig.* ibi, *non enim ſunt duo rei Titius & Mævius:* & oſtendit Cujac. *d. l. fidejuſſor, §. fin.*

6 Similiter non poteſt dici expromiſſor, ſed verus fideiuſſor, cumque talem eſſe docet Cancer. *lib.2. cap.5. de fidejuſſorib. quæſt.18. num.70.* ubi ſolum diſputat *num.72.* vtrùm iſte ſic obligatus poſſit habere beneficium excuſſionis? quæ quæſtio eſſet extra propoſitum, ſi tractaretur de expromiſſore, qui ſolus conueniri debet abſque vlla actione contra alium pro quo, vel cujus loco ipſe obligationem ſuſcepit.

7 Expromiſſor enim ſolus obligatur, & ipſe ſolus
8 eſt debitor principalis: Gloſſ. *in l. qui libertinus, §. fin. in verbo, dederit, ff. de oper. liber.* † Et differentia eſt inter fidejuſſorem, & expromiſſorem, quia per fidejuſſorem debitor principalis non liberatur, ſed per dationem expromiſſoris, principalis debitor liberatur, & totum debitum transfunditur in expromiſſorem: Hering. *de fidejuſſorib. cap.4. n.28. & 29.* Cartar. *deciſ. Genuenſ 51. num.86.* ubi quod expromiſſio differt à fidejuſſione, quia illa fit pro non obligato, hæc autem pro obligato. Cod. Fabr. *lib.4. tit.13. definit.1. in gloſſ. num.7.* ubi expromiſſor non dicitur qui non eſt ſolus obligatus, ſed oportet eum eſſe primarium, & principalem debitorem ad hoc ut dicatur expromiſſor, & quod nullus alius ſit obligatus, vel ſit inefficaciter obligatus: *l. quatinus ff. ad Velleianum, l. quod ſervus meus, ff. de pecul. l. & eleganter, §. ſervus portionis, ff. de dolo mal.* † & neceſſe eſt, quod talis promiſſio ita concepta ſit, non ſolùm ut promittens conſtituat ſe debitorem principalem, ſed etiam quod fiat illa intentione, ut ille, cujus loco promittitur ſolutio, eximatur ab obligatione: *l. ſi quis accepto, ff. de condict. caus. dat. l.4. §. ait prætor, ff. de re judic. l. quod ſi non ſolvat, ff. de pignoratitia act. l. quamvis, §. ſi convenerit, ff. ſimilieri dederit, ff. ad Velleianum:* & ſi non fiat promiſſio animo novandi, & eximendi primum debitum ab obligatione, duæ erunt obligationes, vna principalis, alia acceſſoria, ſeu fideiuſſoria: *l. omnes, in fin. ff. de novat. l.4. §. ſi ex conventione, ff. de re judic. l. ſi verò, §. planè, ff. ſolut. matrim.* ita vt ſtante principali debitore, in dubio non præſumatur expromiſſor, ſed fideiuſſor.

Eſt igitur in caſu noſtro verè fideiuſſor, obligatus quidem proprio nomine, ſed obligatione acceſſoria, & fideiuſſoria: ita vt non obſtet doctrina Rip. *in l.4. §. ait Prætor, num.1. de re judic.* ubi quod ſtatutum loquens de fideiuſſoribus, non habet locum in expromiſſore, cum apparet ex præallegatis hîc non tractari de expromiſſore, ſed de vero fideiuſſore, cùm per ejus promiſſionem non fuerit extincta actio primi debitoris.

Sed vt tollatur omnis difficultas, inſpiciendæ 11
ſunt verba Statuti, quod non ſolùm loquitur de actione fidejuſſoria, ſed etiam diſponit quod ciuis non poſſit ſe obligare pro extraneo, & pro eo eſſe debitor, vel fidejuſſor; quæ verba generalia comprehendunt omnem ſpeciem obligationis, per quam cives promittunt ſolvere debitum alienum, ut patet ex illis verbis, *fidejuſſor vel debitor:* item ex illis *non poſſit res ſuas obligare pro extraneo:* & ſic ſatis factum eſt omnibus difficultatibus.

CAPUT CLXIII.

Teſtamentum, in quo aliquid relictum eſt poſthumis, ſuſtinetur, etiamſi ex alia uxore naſcantur poſthumi, niſi teſtator taxativè loquutus fuerit de poſthumis ex tali uxore ſua naſcituris, aut ex uxore quæ nunc prægnans eſt. Nomina poſſeſſiva non reſtringuntur ad tempus teſtamenti, quando tractatur de ſuſtinenda validitate diſpoſitionis.

SVMMARIVM.

1 *Si teſtator aliquam ſummam liberis naſcituris jure inſtitutionis reliquerit, ſatisfacit legi, & ejus teſtamentum ſuſtinetur.*

2 *Verba illa, qui poſſunt naſci, habent tractum temporis, & comprehendunt omnes in futurum procreandos.*

3 *Inſtituto ventre, comprehenduntur omnes in futurum naſcituri.*

4 *Nomen poſthumi, eſt appellativum, quod refertur ad plures perſonas ſub illo nomine comprehenſas.*

5 Falſa

5 *Fallit, si testator nominauerit posthumos ex certa vxore nascituros ; aut si dixerit,* ex mea vxore, quæ nunc prægnans est.

9 *Vt excludantur posthumi ex alia vxore, oportet vt testator nominatim, aut taxatiuè locutus fuerit de vxore tunc viuente.*

7 *Quamuis testator locutus fuerit de ventre sua vxoris, vocati censentur nati ex secunda vxore superinducta.*

8 *Nomina possessiua* meum, *&* suum, *regulariter referenda sunt ad existentes tempore testamenti.*

9 *Ad sustinendam validitatem testamenti, nomina possessiua comprehendunt etiam eos, qui nascuntur post tempus testamenti.*

10 *In casu dubio, verba illa,* ex vxore mea, *censentur apposita demonstratiuè.*

11 *Clausula codicillaris vt plenè operetur, debet esse concepta per verba futuri temporis.*

IMpugnabatur testamentum ob præteritionem posthumi mortuo testatore in lucem editi, & ex alia uxore post conditum testamentum suscepta procreati, ex eo quod licèt testator jure institutionis particularis summam competentem posthumo, vel posthumis ; uni, vel pluribus nascituris reliquisset, tamen relictum illud restrictum erat per hæc
1 verba, *posthumis ex mea vxore nascituris.* † Licèt enim testator videretur satisfeciſſe legi, legando posthumis certam summã jure institutionis, *§. aliud quoque capitulum, Auth. vt cum de appellat. cognosc.*
2 † & verba illa, *qui possent nasci*, apposita in testamento, cum habeant tractum temporis, in se comprehendant omnes posthumos quocumque tempore nascituros, Ias. *in l. si ab arbitro, sub num. 13. versic. secundò & fortius : ff. qui satisdare cogantur:* Alciat. *consil. 91. num. 2. & 3. lib. 9.* ubi dicit quod
3 instituto ventre, intelligitur non solùm qui tunc
4 est prægnans, sed etiam qui erit in futuris. † Et verba illa, *posthumum, vel posthumos,* sunt dictiones appellativæ, & ideo referuntur ad plures personas, sicut omnia collectiua referuntur ad plures gradus : & ideo dictio illa, *posthumi*, continet omnes quocumque tempore nascituros, etiam ex secunda vxore superinducta post tempus testamenti : qua ratione vtitur Abb. Panorm. *in cap. quoniam Abbas, num. 7. versic. ad idem secundò adducitur : & versic. ad legem, placet : de offic. & potest. judic. deleg.* vbi expresse determinat in legato facto fauore posthumi nascituri, comprehendi posthumum ex alia vxore post testamentum nasciturum, quamtumuis Alciatus *loco citato* nihil determinet ; tamen hæc veriſſima est sententia, vt pluribus relatis probat Fusar. *de substit. quæst. 64. num. 95.*

Tamen dispositio erat restricta ad vxorem tempore testamenti existentem, adeo vt posthumus ex alia vxore natus videatur præteritus, & ea ratione testamentum paternum impugnare posse.

Pro cuius dubii resolutione distinguendi sunt duo casus, relictis aliis, qui non faciunt ad propositum. Primus est, quando testator vocavit posthumos, qui possent nasci ex certa vxore. Secundus
5 est, quando vocati sunt posthumi simpliciter ex sua vxore nascituri. † Primus casus exponitur *in l. filius 28. §. si quis ex certa, ff. de liber. & posth.* Secundus casus continetur *in l. placet 4. ff. eod. tit.* In primo casu verum est, posthumos ex illa certa vxore designata natos, duntaxat in illa dispositione contineri, idemque est si dixerit, *ventrem vxoris meæ, quæ nunc prægnans est*, Fusar. *dicta quæst. 64. num. 65. versic. fallit.* In secundo verò casu, posthumos ex alia vxore natos comprehendi. Videndum igitur est, vtrùm casus decidendus dependeat *ex dd. placet*, aut ex *d. §. si quis ex certa.*

In hac controuersia DD. omnes conueniunt, quod ad excludendos posthumos secundi matrimonii, necesse est, vt in specie designetur persona vxoris quæ viuebat tempore testamenti ; & vt testator dicat se vocare posthumos nascituros ex tali vxore sua : sic loquitur Bart. *in dicta l. placet*, & in iisdem terminis Mantic. *de conject. lib. 4. tit. 10. n. 2.* Bald. *in dicto §. si quis ex certa*, vbi requirit verba specialiter prolata. Ias. *in dicta l. placet, numero 21.* vbi dat exemplum, quando testator loquutus est de posthumo nascituro ex Seja vxore : Menoch. *lib. 4. præsumpt. 21. num. 9. & 10.* vbi requirit dictionem taxatiuam. Idem *consil. 40. n. 36.* Morot. *cons. 32. num. ult. vers. nisi testator.*

Alii DD. loquuntur simpliciter juxta terminos 7
dicti §. si quis ex certa, de posthumis ex certa vxore nascituris, veluti Grass. *in §. testamentum, q. 36. num. 23.*

Sed communis resolutio est, per hæc verba, *vxoris meæ*, non excludi liberos alterius matrimonii, idque etiam in fortioribus terminis, nempe quando testator loquutus est de liberis ex ventre vxoris suæ, in quibus terminis loquitur Fachin. *lib. 4. controuers. cap. 89.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 21. num. 13. 17. & multis sequentib.* Mantic. *loco citato, num. 6.* Grass. *d. quæst. 36. num. 25.* Alciat. *d. consil. 91. numero 2. lib. 9.* Fusar. *loco citato*, nempe *d. q. 64. n. 65.*

Cùm igitur testator noluerit dispositionem suam limitare ad vxorem, quàm tunc habebat, sed simpliciter loquutus fuerit de posthumis quos habere posset ex sua vxore, nulla adjecta qualitate, quæ potiùs primæ vxori conuenire posset, quàm secundæ, provt fecit in aliis testamenti partibus, in quibus ipsam qualificauit hæredem suam, aut alias adjecit circumstantias, quæ soli primæ vxori conuenire possent, sequitur etiam posthumos ex secunda vxore nascituros, ad legatum illud fuisse vocatos jure institutionis particularis, & ea ratione testamentum non posse impugnari ex capite præteritionis.

Verum quidem est, quod nomina ista, quæ vo- 8
cantur possessiua, *mes enfans, ma femme : siue, meos liberos, meam uxorem*, & similia, secundum ordinarias juris regulas non debent intelligi, nisi de illis quos testator habebat tempore dispositionis, per tex. *in l. si ita legatum 8. & ibi* Bart. *ff. de auro & argento legato.*

Sed regula illa generalis locum non habet, 9
quando agitur de conseruando testamentum : hoc enim casu ad sustinendam testamenti validitatem, verba illa debent intelligi nõ solum de existentibus tempore testamenti, sed etiam de postea nascituris, atque ea ratione testamentum sustinebatur propter resultantem vocationem posthumorum alterius matrimonii superuenientis, vt in terminis propositæ quæstionis declarat Ias. *in dicta l. placet, n. 22. ff. de lib. & posth. & ibid.* Alex. *num. 4.* & Angelus *in princ.* Menoch. *cons. 97. num. 84.* nam vt actus sustineatur, etiam à propria verborum interpretatione recedit : Fab. *in Cod. lib. 19. tit. 17. de verbor. signif. defin. 16.*

Imò etiamsi ageretur de dispositione dubia, ver- 10
ba illa, *ex uxore mea*, censerentur potiùs apposita demonstratiuè, quàm taxatiuè, vt in similibus terminis declarat Castill. *lib. 4. controvers. cap. 45. num. 9.*

Vt

Vt interim nihil dicamus ex profeſſo de clauſula codicillari, quæ per verba futuri temporis in caſu propoſito concepta non erat, & ideo teſtamentum non ſuſtinuiſſet, ſi per verba in eo appoſita poſthumi ex ſecunda vxore nati, non fuiſſent titulo inſtitutionis honorati: Menoch. *de præſumpt. lib.4.præſumpt.32.num.3.*

CAPUT CLXIV.

Quando ex diſpoſitione juris, vel teſtatoris, filia tenetur dotem ſibi à patre ſolutam conferre, ſi maritus non ſit ſolvendo, ita ut ſi filia non potuerit conſequi totam dotem, vel partem ipſius, non teneatur conferre pecuniam, ſed liberetur conferendo ſolam actionem ad dotis repetitionem, quamvis inefficacem. Super quo articulo expenduntur verba & clauſulæ teſtamenti paterni.

SVMMARIVM.

1 *Filia non tenetur aliud conferre in ſucceſſione, præter actionem ſolam dotis, quamvis ineffi-acem, quando agitur de caſu in quo pater non tenetur filiam redotare.*

2 *Imò generaliter loquendo, filia non tenetur aliud conferre præter ſolam dotis actionem, etiam inefficacem.*

3 *Ampliatur ut procedat, ſive maritus qui ſolvendo non eſt, viuat, ſive mortuus fuerit.*

4 *Si teſtator mandaverit filiæ ut dotem conferat, debet fieri interpretatio ſecundùm diſpoſitionem juris, ut liberetur conferendo ſolam actionem ad dotis repetitionem, ſive maritus ſit ſolvendo, ſive non.*

5 *Collatio fieri debet, ut inter liberos ſeruetur æqualitas.*

6 *Æqualitas inter liberos eſt cauſa finalis collationis.*

7 *Si filia cogeretur conferre dotem, quam exigere non potuit propter mariti inopiam, oriretur inæqualitas inter liberos.*

8 *Multò magis cenſetur teſtator voluiſſe ut filia ſolam dotis actionem conferret, ſi in alia teſtamenti parte locutus ſit de ſummis per eum ſolutis pro dote filiæ; & in præcepto, quo collationem fieri mandavit, ſolùm de collatione dotis in genere locutus eſt.*

9 *Expenduntur verba teſtamenti, ex quibus conſtat filiam non teneri aliud conferre quam ſolam dotis actionem, quæ erat inutilis ex defectu bonorum mariti.*

VIdetur quod ex iis quæ in facto ſupponuntur, filia non debeat audiri, dum vult conferre in ſucceſſione avi materni ſolam actionem dotis inefficacem, ex eo quod teſtator dotem maternam eidem prælegauerit cum ea conditione, quod teneretur in eam imputare ſolutiones per eum factas, & ſic ſummam ducentorum ſcutorum per eum ſolutam: dum ergo paulò poſt in eodem teſtamento mandat dotem conferri, debet intelligi juxta præcedentia, maximè cùm paulò poſt mandauerit, caſu quo dicta Catharina haberet, ipſi reſtitui duntaxat dotem debitam per ipſum Avum, his verbis *ſelon lement ce que ſe trouve iceluy teſtateur debiteur redevable, ſoubmis & obligé a ſadite mere.* Et cùm ante, & poſt ſubſtitutionem vniuerſalem, qua mandatur dotem conferri, teſtator fecerit mentionem illius dotis, declarauerit ſe intelligere & loqui de dote adhuc debita, & non ſoluta; videtur concludendum, quod in illa diſpoſitione immedia teſtator intellexerit, quod fieret collatio dotis, deducta, ſeu imputata in portionem Catharinæ dote jam ſoluta. Voluit enim Avus per illam diſpoſitionem ſe eximere ab onere redotandi, & per conſequens in collatione debet haberi ratio totius dotis; præſertim cùm etiam ex diſpoſitione matris dictæ Catharinæ, ipſe fuiſſet liberatus à tali onere redotandi, & DD. omnes *in auth. quod locum. C. de collationib.* præſupponunt pro conſtanti, quod quando pater non tenetur redotare filiam, ipſa tam liberatur cedendo actionem dotis inanem.

Quod confirmatur ex verbis teſtamenti, teſtator enim non mandat conferri dotem extantem, vel debitam; ſed dotem conſtitutam & donatam in contractu matrimonii: ergo non actionem, ſed dotem. Item voluit quod vna non haberet plus quam alia: ſi autem dos Margaretæ, matris dictæ Catharinæ conferretur tantùm pro parte, ſequeretur quod Margareta, ſeu filia illam reprælegatam plus habuiſſet, quàm aliæ; quod eſſet contra expreſſam teſtatoris diſpoſitionem.

His tamen non obſtantibus deciſum fuit, dictam filiam vocatam ad ſucceſſionem auſſe, conferendo dotem maternam, non tenere dotem illam, niſi in quantum bona patris ſufficiant ſufficientia pro reſtitutione dotis matrem.

Primò, quia de jure ſufficit quod dicta filia conferat actionem, licèt inanem, quam habet pro reſtitutione dotis maternæ, *l.1.§. cum dos. ff. de collat.* & *in novell. 97.* ex qua deducitur: ex textu in *auth. quod locum, C. de collat.* & *ibi* omnes DD. Ita Nouell. *in tract. de dot. part.6.privil.5. num.2.* Gabelmus Benedictus *in cap. Raynutius, in verb. dotem quam ei dederat, fol.192. num.20.* Mafeo *de reiocin. comput.18.num.5.* Afflict. *deciſ.247.* Grat. *diſcept.466. num.7.* Michaël Graſſ. *in §.collatio n.13. & 14.* Cuiac. *novel.97. tom.3.fol.1749.*

Sive maritus viuat, ſiue non, vt dicit Gabriel ned. & Barry poſt Valaſcum *lib.14. fol.176. num. verſ. quod extenditur.*

In caſu autem noſtro vltra diſpoſitionem juris collatio fieri etiam debet vigore expreſſæ diſpoſitionis deſuper factæ per teſtatorem, cuius diſpoſitio dubia debet recipere interpretationem à jure communi, quia in dubio teſtator præſumitur velle quod ſua diſpoſitio ſit conformis juri, & ita ſecundum interpretationem accipiat, vt notant Bart. & alii communiter *in l.hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. & in l.ſi duo. ff. de acquir. hæred.* Peregr. *conſ.74. num. vol.6.* cum aliis ſimilibus.

Secundò, quia ſi dicta filia teneretur imputare in portionem ſuam dotem amiſſam, non eſſet qualis cum ſuis Amitis, contra expreſſam teſtatoris diſpoſitionem volentis, *qu'elles ſoient toutes egales, & que autant en aye l'une que l'autre, ſans ſe pouuoir prealoir de leurs donatifs en quelle ſorte & maniere que ce ſoit*: & ſic teſtator nollet quod pars vnius præualeret parti alterius. Si autem Catharina actionem dotis inanem in ſuam portionem integrè computare teneretur, portio ipſius eſſet minoris valoris, & portiones aliarum præualerent portioni filiæ, contra expreſſam teſtatoris

tem ; quam tamen in omnibus sequi debemus tanquam reginam & dominatricem in omni dispositione testamentaria : *l.in conditionibus, ff. de condit. & demonstrat.* cum similibus.

6 Tertiò videtur demonstrativè probari , filiam nihil aliud teneri conferre vltra dotem restitutam, nisi solam actionem inanem ob inopiam patris, quoad residuum dotis non restitutæ. Nam de jure collatio non ad alium finem est introducta, nisi ad seruandam æqualitatem inter liberos : *l. ut liberis, §. illud, C. de collat. l. fui, C. comm. utriusque judicij*, Gomez *in l. 29. Tauri , num.1. versic. ratio vera:* Vital.Nemausen. *in tract.de collat. tit.de person. n.1.* Castillo *de conject. ultim. volunt. cap.16. num.42. lib.4.*

7 Sed de jure filia non esset æqualis , nisi audiretur conferre volens solam actionem dotis , licèt inanem, per text. expressum *in dicta auth. quod locum, C. de collat. & in §.illud quoque , in auth. de æqualitate dotis, & in l. secunda, §. de illis, ff. de collat.bonor.* in illis verbis , *Vir bonus autem non sit arbitraturus conferendo id quod nec habet, nec dolo, nec culpa desiit possidere.*

Ergo similiter in casu nostro , vt dicta filia sit æqualis aliis, secundum intentionem testatoris , videtur dicendum quod loco dotis amissæ sufficit quod conferat actionem inanem , itavt quælibet ex succedentibus tertiam partem jacturæ sustineat.

8 Quartò , quia testator in prælegato dictæ dotis mandat dictam Catharinam teneri imputare in dotem maternam summas dotales per eum solutas; postea verò in substitutione vniuersali , mandat fieri debere collationem dotium casu substitutionum aduenientes, faciens tantum mentionem de summa donata & constituta, non adiectis illis verbis quæ apposita fuerant prælegato , *En precomptant ce qui leur en a payé :* cùm ergo clausulam illam non adiecerit in illa secunda parte, videtur quod noluerit fieri talem deductionem , quia si voluisset, hoc vtique expressisset in secunda parte, quemadmodum expressit in prima : Surd. *conf.554. num. 11.& 12. & conf.120. num.46.* Tiraquell. *in l. si unquam , in verb. libertis, num.3. C. de revocand. donat.* maximè cùm prælegatum nihil commune habeat cum substitutione vniuersali,ex traditis per D.Hier. à Laurentiis *in l. si emancipati , num. 206. C.de collat.*

9 Quintò , quia licèt in donatione causa mortis mater fecerit declarationem , quod nolebat fratrem suum molestare pro ducentis aureis deperditis propter inopiam mariti , hoc tamen nihil commune habet cum dispositione testatoris ; cùm ipse Auus in suo testamento mandauerit quod filiæ , vti matrem repræsentantes, essent æquales in bonis suis, ita quod vna non haberet plusquàm alia , & sic tacitè recessit à jure sibi competenti vigore dictæ donationis causa mortis.

Denique clara videtur voluntas testatoris , dum mandat & ordinat quod si dicta filia nubat, etiam viuente auia, ipsa poterit petere id tantum , in quo dictus testator reperitur debitor, submissus & obligatus erga matrem ipsius filiæ , & quoad residuum ipsam concernens de hæreditate,non poterit illud petere nisi post mortem suæ vxoris hæredis institutæ. Igitur patet quod testator voluit reseruare omnia alia jura dictæ filiæ exigenda , seu conferenda post mortem dictæ hæredis institutæ , & sic aduenientе casu fideicommissi.

Vnde fuit judicatum , dictam filiam non teneri conferre , nisi quod effectualiter de dote sua repetere potuit ; reliquum verò quod consequi non potuit , non teneri conferre, sed liberari conferendo actionem dotis, quamuis inefficacem.

CAPUT CLXV.

De eo qui filiæ suæ Officium vacabile in dotem constituit cum pacto , quod si Officium vacaverit per obitum Domini, seu Principalis qui habet titulum Officii, gener qui medietatem pretii in societate hujus Officii contulerat, amittat pretium & operas. Et quomodo inæqualitas pactorum societatis hujusmodi ad æqualitatem reducenda sit. Quod propter talem inæqualitatem vix possit intentari remedium *l.2.C.de rescind.de vendit.* Hoc tamen casu maritum , qui loco pecuniæ in dotem constitutæ Officium accepit in solutum, inscia uxore, teneri soluto matrimonio restituere summam in pecunia constitutam uxoris hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Si maritus certam summam dotis nomine recognoverit , dos soluto matrimonio in eadem pecunia quantitate restituenda est, quamvis illi Officium datum fuerit in solutum.*

2 *In societate Officij Notarij , lucra ex transumptis sunt communicanda à die contractæ societatis.*

3 *Qua ratione diversimodè consideretur in societate Officij casus mortis Principalis , & illius qui ad societatem admittitur.*

4 *Casus omissus in contractibus decidendus est secundum jus commune.*

5 *Argumentum à contrario sensu locum etiam habet in contractibus.*

6 *Sed regula illa , quod casus omissus remanet in dispositione juris , prævalet argumento à contrario sensu.*

7 *Stipulatio facta in uno casu habetur pro non facta in alio casu diverso.*

8 *Explicatur text.* in l. inter socerum, §.fin. ff. de pact. dotalib.

9 *Argumentum à contrario sensu debile est , & non procedit quando concluderet contra dispositionem juris communis.*

10 *Societas officii non contrahitur super titulo qui semper apud Principalem remanet vita durante, sed tantum super fructibus illius.*

11 *Si Officium pereat , perit Dominus Officii, non autem illi qui ad solos fructus, seu utilitates associatus est.*

12 *Si Officium non periret Domino , societas esset leonina, stante pacto quod admissus ad societatem, in ea solus operari deberet.*

13 *In locatione operarum , & societate desuper contracta, non est locus remedio* l.2.C. de rescind. vendit.

14 *Inæqualitas pactorum societatis Officii , quomodo reduci debeat ad æquitatem , & qua hac in re considerationes adhibenda sint.*

15 Pactum

15 *Pactum ſocietatis quod ponens operas, illas amittat, & ſimul capitale, finita ſocietate, eſt illicitum.*

REſpondendo ad dubia propoſita per quemdam Notarium, & viſa facti ſerie per eum propoſita, necnon clauſula conſtitutionis dotis factæ in contractu ſui matrimonii per eius ſocrum, & inſtrumento ſocietatis initæ inter dictos ſocerum & generum.

1 Dixi in primis Generum, eueniente caſu reſtitutionis dotis, ſeu hæredes ipſius obligatos fore ad ſolutionem ſummæ 2400. librarum in pecunia numerata: quia cùm dos vxori conſtituta fuerit in pecunia numerata, quamuis maritus in ſolutum acceperit, ſeu compenſauerit, aut accepto tulerit, illud non nocet vxori, ſed illi dos in pecunia reſtituenda eſt: *l. debitor, & l. vir ab eo, ff. de jur. dot. l. penul. §. ſi vir ſocero, ff. ſolut. matrim.* præſertim cùm ſocer dictam ſummam 2400. librarum, tanquam ſibi in pecunia numerata ſolutam acceperit, (& ſic ſine juſſu vxoris, maritus ſummam illam pro recepta habuit) & mediante mutua compenſatione illius cum pretio ſocietatis legitimè recognouerit.

2 Secundò dixi, quod remanente in ſtatu ſocietate, lucra prouenientia ex tranſumptis & extractibus actorum, debentur genero pro medietate, dummodo facta fuerint poſt diem contractus, & non agatur de proceſſibus finitis & deciſis per tranſactionem, vel ſententiam, propter generalitatem verborũ dictæ ſocietatis, mentionem facientis de medietate lucrorum, vtilitatum, & emolumentorum, quæ ſunt generaliſſima, & omnem commoditatem comprehendunt: Bertaz. *in repetit. l. ſi quis major, C. de tranſact. num.* 640. Barboſ. *de appel. verb. c.* 87. *n.* 2.

3 Tertiò, quod ex verbis & tenore dicti contractus ſocieratis oritur dubium, vtrùm caſu quo ſocer decederet ante admiſſam coadiutoriam officiorum de quibus agitur, illius gener incurreret jacturam dictæ ſummæ capitalis 2400. librarum per eum collatæ in ſocietatem. Qua in re aduertendum eſt, quod in dicto contractu conſideratus fuit caſus mortis ſoceri, necnon caſus mortis generi, ſed diuerſo planè modo inter vtrumque caſum: nam quoad generum, fuit conuentum quod caſu quo ipſe præmoreretur, dicta ſumma per eum collata in ſocietatem ſibi reſtitueretur, ſiue coadjutoria fuiſſet admiſſa, ſiue non, neque poterat aliter fieri, quia vtroque caſu officium remanebat penes ſocerum, & ſic non poterat habere rem, & pretium.

At verò caſus mortis ſoceri fuit conſideratus tantùm ſub conditione, qua coadiutoria fuiſſet admiſſa, quo caſu cùm gener habiturus eſſet totum officium, æquum erat ut ipſe gener ſuppleret reſiduum pretii dicti Officii, quod inter partes fuerat æſtimatum ad mille ſexcentos aureos, & ſic octingentos præſtaret.

Sed in caſum non admiſſæ coadjutoriæ, ſi ſocer præmoreretur, & ſic Officia morte illius perirent, ſeu amitterentur, nihil fuit conventum; & ideo cardo difficultatis in eo verſatur, utrùm jactura officiorum ex mente partium, vel ex diſpoſitione juris pertinere debeat illo caſu in totum, vel pro parte ad hæredes Soceri; an verò ad talem jacturam pro medietate, aut aliqua alia portione gener concurrere debeat.

4 Negotio diligenter perpenſo, exiſtimabam in caſum mortis Soceri jacturam officiorum cedere debere periculo ipſius. Ratio eſt, quia cùm nihil ſuper hoc fuerit determinatum in contractu, caſus omiſſus decidendus eſt ſecundum diſpoſitionem juris communis, ut tradit Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 34. & probatur per textum in *l. cùm dotem, in princ. ff. ſolut. matrim.* plures allegat Barboſ. *axiom.* 39. *n.* 7.

Et licèt proponi poſſit contraria regula, petita ex argumento à contrario ſenſu, quod locum etiam habet in contractibus, ex Surd. *deciſ.* 202. *num.* 11. & paſſim hoc tenent plurimi DD. per text. *in l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pact. dotalib.* † Tamen præualere debet prior regula, nempe quod caſus omiſſus debet determinari juxta regulas juris communis, vel ſaltem juxta conſuetudinem: ut docet idem Mantic. *de tacit. convent. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 12.

Siquidem pactum illud conceptum in caſum mortis ſoceri, fuit factum ſub expreſſa conditione, nempe caſu quo ipſe præmoreretur: ergo ceſſante conditione, ceſſat etiam diſpoſitio, & in alio eius ſtipulatio habetur pro non facta, *d. l. inter ſocerum, §. fin. ff. de pactis dotal.* in illis verbis, *ſtipulatione conditio deficit*: & in *leg.* 3. *ff. eod. tit.* in his verbis, *pacta conventa quæ in divortii tempus collata ſunt, non facto divortio locum non habent*: & ibi Gloſſ. *in verb. divortii*, dat exemplum, veluti ſi alter moriatur, & hæc ſtipulatio ſub conditione concepta nihil operatur deficiente conditione, cum habeatur pro non facta: *l. ſi pecuniam, ff. ſi cert. pet. leg.* 1. *ff. de Regula Catoniana.*

Et quamvis dictus gener *ſibi proviſerit* in uno caſu, non propterea cenſetur *ſibi voluiſſe* præjudicare in alio, ſed tantum *quod in eo nihil conveniſſe* videtur: per text. *in d. l.* 3. *ff. depact. dotalib.*

Neque quidquam facit textus *in d. l. inter ſocerum, §. fin. ff. de pact. dotalib.* quia ibi eſt caſus ſpecialis fauore dotis, & ideo regulam oſtendit eſſe in contrarium, vt caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione juris communis, vt benè aduertit Barbola *in l. ſi cùm dotem* 23. *n.* 21. *ff. ſolut. matrim.*

Et certiſſimum eſt, & tanquam indubitatum ab omnibus proponitur, argumentum à contrario ſenſu locum non habere contra diſpoſitionem juris communis. Vnde hoc argumentum debile eſſe, nec locum habere, cum alia jura vel rationes repugnent Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 93. *n.* 5. & 6. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſput.* 21. *n.* 9. Rot. *deciſ.* 491. *n.* 9. *par. recent.*

Et propterea videndum eſt, quid in hoc caſu decidendum ſit juxta regulas juris communis, eum derando naturam ſocietatis de qua agitur, in qua non eſt tractandum de titulo Officii, quod pertinet ad Socerum vita durante; non enim contrahitur ſocietas ſuper titulo, ſed ſuper fructibus Officii, titulus enim pertinet ad Principem, & ſine ejus licentia alienari non poteſt, nec poſt obitum transmitti, & ſuper fructibus contrahi poſſe ſocietatem teſtatur Felicius *de ſocietate, cap.* 9. *num.* 49.

Et in effectu, in contractu de quo agitur nulla planè fit mentio ſocietatis Officii, ſed ſolum fructuum & vtilitatis ipſius: & propterea ſi titulus periret, debet perire Socero, quia res perit Domino *leg. quæ fortuitis, C. de pignorat. act.* cum ſimilibus.

Alioquin magna inſurgeret inæqualitas inter partes contrahentes, contra naturam ſocietatis, in qua æqualis debet eſſe ratio inter ſocios damni & lucri: *l. ſi merces* 78. *§. vis major, in fine, ff. locati: l. coëunda*, aliàs *cum duobus* 52. *§. quidam, in fin. ff. pro Socio*, Rot. *deciſ.* 493. *n.* 7. *part.* 1. *recent.* ſi enim non ſeruetur æqualitas inter ſocios, vocabitur ſocietas leonina. Scacc. *de commerc. §.* 3. *gloſſ.* 3. *n.* 50. Lotter. *dec.* 502. *n.* 4. & 6. Molfeſ. *de contr. tit.* 12. *q.* 11. *n.* 22. inæqualitas

Inæqualitas autem esset euidens, quia socer nihil poneret in societate, nisi summam 800. scutorum, officium autem nullo modo poneret in societate; quia vt dictum est, hoc facere non posset. Dictus verò gener poneret summam similem 800. scutorum, & præterea operas & industriam suam; & in casum amissionis officii, amitteret suum capitale,& vlteriùs operas suas; dictus verò socer amitteret quidem officium, sed illud non est comprehensum in societate, & debet perire periculo ipsius, cum dominium totale, & titulus officii ad ipsum duntaxat pertineret: Gratian. *discept. forens. cap.* 670. *num.* 12. *&* 772. *num.* 10. *&* 11. Seraph. *decis.*337. *&* 576. & rursus nullas operas amitteret ipse socer, quia per pactum expressum fuit conuentum in dicta societate, quod ipse non teneretur operari ad vtilitatem societatis, & per consequens tanta pacti inæqualitas aut contractum omnino nullum reddit, aut saltem ad arbitrium boni viri reduci debere arguit.

13 Non dico, quod difficile erit hoc casu confugere ad remedium rescissionis ex capite læsionis vltra dimidium iusti pretii,ex *l.*2.*C.de rescind.vendit.* quia contrarium determinauit Rot. apud Burat. *decisione* 234. maximè propter difficultatem probationis valoris & æstimationis operarum,quæ decisio fuit repetita *in recent. decis.*790.*part.*3.

14 Sed dico, totum hoc debere determinari vel secundum consuetudinem aliorum Notariorum similes societates contrahentium, vt supra dictum est; vel arbitrio boni viri, considerando valorem pecuniarum per generum collatarum ex vna parte, necnon operarum & industriæ solius generi, & ex alia parte considerando capitale & authoritatem soceri: vt bene explicat Felicius *in d.tract. de societ. cap.*9.*n.*39.*&* 40. Menoch.*de arbitrar. cap.*125.*n.*3. Bonacina *de contractib. disp.*3. *quæst.*6. *punct.*1. *n.*3. *versic. advertendum est: & versic. quarta conditio:* Molfes. *d.tract.* 12. *cap.*11. *num.*27. *&* 15 *numero* 33. *&* 34. vbi bene explicat † pactum, quod ponens operas & capitale, amittat suum capitale finita societate, esse illicitum: & licèt in foro conscientiæ cum aliquibus circumstantiis illud pactum admittatur, tamen in foro exteriori omninò rejici debere testatur *ibid. num.*34.

CAPUT CLXVI.

Filius qui paternam dispositionem approbavit,an possit petere supplementum legitimæ? Et qua cautela uti debeat pater, ut filius ab hujusmodi petitione excludatur. Quæ sit differentia quoad transmissionem inter petitionem supplementi, & instantiam quæ fiat, ut onus impositum legitimæ ab illa rejiciatur.Et utrum fiscus habeat jus petendi rejectionem oneris à legitima in qua succedit.Denique utrùm redditus filio relictus post obitum patris augeat globum hæreditatis ad impinguandam filii legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Ius petendi legitimam est transmissibile ad quoscumque hæredes.*

2 *Quando filius est in potestate avi, transmittit jus suum ad quoscumque hæredes etiam extraneos, pro petitione legitimæ.*

3 *Ius petendæ restitutionis in integrum minor ad quoscumque hæredes transmittit.*

4 *Licèt jus petendæ legitimæ transmittatur, jus tamen petendi quod onus removeatur à legitima, non transmittitur ad extraneos hæredes.*

5 *Si pater usus fuerit debita cautela, filius acceptans testamentum excluditur à petitione oneris removendi, imò & ab ipsa petitione legitimæ, seu supplementi illius.*

6 *Fiscus est minùs favorabilis, quàm verus hæres; ideò non potest petere quod onus removeatur à legitima.*

7 *Substitutio quamtumvis reciproca, continet gravamen filiorum.*

8 *Quomodo concipienda sit dispositio paterna, ad hoc ut filius cogatur approbare gravamen appositum in legitima.*

9 *Legatum fructuum, vel ususfructus, aut annuæ præstationis factum filio, utrum augeat globum hæreditatis paternæ ad impinguandam legitimam.*

IN praxi supputationis legitimæ quædam notabilia occurrerunt in pluribus causis,quæ hic inferere non incongruum duxi.

Et primò quidem, quod jus petendi legitimam 1
transmittitur ad hæredes vniuersales, quamuis defunctus illam nunquam petierit,nisi obstet præscriptio, vt probat Noal. *in tract.de transmission.cas.*10. *num.*7. post Anchar. *consil.* 323. Angel. *consil.*242. Grass. *in* §.*transmissio, quæst.*29. *num.*9.& bene Merlin. *in tract. de legit.lib.* 3.*tit.*2.*quæst.*17.*num.*8. *& sequent.* qui respondet *num.*10.ad illud quod opponitur, priuilegium filio competens esse personale: Martius Medic. *decisione* 6.*num.*15. Rot. *decis.*668. *part.*1. *divers.* juncta *decisione* 75. apud Merlin. *in dict. tract.de legitima*, Duran. *decis.*76. *numero* 55. Cyriac. *controvers.*148. *num.*23. *&* *controvers.*284. *num.*70. *& sequent.*

Quod in casu qui occurrebat,dixi fortiùs procedere, quia agebatur de filio qui erat in potestate 2
avi, hic enim transmittit hoc jus etiam ad extraneos,quod generale esse in filio qui est in potestate, probat Cancer.*lib.*1. *var.resolut. cap.*2. *numero* 41. *in fine.* † Item quia agebatur de minore propter 3
suum consensum, vel taciturnitatem enormissimè læso, qui jus petendæ in integrum restitutionis ad hæredes quoscumque transmittit: Idem *lib.*5.*cap.*2. *n.*203. *vers.quod intellige.*

Verùm in hac materia fieri debet distinctio inter 4
jus petendi legitimam, & jus petendi quod onus adiectum legitimæ remoueatur. Nam in primo casu jus illud est reale, & transmittitur ad hæredes etiam extraneos: sed in secundo casu jus removendi onus à legitima non transmittitur, vt distinguit Cancer. *dicto lib. primo, cap. secundo, num.*41. Gratian.*discept.forens.*983.*numero decimo tertio, & sequenti.*

Imò si pater vsus fuerit debita cautela,cujus au- 5
thorem faciunt Angelum,ne quidem ipse filius poterit impugnare onus legitimæ iniunctum,si semel paternam dispositionem approbauerit: Rot. *decis.* 653.*n.*13.*part.*1.*recent.* multóque fortiùs illius hæres, Add. Ludouis. *decis.*489. *n.*27. Bellon.jun.*cons.* 65.*num.*44.*& sequent.*

Quod si agatur de fisco petente remotionem 6

oneris à filii legitima, multò facilius excludendus eſſet, cùm minus ſit fauorabilis quàm verus hæres; ita vt ab hoc ad fiſcum arguere non liceat: Sanch. *in præcept. Decal. lib.2. cap.24. num.5.* quem citat & ſequitur Farinac. *in addit. ad quæſt.25. num.51.* & hoc idem deciſum fuiſſe teſtatur contra fiſcum Maſtril. *deciſ.* 181. *num.9. & ſequentibus*, cum *ibi* allegatis: quod verius eſt, quidquid in contrarium ſcripſerit Farinac. *conſil.159. & in tract. crimin. quæſt.25. num.45. verſic. poteſt tamen*: cum illum expreſsè reprobet, & merito, Gratian. *d.diſcept.983. num.15.*

Objiciebatur autem filio in alio caſu petitionis legitimæ, dum ipſe viuens ageret, & non illius hæres, quod pater appoſuerat ſubſtitutionem reciprocam inter filios, & ſic cum grauamen eſſet reciprocum, non poterat de hoc conqueri.

7 Sed reſponſum fuit, non obſtante onere reciproco, filium conqueri de eo poſſe, quia quantumuis reciprocum, ſemper continet grauamen: Burat. *deciſ.616. n.22.* Merlin. *in tract. de legitima, lib.3. quæſt.2. tit.20. n.8.*

Cæterùm, ſi filius cum juramento paternum teſtamentum acceptauerit, ſibi præjudicauit, quia non poteſt poſt acceptationem juratam onus rejicere: Fuſar. *de ſubſtit. q.296. n.100. & 104.*

8 In terminis verò cautelæ Angeli, ſine dubio filius onus non poteſt rejicere. Fuſar. *d. quæſt. 296. n.64.* Ludouiſ. *deciſ.186. n.4.* Seraph. *deciſ.1365. n.6. & ſequentibus.*

Cautela autem Angeli hæc eſt, vt pater bona legitimæ quantitatem excedentia filio relinquat ea conditione, quod ſi oneri ipſi legitimæ iniuncto non acquieſcat, bona omnia legitimam excedentia amittat, & illa alteri applicentur: filius autem ſolam legitimam aſſequatur: quod probat Addit. ad Ludouiſ. *deciſ.489. n.27.*

9 Secundo loco, circa eandem materiam ſupputationis egitimæ, aduertendum eſt, quod dum quæritur vtrum promiſſio fructuum, ſeu alterius annuæ reſponſionis facta per patrem filio, vel filio poſt obitum patris ſoluendæ, debeat poni in globo hæreditatis ad impinguandam legitimam? fieri debet diſtinctio inter vſumfructum, & fructus ipſos: ſiquidem vſusfructus, cum ſit jus formatum in bonis teſtatoris, auget illius hæreditatem, & per conſequens impinguat legitimas liberorum; at verò promiſſio certæ ſummæ annuæ denudata proprietate, non auget legitimas, cùm non ſit in bonis teſtatoris, nec habeat aliquam ſubſiſtentiam in ipſis, quia fructus illi, ſeu reſponſio annua præſtatur & oritur poſt mortem teſtatoris, atque ita non auget legitimam filiorum. Iſtam diſtinctionem tradit Merlin. *in tractatu de legitima, lib. 3. tit. 3. quæſt. 8. num.17. & 18. & num.21. in fine*, vbi dicit pro hac ſententia fuiſſe judicatum, & probatur ex traditis per Rotam *poſt tractatum* eiuſdem Merlini *de legitima, deciſ. 31. num.8. 9. & 10.* & maximè *num. 11. & 12.* vbi dicit hoc caſu non eſſe locum diſpoſitioni legis *hæreditatem, ff. ad leg. Falc.* eandemque diſtinctionem amplexa eſt Rot. apud eundem *deciſ.88. num. 2. & 3.* Seraph. *deciſ. 1365. num. 11. 13. & 14.* & apud Cyriac. *controu. 439. in deciſione ibidem inſerta, numero 4.* Mareſc. *lib.2. variar. reſolut. cap.86. num.10. & ſequentibus.*

CAPUT CLXVII.

De creditore literarum cambii, qui ſolutionem ſortis principalis exegit in loco, in quo literæ conſcriptæ ſunt, & non in loco ad quem ſunt tranſmiſſæ, vtrum hoc caſu cambium dicatur ſiccum? De liberatario, quod non obſtante depoſito, vel non integro, vel per eum retracto, teneatur ad intereſſe, non ad ratam crediti pro quo liberatio facta fuit, ſed ad ratam redituum qui ex bonis illi liberatis percipi ſolent.

SVMMARIVM.

1 *Ex literis cambij oritur hypotheca ſecundum diſpoſitionem ſtatuti Auenionenſis, videlicet à die recognitionis ipſarum.*

2 *Literæ cambij habent hypothecam anteriorem etiam adverſus creditores in inſtrumento realem numerationem continenti poſteriores.*

3 *Ex ſtylo mercatorum confeſſio valoris recepti probat veram numerationem.*

4 *Inſtrumenta quæ continent confeſſionem, ſi ſint anteriora, præferuntur continentibus realem numerationem.*

5 *Cambium dicitur ſiccum, ſi debitor fingat ſe habere pecunias reſtituendas Lugduni, quas tamen non habebat, nihilominus ſoluit cambium in eodem loco, in quo litera ſcripta fuit.*

6 *Quando debitor, qui ſcripſit literam cambij in civitate Auenionenſi, ſolvendam Lugduni, vult ſolvere ſummam principalem in hac eadem civitate Auenionenſi, creditor tenetur illam recipere, quia tunc degenerat in naturam mutui.*

7 *Depoſitum poteſt degenerare in naturam mutui.*

8 *Creditor poteſt recipere intereſſe à debitore negligente, etiam literis non præſentatis, ſed tantum ejus interſit.*

9 *Scriptura contenta in libro mercatoris non poteſt præjudicare tertio abſenti & ignoranti.*

10 *Liberatarius bonorum tenetur ad intereſſe, non quidem ad ratam ſummæ, qua debetur creditoribus ex pretio liberationis, ſed ad ratam fructuum qui ex re liberata percipiuntur.*

11 *Depoſitum ut ſit integrum, debet fieri tam de ſorte principali, quàm de fructibus.*

12 *Quando ille qui facit depoſitum retrahit pecunias, perinde eſt ac ſi nullum depoſitum factum fuiſſet.*

13 *Depoſitum præſumitur ab initio fuiſſe ſimulatum, quando deponens ſuas pecunias retrahit.*

14 *Sententia notoriè injuſta nunquam tranſit in vim judicatum, & ſemper retractari poteſt, ſaltem remedio reſtitutionis in integrum.*

IN quadam cauſa diſcuſſionis & concurſus creditorum, dubitatum fuit de credito cuiuſdam mercatoris vigore literarum cambii, & de depoſito facto per liberatarium domus, ſeu hoſpitii illius diſcuſſionis.

Quod

Quod ad primum caput attinet, multa obiciebantur contra literam cambii dicti mercatoris, & validitatem illius, ac contra hypothecam ex illa prodeuntem: quæ tamen non obstare dicto mercatori, Respondi.

1 Nam quoad hypothecam, adest clara dispositio Statuti nostri *lib.2. rubr.13. artic.3.* quo cauetur, quod litteræ cambii habent hypothecam à die recognitionis, quam creditor procurare potest, imò & cogere debitorem ante aduentum termini solutionis: qua recognitione facta, statim oritur hypotheca, vt patet ex lectura dicti Statuti, de quo adest *decisio* Rotæ Aven. 146. *num.*4. Nicol.à Gen. *de scriptura privata, lib.3. tit. de litteris cambij, q.2. num.*8.

2 Et ideò frustrà disputatur vtrùm hypotheca literæ cambii sit posterior instrumento publico, in quo adest realis numeratio. Quia si hoc esset, Statutum redderetur frustratorium, cùm numeratio in literis cambii nunquam probari possit, nisi per confessionem scribentis, cùm in illis non adhibeantur testes, neque notarius.

3 Prærereà, quia confessio contenta in literis cambii, probat solutionem ex stylo mercatorum, quando in illis adsunt hæc verba, *pour valeur receuë*, vel similia. Rota Genuens. *decisione* 44. *numero secundo.*

4 Denique, quia etiam circumscripto Statuto, verior est sententia, & in Tribunalibus nostris absque controuersia recepta, quod hypotheca anterior fundata in confessione debitoris, potior est & præferenda hypothecæ posteriori fundatæ in instrumento continente realem numerationem: vt fusè probat Merlin. *de pignor. lib.4. quæst.26. per tot.* maximè *num.*10. vbi plures allegat.

5 Quod attinet ad secundum caput, concernens validitatem literarum cambii, videtur quod hîc agatur de cambio sicco: quia literæ cambii factæ fuerunt pro consequenda solutione in ciuitate Lugdunensi, in qua tamen creditor non præsentavit literas, nec fecit aliquas protestationes, sed recepit solutionem ab ipsomet debitore discusso in hac ciuitate Auenionensi: quo casu dicitur cambium siccum, & prohibitum, maximè per constitutionem sanctæ memoriæ Pii Quinti, vt notat Additio ad Burat. *decis.*532.*n.* 8. *& decis.*603. Rot. *decis.*274.*num.*5.*part.*5.*recent.* Lupus *de usuris, comment.*3.§.2. *n.*65. *& sequent.* Scott. *in const. Pontific. theorem.*307.

6 Tamen his non obstantibus, certissimum est, & extra omnem dubitationem, quod hypotheca creditoris præferenda est, & valida declaranda. Quia licèt regulariter literæ debeant præsentari in loco, ad quem diriguntur, & de tali præsentatione debeat fieri fides, tamen hoc non habet locum quando debitor qui scripsit literas cambii, vult se eximere ab obligatione, & desiderat soluere sortem principalem suo creditori: tunc enim cessat inualiditas cambii, & non dicitur propriè cambium, sed degenerat in naturam mutui: *l.Lucius 24.ff. depositi, l. in nave, ff. locati.* Est ergo cambium im-
7 proprium, in quo adeò licita est receptio solutionis faciendæ per scribentem literas cambii, vt si creditor recusaret solutionem huiusmodi recipere, committeret vsuram; quia creditor non potest aliqua ratione impedire debitorem, qui vult soluere, & se ab obligatione liberare: & ideo ex solutione facta per debitorem eidem creditori, nihil siniſtri inferri potest contra ipsum, cùm id fecerit quod facere de jure tenebatur, & talem esse generalem Mercatorum consuetudinem, testatur Roman. *consil.*239. *num.*30. quem locum bene explicat Raphaël de Turri *in tractatu de cambiis, disputatione secunda, quæstione* 24. *numero* 67. omnino videndus.

Et licet creditor nullam unquam solutionem 8
alicujus interesse receperit, tamen illud poterat recipere, & exigere ab ipsomet debitore solvere volente, si verè tanti ejus interfuisset, etiam non præsentatis literis, ut notat Scacc. *de cambiis, §.1. quæstione septima, parte 3. limitatione 7. numero tertio, versiculo, Declara hanc limitationem, fol. mihi* 197. quem citat & sequitur Cyriac. *controvers.*526. *num.*56.

Si igitur creditor potest, imò & cogendus est recipere sortem principalem cambii, unà cum interesse à debitore qui literas conscripsit, & non recipiendo malè facit; multo magis potest recipere sortem principalem ab ipsomet debitore, qui se vult liberare à præstatione interesse futuri, mediante dicta solutione, & perconsequens frustra objicitur eidem creditori nullitas, & inualiditas literæ cambii per ipsum productæ.

Neque obstant scripta in libro dicti debitoris. Tum quia in illo libro non scribitur quod creditor aliquod interesse receperit, sed tantùm dictus mercator constituitur debitor dicti interesse: quod cùm non exegerit, non est tractandum de aliquo cambio sicco.

Tum etiam, quia liber ille nullam prorsus facit 9
fidem in præiudicium creditoris, qui est tertius, qui ignorauit dictam scripturam, ipso absente confectam: Gen. *de scriptura privata, lib.4. de libris mercatorum, quæst.3.n.16. &* 17. Menoch. *de arbitr. cas.*91.*n.*25.

Et ita fuit judicatum in fauorem creditoris.

Quod attinet ad aliud caput, Dixi liberatarium 10
domus, seu hospitii, teneri ad interesse pretii, non ad rationem interesse summarum per creditores prætensarum, sed ad rationem mercedis, quæ ex locatione hospitii percipi consueverat: juxta *l.curabit, C. de act. empt.* Rot. *decisione* 132. *numero secundo, parte quarta recent.* D. Senator Leotardus *de usur. quæst.*27. *num.*2. Surd. *consil.*101. *n.*19. *&* 20.

Neque depositum factum per liberatarium po- 11
terat illi suffragari; quia sola fors principalis sine fructibus fuerat deposita, & sic nulliter: *l. acceptum, & ibi* Glos. & DD. *ff. de usur.* Ludovisius *decisione* 480. *numero* 2. *&* 6. Peregr. *cons.* 99. *numero* 2. *lib.*1. Rot. apud Cencium *decis.*84. *num.*14. *&* 15.

Præterea ex alio capite dictum depositum suf- 12
fragari non potest præfato liberatario, cùm ex instrumentis publicis appareat ipsum penes se retraxisse partem pecuniarum, quæ erant apud depositum. Quando autem debitor qui pecunias deposuit, illas recuperat à depositario, tunc perinde est ac si nunquam depositum fecisset: & ideo illud nihil prodest, nisi debitori, vt probatur *in dicta l. acceptam, in fin. Cod. de vsur. & in l.* 1. *Cod. qui potiores in pign. hab.* ibi, *nec in usus suos convertit*: Trentacinq. *lib.3. tit. de solut. cap.*22. *num.*2. *versiculo secundò requiritur*: & tali casu debitor tenetur primitiua actione, † quia actus revocationis tollit effectum depositionis, & illo casu depositum præsumitur simulatum, vt dicit Cost. *in tract. de re integr. dist.*92. *num.*2. Carroc. *de depos.*

parte prima, capite vltimo de obſignatione, numero ſeptimo.

14 Neque obſtat ſententia in contrarium prolata: ſiquidem ex prædictis conſtat de notoria iniuſtitia ſententiæ, quæ injuſtitia eſt ſufficiens ad concedendam reſtitutionem in integrum aduerſus rem judicatam: Rot. *deciſ.* 534. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* quia ſententia iniuſta nunquam tranſit in judicatum: Seraph. *deciſ.* 1123. *num.* 1. præſertim propter inſtrumenta de nouo reperta, propter quæ licet ſententia in judicatum tranſacta, ipſo jure reuocari non debeat, tamen reuocanda eſt remedio reſtitutionis in integrum: Surd. *conſil. ducenteſimo ſexageſimo octauo, num.* 31. *&* 33. & vt dicit Scacc. *in tract. de rejudic. gloſ.* 24. *quæſtione* 2. *numero* 45. potiùs caderent ſydera, quàm quod ſententia injuſta effectum ſortiri deberet: Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 745. *numero quarto, & ſequent.* Quod procedit etiamſi iniuſtitia non eſſet notoria. Rot. *apud Cencium deciſ.* 84. *num.* 1.

CAPUT CLXVIII.

Subſtitutus pupillaris non tenetur ad ſolutionem debitorum, quibus paterna hæreditas onerata eſt; ſed poteſt obtinere ſeparationem vtriuſque hæreditatis, & paternam repudiare. De donatione facta patri, & filiis, contemplatione certi matrimonii; quando jus quæratur filiis, adeo vt pater illis præiudicare non poſſit. De donatione facta cum clauſula, *Vltra bona jam donata.* De muliere luxuriosè vivente intra annum luctus, cui applicentur lucra quæ perdit. Donatio acquæſtuum facta per patrem filio, quomodo intelligi debeat. Compenſatio vtrùm fiat in præiudicium anteriorum creditorum ipſo jure.

SVMMARIVM.

3 *Creditores patris non poſſunt executiones facere contra bona propria pupilli in præiudicium ſubſtituti pupillaris.*

1 *Speciale eſt fauore pupilli, vt ſubſtitutus poſſit impetrare ſeparationem bonorum patris & filii, & acceptare hæreditatem pupilli, repudiata paterna.*

3 *Vtrum pater ſtipulationem interponens pro filiis, cenſeatur pro illis ſtipulatus tanquam filiis, vel tanquam hæredibus, ardua eſt quæſtio.*

4 *Quando per donationem fuit quæſitum ius liberis vti liberis, creditores paterni nihil poſſunt prætendere ſuper bonis donatis.*

5 *Quando donatio facta fuit contemplatione certi & determinati matrimonii, tunc matrimonium dicitur cauſa finalis donationis.*

6 *Et hoc caſu euidens eſt coniectura, quod filii acquirant tanquam filii, non tanquam hæredes patris.*

7 *In donatione facta patri & filiis vti filiis, tot cenſentur donationes, quot ſunt perſonæ, & pater nullo modo præiudicare poteſt filiis ſuis quoad bona donata.*

8 *Donatio facta alicui cum clauſula, ultra jam donata, renouat præcedentes donationes, & omnes in hac vltima includit.*

9 *Mulier luxuriosè viuens intra annum luctus, priuatur omnibus ſibi relictis, & cui talia bona applicentur.*

10 *Bona quæ auferuntur à muliere luxuriosè viuente intra annum luctus, applicantur perſonis enumeratis in l.* 1. C. de ſecund. nupt. *nec creditores mariti ſuper illis quidquam prætendere poſſunt.*

11 *Acquæſtuum nomine ſolum comprehenduntur ea quæ proueniunt ex induſtria, non autem quæ ex liberalitate fortuna.*

12 *Acquæſtus intelliguntur deducto ære alieno.*

13 *Clauſula in fine poſita, & verbis generalibus concepta, refertur ad omnia præcedentia.*

14 *Conuentiones matrimoniales pertinent ad maritum, & ejus liberos, & vxorem, quaſi in vim tranſactionis.*

15 *Quando in donatione fuit contemplata perſona vxoris & liberorum, non poteſt ab eis auferri jus ex tali donatione prouenies.*

16 *Donatio facta in contractu matrimonii certæ ſummæ, pro illam conuertendo ad vtilitatem liberorum, acquirit ejus liberis, & verba illa oſtendunt cauſam finalem donationis.*

17 *Differunt inter ſe, donationem fuiſſe factam patri ſtipulanti pro ſe & ſuis, & factam eſſe patri & liberis.*

18 *Donatione facta patri & filiis, jus quidem acquiritur patri, ſed cum onere reſtituendi filiis.*

19 *Acquirens poteſt quidem diſponere de ſuis acquæſtibus, ſed ſi jus quæſitum fuerit liberis, non poteſt illis præiudicare.*

20 *Compenſatio fieri non poteſt in præiudicium creditorum anteriorum, ex opinione quam amplectitur Rota Romana.*

IN quadam cauſa executiva, diverſæ quæſtiones reſolvendæ propoſitæ fuerunt.

Prima, utrùm ſubſtitutus pupillaris poſſit dicere ne creditores patris faciant executiones contra bona propria pupilli ejus filii defuncti.

Reſpondetur, dictos creditores agere non poſſe contra hujuſmodi bona, quæ proueneruntex perſona propria dicti pupilli, cùm certum ſit ſubſtitutum pupillarem poſſe repudiare hæreditatem paternam, & acceptare hæreditatem pupilli, tanto ab aliis ſeparando: *leg. ſi filius qui patri, ff. de vulg. & pupillari ſubſtitutione.* † Vanderan. *in tractat. de priuileg. creditor. capite decimo ſeptimo, numero decimo & decimo*, dicens hoc introductum eſſe fauore ſpeciali pupilli, juxta Vlpian. *in leg. ſi pupillus, ff. de acquirend. hæreditat.* Montic. *de inuentar. quæſtione ducenteſima trigeſima nona, numero nonageſimo octauo, & mult. ſequentib.* Phanuc. *in eodem tractatu, quæſtione ducenteſima trigeſima ſexta, numero quadrageſimo primo, & ſequentib.* Peregrin. *numero quadrageſimo ſexto, libro primo, maxime numero decimo quarto*, prout copioſiùs explicatum eſt ſuperiùs, *parte prima Quæſt. Ciuil. capite nonageſimo ſecundo, numero decimo quinto, & decimo ſexto.*

Secundò

Secundò quæritur, vtrùm dictus pupillus possit petere separationem summæ 8000. scutorum donatæ eorum patri, in contractu sui matrimonii, in fauorem ipsius, & liberorum, per auum; ita vt paterni creditores super illis bonis nihil prætendere possint, aut nullas executiones facere pro eorum creditis.

Respondetur, substitutum pupillarem fundatum esse in petitione separationis dictorum bonorum donatorum, attento quod bona fuerunt per auum donata eidem filio suo, & ejus liberis, qui procedent ex illo matrimonio, quod nunc contrahebatur; eodem patre vt à cum notario vti persona publica pro ipso, & ejus liberis stipulante, & gratias agente, tali tamen ex dictis liberis, quem ipse, 3 vnum, vel plures nominauerit. † Et ideò licet magna sit controuersia inter DD. vtrum pater censeatur donationem acquisiuisse, & stipulationem interposuisse pro filiis tanquam filiis, vel tanquam hæredibus, vt constat ex Surd. *decisione* 322. & *ibid.* Hodierna, & plures super hac controuersia allegari possent; tamen procedendo resolutiuè, & omissis argumentationibus concludendum est in casu proposito jus fuisse quæsitum liberis non vti hæredi- 4 bus, sed vti liberis: † & ideò creditores paternos nihil consequi posse pro suis creditis contra dicta bona donata, juxta Dec. *consil.* 607. *n.* 10. *& sequent.* Cancer. *libro primo, capite* 8. *n.* 60. *alias* 97. Fontanell. *de pact. nupt. clausul.* 4. *glos.* 9. *parte prima, numero* 4. *& sequent.* Bertrand. *consilio* 138. *numero* 12. *volum.* 2. *parte secunda*, quam sententiam veram esse fatetur in casu nostro, Anton. de Marin. *resolutione* 89. licèt alias generaliter existimauerit stipulationem censeri factam pro filiis tanquam hæredibus; ipse siquidem *numero vigesimo septimo, versiculo Secundo minus obstat*: Respondendo ad *consilium* Decii fatetur, quod vbi filiis jus est quæsitum mediante persona notarii, qui pro illis expresse stipulatus est, filii non vti hæredes succedunt, sed tanquam filii: quod etiam fatetur *numero vigesimo octauo*, respondendo ad dictum Fontanellæ 5 *loco citato.* † Negari quippe non potest quin matrimonium hoc casu sit causa finalis donationis, cùm illa facta fuerit fauore certi & determinati matri- 6 monii, & restricta ad filios ex eodem matrimonio tunc contracto nascituros: † quo casu conjectura est clara, quod pater voluerit stipulari filiis vti filiis, non vti hæredibus: & hoc casu nō habet locum doctrina Surdi *decis.* 322. *numero sexagesimo primo, & sexagesimo tertio*, quem propterea in nostris terminis reprobat Ror. *decisione centesima vigesima septima, numero sexto, & sequent. parte sexta recent.* & priùs eandem sententiam amplexa est eadem Rot. *decisione* 270. *numero primo, & sequent. part.* 5. *recent.* addens *ibidem numero septimo*, tot in casu isto 5 censeri donationes, quot sunt personæ, ideóque donationem factam patri & filiis eiusdem, dici vnicuique & singulis independenter & de per se factam, adeo vt singulæ personæ, non patri, sed auo acceptam ferre debeant donationem, & pater liberis aliqua ratione præiudicare non possit: vt *ibidem* pluribus allegatis copiosiùs comprobatur. Faciunt tradita per D. Ludouic. Bell. *consilio quadragesimo secundo, & quadragesimo quarto, numero primo, & sequent. & consilio centesimo nono, numero decimo nono.*

Tertiò quæritur, vtrùm in donatione facta in fauorem liberorum sub qualitate non hæreditaria, comprehendantur mille scuta donata dicto patri *vl-*

tra 8000. *aureos donatos*, sicut etiam domus eidem donata post mortem matris.

In hac quæstione si attendamus tenorem pri- 6 mæ donationis per auum, seu dicti donatarii patrem factæ, sine dubio jus esset quæsitum liberis tanquam hæredibus, atque ita creditores paterni jus haberent super dictis mille aureis, & domo prædicta.

Verum, quia in posteriori donatione facta con- 7 templatione matrimonii, fit mentio donationis præcedentis, tam mille scutorum, quàm domus prædictæ, cum dictione *ultra*, & deinde subiungitur clausula generalis, per quam pater inuestiuit filium, & ejus liberos qui procedent ex illo qui tunc contrahebatur matrimonio, ad electionem patris, per tactum manuum eiusdem patris & notarii, constituendo totum tenere & possidere nomine dictorum donatariorum, & suorum; sequitur etiam, dictam summam mille scutorum, necnon præfatam domum fuisse quæsitam filio pupillo, non vti 8 hæredi patris, sed tanquam filio, † propter naturam dictionis *ultra*, quæ includit omnes donationes, & coniungit illas cum donatione octo mille scutorum: Burat. *decis.* 799. *num.* 5. Surd. *decisione* 285. *numero nono*, & probatur *in leg. si ultra, de fidejussoribus*, & non solum est inclusiua, sed etiam implicativa, & repetitiva omnium præcedentium, nisi resultaret aliqua absurditas vel incompatibilitas, quæ tamen nulla adest in casu proposito, vt explicat Peregrin. *de fideicommiss. articulo decimo sexto, numero decimo octavo, versic. nota tamen*, Galganet. *de condition. & demonstration. parte secunda, capite primo, quæstione decima octava, numero septimo*, Castrens. *consilio* 88. *numero primo, volum. primo.* Et hoc maximè procedit, quia verba sequentia, & clausulæ in fine appositæ complectuntur omnia donata, vt pater ex illis verbis, *promet le tout tenir & posseder:* item, *promet le tout faire avoir & tenir*: quæ verba referuntur ad integram summam tam 8000. scutorum, quàm mille scutorum, quia qui totum dicit, nihil excludit: Menoch. *consilio* 202. *numero vigesimo tertio, & cons.* 392. *numero secundo, cum similibus.*

Quartò quæritur vtrùm creditores paterni habeant jus agendi contra bona, & jura deuoluta ad filium, propter inhonestam vitam nurus, durante anno luctus sui mariti.

Resolutio huius quæstionis petenda est ex nota- 9 tis *in lege prima, Codice de secund. nupt.* vbi dicitur, quod si mulier durante anno luctus vitam inhonestam duxerit, amittit omnia sibi à marito relicta, quæ non applicantur fisco, sed personis enumeratis *in dicta lege prima*, quia vidua hodie punitur eisdem pœnis, quibus olim supponebatur nubens intra annum luctus, si durante illo anno vitam duxerit inhonestam: *authentic. eisdem pœnis, & ibi* Glos. *in verbo, pari, Codic. de secund. nupt. & in §. final. Authent. de restitut. & ea quæ parit in undecimo mense, collat.* 4. ne alioquin plus juris habeat luxuria quàm castitas, contra regulam *dicti paragraphi ultimi, Authentic. de restitution.* &c. Joan. de Garronib. *in rubric. de secund. nupt. numero quinquagesimo septimo, & quinquagesimo octavo*, Farinacius *de delict. carnis, quæstione centesima quadragesima secunda, numero quadragesimo sexto*: † personæ 10 siquidem enumeratæ *in d. l.* 1. *C. de secund. nupt.* sunt ascendentes & descendentes, necnon collaterales vsque ad secundum gradum, nempe frater & soror, seruato tamen graduum ordine, vt clarè deciditur *in dicta l.* 1. & per consequens cùm talia lucra deferan-

tur jure ſanguinis, non autem jure hæreditario, creditores paterni ſuper illis nihil prætendere poſſunt.

11 Quintò quæritur, vtrùm acquiſitiones factæ per filium, ita pertineant ad ejus liberos, vt creditores paterni non habeant jus exequendi ſuper illis.

Dubium facit, quia acquiſitiones factæ per filium, non videntur venire nomine acquæſtuum, cùm ea ſolùm veniant quæ ex opera, ſolertia, vel induſtria acquiruntur; non autem ea quæ ex donationibus, aut alio titulo lucratiuo quæruntur: Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 11. gloſſ. unica, num. 7. & 8.* Cancer. *lib. 2. reſolut. cap. 5. n. 66.* Louet *Littera A, num. 2.*

12 Item acquæſtus intelliguntur deducto ære alieno, Morquec. *de diviſ. bonor. lib. 2. c. 12. n. 2.* Boër. *deciſ. 76. n. 2.* vbi quod is qui facit acquæſtus, poteſt de illis liberè diſponere: Griuell. *dec. 90. n. 14.*

Addatur, quod clauſulæ illæ in fine poſitæ, & verbis generalibus conceptæ, ad omnia præcedentia referuntur, nec per conſequens debent reſtringi in præiudicium creditorum: Matta *de clauſul. par. 4. c. 23.* cum pluribus *ibi* allegatis.

13 His tamen non obſtantibus, conſiderata partium intentione, verius eſt omnes acquæſtus per filium factos, ad ejus liberos tanquam liberos pertinere, ſiue durante vita patris, ſiue poſt ejus obitum facti fuerint: ſiquidem ratione dictorum acquæſtuum & lucrorum per patrem faciendorum, pactum expreſsè factum fuit inter dictos coniuges, quod tales acquæſtus & lucra pertinebunt ad illum, & ſuos, *pour iceux convertir & employer à toutes ſes volontez à ſon profit dudit futur Eſpoux, & des enfans qui naitront & ſortiront dudit mariage.* †

14 Quæ conuentio reſpicit vtilitatem vxoris & liberorum, & ad illos pertinet veluti ex quadam cauſa tranſactionis, vt notatur *in dicta deciſ.* Rotæ 127. *n. 12. & 13. part. 6 recent.* Hoc enim generale eſt, vt omnes conuentiones, & omnia pacta contractus matrimonii præſumantur tractata & concordata cum vxore & ejus affinibus tempore matrimonii, ſine quibus alioquin non fuiſſent contracturi: Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 1. num. 35. verſ. ſi etiam.* †

15 Cùm enim fuerit contemplata perſona liberorum, non potuit illis auferri jus ex tali donatione prouenies: Gratian. *diſcept. 924. n. 32. & 33. & diſcept. 984. num. 24.* Intelligendo tamen vt ſuprà explicatum eſt *cap. 102. num. 10.*

Et licèt in eodem contractu dictum fuerit, dictos acquæſtus, & lucra debere ſpectare ad maritum, & ſuos ſupradictos, hoc non nocet prædictæ concluſioni. Quia eſto quod lucra deuenirent ad hæredes, tamen ad eos devenirent cum onere illa reſtituendi liberis ex illo matrimonio naſcituris.

Non enim hoc caſu fundamentum capiunt liberi ex ſtipulatione, ſicut capiebant in capite præcedentium quæſtionum: ſed jus metiuntur ex donatione diſpoſitiua facta in fauorem dictorum liberorum, † cùm verba illa, *pour iceux employer au profit dudit André & des enfans qui naitront du preſent mariage*, contineant cauſam finalem totius diſpoſitionis, vt probatur *in l. Lucius, §. à te peto. ff. de legat. 2.* in illis verbis, *& pro hoc*: Ludouiſ. *deciſ. 544. num. 5.* vbi quod huiuſmodi verba talis ſunt efficaciæ, vt ab illis tota diſpoſitio reguletur. Maximè verò hoc locum habet ex eo, quod dicta clauſula, *pour iceux employer au profit dudit futur eſpoux, & de ſes enfans*, fuit appoſita in contractu matrimonii & fauore liberorum; quo caſu multò magis importat cauſam finalem, ex notatis per Tuſch. *littera D, concluſ. 342. num. 8.* cùm cauſa dicatur finalis, quando donatio facta fuit fauore certi & determinati matrimonii, ex mente Rotæ apud Burat. *deciſione 81. littera A.* Monter. *deciſ. 10.* cum aliis *ibid.* allegatis.

Debetque in caſu illo fieri diſtinctio inter duas 17
quæſtiones omninò diuerſas: quarum Prima eſt, vtrùm pater cenſeatur ſtipulatus pro filiis tanquam filiis, an verò tanquam hæredibus? Et de hac tractatum fuit in quæſtionibus præcedentibus. Altera verò quæſtio reſpicit, non quidem ſtipulationem factam per patrem, ſed donationem ipſam, quam pater facit liberis ſuis, nam in caſu ſtipulationis Tertius aliquis donat patri; ſed in caſu propoſito pater ipſe loquitur & diſponit. Qui caſus inter ſe valde differunt, vt bene aduertit Dominus Ludouicus Bell. *conſil. 109. num. 19. & conſil. 4. num. 4.* vbi dicit quod quando verba ſunt prolata ab ipſo concedente, donatio cenſetur facta liberis tanquam liberis. Bertrand. *conſil. 234. num. 11. in fin. verſicul. præterea Bartolus loquitur, libro 2. Priorum.*

Eſt igitur hic donationis ſenſus, vt ſibi quidem 18
& ſuis hæredibus acquirere voluerit donatarius, ſed tamen cum eo onere acquiſita conuertendi in vtilitatem liberorum ex illo matrimonio procreandorum, provt latiùs declarat idem D. Ludouic. Bell. *conſ. 43. num. 8.*

Neque conſideranda eſt hoc caſu donatio facta per avum filio ſuo, quia cùm *lucra illa eſſent aduentitia*, ſolus vſusfructus *filio per patrem remiſſus* cenſetur, provt in effectu legitur in donatione dicti aui facta in capite, de quo agitur, vt patet ex illis verbis, *a donné à ſondit fils pour luy & ſes hoirs enfans, qui ſortiront comme dit eſt dudit preſent mariage, ſçavoir eſt, les fruicts dudit dot, acqueſts & conqueſts dudit fils, pour les fins que deſſus.* Ergo in priori donationis clauſula, pater donauit liberis proprietatem lucrorum, in ſecunda avus ſolum vſumfructum.

Secunda tamen clauſula declarat primam, cùm 19
facta fuerit interpoſita ſtipulatione expreſſa in fauorem liberorum ex illo matrimonio procreandorum. Certum eſt autem, partem vnam contradictorum præbere ſufficientem conjecturam pro alterius declaratione, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis, de leg.* cum ſimilibus.

Neque obſtant allegata in contrarium. Quia 20
licèt regulariter verum ſit, acquirentem poſſe diſponere de ſuis acquæſtibus; hoc tamen non procedit quando jus fuit quæſitum liberis per diſpoſitionem patris, vel per ſtipulationem Notarii. Neque aliud dicit Griuell. *deciſ. 92. num. 14.* ſed loquitur duntaxat juxta conſuetudinem particularem illius patriæ. Neque prætenditur per ſubſtitutos quoſdam res quod acquæſtus debeant ad ipſos pertinere, ſed deductis deducendis; ſed ea ſolum deduci debere quæ ipſos acquæſtus reſcipiunt, non quæ ab illis remota & ſeparata ſunt; adeo vt ea quæ pater habuit ex dote vxoris, tanquam ſeparata ab acquæſtibus, non poſſint illos diminuere, præſertim cùm non conſtet de vicinitate allegata inter acquæſtus & receptionem dotis.

Sextò dubitatur, vtrum ſummæ receptæ per pa- 21
trem donatarium, ex bonis & hæreditate patris poſſint compenſationem aut retentionem inducere in præiudicium creditorum anteriorum ipſius donatarii.

fac.

Hæc quæstio variè inter DD. decisa reperitur; nam aliqui volunt compensationem inductam fuisse in præjudicium creditorum anteriorum, ut Scacc.*de commerc.* §.2. *glossa* 5. *num.*422. *& multis seqq.* Dominicus Gait.*de credito, cap.*4.*quæst.*7.*num.*355. Carleval.*de judic.tom.*2.*lib.*1.*tit.*3.*disput.*27.*fol.*334. ubi alios allegat. Capyc. Latro *decis.*25. *num.*22. *&* 24. ubi dicit, in omnem eventum dari retentionem; & meliùs *num.*27.

Contrariam tamen sententiam sequi debemus, quam amplectitur Rota Rom. *p.*3.*recent. decis.*703. *&* p.7.*decis.*177.*num.*8. & post plures alios Salgado *in Labyrintho creditor.parte* 2. *cap.*3. *num.*31. *& seq. & cap.*28. *num.*25.

CAPUT CLXIX.

Dominus jurisdictionalis manutenendus est in quasi possessione exigendi mulctas consuetas. Populus non potest augere pœnas, aut illas alterare sine consensu Domini, nec Dominus sine consensu Populi. Potest tamen Dominus banna, & Edicta pœnalia facere sine excessu. Communitas non potest manuteneri adversus Dominum in facultativis, & illo ignorante factis. Laudimium non debetur ex acquisitione facta in vim Constituti. Si tamen post decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes restituatur possessio, solvendum est laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Domini jurisdictionales manutenendi sunt in quasi possessione exigendi pœnas, & mulctas consuetas.*
2 *Possessio, seu quasi, jurisdictionis universalis facit ut Domino danda sit manutentio in actibus particularibus à jurisdictione dependentibus.*
3 *Ius imponendi pœnas & mulctas dependet à jurisdictione Domini, & non à communitate.*
4 *Sicut subditi non possunt pœnas & mulctas indicere, nisi Domini, aut ejus Officialium interveniente consensu; ita nequeunt impositas minuere.*
5 *Pœnæ & mulctæ, quæ diuturno tempore solutæ fuere, sunt potiùs consuetudinariæ quàm conventionales.*
6 *Dominus non potest pœnas & mulctas augere sine consensu populi.*
7 *Communitates utrùm possint facere statuta pœnalia sine authoritate Domini? Remissivè.*
8 *Diuturna præstatio subditorum habet præsumptionem tituli legitimi.*
9 *Multiplicitas actuum excludit præsumptionem juris facultativi.*
10 *Dominus jurisdictionalis potest facere edicta pœnalia, dummodo sine excessu.*
11 *Actus ministrandi tubam præconi subhastationes facienti est merè facultativus, & ideo non manutenibilis.*
12 *Actus qui non fuit factus jure servitutis, non est manutenibilis.*
13 *Vicarius non potest petere se manuteneri adversus Episcopum.*
14 *Qui per multum tempus ivit ad furnum, vel molendinum, non potest cogi ad continuandum, nisi id fuerit jure servitutis.*
15 *Maximè quando agitur contra Dominum jurisdictionalem, qui habet titulum.*
16 *In facultativis unus actus non tribuit manutentionem.*
17 *In acquisitione jurium incorporalium probanda est scientia adversarii.*
18 *Scientia Officialium Baronis non sufficit in præjudicialibus contra jurisdictionem ipsius.*
19 *In dubio possessio potiùs censenda est cumulativa, quàm privativa.*
20 *Laudimium non debetur ex simplici adeptione possessionis vigore Constituti.*
21 *Immissus in possessionem vigore contractus, aut Salviani interdicti, non facit fructus suos.*
22 *Si possessio capta vigore constituti, continuata fuerit spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, & possessio deinde restitueretur priori domino, solvendum esset laudimium.*

TRes quæstiones agitatæ fuerunt inter Dominum jurisdictionalem, & Communitatem ac particulares illius loci: quarum prima respicit quasi possessionem exigendi mulctas & pœnas, Domino competentem. Secunda, quasi possessionem tradendi tubam præconi in subhastationibus, prætensam per communitatem. Tertia respicit solutionem laudimiorum ex possessione adepta in vim clausulæ Constituti.

Quod attinet ad primum caput, Domino jurisdictionali dici concedendam esse manutentionem in quasi possessione exigendi mulctas consuetas, banna, & pœnas à suis subditis; cùm generaliter Domini Barones debeant manuteneri in quasi possessione exigendi onera consueta à subditis. Menoch. *remedio* 3. *retinendæ possess. num.* 115. *cum sequentib.* Coccin. *decisione* 354. *per totam*, Capycius *decis.*96. Postius *de manutentione, observatione* 10. *numero* 11. *&* 74. 1

Et cùm sit in quasi possessione universali jurisdictionis, manuteneri debet in singulis actibus ex jurisdictione dependentibus, cùm attendatur potiùs causa universalis, quæ influit ad omnes actus particulares à jurisdictione dependentes, juxta doctrinam Baldi *in l.*1. *numero* 24. *versic. Tu dic, Cod. de emancipat. liberorum*, Ludovisius & *ibi* Addentes *decis.*557. 2

Neque dicatur hîc tractari de pœna conventionali, dependente à voluntate dictæ communitatis.

Quia respondetur primò, quod jus imponendi pœnas & mulctas, cùm sit actus jurisdictionalis, ad solum Dominum jurisdictionalem, non autem ad ipsam Communitatem pertiner. Peregrin. *consil.*114. *num.*2. *vers. mulctas, & pœnas, volum.*3. Menoch. *consil.* 147. *num.* 14. *&* 15. cum pluribus citatis per Joseph.Ramon. *consil.*18. *num.*27. Non potest igitur, aut poterit Universitas pœnam hujusmodi imponere, nisi cum consensu & authoritate Domini jurisdictionalis, ut per Doctores *suprà* citatos. † Sicut igitur non potest Communitas pœnam imponere sine consensu Domini, ita nec impositam revocare; quia per impositionem talis pœnæ factam de consensu Domini, seu ejus Bajuli, & Officiarii, (qui consensus, ut dictum est, erat necessarius) censetur 3 4

ſetur initus quidam contractus inter Dominum & ſubditos, qui ſine ejus conſenſu revocari non poteſt. Bartol. *in l. omnes populi, num. 29. verſic. Diſtingue: ff. de juſt. & jure*, Alexand. *conſ. 101. num. 1. verſic. Et idem tenet Baldus, volum. 1.* cum pluribus citatis per Rotam *in recentiorib. deciſ. 34. num. 2. parte 2.* Et generale eſt, quod conſtitutio facta cum authoritate alicujus, non poteſt ſine ejuſdem authoritate revocari. Rota *in recentiorib. deciſ. 104. num. 2. in fine, parte 3.*

5 Secundò, quod ſtante diuturnitate temporis, quo pœnas exigere conſuevit, illa dici potiùs debet conſuetudinaria, quàm conventionalis, ex traditis per Anchar. *conſ. 148. num. 10. in verbo Aut eſt conſuetudinaria.* Roman. *conſ. 143. in princ.* Tuſch. *lit. P, concluſ. 243. num. 2.*

6 Et ſicut Domini ſecundùm aliquorum ſententiam non poſſunt banna conſueta propria voluntate augere, quia conſuetudo pœnam determinat, ut dicit Antibol. *in tract. de munerib. §. 4. num. 197. & ſeqq.* ubi dicit, omnes novitates in hac materia ſuſpectas eſſe: *& num. 199.* dicit in alteratione pœnarum conſuetarum, debere adhiberi conſenſum tam Domini, quàm ſubditorum, ne deterioris eſſent conditionis Domini ſubditis ſuis; cùm Dominus & ſubditus ſint correlativi, & in correlativis idem eſt judicium, & eadem diſciplina, & de uno diſpoſitum trahitur ad alterum: *l. fin. ff. de acceptilat. l. fin. C. de indicta viduit. toll.* cum ſimilibus, Capibl. *de jure Baron. pragm. 8. parte 1. num. 399. verſic. Limitarem tamen.* Adde Bertrand. *conſ. 238. num. 3. & ſeqq. volum. 2. parte 1.* † Verum autem, & quibus concurrentibus Communitates facere poſſint ſtatuta pœnalia, copioſè explicat Cancer. *lib. 3. reſol. cap. 13. num. 347. & ſeqq.*

8 Tertiò, quia propter eandem temporis diuturnitatem, non ſolùm ob decurſum decem, & viginti annorum, ſed etiam triginta aut quadraginta, non eſt neceſſaria productio alicujus tituli: imò præſumitur, quod actus omnes tam diuturno tempore facti cenſeantur proveniſſe ex titulo & obligatione præcedenti. Bart. *in l. ſolent, §. 1. in fine, ff. de offic. Proconſul. & Legati*, Bald. *in l. malè agitur, num. 7. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, Balb. *de præſcriptionib. prima parte tertiæ partis princip. quæſt. 9. & 11.* Me-
9 noch. *lib. 3. præſumpt. 131. num. 2.* † Et ex illis multiplicatis actibus non poteſt præſumi quid factum jure facultatis. Ludoviſ. *deciſ. 162. num. 16. verſic. Secundò.*

10 Quartò, quia in omnem eventum, quidquid ſit de augmento pœnæ conſuetæ, de quo mox dictum eſt *num. 6.* tamen hoc certum eſt, quod licitum eſt Domino Baroni eandem pœnam imponere per viam bannimenti, cùm licitum ſit Baronibus in ipſo Caſtro facere proclamata, & edicta pœnalia, dummodo non ſint exceſſiva: quod dici non poteſt, dum inducitur pœna à longo tempore conſueta. Lucas de Peña *in l. inſignis, col. 1. C. de paſc. publ. & privatis, lib. 11.* Freccia *in tract. de ſubfeud. lib. 2. authorit. 46. n. 1. & 11.* Rota coram Burato *deciſ. 312. num. 1. & deciſ. 427. num. 2. & 8.*

Denique cùm agatur de poſſeſſorio ſummariiſſimo, ſecluſa omni diſputatione petitorii, certum eſt dandam eſſe Domino manutentionem in eo ſtatu, & eo modo, quo poſſidebat ante litem motam. Ludoviſ. *deciſ. 569. num. 3.*

In ſecundo capite ſupponendum eſt, quod eadem Communitas novam litem ſuſcitabat, prætendens ſe ſaltem manutenendam in quaſi poſſeſſione dandi præconi bona, aut negotia ipſius Univerſitatis licitanti, tubam æream, cum qua dictæ licitationes fierent. Qua in re nec fundata eſt ipſa Communitas.

Quia actus ille dandi, & miniſtrandi tubam præconi, eſt actus merè facultativus, in quo Communitas nullum prorſus habet titulum, nec illum habere, aut excogitare poteſt. Menoch. *de arbitr. caſu 160. num. 20.* ubi quod ſi actus non fuit factus tanquam ex jure proprio, & jure ſervitutis, ac ex titulo aliquo, ſemper dicitur factus jure familiaritatis. Coccin. *deciſ. 180. n. 5. & deciſ. 472. n. 6.* ubi quod poſſeſſio nullius eſt conſiderationis, quando non conſtat de titulo, quia præſumitur conceſſa jure familiaritatis. Rot. apud Poſt. *deciſ. 138. n. 4.* † quia ad hoc ut poſſeſſio ſit manutenibilis, probari debet, quod fuerit ex cauſa ſervitutis ſibi debitæ, ſciente & patiente adverſario, ut poſt Alex. & Salicet. tradit Cottian. *diſcept. for. cap. 450. n. 8.*

Et generale eſt, ut ex iis quæ fiunt, ſeu fieri ſolent ex gratia & voluntate alicujus, nullum quatur jus, vel poſſeſſio, quæ ſit attendenda. Rota *diſcf. deciſ. 297. n. 4. p. 2.* ubi de Vicario Epiſcopi, quod non poteſt petere ſe manuteneri adverſus Epiſcopum, de jure communi. Mantica *deciſ. 267. num. 2.* Poſt. *manutent. obſervat. 53. n. 7.* † Et poteſt aſſerti exemplum de eo qui vadit ad macinandum, vel coquendum in molendino, vel furno alterius; aut de eo qui per aliquot annos obtulit alicui par caponum, & ſimilia, de quibus Poſt. *ibid. n. 4. & ſeqq. & tota obſervat. 54.* Ripa *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ. & propr.* ubi latè.

Maximè autem actus per Communitatem geſti, cenſentur facti per uſurpationem, & non jure ſervitutis, ſeu jure proprio, quia agitur contra habentem titulum. Poſt. *d. obſerv. 54. n. 11.* nempe contra Dominum juriſdictionalem, qui fundatum habet ſuam intentionem in omnibus actibus juriſdictionalibus, & à juriſdictione quomodolibet dependentibus, & nominatim circa jus, & authoritatem faciendi proclamata. Burat. *deciſ. 427. n. 1. & 2.*

Addatur, quod probatio facta fuit de unico actu jam ab annis 19. facto; cùm tamen in his quæ ex gratia & libera voluntate fiunt, multitudo actuum ad effectum manutentionis ſit probanda. Poſt. *obſervat. 18. num. 46.*

Cùm nec etiam probata ſit ſcientia Dominiconis, quæ probanda omninò fuiſſet, cùm agatur prætenſo jure incorporali. Gratian. *d. diſcept. 4.* maximè cùm agatur contra Dominum Baronem, qui (ut dictum eſt) habet pro ſe juris aſſiſtentiam. Poſtius *obſerv. 40. n. 18.*

Nec ad hunc effectum ſufficit ſcientia Officialium Domini Baronis, cùm agatur de acquiſitione juris incorporalis. Coſt. *de facti. ſcientia, inſtrum. num. 13.* poſt Capyc. *deciſ. 57. n. 2.* Sufficeret tamen ſcientia Officialium, ſi non agereturr de jure incorporalibus acquirendis, ut *ibi* notat Coſtalberg. *de jure fiſci, lib. 6. tit. 8. n. 26.* & dixi *ſuprà, n. 14. num. 22.*

Et præmiſſa multò magis locum habent, quia Syndicis Univerſitatis tubam denegantibus, poſſet impediri liberum exercitium juriſdictionis, & juriſdictionalium actuum Domini Baronis, & non Officialium, & propterea ex ſola Juris aſſiſtentia Dominus Baro fundatus eſt ad impediendam manutentionem ab Univerſitate petitam. Maximè quia non fuit probata aliqua poſſeſſio negativa, aut prohibitiva contra Dominum, aut ejus Officiales. † In dubio autem manutentio non debet concedi privativè, ſed tantùm cumulativè. Sanſeve-

decis. 339. *num.* 2. & si daretur possessio privativa, esset spoliativa. Idem *decis.* 7. *num.* 1. Ludovis. *decis.* 472. *num.* 1. & 493. *num.* 1. & *ibi* Addentes.

Tertia quæstio in eo versatur, utrùm Dominus jurisdictionalis, qui est Dominus directus, petere possit laudimium de prædiis, in quorum possessionem creditor immissus fuit vigore Constituti in obligatione Camerali appositi.

20 Quæstio ista resolvenda est negativè, quia laudimium non debetur ex simplici possessione, nisi interveniente titulo habili ad translationem dominii: & sola possessionis translatio non dicitur alienatio, *l. item si res, §. sunt & alia, ff. de alienat. jud. mut. causâ facta, l. non alienat, ff. de regul. juris*, Tiraquell. *ad leg. connubial. glossa 5. in verbo Contracter, num.* 161. Bertrandus *cons.* 3. *num.* 2. *volum.* 2. *prior.* Laudimium verò debetur tantùm ob causam alienationis dominii utilis, quod Dominus habet in re emphyteutica, ut dicit *ibid.* Bertrandus *num.* 1. & notant Doctores *in l. fin. C. de jure emphyt.* sequitur Burg. *in tract. de laudimio, parte* 2. *inspect.* 33. *per tot.* Claper.

21 *causa* 26. *quæst. unica, n.* 2. † & ideò immissus in possessionem bonorum debitoris vigore contractus, non facit fructus suos, ut notat Gailes. *de obligat. Camerali, quæst. ult. num.* 26. sicut nec immissus ex Saluviano fructus suos facit, sed illos in sortem imputare tenetur. Zachias *de obligat. Camerali, quæst. ult. num.* 60.

22 Verum tamen est, quod si possessio sic capta, continuata fuisset per spatium decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, ac deinde emphyteutæ eadem possessio restitueretur, Dominus directus fundatus esset in petitione laudimii, ut notavit Bertrandus *d. cons.* 3. *num.* 3. *in fine*, quem sequitur Burg. *d. inspect.* 33.

Cùm itaque possessio, quæ capta fuit per particulares vigore clausulæ Constituti, sit recens, & per modicum tempus continuata, absque titulo habili ad transferendum dominium; sequitur, laudimium ex hujusmodi adeptione possessionis non deberi.

CAPUT CXX.

De præscriptione viginti annorum adversus crimen homicidii: & utrum illa præscriptio currat adversus pupillum, vel minorem vigintiquinque annis? Et quomodo interrumpatur? videlicet, utrùm per simplicem accusationem, vel inquisitionem? Vtrùm acta deperdita probari possint per testes, & quomodo? Domini jurisdictionalis declaratio utrùm præjudicet parti querelanti? Et an, & quando Judex requisitus possit cognoscere de meritis causæ.

SVMMARIVM.

1 *Omnis actio criminalis in crimine homicidii spatio viginti annorum tollitur.*
2 *Ampliatur, ut locum habeat, sive procedatur per accusationem, sive per inquisitionem.*
3 *Præscriptio viginti annorum in delictis currit etiam contra minores.*
4 *Et talis præscriptio currit etiam tempore belli.*
5 *Requiri citationem ad hanc præscriptionem interrumpendam, quidam existimant: alii solam sufficere inquisitionem. Sed prior sententia æquior est, & benignior.*
6 *Quando reus aufugit, nec se citari permisit, habetur pro legitimè citato.*
7 *Interruptio in delictis non nocet, si post illam lapsi sunt viginti anni, à die interruptionis computandi.*
8 *Si acta criminalia dicantur deperdita, duo probanda sunt: primò illorum amissio: secundò tenor ipsorum.*
9 *Attestatio simplex unius viri, quantumvis insignis, fidem non facit in præjudicium Tertii.*
10 *Iudex requisitus potest, si velit, cognoscere de injustitia sententiæ Judicis requirentis, nec pars requirens exequutionem, potest ex ea prætendere sibi allatum fuisse gravamen.*

VAriæ quæstiones propositæ fuerunt pro parte cujusdam Domini jurisdictionalis, quæ ad sequentia capita reducuntur.

Primò quanto tempore præscribatur actio criminalis ratione homicidii.

Secundò, utrùm præscriptio hoc casu dormiat, pendente minori ætate querelantis.

Tertiò, utrùm illa præscriptio interrumpatur per libellum accusationis, vel per inquisitionem formatam contra delinquentem.

Quartò, quanto tempore duret effectus dictæ interruptionis.

Quintò, utrùm interruptio probetur per testes, quando acta criminalia fuerunt deperdita.

Sextò, utrùm si Dominus jurisdictionalis declaret fuisse satisfactum fisco, talis declaratio subsistat in præjudicium partis læsæ.

Septimò, utrùm Senatus Auraicensis requisitus pro exequutione citationis in illa causa criminali, possit cognoscere de meritis causæ, & de materia principali.

Ad quas quæstiones respondetur in hunc, qui sequitur, modum.

Ad primam quæstionem respondetur, quod omnis actio criminalis ratione homicidii, de quo agitur, spatio viginti annorum præscribitur, *l. querelam, C. de falsi.* Peregr. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 36. Clar. *in §. fin. quæst.* 51. *num.* 1. Gomes. *de delict. cap.* 1. *num.* 6. Farinac. *de delict. quæst.* 10. *num.* 1. *& seqq.* † qui omnes volunt hanc regulam locum habere, sive per accusationem procedatur, sive per inquisitionem. 1 2

Secundò, quod ista præscriptio currit etiam contra minores, neque impeditur sub aliquo prætextu ignorantiæ, vel impedimenti, vel absentiæ. Probatur per textum *in l. auxilium, ff. de minorib.* Barbosa *ad l.* 3. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. n.* 218. Gomes. *d. cap.* 1. *n.* 6. *circa med.* Guazin. *de defens. reor. defens.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. Farinac. *d. q.* 1. *num.* 2. Atque ita judicatum fuit in supremo Parisiensi Senatu 27. Julii 1566. & iterum 30. Decembris 1606. ut refert Brodeau *in notis ad Louet, lit. C, num.* 47. *in secunda columna ultimæ impressionis*, † addens quod nec tempore bellorum talis præscriptio interrumpitur, atque ita judicatum refert. 3 4

Tertiò, quod ista præscriptio non interrumpitur per quemcumque actum judicialem, sed necessaria est citatio legitimè exequuta, & in actis descripta, cum relatione nuntii citationem exequentis. Barbosa *loco citato, num.* 233. Sed tamen solam accusationem, vel inquisitionem ex officio factam, sufficere ad interrumpendam præscriptionem in criminalibus, 5

nalibus tenet Farinac. *d. quæſt.* 10. *num.* 28. Ego autem ſi judex eſſem, non ſolùm delinquentem ad mitiorem pœnam poſt viginti annos condemnarem, ſed Barboſæ ſententiam ſequutus, illum penitus abſolverem, ſi non præceſſiſſet illius legitima citatio, ut ſuprà dictum eſt, aut ſaltem ad ſuperiorem recurrerem pro gratia.

6 Quod locum non habet, quando delinquens aufugit, ad hoc ut citari non potuerit; tunc enim habetur pro legitimè citato, prout in caſu iſto interveniſſe ſupponitur, juxta doctrinam Felini *in cap. illud 8. num. 11. in prima concl. de præſcr.*

7 Quartò, quod interruptio præſcriptionis illam non impedit, ſi poſt interruptionem lapſi fuerint viginti anni. Farinac. *d. q. 1. n. 28. verſic. & ſtante dicta præſcriptionis interruptione.*

8 Quintò, quod ſi dicatur, acta, & proceſſuras factas ſuper citationibus, & proclamationibus adverſus delinquentem, fuiſſe deperditas, illarum veritas probari poterit per teſtes, dummodo deponant de amiſſione hujuſmodi ſcripturarum, & de omnibus in eis contentis, totoque tenore illarum, aliàs fidem non faciunt. Aretin. *in §. ſed & ſi pater, n. 2. Inſt. quib. modis jus patr. poteſt. ſolv.* maximè autem probant ſi teſtes ſint Juris periti, vel Notarii. Bart. *in l. 2. §. 1. num. 4. ff. de jure fiſci.*

9 Sextò, quod atteſtatio Domini juriſdictionalis loci, in quo delictum fuit commiſſum, quod delinquens fuit abſolutus per ſententiam, & ipſe fuit contentus de juribus fiſci, non poteſt relevare delinquentem: quia conſtat illam fuiſſe factam colluſoriè, cùm contineat manifeſtam contrarietatem: quomodò enim fieri poteſt, ut fiſco aliqua jura deberentur, ſi delinquens fuit abſolutus per ſententiam? Præterea, quia ſimiles atteſtationes non faciunt fidem, nec præjudicant. Tertiò, etiamſi factæ fuerint à vito, quantumvis inſigni. Gratian. *diſcept. forenſ. 677. n. 8. cum mult. ſequentib.*

10 Septimò, quod Iudex requiſitus, quando videt Iudicis requirentis injuſtitiam, poteſt de ea ſi velit cognoſcere, neque pars poteſt dicere ex eo ſe gravatam eſſe: Surd. *conſ. 405. nn. 29. & conſ. 358. num. 17.* Gratian. *diſcept. 146.* Rot. *in recent. deciſ. 576. part. 4.*

CAPUT CLXXI.

Homicidium commiſſum in rixa non debet puniri pœna mortis. Et ex quibus dicatur commiſſum in rixa, tam ex qualitate loci, temporis, & aggreſſionis, quàm ex aliis circumſtantiis. Ex præcedenti aggreſſione facta occidendi, excluditur præſumptio animi deliberati. In dubio præſumendum eſt homicidium non fuiſſe præmeditatum, nec cum animo occidendi. Intereſſe debetur ab illo qui occidit ad ſui defenſionem, excedendo modum legitimæ defenſionis. Quod intelligendum eſt de intereſſe radicato, non autem de nondum delato, ſed dubio, & eventuali.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium in rixa commiſſum non poteſt puniri pœna ordinaria.*

2 *Ampliatur ut procedat, quamvis non conſtet quis ex duobus fuerit aggreſſor.*

3 *Homicidium in rixa commiſſum non dicitur ſectum appenſatè.*

4 *Quando nullus adeſt tractatus precedens, nec propoſitum præambulans, homicidium cenſetur in rixa commiſſum.*

5 *Quando ex reali, vel verbali controverſia ingenita deventum fuit ad homicidium, tunc illud dicitur in rixa commiſſum.*

6 *In dubio judicandum eſt homicidium fuiſſe in rixa commiſſum; & qui dicit contrarium, tenetur illud probare.*

7 *Quod maximè procedit, quando inter rixam, & homicidium modicum tempus intervenerit.*

8 *Ex qualitate loci publici excluditur animus premeditatus occidendi.*

9 *Si nulla præceſſerit inimicitia, homicidium non præſumitur animo deliberato factum.*

10 *Inter ipſos inimices rixa inopinata interim poteſt.*

11 *Brevitas temporis animi deliberationem excludit in homicidio.*

12 *Ampliatur, ut homicidium dicatur in rixa commiſſum, etiamſi iracundia aliunde provenerit, quam ex facto illius qui occiſus eſt.*

13 *Si occiſus occidentem fugientem proſequutus fuit, præſumptio eſt excluſiva animi occidendi.*

14 *Quando alius fuit aggreſſor, etiamſi occidens exceſſerit modum inculpatæ tutelæ, non eſt locus pœnæ mortis.*

15 *Etiamſi aliquando præſumatur animus occidendi, non tamen ex eo ſequitur quòd ille avianus fuerit deliberatus.*

16 *Vt ſit locus pœnæ ordinariæ adverſus homicidam, debet probari præcedens animi deliberatio.*

17 *Qui poſt datam ſibi mentitam, vel alapam, injuriantem occidit, non eſt puniendus pœna mortis, ſed leviori.*

18 *Qui alium occidit, ridentem quòd quis in larvam impegerit, non eſt plectendus pœna ordinaria, ſed mitiori.*

19 *Occidens eum qui nondum alapam impegit, ſi ſe præparabat ad illam dandam, mitigandus eſt.*

20 *Iuramentum inquiſiti quod non habuerit animum occidendi, coadjuvat alias probationes.*

21 *Maximè concurrente bona fama illius.*

22 *Etiamſi plures adeſſent percuſſiones, non tamen ex eo per neceſſe concluditur animus occidendi.*

23 *Animus occidendi excluditur ex qualitate inſtrumenti, quo occidens uſus eſt, quod quotidie in manibus habebat.*

24 *Quando agitur de defenſione rei, quotidiana plena probatio habetur pro perfecta.*

25 *Etiamſi homicidium fuerit commiſſum intra carceres, aut in alio loco privilegiato, non meretur pœnam mortis, ſi fuerit factum in rixa.*

26 *Occiſor tenetur ad damna, & intereſſe, ſi modum inculpatæ tutelæ exceſſerit.*

27 *Intereſſe augmenti dotalis amiſſi per occiſum, uxori ſuæ ſupervivere poterat, quamvis illa vidua lucrata ſit, non debetur.*

28 *Intereſſe extrinſecum debetur heredibus occiſi.*

29 *Intellige, ut locum habeat in intereſſe delicti, & radicato, non autem in incerto, & eventuali.*

30 *Quæ damna hæredibus occisi adjudicanda sunt? Remissivè.*

31 *Explicatur textus* in l.inde Neratius, ff. ad leg. Aquiliam.

QUod Gaspar ratione homicidii commissi in persona Iacobi pœna mortis ordinaria puniri non possit, ex iis quæ in facto proponuntur,& quæ ex actis resultant, indubitatum existimaui.

1 Primò, quia regula generalis, & verissima est, quod homicidium ex rixa proueniens, pœna ordinaria puniri non potest : Peguer.*decis.*14.*n.*15.Menoch. *de arbitrar. cas.* 362. *n.*11. *in fine, vers. cum tamen in rixa hoc evenerit.* Farinac. *cons.*100. *n.*28.

2 Honded. *cons.*99.*num.*45. *vol.*1. † ubi hoc maximè dicit locum habere, quando non constat quis ex duobus rixantibus fuerit aggressor : sequitur Guazzin. *de defens. reor. defens.*29.*cap.*4. *num.*30. & ideo hoc casu imponendam esse pœnam relegationis, vel exilii ad quinquennium, tradit Ricc. *collect.* 1016. *vers. limita tamen.*

3 Ratio est, quia homicidium in rixa contingens non potest dici appensatè commissum : Surd. *cons.* 40.*n.*28.

4 Quod autem homicidium de quo agitur, in pura rixa contigerit,clarè probatur ex facti serie : quia Gaspar obuium habens Jacobum, ab eo pecunias petiit,aut saltem instituit vt fierent infimul computa. Ex quo deuentum fuit ad rixam inter ipsos. Et ideò cum nullus adesset tractatus præcedens, nec propositum præambulum occidendi, homicidium dicitur commissum in rixa : vt per Gloss. & DD. *in l. final. ff. ad leg. Corneliam de Sicariis.* Bertazol. *cons.criminal.*106. *n.*5.*lib.*1. Mascard.*de probat. conclus.*1289. *num.*2.

5 Hoc enim generale est,quod quando inter occidentem,& occisum præcessit aliqua realis,aut verbalis controuersia, ex qua incontinenti subsequutum fuit homicidium, illud dicitur in rixa commissum : Farinac.*cons.*132.*num.*6. Rixa siquidem definitur,vt sit duorum vel plurium contentio, quæ ex improuiso procedit : Baiard. ad Clar. *in §. homicidium, num.* 124.

6 Et quamuis ex processu non constaret homicidium fuisse commissum in rixa, tamen Iudex in dubio tenetur judicare quod factum fuerit in rixa, & non animo deliberato,seu præmeditato : illa siquidem deliberatio consistit in facto, facta autem non præsumuntur ; & ideò qui dicit homicidium factum fuisse animo præmeditato, tenetur illud probare: Surd. *d.cons.*40. *num.*17. Bertazol. *cons. crimin.* 85. *num.*2. Bayard.ad Clarum *dicto §.homicidium, num.* 125. & quod rixa potiùs simplex, quàm animi deliberatio præsumenda sit, tradit etiam Marc.

7 Anton. *lib.*3. *resolut.* 10.*n.*4. † Vbi hoc maximè procedere asserit, quando inter rixam, & homicidium modicum tempus intercessit : & quod qualitas præmeditationis probanda sit per allegantem, tradit etiam Blanc. *in tract. de judic. num.* 54. Farinac. *de pœn. temperand. quæstione* 96. *num.*75. vbi plures allegat.

8 Supradicta confirmantur ex eo, quod tota rixa, & controuersia superuenit in via, & loco publico, in quo multi aderant, seu adesse poterant ad impediendum homicidium, & separandos prædictos rixantes ; si enim dictus Gaspar habuisset animum præmeditatum occidendi præfatum Iacobum,alium locum commodiorem quæsiuisset, aut ipsum in loco suspecto insidiosè expectasset, provt facere solent illi, qui habent animum occidendi : & adeò ex qualitate loci publici,& patentis excluditur animi deliberatio, & homicidii præmeditatio, vt considerat Bertazol. *dicto cons.*85. *n.*16. quem sequitur Mastrill. *decis.*297.*num.*56. Honded. *cons.*99. *n.*36. *vol.*1.

9 Et cùm nulla præcessisset inimicitia inter occidentem,& occisum, multò minus potest dici quod homicidium animo occidendi factum fuerit : Mastrill. *ibid. num.*56. †

10 Quamuis etiam, stante rixa, non esset attendenda inimicitia ; cùm rixa,& subitus impetus cadere possint etiam inter inimicos, vt notat *ibid.* Mastrill. *n.*63.

11 Et clarum est, non adfuisse animum occidendi ex proposito, & dolo : quia quotiescumque tempus non patitur deliberandi consilium, tunc nunquam dicitur delictum commissum dolo,& ex proposito: Farinac. *de homicid. quæst.*125. *num.* 417. vbi quod in tam breuissimo tempore, nec olla fervens ab igne deposita quiescere potuisset ; & ideò hoc casu non esse imponendam pœnam ordinariam tradunt vnanimi consensu DD.superiùs allegati, & nominatim Merlin. *lib.* 1. *controvers. forens. cap.* 66. *num.*17.

12 Quod ampliatur, vt procedat etiamsi iracundia proueniret aliter, quàm ex facto illius qui occisus fuerit, vt dicit Hippolyt. de Marsil. *in practic. crimin.§.quoniam, num.*94. & 95. nam vt dicit Bossius *in titulo de homicid. n.*60. difficilius est iram continere, quàm miracula facere.

13 Excluditur etiam omninò animus occidendi, & deliberatio præcedens, ex eo quod tempore rixæ dictus Gaspar fugiebat, seu concitatis passibus ambulabat intra vicum : Jacobus ipsum insequebatur, & ipsi clamabat, *non vis mihi solvere ?* Et sic cùm Gaspar Jacobi præsentiam fugeret, & è conuerso dictus Jacobus illum insequeretur, constat euidenter quod dictus Gaspar non habebat animum occidendi : Mascard. *de probat. conclus.* 1250. *num.*7.Menoch.*de arbitrar.q.*363.*num.*13.Riminald. jun.*consil.*350. *num.*29.

14 Quamuis autem præmissa sufficiant ad eximendum Gasparem à pœna mortis ; tamen ut omnis tollatur occasio dubitandi, supponenda est generalis alia Regula ; videlicet,quod quando aliquis fuit aggressor seu prouocator, & rixæ causam dedit, quamuis ille contra quem aggressio facta fuit, aggressorem occiderit, etiam excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, quamuis occidens id dolo faciat, non tamen pœna mortis puniri debet,sed alia imponi potest pœna extraordinaria pro modo excessus,etiamsi adfuisset dolus, & propositum ex parte occidentis : hæc est communis doctrina omnium *in l.ut vim,ff. de just. & jure* : Asin. *cons.*111. *num.*8. *& sequentib. vol.*2. *inter consilia diversor.* dicens, quod licèt prouocatio non excuset in totum, tamen facit vt pœna minuatur,cum difficile sit justum dolorem temperare : Marsil. *cons.* 137. *num.*25. & hanc communem esse,& veram sententiam testatur Fachineus *lib.*15. *controvers. capit.* 32. Gail. *lib.*2. *observat.* 100. *n.*11. & 110.*n.*15. & *de pace publica, lib.*1.*c.*16.*n.*19.

15 Nam licet aliquando præsumatur animus occidendi inter rixantes, non tamen ex eo sequitur quod ille animus fuerit deliberatus & præmeditatus, vt testantur Surd. *dicto cons.*40. *num.*29. & Clar. *in §.homicidium, num.*7. *versic. & ideo verum quidem est.*

16 Vnde bene prædicti Doctores concludunt non esse locum pœnæ ordinariæ, nisi constet de animo occidendi præmeditato : Bossi.*in prax.tit.de homicid. num.*91.

num.91. his verbis : *dic quod punitur mitiùs, etiamsi dolo commiserit.*

17 Quod autem dictus Iacobus fuerit aggressor, patet ex eo quod dictum Gasparem manibus apprehendit, ipsum pulsauit, illi mentitam dedit, & alapam ; seu, vt loquuntur Itali, maxillatam : cùm tamen ad hoc, vt quis dicatur aggressor, sufficiat sola verbalis iniuria per eum prolata ; adeo vt si tunc occidatur, non sit locus pœnæ ordinariæ, Gomes. *lib.3.variar.resolut.c.3.de homicid.n.24.in fine, versic. Immò quod magis est.* Bertazol.*cons.356.n.2.* Carrer. *in prax. in tract.de homicid. versic. circa quartam: num.11.* Viu. *opin.189. num.11.* Galganet. *in constit. Mediolan.in cap.homicidia, num.802.* atque ita iudicatum fuit apud Papon. *lib. 22. tit.5. arrest. 1.* vbi quod debet reus relaxari, aut ad summum mitti in exilium, prout factum fuit per Senatum Burdegalensem apud Boër. *decis. 179.* & tradit Bertazol. *cons.434.n.4.5.& 6.*

18 Plus dicunt DD. quod si quis ambulans per Ciuitatem sospitet, & pede lapidem feriat, & ita prouocatus nullis dictis verbis vulneret aliquem apud eum adstantem, quia fortè de eo ridere cœpit, non diceretur homicidium deliberatum, sed impetu quodam factum : vnde talis sic delinquens mitiùs puniendus esset, etiamsi modum defensionis excederet. Addent. ad Farinac. *cons.67.lit.B.*

19 Immò, si occisus se præparat duntaxat ad dandam alapam seu maxillatam occisori, hoc sufficit ad excusandum occisorem à pœna delicti ordinaria : vt testatur Barz. *decis.Bonon.141. num.13.* vbi *n.20.* testatur ex communi Doctorum sententia, tali casu occisorem non teneri aufugere : quod etiam voluit propter solum periculum offensæ personalis, Bertrand. *cons.274. num.7. vol.1. prior.* & *n.8.* hoc ampliat, vt locum habeat, etiamsi speraretur vicinos superuenire : quia per eos reparari non potest iniuria personalis.

Et quod aggressus, si fugere potuit, & non fugit, imò & occidit aggressorem, non sit puniendus pœna ordinaria, tradit Gomes. *d. libro tertio, c.3. num.24.*

20 In omnem euentum, pro maiori cautela adhibitum fuit iuramentum dicti Gasparis super aggressione, quod probat maximè ad corroborandas alias probationes : Carrer. *in pract. crimin. tit. homicid. §.circa quartum, num.73.* vbi probat quod quando pro reo concurrunt præsumptiones aliquæ, aggressio occisi, necnon animus non occidendi ex parte occidentis, probantur iuramento rei inquisiti de
21 homicidio. † Immò solam bonam famam inquisiti ad hoc sufficere voluit Iodoc. *in prax. rerum criminal. c.76.n.29.* & post ipsos Farinac. *de homicid. q.125.n.478.*

Nec præmissis obstat quod videatur præmeditatum homicidium, ex eo quod duæ percussiones factæ sunt.

22 Quia respondetur non esse hac in re attendendam vulnerum multitudinem, sed solum initium spectandum esse : nempe vtrùm ex inopinata rixa homicidium processerit, ad excusandum reum à pœna mortis : Menoch. *de arbitr. cas.361. num.33.* Mascard. *de probat.conclus.98.n.20.& 21.*

23 Secundò non obstat, quod animus præmeditatus videtur argui ex qualitate armorum, cum quibus vulnus fuit illatum.

Quia respondetur, imò totum è contra, non enim ense vel pugione, aut simili armorum genere vsus est Gaspar, sed solo instrumento, quo ipse vti solebat, secumque deferre. Ex quo instrumenti genere, & deferendi notoria consuetudine, excluditur præsumptio animi deliberati ad occidendum : Camill. Borel. *cons.45.num.20.* Farinac. *cons.138. num. 50. vers. & quia delatio : & q.52.num.82.* Mascard. *conclus.97.n.5.* Farinac. *q.126.n.203.*

Denique quod etiamsi hujus rei defensio non esset planè probata, tamen quælibet semiplena probatio habetur pro plena, & sufficienti : Carer. *cons.2. num. 16.* ubi dicit, quod dubia probatio sufficit, quando agitur de defensione rei : Nic. *cons.412. num.23.* ubi quod in criminalibus, dum agitur de defensione rei, sufficit semiplena probatio : quod & voluit Horat. Luc. *cons. 168. numero 17. libro primo, inter cons. criminal. diversor. & numero decimo octavo*, vbi id maximè procedere vult, quando agitur de probanda exculpatione inquisiti.

Concludendum igitur est, homicidium in re commissum calore iracundiæ, & præcedente aggressione vulnerati, & occisi, non esse pœna ordinaria puniendum, sed mitiori, vt fuit superius comprobatum, & sæpiùs judicatum. † Quibus accedit decisio Gizarelli in fortioribus terminis facta per Senatum Neapolitanum, vt per eundem *decis.18. per totam*, Mura *decis.Sicil.36.* vbi loquitur de rixa commissa intra carceres, aut in alio loco priuilegiato.

Sed cùm occidens etiam ad sui defensionem, & excedens moderamen inculpatæ tutelæ, teneatur ad damna, & interesse erga hæredes occisi, vt decisum testatur Thesaur. *jun. libro tertio, quæstione forensi 7.*

Ideò dubitatum vltimo loco fuit, vtrùm condemnatus ad damna, & interesse partis ratione homicidii, teneatur ad solutionem augmenti, seu mutuæ donationis in casum prædecessus inter conjuges factæ, quod mariti hæredes soluere viduæ defuncti coacti sunt.

Respondendum existimo negatiuè, qui a licèt in delictis omne interesse etiam extrinsecum veniat Plot. *de in litem jurando, §.10.num.27.& sequentibus* Rebuff. *in l.unica, C.de sentent. quæ pro eo quod interest. prof.* Fumeus *in tract.de eo quod interest, num.33 & seqq.* Bart. Alex. Castrensi, & Iason *in l. numero ff. de in lit. jurando.* † Tamen hoc intelligitur de interesse radicato, & delato ; veluti si seruus quæsitus fuerit, cui delata erat hæreditas, tunc interesse amissæ hæreditatis debetur domino. Ratio est, quia jus erat delatum, & licèt ante additionem hæreditatis per seruum faciendam nondum esset acquisitum, erat tamen jus delatum, & ex spe probabilis acquirendum : *l. item Neratius, ff. ad leg. d. quæ copiosè explicat Rebuff. in d. l. unica, C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur.*

Sed quando lucrum potest euenire, aut potest non euenire, tunc non habetur illius consideratio : *leg. si ea lege 17. C. de usur.* Alexand. *cons. 114. numero primo, libro tertio*, Iason *cons. 14. numero quinto, libro primo*, Bald. *cons. 184. numero quarto & septimo, libro primo*, Rot. Genuen. *decisione 239. numero undecimo.* Quod autem in re su isto lucrum non esset radicatum, patet, quia ille occisus non fuisset, æquale erat vtrò & vtroque periculum, propter dubium euentum vitæ utriusque coniugis : ergo non debet haberi ratio illius interesse amissionis lucri dubii, & incerti, † sed tantum alia damna resarcienda sunt : de quibus fusè nacius *de homicid. quæstione 119. insfect. numero à numero 93.* Josepb. Ludouis. *decisione Lucen. numero trigesimo*, Gomes. *tomo tertio, capite vlti-*

de homicid. num. 37. Roland. *conſ.* 39. *lib.*2. & alii paſſim.

31 Quamobrem conſideraui quod *in l. inde Neratius, ff. ad leg. Aquiliam*, duo caſus diuerſi proponuntur. Primus *in* §. 1. *illius legis*, ubi caſus proponitur, quod ſeruus hæres inſtitutus occiſus eſt viuo teſtatore, & ſic ante delatam hæreditatem, ut notat *ibid.* Accurſ. *in gloſſa, in verbo, occiſus fuerit.* Secundus caſus eſt *in principio legis*, ubi ſupponitur, ſervum mortuum eſſe poſt delatam hæreditatem, nondum tamen aditam, ut patet ex lectura text. *in* §. *illud, Inſtit. de lege Aquilia.* Quando hæreditas eſt delata, nondum tamen adita, debetur æſtimatio ſerui: ſed in caſu noſtro, lucrum augmenti dotalis nondum erat delatum tempore homicidii.

32 Quando autem jus nondum erat delatum, vt hic, quia vxor adhuc viuebat, & viuit, & lucrum augmenti non debebatur niſi vxore præmoriente, nulla per conſequens illius præteſi damni ratio habenda eſt. Quia aut petitur ex perſona defuncti, & hoc non; cùm in eo nunquam jus habuerit: Aut ex perſona hæredis, & hoc etiam dici non poteſt; nam ut dicit Author Græcus apud Cuiac. *lib.*27. *obſerv. cap.*12. ſi quærantur hæredes de occiſo, audient; *ſi occiſus non fuiſſet, vos nequaquam ad hæreditatem vocaremini.* Potiùs enim gratulantur ei, qui hominem occidit; ſi enim non occidiſſet, non ipſi, ſed defunctus hæc habiturus fuiſſet. Ita Cuiacius *loco citato*, per illum textum, qui videtur ſingularis.

Quidquid ſit, lucrum augmenti quod debet ſolui vxori, eſt merè euentuale, & dependens ex caſu incerto; ideò non ſoluendum, ut ſupra dictum eſt, *n.* 30. nam cùm mors mariti aliunde procedere poſſet, homicidium non eſt cauſa adæquata illius lucri.

CAPUT CLXXII.

Sententia utrùm mixturam, vel complicationem contineat, attendenda ſunt verba diſpoſitiva ſententiæ. Donatarius qui habet clauſulam Conſtituti, manutenendus eſt adverſus hæredes, aut alios poſteriores donatarios. Nullitatis cognitio quando impediat executionem judicii poſſeſſorii. Exceptio anterioritatis quomodo obſtet, aliis concurrentibus, in remediis poſſeſſoriis. Qui paſſus eſt petitorium probari, ſibi præjudicat in poſſeſſoriis.

SVMMARIVM.

1 *Quando dubitatur utrùm ſententia, à qua fuit appellatum, contineat mixturam, attendenda ſunt ſolùm verba ſententiæ.*

2 *Similiter quando dubitatur utrum ſententia contineat complicationem, ad effectum admittendi appellationem ſuſpenſivam.*

3 *Complicatio non deſumitur ex verbis narrativis ſententiæ, ſed ſolùm attendenda ſunt diſpoſitiva.*

4 *Donatarius cum clauſula Conſtituti, præferendus eſt hæredi, qui non dicitur habere cum eo parem titulum, ad effectum poſſeſſorii.*

5 *Quando in eadem ſententia judex teneatur pro-*
Sanlegerii quæſt. & reſol. civil. T. II. P. II.

videre pluribus donatariis concurrentibus, & è contra quando non teneatur.

6 *Quando adverſus donatarium qui poſſeſſionem obtinuit alii contrarii concurrunt per viam exceptionis, Index non debet expreſſam de illis in ſententia facere mentionem.*

7 *Si primus donatarius agat, & ſit manutentus in poſſeſſione, comparentibus aliis donatariis, ex actore fit reus, & alii debent intentare judicium petitorium.*

8 *Quando quis ſolam poſſeſſionem inſtrumentalem adeptus eſt, ille qui convenitur poſt illam ſic adeptam, interim manutenendus eſt, non obſtante productione alterius tituli. ſi tempore immiſſionis nihil fuit oppoſitum.*

9 *Qui non poſſidet, non eſt citandus tempore immiſſionis.*

10 *Quando exceptio petitorii fuit admiſſa in judicio poſſeſſorio, cum tamen admitti non debuiſſet, imputandum eſt illi qui non contradixit.*

11 *Poſſeſſores donatarii non poſſunt intentare remedia poſſeſſoria contra primum, quia illorum author cecidit à poſſeſſione facto ſuo.*

12 *Nullitas per viam exceptionis oppoſita non impedit executionem ſententiæ ſuper judicio poſſeſſorio.*

13 *Nullitas proveniens ex defectu ſolemnitatis Statuti, dicitur requirere altiorem indaginem.*

14 *Sententia ſuper alimentis mandatur executioni, non obſtante appellatione, quamuis incidenter cognitum fuerit de filiatione.*

15 *Exceptio anterioritatis repellit omnes alias in judiciis poſſeſſoriis.*

16 *Quando Conſtitutum appoſitum eſt in donatione, donatarius adverſus omnes poſteriora jura habentes manutenendus eſt.*

17 *Ex ſtatuto Avenionenſi, ſententia debet executioni demandari, quando lata fuit in favorem inſtrumenti publici.*

DVbia propoſita aduerſus quendam donatarium ad duo præcipuè capita reducuntur. Primò, quod ſententia lata in poſſeſſorio, videtur continere mixturam, propter quæſtionem nullitatis donationis factæ in fauorem ipſius, de qua tractatum fuit in cauſa. Secundò, propter concurſum tituli paris, nempe alterius donationis, quàuis poſterioris.

Quibus tamen non obſtantibus, ſententia mandari debet executioni, & procedendum in cauſa citra retardationem illius. Nam quod ad mixturam attinet, attendenda ſunt verba ſententiæ, quæ ſi non contineant deciſionem nullitatis expreſſam, ſed tamen tacitam, tunc non dicitur judicium mixtum, ſed conceditur executio, non obſtante appellatione: Rot. *diverſ. deciſ.*263. *num.*1. & 2. *part.*1. ubi dicitur hoc procedere, etiamſi in decurſu cauſæ fuerit plenè cognitum de nullitate: Seraphin. *deciſ.*603. *n.*1. Rot. apud Poſt. *deciſ.*221. *n.*5. & 6. 1

Et quod dictum eſt de mixtura, eodem modo procedit in complicatione cauſæ appellabilis cum inappellabili, quæ non nocet executioni, nec illam impedit, niſi expreſsè fuerit facta illius mentio in ſententia: † & non ſufficit quod id factum fuerit in narratiua ſententiæ, ſed neceſſe eſt quod mixtura, vel complicatio ſit in parte diſpoſitiua: Add. ad Ludouiſ. *deciſ.*232. *n.*6. 2 3

Quod autem ſententia, de qua agitur, non contineat mixturam, patet: quia cùm actum fuiſſet vigore contractus continentis clauſulam Conſtituti pro manutentione, & quatenus opus eſt, immiſſione in 4

poſſeſſionem bonorum donatorum, & donatarius vigore clauſulæ Conſtituti fuiſſet manutentus per decretum in eadem cauſa factum: deinde verò petitum inhibitiones vigore dictæ clauſulæ obtentas in vim contractus & conſtituti manuteneri, & fortiores decerni: tandem lata ſententia, fuit ordinatum contractum debitæ executioni demandandum eſſe, & inhibitiones manutenendas: nec de nullitate donationis facta fuit aliqua mentio in verbis diſpoſitiuis ſententiæ, & ſic non poteſt prætendi quod ſententia contineat mixturam, vel complicationem alicuius cauſæ appellabilis.

Quod autem attinet ad id quod opponitur de paritate tituli aduerſariorum, qui vel teſtamento, vel aliis donationibus (poſterioribus tamen) nituntur.

4 Reſponſio eſt in promptu. In primis enim quod ad teſtamentum attinet, certum eſt, donatarium cum clauſula Conſtituti præferendum etiam in poſſeſſorio adipiſcendæ aduerſus hæredem teſtamentarium, cùm remedia poſſeſſoria illi non competant, niſi pro bonis per teſtatorem tempore mortis ſuæ poſſeſſis: per text. *in l. final. C. de edicto D. Adriani.* Bona autem donata per teſtatorem non poſſidebantur tempore mortis; ergo non eſt audiendus hæres adverſus donatarium, ut bene notavit D. Argellus *de legit. contradict. q. 6. n. 5. &* 10. Oldrad. *conſ.* 134. *n.* 3.

5 Quod autem attinet ad alios donatarios tempore poſteriores, non poſſunt ſimiliter prætendere, quod appellatio per eos interpoſita ſuſpendat executionem ſub prætextu paritatis tituli: quia hoc procederet, ſi petitio ſingulorum donatariorum facta fuiſſet æquè principaliter, & omnes donatarii fuiſſent actores; tunc enim, quia Iudex debet proferre ſententiam ſuper petitionibus ſingulorum, tenetur etiam ſingulis concedere vel denegare immiſſionem; quam ſi denegauerit, datur appellatio à ſententia negatiua: ſi verò nec denegauerit, nec conceſſerit, datur appellatio ratione injuſtitiæ, quia Iudex tenetur ſuper ſingulis petitionibus ſingulariter in ſua ſententia prouidere: atque ita ſe explicat D. Argellus *in dicto tract. de legit. contradict. q. 2. artic. 6. n.* 202.

6 Atqui in caſu noſtro donatarius ſolus fuit originaliter actor, qui obtinuit inhibitiones vigore contractus & conſtituti: cæteri verò fuerunt rei, & comparuerunt tanquam ſe opponentes: & ſic Iudex non tenebatur, nec debebat expreſſam mentionem facere de validitate tituli ipſorum, qui non per viã actionis, ſed per viam exceptionis propoſitus fuit, vt *ibi* tradit Argel. *& n.* 205. *verſ.* 4. in illis verbis, *quia uterque æquè primo judicium executivum intentat.*

Prætereà dicti donatarii poſteriores comparuerunt eo tempore, quo actor jam poſſidebat, provt in effectu fuit declaratus verus poſſeſſor, & manutentus in poſſeſſione bonorum, per decretum in

7 hac cauſa factum in judicio contradictorio. † Vnde alii prætenſi donatarii volentes impedire continuationem poſſeſſionis ipſius actoris, qui jam poſſidet, licèt antea eſſent rei, hodie ſunt actores, & primus donatarius poſſeſſor declaratus, effectus fuit ex actore reus: & ideò aduerſarii non ſunt audiendi in judicio poſſeſſorio, ſed producentes aliud teſtamentum, & aliam donationem, redire debent ad judicium petitorium: ut pluribus comprobat Argel. *dicta q. 2. art. 3. n.* 123. *& ſeqq. & n.* 137. quia primus donatarius habet poſſeſſionem & titulum: ergo cæteris paribus præferêdus eſt. Argel. *ibid. n.* 139. nec à ſua poſſeſſione amouendus eſt, quamuis ex aduerſo productio facta fuiſſet paris tituli: ſed de hoc titulo ab aduerſariis prætenſo cognoſci debet in petitorio, ut in propriis terminis decidit Rota, loquens de concurſu duorum teſtamentorum, *deciſ.* 178. *n.* 31. *&* 32. apud Duran. † adeo ut ſufficiat ſola etiam poſſeſſio inſtrumentalis, Rot. apud Marcheſan. *deciſ.* 47. *fol.* 991. *part.* 1. ubi dicit hoc procedere quando tempore executionis, ſeu immiſſionis nihil fuit oppoſitum: † & *deciſ.* 17. *fol.* 436. ubi dicit quod aduerſarii cùm non poſſiderent, non erant citandi tempore immiſſionis.

Vnde non obſtant ſimiliter, quæ opponuntur ex Menoch. *remed.* 4. *adipiſcend. poſſeſſ. num.* 856. Quia ipſemet ſe explicat *n.* 862. nempe, ut locum habeat quando exceptio concernens petitorium fuit admiſſa, cùm tamen admitti non debuiſſet, quia imputandum eſt illi qui paſſus eſt cognoſci de petitorio: ſed in caſu noſtro nulla petitorii cognitio adhibita fuit, niſi ad effectum poſſeſſorii, juxta mentem Rotæ *deciſ.* 263. *part.* 1. *diverſor.*

Rurſus Menochius loquitur, quando adest probabilis dubitatio reuocationis prioris teſtamenti: ut per eund. *num.* 861. quod in caſu noſtro procedere non poteſt.

Præterea Menochius intelligendus eſt, & loquitur in caſu, quo vterque veniens ex diuerſo teſtamento, petit ſe immitti, in quo caſu nos non verſamur, cùm primus donatarius ſit verus poſſeſſor, & talis declaratus, ut jam dictum eſt, & cæteris paribus poſſidens cum titulo notoriè anteriori, ſit præferendus ex ſupradictis. Præſertim quia donator per Conſtitutum in prima donatione appoſitum, facto ſuo ceciderat à poſſeſſione, *illamque tranſtulerat* in primum donatarium: juxta *l. quod meo, ff. de acquirend. poſſeſſ.* & ſic poſteriores donatarii nulla poſſunt intentare remedia poſſeſſoria, ſicut non competiiſſent donatori, qui facto ſuo à poſſeſſione ceciderat: Mantic. *deciſ.* 33. *n.* 13.

Ex his patet, quod cum actum fuerit vigore clauſulæ Conſtituti, licita non eſt appellatio ſuſpenſiva, juxta *conſilium* Caſtrenſ. 43. *n.* 4. ubi dicit quod quando de nullitate cognitum fuit tantùm per viã exceptionis, non autem per viam actionis, & judicii principalis, tunc ſententia poſſeſſoria mandatur executioni, non obſtante appellatione. Quod maximè dicit verum, quando petens non agit ad poſſeſſionem juris, ſed petit tolli moleſtiam facti, ſicut egit dictus donatarius pro adipiſcenda tenuta factiuam poſſeſſione juris, quam priùs adeptus fuerat per clauſulam Conſtituti: atque ita concludit Caſtrenſis. † Mantica verò, quia nullitas quæ proponebatur ex defectu ſolemnitatis ſtatutariæ, requirere dicitur alteram indaginem: Rot. *deciſ.* 217. *n.* 23. *part.* 5. *recent.* Videtur ergo in caſu noſtro pronunciatum ſuper validitate iſtius ſcripturæ, ad finem & effectum judicii poſſeſſorii principaliter intentati, ut actor conqueretur corporalè tenutam, † ſicut cùm petitur alitur ſuper alimentis in fauorem illius, qui ſe filiũ aſſerit, quia ſuper filiatione videtur pronunciari ſolùm quoad finẽ alimentorũ: eandéque ſententiã tenuit, & probat Salg. *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 12. *n.* 107. *ad* 110. Rot. Rom. *deciſ.* 857. *n.* 2. *& part.* 4. *diverſ.*

Confirmantur prædicta, quia certum eſt, quod in remediis poſſeſſoriis exceptio anterioritatis concediti habet vim repellẽdi quoſcumque immiſſionem petentes, Mantic. *deciſ.* 69. *n.* 1. Pacific. *de Salvian. ſpect.* 3. *c.* 4. *num.* 25. † & in Conſtituto in donatione appoſito, Rot. *deciſ.* 150. *n.* 8. *part.* 7. *recent.* in terminis Rot. *deciſ.* 308. *n.* 6. 7. *&* 8. *part.* 5. *recent.*

Et præmiſſa omnia ſine dubio locum habent, ſi actum fuiſſet ſimplici poſſeſſorio: ſed caſus noſter valde diuerſus eſt, fuit enim actum vigore contractus,

contractus, & clausulæ Constituti in eo appositæ, vigore Statuti præsentis Ciuitatis, concedentis executionem paratam instrumentis publicis, & mandantis procedendum esse ad executionem sententiæ latæ in fauorem instrumenti, non obstantibus oppositionibus, appellationibus, & inhibitionibus; & quod si tertius se opponat,etiam tanquam dominus,vel quasi; seu tanquam possessor,vel quasi,admittitur quidem oppositio & exceptio dominii; sed si tertius ille succumbat, sententia mandatur executioni, non obstante quod de dominio cognitum fuerit: vt patet *lib.2.Statut.rubr.21.artic.4.* Ergo concludendum est, nos versari in casu executionis instrumenti donationis continentis clausulam Constituti, & sic in terminis Statuti, & per consequens sententiam non obstante appellatione executioni demandandam esse.

CAPUT CLXXIII.

Quamvis, hærede ante testatorem decedente, testamentum fiat caducum, & substitutiones sequentes evanescant, illud tamen locum non habet, quando in testamento apposita fuit clausula codicillaris,quæ sustinet substitutiones.Hæredis institutio non probatur per verba enunciativa incidenter prolata. Minor propter juramentum validè obligatur, sed si fuerit enormiter læsus, habet remedium restitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Si gravatus præmoriatur testatori, institutio & substitutiones fideicommissariæ subsequentes caducantur, & corruunt.*
2 *Si in testamento adsit clausula codicillaris, illud sustinetur, quamvis hæres institutus prædecesserit.*
3 *Electioni satisfactum dicitur per generalem hæredis institutionem.*
4 *Nulla facta electione omnes eligibiles admittuntur ad successionem.*
5 *Verba enunciativa alicujus dicentis se instituisse aliquem suum hæredem, nihil probant.*
6 *Testamentum, in quo filij reducuntur ad æqualitatem, difficilius revocatur.*
7 *In testamento inter liberos adest tacita clausula derogatoria.*
8 *Minor obligatur propter juramentum: si tamen sit enormiter, aut enormissimè læsus, competit illi restitutio in integrum.*
9 *Læsio non potest considerari in renunciatione quæ fit intuitu ingressus in Religionem, secus si fiat respectu sacerdotij.*

SEquentes proponuntur difficultates super successione cuiusdam Iurium Doctoris, necnon eiusdem, dum viueret, vxoris.

Prima consistit in eo,quod dictus testator condito testamento, vxorem suam hæredem vniuersalem instituit quandiu ipsa victura esset in mundo sub nomine ipsius testatoris, onerando tamen & grauando ipsam de restituendo totam hæreditatem suam sine detractione alicuius Quartæ, aut alia quacumque, in casum mortis, vel secundarum nuptiarum, Francisco, & aliis liberis masculis, natis, aut nascituris, quibus sustituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum superuiuentem, aut superuiuentes ipsorum: & procedit ad alios gradus substitutionum.

Cumque dicta vxor & hæres prædecesserit marito, videtur quod substitutio fuerit facta caduca; ideo quæritur quid juris.

Vera resolutio est, quod regulariter quando hæres institutus moritur ante testatorem, hæredis institutio remanet caduca, & eodem modo omnes substitutiones fideicommissariæ appositæ in testamento euanescunt. Vnde cùm substitutio,per quam vxor fuit grauata, sit merè fideicommissaria, & facta per verba merè obliqua, verum est juxta regulam illam generalem, substitutionem factam de liberis testatoris, & omnes alias sequentes penitùs expirasse: Gabriel.*conf.117.num.29. vol.1.*Peregrin. *de fideicomm.art.15. num.19.* Alex. *conf.1.n.7. vol.1.* & ita supponit Rot. *decis.332.num.7. vers.& satis est ad istum effectum: & decis.403. num.12. vers. ubi refert quod illa doctrina: part.2. recentior.* 1

Sed tamen aduertendum est, quod illa doctrina procedit quidem regulariter: Verùm quando in testamento adest clausula codicillaris, provt in testamento de quo agitur, tunc sustinetur testamentum, & illi qui succedunt ab intestato hæredi grauato, censentur grauati de restituendo substitutis per fideicommissum vocatis in vim dictæ clausulæ: Gomes.*lib.1.variar.resolut.cap.5.n.8. vers. tertiò limita*, Bart. *de succeff. lib.8. cap. ult. numero 22. vers. quæ opinio.*: Vincent. de Franch. *decis.156. num.1.* Seraph. *decis.943.num.2.*Menoch. *conf.106.n.395.* 2

Et per consequens hæreditas æqualiter relinquenda est omnibus masculis dicti testatoris, absque detractione Trebellianicæ, quæ expressè reperitur prohibita in dicto testamento. 3

Secunda inspectio versatur circa testamentum vxoris, quæ maritum hæredem instituit, cum onere restituendi tali, vel talibus ex liberis suis masculis, vel fœminis, provt ipsi placuerit, in totum vel in parte, cum substitutionibus sibi benevisis.

Vnde cùm dictus maritus decesserit nulla facta electione, videtur dicendum quod testamentum vxoris debeat remanere sine effectu.

Nihilominùs tamen contrarium concludendum est: quia cum superiùs concluſum fuerit, testamentum paternum subsistere, hoc sufficit ad hoc vt dicatur electionem & nominationem fecisse, vt communi consensu concludunt DD. quos citaui *in his quæstionib. civilib. cap.50. num.20.* Super quo quid fuerit in Gallia judicatum, refert Claud. des Henrys *lib.5.c.3.q.16.*

Immò cum electio committa fuerit marito, casu quo ipse non elegisset, omnes liberi æqualiter admittendi essent, quia lex censetur nominare omnes eligibiles, illosque eligere: Cyriac. *controuers. 548.n.64.* juncto *num.48.* & dixi *in dictis quæstionib. civilib.cap.52.n.1.& 3. p.1.* 4

Tertia inspectio versatur circa declarationem dicti mariti per epistolam factam,per quam declarat se instituisse hæredem vniuersalem filium suum: ideo quæritur,vtrùm illa declaratio subsistat, maximè cum prætendatur, illum similem declarationem fecisse sæpiùs, & coram pluribus testibus.

Respondetur, verba illa enunciatiua non dis-

ponere, quia lex requirit expreſſam diſpoſitionem: vt concludit Nicolaus à Genua *in tract. de verb. ennnciat. lib.2. quæſt.20. num.4. & per totam*, præſertim quando verba enunciatiua ſunt incidenter, & propter aliud prolata; idque maximè, ſi præcederet teſtamentum cum debitis ſolemnitatibus conditum, & cum legitimo teſtium numero, quod erat fauorabilius omnibus liberis, & illos
6 reducebat ad æqualitatem, † & propterea difficiliùs reuocatur: vt dicunt DD. *in authent. hoc inter liberos, Cod.de teſtament.* Simon de Præt. *lib.4. interpret.3.dubit.2.num.5.* Cancer. *lib.3.cap.20.n.422.*

7 Præterea ſtante clauſula derogatoria, quæ forſan continetur in dicto teſtamento paterno, aut ſi expreſſa non fuerit, ſubintelligitur fauore liberorum, poſterior illa aſſerta diſpoſitio non poteſt valere in præiudicium dictæ clauſulæ derogatoriæ, cum nullam ipſius contineat derogationem: Mantic. *de conject. lib.6.tit.2.n.25.* juncto *n.31.*

Vltima inſpectio verſatur circa renunciationem factam per vnum ex teſtatoris liberis, omnium jurium paternorum & maternorum, mediante conſtitutione patrimonii Eccleſiaſtici per patrem eidem filio ſuo facta.

Concludendum eſt, dictam renunciationem non poſſe impugnari ex capite nullitatis, ratione minoris ætatis; quia propter juramentum in illo contractu appoſitum, dictus renuncians fuit effectus de minore major: *authent. ſacramenta puberum, Cod. ſi adverſus vendit.*

8 Sed tamen veriſſimum eſt, dictum minorem poſſe reſtitui in integrum, ſi doceat de læſione enormi, & multò magis ſi de enormiſſima, tum ex capite metus reuerentialis, qui ſufficiens eſt ad reſciſſionem contractus, ſi cum eo concurrat enormiſſima læſio: Farinac. *in fragmentis, in verbo,*
9 *Metus, n.130.* ubi plures allegat: † tum etiam, quia licèt non poſſit allegari læſio in renunciatione facta intuitu ingreſſus in Religionem, tamen quando agitur de renunciante propter adeptionem beneficii ſæcularis, veluti Canonicatus, aut ſimilis, quæ non fuit facta contemplatione ingreſſus in Religionem, certum eſt locum eſſe reſciſſioni, ſi conſtet de læſione: vt probat Morotius *conſ. 28. num.11. & per totum.*

CAPUT CLXXIV.

Donatarius omnium bonorum, vel quotæ, tenetur duntaxat ad contribuendum pro rata ad ſolutionem debitorum, quæ tempore donationis jam concepta erant. Si verò ſit donatarius quotæ cum ſuis oneribus, tenetur ad ratam acquiſitionum per donatorem poſt donationem factarum. Verùm ſi donator voluerit ipſum teneri ad debita actiua & paſſiua, tenetur ad omnia, ſi dictum fuerit de præſentibus & futuris. Donator poſt perfectam donationem poteſt ſuam intentionem dubiam declarare.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius univerſitatis, vel quotæ, tenetur pro rata ad ſolutionem debitorum exiſtentium tempore donationis.*

2 *Donatarius quotæ cum ſuis omnibus, tenetur ad debita poſt donationem contracta, quando donator fecit acquiſitiones æquivalentes.*

3 *Si in donatione dictum ſit donatarium ſuccedere habere in omnibus debitis, tam actiuis, quam paſſiuis, præſentibus, & futuris, tenetur ad debita poſt donationem creata.*

4 *In dubio, legatum nominum intelligitur de ijs, quæ teſtatori debentur.*

5 *Quid ſi in hæreditate aderant debita tam actiua quam paſſiua? res eſt dubia: ſed ceſſat dubium, ſi teſtator id expreſſerit.*

6 *Donator poteſt ſibi reſervare facultatem diſponendi de bonis donatis, etiam in donatione inter vinos.*

7 *Donator poſt perfectam donationem, licèt illam revocare nequeat, tamen poteſt illam declarare.*

8 *Donando bona ſua, in quibus erant commixta alia, quæ electioni erant ſuppoſita, cenſetur donatarium elegiſſe.*

9 *Quod procedit, ſive donatio ſit univerſalis, ſive quotæ.*

10 *Debita etiam chirographaria debent ſolvi per donatarium quotæ, etiam futura, & poſt donationem creata, ſi donatarius ſit de illis oneratus in donatione.*

SVpponitur in facto, *patrem filio ſuo contemplatione matrimonii* domum ſuam, necnon etiam medietatem omnium & ſingulorum bonorum ſuorum mobilium, immobilium, jurium, & actionum, jurium dominicalium, & debitorum actiuorum, & paſſiuorum, præſentium, & futurorum quorumcunque, donaſſe inter vivos, vſufructu ſibi durante vita reſervato.

Ex qua donatione variæ quæſtiones decidendæ proponuntur.

Et primò quidem, vtrum filius donatarius teneatur ad ſolutionem debitorum omnium per patrem, etiam poſt donationem contractorum.

Secundò, vtrùm ſtante dubio circa interpretationem dictæ donationis, licitum fuerit patri poſt duodecim annos interpretari, & declarare.

Tertiò, vtrum legatum 500. ſcutorum per patrem factum dicto eorum communi filio, cenſetur comprehenſum in donatione vniverſali meitatis illis per patrem factæ, attento quod ipſe pater erat hæres vniverſalis ſuæ vxoris, grauatus de reſtituendo ejus hæreditatem vni, vel pluribus eorum communibus liberis ad ejus electionem, & quod de tempore donationis factæ per patrem ſcilicet co, ejus vxor erat mortua, & aderant duo alii liberi, quibus, ſeu cuilibet ipſorum eadem mater ſua aureos teſtamento legauerat.

Ad primam quæſtionem reſpondetur, certum eſſe quod donatarius vniverſitatis, ſeu quotæ, tenetur ad debita tempore donationis contracta: ad notata *in l.aris alieni, Cod.de donat.* quia bona intelliguntur deducto ære alieno: *l.ſubſignatum, §.fin. ff.de verb.ſignific.* Corn. *conſ.289.n.4. vol.4.* Mantic. *de tacit.conuent.lib.13.tit.25.n.7.*

Certum etiam eſt, quod donatarius quotæ cum ſuis oneribus, tenetur ad debita poſtea contracta, quando donator fecit acquiſitiones æquivalentes debitis poſtea contractis: Maynard. *lib.2. cap.* facit doctrina Bartoli *in l.ſi filius, num.2. ff. ad Trebellianum,* & Gratian. *diſcept.247. n.57.* Corn. *conſ.* num.

*num.*8. *vol.*2. Rot. *decis.*233.*part.*2.*diversor.* Tusch. *in verbo, donatio, conclus.*648.*n.* 66.

3 Sed difficultas casus propositi restringenda est ad alia verba donationis, quibus donator declarat se donare Francisco filio omnia debita, tam actiua quàm passiua. Verùm resoluendum est,donatarium teneri ad solutionem æris alieni post donationem contracti, cùm adiecta fuerit illa clausula donationis debitorum actiuorum & passiuorum, præsentium & futurorum quorumcunque: debita siquidem quædam sunt actiua,alia verò passiua: † vt di-
4 stingunt DD. *in rubr.Cod.de rebus creditis*, & nominatim Sicard. *num.*6. in dubio nomen debitorum donatum, vel legatum, intelligitur de debitis actiuis: veluti si testator dicat, *Lego Titio omnia debita mea*,intelligitur de illis quæ ipsi testatori debentur: text.est *in l.si servus* 121. §. *qui Margaritam*, *ff. de leg.*1. & tradit Bald.*in dicta rubric.de reb. credit.n.*3. Quod verum est, quando in hæreditate solum
5 aderant credita, † sed quando in ea erant debita & credita, quæstionem dubitabiliorem esse existimat Salicet.*in dicta rubr. num.*3. *in fine.* Sed cessat dubitatio, quia donator expressè voluit onerare donatarium debitis etiam passiuis,non solùm præsentibus,sed etiam futuris; & ideo cùm versemur in claris,non est recurrendum ad coniecturas: *l.continuus*,
6 §.*cum ita*, *ff. de verbor. obligat.* † Potest enim donator hanc donationi legem adjicere, vt de bonis donatis ad libitum inter viuos, vel causa mortis disponere possit,& si disponat, dispositio erit valida: vt testatur Natt. *cons.*118. *num.*3.*& seqq* Mantic. *de tacit.convent.lib.*13.*tit.*47.*num.*4.Si potest disponere de rebus donatis, ergo potest etiam hypothecare, vel obligare in præiudicium donatarii.

7 Ad secundam quæstionem respondetur, quod licèt donator post perfectam donationem, non possit illi præiudicare, nisi hoc sibi reseruauerit, vt suprà dictum est; tamen potest, si aliqua adsit ambiguitas, aut dubitatio, declarare qualis fuerit ejus intentio tempore donationis, & ejus declarationi etiam ex post factæ standum est, vt per Cravet.*cons.*134.*num.*4.Castrens.*cons.*343.*num.*2.*in fine*, *versic. nam quandocumque*, *vol.*1. vbi dicit quod verba donationis inter viuos dubia declarantur per concedentem, siue declaratio fiat inter viuos, siue in vltima voluntate: Tusch. *littera D*, *concluf.* 626. *num.*24.

8 Ad tertiam quæstionem respondetur, quod cùm pater haberet ex testamento vxoris facultatem eligendi vnum, vel plures ex liberis, censetur filium donatarium elegisse, faciendo illi donationem medietatis omnium bonorum suorum,in quibus bona vxoris erant confusa & comprehensa, Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4.*gloss.*5. *num.* 64. Idem *decis.* 467. *num.*6. *& sequent.* & ostendi suprà, *part.*1. *in istis quæstionibus civilibus*, *cap.* 50. *numero* 21. *& sequent.*

9 Neque fieri debet differentia inter donationem vniuersalem omnium bonorum, & illam quæ facta fuit duntaxat de medietate. Quia quemadmodum per institutionem hæredis, vel donationem vniuersalem, censetur quis electus vniuersaliter, vigore facultatis eligendi sibi datæ; ita per institutionem, vel donationem medietatis, censetur facta electio pro medietate: per textum expressum *in l. unum ex familia* 69. §.*si duos*, *ff.de legat.*2. vbi quærit Iurisconsuitus quid sit dicendum, si grauatus nulli reliquerit, sed duos tantum de familia hæredes scripserit, vtrùm hi quasi nominati, seu electi, rem illã consequi debeãt,perinde ac si expresse electi fuissent; an verò omnes de familia sint audiendi, quasi nullus fuerit nominatus? Et respondet Iurisconsultus, pro iis quidem portionibus, quia jure hæreditario retinent, eos fideicommissum obtenturos: & *ibi* notat Bartol.*num.*2.*&* 3. & plures allegat Caldas *de jur. emphyteut. tit. de nominat. lib.*2. *q.*7. *num.*1.

Ideo bona materna confusa cum paternis per aditionem hæreditatis sine inventario, pertinebunt ad donatarium, à se ipso deducenda, unà cum quingentis aureis sibi prælegatis, tanquam à donatario medietatis bonorum paternorum, quam donator voluit omnibus debitis actiuis, & passiuis, præsentibus & futuris onerare. † Cujus oneris ea 10
virtus est,ut omnia debita pro medietate deducantur de donatione, sive hypothecaria, sive chirographaria: ex notatis per *decis.* Rotæ Romanæ 119. *n.*3.*&* 4. *part.*7. *recent.*

CAPUT CLXXV.

De debitore obærato, qui post obtentam à creditoribus suis chirographariis dilationem quinquennalem, vendidit quædam bona uni ex dictis chirographariis, qui vult pretium bonorum venditorum, tam extans quàm jam extinctum, compensare, & respectivè retinere pro satisfactione sui crediti: & probatur, talem compensationem, seu retentionem non posse subsistere in præjudicium aliorum creditorum; præsertim stante mala fide tam emptoris, quàm venditoris, qui notitiam habebant dictorum creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta in fraudem paratæ executionis non subsistit.*

2 *Tertius qui se opponit executionibus creditorum, debet docere de sua justa possessione.*

3 *Tertius qui emit in fraudem paratæ executionis, conveniri potest recta via, maximè si debitor non sit solvendo.*

4 *Compensatio fieri non potest, quando pretium extat in manibus illius qui simul est emptor & creditor, nec ante adventum temporis solutionis.*

5 *Creditores agere possunt recta via contra nomen debitoris nondum exactum, & nondum compensatum.*

6 *Pretium succedit loco rei in subsidium, quando debitor non est solvendo.*

7 *Excussio bonorum debitoris non est necessaria, quando debitor notoriè non est solvendo.*

8 *Qui in aliquo actu facit mentionem alicujus instrumenti, cum expressione anni, diei, & notarij, præsumitur sciviſſe totum instrumentum.*

9 *Recipiens solutionem in vim alicujus instrumenti, præsumitur illius notitiam habuisse.*

10 *Compenſatio & datio in ſolutum à ſciente facta, non poteſt eſſe valida in præjudicium anteriorum creditorum, ſed illis datur actio ad pretium nondum conſumptum.*

11 *Pecunia dicitur extare, quando debitor deſiit dolo illam poſſidere.*

12 *Et hoc caſu creditores habent electionem, utrum agere velint ad rem, vel ad pretium.*

13 *Creditores agere poſſunt via executiva contra pretium quod eſt apud emptorem bonorum debitoris.*

14 *Creditores poſſunt experiri via executiva contra debitorem ſui debitoris obligatum per inſtrumentum executivum.*

15 *Stante mala fide, pecunia quamvis conſumpta cenſetur extare.*

16 *Retentio non datur quando res aliqua deuenit ad creditorem vitio affecta.*

QUidam mercator tranſegit cum ſuis creditoribus, & promiſit illis, tam qui conventionem ſubſcripſerant, quàm qui non ſubſcripſerant, notario pro abſentibus ſtipulante, ſoluere omnes ſummas per ipſum debitas intra tempus quinquennii, per quinque ſolutiones æquales, ſingulis annuis ſolutionibus, ea tamen conditione, vt ſi in vna ſolutione deficeret, cogi poſſet pro toto debito. Item quod non fieret præiudicium creditoribus hypothecariis ipſius, caſu quo non adimpleret contenta in dicta conuentione.

Item quod in illa non comprehenderentur creditores annuorum reddituum debitorum per ipſum, quia ipſi noluerunt aſſiſtere, nec conſentire dictis conuentionibus: & alias provt latiùs patet in inſtrumento ſumpto per notarium publicum.

Poſtea verò idem debitor vendidit Domino Horatio quoddam ſuum rus pretio inter eos conuento decem millium librarum, ex quibus dictus emptor promiſit ſoluere quatuor mille libras conuertendas in extinctionem annuorum reddituum, quibus ipſe venditor erat obligatus. Et quia dictus emptor erat creditor eiuſdem venditoris in pluribus magnis pecuniarum ſummis, quas ipſi tenebatur ſoluere, ſicuti & aliis creditoribus in quinque ſolutionibus annualibus, ideò fuit conuentum quod dictus emptor non poterit cogi quocunque tempore per dictos creditores, aut aliam quamcunque perſonam ad ſolutionem ſex mille librarum reſtantium de dicto pretio, imò illas ſibi retinebit, & compenſabit, *année par année*, pro quinta parte dictarum ſummarum, qualibet die 16. Decembris: & interim ne ſimul fruatur re, & pretio, ſoluet fructus dicti pretii ad rationem quinque pro centenario, diminuendo tamen pro rata illius annuæ compenſationis: *Et fait que ſera le payement de dix mille livres en la forme que deſſus*, dictus venditor liberauit, & quittauit eundem emptorem de toto ruris venditi pretio. In conſequentiam cuius inſtrumenti emptor confeſſus fuit die 16. Aprilis tunc ſequentis recepiſſe à venditore 1258. libras, pro prima quinta parte ſolutionis, cuius dies ceſſerat juxta conuentionem prædictam, mediante compenſatione partis pretii dicti ruris. Sed antequam ſecundus terminus ſolutionis euenitet, ipſe venditor vita functus eſt, ſtatimque poſt ejus obitum multi creditores inſurrexerunt, credita ſua judiciaſiter petentes, & inter cæteros ipſemet emptor ruris, qui in ſententia graduatoria, ipſo, ſeu procuratore per ipſum conſtituto vocato lata, collocatus fuit in vltimo gradu inter chirographarios creditores: tandemque in contradictorio condemnatus de deponendo reſiduum dicti pretii ſupradicti ruris, illud depoſitum in manibus depoſitarii per eum nominati. Nunc quæritur de duobus.

Primò, vtrùm creditores ſint fundati in petenda relaxatione dicti depoſiti, quoad ſolutiones dicti pretii ruris maturatas poſt obitum venditoris, & concurſum creditorum illius.

Secundò, vtrùm ſint fundati, etiam quoad ſolutionem maturatam pro quinta parte, viuente venditore, poſt dictam creditorum conuentionem, non obſtante compenſatione facta per inſtrumentum publicum, inter ipſos emptorem, & venditorem.

Antequam verò ad dictarum quæſtionum reſolutionem veniamus, ſupponendum eſt in primis nullam in hoc negotio eſſe difficultatem reſpectu creditorum, qui noluerunt dictæ conuentioni conſentire, nempe eorum, quibus venditor erat obligatus ad annuos, & perpetuos reditus. † Quia quoad ipſos pignoratio generalis, & executiones factæ contra bona dicti venditoris, quarum emptor notitiam habebat, ſemper in ſuo robore remanſerunt, & illis non fuit præiudicatum per venditionem poſtea factam in fraudem paratæ executionis: juxta tradita per Rip. *in l. 1. §. ſi habet, n. 22. ff. ad Trebellian.* †. Tertius enim ad impediendam executionem creditoris juſtam debet oſtendere poſſeſſionem: ex Bald. *in l. ob maritorum, Cod. ne uxor pro marito*: Couar. *pract. qq. c. 16. n. 4. verſ. Sextum majorem dubitationem habet*: & ideo, inquit Couarr. executio fieri debet etiam quoad poſſeſſionem: *ita quidem, vt huic tertio* res auferatur, non obſtante contradictione. Præſertim verò hoc locum habet, quando debitor remanſit non ſoluendo: Caualcan. *deciſ. 16. n. 7. & 8.* † ubi dicit quod hoc caſu non eſt agendum reuocatoria: Cancer. *lib. 3. var. reſolut. cap. 17. de ſentent. & re judicata, n. 461. 462. & ſeqq.* vbi amplius dicit hoc procedere, etiamſi emptor non fuiſſet particeps fraudis; & ſubdit ſufficere quod ille Tertius compareat in iſto judicio executionis.

Hoc ita præſuppoſito, quoad primum caput, nempe quoad ſolutionem, & compenſationem ſummarum maturatarum poſt obitum venditoris, & concurſum creditorum, res videtur expedita in ſuorem ipſorum. † Quia cùm dies ſolutionis nondum eueniſſet, non poterat fieri compenſatio, nondum debitæ; ſiquidem in contractu venditionis non fuit conuentum, quod compenſatio fieret tum, ſed *année par année*. Rectè igitur cogi poteſt ſoluere pretium nondum compenſatum, nec conſumptum juxta *deciſ.* Rot. 157. *poſt conſil. Farinac. n. 4. in fin.* ibi, *vel ut dicebat*: ubi citat Afflict. *deciſ. 190.*

Et licet dictum fuerit, quod venditor, aut ejus creditores, aut aliquis alius non poſſent vllo vnquàm tempore moleſtare emptorem pro illis ſummis pretii reſtantis; tamen hoc non poteſt creditoribus nocere, quia vna pars contractus aliam decipiendum dicitur quod emptor non poterit moleſtari per creditores, *en quel temps que ce ſoit*, & illa verba explicanda ſunt per ſequentia, & intelligenda, ſunt præſuppoſitis habilibus: nimirum, quod nulla poteſt fieri petitio, adueniente videlicet tempore debitæ compenſationis, alioqui contractus contineret contradictionem, quia oporteret ſtatim fieri compenſationem, cùm pacto expreſſo in eodem contractu conuentum fuerit, illam non fieri niſi poſt annales ſolutiones intra quinquennium faciendas.

Imò pactum illud, quod emptor non poterit agi per alios creditores, clarè demonſtrat ipſum ſcire quod aderant alii creditores, & quod alienatio & compenſatio facta fuit animo præiudicandi aliis creditoribus

5 toribus. † Unde sequitur, creditores recta via agere potuisse contra nomen nondum exactum, & nondum compensatum, ex traditis per Surd. *cons.*436. *num.*10. ubi sic ait: *Poterit creditor anterior revocare donationem in solutum factam de nomine debitoris, quamvis ea datio importet solutionem, & debitorem cedentem liberet.* Tale namque nomen, si nondum sit exactum, perinde habetur ac si esset in pecunia à creditore suo debitori soluta, sed nondum commixta, vel consumpta, & eodem jure. Quare sicut Domina Barbara vigore suæ anterioris hypothecæ posset pecuniam à suo marito solutam consequi, si tamen extaret, & non esset consumpta: ita poterit debitorem sibi obligatum, qui tamen nondum solverat posteriori, non obstante delegatione convenire, quasi res soluta adhuc extaret: & ad hoc eundem Surdi locum refert & sequitur Castil. *controvers. lib.*4. *cap.*61. *& ult. n.*88. ubi concludit, nomen debitoris datum in solutum, ubi nondum fuit exactum, perinde haberi ac si pecunia esset à debitore creditori soluta, sed nondum commixta, vel consumpta.

Sed in hoc primo capite non videtur diutiùs insistendum, cùm in fortiori casu, nempe in secundo capite, quod concernit solutionem maturatam vivente venditore, fundatam esse creditorum intentionem, ex sequentibus manifestè appareat.

6 Primò enim vera est in jure regula, quod licèt pretium non succedat loco rei in judiciis singularibus; tamen in subsidium, quando venditor non est solvendo, tunc pretium succedit loco rei, & sic actio quæ dabatur contra rem, datur contra pretium in illius locum subrogatum. Duran. *decis.*63. *n.*4. & in hoc consistit natura hujus subsidiarii remedii. Thesaur. jun. *lib.*2. *q.*16. *n.*3. Burat. *decis.*874. *num.*4. †

7 & ideo non est necessaria excussio bonorum debitoris quando notoriè constat, ipsum non esse solvendo, ut tradit Burat. *loco cit.*

8 Secundò, quia dictus emptor negare non potest, quin de tempore dictæ venditionis, & dationis in solutum, habuerit notitiam creditorum anteriorum, & omnium facultatum venditoris, cùm in instrumento concordiæ appareat, illum convocatis omnibus venditoris creditoribus, ipsis nomine ejusdem proposuisse de dimittendo omnia bona sua pro illorum satisfactione: sicut de tenore deliberationum factarum inter dictos creditores, cùm appareat eundem emptorem adstitisse, & præsentem fuisse dictis congregationibus, & expressè in dicto instrumento concordiæ conservata sunt jura anteriorum creditorum, casu quo debitor conventionibus non satisfaceret, prout non satisfecit: cujus quidem instrumenti ignorantiam emptor prætendere non potest, cùm illius expressam mentionem fecerit in dicto contractu venditionis, & in instrumento primæ solutionis, seu compensationis quintæ partis primi anni, & in illius exequutionem receperit dictam solutionem quintæ partis: quia faciens mentionem alicujus instrumenti, maximè cum expressione anni, diei, & Notarii, præsumitur totum illius tenorem sciviſse. Alex. *cons.*181. *n.*4. *vol.*7. Surd. *decis.*4. *n.*8. *& decis.*216. *n.*43. *versic. Benè admitto*, Mascard. *concl. mihi* 1299. *n.*10. idem Surd. *cons.*4. *n.*46.

9 Imò, quia in illius exequutionem recepit solutionem illius quintæ partis, præsumitur non solùm sciviſse, sed etiam omnia in eo contenta approbasse. Menoch. *remed.*15. *recuper. possess. n.*119.

10 Et per consequens cùm venditio facta fuerit à debitore sciente se multis obnoxium creditoribus anterioribus, emptori scientiam anteriorum hypothecarum habenti, alienatio & compensatio, seu datio in solutum facta ipsi de suo debito proveniente ex pretio dicti ruris, etiam quoad primum terminum non subsistit; sed datur, ea non obstante, creditoribus actio ad pretium ruris alienati, quamvis medio prætensæ compensationis consumptum, ut clarè admittunt omnes Doctores de hac materia tractantes, & inter cæteros Thesaur. junior *d. lib.*2. *q.*16. *num.*3. Fontanel. *de pact. nuptial. clausula* 5. *glossa* 8. *parte* 7. *num.*22. *fol. mihi* 151. *tom.*2. † ubi dicit hoc 11 casu agi contra pecuniam, quamvis consumptam, quasi is qui solutionem recepit, dolo desierit possidere. Surd. *cons.*4. *num.*45. † & actor habet electio- 12 nem agendi ad rem, vel ad pretium, prout sibi placuerit. Duran. *d. decis.* 63. *num.*8. Idem tradit Pacificus *de Salviano interdicto, inspect.*3. *cap.*2. *num.*250. ubi quod hoc casu adversus pecuniam agi potest, perinde ac si extaret. Sequitur itaque, creditores recta via agere potuisse, & rectè egisse contra dominum emptorem pro solutione pretii dicti ruris, ut ex eo anterioribus venditoris creditoribus satisfiat.

Neque obstat quod opponitur, debuisse præcedere actionem revocatoriam, non autem via exequutiva contra emptorem tertium possessorem agi potuisse.

Respondetur enim, quod cùm creditores hypo- 13 thecarii habeant omnia bona dicti debitoris sibi obligata, & nomen hoc, sive debitum pretii ruris venditi sit ipsis obligatum, Surdus *cons.*4. *num.* 19. *& seqq.* sine dubio potuerunt agere contra debitorẽ sui debitoris in forma Cameræ obligatum, etiam via exequutiva, quamvis ipsi non sint in illo instrumento facto inter emptorem & venditorem nominati. Zach. *de obligat. Camer. quæst.*5. *num.*35. *l. etiam nomen, C. de exequut. rei judic.* Rota apud Zach. *decis.*7. *num.*1. & sic non agnoscunt emptorem uti tertium possessorem, sed uti debitorem sui debitoris: † creditoribus enim competit adversus debitorem 14 debitoris actio personalis utilis, quæ apud debitorem erat directa. Surd. *d. cons.*4. *num.*23. ubi dicit nec esse necessariam utilem actionem, sed via exequutiva posse procedi, *n.*24. & hoc non solùm ratione quatuor solutionum non exactarum, seu non compensabilium, verùm etiam quoad primam solutionem compensatam, quia consumpta fuit cum scientia juris alieni: quo casu perinde agi potest, ac si pecunia extaret, ut superiùs fusè ostensum fuit, & benè probat Surd. *cons.*4. maximè *num.* 33. *versic. Quinimò: & num.* 37. *in fine, versic. Quamvis enim debitor: & num.*43. ubi dicit, † quod stante mala 15 fide, pecunia, etiamsi cum aliis misceatur, non transit in dominium posteriotis creditoris, & condici potest perinde ac si extaret, attento quod ille posterior sciebat conventionem anteriorum creditorum, ex eo quod mentionem de illius instrumento fecit, & ex aliis de quibus suprà, ut per Surd. *ibid. num.*45. 46. 47. & 48. & ideo semper habetur pro possessore, & uti talis conveniri potest, & datur creditoribus actio exequutiva, tanquam contra nomen debitoris, quod non est consumptum, aut saltem habetur pro extante, & non consumpto. Surd. *ibid. num.*49. ibi: *Sed contra eum movenda est actio, tanquam nomen debitoris obligatum.* Et paulò post: *Quia sciebat pecuniam illam cum omnibus bonis præsentibus & futuris per debitorem fuisse obligatam, perinde est ac si extaret, & consumpta non esset.*

Non obstant etiam quæ de retentione & com- 16 pensatione opponuntur, quia benè respondet Surd. *ubi suprà, num.* 38. *versic. Nec movet*, ubi ostendit, non dari retentionem rei, quæ ad aliquem devenit

vitio affecta, & cum ſcientia juris alieni, nec in præjudicium anteriorum hypothecarum; & cùm illa pecunia eſſet primò obligata aliis creditoribus, non potuit in eorum præjudicium compenſari cum credito juniori, ut *ibid. num. 40. verſic. & eodem modo reſpondetur*: ut optimè deciſum fuit in Rota *deciſ. 242. part. 4. diverſor.*

CAPUT CLXXVI.

Liberi collectivo nomine vocati, cenſentur vocati poſt patrem, & non ſimul, etiam in collateralibus. Conjuncta diſpoſitio quando reſolvatur in disjunctam. Proximioribus vocatis, datur quidem vocatio activa, ſed inter ipſos non adeſt gravamen, niſi tractus temporis interveniat in gradu ipſorum. Renunciatio matris pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, quomodo noceat liberis & hæredibus renuntiantis.

SVMMARIVM.

1 *Liberi cenſentur ſucceſſivè vocati poſt patrem, & non ſimul, etiamſi agatur de collateralibus, quando ſunt vocati per nomen collectivum.*

2 *Et hoc caſu liberi cenſentur vocati per ſubſtitutionem vulgarem, maximè quando per verbum directum*, Inſtituo.

3 *Quando teſtator proceſſit ad plures ſubſtitutionum gradus, liberi collectivo nomine vocati cenſentur per fideicommiſſum vocati.*

4 *Intellige, ut hoc procedat, quando inter patrem & ſuos adſunt verba tractum temporis importantia, non autem quando ſunt appoſita inter alios vocatos.*

5 *Ius adeundi hæreditatem ſpatio 30. annorum præſcribitur.*

6 *Contra mulierem conſtante matrimonio currit præſcriptio in bonis dotalibus, quando inchoata fuerat antequam nuberet.*

7 *Quando fideicommiſſum eſt injunctum ſub duplici conditione, ſæpè conjuncta propoſitio reſolvitur in disjunctam ex præſumpta mente teſtatoris, juxta ſententiam Peregrini.*

8 *Fideicommiſſo injuncto ſub duplici conditione, quarum una eſt de facto impoſſibilis, ſuſtinetur ex altera tantùm conditione.*

9 *Liberi in conditione poſiti in prima ſubſtitutionis parte, non impediuntur venire tanquam vocati in ſecunda parte, in qua proximiores vocantur.*

10 *Quamvis proximiores ſint vocati, non tamen ex eo ſequitur quod inter illos fuerit factum fideicommiſſum reciprocum.*

11 *Fideicommiſſum hæredi ſub duplici conditione impoſitum non extenditur regulariter ad ulteriores gradus.*

12 *Subſtitutio reciproca difficilius inducitur inter collaterales.*

13 *Si mater renuntiaverit fideicommiſſo, filii illius & hæredes non poſſunt admitti ad illius petitionem.*

14 *Hæres etiam cum beneficio inventarii, tenetur approbare factum defuncti cui ſucceſſit, uſque ad concurrentiam valoris bonorum ſibi relictorum.*

15 *Renuncians generaliter omnibus juribus, reſervatis fideicommiſſis quæ in futurum evenire poſſent, cenſetur omnibus aliis non reſervatis renuntiaſſe.*

16 *Proximiores inter ſe cenſentur vocati activè, & non paſſivè, & ſic non ſunt invicem gravati.*

Petrus teſtator *inſtituit hæredem fratrem ſuum* Bertrandum & Suos.
Bertrandus *habuit ſex liberos, nempe*

1	2	3	4	5	6
Antoniũ hæredem, *qui ultimo loco obiit ſine liberis.*	Franciſcum cohæredẽ, *qui habuit quinque liberos, nempe*	Catharinam,	Annam, *quæ ſine liberis deceſſit.*	Claram, *quæ reliquit liberos.*	Andriviam, *quæ ſine liberis deceſſit.*

1	2	3	4	5
Bertrandum, *qui filiũ habuit*	Ludovicum,	Petrum,	Margaretum,	Delphinam.

1
Antoniũ, *qui fuit hæres alterius Antonii, patrui ſui magni, ex illius teſtamento.*

Supponendum eſt quod poſt obitum Franciſci, obierunt Catharina & Clara, relictis liberis: Anna verò, & Andrivia nullis relictis liberis; & inſtituto per ipſas reſpectivè Antonio ipſarum fratre hærede univerſali.

Ultimo loco obiit Antonius filius, & cohæres dicti Bertrandi ſeniorís, nullis relictis liberis, inſtituto hærede ſuo univerſali altero Antonio filio dicti Bertrandi junioris, & pronepote ſuo ex fratre.

Contra quem, uti poſſeſſorem bonorum dicti quondam Petri, & hæredem illius mediatum univerſalem, prætendunt liberi ſuperſtites dictæ Claræ ſororis, & filiæ dicti quondam Bertrandi ſeniorís, ex teſtamento dicti Petri, tam ex perſona propria, quàm ipſorum matris, ſe vocatos eſſe per fideicommiſſum reale, & reciprocum, ad bona & hæreditatem dicti Petri ipſorum propatrui, necnon ad portiones, quæ dictis Antonio, Annæ, & Andriviæ, mortuis ſine liberis obvenerant, aut potuerant obvenire de dictis bonis, tam ante obitum dicti Bertrandi ipſorum patrui, ex inſtitutione facta per ipſum Petrum de dicto Bertrando & ſuis, quàm poſt ejus obitum ex illo fideicommiſſo prætento in dicto teſtamento

testamento Petri appósito, quod reale, graduale, & reciprocum inter liberos, & descendentes Bertrandi existimant, & nunc ex propria persona, ut proximiores.

Ad quod quidem fideicommissum bonorum dicti Petri se vocatos esse prætendunt liberi dictæ Claræ, quamvis ipsa medio juramento, in suo matrimonii contractu huic prætenso fideicommisso renunciaverit, absque eo quod pendente vita sua pro ejus parte fuerit reclamatum contra hujusmodi renunciationam, à cujus tempore lapsi sunt 35. anni, aut circa.

Ex quibus præsuppositis in facto, sequentes oriuntur difficultates. Prima, utrùm ex institutione illa facta de Bertrando patre suo, & suis, liberi dicti Bertrandi nati de tempore obitus Petri censeantur unà cum dicto Bertrando instituti, vel tantum per vulgarem vocati.

Secunda, ex quo nunquam prædicti liberi Bertrandi hæreditatem dicti Petri adierunt, casu quo fuissent unà cum ipsorum patre vocati, & lapsum sit tempus 50. annorum à die obitus dicti Bertrandi, tale jus censeatur præscriptum, non obstante matrimonio dictæ Claræ.

Tertia, utrùm cessante prima illa, & directa institutione, saltem dicta Clara, & aliæ filiæ dicti Bertrandi post ejus obitum censeantur vocatæ ad fideicommissum bonorum dicti Petri ex illa substitutione suprà enunciata, & in testamento dicti Petri appositæ, necon ad portiones dictorum Antonii, Annæ, & Andriviæ, fratris, & sororum respectivè, sine liberis defunctorum.

Quarta, utrùm istis liberis dictæ Claræ hodie agentibus, si veniant ex persona ipsius, obstet renunciatio per ipsam facta in suis capitulis matrimonialibus: & utrùm ad probationem læsionis prætensæ admitti possint, stante tanti temporis lapsu, præcipuè cùm agatur de jure quærendo, casu quo locus esset alicui fideicommisso.

Quinta, utrùm isti liberi dictæ Claræ, si veniant ex proprio ipsorum capite, & uti proximiores, sint ex dictis substitutionis prætensæ verbis vocati, & pro qua parte, & an ad portiones eorum qui non agnoverunt fideicommissum, & alios hæredes instituerunt, quamvis sine liberis decesserint, censeantur vocati, vel in totum exclusi, ex quo in defectum ipsorum matris per vulgarem tantùm censeantur vocati.

1 Ad primam quæstionem respondetur, liberos Bertrandi substitutos esse patri suo successivè, non autem simul cum patre fuisse admittendos. Ratio est, quia licèt agatur de collateralibus, in quibus non aderat necessitas instituendi, sed solus ordo charitatis, & affectionis naturalis, quo casu regulariter pater, & filius simul vocati censentur: tamen quia institutio facta fuit per verbum collectivum, *& suos*, vocatio censetur facta ordine successivo; quia nomina collectiva important tractum successivum, & complectuntur plures personas, & gradus, ac tales qui poterant non extare, & per consequens non concurrere cum patre: ut tradit in puncto Mantic. *de conject. lib.4. tit.9. num.28.* Intrigliol. *de substit. centur.3. quæst.80. num.20.* Menoch. *de præsumptionib.lib.4. præsumpt.70. num.26.*

2 Dictaque institutio, & vocatio *suorum*, debet intelligi per viam vulgaris, & non fideicommissariæ substitutionis, quia facta fuit per verbum *Instituo*, quod est merè directum: tum etiam, quia licet adesset verbum commune, tamen respectu Bertrandi, ejus liberi vel sui vocantur duntaxat per vulgarem, intrando videlicet in locum Bertrandi, si ipse admitti noluisset, aut non potuisset: ut per DD. communiter *in l.Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & posthum.* Fusar. *de substitut. quæst.479. n.14.* Cancer. *parte 1. cap.1. de substitut. num.121.*

Sed tamen dubitari posset, ex eo quod testator digressus fuit ad plures substitutionum gradus, quo casu *sui*, aut alii collectivo nomine vocati, intelliguntur per fideicommissum substituti, Menoch. *cons.633. num.20.* Ror. *decis.320. num.12. parte 1. recent. in fine.* Siquidem, cum testator casu quo *Sui* decederent sine liberis, substituerit proximiores, verisimile est quod sicuti istos remotiores per fideicommissum vocavit, ita, & multò magis nepotes ex fratre, quos cæteris proximioribus prædilexit. Et licèt primo casu, dum Bertrandum, *& suos*, instituit hæredes, clausula institutionis ad solam vulgarem referti debeat, maximè ex natura illius verbi directi, *Instituo*; tamen in sequenti casu, videlicet Bertrando moriente sine liberis, videtur dicendum liberos liberorum Bertrandi, per fideicommissum fuisse vocatos, sicut proximiores per fideicommissum vocati fuere, qui minus dilecti sunt: Ror. *decis.495. n.2. in 4. conjectura, parte 4. diversor.* Fusar. *de substitut. q.476. n.11. & 12.* 3

Huic difficultati respondetur quod quidquid sit de clausula substitutionis, de qua agemus in tertia quæstione, verius est liberos per illam clausulam, *& suos*, non censeri per fideicommissum vocatos, sed tantum per vulgarem; quia tractus temporis non est appositus inter Bertrandum, & suos; & propterea natura dictionis collectivæ non alterat ordinem vulgaris: ut notavit Fusar. *quæst.479. n.1.* Casanat. *cons.49.* & decisum fuit cum magna causæ cognitione, per Rotam Romanam, *decis.357. parte 1. recentior.* ubi *num.8.* respondetur ad dictas conjecturas, quod non est inconveniens substitutionem inter patrem, & filios esse vulgarem, & in cæteris gradibus fideicommissariam: & *num.6.* ostenditur tractum temporis in uno gradu appositum non operari fideicommissum in aliis gradibus: Et licèt contrarium fuerit decisum *decis.97. parte 4. recentior.* tamen illa decisio fuit revocata *dicta decis.357. parte 1.* 4

Ad secundam quæstionem respondetur, dubitationem esse superfluam; cùm *suprà* ostensum fuerit, liberos Bertrandi non esse insimul cum patre vocatos; sed dumtaxat successivè, quia dubium primi capitis in eo duntaxat consistebat, utrùm essent vocati per vulgarem, an verò per fideicommissariam.

Nihilominus tamen pro majori elucidatione respondetur, posito sine præjudicio veritatis, quod liberi Bertrandi senioris essent vocati simul cum patre, Clara excluderetur per præscriptionem à petitione hæreditatis Petri testatoris, cùm à tempore mortis ipsius lapsi fuerint anni 50. jus autem adeundi hæreditatem præscribatur spatio 30. annorum, absque eo quod possit opponi de mala fide Bertrandi, vel ejus hæredum; quia agitur de jure quærendo; & pendet à voluntate hæredis adire, vel non adire: & propterea, donec Clara animum suum circa aditionem declaraverit, Bertrandus, vel ejus hæredes fuerunt exempti à mala fide; & ideò præscripserunt: Mohedan. *decis.2. de præscriptionib. num.2.* Balb. *de præscript. 2. parte tertiæ partis principalis, quæst.13. num.9. & 11.* Thesaur. jun. *lib.1. q.41. num.7.* Gratian. *decis.4. num.15.* Ror. *decis.180. num.8. parte 2. diversor.* 5

Nec obstat, si dicatur quod adversus dominam Claram,

Claram, durante matrimonio, nulla potuit currere præſcriptio.

9 Quia reſpondetur objectionem procedere, ſi præſcriptio ſumeret initium poſt contractum matrimonium; ſi enim jam initium habuiſſet, matrimonium ſuperveniens non impediret curſum præſcriptionis: per text. *in l. ſi fundum, ff. de fund. dotali.* Boër. *deciſ.* 329. *in fine, & deciſ.* 328. *num.* 4. *verſic. & adverte:* Bald. *de præſcript.* 1. *parte* 6. *partis principalis, n.* 10. Ergo ſequitur, dominæ Claræ cucurriſſe præſcriptionem conſtante matrimonio, quæ jam erat cœpta ante matrimonium.

Ad tertiam quæſtionem reſpondetur, verius videri in vim dicti teſtamenti (ceſſante, prout ceſſat, prima illa, & directa inſtitutione) vocatas fuiſſe filias Bertrandi per fideicommiſſum ad portionem Antonii, Annæ, & Andriviæ, fratris, & ſororum ſine liberis defunctorum: quia teſtator Bertrandum hæredem ſub duplici conditione gravavit; prima ſcilicet, ſi Bertrandus ſine liberis deceſſerit: ſecunda, ſi liberi Bertrandi ſine liberis deceſſerint: licèt autem regulariter quando ſubſtitutio facta eſt ſub duplici conditione, requiratur exiſtentia, & verificatio utriuſque conditionis, *l. ſi hæredi plures, ff. de condit. & demonſtr.* atque in propriis terminis non
7 pauci DD. ita exiſtimaverint: † tamen difficile erit pro hac parte judicium obtinere, propter authoritatem Peregrini, quæ magna eſt in materia fideicommiſſorum, qui cenſuit quod licèt Bertrandus hoc caſu ſit ſub duplici conditione gravatus, copula nihilominus reſolvitur in disjunctivam, cùm ſit impoſſibile utramque ſimul verificari, & una cum alia ſit incompatibilis: quia ſi Bertrandus liberos non haberet, fruſtrà tractaretur de morte liberorum Bertrandi ſine liberis: ratione cujus incompatibilitatis copulativa reſolvitur in alternativam, quidquid in contrarium dixerit Ruyn. qui propterea reprehenditur à Peregrino *de fideicomm. art.* 12.
8 *num.* 18. & Fuſario *quæſt.* 455. *n.* 24. † Veriſſimum enim eſt, fideicommiſſum ſub duabus conditionibus relictum, quarum altera ſit impoſſibilis de jure, vel de facto, ex altera tantum conditione ſuſtineri. Alciat. *conſ.* 165. *n.* 2. *lib.* 9.

Nec obſtat, ſi dicatur, liberos Bertrandi non eſſe comprehenſos ſub nomine *proximiorum*, & ſic eſſe tantùm poſitos in conditione, non autem diſpoſitivè vocatos.

9 Quia reſpondetur verius eſſe, quod iſti quoque liberi ſub vocatione *proximiorum* comprehendantur, ut bene explicat Fuſar. *conſ.* 24. *num.* 15. cum iſti liberi ſint proximiores, & uti tales ad fideicommiſſum admittendi: Peregrin. *conſ.* 56. *num.* 16. *& ſeqq. volum.* 5. *& num.* 22. ne portio filiorum jure ſubſtitutionis vadat in remotiores. Fuſar. *conſ.* 60. *num.* 24. Quamvis igitur liberi ſint tantùm poſiti in conditione in prima parte ſubſtitutionis, non impediuntur admitti in ſequenti parte diſpoſitiva, facta in favorem agnatorum ſeu proximiorum, ut probant præfati Doctores.

10 Non tamen exiſtimandum eſt, aliquod hic adeſſe fideicommiſſum reciprocum, cùm ſubſtitutio non fuerit facta expreſſe in tota hæreditate, nec ultimo morienti, nec proximiores in infinitum vocati cum aliqua clauſula perpetuitatem denotante, nec conſideratus fuerit favor agnationis per excluſionem fœminarum; quibus non concurrentibus, magis communis opinio Doctorum concludit juxta Angel. non eſſe inductam reciprocam ſubſtitutionem, ut poſt plures tenuit Rot. *deciſ.* 646. *num.* 3. *in fin. & n.* 4. *in princ. parte* 4. *recentior.*

Maximè cùm gravamen non fuerit injunctum perſonis, nec de ultimo moriente facta mentio, ideo fideicommiſſum à ſolo Bertrando primo hærede gravato ſub duplici illa conditione relicto videtur, ita ut ipſe fuerit gravatus, & non ejus liberi, à quibus nihil expreſsè relictum fuit. Peregr. *d. artic.* 12. *num.* 6. & 9. ubi dicit hoc eſſe communem receptum: idem Peregrin. *conſ.* 2. *num.* 21. & ſeq. *volum.* 6. faciunt tradita per eundem *art.* 13. *num.* 9. † Multùm etiam facit, quod hîc non agitur de deſcendentibus, ſed de collateralibus, inter quos difficiliùs reciproca fideicommiſſaria inducitur, ut probat Fuſar. *conſ.* 154. *num. ult.*

Ad quartam quæſtionem Reſpondetur, quod liberi Claræ propter ejus renunciationem excluduntur à petitione fideicommiſſi, ſicut ipſa Clara excluſa fuiſſet: quia cùm hæreditatem maternam acceptaverint, etiamſi talis acceptatio fuerit cum beneficio inventarii; tamen non poſſunt impugnare factum matris: *l. cum à matre, Cod. de rei vindic.* atque ita poſt longam diſputationem concludit Theſaur. jun. *lib.* 2. *quæſt.* 90. *num.* 6. & 15. † Cum hæres, etiam cum inventario, teneatur approbare factum defuncti uſque ad concurrentiam valoris bonorum ipſius: Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 597. *n.* 12. ubi multos allegat: Peregrin. *de fideicom. artic.* 33. *num.* 13. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *Cod. de bon. materno. num.* 79. *& num.* 81. Cùm igitur Clara in contractu ſui matrimonii renunciaverit *in favorem* Antonii, & Franciſci, fratrum ſuorum, *omnibus juribus*, nominibus, & actionibus, *quas poterat habere* de præſenti, vel in futurum, & ſuper bonis, & hæreditate, ac ſucceſſionibus Petri, & Bertrandi patris, & avunculi reſpectivè, prædeceſſorum ſuorum, & matris ſuæ; & nominatim ac per expreſſum juri ſubſtitutionis & fideicommiſſi, quod poſſet habere vel prætendere in vim teſtamenti dicti Petri, cujus ipſi facta fuit lectura, & explicatio, dataque ſibi plena informatione dicti teſtamenti, cum expreſſione, quòd dicta renunciatio fiebat tam pro ipſa, quàm pro ipſius hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque; ſequitur, filios & hæredes ipſius nullo modo admittendos ad adverſus dictam renunciationem, ampliſſimis verbis, & cum clauſulis valde prægnantibus concepta: ut copioſè comprobant Addent. ad Boër. *deciſ.* 154. *num.* 6. Videatur de hac quæſtione Jul. *de ſubſtit. q.* 560. *num.* 10. *& ſequentium, & quæſt.* 577. *& 597. num.* 2.

Et cum fideicommiſſum purificatum fuerit tam per obitum Antonii, quàm Claræ, & Andreæ, vivente adhuc Clara, res videtur extra dubium ceſſita, propter renunciationem Claræ, cum ceſſione jurium adjuncta, per quam Antonius & Franciſcus ſucceſſerunt in jus dictæ Claræ, quæ non ſolum ceſſit jura fideicommiſſi jam delata, ſed etiam in futurum deferenda, nihil prorſùs ſibi reſervando niſi jura fideicommiſſi, quod ſignificatum fieri poſſet, & jura ſucceſſionis ab inteſtato: per quam reſervationem cenſetur renunciaſſe omnibus, & quibuſcumque juribus, etiam non expreſſis, quia exceptio firmat regulam in omnibus caſibus non exceptis: *l. quæſitum, §. denique, ff. de fund. inſtruct.* Gloſſ. *in rubric. de regul. jur. cum ſimilibus.*

Et ideo neque ex perſona propria admitti poſſunt liberi Claræ, quamvis non eſſent matris hæredes, cùm Antonius, & Franciſcus, mediante ceſſione jurium debitè inſinuata, ſucceſſerint in dicto jure commiſſo ex perſona Claræ, ultra quam ſubſtitu-

16 tio protendi non potest : † quia inter proximiores, uno semel admisso, cæteri in totum excluduntur, cùm vocati sint activè, sed non passivè : Cancer. *d. cap. 1. de substitut. num. 121. versic. Insuper prædicta:* Thesaur. jun. *lib. 2. q. 95. num. 15.* Surd. *decis. 346. num. 18. & seqq.* Gratian. *discept. forens. cap. 285. n. 1.* Peregrin. *cons. 23. num. 15. & 16. vol. 4.* non obstante clausula codicillari, Rot. *decis. 486. num. 27. parte 1. recent.*

Et ex his resolvitur quinta difficultas, quia ex substitutione activa proximiorum, nihil inferri potest ad passivam : Cancer. *loco citato, num. 122.* Surd. *cons. 315. num. 13.* Ergo Clara non censetur gravata de restituendo liberis, sed illius jura cessa Antonio, & Francisco apud ipsos remanserunt exempta, & immunia ab omni prorsùs onere, & gravamine substitutionis, & fideicommissi.

CAPUT CLXXVII.

Quando majori, vel minori concedenda, vel deneganda sit in integrum restitutio adversùs juramentum decisorium. Probatio per confessionem adversùs illud juramentum admittitur ; si tamen illam factam fuisse post juramentum probatum fuerit. Quid si nova instrumenta, aut novos testes repertos esse proponatur, & ex illis detegeretur perjurium.

SUMMARIUM.

1 *Post præstitum juramentum litis decisorium, peti potest à Iudice, ut se ex officio informet de veritate facti, & probationes recipiat. Sed vide inferius.*

2 *In causa restitutionis in integrum adversùs delationem juramenti, licitum est antiquas probationes novis testibus coadjuvare ad detegendum perjurium.*

3 *Quod non solùm locum habet quoad productionem instrumentorum, sed etiam testium.*

4 *Et maximè si attestationes non fuerint publicatæ.*

5 *Quando dubium est utrum probationes sint admittendæ, Iudex potest illas admittere, ita tamen ut ponantur ad partem.*

6 *Exceptio juris jurandi est exceptio litis finitæ, & impedit litis ingressum.*

7 *Iuramentum decisorium postquam est præstitum, non potest retractari sub prætextu perjurii.*

8 *Qui post rem judicatam patitur de ea cognosci, sibi præjudicat.*

9 *Majori quibus ex causis concedatur restitutio adversùs delationem juramenti decisorii.*

10 *Difficilius admittitur probatio per testes in causa restitutionis in integrum adversùs delationem juramenti decisorii, quàm per instrumenta.*

11 *Post præstitum juramentum decisorium nemo admittitur, etiamsi nova instrumenta producere velit.*

12 *Limitatur, nisi per hujusmodi instrumenta detegeretur partis perjurium.*

13 *Nunquam debent admitti testes adversùs juramentum decisorium jam præstitum.*

14 *Admittitur probatio per confessionem partis factam, non quidem ante, sed post juramentum præstitum.*

15 *Articuli non sunt admittendi contra juramentum decisorium producti.*

16 *Etiam in juramento necessario non sunt admittendi testes, postquam producere volens est exclusus à suis dilationibus.*

17 *Ne quidem minor restituitur in integrum adversus juramentum decisorium, quando ante illius delationem fecit exactam diligentiam ad habendas probationes.*

CUm dubitaretur, utrùm licitum esset producere testes super articulis in causa principali productis, super qua juramentum delatum, & præstitum fuit ; an verò duntaxat super novis articulis productis in causa restitutionis in integrum adversùs juramenti delationem, & præstationem intentata.

Dicebat actrix, quod super omnibus testes admitti debebant : quia licèt post præstitum juramentum nihil ulterius quærendum sit, tamen potest implorari Judicis officium, ut se informet de veritate, & testes examinet, aut alias super ea recipiat probationes : ut bene comprobat Caroc. *de juramento decisorio, quæst. 4. nonæ quæst. princip. n. 3. & seqq.* 1

Et quando probationes antiquæ coadjuvantur à novis, licitum est in causa restitutionis in integrum adversùs juramentum decisorium uti tam antiquis quàm novis probationibus : Caccialup. *in l. admonendi, ff. de jurejurando, num. 15.* ubi dicit quod vix aliquis reperietur, nisi sit rationis expers, qui neget antiquas probationes conjungendas esse cum novis, ad detegendum perjurium : & dicit non obstare textum *in d. l. admonendi, in verbo Solis,* quia intelligit quod sola de novo producta sufficiant, si sola probent : si verò sola non probent, conjungantur cum antiquis. † Quod non solùm in instrumentis locum habere volunt DD. sed etiam in testibus : ut per Rayner. de Forlivio *in d. l. admonendi, num. 10.* † præsertim cùm in casu de quo agitur, non fuerint publicatæ attestationes : Oddo *de restitut. in integr. quæst. 76. num. 23. versic. Sed ego non consentio.* 2 3 4

Si igitur testes jam examinati conjungendi sunt cum probationibus de novo repertis, multò magis super primis articulis testes de novo reperti examinari poterunt.

Secundò, quia cùm dubium esse possit, utrùm probationes faciendæ futuræ sint sufficientes ad detegendum perjurium, non videtur injuria fieri alicui, si examen testium ponatur ad partem, cùm testes eo modo producti nullam fidem faciant, si de jure admitti non debuissent : cùm hoc boni Judices facere soleant ad truncanda incidentia : Surd. *cons. 311. num. 74.* Vestrius *in praxi, libro 6. capite 2. numero 14. circa medium, versic. Quæ verba important.* 5

Sed in contrarium dubium faciebat, quod cùm primi articuli fuerint producti ante delatum, & præstitum juramentum, si liceret testes examinari super primis articulis, decideretur quæstio principalis, & tacitè recederetur ab effectu juramenti decisorii : cùm exceptio juramenti præstiti, sit exceptio litis finitæ, & propterea impediat litis ingressum : Caroc. *de juramento litis decisorio, quæst. 1.*

nonæ

7 *nonæ quæſt.principal. num.*2. † adeo ut tale juramentum prætextu perjurii retractari non poſſit: *l.*1. &
8 *ibi* DD. *ff.de rebus creditis.* † Unde quemadmodum poſt rem judicatam non debet quis pati quod de viribus ſententiæ diſputetur, aliàs ſibi præjudicat, ut notavit Cancer. *lib.*3.*var. reſolut.cap.*17.*num.*19. *& lib.*1. *cap.*18. *num.*37.*& ſequent.* videtur concludendum, non eſſe in hoc judicio reſtitutionis in integrum admittendas probationes ſuper illis primis articulis.

9 Præterea non debet concedi reſtitutio majori adversùs juramenti delationem, niſi doceat ſibi ſuperveniſſe probationes de novo, & per imprudentiam ad remedium delationis juramenti confugiſſe: DD. *in l.admonendi, ff. de jurejurand.* Odd. *de reſtitut. in integrum, quæſt.* 66. *num.*7. ubi dicit, quod major ſolis probationibus poſtea repertis uti poteſt in cauſa reſtitutionis in integrum, non autem veteribus, & debet major probare plenè novas iſtas probationes ad ejus notitiam deveniſſe: ut patet ex verbis *dictæ legis, admonendi*, ibi, *quibus ſolis nunc*
10 *uſurus ſit:* † maximè dum non agitur de inſtrumentis, ſed de teſtibus: Curt. *in d.l.admonendi, num.*42. Jacob. Petr.de Ptolem. *in ead.l.admonendi, n.*6. Odd. *d.q.*66.*n.*7. *verſic.Item major.*

In hac controverſia, ego Aſſeſſor ab utraque parte nominatus, viſo & examinato proceſſu, ac reſponſionibus ad dubia, omnibuſque maturè conſideratis, exiſtimavi, & fui in voto licere creditori uti viribus ſuæ obligationis pro exactione cenſuum decurſorum, & decurrendorum, juxta formam & tenorem contractus de quo in actis; niſi pro parte debitricis, intra dilationem ſibi aſſignandam, fides fieret de contentis in articulis in cauſa reſtitutionis in integrum productis, in quibus deducebatur confeſſio creditoris poſt juramenti præſtationem facta, reſervatis expenſis ad finem litis.

11 Ratio quæ me movit, eſt quia agitur de juramento ad ejuſdem debitricis delationem, & maximam inſtantiam præſtito: quidquid enim ſit de juramento ſuppletorio, tamen in deciſorio quod à volente defertur, imputandum eſt deferenti, qui poſt præſtitum juramentum, ne quidem ſi nova inſtrumenta produxerit, audiendus eſt: Lanfranc. *in l.admonendi, n.*11.*&* 17. & communiter DD.omnes qui *ad eandem legem* commentaria ſcripſerent: & probatur per text. *in l.*1. *C.de reb. credit. & jurejur.*
12 *l.nam poſtquam* 9. *ff.de jurejur.* † Quod verum eſt, niſi per inſtrumenta noviter reperta manifeſtum detegeretur perjurium: Anton. Faber *in Cod. lib.*4. *tit.*1.*de reb.cred. definit.*2.

13 Non tamen etiam per teſtes noviter repertos probatio adverſus juramentum hoc, quod à parte parti delatum eſt, admitti debet, ut ipſemet Faber *eod. tit. definit.*24. deciſum teſtatur, *num.*6. *verſ. Quanquam non item.*

14 Admittitur quidem probatio per confeſſionem rei, ſi pars poſt præſtitum juramentum, ſe falſum juraſſe confeſſa fuerit; non autem per confeſſionem factam ante præſtitum juramentum: Jaſ. *in l.ſi duo patroni* 13. §.*idem Iulianus* 2.*ff.de jurejurand.num.*7. *verſic. Et circa iſtud nota: & num.*8.9.*&* 10. *& ſequentib.* Boër. *deciſ.*306. *num.*4. Berlich. *lib.*2. *concluſ.*35. *num.*10.

15 Unde nec probationes, nec articuli adverſus dictum juramentum voluntarium admittendi ſunt: Jaſ. *in d.l.ſi duo patroni*, §. *Idem Iulianus* 2. *num.*6. *ff.de jurejur.*

16 Et quod plus eſt, etiamſi ageretur de juramento neceſſario, non eſſent admittendi teſtes ab eo producti, qui ab omnibus dilationibus fuit excluſus, & negligens in producendo: DD. omnes *in d. leg. admonendi*, maximè Jaſon *in* 2. *lectura. num.*11. Curt. *ibidem, num.*41.

Cum igitur debitrix teſtes produxerit ante juramenti delationem, dilationeſque varias habuerit, & tandem maximas fecerit inſtantias pro delatione juramenti; ſequitur non eſſe locum officio Judicis pro concedenda reſtitutione, † quod etiam in caſu minori minimè concederetur: Theſaur. *deciſ.*240. *num. ult.* quando videlicet ante delationem juramenti, fecit exactas diligentias ad habendas probationes.

Expenſas autem ad finem litis cenſui reſervandas, ut videatur quid circa illas ſtatuendum ſit, quatenus pro parte debitoris allegata confeſſio legitimè probaretur.

CAPUT CLXXVIII.

Magiſtratus temporalis non ſolùm durante officio conveniri non poteſt, ſed nec infinito, pro geſtis in officio, niſi pro dolo, barataria, & extorſione. Neque tenetur erga creditorem, ſi liberaverit à carceribus debitorem ſua authoritate carceratum, non obſtante *recommendatione*, ſeu arreſtatione illius facta authoritate alterius Magiſtratus, niſi de illa ſibi legitimè conſtiterit. Advocatus pacifici poteſt ſuper ſalario moderato litis præteritæ, non autem futuræ, ſi conventio fiat per modum quotæ: nec ſalarium centum ſcutorum dicitur immoderatum, quando agitur de negotio gravi, & difficili.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus temporalis durante officio accu non poteſt.*
2 *Magiſtratus non poſſunt ex generali conſervi accuſari, niſi de dolo, barataria, & alia ſionibus.*
3 *Intimatio extrajudicialis decreti fieri debet ex expeditione copiæ decreti judicialis, non extrajudicialis.*
4 *Qui opponit coram Iudice de litis pendentia ram alio Iudice, ſi videat non obſtante oppo tione procedi ad ulteriora, tenetur appella aliàs ſibi præjudicat.*
5 *Acta etiam inter eaſdem partes facta non proban niſi in judicio producantur formiter.*
6 *Index bene facit judicando ſuper ſolis allis pro ductis, & non ſuper iis quæ ſunt extra proceſſum.*
7 *Pactum de quota litis inter Advocatum & clien tem nullum eſt.*
8 *Maximè quando pactum factum eſt in caſum victoriæ.*
9 *Pactum factum de certa ſumma ſolvenda Ad vocato in caſum victoriæ, eſt validum, ſi conventum fuerit nihil deberi in caſum non victoriæ.*
10 *Pactum de ſolvenda certa ſumma Advocato, eſt validum, ſi non fiat per modum quo*

te, & summa sit moderata.

11 *Salarium* 100. *scutorum non dicitur excessivum, quando agitur de negotiis multiplicibus, & magni laboris.*

12 *Duo requisita concurrere debent ad hoc, ut pactum initum super salario Advocati, sit nullum, & quæ?*

13 *Post finitam litem non prohibetur Advocatus facere conventionem super salario prateriti laboris.*

COntra quemdam officium Judicaturæ exercentem in Curia ordinaria opponebatur, quod carceratum ipsius authoritate in carceribus suæ Curiæ ad instantiam unius ex ejus creditoribus constitutum, requirente alio creditore, authoritate Domini Auditoris palatii arrestatum, seu recommendatum relaxari mandaverat: quam accusationem injustam, & ideò rejiciendam declaravi.

1 Primò, quia de jure Magistratus temporalis, durante officio, in jus vocari non potest; cum nec actor, nec reus esse queat: *l. pars literarum* 48. & *ibi* DD. *ff. de judic.* Mastrill. *de magistratib. lib. 6. cap. 5. num.* 11.

2 Secundò, quia de generali consuetudine, Judices etiam tempore Syndicatus non possunt conveniri, nisi pro dolo, baratatia, & aliis extorsionibus; non autem pro iniquis decretis, aut sententiis malè latis: Grammatic. *cons.* 64. *num.* 11. Clar. *in practica criminali, quæst.* 73. *num.* 5. Joseph. Ludovis. *decis. Lucensi* 3. *num.* 39. Nihil autem simile contra dominum Judicem deductum fuit, aut deduci potuit: & per consequens accusator tanquam actione carens à judicii limine repellendus.

3 Tertiò: non solum aliquis dolus, sed nec etiam culpa, quantumvis levissima, in domini Judicis sententia, vel processura considerari potest. Siquidem dictus accusator significavit quidem Judici, dictum carceratum fuisse arrestatum de mandato Auditoris, sed nullam copiam dicti arresti Judici præsentavit: licèt autem, quando intimatio fit authoritate Judicis, non sit expedienda copia decreti quod significatur; quando tamen intimatio fit per ipsam partem, non tenetur quis illi credere sine expeditione copiæ: Alexand. *cons.* 95. *num.* 14. *vol.* 2. Tusch. *in verbo, Intimatio, conclus.* 338. *num.* 6. 7. & 8. & *conclus.* 340 *num.* 12. & per consequens Dominus Judex rectè processit ad relaxationem carcerati, non obstante dicta intimatione, seu protestatione facta sine expeditione copiæ dicti decreti.

4 Quartò, quia quando lis pendet coram uno Judice, & de dicta litispendentia opponitur coram alio & secundo Judice, non sufficit oppositio simplex ad invalidandam processuram secundi Judicis; sed hoc casu talis opponens dum videt alium Judicem procedere ad ulteriora, tenetur appellare; & non appellando, sibi præjudicat: ut post Ruin. Curt. jun. & alios tradit Rota *decis.* 91. *num.* 11. *part.* 6. *in recentiorib.* Cùm ergo accusator permiserit Judici, ut post factam intimationem prætensam procederet in dicta causa, & Advocatum constituerit, & ad varios actus processerit, tandemque fuerit subsequuta ordinatio de portando, & lata sententia, nec unquam de dicta litispendentia fuerit oppositum, nec ab illa ulteriori processura appellatum, sequitur omninò dictum accusatorem sibi præjudicasse.

5 Quintò, quia acta, quantumvis inter easdem partes facta, non debent haberi in consideratione, nisi formiter & legitimè producantur: Bartol. *in l. naturaliter, §. nihil commune, in* 7. *combinatione secundæ quæstion. ff. de acquirend. possess.* & *ibi* Rip. *num.* 175. Seraphin. *decis.* 377. *numero* 2. ubi dicit non sufficere productionem verbalem, & Judicem in ea se fundare non posse; quia quæ sunt extra acta, sunt extra mundum: Gratian. *discept. forens. cap.* 938. *num.* 3. Ludovis. *decis.* 224. *num.* 6. quia si Judex extra acta moneri posset, pars adversa non posset facere suas diligentias, & sic illi tollerentur suæ defensiones: & quidquid non fuit exhibitum parte citata, non potest dici de actis. Ludovis. *decis.* 300. *num.* 3. & propterea cum dictus accusator post varios terminos, & intimationes sibi factas, qualiter processus erat portatus, & quod informaret Judicem, & post alia plurima, de quibus in actis, nunquam fecerit fidem de prætensa arrestatione: non solùm non erravit Dominus Judex, † sed etiam bene fecit, dum judicavit ex solis 6
actis coram ipso productis: ut post Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num.* 18. *in prima limitatione, de constitutionibus*, Rot. *decisione* 69. *numero* 2. *part.* 4. *diversor.* Burat. *decis.* 405. *num.* 13. *versicul. & quando.*

Secundo loco opponebatur, quod idem Judex dum extra officium in aliis Tribunalibus Advocati munus exerceret, fecit pactum de quota litis, mediante quadam scriptura privata, per quam ipsius cliens promittit illi summam centum scutorum pro laboribus & vacationibus extraordinariis, & impensis in litibus quas ipse habebat, tam agendo, quàm defendendo in civitate Avenionis coram Domino Auditore, & aliis Magistratibus contra personas in illa scriptura nominatas, necnon pro gratis servitiis illi præstitis: quæ centum scuta promittit illi solvere statim, ubi recipiet solutionem summarum sibi debitarum de residuo dotis suæ uxoris, & legatorum, interesse, & expensarum, sub obligatione bonorum suorum & juramneto.

Dum dubitaretur de validitate dictæ promissio- 7
nis, videbatur primo intuitu concludendum, illam viribus carere, uti continentem pactum de quota litis, quod inter Advocatum, & clientem prohibitum est: ex Gratiano *decis.* 218. *per totam*, Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *titul.* 7. *numero* 16. † maximè cùm restricta fuit solutio ad casum vi- 8
ctoriæ: Cancer. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 182. & 183. Plot. *de in lit. jurando, paragrapho decimo sexto, num.* 10.

Sed tamen negotio bene perpenso, contrarium concludendum est; nempe clientem teneri & cogi posse ad observationem contentorum in illa scriptura privata. † Quia quotiescunque Advocato 9
promittitur certa pecuniarum quantitas simpliciter in casu victoriæ, si non dicatur nihil deberi in casum non victoriæ, talis promissio sic in pactum deducta, non est illicita, nec reprobata: quia in casu non victoriæ semper remanet Advocato facultas, & jus petendi suum salarium, ut bene docet Joan. de Amic. *consil.* 148. *num.* 9. *versic. etiamsi fuisset dictum*, post Salicet. & alios quos citat & sequitur Farinac. *de variis, ac diversis criminib. quæst.* 106. *numero* 46. dicta autem scriptura privata nihil dicit de casu jacturæ litis, & per consequens valida est, & obligat promittentem.

Secundò, quia licita est conventio, per quam 10
taxatur certum salarium Advocati in casu victoriæ, quando non fit sub nomine quotæ: quamvis DD. dicant melius esse ab hujusmodi pactis abstinere, idque dummodo salarium non sit immoderatum: Camill. Borel. *in sum. decis. lib.* 1.

tit. 65. num. 60. cum pluribus per eum citatis: quem ſequitur Urſel. *in verbo, Advocatus, concluſ. 60. n. 89. verſic. extende:* Gail. *lib. 1. obſerv. 44. num. 2.* Jacob. de Graff. *part. 1. lib. 3. cap. 8. num. 12. verſic. immò de certo:* Farinac. *d. quæſt. 106. num. 45.* Cancer. *lib. 2. cap. 14. num. 180.*]

11 Moderatum autem dicitur ſalarium, quando non excedit centum aureos, ſtante præſertim multitudine negotiorum ipſius clientis, quæ erant magni momenti, & non parvi laboris, ut conſtat ex *deciſionibus* Rotæ Romanæ ſubſequutis, & in lucem editis. Unde dictum ſalarium non dicitur immoderatum, ut per Farinacium *ibidem, num. 53.*

Tertiò, quia dicta promiſſio non ſolùm facta fuit occaſione illius litis, quæ tractabatur ratione jurium dotalium uxoris ejuſdem clientis: ſed etiam ratione plurium aliorum proceſſuum, quos ipſe habebat in diverſis Curis contra diverſas perſonas: & ſic non habita fuit ratio ad victoriam omnium illorum proceſſuum; & quod plus eſt, non fuit facta ratione laborum futurorum, ſed duntaxat reſpectu laborum præteritorum; ita ut remaneret ſemper actio Advocato ſalva & illæſa pro laboribus futuris, ſive in caſum victoriæ, ſive in
12 caſum non victoriæ. † Dum autem Doctores reprobant hujuſmodi promiſſiones, aſſerunt duo requiſita concurrere debere: Primum, quod promiſſio fiat in caſum victoriæ tantùm, ut per Gratian. *deciſ. 218. num. 7. & 8.* quod etiam tradit Farinac. *dicta quæſtione 206. numero 46.* Secundò requirunt Doctores, quod promiſſio fiat ratione litis futuræ, ne videlicet Advocatus pro ſuo intereſſe impellatur ad partes indebitè divexandas: Farinacius *dicta quæſt. 106. numero 59. juncto numero quinquageſimo, in fine.*

13 Atqui ſupponitur in facto, quod dicta promiſſio facta fuit eo tempore, quo lis jam fuerat finita in præſenti Civitate per plurimas ſententias, de quarum executione agebatur in Tribunalibus Urbis: & ideo dicta promiſſio ſortiri debet effectum, cùm legis prohibitio intelligenda ſit dumtaxat de ſalario promiſſo lite pendente, ut docet Vivius *opin. 38. num. 13.* & ſic lite finita non prohibentur hujuſmodi pactiones: Urſel. *in verbo, Advocatus, dicta concl. 60. num. 90.*

CAPUT CLXXIX.

De tranſactione ſimulata inter mercatores in fraudem uſurarum illicitarum, & de variis conjecturis ex quibus colligitur ſimulatio. De ſolutione & juſtificatione cambiorum, quæ ſingulis nundinis debentur: Et quod ſuper illorum taxatione non debeat ſtari partium conventioni, ſed relationi peritorum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ſimulatus factus in fraudem uſurarum, nullus eſt & invalidus.*
2 *Contractus ſi fuerit ſimulatus, clauſulæ & juramenta in eo appoſita ſunt nulla.*
3 *Contractus in fraudem uſurarum factus, eſt omnino nullus.*
4 *Simulatio probatur conjecturis & præſumptionibus.*
5 *Facilius præſumitur ſimulatio in contractu mutui, quàm in aliis contractibus.*
6 *Simulatio probatur per argumentum à verſimili.*
7 *Qui non adeo ſufficientes habet facultates, facilius præſumitur feciſſe contractum mutui ſimulatum.*
8 *Ex tractatu præcedenti colligitur ſimulatio, multo magis accedente expreſſa conventione præcedenti.*
9 *Nulla melior eſt ſimulationis probatio, quàm propria confeſſio.*
10 *Promiſſio ſolvendi certum intereſſe, non inventibus requiſitis, eſt invalida.*
11 *Cambia nundinaria non ſunt uniformia, ſed debentur ſecundùm curſum nundinarum.*
12 *Cambium dicitur illicitum, ſi non ſit ſecundùm curſum nundinarum.*
13 *Partium confeſſiones ſuper cambiis non ſufficiunt ad juſtificandum contractum: ſed alia probationes requiruntur.*
14 *Exiſtente dubio ſuper cambiis, debet procedi ad nominationem peritorum.*

TRanſactionem initam inter Lambertum & ſocios, cum fratribus Marcellis, dixi nullam eſſe, & invalidam, & ſimulatam.

In primis, quia obligatio ſummæ 3517. libra- 1
rum, 11. ſolidor. 3. den. contenta in dicta tranſactione ſub prætextu mutui, ante recitationem contractus, ut in ea aſſeritur, receptù, ſimulata eſt: cùm dicti Marcelli ſummam illam nunquam receperint, ſed dumtaxat per ſimulationem ſe recepiſſe confeſſi fuerint: de Jure autem contractus ſimulatus, non eſt contractus, & ideo eſt ipſo jure nullus, præſertim quando fit in fraudem legis, & ad colorandam obligationem intereſſe illiciti: Farinac. *de falſitat. & ſimulat. quæſt. 162. num. 7. 9. & 11.* cùm in eo deficiat conſenſus utriuſque contrahentis Rot. *deciſ. 223. num. 17. part. 7. recent.* & fuit hoc deductum *in Avenionenſi ſimulationis*, coram Pamphilo *vol. in recentior. part. 7. deciſ. 11. num. 18.* † ubi dicitur quod probata ſimulatione, omnes clauſulæ in inſtrumento contentæ, ſunt inefficaces, ac quæ etiam ſimulatæ ſunt; nec juramentum obligat, ubi contractus ſimulatus, eſt contractus pictus, & mortuus omni ſpiritu.

Quod autem contractus ſit ſimulatus, clarè deducitur ex eo, quod in eo adeſt cauſa ſimulationis, & conjecturæ: imò & probationes concludentes ipſius. Cauſa quidem, quia id factum fuit adcolorandum & cohoneſtandum contractum uſuræ indebitæ & illicitæ, ſaltem in terris Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ubi jus Canonicum, prout decet, obſervatur: Rot. *deciſ. 594. num. 9. part. 5. recentior.* † ipſa verò ſimulatio probatur indiciis & conjecturis, adeo ut leviores ſufficiant: Gratian. *diſcept. cap. 586. num. 34. & 35.* † Maximè quando agitur de probanda ſimulatione confeſſionis de receptis, quia non eſt aliquis actus inter prohibitos licitæ confeſſio, in quo poſſit ita facilè ſimulatio præſumi: ut poſt Bald. dicit Rot. *deciſ. 132. n. 11. p. 6. num.* Farinac. *de falſitat. quæſt. 162. n. 189.*

Conjecturæ autem, imò probationes ſimulationis ſunt evidentes à verisimili: ut per Farinac. *ubi ſuprà, quæſt. 162. num. 215.* cùm non ſit verisimile, quod dicti creditores qui prætendebant ſummam ingentem aſcendentem ad 13000. libras, vel circa, tam

tam facilè voluissent mutuò dare dictam summam 3517. librarum Marcellis, cum quibus jam litigaverant, & à quibus non ita facilè solutionem sperare poterant: quam præsumptionem consideravit Rota *in recent. part. 5. decis. 594. num. 27.* ubi dicitur quod ingens summa inverisimiliter soluta arguit simulationem: *& decis. 283. num. 12. eadem part. 5.* † Quibus accedit incommoditas Marcellorum, qui propterea adduci facilè potuerunt, ut indebitum, & illicitum interesse promitterent: Farinac. *d. quæst. 162. num. 175.* sed simulatio non solum conjecturis, sed & veris etiam & concludentibus probationibus demonstratur † ex eo, quod non solùm tractatus de sic faciendo præcessit, qui sufficeret ad præsumendam simulationem, ex Farinac. *d. quæst. 163. n. 86. & 87. & quæst. 162. num. 216.* verùm etiam adest conventio expressa de sic faciendo contractum: ex qua sine dubio elicitur simulationis probatio: Farinac. *d. quæst. 162. num. 223.* Rota *d. decis. 11. num. 7. part. 7.* † Et cùm nulla melior sit probatio simulationis quàm propria confessio, Rota *decis. 188. n. 9. part. 5. recentior.* sequitur, per confessionem partium evidenter constare de simulatione dicti mutui, dum sub die 27. Decemb. 1631. fuit per apocham conventum & concordatum, interveniente subscriptione sociorum, quod dicti Marcelli solverent summam annuam 1800. librarum, unà cum interesse ad rationem sex cum quarta parte pro quolibet centenario; ita tamen quod si consilium ita approbaverit, fiat summa totalis composita ex interesse & sorte principali in singulos annos distribuenda. Et in effectu, facto calculo summæ, totalis in dicta transactione contentæ, ascendentis ad summam 17353. librar. 11. sol. & 3. den. eaque in annales solutiones 1800. librar. distributa, juncto semper interesse proportionabiliter ad summam sortis principalis, constabit evidenter calculum annalium solutionum ita factum fuisse, ut singulis annis libræ 1800. de sorte principali solverentur, unà cum interesse prædicto, dictumque interesse proportionabiliter diminueretur, & facto dicto calculo modo quo suprà, totum interesse ascenderet ad dictam summam 3517. librar. 11. & 3. & sic apparet de simulatione dictæ confessionis, & de injustitia & nullitate dictæ promissionis certæ summæ, loco interesse incerti & illiquidi. † Quæ promissio nulla est & invalida, cùm non interveniant requisita per Castrens. *in l. 3. §. final. ff. de eo quod cert. loc.* Mohedan. *decis. 3. de usur.* Afflict. *decis. 20.* Rot. Genuen. *decis. 37. n. 11.* & pluries secuta fuit Rot. Roman. & nominatim *in causa Domini de Legliſe contra creditores Domini Philibert*, inserta post tractatum Merlini *de pignorib. decisione 29.*

Et quod plus est, in dicta transactione adhibitum fuit pactum, quod si dicti Marcelli deficerent in aliquo termino solutionum conventarum, cogi possent pro tota summa, ita ut eo casu tenerentur solvere dictas 3517. libras pro interesse nondum maturato, quod omnino illicitum est.

Et licet postea subdatur, quod si deficiant in solutione, cogi duntaxat poterunt pro summis principalibus & interesse maturato, non autem pro maturando: tamen hæc conventio in nihilo relevat dictos creditores; immò multo magis simulationem arguit: aut enim intelligitur de summis principalibus, secluſa summa 3517. librar. & hoc casu evidenter apparet de simulatione, & quod summa illa non fuit mutuo data, prout cum simulatione narratum fuit: aut verò conventio intelligitur quod interesse debeatur inclusa etiam dicta summa 3517. librarum, & hoc casu magis augetur iniquitas dicti pacti, in quo supponeretur deberi interesse alterius interesse, quod de jure prohibitum est; cùm hic sit anatocismus, & superfœtatio interesse omni jure prohibita.

Secundò, dicta transactio nulla est, & illicita, cùm in toto illius tenore confirmentur solutiones interesse illiciti. Primò quidem, quia in computis societatis dicti debitores onerantur cambiis, ad rationem octo pro quolibet centenario, cùm tamen constaret quod in nundinis Lugdunensibus ex communi cursu non solverentur nisi ad rationem sex. † Dum autem cambia nundinarum non sunt uniformia, non debent taxari nisi secundum communem cursum nundinarum; aliàs non sunt realia: Rot. *decis. 559. num. 2. parte 2. recentior.* ubi etiam dicitur, quod super iis non debet stari partium assertioni: *& decis. 52. num. 4. & 5. part. 1. recentior.* & si aliter solvantur cambia, dicuntur sicca, & illiquida: Rot. *decis. 52. num. 25. 26. & 27. part. 7. recentior.*

Multa alia deducebantur in facto, quæ injustitiam & iniquitatem dictæ transactionis demonstrabant.

Ideo omnes confessiones & concordiæ super cambiis illiciis, non possunt justificare quantitatis promissæ obligationes, cum non sit in facultate partium facere licitum quod per Canones est prohibitum: Bald. *in l. rogasti, §. si tibi, num. 7. ff. si certum petatur*, Rota *decis. 52. num. 5. parte 1. & decis. 559. num. 2. parte 2. recentior.* † Et propterea ad veritatem detegendam, & confusionem evitandam, eligendi sunt periti, ut post plures citatos Rot. *decisione quinquagesima secunda, num. 28. & 29. parte 7. recentior.* Et ita factum, & exequutum fuit.

CAPUT CLXXX.

Pro dotis filiarum constitutione, vel restitutione bona fideicommissi collateralis alienari non possunt. Et pro dote subsidiaria, primò recurrendum est ad bona patris, vel avi, & deinde ad bona materna. Masculi tenentur fœminas dotare, quando adest statutum exclusivum ipsarum propter masculos. Bonorum fideicommisso suppositorum alienatio ex causa dotis in certis casibus est difficilior. Et qui sint illi casus.

SUMMARIUM.

1 *Bona patrui, vel avunculi non sunt obnoxia constitutioni, vel restitutioni dotis neptum ex fratre.*

2 *Quando agitur de restitutione dotis ex fideicommisso, non gravati, sed gravantis persona inspicienda est.*

3 *Dum agitur de dote subsidiaria, primum subsidium est patris, & avi; secundum verò est matris.*

4 *Ex lege Florentina pater succedit filiis masculis ab intestato, exclusis filiabus suis.*

5 *Quando adest statutum exclusivum fœminarum propter masculos, fœminæ quidem excludunt*

cluduntur, ſed onus eas dotandi ſpectat ad fratres.

6 *Creditores mariti ſunt præferendi creditoribus uxoris, & è contra, per remedium ſeparationis bonorum.*

7 *Alienatio bonorum fideicommiſſi fieri poteſt etiam ex cauſa dotis ſpiritualis.*


8 *Bona ſuppoſita fideicommiſſo alienari poſſunt, quamvis filiæ ſint natæ poſt obitum inſtituentis fideicommiſſum.*

9 *Difficiliùs conceditur alienatio bonorum fideicommiſſi pro dote, quando tempore conſtituti fideicommiſſi nec avus, nec pater filia nati, vel accepti erant.*

10 *Difficiliùs quoque admittitur alienatio bonorum fideicommiſſi procedentis ex linea materna.*

11 *Quando mater habet bona libera, dos filiarum potius capitur ex bonis maternis, quam ex bonis fideicommiſſi aviti.*

12 *Fideicommiſſarius poteſt vendicare bona fideicommiſſi pro dote alienata, quando aderant bona libera ſufficientia.*



NOn videtur quomodo ex facti ſpecie propoſita per Dominum Alexandrum elici poſſit, quod filiæ domini Antonii ejus fratris potuerint habere jus petendi dotem ſpiritualem pro ingreſſu monaſterii, ſuper bonis provenientibus ex fideicommiſſo dominorum Antonii, & Alemani avunculi, & patrui ejuſdem Domini Alexandri, necnon dicti Domini Antonii, & Franciſci fratrum ipſius Domini Alexandri: cùm certum ſit, bona patrui vel
1 avunculi non eſſe obnoxia conſtitutioni, vel reſtitutioni dotis in favorem neptum ex fratre vel ſorore, ut tradunt communiter DD. Angel. Imol. Alexand. & Ripa *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* quos ſequitur Riminald. jun. *conſ. 777. num. 9. & conſ. 600.*
2 *n. 7.* † Cum enim agitur de dote ex fideicommiſſo conſtituenda, non gravati, ſed teſtatoris gravantis perſona conſideranda eſt, an ſcilicet is fuerit obligatus dotare, vel non; ut optimè declarat Æmil. Ferrer. *in l. filiusfam. §. Divi, num. 77. verſic. alter verò caſus eſt, ff. de legat. 1.* & ideo in bonis fideicommiſſi provenientis à patruo, vel avunculo, non eſt locus diſpoſitioni *authent. res quæ, C. comm. de legat.* quæ ſolùm procedit in deſcendentibus, ut inter cæteros docet Menoch. *lib. 4. præſumpt. 189. n. 1.* & omnes paſſim de materia tractantes.

Et per conſequens ſi dictæ filiæ dotari non potuerunt de bonis fideicommiſſi, ſequitur ipſis competere jus petendi dotem ſuper bonis maternis: quia pater non erat idoneus facultatibus, unde in
3 ſubſidium onus dotandi ſpectabat ad matrem: † licet enim dum agitur de dote ſubſidiaria, primum ſubſidium ſit patris, & avi; ſecundum verò matris, quæ non tenetur dotare niſi deficientibus bonis patris, & avi, quantumvis fideicommiſſo ſubjectis, ut per judices Florentinos judicatum teſtatur Cardinal. Tuſch. *in verbo Dos, concluſ. 747. n. 35. & 36.* Tamen cùm nulla paterna, aut avita bona, ſive libera, ſive fideicommiſſo ſuppoſita ſupereſſent, onus dotandi abſque ulla difficultate ſpectabat ad matrem: *l. neque mater,* cum *ibi* notatis, *Cod. de jur. dot.* Coſta *de remed. ſubſidiar. remedio 6. n. 1.* Poterant ergo filiæ, nunc Dominus Alexander, ab ipſis jus, & cauſam habens, dotem ſpiritualem petere, & exigere ſuper bonis maternis in defectum paternorum, & avitorum.

Sed poſito, quod licitum *fuiſſet procedere ad ven-* 4
ditionem dictorum bonorum fideicommiſſo collaterali ſuppoſitorum pro conſequenda dotis ſpiritualis ſolutione, attamen cùm in facto ſupponatur patrem fuiſſe mortuum nullis relictis facultatibus poſt obitum ſuorum filiorum maſculorum, quibus ex lege Florentina pater ipſe filiabus excluſis ſucceſſit, ſeu ſuccedere potuit, ſive hæreditas materna ad ipſum patrem, & eo acceptante ad ejus creditores, ſive ad ipſas filias ceſſante ſtatuto ſeu lege Florentina, ſive ad alium quemcunque devenerit, non poſſe deferri, niſi cum onere filias dotandi. † Quia quando adeſt ſtatutum excluſivum fœminarum propter maſculos, fœminæ quidem excluduntur, ſed tamen maſculi ipſas dotare tenentur: Socin. ſen. *conſ. num. 5. lib. 4.* Menoch. *præſumpt. 189. n. 42.* quod dotationis deducitur ex bonis paternis, vel maternis, tanquam æs alienum: per text. *in l. à filio, in fine, ff. ad Trebellianum,* Odd. *de fideicomm. in prohibit. alienat. quæſt. 40. num. 7.*

Ergo quomodocunque res ſe habeat, quamvis dominus Antonius liberis ſuis maſculis præmortuus in dote materna ſucceſſiſſet, & ipſius creditoribus jus quæſitum fuiſſet, nihilominus tamen dotium Alexandro filiarum ceſſionario jus competeret agendi ad ſeparationem bonorum, cùm alia ſit hæreditas Antonii, alia ejus uxoris, & creditores quicumque uxoris creditoribus mariti præferendi ita per text. *in l. 1. ff. de ſeparationibus,* Vincent. Franch. *deciſ. 53. num. 8. & ſequentib.* Joan. Andr. Georgius *allegat. 41. n. 2. 16. 17. & 18.*

Sequitur itaque, dominum Alexandrum ipſius cauſam habentem à dictis filiabus domini Antonii fratris ſui, fundatum eſſe in petitione dotis ſuæ per bonis maternis ipſorum, ſive bona fideicommiſſi pro dote illa ſpirituali alienari potuerint, ſive non potuerint: ſemper enim dos aut ſolvi debuit, aut reintegrari ſuper bonis maternis liberis, ad matris hæredes obventis, quæ

ad ipsos nullo modo pertinere possunt, nisi cum illo onere dotis solvendæ, vel solutæ reintegrandæ.

Sed deinde, facti serie veriùs proposita, aliter tractandum est negotium. Supponitur enim, Antonium sine masculis vita functum duas duntaxat filias, Septimiam, & Annam reliquisse superstites, ex cæteris verò Helenæ descendentibus Antonio supervixisse dominum Alexandrum, (quem Alexandrum secundum nuncupavimus) & Dominum Joannem Baptistam ejus nepotem; ita ut certissimum sit, per obitum Antonii apertum fuisse fideicommissum appositum in testamento domini Leonardi, in favorem ejusdem domini Alexandri, qui ex masculis reperiebatur proximior in gradu, extincta videlicet in totum linea masculina descendentium ex Helena, præmortuo quoque Bartholomæo ejusque liberis masculis; cùm ex lectura testamenti constet Leonardum voluisse instituere fideicommissum masculinum, & perpetuum inter descendentes ab Helena cum exclusione fœminarum. Quam ob rem potest dominus Alexander jure petere fideicommissum illud declarari apertum in sui favorem, & se immitti in possessionem bonorum extantium, & agere ad repetitionem bonorum dicti fideicommissi alienatorum, & in hoc nulla est difficultas.

7 Majus dubium versari videtur circa revocationem alienationis cujusdam domus, factæ per dominam Septimiam, cujus pretium conversum dicitur in solutionem dotis spiritualis, quam ipsa sibi constituit ingrediendo Religionem: cum ex privilegio dotis bona fideicommisso supposita alienari possint pro dote etiam spirituali: juxta *auth. res quæ, Cod. comm. de legat.* ut tradunt DD. omnes *in d. authent. res quæ*, Bartol. *num.*7. Bald. *num.*13. Salic. *num.*4. Angel. *num.*4. Joan. *num.*13. Curt. jun. *n.*26. & est communiter receptum.

Verius tamen est, alienationem dictæ domus, quam supponimus fuisse de bonis fideicommisso suppositis, esse retractabilem instante dicto domino Alexandro, considerando hic agi de dote prætensa per abneptem super bonis sui Abavi: quo casu Doctores faciliùs inclinant ad impediendam alienatio-
8 nem bonorũ fideicommisso suppositorum,† non ex eo quod agatur de natis, & conceptis post mortem Abavi, Duran. *decis.*26. *num.*7. quia non ex eo solo impediretur alienatio bonorum fideicommissi, sed ex eo quod tria hoc in casu concurrunt.

9 Primò, quod Dominæ Septimia, & Anna, non solum non erant natæ tempore mortis testatoris, sed nec etiam illarum pater, nec avus paternus: in quibus terminis multi existimant, non esse locum alienationi bonorum fideicommissi, ex sententia Honded. *cons.*76. *n.*14. *lib.*1. post Simon. de Præt. *de interpret. ultimar. volunt. lib.*4. *dubit.*12. *n.*33. *fol. mihi* 378. *& lib.*1. Fusar. *de substit. quæst.*531. *n.*11.

10 Secundum, quod hic concurrit, quod agitur de descendentibus ex linea materna: quia Leonardus erat pater Helenæ, quæ fuit proavia Septimiæ, & Annæ: quo casu non ita facilè admittitur alienatio bonorum fideicommissi, cùm officium dotandi non pertineat ad lineam maternam: Fusar. *d. quæst.*531. *num.*104. nisi in subsidium, dificientibus bonis ex linea paterna.

11 Tertium, quia supponitur uxorem Antonii habuisse bona sufficientia pro solutione dictæ dotis spiritualis: unde licèt dubitatum sit apud Doctores, utrùm super bonis fideicommisso suppositis ab ascendentibus maternis dotes capi possint; tamen in hoc omnes conveniunt, quod si mater haberet bona libera, dos constituenda esset super illis, & non in bonis fideicommissi Avi, vel Proavi materni, ut dicunt omnes DD. *in dicta authent. res quæ*, & nominatim Salicet. Corne. Curt. jun. & alii, quos citat & sequitur Fusar. *de substit. quæst.*531. *num.*108. *vers. si tamen*: Rota *divers. decis.*737. *p.*1. ubi quod non potest fieri exequutio pro dote filiæ contra bona fideicommisso supposita, quando extant bona materna, ex quibus filia dotari possit, & quibus ipsa nondum renunciavit.

Concluditur ergo, dictis filiabus Antonii nullum 12
jus competiisse pro dote super bonis dicti fideicommissi; & alienationem dictæ domus retractandam esse, juxta tradita per Addent. ad Burat. *decis.* 641. *num.* 22. ubi dicitur quod fideicommissarius potest vendicare bona fideicommissi alienata pro dote, quando retenta sunt bona libera, quæ alioquin fuissent sufficientia pro dotis solutione.

CAPUT CLXXXI.

Dominium directum utrùm probetur per unicam recognitionem in præjudicium recognoscentis, & illius hæredum, vel successorum, etiam particularium, saltem junctis adminiculis. Et quæ ad hoc adduci possint adminicula, veluti solutiones canonum per longum tempus continuatæ, fama publica, aut qualitas Domini jurisdictionalis. Quid de Tertio non habente jus ab ipso recognoscente.

SVMMARIVM.

1 *Dominium directum non probatur ex unica recognitione.*
2 *Ad hoc ut simplex recognitio probet dominium directum, oportet illam fuisse factam ex certa scientia, aut saltem quod sint duæ recognitiones conformes.*
3 *Collegia studentium Civitatis Avenionensis gaudent privilegiis Ecclesiæ.*
4 *Dominus jurisdictionalis habet magnam præsumptionem pro se, quando agitur de probando dominio directo, & adest recognitio.*
5 *Dominium directum probatur per unicam recognitionem contra eum qui recognovit, & illius hæredem, si cum recognitione juncta sit confessio dominii directi.*
6 *Similiter probatur per illam confessionem adversus Tertium possessorem, si constiterit illum habere jus ab ipso recognoscente.*
7 *Recognitio suffragatur domino absenti, si notarius pro ipso stipulatus sit.*
8 *Recognitio non nocet Tertio, qui jus & causam non habet à recognoscente.*
9 *Simplex investitura non præjudicat Tertio, qui non successit in jus investiti.*
10 *Iunctis tamen adminiculis probat etiã contra Tertiũ.*
11 *Recognitionis emphyteutica robur augetur ex temporis antiquitate.*
12 *In Ecclesiã possessio transfertur ex sola recognitione.*
13 *Per solutiones canonum ultra tempus 30. annorum continuatas, juncta recognitione, dominium directum probatur etiam contra Tertium.*
14 *In antiquis probatio dominii directi coadjuvatur ex fama publica.*

15 *Si in uno inſtrumento fuerint recognita multa prædia, & illa ſubjaceant eidem domino directo, veritas recognitionis aliorum præbet adminiculum veritatis recognitioni unius contentioſæ.*

16 *Succeſſores univerſales vel particulares non poſſunt contravenire recognitioni facta per eorum authorem.*

17 *Error recognitionis probari poteſt per poſſeſſorem prædii recogniti.*

SUpponitur in facto, Martinum loci Podioleni tam proprio, & privato nomine, quàm nomine ſuæ uxoris, recognoviſſe Collegio N. pro ſe, & ſuis hæredibus, tenere, & poſſidere ſub dominio directo, jure inveſtiendi, & quolibet alio jure dominicali, Dominis Rectori, & Collegiatis collegii, Prioribus, & Dominis juriſdictionalibus illius oppidi, in cujus territorio prædium ſitum eſt, Notario pro illis acceptante & ſtipulante, quoddam prædium in illo inſtrumento recognitionis deſignatum.

Quod quidem prædium poſteà poſſeſſum fuit per quendam jus, & cauſam habentem à Martino avo paterno ſuæ uxoris: & is ipſe poſſeſſor illud idem prædium titulo permutationis poſtea alienavit.

Unde quæritur, utrùm dictum Collegium agere poſſit contra modernum ejuſdem prædii poſſeſſorem, pro conſequenda ſolutione laudemiorum, & canonum emphyteuticorum occaſione dicti prædii debitorum.

1 Cujus difficultatis reſolutio pendet ex eo, utrùm ſufficienter conſtet de dominio directo prædii, ex unica & ſimplici recognitione dicti Martini; quia unica recognitio non videtur ſufficiens ad probandum concludenter dominium directum. Aut enim recognoſcens id facit ad inducendum novum jus in favorem domini directi, & hoc caſu recognitio non ſufficit ſine inveſtitura; aut verò recognitio fit ad probandum dominium directum jam conſtitutum, & hoc caſu talis confeſſio videtur erronea, ſi non appareat de jure præcedenti domini directi, ut bene arguit Surd. *conſ.*135. *num.*106. *& multis ſeqq.* Et ſanè quod ſimplex recognitio non præjudicet recognoſcenti, tradit Cancer. *lib.*3. *var. reſolut. c.*13. *de jurib. caſtror. num.*138. *& ſeqq.* Unde ſi recognoſcens poſteà docere poſſit prædium recognitum eſſe liberum, aut à ſuis authoribus tanquam tale fuiſſe poſſeſſum, recognitio nullius eſt momenti: Roſental. *de feud. cap.*6. *concluſ.*68. *n.*6. † & ad hoc ut recognoſcens rem ſuam ab alio, ſibi præjudicet, neceſſe eſt quod recognitio fiat ex certa ſcientia: Cyriac. *controverſ.*139. *n.*43. Coſt. *de facti ſcientia, cent.*2. *diſtinct.*92. *n.*1. *& ſequentib.* & ſaltem requiri videntur duæ recognitiones conformes: Bertrand. *conſ.*333. *num.*1. *vol.*2. *prior.*

His tamen non obſtantibus, verius eſt dominium directum ſufficienter probari in favorem dicti Venerabilis Collegii, conſideratis adminiculis, & circunſtantiis, de quibus infrà. Siquidem in primis conſiderandum eſt, hic tractati de recognitione facta in favorem dicti Collegii, ad cujus utilitatem duo cõcurrunt: quorum alterum eſt, quod Collegium eſt Eccleſiaſticum, compoſitum de perſonis Eccleſiaſticis;

3 † & quamvis non eſſet tale, nihilominus gauderet privilegiis Eccleſiæ, prout de Magno Collegio præſentis Civitatis Avenionis, docuit Bertrand. *conſ.*281.

4 *vol.*4. † Alterum verò eſt, quod Collegium prædictũ habet, & poſſidet dominium juriſdictionale illius oppidi, cum omnimoda juriſdictione in toto territorio, ut de dicto Collegio loquens, tradit Alciat. *lib.*6. *conſ.*1. *per totum.* Quibus duobus concurrentibus unica recognitio ſufficit, cùm Dominus juriſdictionalis habeat præſumptionem juris pro ſe: ut dicit Papon. *lib.*13. *tit.*2. *arreſt.*2. *&* 3. Ranchin. *in addit. ad Guidonem, deciſ.*272.

Secundò advertendum eſt, negotium hoc omni caritaturum difficultate, ſi probari poſſit, prout facile videtur, quod poſſeſſores illius prædii ſucceſſerint mediatè, vel immediatè dicto Martino recognoſcenti, ſive titulo univerſali ſucceſſerint, ſive ſingulari. † Nam ut dicunt DD. omnes, & præſertim Bal. *in l. ſi aliquam rem, n.*39. *ff. de acquir. poſſeſſ.* generalis eſt regula, quod quando agitur actione reali, ſolet recognitio probat dominium directum, ſi recognoſcens non ſimpliciter recognoverit tanquam emphyteuta, ſed ulteriùs proceſſerit, declarando quod agnoſcit ſe tenere ſub directo dominio, & majori ſeneuria concedentis: prout factum fuit per dictum Martinum in inſtrumento recognitionis, de quo agitur: dominium enim hoc caſu probatur contra confitentem, & recognoſcentem; non tam in vim recognitionis, quàm in vim confeſſionis in ea contentæ: & ita etiam loquitur Sola *in conſil. Sabaud. in de jur. emphyteut. 2. part. decreti, Reipublic. gloſſ.* 5 *num.*8. qui poſt Ripam, & alios dicit, hoc caſu onus probandi errorem recognitionis, transferri in recognoſcentem, ſeu ejus hæredem.

Quod autem dictum eſt de hæredibus, eodem mo- 6
do concludendum eſt de ſucceſſoribus particularibus, dummodò probetur illos jus & cauſam habere à recognoſcente, ut notat Sola *loco citat. n.*5. ne ſucceſſor ſit melioris conditionis quàm ejus author: Cancer. *lib.*1. *var. reſol. c.*11. *de emphy. n.*21. *in novis.*

Quamvis autem dicta recognitio facta fuerit ab- 7
ſente Priore, & Monachis dicti Collegii; tamen perinde eſt, ac ſi ipſis præſentibus facta fuiſſet, attenta ſtipulatione notarii, quæ in dicto inſtrumento intervenit pro omnibus intereſſe habentibus: prout teſtatur Cancer. *dict. cap.*11. *n.*23. dicens ſe ita obtinuiſſe in Audientia Regia.

Tertiò advertendum eſt, quod licèt regulariter quando agitur actione reali contra tertium poſſeſſorem, ſimplex inſtrumentum recognitionis non præbet dominium, quia confeſſio unius alteri præjudicare non debet, teſte Rip. *loco citato, n.*40. † ſicut ſimplex inveſtitura præjudicat Tertio, niſi probatum fuerit, illum jus & cauſam habere à recognoſcente, ut per Rip. *ibid. n.*41. *&* 42. † Tamen concurrentibus adminiculis dominium directum ex ſimplici recognitione vel inveſtitura plenè probatur contra Tertium, ad quoſcumque effectus: Rot. *deciſ.*91. *& 93. part.*4. *diverſor.* Cavaler. *deciſ.*269. *n.*3. cum aliis allegatis apud Burat. *deciſ.*602. *n.*17. *& in recentiorib. deciſ.*164. *n.*4. *part.*6. *& deciſ.*193. *n.*1. *part.*2. *recent.*

Hoc autem in caſu, plurima, eaque vigentiſſima concurrunt adminicula. In primis enim agitur de recognitione facta à tempore antiquiſſimo, cùm in hac materia tempus antiquum dicatur annorum 40. & tamen lapſi fuerint à tempore recognitionis ſeptuaginta anni: dum autem agitur de tempore antiquiſſimo, ſolum inſtrumentum recognitionis præbet, quia tunc leviores ſufficiunt probationes, quæ plenæ requiruntur: Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*370. *n.*3. Rot. *deciſ.*81. *n.*13. *part.*5. *recent.*

Secundò, quia agitur de Eccleſia, cujus utilitatem 9
hæc recognitio reſpicit, in quam poſſeſſio ex illa recognitione transfertur: Gratian. *ibid. n.*13. Rot. *d. deciſ.*81. *num.*7. *part.*5.

Tertiò videndum eſt, utrùm ex libris Collegii, 10
vel ex diſpoſitione eorum, qui tempore præterito ali-

cti Prioratus redditus conduxerunt,aut alia ratione probari possit, quod dictus Martinus, aut ejus vniuersales, vel singulares successores canonem emphyteuticum persoluerint: nam hæc probatio esset valde concludens, dummodò solutiones canonum excederent tempus 30. annorum, quo casu dominium probaretur etiam contra Tertios, jus & causam à recognoscente non habentes: Addit. ad Burat.*d.decis.*602.*n.*18.

14 Quartò, multum confert ad probationem dominii directi, si producantur testes deponentes, qualiter vox & fama publica est,prædium illud esse de dominio directo dicti Collegii, seu domini Prioris, cùm versemur in antiquis: Rot. *decis.* 79. *n.*5.*part.*5.*recent.& decis.*81.*n.*14.*ead.parte.*

15 Quintò, non leue petitur adminiculum ex eo, quod in dicto instrumento recognitionis adsunt plurima alia prædia, per eundem Martinum recognita domino Priori dicti Collegii: quæ recognitiones fuerunt fortitæ effectum in persona successorum tam vniuersalium, quàm particularium dicti Martini; cùm possessores aliorum prædiorum in dicto instrumento designatorum recognouerint absque alia difficultate eadem prædia in illo instrumento recognita; sed instrumentum in vna parte verum, & confessio pro parte vera, habent pro se præsumptionem veritatis: Ludouis. *decis.*62. *num.*7.& 8.*decis.*683.*num.*12.*part.* 2.*recentior.* & effectuatio instrumenti in vna parte, probat effectuationem totius instrumenti: Burat. *decis.* 870. *n num.*3.

Maximè, quia ipsemet successor recognouit alia prædia in vim dictæ recognitionis anni 1572. tanquam existentia de dominio directo dicti Collegii, & per consequens non potest nunc impugnare quod jam semel approbauit, & ipsemet executioni demandauit.

16 Quibus ita constitutis,non obstant quæ in contrarium deducta fuere: quia procedere possent, si ageretur de tertiis possessoribus, qui jus & causam non haberent à recognoscente,ut dicunt DD.suprà citati, & Rot. *in recentior. decis.* 164. *n.*7. *part.*6. nam successores vniuersales, vel particulares, non possunt contrauenire recognitioni factæ per authorem, aut eam reuocare: Peregrin. *cons.*24.*num.*29.

17 *vol.*1. † Vel si probaretur error recognitionis, Rosental.*cap.*6.*conclus.*68.*n.*3. *& seq.* Aut denique, si adesset vnica recognitio, non concurrente diuturnitate temporis, & aliis adminiculis, indiciis, & conjecturis,de quibus suprà dictum est, ut & vltra citatos tractat Thesaur. jun. *lib.*4. *quæst.*42. *num.*7. Nam illis concurrentibus, certum est dominium directum fuisse sufficienter probatum, ut omnes citati DD. vnanimi consensu fatentur.

CAPUT CLXXXII.

Contra mulierem coniugatam non currit præscriptio in bonis dotalibus: Sed tamen debitor dotis in pecunia, præscribit contra ipsam. Similiter currit contra illam præscriptio à die quo fuit assecurata propter vergentiam mariti ad inopiam. Imò currit pendente coniugio, quando fuit cœpta ante coniugium; nec interrumpitur per arbitramentum: & vtrùm per compromissum, vel interpellationem extrajudicialem.

SVMMARIVM.

1 *Contra mulierem conjugatam durante conjugio nulla currit præscriptio. Limitatur ut infrà* num.10. & 11.

2 *Per compromissum non acceptatum ab arbitris, non interrumpitur præscriptio.*

3 *Multò minus per nominationem arbitrorum, seu amicabilium compositorum, tam de jure, quàm de facto procedentium.*

4 *Ampliatur etiam si tales arbitratores processissent ad prolationem laudi, seu sententiæ arbitramentalis.*

5 *Etiam in judicialibus, ad interrumpendam præscriptionem, debet constare de citatione apud Acta.*

6 *De jure Canonico per solam interpellationem extrajudicialem præscriptio interrumpitur.*

7 *Contrarium verius est, nisi per talem interpellationem jura aduersarij deuenerint ad notitiam ejus qui fuit interpellatus.*

8 *Per generale compromissum super omnibus differentiis non interrumpitur præscriptio.*

9 *Contra mulierem præscriptio currit durante conjugio, à tempore quo fuit assecurata super bonis sui mariti, propter vergentium illius ad inopiam.*

10 *Similiter, quando dos consistit in pecunia, & non agitur de fundo dotali.*

11 *Fallit præterea regula, etiamsi agatur de fundis, quando præscriptio jam erat cœpta ante matrimonium.*

AD impediendam exceptionem præscriptionis oppositam, duæ replicationes in medium adductæ fuerunt: quarum Prima petitur ex eo, quod actrix fecit compromissum de omnibus differentiis quas habere poterat super hæreditate, de qua agebatur, supponendo ex eo interruptam fuisse præscriptionem. 1

Secunda,quod dicta actrix fuit coniugata, & sic nulla aduersus ipsam potuit currere præscriptio, durante coniugio: Menoch. *de arbitr. cas.*39. *n.*24. Gratian.*discept.forens.cap.*475.*n.*10.

Super quibus replicationibus respondendo dixi, actricem, si nihil aliud proponatur, non esse fundatam.

Quod enim ad compromissum attinet, verius est ex eo solo non induci præscriptionis interruptionem, cùm non constet arbitros nominatos illud vnquam acceptasse; atque ita perinde sit ac si nullum factum fuisset, Marsil. *singul.* 679. ubi dicit hoc esse notandum in practica,Lanfranc.*in tractat. de arbitr. part.ult. quæst.*49.*num.*99. *vers. est tamen singulariter.* Gratian. *discept. forens.*516. *numero* 28. *&* 29. 2

Præsertim, quia compromissum fuit factum tam de jure, quàm de facto, ita ut videantur potiùs electi arbitratores, quàm arbitri: Tusch. *in verbo Arbiter,concl.*458.*num.*6.*&* 7. DD. *in cap. Quintauallis, de jureinran.* & communiter receptum testatur Viu.*opin.*66.*num.*10. 3

Compromissum autem factum in arbitratores, etiamsi lata fuisset sententia per ipsos, non operatur interruptionem præscriptionis: Lanfranc. Balb. *decis.*39. Oldrad. *cons.*176. *num.* 1. Borel. *in sum.* 4

omnium deciſionum, lib. 1. tit. 63. de compromiſſis, num. 387. & 388.

5 Immò, quod plus eſt, nulla interuenit citatio coram dictis arbitris, cùm tamen etiamſi ageretur de judice ordinario, oportuiſſet ad effectum interrumpendæ præſcriptionis, citationem fuiſſe redactam in actis, & accuſatam contumaciam: Peguer. *dec.* 157. *num.* 1. & 3.

6 Neque eſt quod dicatur, per actus extraiudiciales etiam interrumpi poſſe præſcriptionem de jure Canonico, Rot. *deciſ.* 226. *n.* 47. *part.* 7. *recentior.* & *deciſ.* 281. *n.* 16. *ead. part.* & *deciſ.* 92. *num.* 32. Coccin. *deciſ.* 362. *num.* 2.

7 Quia verius eſt, per ſolos actus extraiudiciales non interrumpi præſcriptionem, niſi tales ſint, vt illis mediantibus ille qui præſcribit, habeat notitiam jurium actoris: immò & ſola litis conteſtatio coram judice incompetenti facta præſcriptionem non interrumpit, niſi ad rei notitiam deuenerint jura, & fundamenta actoris: Balb. *de præſcript. tertia parte ſextæ partis, n.* 33. & 34. *fol. mihi* 70. † Et ideo

8 cum in caſu propoſito ſolùm generaliter compromiſſum fuerit de omnibus differentiis ſuper hæreditate, de qua agebatur, non potuit ex eo cauſari aliqua mala fides in perſona aduerſarii, vt bene explicat Abb. *in cap. illud, n.* 15. & 17. *de præſcript.* & Felin. *in eod. cap. n.* 9. junctis per eum notatis *in tertia declarat. num.* 7.

9 Quod autem attinet ad ſuſpenſionem præſcriptionis durante coniugio; notandum eſt, quod cùm marito vergente ad inopiam, dicta actrix egerit ad dotis conſignationem, provt in facto ſuppoſitum fuit, ab illa die qua conſignata fuit, aduersùs illam præſcriptio currere incepit: ut habetur *in l. in rebus, §. final. Cod. de jur. dot.* in illis verbis: *Minus autem idoneis maritis, ex quo hoc infortunium eis illatum eſſe claruerit*: & ita tenet Pract. Papienſ. *in forma reſponſionis rei conventi, in verbo præſcriptionis, n.* 15. *in* 22. *caſ.* Neguſant. *de pignor.* 2. *membr.* 6. *part. principal. num.* 4.

Addatur quod licèt vera ſit generalis illa regula, quod mulieri durante coniugio, nulla currit præſcriptio in bonis dotalibus, Cod. Fabrian. *lib.* 7. *tit.* 7. *de acquir. poſſeſſ. definit.* 27.

10 Tamen vltra limitationem jam datam, duæ aliæ notabiles à Doctoribus in medium afferuntur: quarum Prima eſt, ut locum non habeat, quando dos debetur in pecunia, quia tunc periculum eſt mariti: Seraphin. *deciſ.* 569. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *glo.* 1. *part.* 2. *n.* 62. quia tunc non agitur de

11 fundo dotali. † Secunda, vt præſcriptio currat contra mulierem, durante coniugio, quando jam erat inchoata ante coniugium: textus eſt notabilis *in leg. ſi fundum, ff. de fund. dotal.* Boër. *deciſ.* 329. *in fine,* & *deciſ.* 328. *num.* 4. *verſ.* & *adverte,* Balb. *de præſcript.* 1. *part.* 6. *partis principal. num.* 10.

CAPUT CLXXXIII.

Quando teſtator ſubſtituit piam cauſam deficientibus deſcendentibus per lineam maſculinam, fœminæ deſcendentes ex maſculis excludunt illam à ſubſtitutione. Quod ſi pia cauſa fuerit vocata, deficiente linea maſculina, tunc pia cauſa excludit fœminas deſcendentes ex maſculis. Et utrùm ſit differentia inter fœminas primi, & fœminas ulterioris gravati.

SVMMARIVM.

1 *Pia cauſa ſubſtituta, deficiente linea maſculina, excludit fœminam deſcendentem ex ultimo maſculo.*

2 *Et ſimiliter excludit neptem ex ultimo maſculo natam.*

3 *Quando teſtator habuit intentionem conſervandi agnationem, fœmina ex maſculo deſcendens non dicitur de linea maſculina.*

4 *Hoſpitale non eſt capax conſervandi agnationem teſtatoris.*

5 *Filia primi gradus non eſt de linea maſculina, ſed eſt principium linea fœminæ.*

6 *Filia ulterioris gravati dicitur de linea teſtatoris.*

7 *Contrarium tenet Duranus Rota Auditor, & verius eſt.*

8 *Facta mentione deſcendentium ex linea maſculina, potior eſt cauſa filiæ ex illa linea deſcendentis, dum contendit adverſus ſubſtitutum extraneum, ſaltem durante vita filiæ.*

9 *Filia ex linea maſculina proveniens excludit etiam piam cauſam ſubſtitutam.*

10 *Si teſtator vocaverit piam cauſam deficientibus deſcendentibus ex linea maſculina, admittitur fœmina deſcendens ex maſculo; ſed ſi pia cauſa ſit ſubſtituta, deficiente linea maſculina, admittitur pia cauſa.*

VIr quidam ex prænobili familia, pietate motus, in vltimo ſuæ voluntatis elogio diſponit, quod ſi Nicolaus, & ejus omnes liberi, & liberorum liberi maſculi, & tota maſculorum linea deficeret, ſubſtituit pauperes Chriſti. Vnde dubitatum fuit, vtrùm filia ex vltimo maſculo nata, eſſet admittenda ad excluſionem paupertum, ſeu Hoſpitalis.

Si negotium, de quo agitur, in ſua theſi ſimpliciter decidendum eſſet, non ſine ratione dubitari poſſet, vtrùm filia ex vltimo lineæ maſculo nata admittenda ſit ad fideicommiſſum, in quo pia cauſa ſubſtituta fuit deficiente linea maſculina: † quia opinio magis communis eſt, & quam Rota Romana amplectitur, filiam excludi, & piam cauſam ad ſtitutionem admittendam eſſe. Ideo cùm hæc non tam rationibus, quàm authoritatibus comdatur, ſufficit dicere hanc eſſe Rotæ Romanæ tentiam, ut notat Burat. *deciſ.* 272. *n.* 3. & *deciſ. n.* 5. *part.* 7. *recentior.* Duranus *deciſ.* 300. *n.* 5. † hoc procedere teſtatur tam in filia, quàm in pte primi inueſtiti ex maſculo nata; rationem reddens, quia duo copulatiuè hoc caſu requiuntur: Primò, quod admitti volens ad ſucceſſionem, ſit maſculus: Secundò, quod deſcendat ex maſculo: eadem Rot. *deciſ.* 203. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* Mantic. *conſ.* 205. *n.* 28. Cald. *de jur. emphyt. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 86. & 92. Fuſar. *conſil.* 192. *num.* 29. & *in ſuis quæſt.* 346. *num.* 12. Gratian. *diſcept. forenſ.* 301. *n.* 21. & *ſequentib.*

Sed ſi quæſtio decidatur in ſua hypotheſi, & conſideratis verbis teſtamenti, factique circumſtantiis, potior videtur eſſe cauſa filiæ ab ultimo maſculo peregrinæ, cùm teſtator, caſu quo maſculi omnes, filii Nicolai, vel liberi liberorum ejus maſculorum uſque in infinitum decederent, ita quod linea maſculina Nicolai deficeret, tali caſu ſubveniente ſubſtituit Pauperes. † Siquidem ad eliciendam teſtatoris mentem, & deciſionis ve-

ritatem,

ritatem ; conſiderandum eſt, doctrinas ex aduerſo propoſitas procedere , quando teſtator agnationis rationem habuit, quæ cùm per fœminas conſeruari nequeat, certum eſt eo caſu eas ſub lineæ maſculinæ nomine contineri non poſſe , vt dicit Rota *dicta deciſ.* 203. *part.* 2. *recent. & alibi paſſim.* Contendebatur enim *ibi* de conſeruatione agnationis , ſicut
4 & in caſu aliarum deciſionum.† At hîc non agitur de conſeruanda agnatione, cùm Hoſpitale fuerit ſubſtitutum , quod non eſt capax agnationis : ita vtrumque caſum diſtinguit Menoch. *conſil.* 625. *num.* 8. *& num.* 19. *verſic. non obſtant :* ſequitur Fuſar. *de ſubſtit. queſt.* 346. *num.* 43. Alii enim DD. qui contrarium ſentiunt , & maximè Menoch. *dicto conſil.* 205. loquuntur in caſu , in quo conſeruatio agnationis fuit in intentione teſtatoris , ut notat etiam Giouagnon. *conſil.* 7. *num.* 34. *vol.* 1. & ita in terminis ſubſtitutionis piæ cauſæ , fuit deciſum apud Peregr. *deciſ.* 4. *num.* 2. Idemque poſt longam diſputationem , concludit Socin. ſen. *in l. cum Avus, ff. de cond. & demonſtr. n.* 8. dicens ita fuiſſe deciſum per Collegium Auenionenſe.

5 Secundò aduertendum eſt , magnam eſſe differentiam inter filiam ipſam teſtatoris , vel maſculi primi gradus ; & eam, quæ ex vlterioris gradus maſculo nata eſt. Ratio eſt, quia fœmina eſt principium lineæ fœmininæ , nec poteſt eſſe de linea maſculina, quæ nunquam incipit : non enim à patre inchoata eſt, qui vnicus eſt maſculus , ſicut linea apud Mathematicos ex vno ſolo puncto confici nequit : Idem de filia maſculi primi gradus: Fuſar. *d. q.* 346. *n.* 34. *& ſequent.*

6 Secus eſt dum agitur de filia vlterioris grauati, cùm hæc verè ſit de linea maſculina : ut bene comprobat Giouagn. *dicto conſ.* 7. *num.* 24. *&* 25. & in his terminis loquitur Mart. Medic. *deciſ.* 1. *num.* 32. & Cyriac. *controverſ.* 281. *num.* 87. *& ſequentib.* necnon Peregr. *dicta deciſ.* 4. Menoch. *conſil.* 379. *n.* 26.
7 † Quamuis Duran. *d. deciſ.* 300. *n.* 6. exiſtimet non eſſe faciendam differentiam inter filiam , & neptem teſtatoris , cujus ſententiam veriorem exiſtimo.

8 Tertiò, quod ſi filia iſta contenderet contra maſculos ſuperſtites , major quidem eſſet difficultas: ſed cùm agatur contra extraneum, nempe contra Hoſpitale, DD. in hanc ſententiam inclinant, ut filia iſta durante vita ſua extraneo ſubſtituto præferri debeat : Giouag. *dicto conſ.* 7. *num.* 35. *in duodecimo caſu,* qui licèt videatur ſe reſtringere ad caſum, in quo vocati ſunt deſcendentes ex linea , vel per lineam maſculinam , non autem quando de ipſamet linea teſtator loquutus eſt , nulla deſcendentiæ facta mentione ; tamen generaliter quod facta lineæ maſculinæ mentione fœminæ admittantur, quando nulli extant maſculi, tradit Menoch. *conſil.* 625. *num.* 12. *verſ. quintò ad rem* , poſt Pinel. *in l.* 3. *C. de bonis matern. num.* 29. *verſ. & hæc opinio.*
9 † Nec refert quod pia cauſa fuerit ſubſtituta, Pereg. *dicta deciſ.* 4. *num.* 2. *&* 3. Et in caſum finitæ lineæ maſculinæ , fœminam piæ cauſæ ſubſtitutæ præferendam eſſe , maſculis non extantibus , & ceſſante agnationis ratione , clarè determinat idem Menoch. *dicto conſil.* 379.

Ego tamen , licèt quæſtio ſit difficilis, potiorem pauperum cauſam eſſe exiſtimo : quia teſtator non locutus eſt de deficientia deſcendentium ex linea maſculina , ſed conſiderauit deficientiam ipſius lineæ ; quo caſu linea maſculina dicitur deficere, quando nulli extãt maſculi ex illa : & licèt fœmina
10 linea : ſiquidem negari non poteſt, † quin differentia illa inter caſum quo facta eſt mentio deſcendentium ex lineâ maſculina , & illum quo ipſius lineæ mentio facta eſt , ſit valde conſiderabilis, ut colligitur ex Giouagn. *dicto conſ.* 7. *num.* 15. 16. *&* 17. & Menoch. *dicto conſ.* 625. *num.* 9. *& conſil.* 1053. *num.* 9. *& conſ.* 205. *num.* 27. *&* 28. Ratio eſt, quia licèt, ut jam dictum eſt , fœmina deſcendat à linea maſculina , non tamen continetur in linea, cùm ſit initium lineæ fœmininæ.

CAPUT CLXXXIV.

Quando quis hæredem inſtituit , & illius hæredes vocavit , caſu quo primus inſtitutus non adiret ſuam hæreditatem, locus eſt tranſmiſſioni in favorem hæredis ab ejus hærede inſtituti ; & iſte tranſmiſſarius tenetur ad omnia onera hæreditatis tranſmittentis ; quia illam hæreditatem habet à tranſmittente jure hæreditario ; & bona tranſmiſſa non augent legitimam debitam ſuper bonis tranſmittentis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator poteſt facere tranſmiſſibile, quod aliàs non eſſet tranſmiſſibile.*
2 *Hæredum mentio diſpoſitivè facta arguit tranſmiſſionem.*
3 *Heredum mentio facta cum clauſula* , ex nunc, prout ex tunc , *tranſmiſſionem inducit.*
4 *Hæres veniens jure tranſmiſſionis , tenetur ſolvere debita tranſmittentis.*
5 *Tranſmiſſarius ſuccedit ex perſona tranſmittentis.*
6 *Bona non tranſmittuntur, niſi ſub qualitate hæreditaria.*
7 *Bona tranſmiſſionis jure venientia non augent legitimam ſuper bonis tranſmittentis petitam.*
8 *Succedens in feudo hæreditario tenetur ſolvere debita ſui authoris.*
9 *Per generalem hæredum inſtitutionem videtur quis elegiſſe.*
10 *Iurium appellatione venit facultas aliquid faciendi.*

REſpondi, Ludouicum vocatum ad hæreditatem Henriettæ ſororis ſuæ, poſt mortem duorum vniuerſalium hæredum ipſius ſororis, vigore teſtamenti per eam conditi, ſuccedere etiam debere in bonis Franceſiæ, quæ teſtamento dictam Henriettam hæredem reliquerat , quamuis ipſa Domina Henrietta hæreditatem Franceſiæ ſibi delatam minimè adiuiſſet.

Certum eſt enim , quod quamuis hæreditas de- 1
lata, & non adita , regulariter non tranſmittatur ad hæredes ; tamen teſtator poteſt facere tranſmiſſibile illud, quod aliàs tranſmitti non potuiſſet, cùm in teſtamentis voluntas teſtatoris totum faciat, & pro lege habeatur , ut inter cæteros deducit Peregrin. *conſ.* 65. *num.* 4. *vol.* 5. & omnes DD. vnanimi conſenſu ita tenent , ita ut non ſit opus pluribus allegationibus.

Voluntas

Voluntas autem teſtatricis, videlicet Dñæ Franceſiæ, eſt euidentiſſima in fauorem transmiſſionis; cùm ipſa declaret in ſuo teſtamento, quod propter certas cauſas eidem teſtatrici bene notas, Dña Henrietta ejus hæres poſſet differre, aut procraſtinare petitionem ſuæ hæreditatis per longum ſpatium temporis, & annorum, quod repetit ſæpiùs in clauſulis legatorum: poſtmodùm verò illa inſtituta hærede, dicta Dña Franceſia ſubiungit, quod ſi ipſa decederet ante acceptationem ſuæ hæreditatis, voluit & ordinauit quod dicta hæreditas veniat, ſit & pertineat ad hæredes eiuſdem Dñæ Henriettæ, quos dicto caſu, quatenus opus eſt, ipſa teſtatrix, *ex nunc, prout ex tunc*, ſubſtituit, & inſtituit reſpectiuè, in locum dictæ Dñæ Henriettæ. Aut igitur dicta Dña Henrietta adiuit hæreditatem Franceſiæ, aut non: ſi adiuit, res eſt expedita: ſi non adiuit, ſimiliter ex mente teſtatricis ſuccedere debent hæredes dictæ Dñæ Henriettæ, ſi non jure vocationis,
2 ſaltem jure transmiſſionis: † cùm Dña Franceſia teſtatrix expreſsè voluerit quod Dña Henrietta poſſit de dictis bonis diſponere, & hæredem inſtituere: imò quod plus eſt, expreſsè vocauerit hæredes ipſius, qui propterea ſaltem jure transmiſſionis admittendi ſunt: juxta doctrinam Baldi *in l. ſi pater, C. de inſtit. & ſubſtit. in quarta quæſt.* ubi loquitur de fideicommiſſo conditionali relicto Titio & ejus hæredibus: ex qua nominatione *hæredum* diſpoſitiuè facta, colligitur coniectura transmiſſionis & vocationis: quam doctrinam communiter receptam eſſe aſſerit Peregr. *conſ. 63. num. 31. vol. 2.* & Card. Mantic. *de conject. ultimar. volunt. lib. 11. tit. 20. n. 19.* & infinitos propemodum citat Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 490. n. 114. & ſequent.*

3 Tantò magis inducta fuit transmiſſio, quia teſtatrix hæredes Dñæ Henriettæ vocauit, & inſtituit cum clauſula *ex nunc, prout ex tunc*, ut optimè oſtendit Chriſtoph. Mart. *Exam. 2. num. 23.* per doctrinam Bartoli *in l. is qui pro emptore, ff. de uſucap.* Fuſar. *ubi ſuprà, q. 490. n. 19.*

Quod ſi ſupponamus hæredes Dñæ Henriettæ venire tanquam hæredes teſtamentarios ipſius, ſiue jure vocationis, ſive jure transmiſſioni; ſequitur, illos teneri reſtituere bona ipſius Dñæ Franceſiæ vnà cum fideicommiſſo vniuerſali bonorum Hen-
4 riettæ. † Certum eſt enim, hæredem jure transmiſſionis venientem teneri adimplere omnia legata, & fideicommiſſa appoſita in teſtamento transmittentis, & ſoluere omnia illius debita de dictis bonis, eademqae bona transmiſſa ponere in inuentario bonorum transmittentis, ut tradunt Zanchus *in l. hæredes mei, §. cùm ita: ff. ad Trebell. num. 203. &* 204. & aliquid habetur *n. 358. in fin.* Iaſ. *in l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtam. num. 3. in ſexta limit.* &
5 Caſtrenſ. *in eâd. l. n. 3.* † Succedit enim ex perſona transmittentis: Ruin. *conſ. 22. num. 19. vol. 3.* Et ideò quemadmodum bona propria Dñæ Henriettæ, ſunt ſuppoſita fideicommiſſo in fauorem dicti
6 Ludouici, ita etiam bona tranſmiſſa; † quia non tranſmittuntur, niſi ſub qualitate hæreditaria. Rip. *dicto §. cum ita, num. 62.* cum allegatis per Fuſar. *quæſt. 491.* quibus addo Nicol. Noal. *in tract. de tranſmiſſ. in princ. num. 4. & multis ſequentibus.* Vbi quod ſuccedens jure propriæ vocationis, neceſſe non habet, vt ſit hæres anteceſſoris, ſed ſuccedens jure transmiſſionis debet eſſe hæres transmittentis, & ideo tenetur legatariis & creditoribus eiuſdem transmittentis ſatisfacere. Quod facere non tenetur ſuccedens jure propriæ vocationis: & res transmiſſa dicitur eſſe de hæreditate transmittentis ad omnes effectus, † præterquam ad fines detractionis legitimæ ſuper bonis transmittentis calculandæ, in qua bona tranſmiſſa non ponuntur in globo hæreditatis illius: Canet. *part. 3. c. 1. de tranſmiſſ. n. 158.* Surd. *deciſ. 140. n. 5. & 16.* cum aliis per eos allegatis. Et factum à ſimili quæ traduntur per DD. de eo, † qui ſuccedit in feudo hæreditario; vel de filio, cui fuit acquiſitum tanquam hæredi patris: hi enim tenentur ſolvere debita, & præſtare fideicommiſſa anteceſſorum: quia bona illis acquiruntur ſub qualitate hæreditaria: in quibus caſibus loquuntur numeroſi DD. citati à Fuſar. *d. q. 491.*

Neque opus erat quod dicta Dña Henrietta expreſſis verbis diſponeret in ſuo teſtamento de hæreditate Franceſiæ: quia cum duraret matrimonialis, propter quem ipſa non audebat exponi acceptare dictam hæreditatem Franceſiæ, ne videlicet incurreret indignationem mariti, qui erat patruus fratris Dñæ Franceſiæ, qui ipſi ab inſtato ſucceſſurus fuiſſet, & in cuius mariti domo teſtamentum Henriettæ recitatum fuit, & ipſe maritus ſummoperè nepotem diligebat, cùm eum hæredem vniuerſalem inſtituerit, non poterat ex mente teſtatricis Henrietta teneri ad expreſſam diſpoſitionem de bonis Franceſiæ; ſed ſufficiebat expreſſio verbis generalibus, ne alioquin cogeremur dicere Dominam Franceſiam voluiſſe adſtringere ſuam hæredem ad indicandam ſuam voluntatem marito, quam tamen ſecretam remanere teſtatrix ipſa Franceſia cupiebat.

Præterea non fuiſſet opus, quod Franceſia vocaſſet hæredes Henriettæ in caſum non adit. onis, quia ſi ipſa expreſsè de bonis Franceſiæ diſpoſuiſſet, ex eo ſolo illius hæreditatem adiuiſſet: ad tradita *in l. gerit, ff. de acquir. hæred.*

Et tamen quando verſaremur in caſu, in quo 9 neceſſaria fuiſſet mentio expreſſa bonorum Franceſiæ, ſatis diceretur facta per illam generalem hæredis inſtitutionem, quidquid dixerit Socin. ſen. *conſ. 92. num. 23. vol. 3.* quia contrarium verius ex Pariſ. *conſil. 72. numero 62. & 63. vol. 3.* Peregr. *fideicom. art. 40. num. 37. & ſequent. uſque ad* Menoch. *conſ. 1130. numero 15.* Fuſar. *quæſt. 444. numero 8. & 550. numero 10. & quæſt. 507.*

Maximè ſtantibus verbis generalibus dictæ inſtitutionis factæ per Dominam Henriettam, in omnibus & quibuſcumque ſuis bonis, nominibus, juribus, rationibus, & actionibus, quacumque in conſiſtant, aut conſiſtere poſſint, præſentibus & futuris; quæ denotant enixam mentem teſtantis, cùm appellatione *jurium*, veniat etiam facultas aliquid faciendi, vel diſponendi: Menoch. *conſ. 118. num. 32.* Fuſar. *dicta quæſtione 550. numero 15. & 16.*

CAPUT CLXXXV.

Confeſſio dotis receptæ in dubio præſumitur facta conſtante matrimonio, animo donandi, & non firmatur juramento, niſi præceſſerit dotis promiſſio. Et ex quibus conjecturis præſumatur ſimulata & ſimulata. Quæ ſimulatio poteſt opponi, etiamſi lapſa ſint tempora præfinita

præfinita ad proponendam exceptionem dotis non numeratæ.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis recepta facta per maritum constante matrimonio, nulla dotis constitutione præcedente, utrùm censeatur facta animo donandi, vel sub spe futuræ numerationis, pendet ex conjecturis.*

2 *Regulariter confessio mariti de dote recepta constante matrimonio, censetur facta animo donandi, secundùm veriorem opinionem.*

3 *Confessio facta in absentia uxoris majorem arguit fraudem legis.*

4 *Confessio dotis incongruæ præsumitur fraudulenta, & animo donandi facta.*

5 *Confessio dotis recepta in argento, auro, & jocalibus præbet fraudis conjecturam.*

6 *Confessio per maritum uxoris favore facta animo donandi, non firmatur juramento.*

7 *Iuramentum assertorium non reddit contractum validum, sed etiam requiritur promissorium.*

8 *Exceptio dotis non numeratæ locum non habet, nisi quando confessio dotis recepta facta fuit sub spe futuræ numerationis, non autem quando animo donandi.*

9 *Terminus à lege præfixus ad proponendam exceptionem dotis non numeratæ, locum non habet, quando confessio facta est de speciebus receptis ante confessionem.*

10 *Exceptio simulationis opponi potest etiam post lapsa tempora præfixa ad opponendam exceptionem dotis non numeratæ.*

11 *Insinuatio requiritur secundum leges loci, in quo contractus fit.*

12 *Confessio dotis receptæ facta animo donandi, non valet non insinuata, non obstante juramento.*

13 *Præsumptio veræ solutionis dotis, petita ex eo quod maritus uxori alimenta præstitit, est valde levis.*

14 *Donatio per maritum facta uxori confirmatur morte mariti, intelligendo dummodo maritus donator uxori præmortuus fuerit.*

15 *Locus loci est de substantia contractus.*

16 *Sinistra suspicio oritur contra eum, qui tardus est in producendo instrumentum.*

VIso contractu recognitionis & confessionis dotis receptæ, in quo maritus declarat in favorem vxoris absentis, notario pro ea stipulante, se habuisse & recepisse à dicta sua vxore summam quinque millium scutorum, realiter ante dictum contractum, & à tempore consummationis eorum matrimonii receptorum, tam in auro & argento, quàm moneta, & jocalibus, vsque ad concurrentiam & valorem dictorum 5000. scutorum, quam summam vult & intendit quod dicta ejus vxor, adueniente casu quo ipse ante eam decedat, possit repetere & recuperare toties quoties, tanquam præcipuam, & aliàs debitam, provt sibi videbitur, & debebit, cum obligatione & hypotheca omnium bonorum suorum; & dictus maritus juravit & affirmauit prædicta omnia veritatem continere, & ita vult, & intendit fieri, & adimpleri; renunciando omnibus juribus, legibus, & capitulis contrariis, & eorum tenori.

Contractum illum nullum judicaui & inualidum, neque ex eo, aut ejus vigore agi potuisse per hæredes dictæ vxoris, cùm contineat confessionem dotis receptæ factam constante matrimonio, nulla dotis promissione præcedente: quæ confessio ex veriori, & communiori DD. sententia censetur facta animo donandi. † Quia licèt valde controuersum fuerit, vtrùm talis confessio censeatur facta sub spe futuræ numerationis, vel ex causa donationis, ita ut nonnulli ad conjecturas recurrendum esse existimauerint, teste Gabriel. *conſ. 163. n. 21. lib. 2.* Beltram. in addit. ad Ludouis. *decis. 67. n. 14.* tamen 2
in judicando † recedendum non est ab ea sententia, quæ donandi animo confessionem factam esse censuit: ut dicit Menoch. *lib. 3. præsumpt. 12. n. 66.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 10. num. 20.* Mart. Medic. *exam. 51. num. 7. & sequent. fol. 571.* Sanch. *lib. 6. disput. 9. num. 5.* Rot. *decis. 655. num. 1. part. 4. recent.* Ludouis. *decis. 67. num. 7.* post Aretin. *conſ. 86. num. 1. versic. secundò ostenditur*: fusè Rot. *decis. 633. num. 2. part. 2. recent.* idemque tradit Marescot. *lib. 1. var. resol. cap. 8. num. 4.* & de communi etiam testatur Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 14. gloſſ. unica, part. 1. num. 66.* eadem Rot. Rom. *decis. 61. num. 1. part. 2. recent.*

Et dicta fraudis præsumptio, & animus donandi 3
inter virum & vxorem multò magis colligitur ex eo, quod talis confessio facta fuit absente vxore, ut notauit Rot. *dicta decis. 683. num. 8. versic. & quia dictum instrumentum*: confessio enim absente parte facta, minoris est efficaciæ: Afflict. *decis. 12. num. 2.*

Maximè, quia agitur de magna quantitate, & 4
excessiua, habito respectu ad qualitatem personarum. Quando enim facta fuit confessio dotis incongruæ, multò magis animo donandi præsumitur facta: Rot. *d. decis. 683. num. 6.* Rot. *diuers. decis. 485. num. 7. lib. 3.* Menoch. *dicto lib. 3. præsumpt. 12. num. 16.* post Salicet. *in l. 2. num. 3. versic. & ideo, C. de dot. caut. & non numer.* Alex. *conſ. 86. num. 3.* & *ibi* Addent. *lib. 7.* Ludouis. *decis. 188. num. 1.* † qui etiam 5
num. 3. arguit fraudem & inuerisimilitudinem ex qualitate solutionis, quæ in jocalibus, auro, & argento facta dicitur, provt in casu nostro, & promissio præcedens non erat de certa summa: Ludouis. *decis. 188. n. 1.*

Et ex præmissis infertur, quod licèt aliàs ex ma- 6
gis communi opinione donationes inter virum & vxorem juramento firmentur; tamen hoc procedit in vera & expressa donatione, non autem in ea quæ inducitur tacitè ex mariti confessione, quæ nec quidem juramento firmatur: ut resoluit Mantic. *dicto lib. 11. num. 20. tit. 20.* Maresc. *dicto lib. 1. cap. 8. num. 6. & 7.* † Maximè quia juramentum appositum in dicto contractu, est tantum assertorium, & 7
non promissorium, cùm dictus maritus juret omnia contenta in instrumento esse vera: & deinde alia oratione dicat, *que ainſi veu & entendu eſtre fait, & accomply*, nullo alio juramento promissorio adjecto; quo casu verior est sententia, talem donationem juramento non firmari, ut notat Sanch. *lib. 6. de matrim. disput. 12. num. 4.* Menoch. *dicta præsumpt. 12. num. 45.* juncto *num. 48.* & hanc fatetur esse communem Couar. *lib. 1. var. resol. cap. 7. num. 14.* Curt. jun. *conſ. 95. num. 5.* Aret. *conſ. 74. num. 7.* Vasq. *de ſucceſſ. creat. §. 29. num. 12.* Roland. *conſ. 76. num. 9. uſque ad finem, vol. 4.* Mart. Medic. *exam. 17. num. 52.*

Infertur secundò, quod nihil facit ad rem, quod 8
ex aduerso opponitur, lapsa esse tempora proponendæ

exceptionis

exceptionis dotis non numeratæ : juxta *l. final. & Auth. quod locum, C. de dot. caut. non numer.* Quia illa exceptio locum haberet, ſi tractaretur de confeſſione dotis facta ſub ſpe futuræ numerationis: quod in caſu noſtro conſiderari non poteſt,cùm ſuperius oſtenſum fuerit, factam fuiſſe animo donandi : † præſertim verò cùm in dicta confeſſione exptimatur modus ſolutionis , qui reſpicit præteritum tempus, nempe in auro, argento,& jocalibus: quod etiam conſideravit Rot. *d. deciſ.* 683. *part.* 2. *recent.* † Vnde etiamſi lapſa fuerint tempora proponendi exceptionem non numeratæ dotis , ſemper opponi poteſt exceptio ſimulationis , vt notant Fontanel.*d.clauſ.*14.*gloſ.vnic. n.*76. Menoch.*de præſumpt.d.præſumpt.*12.*n.*74. Mantic. *d.lib.* 11. *tit.* 20. *num.*29.Gratian.*diſcept.forenſ.c.*693.*n.*12.

11 Infertur 3. dictam donationem ex defectu inſinuationis nullam eſſe, & inualidam , cùm fuerit facta in Gallia,ubi ex Regis ordinationibus inſinuatio neceſſaria eſt,cùm quoad inſinuationem locus celebrati contractus reſpici debeat : ex Gratian. *di-*
12 *ſcept.forenſ.c.*253. † ita ut talis confeſſio,& donatio inde reſultans non inſinuata, quantumuis juramento roborata,nullo modo etiam intra quingentos annos ſubſiſtere poſſit : Gratian.*d.c.*693.*n.*6.

13 Infertur 4. quod licet maritus alimenta vxori præſtitiſſe dicatur , non tamen ex eo inferri poſſit aliquid ad veritatem dictæ confeſſionis : tum quia mariti non ſolent vxores deſerere, quamuis dotem non ſoluant : ut dicit Fontanel. *ubi ſupra , num.*66. tum quia hoc procedere poſſet,ſi vxor dotem promiſiſſet, & non ſolueret,cùm tamen de aliqua promiſſione non conſtet : tum etiam, quia dicta præſumptio alimentorum præſtitorum non multum vrget, & eſt valde levis : ut per Rot.*deciſ.*683.*n.*31. *parte* 2.*recent.* tum, & denique,quia de tali alimentorum præſtatione non conſtat.

14 Vltimò ut omnis tollatur difficultas,non ſolum præſumptio ſimulationis , , ſed & vera probatio nullitatis dicti inſtrumenti ex eo reſultat,quod cum illud eſſet conditionale, nempe caſu quo maritus vxori prædeceſſeret, defectu conditionis inſtrumentum redditur caducum : cùm aliàs donatio inter coniuges tum demum morte confirmata cenſeatur, ſi donator priùs mortuus fuerit ; ſi verò donatarius prædeceſſerit , donatio redditur nulla, & caduca: *cap.fin. de donat.inter vir. & vxor.* cum *ibi* notatis: Sanch.*d.lib.*6.*diſput.*14.*n.*20.

15 Sed tandem euidenter conſtat, contractum illum eſſe nullum, & inualidum , cum in eo deficiant ſolemnia inſtrumenti,nec adiectus fuerit locus loci; ſed tantum dictum fuerit, contractum fuiſſe celebratum in loco de Vertaud, non autem in tali , vel tali domo : ex quo defectu dictus contractus redditur nullus , & inualidus ; quia expreſſio huiuſmodi locorum ſpecifica , eſt de eſſentia , & forma inſtrumenti : quod ita conſtitutum eſt ad euitandas falſitates , & inducendam certitudinem actus geſti: ita copioſè oſtendit Menoch.*conſil.*288.*n.*1.*& multis ſeqq.* & maximè *num.* 19. Addent. ad Burat. *de-*
16 *ciſ.*265.*num.*4. Et † magna eſt contra dictum inſtrumentum ſuſpicio , ex eo quod actores fecerint petitionem jurium maternorum , & diſtulerint productionem huius prætenſi inſtrumenti poſt plures annos : ex qua tarda productione oritur præſumptio falſitatis contra dictum inſtrumentum, *l.ſi quis fortè , §. 1. ff. de pœn.* ibi , *nec enim debebant tam magnam rem tamdiu retinere :* Cravet. *conſ.* 28. *Aſſertum inſtrumentum , num.* 6. Ozaſc. *deciſ.*117.*num.*9. Menoch.*lib.*2.*præſumpt.*91.*num.*8. *lib.*3. *præſumpt.* 122. *num.* 94. Maſcard. *de probat. concluſ.*740. *n.*17.

CAPUT CLXXXVI.

De donatione dotis profectitiæ facta per filiamfamilias ſine conſenſus paterni interventione in ipſo actu. Filiis utrùm ex ſtipulatione facta ſuper reſtitutione dotis,jus fuerit quæſitum tanquam liberis & ſic utrùm dotem habeant tanquam hæredes matris,an ex propria perſona & quomodo ſint explicanda verba ſtipulationis , ſive promiſſio reſtitutionis facta fuerit imperſonaliter , ſive in perſona filiæ, aut cum clauſula *quibus de jure.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis facta per filiamfamilias ſine patris conſenſu intervenitate in ipſo actu, nulla eſt.*

2 *In donatione dotis perfectitiæ facta per filiamfamilias requiritur conſenſus patris.*

3 *Semper conſenſus patris requiritur in donatione facta de dote perfectitia filiæ, propter mulieris fragilitatem.*

4 *Patris authoritas eſt neceſſaria pro forma in contractibus filiarumfamilias, ſtante ſtatuto Auenionenſi continente clauſulas irritantes.*

5 *Filij non tenentur imputare dotem maternam in legitimam Avi, quando illam habent uti hæredes matris, ſecus ſi tanquam filij.*

6 *Si filij habeant dotem maternam tanquam hæredes matris , poſſunt de ea ad libitum diſponere.*

7 *Vtrùm jus fuerit quæſitum liberis ex conſtitutione dotis materna tanquam liberis,vel tanquam hæredibus , verba ſtipulationis præcipue conſideranda ſunt.*

8 *Expenditur* conſilium *Surdi* 206.

9 *Si ex contractu matrimonii conſtet, patrem voluiſſe quod actio dotis propria eſſet filiæ,ipſa ſola agere poteſt, & non pater.*

10 *Si promiſſio dotis facta fuerit imperſonaliter, vel perſona filiæ ſolum adjecta verbo executorios mortua filia imputanda eſt in legitimam avi.*

11 *Imperſonalitas in obligatoriis vitiat obligationem, ſecus ſi ſit in executivis.*

12 *In dubio pater ſic videtur ſtipulatus , ut actio de dote communis eſſet inter patrem, & filium.*

13 *Imperſonalis ſtipulatio reſtitutionis dotis potius interpretari debet , ut actio de dote non auferatur à patre.*

14 *Clauſula reſtitutionis dotis,* quibus de jure, *non nocet patri dotanti , quamvis perſona filiæ ſit apposita in prima parte ſtipulationis , quia non attenditur ordo ſcripturæ , ſed ordo juris.*

15 *Surdi* conſilium 206. *à multis reprobatur.*

DUæ reſultant quæſtiones ex facti ſerie propoſita per quẽdam mercatorẽ præſentis Ciuitatis.

Primò

Prima, vtrùm donatio causa mortis per Isabellam ejus filiam, & (dum viueret) vxorem alterius mercatoris, facta, valida sit. Secunda, vtrùm casu quo ista donatio esset invalida, nepotes patris ex dicta filia prædefuncta eidem patri superuiuentes, aduenientè casu mortis dictæ Isabellæ eorum matris, teneantur imputare dotem maternam in legitimam ipsius aui.

1 Quod ad primam quæstionem attinet, resoluendum est, donationem illam causa mortis à filiafamilias factam, nullam esse & inualidam. Primò quidem ex dispositione juris communis, cùm filiafamilias sine consensu patris donationem causa mortis facere non potuerit; adeo ut non sufficiat consensus præstitus ante donationem, sed debeat interuenire in ipso actu, tanquam requisito ratione formalitatis, & pro solemnitate actus, juxta distinctionem allatam per Rot. *decis.* 294. *num.* 21. *& multis sequent. part.* 5. *recent.* Pascal. *de patr. potest. part.* 1. *c.* 6.

2 *num.* 111. *&* 112. † Præsertim cum agatur de dote profectitia, cuius vsum fructum licèt pater constante matrimonio, vel mortua cum liberis filia, præterendere non possit; tamen ejus authoritas necessaria est in donatione per filiam facta, ratione patriæ potestatis: Gratian. *discept. forens. cap.* 781. *n.* 8. 9. *&* 10. quod caput tractat de eodem negotio, de quo in *Romana donationis coram* Verospio *decis.* 596. *part.* 2. *recent.* confirmata apud Caualer. *decis.* 442. & conferunt tradita per Menoch. *remed.* 15. *recuper. possess.*

3 *num.* 314. *&* 315. † Debuit ergo consensus interuenire in ipso actu, quamuis consensus vtroque modo requireretur, nempe tam ratione præiudicii, quàm ratione solemnitatis: quidquid dicat Gabriel. *conf.* 2. *num.* 15. *vol.* 1. quia sententia Decii in contrarium, *conf.* 503. *n.* 5. melioribus rationibus innixa videtur, quam sequitur Bellon *de iis que fiunt incontinenti, cap.* 104. *num.* 11. Socin. sen. *conf.* 23. *n.* 19. *in fine, vol.* 4. quia attendi debet causa fragilitatis mulieris, quæ est principalis.

4 Et in omnem euentum ob inobseruantiam Statuti, dicta donatio nulla est, quia patris authoritas dicitur requisita à statuto pro solemnitate, quando in eo adest clausula irritans contractum: prout clatè legitur in Statuto Auenionensi, & de suo testatur Addit. ad Burat. *decis.* 44. *litt. A*, & traditur *in d. decis.* 294. *num.* 28. *parte* 5. *recent.* Pic. *ad statuta Vrbis, glos.* 14. *n.* 10. cum pluribus *ibi* citatis, Cancer. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 1. *n.* 70. *in notis*, Mynsinger. *cent.* 2. *obser.* 34. *num.* 2. *&* 3.

5 Ad secundam quæstionem respondetur, regulam generalem esse, quod quando filii dotem maternam habent tanquam hæredes matris, non tenentur illã imputare in legitimam Aui: secus si illam habeant à lege, vel consuetudine. Duran. *decis.* 231. Thesaur. *decis.* 237. & est recepta ab omnibus distinctio.

6 Si donatio causa mortis, & consensus ad eam per patrem præstitus, validus esset, filia potuisset ad libitum de dote illa disponere tam in fauorem liberorum, quàm etiam extraneorum? cùm pater ei dederit facultatem donandi causa mortis, *en faueur de qui elle trouuera bon, & comme elle aduisera*: & sic filii dotem maternam haberent tanquam hæredes matris, seu ex dispositione materna; non autem ex jure proueniente ab Auo, à quo auulsa erat omnis spes reuersionis: ut notatur *in l.* 2. *§. quod si in patris, ff. sol. matrim.* & *ibi* omnes Scribentes, præsertim Barbos. *num.* 7. *versic. sed in contrarium.*

7 Sed cum supponamus donationem illam, & consensum donationi præstitum, nullius esse momenti, deueniendum est ad aliam quæstionem, vtrùm videlicet per stipulationem appositam in contractu matrimonii dictæ Isabellæ, jus quæsitum fuerit ipsi filiæ, eiusque liberis tanquam hæredibus. In primis enim verba stipulationis in hac quæstione considerandæ esse, notauit Rip. *in l. in quartam, num.* 196. *ff. ad leg. falcid.*

Dubium facere videtur *cons.* Surd. 206. *n.* 20. ubi 8
quod si filia, præsente patre & consentiente, dotem sibi reddi stipulata fuerit, tunc dos efficitur propria ipsius filiæ, propter tacitam patris donationem, quæ speciali fauore dotis adeo valida est, ut jus quæratur filiæ transmissibile ad hæredes, præsertim quando filia ipsa stipulata fuit dotem sibi reddi, etiamsi addita fuerint verba, *aut illi, vel illis, quibus de jure:* quia persona filiæ posita in prima parte obligationis alternatiuæ, censetur apposita ad obligationem & actionem acquirendam: verba autem stipulationis in casu proposito hæc sunt: *A promis & promet icelle somme de mille écus, rendre, & restituer à icelle Damoiselle Isabeau:* quæ verba, licèt stipulationem expressam non contineãt, tacitam tamen comprehendunt: quia verbum *promitto*, appositum in scriptura, intelligitur de stipulatione: *§. si ita scriptum, Inst. de inutilib. stipul.* Barbos. *de diction. c.* 290.

9 † Certum enim est, quod si pater donauit filiæ in potestate integram dotis actionem, dos in solidum efficitur filiæ, & ipsa poterit de ea ad libitum disponere sine patris consensu, adeo ut mortua filia dos non pertineat ad patrẽ, sed ad hæredes filiæ, ut bene explicat Barbos. *in l.* 2. *§. quod si in patris, versic. alterius, & supradictis: ff. solut. matr.* ubi plures allegat.

Sed tamen verissimum est, hoc in casu patrem si- 10
bi non præiudicasse in actione de dote, nec in jure reuersionis dotis, casu quo filia sine liberis decessisset: & proprerea dotem ad ejus liberos non jure hæreditario, sed à consuetudine fuisse denolotam; & per consequens nepotibus imputandam esse ad legitimam Aui, juxta distinctionem superiùs allatam. Non enim ipsa filia dotem sibi reddi stipulata fuit, cùm persona filiæ in dicta promissione non fuerit adhibita verbo obligatorio, sed tantùm executiuo: itaut promissio & stipulatio sit impersonaliter facta, executio verò collata in personam filiæ: atqui in obligationibus inspicimus potiùs verba obligatoria, quàm executiua, † sicuti videmus quod imper- 11
sonalitas in verbis obligatoriis vitiat stipulationem, in executiuis non vitiat: Bart. *in l. stipulatio ista, §. si quis ita, num.* 2. *ff. de verbor. oblig.* Vnde cùm verba promissionis obligatoria sint impersonalia, sequitur omninò, vel patrem sibi stipulatũ fuisse, sub reseruatione tamen juris filiæ, † cùm in dubio pater 12
videatur voluisse quod dispositio sua cõformis esset juri cõmuni, & sic quod dotis actio communis esset inter patrem & filiam, Barbos. *d. §. quod si in patris, n.* 8. *ff. sol. matrim.* quia in dubio quis intelligitur sibi stipulari: Alex. & Ias. per illum text. *in d. l. stipulatio ista, §. sicut, & §. si quis ita:* Mantic. *de tacit. convent. lib.* 14. *tit.* 3. *n.* 12. & hæc est generalis regula Doctorum *in d. l. stipul. ista, §. si quis ita:* Gomel. *lib.* 2. *var. resol. c.* 11. *n.* 7. *in* 2. *concluf.* Barbos. *in auth. si quando, C. de constit. pec.* aut in omnem euentum quod stipulatio censeatur interposita nomine patris & filiæ simul: quia licèt qui impersonaliter stipulatur, sibi stipulari videatur, ut jam dictum est, † tamẽ si stipu- 13
lator sit pater, & dotẽ reddi impersonaliter stipulatus fuerit, videtur quod stipulatio fuerit interposita juxta naturã actionis de dote, quia verba impersonalia sunt interpretanda juxta dispositionẽ juris cõmunis, Burat. *dec.* 922. *n.* 10. & in proprijs terminis Barbos. *in l. post dotem, n.* 10. *ff. sol. matrim.* quamuis

ipſe poſtea *in eodem num.* 10. *& num.* 11. *verſic. infero etiam*, exiſtimet verius eſſe ſolum patrem ſibi ſoli fuiſſe ſtipulatum, quando ſtipulatio impersonalis eſt. Bart. *in l. uxorem, §. teſtamento, ff. de leg.* 3. Bertrand. *conſ.* 32. *n.* 3. *&* 4. *vol.* 4. Gabriel *conſil.* 58. *n.* 15. *&* 16. *vol.* 1.

14 Vnde patet nos verſari in caſu planè diuerſo à *d. conſilio* Surdi 206. cùm ſtipulatio ipſa à patre interpoſita cenſeatur, qui etiam principaliter voluit conſiderare intereſſe illorum, quibus de jure reſtitutio facienda eſt, cùm pro illis notarii ſtipulationem adhiberi curauerit: & licèt perſona filiæ ſit poſita in prima parte orationis, non tamen propterea illi fuiſſe jus quæſitum tanquam ex tacita patris donatione: tum quia non ordo ſcripturæ, ſed juris hac in re conſiderandus eſt; & ideò propter illa verba, *quibus de jure*, dotis reſtitutio referenda eſt ad patrem, cui ſecundùm juris ordinem reſtitutio priùs facienda eſt: Rot. *deciſ.* 708. *n.* 1. *part.* 1. *recent.*

15 Neque concurrunt hoc caſu duæ illæ circunſtantiæ ſupra allegatæ: tum quia non ipſa filia, ſed potius Auus ſtipulatus fuit; tum quia filiæ nomen appoſitum eſt verbo executiuo, non obligatorio: quibus concurrentibus, ceſſat doctrina Surdi. Et tamen, quamuis circumſtantiæ conſideratæ concurrerent, non procederet ſine difficultate, cùm conſilium illud Surdi ad longum reprobetur per Martam *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *q.* 21. *art.* 2. & per D. Bellum *conſ.* 154. *n.* 8. *&* 13. *& per totum illud conſilium*, poſt Bertrand. *conſ.* 255. *num.* 6. *part.* 2. *lib.* 3. *& conſ.* 138. *lib.* 1. *poſterior. num.* 4. Tuſch. *litt. L, concluſ.* 205. *n.* 65. licèt cogitandum relinquat: Merlinus *de legitima, lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 13. *n.* 23.

CAPUT CLXXXVII.

Venditio anticipata alimentorum ad triennium per filiam ſpuriam, vel naturalem non ſubſiſtit, maximè in præjudicium mariti, vel liberorum; quia dos ſpuriæ per patrem conſtituta ſuccedit loco alimentorum. Quomodo ſuccedant naturales patri volenti, vel invito. Quid continere debeat decretum interponendum ſuper alienatione alimentorum. Alimenta futura quæ dicantur. Quis teneatur probare alienantem alimenta fuiſſe ex illorum pretio factum locupletiorem.

SVMMARIVM.

1 *Filia naturalis à patre invito nihil præter alimenta conſequi poteſt; ex teſtamento verò paterno quando unam, vel duas uncias capere poſſit.*

2 *Liberi naturales præteriti non habent jus querelandi paternum teſtamentum, in quo ſ...i præteriti.*

3 *Dos filiæ naturali à patre data eſt loco alimentorum.*

4 *In taxandis alimentis filia naturalis, habenda eſt ratio mariti, liberorum, & totius familiæ.*

5 *Filia naturalis non poteſt alimenta ſibi per patrem promiſſa vel conſtituta, accepto pretio Anticipatè, ad triennium, aut aliud tempus alienare.*

6 *Filia non poteſt alienare alimenta etiam cum juramento in præiudicium mariti, & liberorum.*

7 *Mulier, quæ eſt aſſecurata ſuper bonis mariti, non poteſt illa alienare in præiudicium familiæ, etiam cum juramento.*

Iuramentum nihil operatur in præjudicium tertij. ibidem.

8 *Commoditas alimentorum poteſt quidem alienari, ſed interveniente Iudicis decreto cum cauſæ cognitione.*

9 *Quæ requirantur ad hoc, ut validum ſit decretum quod debet interponi in alienatione alimentorum.*

10 *Alimentis jure ſanguinis debitis renunciari non poteſt, etiam cum juramento:* & num. 14.

11 *Alimenta dicuntur futura quæcumque poſt litis conteſtationem debita.*

12 *Qui prætendit, mulierem ex anticipata alimentorum ſolutione fuiſſe factam locupletiorem, tenetur hoc probare.*

13 *Quando contractus eſt nullus, qui allegat contrahentem ex eo fuiſſe factum locupletiorem, tenetur hoc probare.*

15 *Spurii, & naturales, non differunt à legitimis quoad alimenta.*

16 *Etiamſi poſtea conſtet alienantem non indigeriſſe alimentis, tamen illorum prematura alienatio non ſuſtinetur.*

17 *Quando receditur à forma alimentorum, contractus eſt nullus, etiamſi alimentarius velit illum approbare.*

PRoposito dubio, vtrùm filia naturalis, cui dos à patre fuit conſtituta, valide potuerit reditum annuum, ex cenſu ſibi per patrem naturalem aſſignato, vendere ad triennium, recepta trium annorum anticipata ſolutione? Reſpondendo ad quæſtionem & caſum de quo agitur, exiſtimo alienationem illam nullam eſſe & inualidam. † Quia filia naturalis patre inuito nihil præter alimenta conſequi poteſt licet extante ſobole legitima vnciam ex teſtamento capere poſſit, ea verò non extante ex legitimo vxore, defuncti parentis duas vncias habere poſſit. Lup. *in tract. de illegit. comment.* 1. §. 2. *n.* 1. Gomez *ad legem* 9. *Tauri, num.* 11. † Adeo ut tales liberi patris non poſſint querelare teſtamentum patris, ſed ſola alimenta prætendere poſſint: Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 13. *num.* 1. Vinc. de Franc. *deciſ.* 720. Peregr. *conſ.* 83. *n.* 6. *vol.* 1. Ab inteſtato verò quomodo ſuccedant naturales, explicat Gomez. *dicta l.* 9. *n.* 4.

Dos autem quæ filiæ naturali à patre præſtatur loco alimentorum eſt, & ad illorum menſuram regulari debet: Peregr. *de jure fiſci, lib.* 5. *tit.* 18. *n.* 18. *& d. conſ.* 83. *n.* 6. Benint. *deciſ.* 22. Barboſa *ad l.* 6. *ff. ſol. matrim. part.* 4. *n.* 61. *&* 62. Cordub. *ad legem* 9. *quis à liberis, §. idem reſcripſit, n.* 1. *ff. ſol. matrim.* † qui omnes fatentur in taxandis huiuſmodi alimentis, habendam eſſe rationem mariti, liberorum, & totius familiæ.

Vnde ſequitur, filiam naturalem non poſſe fructus & reditus ſuæ dotis, ſeu cenſus pro alimentis aſſignatis, cedere alicui, & ceſſionem illam etiam juramenti vinculo roboratam, vti contra bonos mores factam, nullitatis vitio laborare: cùm de futuris alimenta non poſſint cedi, vel alienari propter privilegium ſpeciale competens alimentis: Surd. *in tract. de alim. tit.* 8. *privileg.* 55. *per tot.* Tiraq. *de tract. lignagier, §.* 26. *gloſſ.* 1. *n.* 75.

Ligna

6 Idque potissimùm procedit ex eo, quod alimenta conuerti debent in vsum mariti,& familiæ,ac liberorum, & propterea illis per juramentum vxoris præiudicari non potest,quia juramentum nunquam operatur in tertii præiudicium : Surd. *de alim.tit.1. q.1.n.19. & q.32.n.10. & cons.269. n.12. post med.*

7 † sicut dicitur de reditibus & fructibus bonorum, super quibus vxor fuit assecurata pro dote : Ias. *in l.si constante,n.234.vers.idem tenet : ff.sol.matr.* Curt. sen.*cons.57.n.1.vers.ic contrariam sententiam, & n.3. vsque ad finem*, Galerat. *de renunciat. centur.1. c.50. n.10.vers.quod autem diximus.*

8 Neque dicatur, quod commoditas alimentorum cedi potest, maximè intetueniente juramento. Respondetur enim quod hoc fieri non potest, nisi interueniente authoritate Prætoris, qui cognoscat,an tales sint causæ,quæ alienationē suadeant : Cordub. *in d.l.si quis à liberis, §.parens,n.73. & n.48.& 49.* †

9 Quod decretum non perfunctoriè, sed cum causæ cognitione interponi debet. Nam *Primùm*, quæri debet de causa alienationis. *Secundò*,de modo.*Tertiò*,de personis,ut plenius explicat I.C.*in l.cum ii, §. vult igitur oratio : ff.de transact.*Nam si Iudex aditus non adhibita causæ cognitione authoritatem interposuerit,contractus nullus remanet : *d.l.cum ij, §. si Prætor,ff.de transact.* Mantic. *de tacit.conuent. lib.26. tit.3.n.7.*Odd. *de restit.in integr.part.1.q.22.n.62.*

10 Et præmissa multò magis procedunt, quia agitur de alimentis debitis jure sanguinis,quibus propterea minus renunciari potest, etiam cum juramento: Mantic.*loco citato,n.13.*Duran.*decis.95.n.10.& 11.*

Nec obstat, si dicatur hîc agi de alimentis præteritis,cùm lapsum fuerit tempus cessionis dictorum alimentorum, quæ tantùm facta erat ad triennium.

11 Respondetur enim, alimenta dici futura quæcunque post tempus litis contestatæ debita fuerunt. Verall.*decis.14.part.1.* Salgad.*de Reg.protect.p.3.c.1. n.11.* & bene in casu nostro tradit Vinc. de Franc. *decis.605. per tot.* ubi dicit quod licèt alimentarius aliunde vixerit, nec debita pro alimentis suis contraxerit, nihilominus petere potest alimenta à die litis contestatæ ; quia dicuntur futura,& dicta decisio loquitur in terminis filii spurii alimenta petētis.

12 Nec potest opponi,quod præsumatur,filiam alimenta sibi,& familiæ suæ tribuisse ex pecuniis prouenientibus ex pretio dictæ alienationis. Quia ratio illa,& præsumptio est nimis vaga,& omnes qui emerent alimenta contra dispositionem legis , hoc semper allegare possent,& sic legis intentioni fraudem facere ; quia non præsumitur qualitas locupletationis, sed ea est probanda in specie : licèt enim pecuniæ fuerint receptæ, tamen potuerunt consu-
13 mi , vel aliàs dissipari : † & ideò non valet consequentia , quod ista mulier locupletior facta fuerit, quamuis probatum fuisset illam pecunias recepisse: Gratian. cum pluribus per eum allegatis, *discept. 422.num.4.* Menoch.*remed.15. recuper.possess. n.585. 586.& 587.& lib.6. præsumpt.27.n.6.* quod maximè procedit in casu proposito , attenta nullitate contractus de quo agitur : quia certum est,† quod quando contractus est nullus, is contra quem agitur de nullitate , tenetur probare locupletationem aduersarii , si opponat de pretio per eum soluto: Menoch.*d.præsumpt.27.n.10.* Gabriel *cons.35.n.22. vol.2.* Sfort. Odd. *de restit.in integr.part.1. quæst.4. artic.5.n.52.vers.pro concordia,& num.23.*

Cùm autem iterùm de præmissis dubitaretur, Dixi non posse in dubiū revocari nullitatem contractus alienationis alimentorum,de quo agitur : quia filius non potest sibi præiudicare pro alimentis, jure sanguinis sibi à patre debitis , etiam cum juramento: Rot.*decis.31.n.2.part.1.recent.*

Quod procedit etiam in spuriis , vel naturalibus 15
liberis : quia quoad alimenta non differunt spurii, & illegitimi à legitimis : Lup. *de illegit.com.2.§.1. n.8.& sub n.28.* Fontan. *de pact. nupt.claus.5.glos.8. part.1.num.77.* Gratian.*discept.567.num.26.* Rot.*decis. 194.num.50.part.1. recent.* in terminis Surd. *de alim.tit.8.privil.56.n.40.*

Præsertim dum agitur de præiudicio Tertii, nempe mariti, & liberorum , ut mox ostendimus.

Sed dubitatum fuit , quid si ex postfacto appareat , recedentem ab alimentis, aut iis præiudicantem, non indiguisse,vtrùm reualidetur contractus.

Respondendum est , contractum semper nullum 16
remanere , quia in omni materia attendendum est tempus contractus : *l. si voluntate*, cum *ibi* notatis, *C. de rescind. vendit.* & in puncto tradit Surd. *de alim.tit.8. privileg.56.n.79.* ubi reprobat Alciatum, tenentem quod contractus super alimentis sit validus, si ex postfacto appareat illum fuisse vtilem.Et contrarium asserit ea ratione , quia tempus contractus inspiciendum est : & *num.sequentib.* ostendit tales contractus claudicare,& validos esse si velit ali-
mentarius,sin minus inualidos. † Imò quando rece- 17
ditur à forma alimentorum , contractus est omnino nullus, etiamsi alimentarius velit illum approbare: Surd.*ibid.n.83.* sed in omnem euentum, qui allegat contractum fuisse vtilem alimentario , hoc tenetur probare : Surd.*d.privil.56.num.71.*& suprà ostendimus. Vnde contractus sine solemnitate decreti factus, sine dubio nullus declarari debet : *l.cum hi,ff. de transact.& l.de alimentis,Cod.eod.tit.*

CAPUT CLXXXVIII.

Constitutioni Ægidianæ locum esse in Civitate Avenionensi, quoad executionem sententiæ latæ in judiciis possessoriis,non obstante appellatione : Idque tam in prima, quàm in secunda instantia. Nec ad retardandam executionem sufficere, si productiones factæ fuerint post sententiam. Verùm si ex hujusmodi productionibus constet de injustitia sententiæ Iudicis à quo , supersedendum erit in executione. Utrùm suspendi debeat executio possessorii judicii, non obstante Ægidiana,quando inter bona quæ petuntur, adsunt aliqua supposita dominio directo Ecclesiæ. Et an executio post appellationem facta,sit attentatoria,maximè superveniente rescripto commissionis causæ appellationis, quod retrotrahitur.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana constitutio prohibet appellationem in remediis possessoriis , quando in sententia non adest nullitas.*

2 *Constitutio Ægidiana locum habet in Civitate Avenionensi.*

3 *Notario actorū fides plena adhibetur in judicialibus.*

4 *Immissio datur hæredi scripto,quamvis testamentum non fuerit productum, nec exhibitum , si de eo constet per confessionem partis.*

5 *Immiſſio non debet denegari conſtito de fideicommiſſo, & de bonorum identitate.*

6 *Depoſitum judiciale habet vim ſolutionis.*

7 *Confeſſio ſimulata dotis recepta non præjudicat marito, nec illius hæredibus.*

8 *Donatio inter virum & uxorem vtrùm morte confirmetur.*

9 *Perceptio fructuum poſt mortem mariti reddit creditum dotis illiquidum.*

10 *Injuſtitia allegata ad impediendam executionem ſententiæ, non poteſt probari ex noviter productis.*

11 *Executio tamen ſententiæ eſt ſuſpendenda, ſi de illius injuſtitia appareat evidenter ex novis productionibus.*

12 *Ægidiana conſtitutio locum non habet, quando inter bona quæ petuntur, adſunt aliqua quæ ſubſunt dominio directo Eccleſiæ.*

13 *Hoc locum habet quando iſta exceptio fuit appoſita ante ſententiam, & non poſt ipſam.*

14 *Quando in certis capitibus adeſt mixtura in ſententia, non ideo retardatur executio quoad capitula ſeparata, in quibus non adeſt mixtura.*

15 *Quæ deducta fuerunt in ſententia tantùm per modum cauſæ, non inducunt mixturam.*

16 *Conſtitutio Ægidiana locum etiam habet in ſecunda inſtantia.*

17 *Non dicuntur attentata, quando ſententia erat exequibilis, quamuis cauſa eſſet commiſſa cum clauſula,* quatenus locus ſit Ægidianæ.

18 *Reſcriptum commiſſionis cauſæ appellationis ſuperueniens, quando retrotrahatur ad effectum attentatorum.*

DECISIO
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
Coram R. P. D.
ROJAS
Ejuſdem Rotæ Auditore.
IN CAUSA
Avenionenſi Hæreditatis.

Mercurij 10. *Iunij* 1648.

CONSTITUTIONEM Ægidianam prohibentem appellationem in judiciis poſſeſſoriis locum habere, quotieſcumque ſententiæ non ſint notoriè nullæ, & injuſtæ, receptiſſima eſt opinio Rotæ, *vt in dec.* 445. *in fin.p.*1. *diuerſ.* Seraph. *deciſ.*123.*n.*2. Burat. *deciſ.*630.*n.*2. *& deciſ.*850. *n.*4. *ac deciſ.*80. *n.*15. *& ſeqq. par.*4. *tom.*2. *recent.* Quapropter ſtante validitate, & juſtitia ſententiæ A. C. latæ ad fauorem Honorati Iaques, reſolutum fuit eſſe locum Ægidianæ ad effectum rejiciendi appellationem ſuſpenſiuam, ab illa interpoſitam.

2 Nec dicatur, dictam Conſtitutionem vti localem non habere locum in Ciuitate Auenionenſi, juxta opinionem Contard. *de Ægidian. q.*3. *per tot.* Quia cùm illa ſit ordinatoria judicii, debet attendi locus vbi illud actum fuerit, non autem originis, ut refert idem Contard. *limit.*4. *ration. canon. re integ. n.*11. & 12. *& in verbo Ægidiana, q.*6. *n.*2. *&* 7. fol.642. Rot. *dec.*117. *n.*18. *part.*5. *recent.* ultra quod Rota alias cenſuit, dictam Conſtitutionem locum ſibi vendicare in Ciuitate Auenionenſi, *ut in Avenionenſi ſucceſſionis, 22. Maii* 1652. *coram Capiſucco relata per Caputaq. deciſ.*226. *part.*1.

Nullitates autem contra dictam ſententiam adductæ non ſubſiſtunt. Altera enim reſultans ex omiſſione terminorum ſubſtantialium corruit ex facto, quia apparet ex fide Notarii actuarii illos fuiſſe ab vnguem ſeruatos, cui in Curia plenam fidem adhibendam eſſe pluries firmauit Rota coram Seraph. *dec.* 415. *n.*5. *& dec.*755. *n.*3. Burat. *deciſ.*444. *n.*6. *& dec.* 688. *n.*17. *in addit.* Altera verò reſultans ex inquiſitione A. C. conceſſit immiſſionem in bonis q. Ioſephi Iaques prædicto Honorato ejus fratri tanquam hæredi teſtamentario vigore *l. fin. C. de edict. Divi Adrian. toll.* non producto tamen prædicto teſtamento Ioſephi, non fuit habita in conſideratione. † Quamuis enim pro validitate huiuſmodi judicii requiratur exhibitio teſtamenti non cancellati, neque abolitij, juxta expreſſam diſpoſitionem *text. in d. l. fin.* attamen cum Joanna Sauina collitigans pluries judiciali liter faſſa fuit nedum exiſtentiam teſtamenti, ſed etiam, quod in illo prædictus Honoratus erat pro medietate hæres inſtitutus, hoc quidem ſufficit ad effectum conſequendi validam immiſſionem *vig. d. l. fin.* abſque alia teſtamenti exhibitione ex hac ratione, quia confeſſio partis æquipollet inſtrumento, ut ſcribunt Bald. *in d. l. fin. n.*47. *ad fin.* ibique Alex. *n.*21. Dec. *n.*39. *propè fin.* Iacobin. *n.*33. Menoch. *de adipiſc. remed.*4. *n.*102. Matt. *de ſucceſſ. legal. part.*4. *q.*16. *art.*1. *n.*7. *verſ. nam ſi non conceditur*, cum aliis allegatis à Modern. Bonon. *de acquir. poſſ. ſſ. art.*15. *n.*32. Adeo ut ambigendũ nõ ſit de validitate prædicti judicii, cũ ex actorũ reſolutione de ea in reliquis ſufficienter appareat. *juxt. vulg.* Caputaq. *dec.*260. *p.*2.

Iuſtitia pariter eſt euidens, nam A. C. diſtinguendo bona à prædicto Ioſepho relicta, conceſſit primo immiſſionẽ Honorato in omnibus bonis, quæ perueniebant ex fideicõmiſſo q. Bartholomæi ad fauorem dicti Honorati purificato, ſuper quibus nulla cadit hæſitatio, ex quo exiſtentia fideicõmiſſi, illius purificatio, & bonorũ identitas non cõtrouertuntur, quibus concurrentibus nunquã denegatur immiſſio *ex remedio d. l. fin. C. de edict. Divi Adr. tollen.* ita Rotæ opinionẽ perpetuò retentã, *vt in dec.*134. *p.*1. *deciſ.*368. *in princ. p.*5. *dec.*306. *num.*1. *p.*6. *deciſ.*244. *pariter n.*1. *p.*7. *rec. & in aliis paſſim allegatis.*

Secundò conceſſit immiſſionem dicto Honorato ſuper medietate bonorũ hæreditariorum prædicti Ioſephi, quia in eadem fuit hæres ſcriptus à teſtatore, quo ſtante ad effectum conſequendi immiſſionem intrat diſpoſitio *d. l. fin.* ut ſuprà dictum fuit.

Credita verò hodie à Ioãna cohærede pro altera medietate prætenſa minimè eam impedire poterant, quia cum de illis coram A. C. nulla deducta fuerit juſtificatio, attendenda non erant, nam non certis nullæ ſunt qualitates: *l. ejus qui in provinciam, ff. de cert. pet.* Burat. *deciſ.*293. *n.*1. Etenim dotavat coram eodem juſtificatum fuit, quod Joanna prædicta ratione ejus dotis erat creditrix dicti Ioſephi ejus viri in ſcutis 600. de quibus ſolum apparebat ſolutio 3 ideoque A. C. in ejus ſententia mandauit, ut Honoratus reſtitueret Ioannæ prædictæ pro rata ſibi tangente ſcut. 300. prout reſtituta dicuntur mediante depoſito, † quod habet vim ſolutionis, ſicut judiciali ter factũ fuit, citata eadem Joanna ad notandum, quæ recipere recuſauit, *ut notant DD. in l. acceptã, C. de uſur.* Greg. *dec.*214. *n.*1. *cum aliis relatis*

in Camerin. pensionis, 11. *Maii* 1626. *coram bon. mem. Pirovano.* Itaque stante solutione pro dicta summa, nulla competere poterat retentio, quæ esset apta ad impediendam prædictam immissionem.

7 Aliud creditum scutor. 1500. vnà cum illorum fructibus, pariter coram A. C. deductum non subsistit, tanquam simplex confessio de recepto facta à marito post contractum matrimonium, quæ nullam probat solutionem, nec confitenti præiudicat: ex congestis per Rotam *decis.* 55. *n.* 1. *part.* 6. & in terminis *firmatum fuit in decis.* 259. *n.* 8. & 9. *part.* 7. *recent.* ex eo, quia dicta confessio præsumitur simulata, eóque magis in casu nostro, cum dictum instrumentum confessionis sit contrarium instrumento dotali; in hoc enim legitur, in dotem data fuisse bona præsentia, & futura, & in illo duntaxat bona præsentia: qua simulatione stante, confessio non præiudicat, neque marito, neque ejus hæredibus, ut dixit Rota coram Greg. *decis.* 67. *n.* 3. & *coram bon. mem.* Merlino *in Romana dotis, seu restitutionis in in-*
8 *tegrum*, 27. *Iunii* 1636. † An verò prædicta confessio facta à viro sustineri possit saltem in vim donationis causa mortis, propter superuenientem viri mortem, juxta text. *in l. quod de suo, C. de dot. caut.* & alios allegatos *in Ariminen. dotis*, 4. *Maii*, & 27. *Iunii* 1646. *coram R. P. D. meo Verospio*, noluerunt DD. hoc in præsenti inspectione discutere, cum sufficiat ad effectum denegandi retentionem pro dicta summa, quod dictum creditum reddatur illiquidum; nam Joanna pro illo excomputare debet omnes fructus per ipsam perceptos post moram ex bonis viri ab eadem retentis, ascendentibus ad
9 scuta 4000. † Ideò cùm illud non sit ita liquidum, ut contrarium probari non possit in petitorio, nunquam datur retentio: Surd. *decis.* 46. *in fin.* & *dec.* 184. *n.* 6. Seraph. *decis.* 1455. *n.* 1. Caual. *decis.* 539. *n.* 5. & *decis.* 411. *n.* 24. *part.* 5. *recent.* & *dictum fuit coram me in Neapolitana pensionis*, 2. *Martii* 1643. sicque ex hoc capite sententia prædicta nullam continet iniustitiam.

10 Alia verò credita hodie pro parte Joannæ deducta pro consequenda retentione dd. bonorum, reiecta fuerunt, ex quo illorum justificatio fieri debebat coram A. C. ad hoc ut illius sententia remaneret iniusta, & consequenter appellabilis, quia injustitia semper resultare debet ex eisdem actis, non autem ex nouiter deductis: juxta vulgatam opinionem Rotæ, ut restatur Burat. *d. decis.* 630. *n.* 3. & *decis.* 850. *n.* 4. *ac decis.* 80. *n.* 10. *cum seqq. part.* 4. *tom.* 2. *rec.* ea ratione, quia in executiuis nó attenditur possibilitas juris deducendi, sed quid fuerit deductum, *ut in decis.* 306. *n.* 37. *recent.* Ideo his creditis post sententiam productis non obstantibus, DD. resolve-
11 runt esse locum Ægidianæ. † Exinde tamen non infertur, quod hodie Joanna Sauina nequeat ad impediendam vlteriorem executionem in bonis tantum Iosephi opponere retentionem pro dd. creditis, quatenus justificentur, ex regula, quod quando ex juribus post sententiam deductis, appareat de illius injustitia, executio est suspendenda, ad relata per Caputaq. *decis.* 114. *n.* 2. *par.* 3. & *per bo. me. Peniam decis.* 185. *n.* 1. & 2. & *in decis.* 264. *n.* 8. 9. & 10. *par.* 7. *recēt.*

12 Nec vrget pro excludenda prædicta Constitutione Ægidiana, quod inter bona, super quibus concessa fuit immissio, adsit quoddam corpus sub directo dominio Ecclesiæ, quod ratione connexionis, & dignioritatis efficit, ut illa non habeat locum nedum in dicto corpore, sed nec etiam in aliis merè laicalibus: ex relatis *per R. P. D. meum Cerrum in* Sanlegerii quæst. & resol. civil. T. II. P. II. *Viterbien. fideicommissi, seu attentatorum*, 16. *Iunii* 1643. & 30. *Maii* 1646. *coram R. P. D. meo Bichio.*

Quoniam dicta conclusio limitatur, quando hæc 13
exceptio ante sententiam, & executionem deducta non fuit, quo casu deueniri posset ad validam executionem; cum hæc qualitas Ecclesiastica ignorabatur per Iudicem, & patrem, sicut euenit in casu nostro: ut in terminis declarauit Rota *decis.* 180. *n.* 2. *part.* 1. *diuers.* & *decis.* 296. *n.* 13. post Post. *de manutent.* ac *in Romana de Cesareis*, 30. *Maii* 1639. *coram R. P. D. meo Ghisterio.*

Minus refert, quod dicta sententia A. C. vti reuo- 14
catoria primæ, ac canonizans fideicommissum Bartholomæi, contineat mixturam; ideoque effecta fuit appellabilis, ut tradit Caual. *decis.* 505. *per totam.* Quia prima sententia est merè interlocutoria, lata super incidentibus, non autem super negotio principali; ac fuit reuocata per capitulum separatum. Vnde dato etiam, quod contineret mixturam in dicto capitulo reuocatorio, illa tamen non potest considerari in aliis capitulis, ita ut efficiatur in totum appellabilis, ut probat Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 6. *mem.* 9. *n.* 32. & *n.* 37. cum aliis adductis per Rotam *decis.* 205. *n.* 12. & *seqq. part.* 6. *recent.* & *in Romana fideicommissi de Spiritibus*, 14. *Iunii* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro.* † De fideicommisso verò 15
Bartholomæi habita fuit ratio tantum per modum causæ, quod non inducit mixturam: Contard. *de mo-ment. q.* 15. *num.* 41. *vers. unde in specie*, Rot. *decis.* 296. *n.* 4. post Paeif. *de Salvian. interd.* & *dec.* 381. *num.* 2. *vers. nec dicta mixtura, p.* 4. *diuers. ac in Avenionensi juris pascendi*, 7. *Iunii* 1627. *Coram Card. Virili.*

Demùm non subsistit, quod in secunda instantia 16
non habeat locum dicta constitutio, quia illa locum sibi vendicat non solùm in secunda, sed etiam in quacumque instantia, licèt reus fuerit in prima absolutus: Rota *decis.* 201. *n.* 1. & 2. *part.* 3. *diuers. decis.* 173. *n.* 3. *part.* 1. & *decis.* 264. *n.* 2. *part.* 6. *recent.* Caual. *decis.* 69. *n.* 1. & 2. & in terminis affirmauit Rota *in d. Romana fideicommissi de Spiritibus*, *coram R. P. D. meo Cerro*, §. *idque non obstante.*

Itaque cum locus sit Ægidianæ, nulla adsunt at- 17
tentata, quæ reuocanda sint, dicta enim constitutio, rejiciendo appellationem rejicit pariter attentata, & quamuis commissio causæ emanauerit cum clausula, *quod sit locus Ægidiana*: hoc tamen non reddit attentatam exequutionem antea factam, dum constat de iustitia, & validitate sententiæ, quod operatur, ut intret illius dispositio, *ut suprà firmatum fuit* juxta distinctionem adductam per Rotam *in Arimiminen. domus*, 7. *Maii* 1635. *coram Reverendiss. D. meo Decano*, & *in Anconitana redditionis rationis*, 10. *Decembris* 1646. *coram R. P. D. meo Ghisterio.* Vltra quod in casu præsenti, nullo modo considerari possunt attentata, quia executio facta fuit post lapsum decendii dati ad appellandum, nulla interposita appellatione. Ideoque dictum fuit non applicari conclusionem, quod rescriptum appellationis superueniens retrotrahitur, & reddit attentatum quidquid
antea gestum fuit. † Nam illa procedit, quando in- 18
terposita legitur appellatio, illaque simpliciter admissa, vel quando infra tempus datum ad appellandum aliquid gestum fuerit, ut distinguendo dixit *Rota in Comen. Iurispatronatus*, 25. *Iunii* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado*, & *in Comen. Capellæ*, 24. *Ianuarii præteriti, coram Reverendiss. D. meo Decano.*

Et ita vtraque, &c.

CAPUT CLXXXIX.

Continuatur materia præcedentis capitis, cùm Rota reſervaſſet quod ſi conſtaret etiam ex noviter deductis de injuſtitia ſententiæ, ſuſpendenda erat executio. Et oſtenditur exceptionem detractionum impedire immiſſionem fideicomiſſarii, illamque etiam creditoribus competere. Uxorem, aut alium creditorem hypothecarium, poſſe bonorum vacantium poſſeſſionem apprehendere, ſi Conſtituti clauſula in ejus contractu appoſita ſit, præſertim antequam hæres ſcriptus illam capiat; illamque pro ſuis creditis retinere quoad bona quæ jure familiaritatis antea poſſidebat, non obſtante perceptione fructuum paucorum annorum, quæ non poteſt reddere creditum illiquidum, nec impedire retentionem.

SVMMARIVM.

1 *Quando faciendæ ſunt detractiones, non debet concedi immiſſio ſubſtituto ante factas dictas detractiones, quas ſufficit eſſe poſſibiles ad effectum retardandæ executionis.*

2 *Exceptio detractionum competit hæredi, & creditoribus, aliiſque tertiis intereſſe habentibus.*

3 *Vxor mortuo marito poteſt continuare bonorum mariti poſſeſſionem, & ea pro ſuis dotibus retinere, ſi illo vivo poſſidebat.*

4 *Ampliatur, ut iſta retentio competat etiam pro dote illiquidæ.*

5 *Suſpendenda eſt executio ſententiæ ex noviter productis, ſi de ejus iniuſtitia appareat.*

6 *Quando citatio ad ſententiam non fuit facta in perſonam, validè imponitur appellatio à die notitiæ.*

7 *Sententia continens contradictionem non meretur executionem.*

8 *Vt euitetur ſententiæ contrarietas, benigna fieri debet interpretatio.*

9 *Ratione hypothecæ apprehendi poteſt poſſeſſio vacans, nempe ante additionem hæredis.*

10 *Donatio inter virum & vxorem juramento confirmatur.*

11 *Multo magis, ſi donator præmoriatur donatario.*

12 *Donatio non poteſt dici ſimulata, quando verè & realiter conſtat, quod donans voluit donare, & hoc expreſſit.*

13 *Creditum dotis ſit illiquidum per fructuum receptionem.*

14 *Intellige, ſi per plures annos fructus percepti fuerint, non per paucos, ex quibus creditum dotis non fuerit multum diminutum.*

15 *Sententiæ in poſſeſſorio latæ executio ſuſpenditur quoad caput fructuum.*

16 *Creditor qui fructus percepit, habet jus retinendi illos.*

17 *Retentio pro credito liquido non poteſt impediri per exceptiones turbidas & illiquidas, quæ adverſus illud opponuntur.*

NOn poſſunt in dubium revocari concluſiones in jure firmatæ per Sanctiſſimum Rotæ Romanæ Tribunal *in Auenion. hæredit.* die 10. Iunii 1648. in cauſa Domini Honorati Iacques contra Dominam Joannam Sauinam. Sed tamen propter nonnulla ex facto non bene Rotæ explicato relatantia, videtur prouidendum eidem Dñæ Joannæ, maximè quia in deciſione inſerta *capiti præcedenti* fuit reſeruatum quod executio ſuſpendi debebat, & ex novis productionibus conſtaret de iniuſtitia ſententiæ Iudicis à quo.

Siquidem ſententia Domini Judicis à quo immediati tria continet capita: quorum Primum reſpicit hæreditatem Dñi Bartholomæi Iacques patris, & fideicommiſſum in ejus teſtamento appoſitum. Secundum reſpicit ſucceſſionem Dñi quondam Raymundi Jacques, filii ejuſdem Dñi Bartholomæi, & reſpectiuè fratris Dñi Ioſephi Jacques, qui erat maritus Dñæ Joannæ Sauinæ: Tertium reſpicit bona propria Dñi Ioſephi Jacques mariti.

Quòd attinet ad bona fideicommiſſo paterno ſuppoſita, certum eſt Dño Ioſepho vti hæredi Bartholomæi competiiſſe jus detractionis Legitimæ, & Trebellianicæ, quæ non reperitur prohibita in dicto teſtamento, † & per conſequens non potuiſſe dari dicto Honorato immiſſionem in omnia bona paterna, niſi prius detractione Quartarum facta in fauorem hæreditatis, & hæredum Domini Ioſephi: cùm non ſit rationi conſonum, ut hæres capiat ſuas detractiones de manu ſubſtituti: Rot. coram Greg. XV. *deciſ.* 206. *num.* 11. & ibi Addent. Mareſc. *lib.* 1. *var. reſol. c.* 1. *num.* 30. *verſic. hinc eſt*: & *n.* 31. Non potuit ergo dari immiſſio Dño Honorato: Burat. *deciſ.* 946. nec etiam cum clauſula, *detractis detrahendis*, Argel. *de legit. contrad. queſt.* 13. *n.* 54. ut omittamus alias detractiones, veluti dotis maternæ, expenſarum funeris, & alias ſimiles, quas Domina Joanna non tenebatur probare, cùm ad retardandam immiſſionem ſufficiat detractiones eſſe poſſibiles: Add. *ad dictam deciſion.* 206. *num.* 12. quam poſſibilitatem Rota conſideravit *deciſ.* 739. *numero* 2. *part.* 3. *recent.* & 639. *numero* 8. *part.* 2. *recent.*

Secundò, quoad bona Raymundi, quorum ceſſio ab inteſtato pro rata deuenit ad dictum Dñum Honoratum, inter cætera certum eſt, quod eidem Raymundo competebat Legitima & Trebellianica ſuper bonis Bartholomæi patris, quæ pro parte hæreditaria ad Dominum Ioſephũ deuenerunt, & ſunt in ejus bonis: vnde jus faciendi detractas detractiones competit non ſolum hæreditati Ioſephi, ſed etiam illius creditoribus, aut aliis ab eo jus habentibus: Oldrad. *conſ.* 107. *num.* 8. *verſ. ad quartam.* Giouagnon. *conſ.* 20. *n.* 30. *vol.* 2. Non potuit ergo dari immiſſio in portione bonorum ad Raymundum à patre obuentorum, & fideicommiſſo ſuppoſitorum, niſi facta priùs detractione partis ad Ioſephum, vti Raymundi ſucceſſorem ab inteſtato cum fratribus ſpectantis, occaſione detractionis Legitimæ & Trebellianicæ eiuſdem Raymundi.

Tertium genus bonorum reſpicit bona propria Ioſephi, pro quibus danda erat manutentio Dominæ Ioannæ ejus viduæ, cum ipſa eſſet creditrix detractis non ſolum in ſumma 600. ſcutorum, ut dicebat Dominus Honoratus, ſed etiam in ſumma centum ter 2900. ſcutorum, pro quibus ſummis, nomine pro

pro summis contentis in instrumento declarationis, seu donationis factæ per dictum Josephum in favorem uxoris, cùm esset creditrix hypothecaria, poterat insistere & intentare remedia possessoria super bonis mariti, quorum possessionem continuavit, & quatenus opus est apprehendit mortuo marito, antequam apprehenderetur à Domino Honorato illius cohærede, & per consequens vacantem, quatenus haberet in suo contractu matrimonii clausulam Constituti, vel quatenus probaret se illa bona jure familiaritatis vivente marito possedisse: juxta notata per Gabriel. *consil.* 34. *per totum*, Post. *de manutent. observ.* 54. *n.* 26. *versic. vel in iis bonis tantùm*: & Rota apud eundem *decis.* 647. *n.* 57. & 58. Surd. *consilio* 221. *n.* 49. *versic. Præterea.* Declarando insuper, quod mutabat sibi causam suæ possessionis. Quibus sic stantibus, non Domino Honorato, sed ipsi Dominæ Joannæ danda erat manutentio, ex iis quæ tradit Gizzarel. *decis. Neapolit.* 45. *per tot.* Morquech. *de divis. bonor. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 24. 25. &
4 *sequentibus.* † Et ista retentio competit uxori super bonis mariti, tam pro dote liquida, quàm illiquida: Mart. Medic. *exam.* 56. *n.* 22. Cost. *de rat. quæst.* 58. *n.* 2. Joseph. Ludov. *decis. Perus.* 109. *n.* 2.

5 Ex prædictis infertur, non solùm ex instrumentis de novo productis, quæ claram deregunt sententiæ Domini Judicis à quo injustitiam, supersedendum in ulteriori executione, ut decidit Rot. apud Peniam *decis.* 236. *num.* 2. *in impressione Lugdunensi*, Verall. *decis.* 114. *num.* 2. *part.* 3. cum aliis allegatis *in decisione hujus causæ facta decima Iunii, inserta capiti præcedenti, versic. exinde tamen non infertur*: sed etiam sententiam ejusdem Domini Judicis, uti notoriè (etiam circumscriptis novis productionibus) iniquam, non mereri executionem in præjudicium appellationis ab ea interpositæ in hac Civitate per
6 Dominam Joannam, † à die notitiæ: quod facere potuit, cùm saltem ex literis Domini Judicis à quo non constet ejus procuratorem fuisse ad sententiam personaliter citatum, ex traditis per Scacc. *de appel. quæst.* 12. *num.* 13.

Iniquitas dictæ sententiæ patet ex supradictis, non solùm in prima, & secunda, sed etiam tertia bonorum specie.

7 Præterea, quia dicta sententia manifestam continet contradictionem, & sibi ipsi repugnat, & per consequens nullitatis vitio laborat: *l. ubi repugnantia* 148. & *ibi* DD. *ff. de reg. jur.* Marches. *de commiss. nullit. sanatoria, part.* 3. §. 5. *n.* 38. *vol.* 3. *fol.* 167. Cùm adjudicet duntaxat Domino Honorato possessionem medietatis bonorum & jurium Domini Josephi, & per consequens etiam medietatem Dominæ Joannæ, in qua medietate aderant Legitima & Trebellianica Josepho competentes, tam ex persona propria, quàm uti successori Raymundi fratris sui super bonis paternis. Deinde eidem Honorato in totum adjudicet bona fideicommissi, nulla mentione facta dictarum detractionum; & sic quod in uno capite dedit, auferat in alio.

8 Quod si ex benigna interpretatione diceremus, dum bona Josephi pro medietate adjudicantur, in illis comprehendi dictas detractiones, ut evitetur contrarietas, quod fieri debere dicunt DD. maximè Alex. & *ibi* Addent. *consil.* 141. *n.* 5. *vol.* 2. Monach. *decis. Bonon.* 35. *num.* 6. ex eo resultabit iniquitas jam in medium adducta, nempe quod data fuerit substitutio ostensum est.

9 Hæc omnia procedunt, etiam circumscripta donatione per Josephum uxori facta, & debitè insinuata, multoque magis illa supposita, propter jus retentionis ex hypotheca in ea contenta ducens originem, quod cuicunque creditori hypothecario competere tradunt DD. suprà citati, nempe Morquechus *d. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 26. quando creditor possessionem adeptus est antequam hæres adiret, prout in casu nostro factum est: sequitur Gizzarel. *d. decis.* 45.

Non enim potest in dubium revocari validitas 10
illius donationis, cum fuerit juramento firmata, quod donationem inter conjuges validam reddit, Rot. coram Greg. XV. *decis.* 563. *n.* 7. & coram Durano *decis.* 268. *num.* 4. quod procedit etiamsi conjux non præmoriatur, Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 11. *n.* 7. & 8. † multò magis adveniente casu prædecessus 11
mariti donatoris: Surd. *consil.* 171. *num.* 16. Gomes. *lib.* 2. *var. res. cap.* 4. *n.* 23. *versic. advertendum tamen.*

Nec potest opponi, quod illa donatio sit simulata: 12
quia maritus clarè & realiter ac verè donavit, & donare voluit, unde non est de simulatione quærendum, quando constat de veritate: Rot. *decis.* 334. *n.* 12. *part.* 5. *recent.* cum *ibi* citatis. Cùm ad hoc ut constet de simulatione, probari debeat quod partes voluerunt simulare: Add. ad Burat. *decis.* 724. *n.* 13.

Dubium tamen facere videtur, quod creditum 13
dictæ donationis factum fuit illiquidum, per fructuum perceptionem factam à Domina Joanna de bonis mariti: ex Rot. apud Post. *decis.* 647. *num.* 59. repetita *in recent. decis.* 165. *n.* 46. & 47. *part.* 7. cum juribus *in decisione hujus causæ* adductis. Sed ista non nocent intentioni dictæ viduæ: † quia Surd. *ibi* 14
citatus *decis.* 46. *in fin.* loquitur in casu, quo possessor maximam quantitatem fructuum per plures annos perceperat, ita ut sciri non posset utrum creditum liquidum absorberent. Quod etiam consideravit Rot. *decis.* 433. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* & apud Seraph. *decis.* 1455. dum considerat utrùm tot pecuniæ ad manus creditoris devenerint, ut sibi satisfeciisse præsumatur: nam cùm Domina Joanna fructus aliquos perceperit uno, aut altero anno, & bona mariti non essent fructuosa, cùm consisterent in domibus, vineis, & similibus; & super illis Domina Joanna debuerit ali, & fructus dotis suæ in hæreditate confusæ percipere; non videtur quod pro illis modicis fructibus totum creditum, quod evidenter est majoris quantitatis, fuerit effectum illiquidum.

Imò si Domina Joanna in vim sententiæ, de cu- 15
jus injustitia nunc agitur, cogeretur fructus in suum creditum imputare, hoc esset dare executionem sententiæ in capite fructuum, in quo tamen executionem sententiæ etiam in possessorio latæ esse suspendendam, non est dubitandum: Scacc. *de appell. quæst.* 17. *limit.* 6. *memb.* 9. *num.* 22. & 31. cum pluribus per eum citatis.

Denique in omnem eventum, posito quod isti 16
fructus essent de hæreditate Domini Josephi, etiam illorum daretur retentio viduæ: Cyriac. *controvers.* 180. *num.* 27. & cum creditum dictæ viduæ sit liquidum, exceptio verò restitutionis fructuum sit dubia, & per appellationem suspensa, non debet tollere effectum crediti liquidi: Cyriac. *d. num.* 27. & bene retorquetur argumentum. † Nam si non 17
concedatur retentio quando creditum est illiquidum, ita è converso eadem retentio non debet impediri, quando creditum est liquidum, & contra liquidationem opponuntur exceptiones turbidæ, & quæ patiuntur controversiam: ita Cyriac. *d. controv.* 180. *num.* 41. *versic. unde objectum istud.* Adde Fontanel. *decis.* 209. *num.* 8.

CAPUT CXC.

Sequitur Deciſio Rotæ Romanæ ultimo loco lata in eadem cauſa, de qua in duobus præcedentibus Capitulis: Coram Illuſtriſſimo Domino Rojas Rotæ Romanæ Auditore, ſub die 9. Iunii, 1649. cujus hoc eſt Summarium, ſeu Argumentum.

Ægidiana conſtitutio quando habeat locum ad effectum rejiciendi appellationem, ſaltem ſuſpenſivam, interpoſitam à ſententia in judicio poſſeſſorio lata. Agitur de mixtura judicii: Et quando ex juribus poſt ſententiam deductis, illius executio ſit retardanda: Et quando competat retentio creditori.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio in bonis hæreditariis debetur hæredi ſcripto juxta diſpoſitionem* leg. final. C.de edict. dict. D.Adr. toll.

2 *Ægidiana conſtitutio rejiciens appellationem ſuſpenſivam locum ſibi vindicat, quotieſcumque ſententia lata in judicio poſſeſſorio eſt valida.*

3 *Verba in ſententia prolata quæ nullam habent clauſulam taxativam, non ſunt taxativa, ſed ſimpliciter demonſtrativa.*

4 *Et reſpicientes quantitatem ſunt ſolummodo enunciativa quantitatis hactenus in eo judicio probatæ.*

5 *Liquidatio ſummæ ad effectum poſſeſſorii, in ipſo judicio poſſeſſorio, non facit ſententiam continere mixturam.*

6 *Executio ſententiæ retardanda eſt, quando ex juribus poſt eam deductis appareat de ejus injuſtitia.*

7 *Retentio non competit pro credito illiquido.*

8 *Retentio in tantum denegatur, in quantum præſumitur creditor ſatisfactus.*

9 *Excipitur in dote, in qua uti privilegiata nulla conſiderari poteſt præſumptio ſatisfactionis ex fructibus perceptis, niſi conſtet ad manus creditoris tot fructus pervenisſe, ex quibus probabiliter ſatisfieri potuerit.*

10 *Eoque magis ubi non interceſſit tempus adeo conſiderabile, ut tot fructus percipere potuiſſet, ex quibus integram ſatisfactionem conſequutus fuiſſet.*

DUæ emanarunt in hac cauſa deciſiones: altera *ſub die* 10. *Iunii* 1648. ubi dictum fuit eſſe locum Ægidianæ conſtitutioni, ad effectum rejiciendi appellationem, ſaltem ſuſpenſivam, interpoſitam à ſententia per A.C. in judicio poſſeſſorio lata, ad favorem Honorati Jacques, ex quo illa detegebatur valida, & juſta. Altera 17. *Martii ejuſdem anni*, in qua licèt non revocaretur in dubium juſtitia, & validitas prædictæ ſententiæ, attamen DD. opinantes illam continere mixturam, & complicationem petitorii cum poſſeſſorio, ex eo, quia in ea liquidatur dos Joannæ Savinæ in ſcutis 600. dum A. C. mandavit quod ſolvantur per dictum Honoratum ſcuta 300. pro reſtitutione medietatis dictæ dotis; ex hoc ſolum capite dictam deciſionem revocarunt, ut ex fundamentis in utraque deciſione deductis: prætermiſſo tamen ſemper articulo, ad quem aliàs reſtricta fuerat diſputatio, an dictæ Joannæ competeret retentio bonorum, ſuper quibus conceſſa fuit prædicta immiſſio, pro creditis ab ea de novo productis, ac juſtificatis. Et repropoſita hodie cauſa, reſolutum fuit competere retentionem Joannæ in bonis hæreditariis Joſephi viri pro creditis dotalibus; firmis tamen remanentibus fundamentis primæ deciſionis, cùm mixtura *in ſecunda deciſione* conſiderata videretur evaneſcere.

Etenim juſtitia, & validitas A.C. nullam patitur controverſiam, dum in ea conceditur immiſſio eidem Honorato, non ſolum ſuper bonis quæ proveniebant ex fideicommiſſo quondam Bartholomæi, ad illius favorem purificato, † ſed etiam ſuper medietate bonorum hæreditariorum prædicti Joſephi, in qua fuit hæres ſcriptus: juxta diſpoſitionem *leg. final. C.de Edict. D. Adr. toll.* ut firmavit *in prima deciſione, §. juſtitia pariter, & ſequent.*

Quapropter ambigendum non eſt, dictam Ægidianam conſtitutionem in præſenti locum ſibi vendicare; quotieſcunque enim ſententia lata in judicio poſſeſſorio eſt valida, & juſta, intrat diſpoſitio dictæ conſtitutionis rejicientis appellationem ſuſpenſivam: Rot. *deciſ.* 445. *in fin. part.* 1. *diverſ. & deciſ.* 80. *num.* 15. *cum ſequent. part.* 4. *tom.* 2. *recent.* cum aliis congeſtis *in principio primæ deciſionis.*

Mixtura verò *in ſecunda deciſione* conſiderata, quæ efficit cauſam appellabilem ad utrumque effectum, non obſtante prædicta conſtitutione, ptorſus corruere viſa fuit; quia quamvis in ſententia concedatur prædicta immiſſio, ſolvis tamen dictæ Joannæ ſcutis 300. pro medietate ſuæ dotis; hæc tamen verba non inducunt mixturam, ſeu complicationem petitorii cum poſſeſſorio: quoniam cùm ex parte Joannæ juſtificatum non fuerit coram A. C. ejus crebitum dotale excedere ſummam ſcutorum 600. Judex mandavit ut ſolveretur ſolum ſcuta 300. pro medietate: exinde enim non infertur fuiſſe dictam dotem in prædicta ſumma taxatam; quia verba non ſunt taxativa dotis, ſed ſolum demonſtrativa illius, dum nullam debent clauſulam taxativam: ut poſt Jaſon. *diſt. quidem, num.* 4. *Cod. de tranſact.* & alios bene advertit Altograd. *conſ.* 34. *num.* 42. & 43. Eoque magis, quia in eadem ſententia præcipitur præſtari cautionem in forma depoſiti, de ſolvendo medietatem aliorum creditorum, quorum adducta non fuerat ſufficiens juſtificatio: unde reſultat non fuiſſe in prædicta ſumma liquidatam, & taxatam hujuſmodi dotem; cùm illa verba ſint ſolum enunciativa quantitatis hactenus in eo judicio probatæ, quæ obſtare poterat immiſſioni. Ulterius prætensùs excluditur prætenſa mixtura ex eo, quia principaliter agebatur ſuper poſſeſſorio, ad cujus effectum dum ſequuta fuit liquidatio in prædicta ſumma, dicendum non eſt hujuſmodi ſententiam continere mixturam: ut notat Dec. *conſ.* 28. quem Rota ſæpè ſequuta eſt, coram Seraph. *deciſ.* 1170. *num.* 4. & 5. Buratt. *deciſ* 625. *num.* 10. Greg. XV. *deciſ.* 232. *num.* 6. *in addit. & in Romana mediolanen. torum*, 24. *Novembris* 1617. *coram Virili, ac in Interamnenſi prædii de Thomaſſonis*, 31. *Ianuarii* 1642. *coram me*: §. *nec pariter obſtat.*

Quamobrem licèt dicta liquidatio dotis, uti non inducens mixturam, retardare nequeat effectum

Ægidianæ

Ægidianæ constitutionis, nihilominus ad exequutionem prædictæ sententiæ procedi non debet; respectu tamen bonorum duntaxat Josephi, cùm Joannæ super illis competat retentio pro ejus creditis dotalibus de novo productis; quamvis sententia in hoc casu justificari debeat ex eisdem actis, 7 per regulam, quod quando ex juribus post sententiam deductis appareat de illius justitia, retardanda est ejus exequutio: ad relata per Caputaq. *decis.* 114. *n.*12. *part.* 2. cum aliis adductis *in prima decisione, sub* §. *Alia verò credita, in fine.*

Nec dicatur hujusmodi credita illiquida remansisse ex fructibus dictorum bonorum per Joannam perceptis, sicque nullam competere posse retentionem: ex firmatis per Rot. *decis.* 679. *num.*5. *part.*1. *decis.*433.*n.*2. *part.*2.*decis.*743.*n.*11. *part.*3.*&* *part.*5. *recent. decis.*411. *num.*27. Burat. *decis.*160. *num.*14. ubi Add. *num.*20. *&* 21.

8 Quoniam in tantum denegatur retentio, in quantum præsumitur ex fructibus creditor satisfactus: sed † cùm hujusmodi credita proveniant 9 ex causa dotis, in illis uti ptivilegiatis nulla considerari potest præsumptio satisfactionis ex fructibus perceptis, nisi constet ad manus Joannæ tot fructus pervenisse,ex quibus probabiliter satisfieri potuerit: juxta veriorem, & communem opinionem, quam firmat Negus. *de pign. part.*1. *memb.*5. *num.* 36. Guttier. *de tutor. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 52. Viv. *decis.*317. *num.*1. *& seq. lib.*2. Grammat. *cons. civil.*114. *num.*11. Ricc. *collect. decis. part.*3. *collect.* 1317. *ad fin. vers. quartò an retentio.* Et rejecta contraria opinione, firmavit Rota *in Sancti Severini dotis*, 16. *Decembris* 1619. *coram Vbaldo:* & in *Romana, seu Viterbiensi restitutionis dotis*, 8. *Februarii* 1627. & in *Fanen. dotis*, 17. *Martii* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro*, ac *coram R. P. D. meo Verospio,* 10 *in Ariminen. dotis*, 22. *Iunii* 1646. Eoque magis quia non interceſſit tempus adeo conſiderabile, ut tot fructus Joanna percipere potuisset, ex quibus integram satisfactionem consequuta esset, ut consideratum fuit *in dicta Romana*, seu *Viterbien. restitutionis dotis, sub* §. *in casu de quo agitur.* Idcirco super bonis solùm Josephi viri, eidem concedenda est retentio; non autem super bonis fideicommissariis, quorum respectu retardari non potest exequutio prædictæ sententiæ, ex fundamentis adductis *in decisione* 11. *Martii* 1648.

Et ita utraque parte, &c.

CAPUT CXCI.

Renunciatio generalis quibus in casibus extendatur ad fideicommissum, cujus conditio nondum evenit. Quid si appositum fuerit in ipsa juramentum cum renunciatione omni legum auxilio. Quando quis est donatarius, & ad eum bona deveniunt ex alio diverso titulo, utrum possit agere de evictione. Et quando duæ causæ lucrativæ simul concurrere possint.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio fideicommissi etiam conditionalis juramento confirmatur.*

2 *Quando verba respiciunt tempus futurum, renunciatio comprehendit fideicommissum nondum purificatum.*

3 *Multò magis si renuncians nulla alia habebat bona, quibus posset renunciare, præter fideicommissum futurum.*

4 *Renunciatio jurata omni legum auxilio, supplet defectum lecturæ testamenti. Intellige ut* num.6.

5 *Quando in renunciatione nulla prorsùs facta fuit mentio testamenti continentis fideicommissum, renuncians qui illius nullam prorsùs habuit notitiam, non censetur illi renunciare, etiamsi juraverit.*

6 *Ampliatur, ut procedat quamvis renunciatum fuerit cum juramento, omni legum auxilio.*

7 *Potest quis agere pro bonis donatis ad evictionem, si una causa sit lucrativa, & alia onerosa, & hoc casu donatarius à se ipso evincit.*

8 *Duæ causæ lucrativæ simul concurrere non possunt. Ideoque qui rem habet ex causa lucrativa, si eadem res ad ipsum incipiat pertinere ex alia causa lucrativa, non potest agere de evictione.*

9 *Dos est titulus lucrativus.*

10 *Duæ causæ lucrativæ simul concurrere possunt, quando tendunt ad diversa.*

PRæsupposito quod in testamento contineatur fideicommissum universale in favorem liberorum Gasparis, ejusdem testatoris ex sorore nepotis, absque differentia masculorum, & fœminarum.

Dubitatur utrùm Diana in suo contractu matrimonii renunciaverit fideicommisso nondum in ejus favorem tunc purificato, ad quod tanquam filia dicti Gasparis vocata erat, ex eo quod mediante constitutione dotis quindecim millium scutorum, videlicet duodecim pro bonis, & juribus paternis, & trium pro maternis, ipsa quittavit in favorem hæredum dicti Gasparis patris, omnia jura paterna, & materna dicti testatoris, salva legali escheuta, institutionibus, & substitutionibus allegatis.

Visis iis quæ doctissimè pro utraque parte scripta sunt, fassus sum quæstionem esse dubitabilem.

Nam in primis certum est, renunciationem fideicommissi etiam conditionalis juramento roborari: Fusar. *cons.*95. *numero* 18. *&* 19. † præsertim 2 dum verba respiciunt tempus futurum, prout in hoc casu, in quo renunciatio facta fuit in favorem hæredum: Ozasc. *decis.*112. *num.* 16. Peregrin. *de fideicomm. art.* 52. *numero* 29. *& seq. &* num. 36. *in fine.* † Præsertim quia nulla alia suberat causa renunciationis præter fideicommissum, cui si non censeatur renunciatum, renunciatio remaneret inutilis: Rot. *decis.*714. *numero* 1. *in fine, parte* 2. *recent.* 3

Neque obstare videtur defectus lecturæ testamenti, cùm in contractu matrimonii contineatur renunciatio jurata omni legum auxilio: Peregrin. *d. art.* 52. *numero* 39. Cyriac. *controvers.* 128. *numero* 51. *& seq.* Rot. *decis.*714. *num.*8. Fusar. *de fideicomm. quæst.*594. *num.*19. Mart. *part.*1. *claus.*136. 5 *num.*2.

In contrarium verò non desunt rationes ad probandum, renunciationem non comprehendere jus fideicommissi conditionalis; præsertim ex eo quod nulla facta fuit lectura, quæ tamen erat necessaria: juxta *l. de his, ff. de transact.*

Negotio in maturam deliberationem deducto, probabilius

probabilius cenſui renunciationem ad fideicommiſſum conditionale nondum tunc purificatum extendi non poſſe: quia cùm Diana non ſolùm ignoraret fideicommiſſum, ſed ipſum etiam teſtamentum, cujus nulla prorſus facta fuit mentio in dicto matrimonio; imò è contrario, quando pater in deductionem dotis illi aſſignavit nonnullos annuos redditus ſpectantes ad hæreditatem dicti teſtatoris, non dixit dictos cenſus ad ſe ſpectare in vim teſtamenti illius, ſed ſimpliciter, & ſub involucro ver-
5 borum dixit ſe ab illo jus, & cauſam habere;† ſequitur quod ratione ignorantiæ deficiebat conſenſus, qui ad ignorata extendi non poterat; & per conſequens juramentum nihil operatur: ut in propriis terminis deciſum fuit apud Capyc. Latro *deciſ.2. num.40. & ſeq.* cui ſe ſubſcribit Hodiern. ad Surd. *deciſ.144. num.6.* & poſt longam diſputationem ita concludit Card. Mantic. *de tacit. convent. lib.26. tit.2. num. 36. in fine.* Advertendo quod eſt error *in numeris*, verſic. *& ſi cum juramento:* ubi concludit quod ſi in renunciatione nulla facta fuerit mentio teſtamenti, juramentum non extendit renunciationem ad fideicommiſſum conditionale: idemque voluit Galerat. *renunciat. 135. in fine, verſic. ut autem concludamus:* Merlin. *controverſ. forenſ. centur.2. cap.61. num.18.* Fuſar. *quæſt.593. num.98.* & in iiſdem terminis loquitur Gratian. *diſcept.568. num.45.*

6 Quod verum eſt, etiamſi in inſtrumento appoſita fuerit clauſula renunciationis omni legum auxilio, quantumvis juramenti vinculo roborata. Quia magis communis opinio eſt, non obſtante tali clauſula, fideicommiſſum conditionale non comprehendi in renunciatione, ut expreſsè cum magis communi tenuit Odd. *in tract. de fideicomm. tomo 3. poſt repetit. ad §. duo fratres: quæſt.4. art.6. num.51. & ſeqq.* & ſimiles renunciationes ſub prætextu dotis factas, captioſas liberalitates vocavit text. *in l. cum Aquiliana, ff. de tranſact.* & ex eo Fontanell. *deciſ. 400. n.9.10. & 11.* ubi dicit fieri nullo modo poſſe, ut tales renunciationes ferantur ad fideicommiſſa incognita, & incogitata.

Et prædicta multò magis locum habent, quia dicta Diana non ſimpliciter renunciavit bonis dicti teſtatoris, ſed expreſsè ſibi reſervavit jura ſubſtitutionum, legalis eſcheutæ, & legatorum; adeò ut negari non poſſit quin ipſa ſibi expreſsè reſervare voluerit jura ſubſtitutionum, quas in futurum aperiri contingeret.

Videtur tamen ſuſtineri poſſe, præfatam Dianam teneri imputare in ſuam portionem fideicommiſſi cenſus annuos, ex hæreditate dicti teſtatoris ſibi per patrem aſſignatos, & pro illis nullam evictionem, vel regreſſum obtinere poſſe contra hæredes
7 patris. † Quia licèt bona mihi donata, aut alio titulo lucrativo mihi conceſſa, à me ipſo evincere poſſim, ſi una cauſa ſit lucrativa, & alia onerosa; ſecus tamen eſt, ſi utraque cauſa ſit lucrativa: *l. Iulianus, §. ſi fundum, ff. de actionib. empti:* Mangil. *de evict. quæſt. 120. num. 6.* Peregrin. *de fideicomm. art.40. num.83.* Surd. *conſ.70. num.6.* Cyriac. *controverſ.303. num.50.* probatur per text. *in §. ſi res alie-*
8 *na, Inſt. de leg.* † quia duæ cauſæ lucrativæ ſimul concurrere non poſſunt: *l. Mævius, §. duorum, ff. de legat.2.* Fontanel. *de Pact. nupt. clauſul. 5. gloſſ. 8. part.14. num.41. & 46.*

9 Sed & hæc quæſtio non tranſit ſine magna difficultate, etiam quod dos dicatur titulus lucrativus, prout voluiſſe videtur Bart. *in d. l. Mævius, §. duo,*
10 *num.16.* † Quia regula illa, quod duæ cauſæ lucrativæ ſimul concurrere non poſſunt in eadem perſona, intelligenda eſt, ut non concurrant quidem quando utraque cauſa lucrativa tendit ad idem, ſecus ſi tendit ad diverſa, ſicut in caſu propoſito, nempè quia una tendit ad rem, alia verò ad pretium: & ideò licèt habeat cenſus hæreditarios ex titulo lucrativo, tamen poteſt agere ad pretium, & valorem ipſorum, quia ſic duæ cauſæ lucrativæ non concurrunt ad idem, ſed tendunt ad diverſa: ut bonè per Cuman. *conſ.33. in fine, verſic. nec huic obſtat.* Tuſch. *lit. S, concluſ.360. num.5.* & ita videtur pro hac ultima parte concludendum.

CAPUT CXCII.

Subſtitutione facta de maſculis vel fœminis, utrùm maſculi fœminis in eodem gradu exiſtentibus præferantur, maximè dum teſtator in toto teſtamento demonſtravit maximam erga maſculos affectionem. Alternativa quando ſuam retineat naturam, & quando reſolvatur in diſjunctivam. De quatuor modis quibus conſiderari poteſt ordo in teſtamentis, nempe ſcripturæ, ſucceſſionis, affectionis, & neceſſitatis. Et quando diſpoſitio negativa eiſdem regulis ſubjiciatur, quibus affirmativa.

SVMMARIVM.

1 *Alternativa poſita inter perſonas æqualis gradus reſolvitur in conjunctam, & omnes æqualiter admittuntur.*

2 *Maximè quando perſonæ vocatæ, ſunt omnes gradu, & ſucceſſione pares.*

3 *Diſjunctiva propoſitio ſæpè reſolvitur in conjunctam.*

4 *Quando in eadem diſpoſitione fœmina vocatur per dictionem alternativam cum maſculis, præferuntur maſculi fœminis.*

5 *Ordo ſcripturæ utrùm ſemper attendatur ſit, ut qui primò ſcriptus eſt, alios præferatur.*

6 *Ordo ſolus ſcripturæ non dat prælationem maſculis, niſi alia concurrant.*

7 *Ordo ſucceſſionis regulatur juxta ſucceſſionem ab inteſtato.*

8 *Ordo neceſſitatis quis ſit in inſtitutionibus.*

9 *Inter ſubſtitutos conſiderari etiam poteſt ordo affectionis.*

10 *Dum tractatur de prælatione plurium ſubſtitutorum inter ſe, præcipuè conſideratur ordo affectionis, & ordo neceſſitatis.*

11 *Ordo affectionis non conſideratur inter gravatum & ſubſtitutum, ſed ſolùm reſpectu perſonæ teſtatoris.*

12 *Alternativa non habet vim admittendi omnes vocatos, quando quoad aliquos conſtitui poteſt major affectio teſtatoris.*

13 *Alternativa dictionis natura eſt, ut unus non cenſeatur vocatus, niſi poſt alterum in ſubſidium.*

14 *Ampliatur, ut procedat, etiamſi nullus conſiderari poſſet inter vocatos ordo affectionis.*

15 *Explicatur*

15 *Explicatur Andreol.* controv.137.
16 *Quando dispositio negativa habet implicitam affirmativam, idem de ea judicandum est quod de affirmativa.*
17 *Quando liberi positi in conditione censentur dispositivè vocati, idem de illis dicendum est quod de vocatis expressè.*
18 *Affectio testatoris erga masculos in genere colligitur ex aliis partibus ejusdem testamenti.*

IN substitutione, de qua agebatur, concluſum fuit per plures Juriſconſultos, inter quos unus ego fui, Maſculos in paritate gradus fœminis eſſe præferendos, & iſtis excluſis admittendos, prout judicatum fuit; licèt poſt ſententiam partes ad concordiam devenerint. Siquidem teſtator, adveniente caſu fideicommiſſi, ſubſtituit liberos Gaſparis nepotis ſui maſculos, vel fœminas. Ideo dubitatum fuit, utrùm maſculi in ſubſtitutionis ſucceſſione eſſent præferendi?

1 Quamvis enim pro fœminis plurima allegari poſſent, & præſertim quia alternativa uti poſita inter perſonas æqualis gradus, induit naturam copulativæ, & per conſequens comprehendit æqualiter tam maſculos quàm fœminas: *l.cum quia jur. & ibi* DD. *C.de verb.ſignif.* Molin. *de primogen.lib.1. cap.6. num.7.* Cancer. *lib.1.var. reſ.cap.1. num.112. verſ.etenim.*

2 Quæ regula locum habet, quotieſcumque alternativa poſita eſt inter perſonas gradu, & ſucceſſione pares, quales in caſu propoſito ſunt liberi omnes utriuſque ſexus D.Gaſparis, ex generali regula quam tradunt omnes DD. *in l.Gallus, §.quidam rectè, ff.de lib.& poſth.*

3 Unde quod disjunctiva convertatur hoc caſu in copulativam, reſolvit in fortioribus terminis Andreol. *controv.* 137. 138. *&* 139. & faciunt tradita per Cyriac. *controverſ.* 174. unà cum deciſione *ibidem* inſerta. Generaliter ſiquidem conſtitutum eſt, ſimultaneam vocationem induci, quotieſcunque agitur de perſonis paribus in gradu ſucceſſionis: Cyriac. *ubi ſup. num.*38. Peregr. *de fideicom.art.*17. *num.*23.

4 Pro maſculis verò plurima deducuntur, & præſertim quia quotieſcumque per alternativam vocantur maſculi, vel fœminæ, datur inter illos ordo ſucceſſivus, neque fœminæ admittendæ ſunt ſimul cum maſculis, ſed tantùm illis omnibus deficientibus: quia regulariter vocatio facta per alternativam, intelligitur facta ordine ſucceſſivo: *l.cum pater* 79. *§. à te peto, ff.de leg.*2. *l.hæredes mei, §. penult.ff.ad Trebell.* & ita in propriis terminis decidit Ruyn. *conſ.* 149. *num.* 13. *lib.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*379. *num.*26. *&* 27. *& conſ.*162. *num.*9. Caſtil. *lib.* 2. *quotidian. controverſ. cap.* 26. *num.* 6. *& ſeqq.* quem ſequitur Fontanel. *de pact.nupt.claus.*4. *gloſ.*9. *part.*3. *num.*28.

5 Ideò ego potiorem maſculorum cauſam eſſe exiſtimo, quia in materia ſimultaneæ vocationis, varii ordines conſiderari poſſunt. Primus eſt ordo ſcripturæ, quando ſcilicet unus priùs nominatus eſt, quàm alius: & hunc licèt attendendum eſſe quidam dixerint, ita ut ex priori nominatione maſculorum, demonſtretur etiam ordo majoris charitatis, & affectionis; Cravet. *conſ.* 297. *num.* 2. &
6 poſt ipſum Gratian. *diſcept.* 621. *num.*17. † Tamen hæc ſola conſideratio non ſufficeret, niſi alia concurrerent: *l. quidam* 14. *ff. de pecul. leg.* Peregr. *de fideicomm. art.*17.*num.*12. *verſ.amplia denique,* Graſſ. *in §.inſtitutio, quæſt.*20. *num.*8.

Secundus verò ordo, dicitur ordo ſucceſſionis, 7
qui regulatur juxta formam ſuccedendi ab inteſtato: de quo Graſſ. *in d.§.Inſtitutio, quæſtione* 20. *numero tertio*, Peregrin. *de fideicomm. art.* 17. *numero* 35. *&* 38.

Tertius eſt ordo neceſſitatis, utpote quando ob 8
validitatem teſtamenti quis cogitur inſtituere aliquem hæredem, veluti Avus nepotem, ne ſcilicet corruat teſtamentum, juxta notata *in l. Gallus, ff.de lib. & poſthum.*

Quartus eſt ordo, qui vocatur affectionis, de 9
quo Peregr. *de fideicomm. art.*18. *num.*4. *&* 23. DD. *in d. §.quidam rectè*, & nominatim Imol. *num.*20. *verſ. interdum verò.*

Ex his ordinibus duo tantùm conſiderari ſolent 10
in hac materia, ut ex illis paritas, vel diſparitas vocatorum colligatur; ſcilicet ordo neceſſitatis, & ordo charitatis, ſive affectionis naturalis: ut videre eſt apud Caſtrenſ. *in d.§.quidam rectè, num.*9. *&* 10. Alex. *conſ.*14. *num.*10. *in* 2. *concluſ. vol.*4. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*70. *num.*15.

In caſu propoſito cùm nullus cadat ordo neceſſi- 11
tatis, videndum eſt de ordine charitatis ſeu affectionis, qui non menſurandus eſt ex parte vocatorum, veluti quod unus ſit pater, alter filius, quia ſi ex hoc ſolo æſtimaretur, conſiderari etiam poſſet inter omninò extraneos, quod eſſet contra mentem omniũ Doctorum: ſed conſiderari debet ex parte ordinatæ affectionis, & charitatis, habito reſpectu ad perſonam ipſius teſtatoris, ut ſcilicet inſpiciatur, utrum probabiliter teſtator habuerit ordinatam affectionem potiùs ad unum ex pluribus ſimul vocatis, quàm ad alium, ut conſideravit Imola *in d.§.quidam rectè, n.*10. *verſ.nam in caſu.* Jaſon *in l. Titia textores, §.nihil, n.*1. *ff.de leg.* 1. cum aliis quos ſequitur Bellon. *in tract.de jure accreſcend.c.*5.*q.*26.*n.*82.

Unde præſuppoſito quod inter maſculos, & fœ- 12
minas gravati adſit diſparitas reſpectu affectionis, & voluntatis teſtatoris, ſequitur quod alternativa vocatio maſculorum, & fœminarum cenſebitur facta ordine ſucceſſivo, ita ut fœminæ nonniſi maſculis deficientibus vocaræ intelligantur; non ex eo quod inter maſculos, & fœminas adſit diſparitas in ordine ſucceſſionis, ſed ex eo quod ſunt diſpares in affectione teſtatoris propter diſparitatem ſexus, quia ut qualiſcunque diſparitas inter vocatos conſiderari poſſit, ſufficit ad hoc ut disjunctiva propriam retineat naturam, & ſucceſſivam vocationem operetur propter expreſſam teſtatoris voluntatem, quæ inducitur ex vi & natura dictionis alternativæ: ut in propriis terminis per hanc rationem concludit Bellon. *d.cap.*5. *q.*26.*n.*145. *verſ. Tertium ſit exemplum*, cui conformis eſt doctrina Ruyn. *d.conſ.*149.*num.*1. *vol.*2. quam approbavit Mantic. ad ipſum ſimpliciter ſe referens, *de conject.ult.vol. lib.*8.*tit.*7.*n.*2.

Siquidem natura dictionis alternativæ hæc eſt, ut 13
oſtendat ordinem inter vocatos, ut unus non cenſeatur vocatus niſi in ſubſidium, & in defectum alterius: Coſt. *de ſubſid.remed. prælud.*7.*num.*4. Fuſar. *d. conſ.*162.*n.*7. *& ſeq. & de ſubſt.q.*379.*n.*26. *&* 27. Rot. *deciſ.*40.*n.*12.*part.*5.*recent.* quidquid dixerit in contrarium Theſaur.jun. *lib.*3.*q.*38. Et generaliter, pluribus per alternativam vocatis, attendi debet ordo ſcripturæ, ità ut qui primo loco ſcriptus eſt, ſolus admittatur; qui verò ſecundo loco nominatur, ſolùm cenſeatur vocatus in ſubſidium, ut dicunt omnes DD. & inter cæteros Caſtrenſ. *d.§.quidam rectè, n.*9. *verſic.item quando vocantur per disjunctivam.* Aretin. *colum.*1. Imol. *n.*18. *verſic.interdum diſpoſitio eſt facta per alternativam*: & alii omnes. Menoch. *lib.*4.

præſumpt.

præſumpt.70.n.30. Et hanc eſſe vim, & naturam generaliter in omnibus dictionis alternativæ, docet Fuſar. cum pluribus per eum allegatis *in tract. de ſubſtit.q.476. n.54. & 80.* poſt Ruyn. *conſ.162.n.8. & 163.n.9.vol.1.* ubi hoc etiam vult locum habere inter eos qui ſunt ejuſdem gradus, propter vim,
14 & naturam dictionis alternativæ. † Et loquuntur dicti DD. etiamſi nullus adeſſet ordo neceſſitatis, aut affectionis, ſeu charitatis, ut videre eſt apud Fuſar. *d.num.80.* qui loquitur de eo qui inſtituit Titium, aut Seium; dicens Seium in ſecunda parte alternativæ poſitum, non admitti niſi ordine ſucceſſivo poſt Titium: qui ordo non poteſt intelligi per fideicommiſſum, ut unus alteri reſtituere cenſeatur gravatus; ſed ſolùm per vulgarem, cùm talis ſit natura diſpoſitionis alternativæ: Graſſ. §. *Inſtitutio, quæſt.20.n.17.* Peregr. *conſ.52.n.12. vol.1.* Menoch. *lib.4. præſumpt.71.n.5.& præſumpt.70.n.30.* quia in tali diſpoſitione alternativè concepta, omnes filii cenſentur poſiti ab una parte, & omnes filiæ ab alia: ut dicit Caſtill. *lib.2. controverſ. cap.26.n.63. & 64.* Et ſic fœminæ non debent admitti, niſi deficientibus maſculis: Caſtill. *ibid.n.31.*

15 Et ex præmiſſis conſtat non obſtare rationes petitas ex Andreol. *d. controverſ. 137.* cum aliis *ſuprà* allegatis: Quia non negamus quin ordo neceſſitatis, necnon ordo charitatis petitus ex ordine ſucceſſionis ſæpiſſimè attendi debeat, prout utrumque ordinem conſiderant DD. ſed dicimus quod etiam debet conſiderari diſparitas qualitatis perſonarum, veluti ſi in illis concurrat diverſitas ſexus, ut Maſculi vigore alternativæ priùs, fœminæ verò poſteriùs in defectum maſculorum vocatæ cenſeantur, ex præſumpta mente teſtatoris, quæ elicitur ex alternativa locutione, ut dicit Bellon. *d. cap.5. q.26. de jure accreſcend. n.145. in tertio exemplo:* & bene explicat Caſtill. *d.lib.2. c.26.n.45.& ſeqq.uſque ad 50.* ubi oſtendit ſatis eſſe ut adſit diſparitas in qualitate ſexus, ad hoc ut tollatur ſimultanea vocatio, allegans ad hoc Caſtrenſ. Dominicum, & alios, ut *ibi* per eum.

Neque Andreolus impugnat *conſilium* Fuſarii 162. ſed *conſilium* 101. quo nunc nos non utimur; & creditur ſententiam Fuſarii, Menochii, Ruyni, & plurium *ſuprà* citatorum, illi prævalere debere.

16 Non eſt etiam quod objiciatur, liberos gravati non eſſe vocatos, ſed poſitos eſſe in conditione negativa. Quia talis conditio habet vim affirmativæ, per eam enim liberi hæredis gravati ſunt diſpoſitivè vocati, ut jam dictum eſt. Et tamen quando eſſent poſiti in conditione negativa, idem dicendum eſſet; quia quando negativa habet implicitam affirmativam, de ea judicandum eſt perinde ac ſi eſſet affirmativa: Pacian. *de probat. tit.1. cap.42. num.6.*

17 Unde quando liberi in conditione poſiti habentur pro diſpoſitivè vocatis, idem ſtatuendum eſt quod de diſpoſitivè & affirmativè vocatis: Fuſar. *de ſubſtit.quæſt.440. n.14.& 441.n.18.*

28 Et præmiſſa multò magis procedunt ex eo, quod teſtator in præcedentibus, & ſubſequentibus ſubſtitutionum gradibus, magnam oſtendit affectionem erga Maſculos, dum filias hæredis vocavit tantùm deficientibus maſculis; poſteà verò liberos ultimo loco ſubſtituti vocavit ſub qualitate maſculinitatis, fœminis omninò excluſis. Voluntas autem, & affectio teſtatoris, ex præcedentibus, & ſequentibus evidenter colligitur: *l. ſi ſervus plurium*, §. *fin. ff. de leg.1. l.1 ff. de reb. dub.* Menoch. *lib.4. præſumpt.54. n.24.* & in propriis terminis Caſtill. *d. lib.2. cap.26. num.15.& multis ſeqq.*

Ex quibus concludendum eſt, Maſculos in eo proposito adversùs fœminas obtinere debere, ad illarum excluſionem, uti ex veriſimili mente teſtatoris prædilectos.

CAPUT CXCIII.

Officia omnia etiam Judicaturarum Regiarum in Gallia, ſunt venalia, & hæreditaria. Imò & in quibuſdam locis, pignorationi judiciali, & decreto ſuppoſita in favorem creditorum, non quidem quoad titulum, & dignitatem, ſed quoad æſtimationem. Illorum æſtimatio diverſimodè fit in caſu imputationis ſeu collationis, & in caſu detractionis ſuper bonis fideicommiſſi. Et utrùm imputatio, vel reſtitutio Officii alienati, debeat fieri juxta valorem, quo alienatum eſt, aut juxta valorem illius tempore mortis paternæ.

SVMMARIVM.

1 *Officia in Gallia ſunt effecta venalia, & hæreditaria, etiamſi eſſent ſimplices Judicaturæ Regiæ. Et ſunt hæreditaria non quoad titulum, ſed quoad æſtimationem.*

2 *Hodiernis temporibus officia Regni non capiunt totum ſuum eſſe, à Rege.*

3 *Venditio Officiorum voluntaria permittitur, non neceſſaria per pignorationem.*

4 *Sed hodie etiam Officiorum pignoratio permittitur in quibuſdam Parlamentis.*

5 *Venalia dicuntur Officia, quando Princeps facilis eſt in concedendo illorum alienationem.*

6 *Quando agitur de collatione, vel imputatione Officii in legitimam, illius æſtimatio fieri debet habito reſpectu ad tempus mortis paternæ.*

7 *Officia dividi non poſſunt, ideo in illis valor ſuccedit loco rei.*

8 *Detractio Officii pro juribus hæredis gravati non habet eandem rationem, quam illius imputatio, vel collatio.*

9 *Officium quod capitur ab hærede gravato pro ſui detractionibus, debet æſtimari juxta valorem temporis reſtitutionis fideicommiſſi.*

10 *Quod accreſcit per alluvionem bonis fideicommiſſi, ſpectat ad fideicommiſſarios.*

11 *Qua ſit ratio differentiæ inter æſtimationem horum in caſu imputationis, & in caſu reſtitutionis fideicommiſſi.*

12 *Quamvis officia Regia computarentur inter mobilia, deberent nihilominus æſtimari juxta tempus reſtitutionis fideicommiſſi.*

13 *Si ſolum Officium debeat imputari in detractiones, quomodo fieri debeat illius æſtimatio.*

14 *Verior eſt ſententia & receptior, Officium hoc caſu æſtimandum eſſe juxta pretium quo fuit alienatum.*

15 *Limita, niſi alienatio eſſet fraudulenta: hoc enim caſu vera æſtimatio fieri deberet.*

QUomodo æſtimari debeat Officium Regiæ Judicaturæ, fuit dubitatum. Ad cujus dubii faciliorem

1 faciliorem resolutionem supponendum est, † in Gallia Officia etiam Regiæ judicaturæ ex voluntate Regis effecta fuisse hæreditaria, cum sint venalia, & collationi ac imputationi supposita; non quidem quoad titulum & dignitatem, cum illa sit indivisibilis, sed quoad valorem & æstimationem: ut inter DD. Gallos probat Barry *de succes. lib. 14. cap. 4. Ex quibus tit. profectitia confer. num. 16. in fin. & num. 19.* Addent. ad Louet *Lettre C, num. 23. colum. 2. in fin. versic. car l'vsage*, qui dicit usum, vel potius corruptionem sæculi hodie talem esse, ut omnia Officia etiam Judicaturarum sint venalia, & cadant in commercium; adeo ut quandoque unius familiæ facultates ad solvendum pretium Officii
2 non sufficiant. † Quod enim dicitur resignatarium Officii jus suum capere à Rege, non à resignante, verum quidem erat olim, sed hodiernis temporibus non ita se habet: Chopin. *de morib. Andeg. lib. 3. cap. 1. tit. 3. num. 8. in margine.* Neque in hoc attendenda sunt arresta antiqua, sed hodierna potiùs observantia, & usus communis: Loyseau *des Offices, lib. 4. cap. 6. num. 43.* Unde arrestum dictum *de Favier*, quod olim justissimum erat, hodie alle-
3 gari & observari non debet. † Tota differentia quæ intervenit inter Officia Judicaturæ, & alia purè non venalia, consistit in pignoratione & decreto; quia venditio utriusque generis Officiorum voluntaria permittitur, ut testatur Loyseau *in dict. tract. de Offic. lib. 4. cap. 8. num. 19.* † Immo & in
4 Parlamento Gratianopolitano similia Officia Judicaturæ sunt supposita pignorationi & decreto. Et idem observatur in Parlamento Parisiensi, ut testatur Addit. ad Louet *litt. D, num. 63. in fin. versic. Ce que dessus n'est point practiqué.* Unde hodie hujusmodi officia non extinguuntur cum persona, sed transeunt ad hæredes eodem modo quo cætera bona: Scholiastes ad Louet *dict. num. 63. colum. 5. versic. car la qualité hereditaire: & litt. O, n. 5. colum. 4. vers. la queſtion proposée.*

5 Et generalis est regula, quod quando Princeps facilè concedit ut alienentur officia, tunc purè venalia dicuntur: Barry *dict. lib. 4. cap. 14. num. 16. versic. alii distingunt:* Covar. *lib. 3. var. resol. cap. 19. num. 5. in fin.*

6 Hoc ita supposito, duo in hac quæstione casus distinguendi sunt. Primus est, quando agitur de collatione valoris Officii, facienda per filium in successione ab intestato. Secundus est, quando agitur de hærede gravato, qui Officii valorem retinet pro suis detractionibus. In primo casu resolvendum est, quod quando agitur de collatione Officii, illud æstimari debet habito respectu ad tempus mortis paternæ: hæc enim communis est DD. resolutio, ut Baldi *in leg. omni modo, §. imputari, num. 3. versicul. Item pone exemplum: Codic. de inoffic. testament.* quem citat & sequitur D. Ludovic. Bell. *consil. 19. num. 60.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæstione 24. numero 12.* Graff. *in §. collatio bonorum, quæstione 18. numero 3.* Charond. *lib. 5. respons. 40. & 41.* quem citat Barry *dict. lib. 14. cap. 4. num. 19.* Loyseau *des Offices, lib. 3. cap. 10. num. 59.* de qua materia tractat Louet & *ibi* Addent. *litt. E, numero 2. & litt. D, numero 63. litt. O, numero 5.* Mangil. *de imputat. quæstione 33. num. 13.*

7 Cùm enim Officia in plures personas scindi non possint, nec per plures personas administrari, necesse est ut pretium & valor Officii in globo hæreditatis reponatur, & in ipsius Officii locum subrogetur. Quia ubi adest tradendi difficultas, vel incommoditas rerum dividendarum, aliud pro alio præstari potest, ut optimè explicat D. Hieronymus à Laurent. olim Rotæ Avenionen. Auditor, & Universitatis Professor ordinarius, Vir doctrina, ætate, & moribus venerabili, *in leg. si emancipati, numero 136. Cod. de collat.*

Quod intelligendum est, ut procedat quando 8
agitur de filio qui ad paternum Officium succedens, tractat de collatione vel imputatione cum fratribus. Alia planè, & diversa quæstio est de hærede gravato, qui Officium pro suis detractionibus retinere vult, ut advertit Merlin. *in tract. de legit. lib. 5. tit. 3. quæstione 7. num. 27. versicul. ex quibus.*

Secundus itaque casus est, quando filius gra- 9
vatus de restituendo paternam hæreditatem, Officium retinet pro suis detractionibus adversus fideicommissarium: hoc casu, si Officium adhuc extet, & non sit alienatum, illius æstimatio fieri debet habito respectu ad tempus restitutionis fideicommissi. Ratio est, quia hæres gravatus tenetur restituere bona fideicommissi, quæ per culpam ipsius deteriorata non fuere, in eo statu & valore, quo reperiuntur tempore evenientis casus fideicommissi, sive mobilia sint, sive immobilia. † Et per consequens Officia, quæ ho- 10
diernis temporibus in Gallia hæreditaria, ac veluti immobilia reputantur, restituenda sunt in eo valore quo tempore casus fideicommissi reperiuntur: cùm illud etiam, quod per alluvionem accrescit, fideicommissario restituendum sit: *leg. quod in rerum 24. §. si quis post, ff. de legat. 1. leg. sepe, ff. de legat. 3.* Mantic. *de conjectur. lib. 7. titul. 8. numero 28. in fin. versicul. & similiter:* & probatur *in l. 3. ff. de fund. instruct. & in leg. scribit Celsus, ff. ad Trebellian.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 10. numero 17. in fin.* Probatur etiam *in leg. servi qui, ff. ad leg. falcid.* & per rationes latiùs deductas à Merlin. *loco citat. numero 12. & sequent.*

Ratio differentiæ evidens est inter primum, & 11
secundum casum: quia collatio, & imputatio fieri debet de tempore mortis paternæ; restitutio verò fideicommissi facienda est tempore evenientis conditionis: ideoque omne augmentum quod accedit bonis fideicommisso suppositis, ex natura rei, & sine facto hominis, cedit ad utiliratem fideicommissarii: Peregr. *de fideicommiss. dict. art. 10. num. 17.*

Immò quamvis officia reputarentur bona mo- 12
bilia, semper eorum æstimatio fieri deberet habito respectu ad tempus restitutionis fideicommissi: siquidem cùm illorum valoris diminutio cedat in detrimentum fideicommissarii, ita æquum est, ut augmentum valoris fiat ad ejus utilitatem, ad hoc ut diminutionis & augmenti eadem sit proportio: Fusar. *de substitut. quæst. 624. per tot.*

Addatur tertius casus, quando hæres gravatus 13
nullas alias fecit alienationes bonorum hæreditariorum præter Officium, aut saltem quando Officium est de primis alienationibus: Et hoc casu Peregrinus censuit, quod si agatur de Legitima, æstimatio fieri debet juxta tempus mortis paternæ; si verò de Trebellianica agatur, fiat æstimatio juxta tempus restitutionis, nisi fideicommissarius velit eligere pretium alienationis:

ut per eum *articul.* 39. *num.* 6. Jaſon *conſil.* 161. *vol.* 4.

14 Sed contrarium alii voluere, & nominatim Durand. *de arte teſt. tit.* 8. *cautel.* 9. *num.* 3. qui aſſerit imputationem in legitimam fieri debere juxta pretium alienationis ſine fraude factæ, ut refert Barry *de ſucceſſ. lib.* 8. *tit.* 3. *num.* 67. *fol.* 249. qui videtur in caſu alienationis non fraudulentæ inclinare in ſententiam Dilecti: Marta *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 21. *art.* 10. *num.* 90. Sim. de Præt. *lib.* 3. *interpret.* 3. *dub.* 5. *ſolut.* 6. *num.* 14. *fol.* 266. qui etiam illius eſt ſententiæ, ut alienationes imputentur in detractiones, juxta pretium quo alienationes factæ
15 fuerunt. † Si tamen interveniſſet fraus, habendus eſſet reſpectus ad verum pretium: Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 7. *numero* 26. Mangil. *de imput. quæſt.* 9. *num.* 69. Surd. *conſil.* 128. *num.* 21. Riminald. jun. *conſil.* 148. *num.* 48. Ratio eſt, quia hæres alienando cenſetur tacitè elegiſſe bona alienata, ſeu illorum pretium pro ſuis detractionibus: *l. Marcellus* 3. §. *res quæ*, *ff. ad Trebell.* & ab hac ſententia, quæ verior eſt, & receptior, non eſt recedendum.

CAPUT CXCIV.

Legitimam ſtatim poſt profeſſionem factam, etiam in Monaſterio bonorum capaci, deberi tam aſcendentibus, quàm deſcendentibus, verior eſt ſententia. Quæ hoc caſu ad hæredes tranſmittitur, etiam cum fructibus. Mors civilis & naturalis æquiparantur, quando in utraque eadem militat ratio, aut quando ex utraque idem reſultat effectus.

SVMMARIVM.

1 *Magna eſt inter DD. controverſia, utrum filio Religionem bonorum capacem profeſſo, ſtatim parentibus legitima debeatur? ſed opinio affirmativa tenenda eſt.*
2 *Matris legitima ſuper bonis profeſſi eſt triens, quando nulli ipſius adſunt fratres.*
3 *Mater quamvis filio naturaliter præmortua tranſmittit ad hæredes jus petendæ legitimæ ſuper bonis filii profeſſi.*
4 *Nec ſolum tranſmittit proprietatem legitimæ, ſed etiam fructus.*
5 *Legitima debetur matri etiam in bonis filio poſt profeſſionem delatis.*
6 *Bona delata monacho poſt profeſſionem acquiruntur Monaſterio.*
7 *In bonis induſtria Religioſi quæſitis, parentes nullam habent legitimam; ſecus eſt in bonis illi jure ſanguinis obvenientibus.*
8 *In jure univerſali, qualis eſt legitima, veniunt etiam bona futura.*
9 *Religioſi retinent jura ſanguinis, & ſuccedunt ab inteſtato.*
10 *Legitima favorabilior eſt piâ causâ.*
11 *Quoad effectum, ut Religioſus, ſeu Monaſterium ejus loco ſuccedat, ipſe habetur pro vivo.*
12 *Mors civilis æquiparatur naturali, quando in illa reſultat idem effectus.*
13 *Item quando in utroque caſu eadem ratio militat, mors civilis & naturalis æquiparantur.*

INter magnam DD. contrarietatem in quæſtione illa, utrùm legitima filiis debeatur, ſtatim poſt Religionem ingreſſo; & eodem modo, aſcendentibus, ſtatim poſt profeſſionem filii? verior & receptior eſt ſententia, quam etiam uti æquiorem conſentaneam Rota Romana amplexa fuit, legitimam liberis in bonis parentum, vel è contra parentibus in bonis liberorum ſtatim debitam eſſe, & peti poſſe poſt profeſſionem parentis, vel filii, præſertim ex diſpoſitione juris communis; juxta text. *in cap. cùm ſimus, de regul. jur.* cum illa veritatis, Rota *in Tudertin. legitima, coram* Ormanet. quæ deciſio eſt inſerta poſt tract. Merlini *de legit. deciſ.* 103. & poſtea fuit approbata *deciſ.* 136. & 503. *part.* 5. *recentior.* ubi aliæ deciſiones referuntur & confirmantur: Addent. ad Burat. *deciſ.* 481. *num.* 16. & fusè comprobat Merlin. *in dict. tralla de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 3. *per tot.* ubi *num.* 11. loquitur expreſsè de legitima aſcendentibus debita: & *num.* 14. idem locum habere vult tam in monaſterio bonorum capaci, quàm incapaci: poſt Graſſ. *in* §. *legitima, quæſt.* 12. *num.* 6. & 7. quod etiam cenſuit Rota *in deciſionibus ſupra allegatis*, quas etiam refert & ſequitur Anton. de Matta *lib.* 1. *quotid. reſolut. cap.* 25. Ejuſdem ſententiæ fuit Marta *in ſumma ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 4. *art.* 3. *num.* 17. apud quos plures alii citantur, quos conſultò omittimus: Sanch. *in oper. moral. lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 3. ubi plures allegat: & *num.* 10. ubi dicit non eſſe faciendam differentiam inter aſcendentes & deſcendentes, quamvis teneat contrarium Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 11. *quæſito* 4. *numero* 58. Gratian. *diſcept.* 102. *cum* ibi citat. & Hieronym. Roderic. *quæſt. regular.* 72. *num.* 26. aliique multi. Sed noſtra ſententia æquior eſt, & receptior; quam, ut mox dictum eſt, ut veriorem Rota Romana approbavit *in ſupradictis deciſionibus.*

Non eſt autem dubitandum, quin hoc ius legitima matris ſit triens, cùm dictus filius religioſus nullos habeat fratres, & ſic nemo matre concurrat: quo caſu legitima matris triens totius hæreditatis, ſeu bonorum filii: Rot. *in Aſculana legitimæ*, poſt dict. tract. Merlini *deciſ.* 39. *num.* 17. & *in recentior. deciſ.* 219. *num.* 11. *part.* 6. & in propriis terminis filii qui Religionem ingreſſus fuit, tradit Rota *in dictis deciſionib.* quod Marin. *inſertis.*

Non eſt etiam dubitandum, quin jura legitimæ ſtatim poſt filii profeſſionem delatæ, amiſſa fuerint ad hæredes, etiamſi mater filio præmortua fuerit: quia cùm jus legitimæ jam eſſet formatum & radicatum in perſona matris, propter mortem civilem filii Religionem ingredientis, quæ mors civilis in hoc caſu eandem effectum producit quem naturalis, Rota *dict. deciſione* 503. *numero ſecundo, parte quinta recentior.* certum eſt quod jus illud petendæ legitimæ tranſmiſſum fuit ad quoſcumque hæredes, & ſucceſſores ipſius matris, etiam extraneos, quamvis mater vivens legitimam non petiiſſet. † Idque unà cum jure petendi fructus ipſius legitimæ, aſſerit Riminald. jun. *conſil.* 198. *numero*

numero quarto & quinto, ubi plures allegat, & *num.*7. ubi agit de jure transmittendi fructus: Cyriac. *controvers.* 367. *num.* 1. *& sequentib.* Gratian. *discept. forens. cap.* 448. *num.* 23. Merlin. *de legit. lib.*5. *tit.*3. *quæst.*9. *num.*13. *& eod.lib.*5. *tit.*3.*quæst.*3. *numero* 15. ubi quæstio deciditur in nostris terminis.

Remanet tamen difficultas, quæ non levis esse videtur. Quia præsuppositio quod legitima debeatur matri à die d. professionis, ergo bona post professionem quæsita non videntur ponenda in calculo legitimæ, cùm super bonis mortui legitima non debeatur; filius autem civiliter mortuus sit, dum ad illum bona paterna delata fuerunt.

5 Sed his non obstantibus, firma remanet conclusio, quod etiàm de bonis paternis postea delatis legitima debeatur matri: Quia cùm jus petendæ legitimæ fuerit formatum, & radicatum in persona matris à die professionis filii, sequitur illud potuisse transmitti, & transmissum fuisse ad hæredes & successores matris, eodem modo, quo mater ipsa habitura fuisset. Unde cùm adhuc matre superstite jura paterna devoluta fuerint ad filium religiosum, habuit super illis mater tunc vivens jus petendæ legitimæ, quam, ut dictum est, vivo filio professo
6 petere potest. † Quamvis enim quidquid acquirit Monachus, acquirat monasterio post professionem, & legitima debeatur tantùm super bonis, quæ filius secum detulit tempore professionis, non autem super illis quæ postea ipsi obvenerunt, ut vo-
7 luit Valasc. *consult.*24. *num.*7. † Tamen hoc intelligendum est de bonis per Monachum sua industria quæsitis, in quibus nullam mater potuit prætendere legitimam; secus autem est in bonis Monacho ex successione paterna delatis: quippe cùm jus sanguinis, quod naturale est, sit principium & causa hujus acquisitionis, & id non competat tanquam Monacho, sed competeret cessante ingressu, bona illa reputantur quasi ante ingressum acquisita in favorem legitimæ maternæ: ut tradit Sanch. *in oper. moral. lib.*7. *cap.*9. *num.*22. *versicul. hoc autem intelligo:* & post eum Barbos. *in authent. si qua mulier, num.*10. *Cod. de sacros. Eccles.* & probatur optimè per text. *in d. authent. si qua mulier, & in authent. de sanctiss. Episcop. §. si qua, collat.* 9. *constit.*15. *in vers. sed si post ingressum:* ubi dicitur quod si post ingressum monasterii Religiosus moriatur, nulla facta dispositione bonorum suorum, filii legitimam percipient, reliqua substantia Monasterio competente: cujus dispositionem locum habere volunt DD. tam in legitima ascendentium, quàm descendentium: Sanch. *dict.cap.*9. *num.*19. Barbos. *ubi sup. num.* 9. *&* 10. Unde patet, ascendentes habere legitimam de omnibus bonis filii Monachi ad illum pertinentibus, usque ad tempus mortis naturalis.

8 Et probatur, quia legitima est quid universale, sive dicamus illam esse quotam bonorum, sive hæreditatis: in universalibus autem veniunt etiam bona futura: Surd. *consil.*128. *num.*7. *&* 8.

9 Item quia licèt Monachi sint mortui mundo, tamen retinent jura sanguinis & suitatis, & succedunt ab intestato: *leg. Deo nobis, Cod. de Episcop. & Cler.* Cravet. *consil.* 152. *numero* 2. Peregrin. *consil.* 47. *numero* 1. *volum.* 1. Ergo cùm bona ista delata fuerint jure sanguinis ad filium, non debent ascendentes super illis excludi à legitima jure naturæ debita: ut per Sanch. *loc. cit. dicto num.*21.

Maximè, quia legitima favorabilior est Ecclesiâ, & causâ piâ, illique præferenda est: Rot. 10
decis. 420. *numero* 1. *part.* 4. *recentior.* Castill. *de usufruct. cap.*65. *num.*2. Dec. *consil.* 426. *numero* 5. *& 6.*

Neque obstat, si dicatur mortem civilem æqui- 11
parari naturali, quando mors civilis habet eundem effectum quem naturalis, videlicet quando bona statim post professionem acquiruntur hæredi Religiosi; secus quando bona remanent penes Monasterium, quia tunc Religiosus illa possidet in communi, & sic habetur quodammodo pro vivo: ut notat Barbos. *in vot. Canonic. lib.* 1. *voto* 6. *dubit.*4. *num.*35. Rota *d.decis.* 116. *num.* 19. *&* 20. *part.*5. *recent.*

Respondetur enim regulam illam, quod mors 12
civilis non æquiparetur morti naturali nisi in casibus à jure expressis, habere duas limitationes. Prima est illa, quam attulit Rota *dicta decis.* 116. & Barbos. *loc. cit.* quæ petita est ex Honded. *consil.* 60. *volum.* 2. *&* *cons.* 61. *num.* 42. *& sequentib. vol. eod.* & Gozadin. *consil.* 46. *num.*17. nempe quod civilis æquivalet naturali, quando ex ea resultat idem effectus; quia testator ingrediens Religionem declaravit expressè, vel tacitè, se velle quod suum testamentum statim post professionem sortiatur effectum, non expectata morte naturali: & tunc legitima testamento relicta peti potest actione ex testamento contra hæredem, qui statim post professionem acquirit hæreditatem.

Secunda limitatio, vel secundus casus, quem 13
Honded. tractat tanquam diversum articulum à primo, est quando eadem ratio militat in morte civili, quæ in naturali, prout militare dicit eandem rationem, quando agitur de legitima, non ex testamento, sed à lege debita super bonis ingressi; & tunc quia militat eadem ratio in utroque casu, mors civilis habetur pro naturali, & legitima debetur non expectata morte: Honded. *consil.* 60. *num.*25. *&* 26. *volum.*2. *&* *consil.* 61. *num.* 21. *eod. volum.*

CAPUT CXCV.

Si Dominus Jurisdictionalis, qui à collectis immunis est, bona exempta alteri vendiderit, emptor amittit privilegium exemptionis. Circa quod tres diversi casus considerantur. Pro bonis extra territorium loci habitationis sitis, collecta solvi debet in loco habitationis, si in loco ubi sita sunt, nulla collecta solvatur. Hypotheca pro collectis certis, vel variabilibus quando incipiat.

SUMMARIUM.

1 *Domini jurisdictionales sunt exempti à collectis quoad bona feudalia.*

2 *Emptor bonorum feudalium amittit immunitatem à collectis, quæ Domino jurisdictionali vendenti competebat.*

3 *Collectæ, ſunt onera variabilia, & imponuntur perſonæ pro rebus.*

4 *In materia collectarum emptio regulatur juxta tempus impoſitionis.*

5 *Mutata perſona poſſeſſoris, ceſſat privilegium exemptionis regulariter.*

6 *Diſtinguntur tres caſus circa ſolutionem collectarum faciendam per emptores acquirentes à perſonis privilegiatis.*

7 *Quando collecta nondum erat impoſita tempore indictæ collectæ, ſucceſſor titulo particulari non gaudet exemptione.*

8 *Pro bonis quæ ſunt extra territorium Communitatis, habitatores tenentur ſolvere collectas in loco ſuæ habitationis, ſi in loco ubi bona ſita ſunt, nullas ſolvunt.*

9 *Executio quæ cœpit ab immobilibus, eſt nulla, quando adſunt mobilia, vel fructus; niſi aliter forma executionis in litteris executoriis data fuerit: ſi tamen à perverſione ordinis non fuerit appellatum, executio remanet valida.*

10 *Per regiſtrationem bona non ſunt hypothecata, quando agitur de præſtatione variabili & incerta: ſecus ſi agatur de certa, & invariabili, veluti de tributo.*

11 *Contrarium obſervatur, & verius eſt, quando bonorum deſcriptio fit authoritate Superioris, & pro futuris temporibus ſucceſſivè.*

IN quadam controverſia collectarum quæ petebantur adverſus eum, qui bona emerat à Domino juriſdictionali loci illius, in quo bona ſita erant, ſequentes ſtatui concluſiones.

1 Prima eſt, Dominos Juriſdictionales non teneri ad ſolutionem collectarum pro bonis feudalibus: Brun. *conſil.* 91. *&* *conſilio* 103. Alexand. *conſil.* 145. *lib.* 2. Bertrand. *conſil.* 207. *num.* 2. *vol.* 1. *prior.* Surd. *conſil.* 234. *num.* 25.

2 Dixi ſecundò, quod ſi Dominus vendat bona juriſdictionalia, ceſſat exemptio: Natt. *conſil.* 218. *numero* 8. Guid. Pap. *ſingul.* 273. Rot. Avenion. *deciſ.* 77. ubi deciditur controverſia, utrùm privilegium exemptionis tranſeat ad tertium non privilegiatum.

3 Ratio eſt, quia collecta eſt onus quod imponitur perſonis pro rebus: Theſaur. jun. *libro primo, quæſt.* 90. Brun. *dicto conſil.* 91. *numero primo*, & eſt onus variabile: Rot. *deciſ.* 42. *numero* 13. *parte* 4. *recent.*

4 Quod ampliatur, etiamſi agatur de debitis antea contractis: quia attendendum eſt tempus impoſitionis, tam ex verbis contractus, quibus emptor promittit ſolvere omnes collectas imponendas, quàm ex diſpoſitione juris quo debet attendi tempus impoſitionis: Amad. à Pont. *quæſt. laudemial.* 45. *num.* 18. *& ſequentib.* Sola *de jur. emphyteut. decreti Licet, part.* 3. *gloſſ.* 2. *num.* 19. *&* 20. Unde licet Barones non teneantur ad collectas, ut ſupra dictum eſt, & tradit Mauſon. *de cauſ. execut. ampliat.* 29. *num.* 142. † Tamen quia per alienationem ceſſat privilegium, mutata perſona; ſequitur, novum acquiſitorem teneri ſolvere omnia onera poſt acquiſitionem impoſita: ut bene oſtendit
6 Bald. *conſil.* 117. *vol.* 1. † ubi ponit tres caſus. Primò, quando collecta erat jam ordinata, & conſummata de præterito. Secundus caſus, quando collecta erat ordinata, & non conſummata, quia pro parte ceſſerat dies termini, & pro parte nondum adve-
nerat. Tertius caſus, quando collecta nondum erat ordinata, neque conſummata. Primo caſu, immunitas conſummata durat. Secundo caſu, dicit idem videri inſpecto initio, quia jam immunitas incepit habere vim ſuam.

Quidquid ſit de duobus illis caſibus, cùm nos verſemur in tertio caſu, nempe in collectis nondum ordinatis, multò minus conſummatis, non durat immunitas, quia pervenit ad caſum à quo incipere non poteſt: *l. Titia Scio, §. uſuras, ff. de legat.* 2. Bald. *dict. conſ.* 117. *verſicul. Tertio caſu, vol.* 1.

Et ut melius conſtet de prædicta veritate, advertatur quod collecta non ſolvitur ratione bonorum præcipuè, ſed principaliter ratione perſonæ, cum etiam pro bonis quæ ſunt extra territorium Communitatis, habitatores teneantur ſolvere collectas, ſi in loco ubi bona ſita ſunt, nullæ collectæ levantur: ut notat Guid. Pap. juncta Addit. *quæſt.* 396. *num.* 1. *& in gloſſ. A.*

Quod autem dicitur, non potuiſſe vendi bona immobilia pro collectis, ſed tantùm fructus de pignore capi, non poteſt decidi niſi viſis tenoribus cartelli conceſſi exactoribus, & articulis cum eis factis cum Communitate. Sed illis ceſſantibus, licèt verum ſit, juxta *l. à Divo Pio, ff. de re judic.* executionem debere priùs fieri ſuper fructibus & mobilibus, quàm ſuper bonis ſtabilibus: Tamen ordo ille non eſt adeo ſubſtantialis, ut illius omiſſio reddat executionem nullam. Unde ſi à tali perverſione ordinis non fuerit *appellatum, executio* remanet valida, quamvis inchoatum fuerit ab ipſis fundis: ut dicit Surd. *conſil.* 39. *numero vigeſimo ſecundo*, Galerat. *de renunciat. capite* 187. *per tot.*

A quo autem tempore incipiat hypotheca pro collectis, pendet ex ſuprà dicta diſtinctione onerum perpetuorum & invariabilium, & incertorum ac variabilium. Quam differentiam bene arguit Brun. *conſil.* 103. *num.* 6. † ubi quod res per regiſtrationem non eſt hypothecata, ſi regiſtratio facta fuerit indeterminatè, & non pro certo & perpetuo onere. Et non facit vim, utrùm agatur de tributo Principi præſtando, niſi quatenus illud habet certam & determinatam præſtationem. Idem *conſil.* 94. *num.* 2. *verſic. & quod quando: & num.* 3. Eadem diſtinctionem agnovit Rota *in recent. deci.* 2. *num.* 10. 11. 12. *part.* 4. ubi onera quæ imponuntur per æs & libram juxta varietatem temporum, dicit non habere hypothecam quæ ſequatur poſſeſſorem.

Et ratio eſt, quia cùm hypotheca incertæ obligationi accedere nequeat, quando collectæ imponuntur pro varietate negotiorum, non ſunt bona pro illis hypothecata, ſed tantùm quando collecta eſt certa, & determinata, ac perpetua. Hæc enim caſu eſt veluti quædam ſervitus realis, & vocatur munus ordinarium; alioqui vocatur munus extraordinarium, quod perſonæ pro rebus imponitur: Trentacinq. *conſil.* 3. *num.* 9. *vol.* Talis autem eſt extraordinarium, quod per æs & libram quandoque ad duos, quandoque ad ſex denarios pro quolibet floreno plus, vel minus imponitur. Idem *dict. conſil.* 3. *num.* 40. *verſic. tertiò ſequitur.* Et ita deciſum teſtatur Amad. *quæſt. laudemial. ſ. num.* 19. *&* 20. bene Menoch. *conſil.* 851. *num.* 33. *&* 34. & meliùs Craver. *conſil.* 872. *numero* 4. *& ſ. verſic. Quartò hypotheca jus: & num.* 9. *verſic. ſecundò item.*

Verum

11 Verùm quidquid iſti DD. dicant, verius eſt, & apud nos obſervatum, favore Communitatum, quod collectæ quæ ſemper imponuntur cum authoritate Superioris, habeant hypothecam, etiam contra tertios poſſeſſores, à die regiſtrationis bonorum in libro Cataſtri: ut probat Merlin. *de pignorib. lib. 3. tit. 1. quæſt. 6. num. 24. 25. & 26.* quia cataſtra quæ fiunt per noſtras Communitates, non fiunt pro unica præſtatione, ſed generaliter pro impoſitionibus quibuſcumque ſucceſſivis temporibus faciendis: quo caſu oritur hypotheca à die Cataſtrationis, etiam contra tertios poſſeſſores: Pacif. *de Salvian. interd. inſpect. 3. cap. 4. num. 523.* cum pluribus per eum citatis.

CAPUT CXCVI.

De validitate donationis factæ per minorem cum juramento in favorem ſororis, cum ſubſtitutione in ea appoſita in favorem avunculi, qui erat curator donantis. Defectum inſinuationis non poſſe opponi per donatarium, vel ejus hæredem, qui in vim donationis bona poſſedit, & in fraudem ſubſtituti noluit inſinuare donationem. Donatio facta curatori ſub incerto conditionis eventu valida eſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſinuationis defectum opponere non poteſt ille, qui fuit in culpa, non inſinuando in fraudem ſubſtituti in donatione.*
2 *Donatarius qui fuit præſens & conſentiens donationi & ſubſtitutioni in ea appoſita, non poteſt opponere de defectu inſinuationis.*
3 *Donatio facta per minorem ſuo curatori non ſubſiſtit.*
4 *Fallit in donatione conditionali.*
5 *Donatio conditionalis non eſt propriè donatio. Intellige, ut hoc locum habeat, quando conditio reſpicit affectionem donatoris,* ibidem.
6 *Curator poteſt palam & bona fide ſibi minorem ſuum obligare.*
7 *Donatio facta curatori, non uti tali, ſed tanquam extraneo, eſt valida.*
8 *Donatio facta per minorem ſuo curatori non eſt ipſo jure nulla.*
9 *Authoritas Judicis ſupplet defectum curatoris.*
10 *Subſtitutio appoſita in donatione alteri facta non indiget authoritate curatoris reſpectu ſubſtitutionis in ea adhibitæ.*

1 DOnationem factam per D. Mariam, in qua ejus avunculus & curator fuit ſubſtitutus, validam eſſe Dixi, non obſtante defectu inſinuationis: quia ſoror donataria fuit in culpa, non inſinuando: per text. *in l. facta 63. §. ſi quis bonorum, ff. ad Trebellian.* ut in terminis Ordinationis Regiæ Bouvot *tom. 2. in verb. ſubſtitution, quæſt. 18.* Theveneau *ad Ordinat. Reg. fol. 523.*

2 Item quia Donatarius fuit præſens, & ſciebat donationem: unde quoad ipſum non fuit neceſſaria inſinuatio, prout de reſte qui præſens fuit donationi, tradit Guid. Conchil. *in ſuis quæſtionib. ſuper Conſuetud. Gall. quæſt. 165. circa med.* Item quia donataria per ſuam præſentiam approbavit donationem, & omnia in ea contenta; unde non poteſt nunc impugnare.

Neque qualitas curatoris nocere debet: quia 3
licet regulariter donatio illi facta non valeat, Rot. *deciſ. 586. part. 5. recent.* Gutierr. *de tutel. part. 2. cap. 16. num. 26.* Rip. *reſponſ. 4. de donat.* aliàs 133. *num. 10.*

Tamen hoc non habet locum in donatione 4
conditionali, ex notatis per D. Bellum *conſil. 210. num. 5.* ponderetur text. *in l. ſi Gaudentius 6. Cod. de contrahend. empt. & l. ſi extraneus 45. ff. de donat. inter vir. & uxor.* † quia donatio conditionalis non 5
eſt propriè donatio: D. Bellus *d. conſil. 210. num. 5.* Quod procedit, prout in caſu noſtro, quando conditio reſpicit affectionem donatoris: Gloſſ. *in l. 1. in verb. ſequutum, & ibi* Imola, *ff. de donationibus.*

Præterea quia in illa donatione duo duntaxat conſiderari poſſunt impedimenta. Primum, prohibitio legis: Secundum, authoritas curatoris, quæ in proprium favorem interponi non poteſt, ut diſtinxit Cald. *in l. ſi curatorem, in verb. contractum feciſti, num. 31. verſic. nec pro communi ſententia.*

Prohibitio legis non nocet, quia non habet 6
locum ceſſante præſumptione fraudis, veluti ſi contractus fiat palam: *l. pupillus, §. item ipſe, ff. de authorit. tutor.* quo nituntur Rip. Gutierr. & alii. Palam autem fieri dicitur quod fit in præſentia Judicis, & partis intereſſe habentis. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 80. num. 8. & 11.* & in ſimili Peregrin. *conſil. 59. per tot. vol. 6.* Mantic. poſt Bald. *lib. 4. de tacit. tit. 23. num. 21.* Ludoviſius *deciſ. 356. num. 6.*

Item non poteſt conſiderari læſio, quia nihil 4
intererat donantis, mortua donataria, ad quem bona reverterentur: ergo ceſſat reſtitutio, *l. ſcio ff. de minoribus.*

Item donatio non fuit facta tanquam cura- 7
tori, ſed tanquam avunculo: Bouvot *tom. 2. quæſt. 41.*

Unde in caſu *deciſ.* Rot. *586. part. 5. recent.* duæ donationes factæ fuerant curatori avunculo, & una ex illis declarata fuit valida.

Ideo tales donationes non ſunt nullæ ipſo jure: 8
Cald. *ubi ſupra, num. 1.* & propterea firmantur juramento, ceſſante fraude: Sanch. *de matrimon. lib. 1. diſp. 32. num. 8. 11. & 12.*

Secundum impedimentum non nocet, quia 9
authoritas Judicis ſupplet defectum curatoris: Cald. *ubi ſuprà, numero 31. verſic. ſed verius: & verſic. ſed ulterius: & num. 32. verſicul. manifeſtè innui.*

Denique, quia ſubſtitutio nec utilitatem, nec 10
damnum minori afferre poterat: quia ejus nihil intererat ad quem bona devolverentur, mortua donataria; ideo authoritas curatoris non erat neceſſaria: Cald. *ubi ſup. num. 35.*

Et ita fuit judicatum per Rotam Avenionenſem in favorem Domini Fragnol, loci de Montiliis.

Sanlegerii quæſt. & reſol. civil. T. II. P. II.

CAPUT CXCVII.

Si pater filiæ certam ſummam legaverit, & bona illi pro certo pretio eodem teſtamento reliquerit, non tenetur hæres filius ad evictionem propriam bonorum datorum in ſolutum, ſed ad impropriam, videlicet ad æſtimationem bonorum evictorum juxta valorem temporis teſtamenti: qui valor regulandus eſt juxta proportionem Legitimæ; itaut pro eo quod legitimam excedit, non debeatur evictio, ſi legatum factum fuerit de bonis loco legitimæ. In legato alternativo, re una perempta, quid hæres præſtare debeat. Rei litigioſæ legatæ evictio non debetur regulariter.

SVMMARIVM.

1 *Pro legato facto conjunctæ perſonæ hæres tenetur de evictione quoad æſtimationem.*
2 *Pro legato quod tenet locum legitimæ filii, debetur evictio.*
3 *Evictio quæ debetur pro legato, eſt impropria, quæ ad rei æſtimationem terminatur.*
4 *Æſtimatio quæ præſtatur pro legato evicto, referri debet ad valorem temporis teſtamenti, &* num. 15.
5 *Legatis bonis, aut eorum valore, datur electio hæredi dandi bona, vel eorum pretium.*
6 *Legatum filiæ factum loco legitimæ, ſi fuerit evictum, limitanda eſt æſtimatio rei evictæ ad ratam ipſius legitimæ.*
7 *Evictio non debetur de iis quæ teſtamento relinquuntur, quia teſtator cenſetur tantùm relinquere jus quod habet, ſed debetur æſtimatio loco evictionis.*
8 *Pro legato legitimæ loco facto debetur evictio, ſed tantùm uſque ad concurrentiam legitimæ.*
9 *Quando agitur de filio hærede, non idem ſtatuendum quod in extraneo legatario. In filio enim, vel alia conjuncta perſona, cui legatum relictum eſt, locus eſt evictioni ad pretium.*
10 *In legato alternativo, una re perempta abſque mora hæredis, ſufficit aliam præſtari, quamvis electio eſſet legatarii: &* num. 13.
11 *In debito alternativo interdum electio eſt creditoris, interdum debitoris.*
12 *Quando electio ſpectat ad creditorem, ſi res una pereat abſque culpa & mora debitoris, extinguitur electio.*
Quid ſi debitor fuerit moroſus, ibid.
14 *In legato alternativo, una re perempta, locus eſt evictioni impropriæ.*
Declara ut ſupr. num. 1. 2. & 3.
Limita etiam ut infr. num. 16. & ſeqq.
15 *Æſtimatio rei legatæ, cujus temporis reſpectu facienda eſt: & ſup.* num. 4.
16 *In legato alternativo, ſi res una litigioſa eſſet tempore teſtamenti, ſubſequuta evictione, hæres de illa non tenetur.*
17 *In legato alternativo bonorum, vel æſtimationis illorum, legatarius non poteſt ſeindere teſtatoris judicium, nec acceptare partem in bonis, & partem in pecunia.*
18 *Rei perempta caſu fortuito evictio nulla debetur.*
19 *Legatum rei alienæ factum conjunctæ perſonæ, non convertitur in æſtimationem, ſi hæres ſimiliter ſit conjuncta perſona.*
20 *In legato alternativo, ut ſciatur an locus ſit evictioni rei peremptæ, voluntas teſtatoris attendenda eſt.*
21 *Interpretatio ſumenda eſt pro æqualitate inter fratres ſervanda.*
22 *In legato alternativo præſumitur quod teſtator crediderit unam rem æquivalere alteri, & quod ſub illo reſpectu legaverit.*
23 *Opinio teſtatoris in æſtimatione rei legatæ alternativè, prævalet veritati.*

INter primarios Nobilitatis vitos extrajudicialiter tractabatur de evictione bonorum filiæ, in teſtamento paterno dotis nomine legatorum. In qua dicebam in primis, non eſſe dubitandum quin hæres patris teneatur de evictione, pro bonis per patrem filiæ pro ejus legitima legatis: non ex eo ſolùm quod hæres ad id per Arreſtum Curiæ fuerat condemnatus; † ſed etiam quia agebatur de legato facto conjunctæ perſonæ: quo caſu hæres ſi rem præſtare nequeat, tenetur ad illius æſtimationem: *l. cùm alienam* 10. *Cod. de legat. & ibi* DD. communiter, Gloſſ. *in l. ſi domus* 71. *alias* 74. *§. de evictione, in verb. ex ſtipulatu, ff. de legat.* 1. & *ibid.* DD. Cyriac. *controverſ.* 545. *num.* 5. Marelcot. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 105. *num.* 7. Rot. *deciſ.* 265. *num.* 11. *part.* 1. *recent.* Mangil. *queſt.* 63. *num.* 23. *in tractat. de evictionib.*

Prætereà cùm legatum illud teneat locum legitimæ, quæ filiæ ſuper bonis paternis debita eſt, debetur pro bonis legatis evictio, ut explicat Gomeſ. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 2. *num.* 34. *verſic. quod tamen ſingulariter intellige.*

Eſt tamen verum, quod evictio iſta non ſortitur propriam evictionis naturam, ſed impropriam quæ terminatur ad præſtationem æſtimationis rei legatæ, ut dicunt DD. ſuperiùs allegati; & inter eos Gomeſ. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 2. *num.* 36. *vers. aut ſcivit:* qui dicit quod hæres tenetur ad æſtimationem, & hoc caſu non eſt vera evictio, ſed impropria; quia legatum hoc caſu reducitur ad valorem & æſtimationem rei: & allegat Gloſſ. *in l. hæres ſervum*, & *ibi* DD. communiter, *ff. de eviction.* Gloſſ. etiam *in dict. l. ſi domus*, *§. de evictione, ff. de legat.* 1. Mangil. *de eviction. dict. queſt.* 63. *num.* 23. Ideò cùm hoc caſu ſupponeretur, maritum legatariæ multo majores ſummas exegiſſe de bonis in ſolutum datis pro dote ejus uxoris, per eum venditis, quàm aſcendat ſumma duodecim millium ſcutorum, ad quam dos taxata fuit; æquitur, illum ad impropriam iſtam evictionem agere non poſſe.

Nec opus eſt recurrere ad aliam æſtimationem, quàm ad eam quam teſtator ipſe fecit in ſuo teſtamento, qui bona legata ad ſummam illam duodecim millium ſcutorum æſtimavit, præſertim cùm ipſe ſciret litem, quæ ſuper illis bonis durante ejus vita mota fuerat, ita ut voluerit bona illa æſtimare tanquam litigioſa, & habito reſpectu ad dubium litis eventum. † Illa quippe æſtimatio legati fieri debet, habito reſpectu ad valorem bonorum de

de tempore testamenti. Cancer. *lib. 2. resolut. cap. 6. de solution. n. 150.* post Iason. *in l. cùm quid, in lectura, ff. si cert. pet.* Surd. *consil. 195. num. 14.* per text. *in l. si ita legatum, ff. de aur. & argent. leg.* Mantic. *de conject. lib. 3. tit. 11. num. 5.*

5 Idque eo magis, quia testator non simpliciter fecit legatum bonorum, sed dixit quod legabat bona, vel illorum valorem: & sic alternatiuè: quæ bona æstimauit ad summam duodecim millium scutorum, ita ut hæres non teneatur simpliciter ad præstationem bonorum, sed solvendo illorum valorem liberetur: *leg. Stichum 95. ff. de solut. leg. statuliberam 11. §. 1. ff. de legat. 2. leg. si in emptione 34. §. si emptio, pecultimo, ff. de contrahend. empt.* Barry *de succes. lib. 9. capit. ultim. numero 8.*

6 Neque obstat quod legatum factum fuerit filiæ pro omnibus juribus legitimæ, quo casu debetur vera euictio, non restricta ad rei valorem. Quia hæc euictio locum non habet, nisi pro rata debiti Legitimæ. Cùm igitur summa duodecim millium scutorum non solùm adæquet, sed etiam excedat summam filiæ debitam, quam summam ejus matitus exegit & recepit, sequitur non esse locum alicui euictioni, ut probat Fernand. Vasq. *lib. 3. de succes. resolution. circa finem, in explication. leg. scimus, Cod. de inoffic. testament. num. 15. fol. 198.* Mangil. *de evict. dicta quæstione 63. num. 38.* ubi dicit aduersus Bald. euictionem hoc casu non extendi vltra concurrentiam legitimæ. Quod probatur per text. *in dict. leg. scimus, Cod. de inoffic. testament.* ubi postquam dictum est, quod res quæ filio fuit assignata pro sua legitima, fuit euicta, quærit Imperator an ex sua constitutione legitima suppleri debeat? præsupponit ergo non rei valorem, sed legitimæ supplendum esse.

7 Præterea de iis quæ testamento relinquuntur, nunquam debetur euictio, sed ut dictum est, quandoque æstimatio: quia nunquam testator censetur plus juris relinquere quàm quod ipse habet: *leg. si domus, in princip. ff. de legat. 1. l. in quod verum, §. si usumfructum, eod. tit. l. uxor patrui, Codic. de legat.*

8 Fallit in legitima, quæ est filio quasi debita. Ergo si quid vltra legitimam relictum sit, illud non censetur relictum vti debitum, sed vti donatum. In donatione autem non debetur euictio regulariter, *l. Aristo, §. 1. & ibi* Gloss. Bartol. & alii, *ff. de donationib.*

9 Debetur tamen euictio impropria ad æstimationem, ut dictum est, cùm agatur de filia, non autem de extraneo legatario: *dict. l. cùm alienam, C. de legat.* prout considerat Vasq. *dict. num. 15. in fin. versic. Quod intellige.*

10 Cum autem de præmissis iterum dubitaretur: Dixi in primis, verissimam esse conclusionem, quod hæres ante traditionem legati non tenetur aliud præstare quàm aliam partem alternatiuæ, si prima pars illius deficiat, vel pereat, quando hæres non fuit in mora; quamvis electio sit creditoris, seu legatarii. Quod probatur per *leg. si à substituto 47. leg. qua de legato 48. & leg. cum res 49. §. si Stichus aut Pamphilus, ff. de leg. 1.* & per *leg. statuliberum, §. Stichum aut Pamphilum, ff. de leg. secundo*, & per *leg. si in emptione 34. §. si emptio, ff. de contrahend. emption.* quæ omnia jura, vnum per aliud explicantur, ut dicit Bartol. *in dicta leg. cum res, num. 6. in prima oppositione.* Quod etiam voluit Corneus *in leg. cum alienam 7. versic. & si legatur*, vbi dicit, quod si plures res legantur alternatiuè, debetur quidem euictio, sed hoc tantum ut alia pars alternatiuæ tradatur legatario, secundum Salicetum. Quod & voluit Tusch. *litt. A, conclusione 317. num. 15.* Et faciunt tradita per Gomes. *variar. resolut. lib. 2. cap. 12. de qualitatib. contractuum, num. 40.* & Cuiac. *in dict. leg. Stichum, de solution.* ubi † dicitur quod si alternatiuè debeatur 11
Stichus aut Pamphilus, distinguendi sunt casus. Primus est, quando electio est creditoris, seu stipulatoris: Secundus, quando electio est debitoris, seu promissoris.

Omisso secundo casu, in quo non versamur, sed 12
in primo, videlicet quia electio est creditricis, seu legatariæ, concludit quod mortuo altero extinguitur electio, & ille solus qui viuit, est in obligatione & petitione, dummodo debitor non sit in mora: nam si esset morosus, electio remaneret apud creditorem, vtrùm velit pretium mortui, seu deficientis; an verò recurrere ad alteram partem alternatiuæ.

Quod etiam dicunt DD. omnes *in juribus supe-* 13
rius citatis: hæc est enim communis resolutio Bartoli, Castrensis, Imolæ, & aliorum. Ergo cùm nulla mora imputari posset hæredi circa præstationem bonorum legatorum in prima parte alternatiuæ, sequitur quod quamuis electio ab initio pertinuisset ad legatariam, electio illa extincta est per ablationem bonorum legatorum, & sola æstimatio apposita in secunda parte alternatiuæ, per ipsam peti potest.

Quod autem oppositum fuit, nos fateri locum 14
esse euictioni in casu, de quo agitur: non alio modo acceptandum est, quàm eo, quo per nos dictum fuit. Nec enim diximus in legato isto alternativo, de quo agitur, veræ euictioni locum esse, sed tantùm impropriæ, quæ ad pretium rei euictæ restringenda est: ut probauinus ex doctrina Gomezii *lib. 1. variar. resolut. cap. 2. de emption. & vendition. numero 36. versicul. aut scivit*, Mangil. *de eviction. quæstione sexagesimatertia, numero decimo tertio*, Rot. *decisione 265. numero nono, decimo, & undecimo, parte 1.*

Quod pretium licèt generaliter in aliis euictio- 15
nibus considerari debeat respectu temporis euictionis, tamen in casu æstimationis rei legatæ, debet inspici respectu temporis testamenti, vel in omnem euentum mortis testatoris. Non enim Cancerius, quem allegauimus, loquitur duntaxat in materia majoris valoris monetarum, sed generaliter dicit quod in legatis, quando agitur de illorum æstimatione, attenditur tempus mortis, vel testamenti, ut dicit ipse *libro secundo, capite sexto, de solution. numero 150.* videlicet attendi debet tempus mortis in legatis vniuersalibus: at verò in particularibus æstimatio fieri debet respectu temporis testamenti: ut post Glossam *in leg. penultim. in verbo, cedit, ff. de fundo instructo legato*, quam sequitur, & singularem dicit Iason *in leg. cùm quid, in lectura, numero vigesimooctavo, in fine, ff. si certum petatur.*

Verùm nimis indultum fuerat in prioribus nostris scriptis contrariæ opinioni. Cum re maturius discussa, & admissa etiam distinctione ex aduerso proposita, factæ, aut nondum factæ electionis in legato alternatiuo, verius existimemus, ne quidem euictionem impropriam hoc casu deberi, ea ratione moti.

Primò, quia bona Petrælatæ in prima parte al- 16

ternatiuæ contenta, erant tempore teſtamenti litigioſa, & lis pro illorum vindicatione jam conteſtata, ut ſupponitur: Ideò ſubſecuta illorum euictione, hæres nihil legatariæ præſtare tenetur, per textum expreſſum *in authent. nunc ſi hæres, Cod. de litigioſis:* quia ſolus litis euentus legatariæ relictus videtur, ut expreſsè dicitur *in dict. auth.* & tradit Abbas *in cap. Eccleſia ſancta Mariæ 3. num. 8. ext. ut lite pendente:* Gratian. *diſcept. cap. 464. numero 54.*

17 *Secundò*, quia cum in prima parte alternatiuæ poſita fuerint bona de Rac, necnon etiam bona Petrælatæ; ex alia verò parte æſtimatio, ſeu valor illorum bonorum: non poteſt legataria legati partem acceptare in pecunia, ſed totum in bonis, vel totum in pecunia acceptare debet: *l. ſi ex toto 8. §. ſi ita legatum*, & *ibi* Ripa *à num. 1. uſque ad 10.* & Jaſon *colum. 1. & 2. ff. de leg. 1.* quia non poteſt legatarius eligere partem de vno, & partem de alio. Cùm ergo non poſſit totum capere in bonis deſignatis, neceſſariò oportet ut totum capiat in pecunia, nempè in ſumma ſex mille ſcutorum, in ſecunda parte alternatiuæ legata: Gratian. *diſcept. for. cap. 238. num. 31.*

18 *Tertiò*, quia euictio hoc caſu proceſſit ex facto Principis, nempe ex eo quod confiſcatio bonorum illius, à quo teſtator bona legata quæſiuerat, fuit per edictum Regis reuocata, eo quod facta fuerat tempore tumultus bellici: tale autem factum Principis numeratur inter caſus fortuitos, & ideò occaſione illius nulla debetur euictio: *l. Lucius, ff. de evict.* Mangil. *in tract. de evict. quæſt. 20. numero 14. 15. & 16. & quæſtione 200. numero 31.*

91 *Quartò*, quia licet verum ſit, legatum rei alienæ conuerti in æſtimationem, quando fuit factum coniunctæ perſonæ; tamen hoc locum non habet quando hæres eſt etiam coniuncta perſona: quia tunc priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum; & priuilegia inuicem conquaſſantur. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 488. num. 8.*

20 *Quintò*, quia non debetur euictio, quando conſtat ex coniecturis teſtatorem diſpoſitionem ſuam ad certam ſummam reſtrinxiſſe; quia in hac materia alternativæ, ſicut in aliis, ſemper attendenda eſt voluntas teſtatoris: Alciat. *conſil. 31. ſub num. 44. verſicul. item limitatur quando ex conjecturis: lib. 9.* Mantic. *de conject. lib. 9. tit. 9. num. 11.* Gratian. *diſcept. 988. num. 11.*

21 De mente autem teſtatoris manifeſtè conſtat ex eo, quod teſtator voluit conſeruare æqualitatem inter liberos, cùm filiarum omnium tam natarum, quàm naſciturarum legata reduxerit ad ſummam 12000. ſcutorum: ſi autem Diana plus haberet quàm aliæ, oriretur inæqualitas, & inuidia inter filias, quam leges abhorrent, ex traditis per Surd. *conſ. 517. n. 31. verſ. tertiò Reſpondeo.*

22 Quod maximè procedit, quia teſtator habuit illam opinionem, quod ſumma 6000. ſcutorum eſſet æqualis bonis de Rac, & Petrælatæ in prima parte alternatiuæ contentis: cùm duabus rebus alternatiuè legatis, præſumendum ſit quod teſtator crediderit vnam eſſe eiuſdem æſtimationis cum alia: *l. 1. ff. de reb. dubiis, & ibi* Bart. Socin. & alii: Marſil. *de fideicommiſſ. num. 31.* Et quod iſta alternatiua conſideretur inter æqualia reſpectu importantiæ æſtimationis, non autem reſpectu alterius qualitatis, tradit Hermanoctus *in repetitione l. 4. §. Cato, n. 25. ff. de verb. oblig.*

Cum igitur teſtator illam opinionem habuerit quod bona immobilia in prima parte alternatiuæ legata, aſcenderent circiter ad ſummam 6000. ſcutorum, poſito citra præiudicium veritatis, quod locus eſſet propriæ euictioni, non eſſet cenſendus aliâ ſummâ teſtatorem grauare voluiſſe hæredem ſuum, præterquam ſummâ 6000. ſcutorum, vt ſi coniungendo hunc valorem cum aliis 6000. ſcutis legatis, filia in totum haberet ſummam 12000. ſcutorum, juxta opinionem æquam, quæ potiùs quàm veritas attendenda eſt: Mantic. *de conjectur. lib. 3. titul. 10. numero 1.* cum plurib. *ibi* citatis.

CAPUT CXCVIII.

Quando factus fuit calculus generalis cum mutua inter fratres liberatione ſubſecuta, utrum in ea comprehendatur debitum ad quod unus ex fratribus alteri quidem tenebatur, ſed illud ceſſum fuerat filiæ unius ex fratribus ex cauſa dotis, alio fratre debitore conſentiente, & interueniente vera delegatione cum ſuis requiſitis.

SVMMARIVM.

1 *Quando ceſſio facta fuit cum clauſulis ampliſſimis, omnia jura, tam directa quam vtilia, tranſeunt in ceſſionarium, & nihil remanet apud cedentem, nec vlla actiones efficaces.*

2 *Quod præſertim locum habet, quando cum dictis clauſulis fuit additum juramentum.*

3 *In calculo generali non comprehenditur debitum quod fuit jam extinctum.*

4 *In generali diſpoſitione non venit pecunia adfaciendum crediteri deſtinata.*

5 *Rationum redditio eſt mutua quædam compenſatio.*

6 *Aſſumens in ſe debitum alterius, efficitur debitor illius in cujus favorem ſe obligavit.*

7 *Expreſſio certarum ſummarum in calculatione, quid alias ſummas non deſignatas non eſſe in calculis comprehenſas.*

8 *Per delegationem veram extinguitur obligatio erga delegantem; & quæ ad veram delegationem requirantur.*

9 *Per delegationem extinguitur etiam obligatio delegantis erga ſuum creditorem.*

10 *Promiſſio bonitatis nominis delegati non reperitur in natura vera delegationis.*

11 *Novatio ſub conditione ſufficientia debitoris delegati facta reſolvitur, ſi caſus inſufficientiæ evenerit.*

12 *Quæ ſit natura, & quæ differentia conditionis ſuſpenſivæ, & reſolutivæ.*

PAter in contractu matrimonii conſtituit filiæ ſuæ dotem, ſummâ ſex millium ſcutorum, ſolutam certis diebus, in pecunia numerata, vel annuis redditibus, debitis bonis, & exigibilibus ſoluendam, pro quibus redditibus

tenebitur de eiectone in bona & debita forma, vt patet ex instrumento dicti matrimonii.

In cuius promissionis executionem dictus pater die 28. eiusdem mensis, & anni, per instrumentum publicum cessit futuris coniugibus diuersa nomina, & inter cætera summam 296. scutorum exigendam à D. Petro ejus fratre ad computum, seu in deductionem majoris summæ per eum debitæ eidem domino constituenti, prout ipse D. Petrus ibidem præsens declarauit, & verum esse confessus est, & promisit soluere dictis cessionariis juxta formam cessionis sine aliqua difficultate.

Cæterùm supponitur in facto, quod post aliquot annos facta fuit transactio inter dictum patrem constituentem, fratrem dicti Petri tunc vita functi; & eiusdem Petri filiam, & hæredem, seu ejus maritum: per quam facto generali calculo rerum omnium inter dictos fratres gestarum, durante toto tempore quo in communione vixerunt, nempe vsque ad annum 1643. omnibus computatis & deductis, dicta hæres Petri patrui reperitur debitrix dicti constituentis in summa 3000. librarum, quas pater constituens realiter recepit, quem quidem Constituentem ipsa filia Petri, & illius hæres, liberat ab omnibus quæ contra ipsum prætendere posset, vsque ad diem dictæ transactionis.

Nunc autem dum hæredes dictorum coniugum petunt dictam summam 296. scutorum, opponitur ipsis de præfata transactione, & liberatione generali facta per patrem, qui dotem constituerat, de omnibus inter ipsum & fratrem gestis, & per consequens de dicta summa 296. scutorum, quam illi dictus Petrus frater debebat. Vnde quæritur vtrùm dicti hæredes dominorum coniugum, qui etiam reperiuntur hæredes Constituentis, jure possint petere dictam summam 296. scutorum, non obstante quittantia, & liberatione generali facta per ipsum patrem, qui dotem constituerat.

Negotio accuratè perpenso, censui summam 296. scutorum deberi, non obstante dicta liberatione generali. Siquidem cùm dicta summa non ampliùs deberetur patri, vtpote cessa, & remissa genero, & ejus vxori, in solutionem majoris summæ ipsis debitæ, nomen illud exierat de patrimonio patris, adeò vt non solum vtiles, sed nec etiam directæ actiones efficaces apud ipsum remanserint, stantibus † clausulis amplissimis in instrumento dationis in solutum contentis, per quas dictis coniugibus transtulit omnia jura sua, cum omnibus clausulis translatiuis necessariis, & cum clausula *ponens eos in locum suum, &c.* Item *constituendo illos veros Dominos, & procuratores irrevocabiles*, & cum aliis clausulis amplissimis, quarum virtute nihil remansit apud patrem cedentem, nec vllæ actiones ad agendum efficaces remanserunt: Cost. *de clausul. conuentional. clauf.* 14. *num.* 3. Mastril. *decis.* 143. *num.* 11. & 12. Cencius *in tract. de censib. quæst.* 67. *num.* 6. *versic. aut in instrumento*: Duard. *de censib.* 2 §. 3. *quæst.* 16. *num.* 12. † Præsertim accedente juramento in dicta cessione contento, quod vim habet specialis expressionis: Giurb. *decis.* 107. *num.* 6. & 7. Thesaur. *decis.* 201. *n.* 7.

3 Vnde cùm debitum 296. scutorum, quo D. Petrus tenebatur erga patrem, fuerit extinctum respectu ipsius patris; sequitur, in generali calculo, & liberatione illud minimè contineri, cum liberatio, quantumuis generalis, non comprehendat debitum extinctum, Bald. *consil.* 274. *Licèt allegationis, lib.* 2. 4 *concluf.* 326. *num.* 16. † Imo sola destinatio pecuniæ ad satisfaciendum creditori facit vt ipsa videatur esse extra patrimonium debitoris, ad hoc vt in generali dispositione minimè contineatur. Alexand. *consil.* 170. *num.* 11. *lib.* 2. Tusch. *ubi supr. num.* 34. & vide *num.* 64. ubi dicitur quod in liberatione generali non continetur illud, quod alteri debitum est.

Et cum natura redditionis rationum ea sit, ut 5 hinc inde data, & expensa calculentur per viam cujusdam mutuæ compensationis: *l. si quis ex argentaria*, §. *rationes*, *ff. de edendo*: Escobar *de ratiocin. cap.* 36. *num.* 1. & dicitur sic expressè contineri in instrumento dictæ transactionis, vigore illius clausulæ, *omnibus computatis & deductis*: sicut nulla debet haberi ratio summarum solutarum, quibus computatis D. Petrus remansit debitor in summa 3000. librarum, ita nec debet haberi ratio ulla dictorum 296. scutorum, quæ soluta reperiuntur per acceptionem, & (ut loquuntur) accollationem illius debiti, factam per D. Petrum, † per 6 quam totum onus ad ipsum transiatum est perinde ac si ipse solus ab initio se obligasset in favorem dictorum conjugum: Cencius *de censib. quæst.* 72. *num.* 16. & talis accollatio habet vim solutionis inter D. Petrum accollantem, & ejus fratrem, in cujus favorem facta fuit accollatio: Cencius *de censib. d. q.* 73. *n.* 16.

Et sanè si illa fuisset partium intentio, ut dicta 7 summa 296. scutorum esset comprehensa in reliquatu 3000. librarum, illius mentionem fecissent eodem modo, quo expresserunt alias obligationes, quarum una erat 2800. librarum, alia 1500. quas in calculo finali comprehensas esse voluerunt, ut incluso unius sit exclusio alterius: *l. cum prætor* 12. *ff. de judic. l. cum maritus*, *C. de procurat.* cum similibus.

Supradicta multo fortius procedunt ex eo, quod 8 non solum intervenit simplex accollatio debiti illius summæ 296. scutorum facta per D. Petrum, sed etiam facta fuit vera, & perfecta delegatio, in qua tria illa requisita intervenerunt: nempe, quia D. Petrus erat debitor patris delegantis, prout se esse talem confessus est, quod non solùm declaravit in ipso dationis in solutum instrumento, sed etiam tanquam debitor se obligavit, & promisit solvere summam illam conjugibus cessionariis, quæ promissio facta intelligitur per stipulationem propter vim illius verbi, *promisit*: Barbosa *de dictionib. cap.* 270. his ergo concurrentibus facta fuit delegatio: Burat. *decis.* 487. *numero* 11. Ludovis. *decis.* 217. *num.* 3. Scacc. *de commerc.* §. 2. *glossa* 5. *numero* 281.

Supposita autem delegatione, duæ fuerunt ex- 9 tinctæ, & novatæ obligationes: altera, qua delegans tenetur erga suum creditorem; altera, qua delegatus tenebatur erga delegantem. Castrens. *in l. si usufructus*, *num.* 2. *ff. de novation.* cùm delegatio hbeat vim veræ solutionis: Castrens. *loco citato*, Cyriac. *controvers.* 108. *numero* 6. & 7. Mart. Medic. *decis.* 66. *num.* 20. & est ab omnibus receptum.

Neque naturæ delegationis obest promissio bonitatis hypothecarum, quamvis in contractu dationis in solutum, aut delegationis intervenisset; quæ tamen in illa non legitur, quidquid opponi posset de *decisione* Surdi 23.

Quia licet conventum esset, quod Pater delegans non liberaretur nisi secuta solutione, hoc non impediret effectum novationis & delegationis: quia effectus novationis potest restringi, ipsa manente

in

in ſuo ſtatu : Bartol. *in l. perſona, §. 2. ſub num. 2. ff. de pact.* Alexand. *in addit. ad Bartol. in l. Valerianus, in addit. ff. de prætoriis ſtipulat.*

Eſt igitur hoc caſu vera delegatio & novatio, ſed quæ reſolvatur in caſum evictionis, aut inſufficientiæ debitoris : qui caſus cùm non evenerit, remanſit in ſuo robore novatio : Ruin. *conſil. 45. ſub num. 4. volum. 5.* & bene Cyriac. *controv. 214. n. 33.* & *ſequent.* † Hæc enim eſt natura conditionis ſuſpenſivæ, ut impediat effectum oriri : quod non habet locum in reſolutiva, quæ non impedit, nec ſuſpendit contractum, licèt eveniente conditione reſolvatur : ut explicat Menoch. *conſil. 262. num. 20.* Ergo obligatio Domini Petri fuit novata, & creditum ejus extinctum reſpectu dicti patris delegantis ; & per conſequens non potuit comprehendi in generali calculatione.

CAPUT CXCIX.

De eo qui conſenſit ut Officium quod de arbitrio Vniverſitatis dependebat, alteri conferretur, inito pacto, ut is, cui conferebatur, daret conſentienti medietatem lucrorum Officii per aliquod tempus, cùm tamen Officium non dependeret ab ejus voluntate, utrùm illa promiſſio ſit nulla, tanquam facta ſine cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio facta ſcienter ſine cauſa, vel ex falſa cauſa, ſortitur naturam donationis.*

2 *Obligatio non dicitur facta ſine cauſa, quamvis facta fuerit ex cauſa ſola antidoralis obligationis, ad quam de jure promittens cogi non poterat.*

3 *Obligatio dicitur facta ex cauſa, licet is ad cujus favorem facta eſt, nullum ex illa cauſa lucrum conſequatur.*

4 *Cauſam juſtam ſufficit fuiſſe expreſſam, licèt adfuiſſet alia cauſa injuſta non expreſſa.*

5 *Defectus cauſæ impulſivæ non vitiat contractum, ſed ſolus defectus cauſæ finalis.*

6 *Cauſa finalis ad hoc ut talis ſit, neceſſe eſt ut probetur, ſine ea partes non fuiſſe contracturas.*

7 *Vt dicatur obligationem factam fuiſſe cum cauſa, ſufficit cauſa de præterito, etiamſi nullum afferat damnum, vel lucrum.*

8 *Concurſus hominum ad certam perſonam, vel Officium, quod Itali Aviamentum vocant, eſt conſiderabile, & pecunia æſtimabile.*

9 *Quamvis Officium Secretarii Vniverſitatis pertineat ad univerſitatem, tamen affectio, & concurſus voluntatum erga perſonam Secretarii ipſius, ad illum pertinet, & eſt pecunia æſtimabilis.*

10 *Sive concurſus hominum procedat à perſona, ſive ab ipſa re, ſemper eſt conſiderabilis, & præbet juſtam promiſſionis cauſam.*

PRomiſſionem factam per Philibertum in favorem Stephani, de dividendo emolumenta Officii Secretariatus durante ſpatio trium annorum, in conſiderationem dimiſſionis dicti Officii in ejus favorem factæ per D. Stephanum, & laboris pro eum impenſi in procurando prouiſiones eiuſdem Officii, quas D. Philibertus obtinuerat, validam & obligatoriam eſſe dixi.

In primis notandum eſt, quod hic agitur de obligatione facta per D. Philibertum ex certa ſcientia, cùm ipſe eſſet informatus de qualitate dicti Officii Secretarii : atque ita, etiamſi nulla adeſſet cauſa promiſſio per eum facta, eſſet valida : quamvis etiam adeſſet cauſa, ſed falſa, vel iniuſta, quia promiſſio facta ſcienter, cenſetur facta cauſa donationis, vel remunerationis ; *l. Campanus, ff. de oper. libertor.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 3. tit. 12. n. 46. & lib. 12. tit. 10. n. 13.* ubi allegat Gloſſ. magnam *in l. qui cum alio, ff. de regul. jur.* & dicit hanc eſſe communem opinionem. Idem dicit Gratian. *in addit. ad deciſ. 137. num. 3.* ubi teſtatur ita tenere DD. *in dict. l. Campanus.* aliàs incipit, *Papinianus, ff. de oper. libertor.*

Secundò ſupradicta multa magis confirmantur, quia non poteſt dubitari de vera & juſta cauſa promiſſionis, cùm fuerit facta ex cauſa remunerationis propter dimiſſionem Officii, & ſollicitudinem adhibitam, vt de eo fieret prouiſio fauore D. Philiberti : cùm non ſit neceſſe pro validitate promiſſionis, quod cauſa in qua conſiſtit fundamentum illius, producat efficacem obligationem ; ſed ſufficit obligatio quædam naturalis, & antidoralis, pro recognitione cuiuſdam gratitudinis, *ad quam promittens* cogi non poterat per juris remedia, ſed tantum ex quadam æquitate, & ut dicitur par *bienſeance*, teneri poterat : Bald. *in l. generaliter, num. 5. C. de non numerat. pecun.* Alexand. *conſil. 76. num. 3. lib. 6.* Vnde cùm conſtet de meritis præcedentibus D. Stephani, tam in dimittendo Officium, quàm in procurando prouiſiones illius fauore D. Philiberti ; ſequitur obligationem & promiſſionem eſſe validam, quamuis ipſe non habuiſſet actionem efficacem ad cogendum dictum Philibertum, vt ſibi partem faceret de emolumentis trium annorum, prout facere promiſit : ut explicat Mantic. *de tacit. convent. libro decimo quarto, titulo duodecimo, numero 28. & 29.*

Tertiò, quamuis cauſa expreſſa in obligatione nullum afferat damnum, vel emolumentum, tamen dominus valida ſemper manet obligatio : & ita quamuis D. Stephanus nullum lucrum præterea poſſet in emolumentis Officii, non propterea minùs cauſa expreſſa in obligatione remanet valida, ut notat Iaſ. *in l. filiusfamilias, §. dicit, in prima lectura, numero ſeptimo, & in ſecunda lectura, numero decimo, ff. de legat. 1.* Mantic. *dict. tit. 12. num. 26.*

Quartò, poſito citra veri præiudicium, quod cauſa contractus, & promiſſionis fuerit conſeruatio Vniuerſitatis, à qua dependebat officium Secretarii ipſius, in prorogatione officii facta fauore D. Philiberti, & ſic in facto alieno, non dependente à voluntate D. Stephani ; non propterea irritatur promiſſio, de qua agitur : licèt enim in hoc videatur conſiſtere principale dubium DD. Arbitrantur, tamen ad hoc dantur ſequentes reſponſiones, vltra jam antea deductas.

Prima reſponſio, quod cum cauſa illa conſiſtat in futuri Vniuerſitatis, non fuerit expreſſa, ſed ſolum cauſa dimiſſionis & ſollicitudinis præteritæ, ſuffiſtit obligatio propter cauſam juſtam expreſſam, etiamſi adeſſet alia iniuſta non expreſſa : nam

cauſa

causa justa sit expressa, constat de bona fide, & obligatio subsistit: sed si causa iniusta lateat, & non exprimatur, obligatio subsistit ex causa justa, & non annullatur ex causa iniusta non expressa. Mantic. *dict. lib.* 14. *tit.* 13. *numero* 17. semper enim inspicitur causa quæ prodest potiùs, quàm causa quæ nocet: *l. emancipatum, §. final. ff. de Senatorib.* Angel. *in l. si plagii, in princip. ff. de verb. obligat.*

5 Secunda responsio, quia duo sunt causarum genera, vna videlicet causa finalis, altera verò impulsiua. Causa impulsiua illa dicitur, quæ contractui non cohæret, id est, quæ non obligat, nec propter eam, licèt vera fuisset, debitor promissionem facit, etiamsi ignoranter, & non scienter; nisi probetur quod alias promissurus non erat, quo casu esset finalis: Bald. *in l. demonstratio, §. 1. columna penult. quæst. 6. ff. de condit. & demonstrat. & in l. damus, C. de condict. indeb.* Atqui prolongatio Officii per Vniuersitatem facienda, non fuit causa expressa in promissione facta per D. Philibertum, adeo ut siue vera fuisset, siue non fuisset, ipse semper, & quocumque modo voluerit promittere, & obligari, & per consequens causa est impulsiua, & non finalis? ut notat Gabriel. *consil.* 146. *n.* 7. *vol.* 1. *& consil.* 132. *num.* 9. *eod. vol.* Cùm enim semper, & quocumque modo D. Philibertus voluerit obligari in consideration benefactorum præteritorum, prorogatio futura per Vniuersitatem facienda non potest dici causa finalis promissionis, sed tantùm impulsiua, quæ sufficit ad validitatem promissionis, quæ ex sola causa impulsiua, & persuasiua valida est, &

6 sustinetur, etiamsi non sit obligatoria: Alexand. *consil.* 76. *n.* 3. *lib.* 6. † Cùm ad hoc ut constet, quod D. Philibertus non esset aliàs contracturus, necesse esset aut fuisse expressum, aut ab vtroque contrahentium intellectum, aliàs promissio manet efficax: ut per Bartol. & Salicet. *in dict. l. damus, C. de condict. indeb.* Gabriel. *dict. consil.* 146. *num.* 8. *lib.* 1. Cyriac. *controvers.* 181. *n.* 85. 86. *&* 87. ubi ostendit quod tali casu falsitas, seu defectus causæ, non vitiat contractum, nisi probetur, quod contrahens non esset promissurus, si sciuisset causam esse falsam.

7 Sed hæc dicta sunt ex abundanti: frustra enim disputamus de falsitate causæ obligatoriæ; cùm etiam posito quod expresè in obligatione fuisset apposita conditio consensus Vniuersitatis adhibendi, illa sola conditio fuisset sufficiens ad validandam obligationem, ad cuius validitatem sufficit causa de præterito, quamuis nullum afferat damnum, vel emolumentum: Afflict. *dec.* 389. *num.* 3. & idem dicendum est de conditione alicuius futuri euentus: Galganet. *de condit. & demonstrat. part.* 2. *cap.* 4. *quæst.* 9. *num.* 26. sed ut dictum est, frustra de causa disputamus, cùm illa verificata fuerit, & D. Philibertus Officium durante triennio exercuerit.

8 Vltima responsio, eaque multùm potens est, quod confirmatio, & prorogatio Officii per Vniuersitatem facienda, dependet ex ingressu D. Philiberti ad dictum Officium, quantumuis annale, cùm per multos annos ipsa Vniuersitas solita esset confirmare Secretarios, & singulis annis prorogare, & continuare dictum Officium Secretarii in fauorem personæ semel in illud introductæ: & ideo licèt illa prorogatio dependeat ex voluntate alterius, est tamen considerabilis, & pecunia æstimabilis, cùm sit quoddam Auiamentum, ut loquuntur DD. seu hominum inclinatio in fauorem personæ in Officium introductæ: de quo Auiamento multa Cephal. *consil.* 328. *num.* 20. *& sequent. lib.* 3. ut de auiamento molendini, furni, hospitii, & similibus, tradit *ibid.* & post eum Gratian. *discept. forens. c.* 547. *n.* 17. & in terminis auiamenti, & concursus personarum in fauorem Officii, & exercitii eiusdem, tradit *ibid.* Cephal. *numero* 21. quod jus auiamenti est aliquid diuersum, & separatum à dominio, & proprietate Officii. † Ideo quamuis 9
Officium pertineat ad Vniuersitatem, auiamentum tamen pertinet ad illum, qui Officium exercet, ut dicit Cephal. *loco cit. num.* 25. *&* 29. Vbi loquitur in terminis auiamenti procedentis à voluntate cujusdam Vniuersitatis hominum: & plura *in toto illo consilio* de dicto jure auiamenti, de quo etiam Petr. de Vbald. *in tract. de duobus fratribus, parte* 11. *numero septuagesimotertio.* Vnde rectè potuit D. Stephanus vendere, aut aliam promissionem susceipere in sui fauorem, ratione auiamenti dicti Officii, licèt ex Vniuersitatis voluntate dependentis.

Et in simili casu, cùm in Rota Romana disputaretur de validitate cuiusdam laudi, in quo certa summa fuerat adjudicata pro auiamento domus, seu hospitii, quod per nouennium cuidam nomine Barratello relinquebatur, fuit judicatum sententiam esse justam, & cessare falsitatem causæ: quia siue istud auiamentum, seu concursus hominum procederet ab ipsa domo, siue ex persona alterius partis, quæ per longum tempus exercendo hospitium in dicta domo, vocando, & benè tractando hospites, effecerat concursum, & frequentiam in dicto hospitio, semper spectabat ad eum, qui antea hospitium possidebat, & ideo potuit per Arbitros jus illud æstimari certo pretio, & ad illud Barratellus condemnari, ut constat ex *decis.* Rotæ Romanæ 540. *numero septimo, parte secunda recent.* quod casui nostro optimè conuenit: † quia siue 10
auiamentum, seu concursus Vniuersitatis ad dictam prorogationem Officii processerit ab ipso Officio, siue ex fidelitate & obsequiis Vniuersitati per D. Stephanum præstitis, vtroque modo erat æstimabile pecunia, & per consequens justa & legitima fuit, & est promissio D. Stephani, & iniusta denegatio D. Philiberti contra propriam promissionem.

CAPUT CC.

Renunciatio amplissima cum pacto de non petendo aliquid, quocumque jure in futurum super bonis paternis, non impedit quominus renuncians instituatur hæres à matre. Sed si hæreditas matris sit creditrix paternæ, obstabit agenti generalis, & amplissima renunciatio. Renuncians censetur tantùm renunciare successioni ab intestato, nec impeditur capere ex testamento. Intellige in præjudicium ejus, de cujus hæreditate agitur, sed non in præjudicium fratris, vel sororis

ris, in cujus favorem facta eſt renunciatio.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio eſt ſtricti juris: & ideo ſi facta ſit de bonis paternis, non extenditur ad materna.*

2 *Renunciatio hæreditatis materna intelligitur de ſucceſſione ab inteſtato, nec comprehendit ſucceſſionem ex teſtamento.*

3 *Renunciatio auferens liberam teſtandi facultatem, non valet.*

4 *Renunciatio facta hæreditati alterius cum illius conſenſu, debet intelligi, quatenus is qui conſenſit, in eadem voluntate permanſerit.*

5 *Renunciatio omnis debet intelligi*, rebus ſic ſtantibus, *& ſic non extenditur ad jus de novo ſuperveniens.*

6 *Renunciatio generalis niſi facta fuerit verbis ampliſſimis, non comprehendit jura futura obvenientia ex cauſa de futuro.*

7 *Quando renunciatio facta fuit cum clauſulis ampliſſimis, comprehendit etiam jura futura, ex cauſa de futuro obvenientia.*

8 *Renunciatio comprehendit jura de futuro, & ex cauſa de futuro, quando renuncians nulla alia jura habebat præter de novo advenientia.*

9 *Renuncians qui dicit aliud ſibi jus tempore renunciationis competiiſſe præter jus de futuro, illud probare tenetur.*

10 *Non debet in caſu propoſito fieri differentia inter renunciationem factam de bonis, & de hæreditate.*

11 *Hæres matris ſi bonis paternis renunciaverit, non amittit matris hæreditatem, ſed ſi mater habuerit actionem, & jus ſuper bonis paternis, talis hæres non poteſt agere contra bona paterna, quibus renunciavit cum clauſulis ampliſſimis.*

12 *Renunciatio non impedit, quin renuncians hæreditatem, vel legatum ex paterno teſtamento conſequatur: ſed illud quod ſibi relictum eſt, tenetur poſtea reſtituere ille, in cujus favorem facta eſt renunciatio.*

IN contractu matrimonii ſoror natu major futuræ coniugis, eiuſque maritus aſſerentes dictam ſororem natu majorem eſſe patris communis hæredem beneficiariam, & quilibet ipſorum in ſolidum habentes dictum matrimonium gratum, & contemplatione ipſius, & certis bonis reſpectibus, & aliàs quia ita ſibi placuit, & placet, declarant in fauorem dictorum tunc futurorum coniugum, pro ſe & ſuis ſtipulantium, ſe nolle acceptare hæreditatem patris, nec in illius hæreditate conferre domum, & prædia ſibi in dotem data: immò illis ſibi ſalvis, & præcipuis, renunciarunt, provt renunciant, in fauorem futurorum coniugium omnibus juribus, actionibus, & prætenſionibus quas habent, aut poſſunt habere, aut illis poſſunt competere tunc de præſenti, vel in futurum ſuper hæreditate dicti patris, quomodocunque ſit. Quæ jura ceſſerunt, & remiſerunt dictæ Dominæ futuræ coniugi, ponentes illam in locum ſuum cum clauſula Conſtituti, & aliis tranſlatiuis dominii, & poſſeſſionis.

Et vice verſa, futuri coniuges contemplatione dictæ renunciationis, & aliis bonis reſpectibus, & quia ita ſibi placuit, & placet, & quilibet in ſolidum renunciant omnibus juribus ſibi competentibus, & competituris ſuper dictis bonis, in dotem ſorori natu majori, & ejus marito conſtitutis; ponentes eos in locum ſuum, & cum aliis clauſulis tranſlatiuis, provt ſupra: ad hos fines promittunt ſoluere debita paternæ hereditatis in eodem contractu deſcripta, & deſignata. Quod ſi aliqua alia vltra deſcripta reperiantur, mater ibidem præſens proprio nomine illa ſoluere promiſit.

In eodem contractu prædicta mater donat inter vivos, & contemplatione eiuſdem matrimonii, filiæ ſuæ natu minori matrimonium contrahenti, acceptanti, & gratias agenti, omnia jura dotalia, & quæcumque alia ſibi competentia ſuper hæreditate mariti ſui, ſalua ſibi, & reſervata penſione vitalitia 200. ſcutorum ſingulis annis ſoluendorum. Reſeruata etiam ſumma 3000. ſcutorum, de qua in vita, aut morte diſponere poſſit, ad omnes ſuas voluntates; in cuius ſummæ deductionem ex tunc donat prædictæ filiæ ſuæ natu minori ſummam mille ſcutorum.

Quibus ſic in facto præmiſſis, proponitur dubium, vtrum caſu quo mater de dictis duobus mille ſcutis reſtantibus *de tribus mille per eam* reſeruatis, in totum vel in parte diſponat in favorem ſororis natu majoris, poſſit ipſa filia natu major agere contra bona domini Patris, poſſeſſa per maritum junioris, vti patrem, & legitimum adminiſtratorem bonorum liberorum ſuorum; an verò ipſi obſtet renunciatio generalis, cum ceſſione jurium ſuper hæreditate patrena ſibi competentium, & competiturorum.

Dubium videtur facere Primò, quia filia natu major non renunciauit hæreditati maternæ, ſed tantùm paternæ, & per conſequens non videtur quod poſſit impediri quominùs matri ſuccedat cùm renunciationes ſint ſtricti juris, nec debeant extendi vltra bona, & jura ſuper quibus facta eſt renunciatio: Gabriel. *conſilio* 60. *numero* [illegible] *libro primo*, Rot. *deciſione vigeſima prima*, *numero octauo*, *& deciſione* 488. *numero ſecundo*, *recent.*

Secundò, quia etiamſi in dicto contractu [illegible] neretur expreſſa renunciatio hæreditatis maternæ, tamen illa deberet intelligi de ſucceſſione ab inteſtato, nec poſſet extendi ad ſucceſſionem ex teſtamento: Rot. *deciſione* 160. *numero ſexto*, *parte recent.* Ludouiſ. *deciſ.* 85. *num.* 14. *deciſ.* 358. *num.* & *deciſ.* 565. *num.* 8.

Tertiò, quia renunciatio hæreditatis paternæ vel maternæ, non valet, tanquam auferens liberam teſtandi facultatem, & etiamſi expreſsè renunciatum fuiſſet ſucceſſioni ex teſtamento. Ludouiſ. *deciſ.* *num.* 32. nec impedit quin renuncians ſuccedat ex teſtamento.

Neque obſtat quod interuenit conſenſus in dictæ Matris, quia talis conſenſus nihil operatur, niſi quatenus conſentiens in eadem voluntate permanſerit, & conſenſum non renouauerit, qui ſufficienter reuocatus cenſetur per legatum vel inſtitutionem factam in fauorem renunciatis: DD. *in l. final.* & maximè Cagnol. *Cod.* [illegible] *parte*

pact. cum pluribus quos citat Mart. *consil.* 25. *num.* 8.

5 Quartò, quia omnis renunciatio intelligenda est *rebus sic stantibus*: ita ut quotiescunque jus post renunciationem ex causa noua acquiritur, non noceat renuntianti, etiamsi renuntiatum fuerit omnibus juribus de futuro: Gratian. cum *ibi* citatis, *discept.* 346. *n.* 2.

His tamen non obstantibus, verius est, dictam renunciationem jure per filiam juniorem, seu ejus liberos, opponi posse sorori natu majori, quatenus in futurum hæres instituereturper matrem, aut aliud sibi commodum ex illius successione obueniret.

Ratio est, quia non agitur modò de actione vel lite intentata super hæreditate materna, cùm dicti hæredes, & liberi sororis junioris non impediant, neque impedire possint quominus mater hæredem, si velit, instituat natu majorem, aut alia ratione in illius fauorem disponat de duobus aureorum millibus, quorum sibi dispositionem reseruauit in donatione contenta in præfato contractu matrimonii: quia si illud diceremus, hoc esset ipsi tollere liberam testandi facultatem, quod jure prohibitum est: Sed dicimus in casu dispositionis factæ, vel faciendæ in fauorem dictæ natu majoris, ipsam quidem fore hæredem matris, & semel hæredem factam nunquam desinere esse hæredem. Verùm cum hæreditas materna, & paterna duæ sint hæreditates distinctæ & separatæ; quando natu major volet agere tanquam hæres matris, obstabit illi renunciatio generalis facta de omnibus juribus competentibus, & competituris quomodocunque super hæreditate paterna. Siquidem si bona materna consisterent in bonis stabilibus, aut aliis ab hæreditate paterna distinctis ac separatis, tali casu non obstaret renunciatio hæreditatis paternæ, neque ad materna extenderetur: Sed quia summa duorum millium scutorum per matrem ad disponendum reseruata, non potest capi nisi super bonis, & hæreditate paterna, quæ ad dictam summam obligata reperitur; consequens est ut agenti natu majori contra bona paterna, obstet propriæ renunciationis
6 exceptio. † Quamuis enim verum sit, renunciationem generalem, & cessionem omnium jurium factam per natu majorem, quæ tunc, vel in futurum competere possent super bonis paternis, si simpliciter facta fuisset absque generalitate verborum, non potuisse comprehendere jura de futuro, quorum origo procedit ex causa futura, ut per Vincent. de Franch. *decis.* 181. *num.* 4. juxta doctrinam Bartoli communiter approbatam *in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 6. quæst. ff. de verbor. obligat.* Ioan. And. Georg. *allegat.* 24. *in fin. & allegat.* 25. *num.* 3. Addent. ad Ludouis. *ad decis.* 265. Galerat. *de renunciat. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 52.

7 Tamen cum renunciatio de qua agitur, facta fuerit per verba amplissima, nempe de omnibus juribus competentibus, vel quæ competere possunt super hæreditate paterna, quomodocunque sit, & cum aliis clausulis de quibus suprà; certum est hoc casu omnia jura comprehendi, siue de præterito, siue de futuro, etiamsi haberent originem ex causa superueniente post ipsam renunciationem: Bartol. *in dict. §. duo fratres, quæstione sexta, in fine, numero de-*

monono, Menoch. *consil.* 401. *num.* 119. Burat. *decisione* 310. *numero octauo*, & *ibi* Addit. *litt. B*, Bertazol. *dicta clausul.* 27. *gloss.* 13. *numero nono*, Rota *decisione* 141. *numero sexto*, *parte quinta recent.*

Quod maximè procedit, quia natu major 8
nullum planè aliud jus prætendere poterat super hæreditate paterna, præter creditum dotis maternæ, in casum cessionis sibi per matrem faciendæ; nam hæreditatem paternam jam repudiauerat, creditum dotis suæ fuerat extinctum per dimissionem domus, & prædiorum ipsi in dotem constitutorum, & sic nihil aliud aduersus paternam hæreditatem sperare poterat præter successionem crediti residuæ dotis maternæ, consistentis in bis mille scutis. Quo casu renunciatio, etiamsi facta minimè fuisset verbis amplissimis, prout facta fuit, comprehenderet etiam jura de futuro, ex causa de nouo superueniente, ne alioquin renunciatio esset inutilis: Peregr. *de fideicommiss. articul.* 52. *numero* 32. Surd. *consilio* 267. *numero* 32. Galerat. *de renunciat. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 33. Gratian. *discept.* 346. *num.* 9. 12. *& seqnent.*

Et si natu major alleget aliud jus sibi super 9
hæreditate paterna competiisse, illud probare tenetur, cum habeat contra se juris præsumptionem: Peregr. *loc. cit.* Surd. *dict. consil.* 267. *num.* 33. *& seqnent.*

Neque est quod opponatur, renunciationem 10
non loqui de bonis, sed de hæreditate. Quia non debet in hoc fieri differentia, cùm æs alienum, sicut dos, dicatur esse in hæreditate, quæ continet jura actiua & passiua, & sic idem hoc casu judicatur de bonis, quod de hæreditate, & è contra: Gratian. *discept. forens. cap.* 134. *numero* 30. sicut idem resultat effectus, siue dictum fuerit in bonis, siue de bonis, quia hæc sunt synonyma. Surd. *consil.* 112. *num.* 87. Gratian. *dict. cap.* 134. *num.* 31.

Concluditur itaque, sororem natu majorem nihil posse prætendere super hæreditate & bonis paternis, etiamsi matri hæreditario jure, aut legati nomine succederet, stante renunciatione prædicta.

Restat nunc ut ad rationes in contrarium deductas respondeamus.

Et ad primam quidem respondetur, natu mi- 11
norem non impedire quo minus mater de bonis suis ad libitum disponere possit: sed dicere, quod si soror natu major matri succedat, non poterat aliquid petere aduersus bona & hæreditatem paternam, attenta renunciatione prædicta per eam facta: Ista est responsio petita ex Tesaur. jun. *lib.* 1. *quæst. forens.* 95. *num.* 15. Mart. *consil.* 25. *num.* 38. Semper enim erit hæres matris, sed vti talis nihil petere poterit super hæreditate paterna, propter renunciationem: Sequitur Hodiern. ad Surd. *decisione decimaquarta, numero decimooctauo, & decimonono.*

Et hæc responsio satisfacit tertiæ obiectioni. 12
Quia mater non impeditur hæredem instituere natu majorem, sed ipsa hæres instituta bene impeditur agere contra bona paterna, stante renunciatione prædicta.

Ad secundam igitur objectionem respondetur, jura in contrarium allegata locum habere quando filia renunciat ipsi patri, vel matri: tunc enim non impeditur aliquid capere ex illorum

teſtamento, & renunciatio ſolùm intelligitur de ſucceſſione ab inteſtato. Secus eſt, quando renunciatio fit fratri, vel ſorori, aut alteri tertiæ perſonæ, tunc enim capit quidem ex teſtamento, ſed illud reſtituit illi, in cujus favorem facta eſt renunciatio: Hodiern. *dict. deciſ.* 14. *num.* 15. poſt Theſaur. junior. *loc. mox citat.* Mart. *dict. conſilio* 25. *numero* 27. *verſic. ſed ſecundo caſu*: & hoc caſu dicunt præfati DD. quod pater diſponendo in favorem renuntiantis, non poteſt nocere illi, cui jam per renunciationem jus ex quæſitum.

Ad quartum jam fuit reſponſum, demonſtrando quod regula in dubio propoſita non habet locum quando renunciatio facta fuit verbis ampliſſimis, ut fusè jam fuit comprobatum; tunc enim renunciatio trahitur etiam ad jus futurum ex causa futuro.

INDEX

INDEX

Copiosissimus eorum omnium, quæ in hoc Secundo Volumine Quæstionum Civilium continentur.

A

Absurdum.

ARGUMENTUM ab absurdo vitando potens est in interpretatione ultimarum voluntatum, cap.61.num.7. pag.139

Acceptans.

Acceptans simpliciter legatum, tenetur acceptare onus, cap.109.num.29. p.24

Ampliatur vt procedat etiamsi onus esset maius legato, num.30. ibid.

Idem locum habet in donatione causa mortis, num.31. p.25

Acquæstus.

Quomodo differant donatio lucrorum, & donatio acquæstuum, cap.147.n.19. p.114

Donatio acquæstuum non regulatur eodem modo, quo societas inita inter coniuges super acquæstibus & conquæstibus, n.20. ibid.

Acquæstuum nomine solùm comprehenduntur quæ proueniunt ex industria, non autem quæ ex liberalitate fortunæ, cap.168.n.11. p.150

Acquæstus intelliguntur deducto ære alieno, n.12. ibid.

Acquirens potest quidem disponere de suis acquæstibus, sed si jus quæsitum fuerit liberis, non potest illis præiudicare, n.19. ibid.

Acquisitio.

Stantibus verbis citatis donationis, acquisitiones factæ per filium donatarium debent esse immunes ab omnibus debitis, & expensis, cap.147. num.22. p.114

Acquisitiones factæ per filium, in dubio præsumuntur prouenisse ex propria illius industria, n.24 ibid.

Acta.

Si acta criminalia dicantur deperdita, duo probanda sunt, *primò* illorum amissio, *secundò* tenor ipsorum, cap.170.n.8. p.154

Acta etiam inter easdem partes facta non probant, nisi in judicio producantur formiter, cap. 178. num.5. p.169

Iudex bene facit judicando super solis actis productis, & non super iis quæ sunt extra processum, num.6. ibid.

Actiones.

Actiones personales sequuntur hæredes pro ea parte, qua defunctum repræsentant, c.160.n.3. p.136

Adire.

Pater nomine filii censetur adiisse maternam hæreditatem per retentionem dotis maternæ, c.103. n.6. Sed vide ibid.n.11. p.5.& 6

Quod procedit, si filius sit in infantia constitutus, quia tunc pater sine filio potest adire hæreditatem illi delatam; secus si sit major infante, c.103.n.7. p.6

Maximè quando dos consistit in bonis stabilibus, quia multo minus censetur per patrem adita hæreditas matris per retentionem dotis factam à patre, num.8. ibid.

Retentio dotis maternæ censetur facta per patrem potius propter vsumfructum sibi competentem quàm animo adeundi illius hæreditatem nomine filiorum, num.9. ibid.

Quoties potest desumi alia coniectura, pater præsumitur potius dotem maternam alio animo retinuisse, quàm adeundi matris hæreditatem nomine filiorum, num.10. ibid.

Verius est, quod per retentionem dotis maternæ non censetur pater adire hæreditatem matris nomine filiorum, num.11. ibid.

Nisi aliunde probetur patrem adiisse hæreditatem vxoris nomine liberorum, non habebit medietatem vsusfructus dotis maternæ delatæ ante emancipationem, & post eam aditæ, n.12. ibid.

Ex eo quod quis se nominat hæredem alicuius, censetur illius hæreditatem adire, cap. 109.n.24. p.24

Administratio.

Administratio bonorum fratrum absentium decernenda est præsentibus, sub onere redditionis rationum post aliorum aduentum, c.131. n.15. p.181

Administrator.

Administrator liberari potest à redditione rationum administrationis præteritæ, sed non futuræ, cap.102.n.7. p.3

Adventitia.

Vsusfructus adventitiorum per patrem repudiatus, est aduentitius, & non profectitius, cap.113. num.13. p.40

Quando filius negotiatur sub nomine paterno, patri acquirit, deducta rata portione æstimationis industriæ ipsius, quæ est aduentitia, n.14. ibid.

Ædificium.

Ædificium cedit solo, quatenus plus valet quàm solum, c.156. n.7. p.132

Ægidiana.

Ægidiana constitutio prohibet appellationem in remediis possessoriis, quando in sententia non adest nullitas, cap.188.n.2. p.184

Index Rerum,

Constitutio Ægidiana locum habet in ciuitate Auenionensi, num.2. ibid.
Ægidiana constitutio locum non habet, quando inter bona quæ petuntur, adsunt aliqua quæ subsunt dominio directo Ecclesiæ, c.188.n.12. p.185.
Hoc locum habet quando ista exceptio fuit opposita ante sententiam, & non post ipsam, num.13. ibid.
Constitutio Ægidiana locum etiam habet in secunda instantia, num.16. ibid.
Ægidiana constitutio reiiciens appellationem suspensiuam, locum sibi vendicat, quotiescunque sententia lata in judicio possessorio est valida, c.190.n.2. p.188

Æqualitas.

Æqualitas inter liberos est causa finalis collationis, c.164.n.6. p.143
Testamentum, in quo filii reducuntur ad æqualitatem, difficiliùs reuocatur, cap. 173. num.6. p.160
Æqualitas inter fratres seruanda, & pro ea interpretatio sumenda est, c.197.n.21. p.200

Æstimatio.

Æstimatio in judicio familiæ erciscundæ fieri debet in cumulo, & non per partes, c.107.n.1. p.15
Bona pluris æstimantur vnita quàm separatim, num.2. ibid.
Dum agitur de rescissione ex capite læsionis, bona æstimanda sunt tanquam vnita, num.3. ibid.
Alia est æstimatio dimidia respectu dimidiæ, quàm totius respectu totius, n.5. ibid.
Proponitur regula in contrarium, quod scilicet singula corpora singulariter æstimanda sunt, num.5. ibid.
Prima regula locum habet, quando agitur de rebus quæ non patiuntur commodam separationem à suo toto, tunc æstimari debent bona tanquam vnita, n.6. ibid.
Idem dicendum quando agitur de aliquo jure vniuersali, veluti de hæreditate, tunc enim æstimatio in vniuersum fieri debet, n.7. ibid.
Similiter æstimatio in vniuersum fieri debet, si agatur de vnico feudo indiuisibili, secus si de diuersis prædiis sitis in diuersis locis, n.8. ibid.
Quamuis bona æstimentur tanquam vnita, hoc tamen non impedit quominùs alia corporum particularium fiat æstimatio, n.9. ibid.
Quando agitur de restitutione fundi dotalis, admittitur æstimatio bonorum in particulari, propter interesse mariti, c.107.n.12. p.16
Quando res aliqua particularis ex tota vniuersali euincitur, fieri debet æstimatio illius rei particularis, n.13. ibid.
Quoties partium interest, æstimatio particularis rerum fieri debet, n.14. ibid.
Vbi plures sunt venditiones, plures fieri debent æstimationes, n.15. ibid.
Plures sunt venditiones, si habitus fuerit respectus ad fructus singulorum prædiorum, ideo plures fieri debent æstimationes, cap.107.n.17. p.17
Quando plura corpora æstimantur, periti tenentur facere æstimationem respectu singulorum corporum, cap.108.n.1. p.18
Quando quid vniuersale venditur, non vti quid juris, sed vti quid facti, & vti in pluribus distinctis corporibus consistens, bona debent æstimari tanquam singula, n.2. ibid.
Quæ sit ratio differentiæ inter æstimationem bonorum in casu imputationis, & in casu restitutionis fideicommissi, c.193.n.11. p.[illegible]
Æstimatio quæ præstatur pro legato eiecto, reduci debet ad valorem temporis testamenti, c.[illegible] num.4.

Æstimatores. p.[illegible]

Æstimatores non possunt cognoscere de pretio vniuersali, quando de eo facta fuit conuentio specialis inter partes, cap.107.n.11. p.[illegible]

Agnatio. p.[illegible]

Contemplatio familiæ, & agnationis, potest etiam locum habere in testamento fœminæ, cap.[illegible] num.25. p.[illegible]
Agnationis coniecturæ contraria est bonorum diuisio in plures successores, cap.120.n.8. p.[illegible]
Ratio agnationis conseruandæ cessat, quotiescumbus agnatis, bona possunt transire ad extraneos, cap.121.n.18. p.[illegible]
Substitutio vulgaris non conuenit conservationi agnationis, n.19. ibid.
Non est inconueniens quod testator in certis casibus, & personis duntaxat agnationem contemplatus sit, non in aliis, cap.117.n.10. p.[illegible]
Agnationis contemplatio facit, ut masculi remotiores excludant fœminas proximiores, n.19. ibid.
Eadem est vis tacitæ, & expressæ contemplationis agnationis, num.12. ibid.
Per fœminas fit conservatio fictæ agnationis, quæ fit per masculos descendentes ex fœminis, deferentes nomen, & arma familiæ, n.13. p.74
Verba perpetuitatem *inferentia* multum prosunt ad præsumendam conservationem agnationis, num.14. ibid.
Quando testator fœminas in aliqua parte testamenti vocavit, cessat contemplatio agnationis, num.15. ibid.
Conjectura agnationis ex delatione Nominis, & Armorum, reprobatur à multis Doctoribus, n.16. ibid.
Maximè quando contemplatio agnationis non est expressa, sed tacita, n.17. ibid.
Verba perpetuitatis non sufficiunt quando agnationis contemplatio non fuit expressa, sed tacita, num.18. ibi
Agnationis consideratio potest restringi ad certos gradus, & personas, c.130.n.4. p.[illegible]
Agnatio ficta, & artificialis considerari potest non in aliis quàm descendentibus, cap.152. num. p.123
Quando testator habuit intentionem conservandi agnationem, fœmina ex masculo descendens dicitur de linea masculina, c.183.n.3. p.[illegible]
Hospitale non est capax conservandi agnationem testatoris, n.4. ibi

Alluvio.

Quod accrescit per alluvionem bonis fideicommissi, spectat ad fideicommissarios, c.193.n.[illegible] p.193

Alienatio.

Alienationes factæ per grauatum sunt valide usque ad concurrentiam detractionum: c.[illegible] p.7
Hoc procedit, si agatur de alienationibus [illegible] vos, non autem si per viam ultimæ voluntatis, num.10. ibid.
Alienationes factæ per unum ex cohæredibus pendentem pro indiviso, non revocantur, sed [illegible] tium imputatur in ejus portionem, vel divisio inter cohæredes, num.26. Limita

Limita, nisi alienatio facta fuisset minus legitimo pretio, n.17. p.8
Hæres grauatus imputat alienata in suas detractiones, cap.139.n.1. p.98
Ampliatur, ut procedat etiamsi grauatus non confecerit inuentarium, n.2 ibid.
Ex quibus coniecturis probetur alienationem bonorum fideicommissi esse exemptam ab omni fraude, n.9. p.99
In alienationibus bonorum Minorum ex justa causa factis, si palam, & publicè fiant, non est de necessitate adhibenda subhastatio: num. 11. ibid.
Quælibet alienatio bonorum fideicommissi est valida, quandiu conditio est in suspenso; & si fideicommissarius præmoriatur, ex eo confirmatur, n.18. p.190
Quando grauatus bona alienauit in præjudicium expressæ prohibitionis alienationis, substitutus statim agere potest ad aperturam fideicommissi, quamuis casus substitutionis nondum aduenerit, c.143.n.13. p.107
Alienatio bonorum fideicommissi fieri potest etiam ex causa dotis spiritualis, cap.180. num.7. p.173
Bona supposita fideicommisso alienari possunt, quamuis filiæ sint natæ post obitum instituentis fideicommissum, n.8. ibid.
Difficiliùs conceditur alienatio bonorum fideicommissi pro dote, quando tempore constituti fideicommissi nec auus, nec pater filiæ nati vel concepti erant, n.9. ibid.
Difficiliùs quoque admittitur alienatio bonorum fideicommissi procedentis ex linea materna, n.10. ibid.
Fideicommissarius potest vendicare bona fideicommissi pro dote alienata, quando aderant bona libera sufficientia, n.12. ibid.
Mulier quæ est assecurata super bonis mariti, non potest illa alienare in præiudicium familiæ, etiam cum juramento, c.187.n.7. p.183
Filius hæres patris non potest impugnare alienationem à patre factam bonorum, quæ pater grauatus est sibi restituere, cap. 109. num. 26. pag. 24
Idem est dicendum, si pater bona diuiserit inter filios, n.27. ibid.
Facultas alienandi potest stare cum fideicommisso, quatenus illa non fuerit reducta ad actum, c.121.n.17. p.60

Alimenta.

Si alimenta ex prædiis relinquantur, sola alimenta, & non prædia debentur, secus est, si prædia pro alimentis sint relicta, tunc enim prædia ipsa debentur, c.111.n.2. p.33
Fructus, seu alimenta vxori legata, & non soluta, peti possunt per illius hæredes pro tempore præterito, c.115.n.2. p.43
In materia alimentorum non debet fieri differentia inter legitimos, & illegitimos, cap.146.n.3. p.111
Ampliatur, vt procedat etiamsi ageretur de filio vnius monialis, n.4. ibid.
Non solùm pater, sed etiam illius hæredes & successores tenentur alimenta præstare spurio, vsque ad concurrentiam bonorum titulo lucratiuo habitorum, n.5. ibid.
Industria, cuius vtilitas pendet ex arbitrio alterius, veluti in Doctore, & similibus, non est considerabilis in taxatione alimentorum propter incertitudinem, n.8. ibid.
Expensæ pro familia, famulis, & aliis necessariis, veluti Medicis, & similibus, considerari debent in taxatione alimentorum, n.9. p.111
In eo qui non attigit annum vigesimum, considerantur alimenta 30. annorum juxta *l. hæreditatum, ff. ad leg. falcid.* n.12. ibid.
In taxatione alimentorum debet haberi ratio omnium ad humanam vitam necessariorum, n.13. ibid.
Alimenta relicta alicui quandiu cum hærede morabitur, durant etiam post mortem hæredis, c.149.n.2. p.116
Sententia super alimentis mandatur executioni, non obstante appellatione, quamuis incidenter cognitum fuerit de filiatione, cap.172. num.14. p.158
In taxandis alimentis filiæ naturalis, habenda est ratio mariti, liberorum, & totius familiæ, c.187. n.4. p.182
Filia naturalis non potest alimenta sibi per patrem promissa vel constituta, accepto pretio anticipatè ad triennium, aut aliud tempus alienare, n.5. ibid.
Filia non potest alienare alimenta, etiam cum juramento, in præiudicium mariti, & liberorum, n.8. p.183
Commoditas alimentorum potest quidem alienari, sed interueniente Iudicis decreto cum causæ cognitione, n.8. ibid.
Quæ requirantur ad hoc ut validum sit decretum, quod interponi debet in alienatione alimentorum, n.9. ibid.
Alimentis jure sanguinis debitis renunciari non potest etiam cum juramento, n.10. ibid.
Alimenta dicuntur futura quæcunque post litis contestationem debita, n.11. ibid.
Qui prætendit mulierem ex anticipata alimentorum solutione fuisse factam locupletiorem, tenetur hoc probare, c.187.n.12. p.183
Etiamsi postea constet alienantem non indiguisse alimentis, tamen illorum præmatura alienatio non sustinetur, n.16. ibid.
Quando receditur à forma alimentorum, contractus est nullus, etiamsi alimentarius velit illum approbare, n.17. ibid.

Alternativa.

Alternatiua posita inter personas æqualis gradus, resoluitur in coniunctam, & omnes æqualiter admittuntur, c.192.n.1. p.191
Maximè quando personæ vocatæ, sunt omnes gradu & successione pares, n.2. ibid.
Quando in eadem dispositione fœminæ vocantur per dictionem alternatiuam cum masculis, præferuntur masculi fœminis, n.4. ibid.
Alternatiua non habet vim admitti faciendi omnes vocatos, quando quoad aliquos considerari potest major affectio testatoris, n.11. ibid.
Alternatiuæ dictionis natura est, ut vnus non censeatur vocatus nisi post alterum in subsidium, n.13. ibid.
Ampliatur ut procedat, etiamsi nullus considerari posset inter vocatos ordo affectionis, num.24. p.192
Explicatur Andreol. *controuers.* 237. numero 15. ibid.
Vide *Legatum.*
In debito alternatiuo interdum electio est creditoris, interdum debitoris, cap. 397. num.11. p.199

Quando electio pertinet ad creditorem, si res vna pereat absque culpa, & mora debitoris, extinguitur electio: n.12. ibid.
Quid si debitor fuerit morosus. ibid.

Antecedens.

In testamentis qui vult consequens, vult etiam antecedens, etiam ad inducendum fideicommissum reciprocum de linea ad lineam. c.152. n.6. p.123

Anterioritas.

Exceptio anterioritatis repellit omnes alios in judiciis possessoriis, c.172.n.15. p.158

Appellatio.

Appellatio debet interponi coram judice à quo, si ejus copia haberi possit, cap. 133. num. 19. p. 85
Quando citatio ad sententiam non fuit facta in personam, validè interponitur appellatio à die notitiæ, cap.189.n.6. p.187

Approbatio.

Pretium alienationis recipiens alienationem approbare censetur, c.109. n.10. p.22
Idem est in recipiente partem pretii, numer. 11. ibid.

Arbiter.

Arbiter non potest cogi ad testificandum, nisi vtraque pars consentiat, c.106.n.24. p.13
Fallit hoc, si agatur de arbitro communiter electo, n.25. ibid.
Præsertim si ptiùs arbiter fuit requisitus, & de eo illi facta protestatio, n.26. ibid.
Et si agatur de materia quæ aliis non potest esse nota, n.27. ibid.
Maximè cum arbiter interrogatur ad instantiam illius contra quem lata est sententia, num. 28. ibid.
Item quando per talem declarationem nulli fit præiudicium, n.29. ibid.
Item fallit quando judex cogit peritum ex officio ad faciendam declarationem, n.30. ibid.
Arbiter ad duo nominatus nulliter procedit, si super vno duntaxat processerit, & aliud dereliquerit.cap.107.n.16. p.17

Archivium.

Archivium Romanum non potest legitimare, nisi adhibita clausula, *sine præjudicio venientium ab intestato*,c.124.n.14. p.66

Argumentum.

Argumentum à contrario sensu locum etiam habet in contractibus, cap.165.n.5. p.144
Argumentum à contrario sensu debile est, & non procedit quando concluderet contra dispositionem juris communis, n.9. ibid.

Arma.

Per delationem Nominis, & Armorum, & prælationem masculorum, oritur aliqua præsumptio contemplatæ agnationis, cap. 110. num. 43. p.31
In Gallia fuit sæpiùs declaratum, fœminas Nominis, & Armorum deferendorum esse capaces. Idemque judicatur in Hispania, cap. 127. n.6. p.73
Onus delationis Armorum de jure communi arguit conseruationem agnationis, n.7. ibid.
Arguit etiam exclusionem fœminarum, n.8. ibid.
Onus ferendi Nomen, & Arma operatur quoad gradum, in quo fuit adjectum, n.9. ibid.

Articuli.

Articuli non sunt admittendi contra juramentum decisorium producti, c.177.n.15. p.168

Attestatio.

Attestatio facta lite pendente, & parte non citata non probat, cap.134.num.3. p.91
Attestatio Ducis, vel Cardinalis nihil probat, nisi facta fuerit formiter, & citata parte, c.137.n.4. p.92
Attestatio simplex viri, quantumuis insignis, fidem non facit in præiudicium Tertii, cap.170.n.9. p.154

Attentata.

Non dicuntur attentata quando sententia est exequibilis, quamuis causa esset commissa cum clausula, *quatenus locus sit Ægidiana*, cap.188. n.17. p.185

Augmentum dotis.

In augmento dotis, quod donationem propter nuptias vocant, liberi succedunt æquis portionibus matri, etiamsi ad secunda vota non conuolauerit, quoad partem illius augmenti, quam ipsa consequitur titulo lucratiuo, si mater de ea expresè non disponat, cap.115.n.1. p.43
Explicantur dicta *n.*1. adhibita distinctione lucrorum nuptialium, & non nuptialium, de qua n.4.& 7. p.44
Augmentum hodiernum succedit in locum donationis propter nuptias, c.115.n.8. ibid.
Defenditur ab impugnationibus D. Bellus *consil.* 180.*n.*7.n.9. ibid.

Aviamentum.

Concursus hominum ad certam personam, vel officium,quod Itali auiamentum *vocant,est considerabile*,& pecunia *æstimabile*, c.199.n.8.p.103
Quamuis officium Secretarii Vniuersitatis pertineat ad Vniuersitatem, tamen effectiue, & concursus voluntatum erga personam ipsius, ad illum pertinet, & est pecunia æstimabilis,n.9.ibid.
Siue concursus hominum procedat à persona, siue ab ipsa re, semper est considerabilis, & præbet justam promissionis causam, n.10. ibid.

Auxiliator.

Causa auxiliatorum tractanda est coram eo, qui habet cognitionem delicti principalis, c.155. num.16. p.127
Ampliatur, etiamsi in rescripto non adesset clausula, *cum toto negotio principali*, n.17. ibid.
Sententia lata in fauorem principalis delinquentis est præiudicialis causæ auxiliatoris, n.ibid.

B

Barones.

Barones habentes jurisdictionem cum molendinis & furnis bannariis, habent jus exigendi furnagium pro pane manducando per homines suos proprios prædia excolentes,c.150.n.13.p.111
Quod locum habet in Dominis jurisdictionalibus, non autem in iis quibus jus molitur onerosum petit ex contractu, n.14. ibid.
Major est præsumptio pro Baronibus, quam pro extraneis emptoribus, n.16. ibid.

Bona.

Bonorum suorum appellatione continentur ea quæ per testatorem possidentur, c.110.n.40.p.

C

Caducatio.

SI grauatus præmoriatur testatori,instituto substitutiones fideicommissariæ subsequentes caducantur, & corruunt, c.173.n.1. p.93

Caducato

& Verborum.

Caducato primo gradu substitutionis, deficit quidem substitutio passiva in ejus persona, sed activa remanet in persona heredis gravati, cap. 161. num. 9. p. 139

Calculus.

In calculo generali non comprehenditur debitum quod fuit jam extinctum. cap. 198. numero 3. p. 201

Expressio certarum summarum in calculatione, arguit alias summas non designatas non esse in calculo comprehensas, num. 7. ibid.

Cambium.

Cambium dicitur siccum, si debitor fingat se habere pecunias restituendas Lugduni v. g. quas tamen non habebat; nihilominus solvit cambium in eodem loco, in quo littera scripta fuit, c. 167. num. 5. p. 147

Cambia nundinaria non sunt uniformia, sed debentur secundùm cursum nundinarum: c. 179. num. 11. p. 171

Cambium dicitur illicitum si non sit secundùm cursum nundinarum, n. 12. ibid.

Partium confessiones super cambiis non sufficiunt ad justificandum contractum, n. 13. ibid.

Existente dubio super cambiis, debet procedi ad nominationem peritorum, n. 14. ibid.

Captatoria.

Captatoria non est dispositio in contractibus, quando donator reservavit facultatem substituendi pro persona incerta, & nominanda, c. 110. n. 16. pag. 28

Captatoria dicitur dispositio, quando donator sibi non reservavit, sed alicui Tertio dedit facultatem nominandi incertum de incertis, n. 18. ibid.

Contractus & dispositiones inter vivos uti captatoriæ vitiari non debent, n. 20. ibid.

Castrum.

Qualitas castri jurisdictionalis non attenditur, si advenerit post tempus testamenti: cap. 121. n. 6. pag. 59

Et etiamsi adesset tempore testamenti, non sufficit ad arguendam vocationem, n. 7. ibid.

Casus.

Casus omissus in contractibus decidendus est secundum jus commune, c. 165. n. 4. p. 44

Sed regula illa, quod casus omissus remanet in dispositione juris, prævalet argumento à contrario sensu, n. 6. ibid.

Stipulatio facta in uno casu, habetur pro non facta in alio casu diverso, n. 7. ibid.

Explicatur textus *in l. inter socerum, §. fin. ff. de pact. dotalib.* num. 8. ibid.

Catastrum.

Descriptio in catastro non præjudicat, nisi possessor fuerit citatus, nec sufficit simplex scientia, c. 151. n. 8. p. 122

Causa.

Promissio facta scienter sine causa, vel ex falsa causa, sortitur naturam donationis, cap. 199. num. 1. p. 202

Obligatio non dicitur facta siue causa, quamvis facta fuerit ex causa sola antidoralis obligationis, ad quam promittens de jure cogi non poterat. num. 2. ibid.

Obligatio dicitur facta ex causa, licet is ad cujus favorem fit, nullum ex illa causa lucrum consequatur, n. 3. ibid.

Causam justam sufficit fuisse expressam, licèt adfuisset alia causa injusta non expressa, num. 4. ibid.

Defectus causæ impulsivæ non vitiat contractum, sed solum defectus causæ finalis, cap. 199. n. 5. p. 203

Causa finalis ad hoc ut talis sit, necesse est ut probetur sine ea partes non fuisse contracturas, n. 6. ibid.

Ut dicatur obligationem factam fuisse cum causa, sufficit causa de præterito, etiamsi nullum afferat damnum vel lucrum, n. 7. ibid.

Cautio.

Natura Mutianæ cautionis est, ut promittatur restitutio rei cum fructibus, casu quo conditio legato vel hæredis institutioni adjecta, non impleatur, c. 157. n. 1. p. 132

In materia cautionis Mutianæ præstandæ, nihil differt modus à conditione, n. 3. p. 133

Quomodo differant inter se cautio Mutiana pro legatis, & ea quæ præstatur ratione hæreditatis, num. 4. ibid.

Et quomodo judicandum sit quoad fructus in legatis annuis ratione cautionis non præstitæ, vel non adimplementi. ibid.

Cautio Mutiana succedit in locum adimplementi, & contraveniens privatur emolumento, num. 5. p. 133

Etiamsi agatur de conditione affirmativa, quæ usque ad ultimum vitæ spiritum præstari potest, cautio Mutiana præstanda est, n. 6. ibid.

Cautio quasi Mutiana præstanda est in conditionibus affirmativis, quæ usque ad ultimum vitæ spiritum impleri possunt, n. 7. ibid.

Exceptio non præstitæ cautionis Mutianæ expellit legatarium agentem à limine judicii, num. 10. ibid.

Census

Verbum *retrovenditionis census*, amittit vires suas statim ubi in eodem instrumento adest cessio actionum in favorem solventis, cap. 128. num. 9. pag. 75

Non est inconveniens extinctionem census induci quoad aliquos, translationem verò quoad alios, num. 10. ibid.

Cessio.

Quando census fuit remissus alteri per viam translationis, cessionarius consequitur pensiones, seu census decursos à die cessionis; secus est, si cessio facta fuerit extinctivè, c. 128. n. 2. p. 75

Solvens cum cessione actionum non facit census extinctionem, sed acquirit translativè, num. 6. ibid.

Pactum cessionis jurium est potentius pacto solutionis, & extinctionis, n. 7. ibid.

Ampliatur etiamsi cessio actionum facta fuerit ex intervallo solventi fidejussori, n. 8. ibid.

Jus fideicommissi conditionalis nec est cessibile, nec transmissibile, c. 139. n. 14. p. 99

Quod non est cessibile, non est transmissibile, n. 15. ibid.

Quando cessio facta fuit cum clausulis amplissimis, omnia jura, tam directa, quàm utilia, transeunt in cessionarium, & nihil remanet apud cedentem, nec ullas habet actiones efficaces, c. 198. num. 1. p. 201

Quod præsertim locum habet, quando cum dictis clausulis fuit adhibitum juramentum, num. 2. ibid.

Cessionarius.

Cessionarius subintrat in gradum & hypothecam cedentis, c. 123. n. 7. p. 64

Creditores, & legatarii debent actiones suas diri-

Index Rerum,

gere contra verum hæredem, non autem contra cessionarium, vel emptorem hæreditatis, c.145. num.10. p.109

Citatio.

Citatio generalis per proclama non sufficit, sed hæres debet nominatim ad instantiam fideicommissarii citari, c.136.n.20. p.91

Hæres citari faciens aliquem, approbat illum in legitimum contradictorem, n.21. ibid.

Quando reus aufugit, nec se citari permisit, habetur pro legitimè citato, c.170.n.6. p.154

Clausula.

Clausula, *Et si omnes decedant*, refertur ad illos solos de quibus testator antea loquutus est, c.112. num.16. p.37

Clausula, *Ad omnimodam voluntatem*, continet facultatem plenissimam disponendi de bonis donatis, c.121.n.14. p.60

Clausula, *bene vult & intelligit*, debet explicari retento eodem themate præcedenti, n.16. ibid.

Clausula, *sine præjudicio venientium ab intestato*, non excludit à successione testamento relicta, c.124. num.12. p.66

Excludit tamen à successione fideicommissaria, num.13. ibid.

Clausulæ restrictivæ quantum operentur in testamento, c.125.n.11. p.69

Clausula, *Et deficientibus*, potest ex certis conjecturis explicari de casu mortis substituti vivo testatore, n.17. ibid.

Clausula, *Dicto casu*, restringit substitutionem ad casum expressum, c.129.n.5. p.77

Clausula prædicta non operaretur restrictionem ad casum mortis liberorum expressum, nisi concurreret favor prædilectionis, n.6. ibid.

Clausula codicillaris nihil operatur, quando deficit voluntas testatoris, c.130.n.8. p.79

Clausula codicillaris subintelligitur in testamento inter liberos, quamvis in eo non fuerit apposita, c.131.n.2. p.80

Clausula, *qui erit*, importat conditionem, cap.138. num.18. p.97

Clausula, *Casu quo*, dispositionem conditionalem reddit, c.157.n.2. p.132

Quando adest clausula codicillaris per verba futuri temporis, substitutio caducata sustinetur in favorem secundi gradus, c.161.n.6. p.139

Clausula codicillaris ut plenè operetur, debet esse concepta per verba futuri temporis, c.163.n.11. p.142

Clausula in fine posita, & verbis generalibus concepta, refertur ad omnia præcedentia, cap.168. num.13. p.150

Si in testamento adsit clausula codicillaris, illud sustinetur, quamvis hæres institutus prædecesserit, c.173.n.2. p.159

Collatio.

Filia patri succedens solam actionem ad dotem conferre tenetur, c.104.n.3. p.7

Filia non tenetur aliud conferre in successione præter actionem solam dotis, quamvis inefficacem, quando agitur de casu, in quo pater non tenetur filiam redotare, c.164.n.2. p.142

Imò generaliter loquendo, filia non tenetur aliud conferre præter solam dotis actionem, etiam inefficacem, n.2. ibid.

Ampliatur ut procedat, sive maritus qui solvendo non est vivat, sive mortuus fuerit, n.3. ibid.

Si testator mandaverit filiæ ut dotem conferat, debet fieri interpretatio secundùm dispositionem juris, ut liberetur conferendo solam actionem ad dotis repetitionem, sive maritus sit solvendo, sive non, n.4. ibid.

Collatio sic fieri debet, ut inter liberos servetur æqualitas, n.5. ibid.

Si filia cogeretur conferre dotem, quam exigere non potuit propter mariti inopiam, oriretur inæqualitas inter liberos, n.7. p.143

Multò magis censetur testator voluisse ut filia totam dotis actionem conferat, si in alia testamenti parte locutus sit de summis per eum solutis pro dote filiæ, & in præcepto quo collationem fieri mandavit, solùm de collatione dotis in genere locutus sit, n.8. ibid.

Expenduntur verba testamenti, ex quibus constat filiam non teneri aliud conferre quàm solam dotis actionem, quæ erat inutilis ex defectu bonorum mariti, n.9. ibid.

Collecta.

Qui Senatoriam obtinent dignitatem, sunt à collectis immunes, c.116.n.2. p.45

Senatores & Consiliarii Parlamentorum non tenentur solvere collectas. Quod ampliatur in quibuscunque Judicibus, etiamsi bona jam reperiantur registrata, n.3. ibid.

Domini Jurisdictionales sunt exempti à collectis quoad bona feudalia, c.195.n.1. p.196

Emptor bonorum feudalium amittit immunitatem à collectis, quæ Domino jurisdictionali vendenti competebat, n.2. ibid.

Collectæ sunt onera *variabilia*, & imponuntur personæ pro rebus, n.3. ibid.

In materia collectarum exemptio regulatur juxta tempus impositionis, n.4. ibid.

Distinguntur tres casus circa solutiones collectarum faciendas per emptores acquitentes à privilegiatis, n.6. ibid.

Quando collecta nondum erat imposita tempore indictæ collectæ, successor titulo particulari non gaudet emptione, n.7. ibid.

Pro bonis quæ sunt extra territorium communitatis, habitatores tenentur solvere collectas in loco suæ habitationis, si in loco ubi bona sita sunt, nullas solvant, n.8. p.196

Collegia.

Collegia studentium Civitatis Avenionensis gaudent privilegiis Ecclesiæ: cap. 181. n. 1. p.174

Columbæ.

Judex potest limitare excessivum numerum columbarum vicini, si magnum detrimentum proximis inferant, cap.140.n.7. p.

Columbæ dicuntur animalia innoxia, & ideo non impediuntur; sed tamen magnus illarum numerus coërcetur, n.8. ibid.

Communitas.

Ad probandam malam fidem Communitatis probanda est scientia per cives legitimè congregatos, c.117.n.14. p.48

Probata scientia Universitatis congregatæ, præscriptio non incipit favore Communitatis, nisi post mortem omnium qui interfuerunt in illa congregatione, n.15. ibid.

Compendiosa.

Quando substitutio compendiosa est relata ad personam filii, tunc mater excluditur à legitima, c.132.n.7. p.

Substitutio non desinit esse compendiosa, quamvis in ea non adsit dictio *quandocunque*, c.135. n.

pag.89 Substitutio

& Verborum.

Substitutio compendiosa ad certa bona restricta, omni tempore est fideicommissaria, numero 5. ibid.

Quod maximè procedit quando substitutio facta fuit sine dinumeratione ætatum, n.6. ibid.

Et hoc locum etiam habet licèt extraneus sit substitutus, ita ut hoc casu non sit considerandus transitus ad secunda vota, vel quod substituta sit persona valde dilecta, n.7. ibid.

Compensatio.

Compensatio debiti voluntarii cum legato fit ex conjecturis, c.155. n.17. p.131

Ex quibus conjecturis fiat compensatio cum debito voluntario, n.18.19.20.& 21. ibid.

Compensatio fieri non potest in præjudicium creditorum anteriorum, ex opinione quam amplectitur Rota Romana, c.178.n.20. p.150

Compensatio fieri non potest, quando pretium extat in manibus illius, qui simul est emptor & creditor, nec ante adventum temporis solutionis, cap.175.n.4. p.162

Compensatio & datio in solutum à sciente facta, non potest esse valida in præjudicium anteriorum creditorum, sed illis datur actio ad pretium nondum consumptum, n.10. p.163

Complicatio.

Quando dubitatur utrùm sententia contineat complicationem, ad effectum admittendi appellationem suspensivam, attendenda sunt solùm verba sententiæ, c.172.n.2. p.157

Complicatio non desumitur ex verbis narrativis sententiæ, sed solùm attendenda sunt dispositiva, n.3. ibid.

Compromissum.

Juramentum in compromisso appositum habet tacitam conditionem, dummodo laudum fuerit justum, c.106.n.33. p.14

Concessio.

Concessio facta respectu certæ & determinatæ rei, est realis, & non personalis, cap. 148. num. 6. pag.115

Conditio.

Utrùm attendendæ sint conditiones adjectæ gradui caducato? remissivè, c.110.n.46. p.31

Deficiente conditione primo gradui adjecta, corruunt omnes substitutiones sequentes, juxta *consilium* Oldradi 21. c.125.n.1. p.67

Conditio, *si decedat sine liberis*, referenda est ad tempus mortis, n.2. p.68

Conditio verificari debet in omnibus vocatis, quando adest in medio persona prædilecta, & tunc pluralitas non resolvitur in singularitates, c.129.n.1. p.77

Conditio, *si sine liberis decesserit*, non verificatur in eo qui natus non est, n.2. ibid.

Hoc saltem locum habet, quando agitur de substitutione fideicommissaria, quæ est odiosa, n.3. ibid.

Verba illa, *sub conditione*, sæpè important modum potiùs quàm conditionem, cap. 141. num. 3. p.102

Ampliatur ut procedat, etiamsi adjecta esset clausula, *Et non aliter*, n.4. ibid.

Sola conditio relata ad filium emancipandum, nullam reddit emancipationem, n.6. ibid.

Conditio quæ est de natura actus, non reddit invalidum actum legitimationis, n.6. ibid.

Deficiente conditione, sequentes substitutiones expirant, juxta *consilium* 21. Oldradi, à quo tamen receditur, quando constat testatorem voluisse instituere fideicommissum graduale, & perpetuum, c.143.n.1. p.105

Deficiente conditione non corruunt substitutiones sequentes, quando testator voluit facere fideicommissum perpetuum, ibid.n.11. p.106

Deficiente conditione secundi vel tertii gradus substitutionis, non corruunt substitutiones subordinatæ, sed tantùm ob defectum substitutionis adjectæ primo gradui, n.12. ibid.

Conditio censetur repetita in secundo legato connexo per dictionem *ultra*, cap. 147. num. 8. pag.113

Etiamsi agatur de conditione mixta, quæ in parte pendeat ex facto Tertii, si Tertio pro parte sua satisfaciente conditioni, legatarius non adimpleat, est in culpa, & privandus est emolumento, c.157.n.8. p.133

Legatarius non adimplens conditionem, cogendus est actione ex testamento, vel per amissionem legati, etiamsi illud jam fuisset consecutus, n.9. ibid.

Fideicommissum injunctum sub duplici conditione, quarum una est de facto impossibilis, sustinetur ex altera tantùm conditione, cap. 176. num. 8. pag.163

Fideicommissum hæredi sub duplici conditione impositum, non extenditur regulariter ad ulteriores gradus, n.11. ibid.

Quæ sit natura, & quæ differentia conditionis suspensivæ, & resolutivæ, cap. 198. num. 12. pag.202

Confessio.

Ex stylo mercatorum confessio valoris recepti probat veram numerationem, cap.167. num.3. pag.147

Instrumenta quæ continent confessionem, si sint anteriora, præferuntur continentibus realem numerationem, n.4. ibid.

Confessio dotis receptæ facta per maritum constante matrimonio, nulla dotis constitutione præcedente, utrùm censeatur facta animo donandi, vel sub spe futuræ numerationis, pendet ex conjecturis, c.185.n.1. p.179

Regulariter confessio mariti de dote recepta constante matrimonio, censetur facta animo donandi, secundùm veriorem opinionem, num.2. ibid.

Confessio facta in absentia uxoris, majorem arguit fraudem legis, n.3. ibid.

Confessio dotis incongruæ præsumitur fraudulenta, & animo donandi facta, n.4. ibid.

Confessio dotis receptæ in argento, auro, & jocalibus, præbet fraudis conjecturam, n.5. ibid.

Confessio per maritum uxoris favore facta animo donandi, non firmatur juramento, n.6. ibid.

Confessio dotis receptæ facta animo donandi, non valet non insinuata, non obstante juramento, ibid.n.12. p.180

Confessio simulata dotis receptæ non præjudicat marito, nec illius hæredibus, cap.188.num.7. pag.185

Conjuncta.

Quando fideicommissum est injunctum sub duplici conditione, sæpè conjuncta propositio resolvitur in disjunctam, ex præsumpta mente testatoris, juxta sententiam Peregrini, cap.176.num.7. pag.166

Consensus.

Consensus præstitus tutorio nomine, non præjudicat tutori agenti nomine proprio, c.109.n.8.p.22

Consentiens

Index Rerum,

Consentiens aliquem solvere pretium rei venditæ proprio suo creditori, sibi præjudicat, perinde ac si ipsi fieret solutio, n.9. ibid.

Consentiens alienationi per actus positivos, sibi præjudicat, salvo jure agendi quoad pretium contra venditorem, n.12. ibid.

Consentiens alienationi rei suppositæ fideicommisso, sibi præjudicat quoad rem circa quam consentit; secus quoad alias, si agatur de fideicommisso plurium rerum, seu universali, n.13. pag.23

Constitutio.

Reformatio dispositionis seu constitutionis, intelligitur retentis semper terminis primæ ordinationis, c.105.n.13. p.9

Constitutum.

Si possessio capta vigore Constituti, continuata fuerit spatio decem annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, & possessio deinde restitueretur, Domino solvendum esset laudimium, c.169.n.22. p.153

Donatarius cum clausula Constituti, præferendus est hæredi, qui non dicitur habere parem titulum, ad effectum possessorii, cap.172. num.4. pag.157

Quando constitutum appositum est in donatione, donatarius adversùs omnes posteriora jura habentes manutenendus est, ibid.n.16. p.158

Consuetudo.

Consuetudo probari debet præcisè in casu de quo agitur, c.150.n.15. p.120

Contractus.

Omnia verba contractus censentur apposita in instrumento de consensu, & voluntate partium, c.108.n.10. p.19

Tertio non nocent contractus inter alios gesti, c.124.n.9. p.86

Ex pretio cognoscitur quid in contractu contineatur, n.10. ibid.

Contractus talis esse præsumitur, qualem partes eum nominarunt, c.142.n.9. p.104

Contraventio.

Quando agitur de facto negativo, pœna contraventionis locum habet absque ulla interpellatione præcedente, c.142.n.2. p.104

Contraventio in casum molestationis prohibitæ, incurritur per molestias juris, vel facti, num.3. ibid.

Hæreditas à contraveniente ablata, applicanda est illi, quem testator nominavit, numero 4. ibid.

Recurrens pro obtinenda justitia, non dicitur contravenire voluntati testatoris, cap.149. num.17. pag.118

Correctio.

Legum correctio per subauditos intellectus non est admittenda, c.115.n.15. p.45

Creditores.

Creditores mariti sunt præferendi creditoribus uxoris, & è contra, per remedium separationis bonorum, c.180.n.6. p.172

Curator.

Curator potest palam, & bona fide sibi minorem suum obligare, c.196.n.6. p.197

Authoritas Judicis supplet defectum curatoris, num.9. ibid.

Substitutio apposita in donatione alteri facta, non indiget authoritate curatoris respectu substitutionis in ea adhibitæ, n.10. ibid.

D

Datio in solutum.

DAtio in solutum non fit, nisi hoc expresse dicatur, c.128.n.17. p.91

Debita.

Fideicommissarius particularis non tenetur ad debita, sed ea debent solvi per hæredem universalem, c.143.n.14. p.107

Assumens in se debitum alterius, efficitur debitor illius in cujus favorem se obligavit, c.196.n.6. pag.201

Debitor.

Creditores possunt experiri via executiva contra debitorem sui debitoris, obligatum per instrumentum executivum, c.175.n.14. p.133

Declaratio.

Quando res non est integra, non potest declarari id quod factum est, cap.106. numero 15. pag.12

Fallit, nisi præcesserit protestatio partis habentis interesse, n.14. ibid.

Fallit secundò, ut verum quidem sit in actibus judicialibus, secùs in extrajudicialibus, quales sunt relationes peritorum nominatorum vigore contractus emptionis, n.15. p.13

Fallit tertiò, nisi declaratio fiat judice cogente, num.16. ibid.

Judex inferior cogi potest à superiori ad declarandum, n.17. ibid.

Defensio.

Quando agitur de defensione Rei, quælibet semiplena probatio habetur pro perfecta, cap.171. num.24. p.156

Delegatio.

Tria concurrere debent ad hoc ut fiat vera delegatio, c.128.n.15. p.78

Delegatio non inducitur, quando creditor expresse fuit protestatus se nolle sibi præjudicare quoad prioritatem hypothecæ, n.16. ibid.

Delegationis natura est, ut per eam primus debitor eximatur ab obligatione, n.18. ibid.

Per delegationem veram extinguitur obligatio ergà delegantem. Et quæ ad veram delegationem requirantur, c.198.n.8. p.210

Per delegationem extinguitur etiam obligatio ergà fuum creditorem, n.9. ibid.

Promissio bonitatis nominis delegati non requiritur naturæ veræ delegationis, n.10. ibid.

Delictum.

Quælibet causa etiam bestialis excusat à delicto, c.126.n.3. p.97

Depositum.

Depositum si non sit integrum, non suffragatur deponenti, c.159.n.3. p.138

Depositum potest degenerare in naturam mutui, c.167.n.7. p.147

Depositum ut sit integrum, debet fieri tam de sorte principali, quàm de fructibus, n.11. ibid.

Quando ille qui fecit depositum retrahit pecuniam, perinde est ac si nullum depositum factum fuisset, n.12. ibid.

Depositum ab initio præsumitur fuisse fructuosum, quando deponens suas pecunias retrahit, n.13. ibid.

Depositum judiciale habet vim solutionis, c.128. num.6. p.90

Derogatio.

Princeps supremus de plenitudine potestatis quo-modo

modo deroget fideicommissis testamento relictis, & quæ in hujusmodi derogatione requirantur, c.124.n.15. p.66
Princeps supremus faciliùs derogat de plenitudine potestatis fideicommissis nondum apertis, & sic in jure quærendo, n.16. p.67

Detractio.

Ad quem spectet onus probandi nullas esse faciendas detractiones, c.104.n.8. p.7
Fideicommissarius utrùm possit offerre gravato suas detractiones in pecunia? Variæ sunt opiniones, sed verior est negativa, n.11. ibid.
Emptor facere potest omnes detractiones ex bonis fideicommisso suppositis, quas illius venditor facere potest, c.109.n.2. p.22
Tertius possessor qui acquisivit à gravato, potest ex illius persona opponere exceptionem detractionum adversus fideicommissarium agentem, c.139.n.3. p.98
Alienationes debent imputari in detractiones, si id peratur, c.154.n.9. p.128
Interesse deteriorationum non debetur per tutricem, sed solus valor ipsarum, cap.156. num.9. p.132
Quando faciendæ sunt detractiones, non debet concedi immissio substituto ante factas dictas detractiones, quas sufficit esse possibiles ad effectum retardandæ executionis, cap.189. num.1. p.186
Exceptio detractionum competit hæredi, & creditoribus, aliisque tertiis interesse habentibus, num.2. ibid.

Dictio.

Pactum manutentionis corporum venditorum cum dictione *cujuslibet*, significat singula corpora fuisse considerata, c.108.n.3. p.18
Dictio Gallica *Enfans*, intelligi debet de filiis primi gradus, non autem de liberis, & descendentibus, cap.112. n.21.p.38. Sed vide c.119.n.17. & 20. p.55.& 56
Dictio *les siens*, quid importet secundum communem usum loquendi in Gallia, ibid. num.26. p.39
Dictio *superstites*, excludit repræsentationem: Fallit si adjecta esset dictio, *& suos*, cap.118.n.14. p.51
Decisio Rotæ Avenionensis 37. est reprobata, & contra communem opinionem, n. 15. ibid. Sed vide n.17. p.51
Dictio collectiva *Enfans*, comprehendit plures gradus, & secundùm aliquorum sententiam arguit liberos esse dispositivè vocatos, cap.119. n.17. & 20. p.55.& 56
Sed hæc conjectura rejicitur, maximè si non adsint verba tractum temporis successivum importantia, n.18. p.55
Sub nomine *des enfans*, utrùm soli liberi primi gradus contineantur, secundùm sermonem Gallicum, n.20. p.56
Quando agitur de dictione quæ plures habet interpretationes, illa debet prævalere sub qua testator illa dictione usus est in alia testamenti parte, c.124.n.3. p.66
Dictio *alioquin*, est adversativa, & continet contrariam dispositionem, c.125.n.9. p.68
Idem de dictione *sin autem*, n.8. ibid.
Dictio *modo prædicto*, efficit ut dispositio censeatur facta cum repetitione omnium conditionum præcedentium, n.10. ibid.
Dictiones *semper*, *in infinitum*, & similes, non operantur ultra à testatore expressum, c.130. n.9. pag.79
Dictio *chascun*, potest intelligi collectivè pro *omnes*, vel distributivè pro *quilibet*, cap.141.n.12. p.102
Dictio *quilibet*, adjecta conditioni, non verificatur in uno, sed in omnibus, c.141.n.16. p.103
Verius est, dictionem *chascun*, æquivalere dictioni *quilibet*, n.17. ibid.
Dictio *quilibet*, refertur ad singulos separatim, num.18. ibid.
De differentia inter dictionem *omnes*, & dictionem *quilibet*, remissivè, n.19. ibid.
Dictio *ultra*, apposita in secunda donatione nihil addit contentis in prima, nec censetur illis adjicere aliquod gravamen, c.147.n.1. p.112
Dictio *ultra*, operatur augmentum, non diminutionem, n.2. ibid.
Dictio *ultra*, est ampliativa, & cumulativa, n.4. ibid.
Dictio *etiam*, non restringit, sed ampliat dispositionem, necnon verbum *omnia*, quod nihil excludit, n.10. p.113
Dictio *extra*, quid operetur, & quod sit contraria dictioni *ultra*, n.11. ibid.
Dictio *ultra*, relata ad residuum hæreditatis, quid operetur, n.12. ibid.
Explicatur *decisio* Merlini 548. n. 39. & 40. n.13. ibid.
Legata relicta cum dictione *ultra*, ad omnes nominatos referenda sunt, n.6. ibid.
Si secunda dispositio sit facta sine gravamine, censetur revocatum gravamen primæ, ob dictionem repetitivam appositam in secunda, n.9. ibid.
Dictio *ultra*, apposita gravamini in secunda donatione, corrigit primam dispositionem, n.14. ibid.
Dictio *ultra*, quando in se contineat legatum dotis uxori à marito factum, c.155.n.3. p.129

Digressio.

Sola digressio ad plures gradus non potest inferre fideicommissum agnatitium, & perpetuum, cap.125. n.24. p.70. Quando facta intelligatur, c.121.n.11. p.60

Discretiva.

Quando testator discretivè loquutus est de filiis, & nepotibus, filiorum appellatione nepotes non continentur, c.112.n.15. p.37
Si testator discretivè locutus fuerit de liberis, & liberorum liberis, tunc appellatione liberorum continentur liberi primi gradus tantùm, c.119. num.19. p.55
Quando agitur de viro perito, aut de testamento facto cum consilio Jurisconsultorum, valdè attendenda est locutio discretiva in testamento, c.121.n.10. p.61
Ex diversa loquendi formula colligitur quænam fuerit intentio testatoris, c.152.n.10. p.124

Disjunctiva.

Disjunctiva propositio sæpe resolvitur in conjunctam, c.192.n.3. p.191

Dispositio.

In dubio dispositio censetur facta de bonis propriis, non de alienis, aut alteri restituendis, c.109. num.15. p.23
Voluntas testatoris disponendi de bonis alienis, probari potest per conjecturas, n.16. ibid.
Faciliùs testatores disponunt de bonis hæredum, quàm de bonis alterius tertii, n.17. ibid.
Dispositio censetur facta in favorem illorum quibus ex ipsa commodum resultat, c.149.n.1. p.116

Divisio.

Index Rerum,

Divisio.

Divisio per parentes facta inter liberos, vim habet prælegatorum, c.109.n.32. p.25

Si parentes bona inter liberos diviserint, inter quæ sint bona fideicommissaria, qui hæc possidet, si non actionem, saltem exceptionem habet ut se tueatur adversus fratrem bona libera possidentem, n.33. ibid.

Hoc maximè procedit quando aliqua magna inter liberos consurgeret inæqualitas, n.34. ibid.

Dominium.

Dominium directum non probatur ex unica recognitione, c.181.n.1. p.174

Dominus jurisdictionalis habet magnam præsumptionem pro se, quando agitur de probando dominio directo, & adest recognitio, n.4. ibid.

Dominium directum probatur per unicam recognitionem contra eum qui recognovit & illius hæredem, si cum recognitione juncta sit confessio dominii directi, n.5. ibid.

Similiter probatur per illam confessionem adversus tertium possessorem, si constiterit illum habere jus ab ipso recognoscente, n.6. ibid.

Per solutiones canonum ultra tempus triginta annorum continuatas, juncta recognitione, dominium directum probatur, etiam contra tertium, num.13. ibid.

In antiquis probatio dominii directi coadjuvatur ex fama publica, n.14. p.175

Si in uno instrumento fuerint recognita multa prædia, & illa subjaceant eidem domino directo, veritas recognitionis aliorum præbet adminiculum veritatis recognitioni unius contentiosæ, num.15. ibid.

Dominus.

Dominus jurisdictionalis potest facere edicta pœnalia, dummodò sine excessu, cap. 169. n.10. p.152

Donatarius.

Si primus donatarius agat, & sit manutentus in possessione, comparentibus aliis donatariis, ex actore fit reus, & alii debent intentare judicium petitorium, c.172.n.7. p.158

Posteriores donatarii non possunt intentare remedia possessoria contra primum, quia illorum author cecidit à possessione facto suo, n.11. ibid.

Donatarius universitatis, vel quotæ, tenetur pro rata ad solutionem debitorum existentium tempore donationis, c.174.n.1. p.160

Donatarius quotæ cum suis oneribus tenetur ad debita post donationem contracta, quando donator fecit acquisitiones æquivalentes, n.2. ibid.

Si in donatione dictum sit, donatarium succedere debere cum omnibus debitis, tam activis quàm passivis, præsentibus & futuris, tenetur ad debita post donationem creata, n.3. p.161

Debita etiam chirographaria debent solvi per donatarium quotæ, etiam futura, & post donationem creata, si donatarius sit de eo oneratus in donatione, n.10. ibid.

Donatis acquæstibus, creditores donatarii habent jus super illis, c.147. n.17. p.113

Donatio.

Reservatio omnium fructuum bonorum donatorum, arguit omnia in donatione contineri, c.109. num.18. p.23

Quando omnia bona mariti & uxoris sunt confusa, præsumendum est omnia in donatione comprehendi, si fuerint per ambos facta de omnibus bonis, num.19. ibid.

Quando bona designata sunt in donatione cum certis confinibus, bona fideicommisso suppos... continentur in donatione, si intra confines designatos reperiantur, n.22. p.2...

Bona fideicommisso suppositа continentur in divisione bonorum facta per parentes per viam donationis, si ad unum obvenerint bona camera... bera, & ad alium fideicommissaria, ratione æqualitatis servandæ, n.23. ibid.

Donatio facta per patrem filio contemplatione certi & determinati matrimonii cum certa persona contrahendi, dicitur donatio ob causam, & imputatur in legitimam filii, c.110.n.4. p.27

Quando agitur de donatione facta per patrem favore matrimonii cum puella valde nobili contrahendi, multo magis matrimonium dicitur esse causa finalis donationis, n.5. ibid.

Clausula, *donationis puræ, simplicis, & irrevocabilis*, tanquam adjecta ex stylo Notariorum, non impedit quin donatio dicatur ob causam, si talis sit ex sua natura, n.5. ibid.

Sed vide c.142.n.10. p.104

Bona donata per patrem filio contemplatione matrimonii, ex stylo Curiæ Tolosanæ imputantur in legitimam, c.110.n.7. p.27

Donationes per patrem liberis factæ, censentur factæ in anticipationem futuræ successionis, ex stylo Parlamenti Tolosani, n.8. ibid.

Reservans sibi facultatem nominandi ad bona donata personam incertam de incertis, utrùm tribuat jus nominato ex *primo donationis contractu*, an ex *contractu nominationis, num.17.* pag.28

Quando donator sibi reservavit facultatem sobstituendi super bonis donatis, dicitur potiùs retinere, quàm alienare; ideo valida est reservatio, num.19. ibid.

In generali hæredis institutione, tam bona donata quàm non donata continentur, n.27. p.29

Titulus donationis quandoque convertitur in titulum institutionis, n.28. ibid.

Donationis titulus cum institutione hæreditaria concurrere non possunt, quia duæ causæ lucrativæ simul non concurrunt, n.29. ibid.

Si bona donata contineantur in institutione, continentur etiam in substitutione, n.31. ibid.

Quando pars quotitativa fructuum donata non debent capi de manu donatoris, c.111. num. pag.33

Donatarius tenetur acceptare donationem cum omnibus suis qualitatibus, c.114.n.7. p.4...

Verba generaliter prolata, referuntur ad omnia dum donator prohibuit donatario ne quidquam peteret super bonis suis, n.8. ibid.

Multò magis si prohibitio loquatur de juribus tam cogitatis quàm incogitatis, n.9. ibid.

Clausula, *puræ, simplicis, & irrevocabilis donationis*, facit ut contractus donationis censeatur, quamvis in eo adessent pacta liberalitatem excludentia, c.142.n.10. p.104

Clausulæ donationis accessoriæ non mutant naturam contractus lucrativi, n.11. ibid.

Donatio revocatur per atroces injurias illatas donatori, n.14. ibid.

Qui credens se nullos probabiliter suscepturos liberos, donavit, & renunciavit *legi si unquam, Cod. de revocand. donat.* si postea susceperit liberos, non obstat illi renunciatio quominus obtinere possit revocationem donationis, num.1... ibid.

Donatio

& Verborum.

Donatio in tempus certum, vel incertum, ſuſpendi poteſt, n.12. p.28

Per donationem factam à patre contemplatione matrimonii, videtur jus quæſitum liberis illius matrimonii, c.144.n.4. pr108

Verius eſt, jus quæſitum fuiſſe liberis tanquam hæredibus, per donationem factam contemplatione matrimonii, n.5. ibid.

Jus quæſitum non eſt liberis tanquam liberis, niſi illorum mentio facta fuerit in parte diſpoſitiva, num.6. ibid.

Explicatur *deciſio* Rotæ 127. *part.6. recent.* num.7. ibid.

Donatio per patrem facta filio contemplatione matrimonii, regulariter eſt tranſitoria ad quoſcumque hæredes, n.8. ibid.

Qui donavit bona *francs de toutes charges hereditaires*, cenſetur illa eximere voluiſſe à præſtatione legitimarum, c.145.n.12. p.110

Donatio perfecta non poteſt gravari fideicommiſſo ſine conſenſu donatarii, cap.147. numero 3. pag.112

Per gravamen appoſitum in ſecunda donatione, cenſetur etiam facta repetitio gravaminis, ut in eo comprehendantur bona primæ donationis, ſi repetitio ad primam referatur, n.5. ibid.

Donatio totius utilitatis, verbis ampliſſimis concepta, omne genus acquiſitionis comprehendit, num.21. p.114

Quando donatio facta fuit contemplatione certi & determinati matrimonii, tunc matrimonium dicitur cauſa finalis donationis, cap. 168. n.5. pag.149

Et hoc caſu evidens eſt conjectura, quod filii acquirant tanquam filii, non tanquam hæredes patris, n.6. ibid.

In donatione facta patri & filiis uti filiis, tot cenſentur donationes quot ſunt perſonæ; & pater nullo modo præjudicare poteſt filiis ſuis quoad bona donata, n.7. ibid.

Donatio facta alicui, cum clauſula *ultra jam donata*, renovat præcedentes donationes, & omnes in hac ultima includit, n.8. ibid.

Quando in donatione fuit contemplata perſona uxoris & liberorum, non poteſt ab eis auferri jus ex tali donatione proveniens, n.15. p.150

Donatio facta in contractu matrimonii certæ ſummæ, pro illam convertendo ad utilitatem liberorum, acquirit jus liberis; & verba illa oſtendunt cauſam finalem donationis, num.16. ibid.

Differunt inter ſe donationem fuiſſe factam patri ſtipulanti pro ſe, & ſuis; & factam eſſe patri, & liberis, n.17. ibid.

Donatione facta patri & filiis, jus quidem acquiritur patri, ſed cum onere reſtituendi filiis, n.18. ibid.

Donatio per maritum facta uxori, confirmatur morte mariti, intelligendo dummodo maritus donator uxori præmortuus fuerit, cap.185. n.14. pag.180

Donatio cauſa mortis facta per filiumfamilias ſine patris conſenſu interveniente in ipſo actu, nulla eſt, c.186.n.1. p.181

In donatione dotis profectitiæ facta per filiamfamilias, requiritur conſenſus patris, ſi filia non ſit ſui juris, n.2. ibid.

Semper conſenſus patris requiritur in donatione facta de dote profectitia filiæ, propter mulieris fragilitatem, n.3. ibid.

Donatio inter virum & uxorem juramento confirmatur, c.189.n.10. p.187

Multò magis ſi donator præmoriatur donatario, num.11. ibid.

Donatio non poteſt dici ſimulata, quando verè & realiter conſtat quod donans voluit donare, & hoc expreſſit, n.12. ibid.

Donatio conditionalis, non eſt propriè donatio: Intellige, ut hoc locum habeat, quando conditio reſpicit affectionem donatoris, cap.196. n.5. pag.197

Donatio facta curatori, non uti tali, ſed tanquam extraneo, eſt valida, n.7. ibid.

Donatio facta per minorem ſuo curatori, non eſt ipſo jure nulla, n.8. ibid.

Donator.

Donator poteſt ſibi reſervare facultatem diſponendi de bonis donatis, & hoc caſu tenetur reſtituere donatario bona quæ ſuperſunt, c.102.n.4. pag.3

Contrarium tamen judicatur in Tribunalibus Galliæ, & diſpoſitio per donatorem reſervata, intelligitur de moderata diſpoſitione, numero 5. ibid.

Donator poteſt ſibi reſervare facultatem apponendi ſubſtitutiones ſibi beneviſas ſuper bonis per eum donatis, c.110.n.11. p.28

Pater donator poteſt ſuper bonis donatis ſubſtitutiones facere, dummodò in favorem aliorum liberorum ſuorum, etiamſi hoc ſibi in donatione non reſervaverit, ſecundum præjudicia Senatus Toloſani, n.13. ibid.

Intellige ut procedat, quatenus donatarius ſine liberis deceſſerit, n.14. ibid.

Intellige ſecundò, ut locum habeat quando pater in ſubſtitutione expreſſam fecit mentionem bonorum donatorum, n.15. ibid.

Donator poteſt gravare donatarium in bonis propriis, ſi tantumdem illi de ſuo reliquerit, c.147. num.16. p.113

Penſiones, & reditus extantes, & non reſervati, ſpectant ad donatarium univerſalem: cap. 58. n.8.& 9. p.134

Donator poteſt ſibi reſervare facultatem diſponendi de bonis donatis, etiam in donatione inter vivos, c.174.n.6. p.161

Donator poſt perfectam donationem, licèt illam revocare nequeat, tamen poteſt illam declarare, num.7. ibid.

Dos.

Dos redit ad patrem ſoluto matrimonio per mortem mariti, c.104.n.1. p.7

Dos ad patrem reverſa dividitur æqualiter inter liberos, patre ab inteſtato mortuo, num. 2. ibid.

Licentia alienandi certa quædam bona pro dote unius fœminæ, excludit perpetuum fideicommiſſum, c.121.n.10. p.60

Solutio & reſtitutio dotis facta conſtante matrimonio, non liberat maritum, cap.122. num.1. pag.62

Fallit ſi ſolutio fiat mulieri non perdituræ, & in cauſam juſtam, n.2. ibid.

Si dos conſiſtat in pecunia, poteſt ſolvi uxori de conſenſu mariti, n.3. ibid.

Quando fructus fuerunt conſtituti in dotem, & faciunt partem dotis, tunc maritus ſolam habet commoditatem fructuum, n.4. ibid.

Fructus dotis non debentur ſoluto matrimonio, quia ceſſant onera matrimonii, c.145.n.1. p.109

Si superſint liberi, fructus dotis debentur marito, num.2. ibid.
In hac quæſtione contrariæ dantur Rotæ Romanæ diciſiones: ſed verior videtur ſententia Domini Senatoris Leotardi, n.3. p.109
Fructus dotis debentur uxori, ſoluto matrimonio, quando ipſa fuit impedita dotem exigere, n.4. ibid.
In materia intereſſe dotis non ſolutæ debet fieri differentia inter hæredes mariti, & illum qui dotem promiſit, n.5. ibid.
Quando agitur de dote quæ ſuccedit in locum legitimæ, fructus illius etiam ſoluto matrimonio uxori debentur, n.8. ibid.
Dos in pecunia conſiſtens, non eſt reſtituenda niſi poſt annum à die ſoluti matrimonii, c.155.n.1. pag.129
Dos ſtatim reſtituenda eſt, ſi maritus eam uxori legaverit, n.2. ibid.
Hæres ſtatim non expectato anno luctus dotem reſtituere poteſt, n.6. p.130
Si maritus certam ſummam dotis nomine recognoverit, dos ſoluto matrimonio in eadem pecuniæ quantitate reſtituenda eſt, quamvis illi officium datum fuerit in ſolutum, cap.165. num.1. pag.144
Bona patrui, vel avunculi, non ſunt obnoxia conſtitutioni, vel reſtitutioni dotis neptum ex fratre, c.180.n.1. p.172
Quando agitur de reſtitutione dotis ex fideicommiſſo, non gravati, ſed gravantis perſona inſpicienda eſt, n.2. ibid.
Dum agitur de dote ſubſidiaria, primum ſubſidium eſt patris, & avi, ſecundum eſt matris, num.3. ibid.
Quando mater habet bona libera, dos filiarum potiùs capitur ex bonis maternis, quàm ex bonis fideicommiſſi aviti, n.11. p.173
Præſumptio veræ ſolutionis dotis, petita ex eo quod maritus uxori alimenta præſtiterit, eſt valdè levis, c.185.n.13. p.180
Si ex contractu matrimonii conſtet, patrem voluiſſe quod actio dotis propria eſſet filiæ, ipſa ſola agere poteſt, & non pater, cap.186.num.9. pag.181
Si promiſſio dotis facta fuerit impersonaliter, & perſona filiæ ſolum adjecta verbo executivo, dos mortuâ filiâ imputanda eſt in legitimam avi, num.10. ibid.
Maritus accipiens res æſtimatas in dotem nomine ſuo proprio, fit dominus bonorum, & uxor eſt tantum creditrix pecuniæ: ſi verò tam nomine ſuo, quàm nomine uxoris, fundus remanet dotalis, ut probatum eſt *ſuprà, cap.52. num.6. & 7.* ex Oldrad. *conſ.245. num.6. &* ideò *ibid. num.7.* delenda eſt dictio *non*, ut patet ex ſerie ipſius diſcurſus: qui error irrepſit etiam *in ſummarium:* ubi pro *niſi*, debet poni *ſi.* Et hæc explicanda ſunt juxta notata per Rot. *deciſ. 52. n.12. verſic. non obſtat: part.6. recent.* ut notatur *ad d.cap.52.* in Additionib. *harum quæſt. civil.* huic Volumini annexis.

Dotatio.

Quando teſtator mandavit fœminas dotari in certo caſu, ex eo oritur conjectura excluſionis fideicommiſſi in alio caſu, c.120.n.10. p.57
Si teſtator juſſerit filias dotari in quibuſdam gradibus, non ſequitur vocatio maſculorum in aliis; imò ex eo excluditur, cap. 121. num. 9. pag.60.
Onus dotandi filias impoſitum in certo grada, non operatur conjecturam fideicommiſſi quoad alios gradus, c.125.n.28. p.70

E

Eccleſia.

IN Eccleſiam poſſeſſio transfertur ex ſola nuncupatione, c.181.n.12. p.163
Eccleſia.
Per generalem hæredis inſtitutionem cenſetur facta electio in bonis, ſuper quibus teſtatori competerat jus eligendi, c.110.n.24. p.47
Per generalem ſubſtitutionem ſubſtitutus cenſetur electus vigore juris eligendi, quod teſtatori competebat, n.25. ibid.
Ad hoc ut teſtator cenſeatur aliquem elegiſſe, in vim juris eligendi ſibi competentis, ſufficit quod illius voluntas ex certis conjecturis deprehendatur, n.26. ibid.
Facultas eligendi unum ex liberis, appoſita in primo gradu, cenſetur repetita in ſecundo, quando viget eadem ratio, c.119.n.5. p.66
Electio cenſetur facta per eum qui habet facultatem eligendi, per donationem, aut hæredis inſtitutionem, c.120.n.13. p.58
Quamvis teſtator dederit hæredi facultatem eligendi unum ex ſubſtitutis, facta electione non exprimat ſubſtitutio per plures gradus poſtea ſubordinata, c.143.n.3. p.106
Electioni ſatisfactum dicitur *per generalem hæredis inſtitutionem, c.173.n.5.* p.159
Nulla facta electione, omnes eligibles admittuntur ad ſucceſſionem, n.4. ibid.
Donando bona ſua, in quibus erant commixta alia, quæ electioni erant ſuppoſita, cenſetur donatarius elegiſſe, c.173.n.8. p.161
Quod procedit, ſive donatio ſit univerſalis, ſive quotæ, n.9. ibid.
Per generalem hæredum inſtitutionem videtur quis elegiſſe, c.184.n.9. p.178
Emancipatio.
Liberi nati poſt filii emancipationem, ſunt eius poteſtatem avi emancipantis eorum patris, c.103.n.1. p.
Pater emancipans filium habet de jure medietatem uſusfructus bonorum ſpectantium ad filium tempore emancipationis, etiam maternorum, niſi adſit conventio in contrarium, n.2. ibid.
Ampliatur hoc procedere, etiamſi pater emancipans nihil ſibi reſervaverit, n.3. ibid.
Pater filium emancipans poteſt ſibi retinere totum & integrum uſumfructum bonorum adventitiorum, quæ filius habet tempore emancipationis, ibid. num.4.
Pater filium emancipans non habet medietatem uſusfructus bonorum filio tempore emancipationis delatorum, ſed nondum agnitorum, num.5. ibid.
Bona acquiſita à filio poſt emancipationem pertinent ad filium, tam quoad proprietatem, quam quoad uſumfructum, quamvis pater emancipans ſibi illum uſumfructum expreſsè reſervaverit, p. num.13.
Uſusfructus medietatis bonorum, quæ filius tempore ſuæ emancipationis habebat, ducat etiam poſt mortem filii emancipati, quamvis ille acquerit liberos ſuperſtites, n.14. ibid.
Emancipatio facit ut donatio facta filio, non ſuppoſita imputationi, c.144.n.9. p.
Ampliatur

& Verborum.

Ampliatur ut procedat, etiamsi emancipatio supervenerit post donationem, n.10. ibid.
Emancipatio non potest fieri sub conditione, c.141. n.1.& seqq. p.102

Emphyteusis.

Concessiones omnes emphyteuticæ, vel feudales, dependent à prima, & juxta illam regulantur, c.148.n.2. p.115

Emptor.

Emptor qui promisit certo tempore extinguere censum annuum venditoris, adveniente tempore designato efficitur verus debitor census, c.159. num.2. p.135

Enunciativa.

Verba enunciativa alicujus, dicentis se instituisse aliquem suum hæredem, nihil probant, c.173. num.5. p.160

Exceptio.

Exceptio rationum titularium non redditarum, non retardat executionem obligationis habentis paratam executionem; sed hoc casu debet esse cautum creditoribus, c.156.n.4. p.132
Exceptio dotis non numeratæ locum non habet, nisi quando confessio dotis receptæ facta fuit sub spe futuræ numerationis; non autem quando animo donandi, c.185.n.8. p.179
Terminus à lege præfixus ad proponendam exceptionem dotis non numeratæ, locum non habet quando confessio facta est de speciebus receptis ante confessionem, n.9. p.180

Excussio.

Excussio bonorum debitoris non est necessaria, quando debitor notoriè non est solvendo, c.175. num.7. p.163

Executio.

Venditio facta in fraudem paratæ executionis non subsistit, c.175.n.1. p.162
Tertius qui se opponit executionibus creditorum, debet docere de sua justa possessione, num.2. ibid.
Suspendenda est executio sententiæ, ex noviter productis, si de ejus injustitia appareat, c.189. num.5. p.187
Executio quæ cœpit ab immobilibus, est nulla, quando adsunt mobilia, vel fructus, nisi aliter forma executionis in literis executionis data fuerit: si tamen à perversione ordinis non fuerit appellatum, executio remanet valida, c.195.n.9. pag.196
Executio sententiæ retardanda est, quando ex juribus deductis post eam apparet de ejus injustitia, c.190.n.6. p.188

Exemplaris.

Exemplaris substitutio locum habere non potest, quando institutus tempore testamenti, simul & mortis testatoris, erat sanæ mentis, vel ejus fatuitas non erat detecta, c.127.n.1. p.73
Quis sit effectus, utrùm substitutio sit exemplaris, vel fideicommissaria, n.3. ibid.
Substitutus exemplariter gravari non potest in omnibus bonis, quæ habuit à testatore ex illa substitutione, præter quam in legitima, quia alia bona habet à lege, n.4. ibid.

Expensa.

Expensa clausuræ viridarii per muros, numeratur inter voluptaria, c.154.n.16. p.129
Ædificium si per maritum factum fuerit, datur illi soluto matrimonio repetitio expensarum, quatenus solum mulieris fuerit melioratum, c.156. num.5. p.132
Expensæ excessivæ, quæ facerent ut dominus soli mallet solum amittere, quàm expensas reficere, non repetuntur, n.6. ibid.

Expromissor.

Expromissor solus obligatur, & solus debitor remanet, c.162.n.7. p.140
Inter expromissorem, & fidejussorem quæ sit differentia, n.8. ibid.
Ut quis sit expromissor, oportet principalem debitorem esse liberatum ab obligatione, & quod promissio fiat animo novandi præcedentem obligationem alterius, n.9. ibid.

Evictio.

Stipulatio duplæ in evictione, refertur ad quantitatem pretii, non ad valorem rei evictæ, c.106. num.10. p.12
Emptor, cui ob evictionem plures competunt actiones, potest eligere unam ex pluribus sibi benevisam, n.11. ibid.
Stipulatio duplæ in evictione refertur ad pretium, non autem ad valorem rei solutæ, c.108. n.11. pag.19
Evictio quæ provenit ex natura rei, non debetur, c.122.n.12. p.63
Donator tenetur indistinctè de evictione, sive donatio inceperit à promissione, sive à traditione, quando facta fuit ex causa onerosa, c.154. n.5. pag.128
Potest quis agere pro bonis donatis ad evictionem, si una causa sit lucrativa, & alia onerosa; & hoc casu donatarius à se ipso evincit, c.191.n.7. pag.190
Pro legato facto conjunctæ personæ hæres tenetur de evictione quoad æstimationem, cap.197. n.1. pag.198
Pro legato, quod tenet locum legitimæ filii, debetur evictio, n.2. ibid.
Evictio quæ debetur pro legato est impropria, quæ ad rei æstimationem terminatur, n.3. ibid.
Evictio non debetur de iis quæ testamento relinquuntur, quia testator censetur tantum relinquere jus quod habet; sed debetur æstimatio loco evictionis, c.197.n.7. p.199
Pro legato legitimæ loco facto, debetur evictio, sed tantum usque ad concurrentiam legitimæ, num.8. ibid.
Quando agitur de filio, non idem statuendum est quod in extraneo legatario; in filio enim, vel alia conjuncta persona, cui legatum relictum est, locus est evictioni ad pretium, cap.197. num.9. p.199
Fallit in legato rei litigiosæ, de cujus evictione hæres regulariter non tenetur, n.16. ibid.
Fallit quoque si res legata perierit casu fortuito absque culpa, & mora hæredis, n.18. p.200
Ut sciatur an locus sit evictioni rei legatæ peremptæ, voluntas testatoris attendenda est, num.20. ibid.

Evictionarius.

Evictionarius tenetur comparere coram Judice Rei, post litem contestatam, ut probavimus *in tractatu de Præventione, parte prima, capite 20. n.19. & parte secunda, capite 55. n.6.* Quod verum est sub distinctione, de qua *parte 2. ejusdem tractatus, cap.125. num.5.* Et ita intelligenda sunt quæ dicta sunt *eodem cap.12. n.41.* secundùm ea quæ docet Ludovis. *decis.303. n.3.*

Index Rerum,

F

Facultas.

Libera facultas alicui concessa, debet intelligi dummodo bona fides interveniat, cap. 149. num. 5. p. 117

Multiplicitas actuum excludit præsumptionem juris facultativi, c. 169. n. 9. p. 152

Actus ministrandi tubas Præconi subhastationes facienti, est merè facultativus, & ideo non manutenibilis, n. 11. ibid.

In facultativis unus actus non tribuit manutentionem, n. 16. ibid.

Familia.

Familiæ, seu Domus appellatione, utrùm contineantur qui sunt de familia effectiva duntaxat, an etiam qui de contentiva. Et quod sit discrimen inter familiam effectivam, & contentivam, c. 138. n. 8. p. 96

Distinctio familiæ effectivæ, & contentivæ, locum etiam habet in familia hæredum, si testator illam consideraverit, n. 9. ibid.

In dubio testator censetur potius vocasse familiam effectivam, quàm contentivam, tam respectu sui, quàm suorum hæredum, n. 10. ibid.

Prohibitio alienationis potius in dubio referri debet ad familiam effectivam, n. 11. ibid.

Vocata familia effectiva, non admittuntur illi qui sunt de contentiva, n. 12. ibid.

Familia contentiva comprehensa censetur, quando prohibitio alienationis facta fuit favore agnationis, n. 13. ibid.

Limitatur ut non procedat quando prohibitio est consecutiva, & declaratoria præcedentis substitutionis, n. 14. ibid.

Quando testator in prohibitione se restrinxit ad familiam sui hæredis, censetur considerasse solam illius familiam effectivam, n. 15. ibid.

Vocata familia, non censentur vocati illi, qui sunt de alio colonello, seu de alia derivatione, n. 16. ibid.

Quando in una familia sunt plures, qui habent diversas denominationes, testator censetur intellexisse de illis, qui sunt ejusdem denominationis cum testatore, & respectivè cum illius hærede, dicto c. 138. n. 17. p. 97

Feudalia.

Ex quibus probetur bona aliqua esse feudalia, c. 151. num. 3. p. 121

Qualitas bonorum feudalium probatur per leviores probationes, quando agitur de investituris antiquis, n. 4. p. 122

Bona esse feudalia probatur, si verificatum fuerit illa fuisse recognita tanquam talia, saltem conjecturaliter, n. 5. ibid.

Idem si probetur bona illa longo tempore fuisse possessa tanquam feudalia, n. 6. ibid.

Feudatarii.

Feudatarii Episcoporum in Comitatu Venaissino, gaudent juribus competentibus feudatariis summi Pontificis quoad collectas, ratione servitii personalis quod tenentur præstare eidem Pontifici, c. 151. n. 2. p. 121

Fideicommissarius.

Fideicommissarius asserens in hæreditate adfuisse pecunias, tenetur illud probare, cap. 104. n. 13. pag. 7

Fideicommissum.

Prohibitio disponendi de bonis donatis, præterquam in favorem certæ personæ, importat fideicommissum in favorem illius, cap. 110. num. 2. pag. 28

Si prohibitio disponendi simpliciter facta fuerit, censetur impositum fideicommissum favore succedentium ab intestato: numero 12. pag. 29

Fideicommissum injunctum favore agnationis, est favorabile, n. 44. p. 57

Fideicommissum ad certas personas restrictum, contra illas operari non debet, cap. 121. num. 1. pag. 59

Fideicommissum relatum ad rem, si fuerit restrictum ad certas personas, ex reali efficitur personale, c. 121. n. 22. p. 61

In materia conjecturali, in dubio judicandum est non adesse Fideicommissum, numero 125. pagina 61.

Verba perpetuitatem inducentia non operantur fideicommissum perpetuum, quando testator usus est pluribus verbis & clausulis restrictivis, c. 125. num. 12. p. 69

Ad hoc ut mentio certorum bonorum reddat substitutionem fideicommissariam, quando illa fuit facta communibus verbis, non sufficit certorum bonorum mentionem factam esse in institutione; sed oportet ut illa repetita sit in substitutione, c. 132. n. 11. p. 83

Agenti ad fideicommissum opponi potest exceptio, *Tu non es vocatus*, c. 138. n. 1. p. 95

Præmatura fideicommissi restitutio non dicitur facta ex SC. Trebelliano, c. 139. n. 16. p. 99

Restitutio fideicommissi anticipata, est vera donatio, & indiget insinuatione, n. 17. ibid.

Anticipata restitutio fideicommissi non præjudicat creditoribus hæredis gravati, numero 19. pag. 100

Ex primogenitura masculina perpetua, & præcepto quod descendentes masculi ex fœminis, in subsidium vocati, teneantur deferre Nomen & Arma familiæ, & aliis conjecturis relatis, oritur probatio fideicommissi agnatitii perpetui, cap. 140. num. 2. p. 107

Quando agitur de substitutione fideicommissa subordinata per plures gradus, si primus substitutus deficiat, sequens admittitur, cap. 140. p. 138

Ampliatur ut procedat, sive ambæ substitutiones sint fideicommissariæ, sive prima compendiosa, & secunda fideicommissaria, n. 2. ibid.

Fideicommissum quantumvis reale, restringitur ad personas, & casus expressos, c. 120. n. 4. p. 57

Fidejussor.

Fidejussor actione mandati repetit à suo principali debitore sortem, & usuras per eum solutas, etiamsi nihil de indemnitate conventum fuerit, maximè si sibi cessæ fuerint actiones, c. 123. pag. 64

Fidejussor, cui promissa est indemnitas, repetit damna & interesse per eum passa, etiam via executiva, n. 2. ibid.

Intellige de usuris legitimis; nam illegitimæ non debentur de jure Canonico: quod servandum est, n. 3. ibid.

Fidejussor qui coactus fuit viliori pretio vendere bona sua, ut solveret id, pro quo fidejussit, potest damnum illud repetere, numero 4. ibid.

Negot.

& Verborum.

Neque hoc casu opus est quod fidejussor protestatus fuerit, aut damnum illud suo principali intimaverit, quamvis consultius fuerit hoc facere, num.5. ibid.

Fidejussor super bonis principalis debitoris graduandus est, juxta hypothecam à die promissionis indemnitatis, tam pro sorte principali, quàm pro damnis & interesse, n.6. ibid.

Quando agitur de duobus reis, licet quoad creditorem sint in solidum obligati, tamen inter se, is ad quem negotium principaliter non spectat, habetur tanquam fidejussor, cap. 228. num. 1. pag.75

Si fidejussor solvat, non censetur solvere animo dissolvendi obligationem principalis debitoris, sed animo emendi nomen ipsius debitoris, n.3. ibid.

Fidejussor solvens non extinguit actiones principalis debitoris, n.5. ibid.

Qui fecit debitum proprium, casu quo alius non solvat, non est correus, sed fidejussor, cap.162. num.5. p.140

Qui ea ratione promisit, non est expromissor, sed verus fidejussor, n.6. ibid.

Fiduciaria.

Fiduciariæ hæreditatis probatio resultat ex confessione hæredis, c.142.n.7. p.104

Qui fiduciariam hæreditatem ex testatoris præcepto restituit, non dicitur liberalitatem exercere, num.8. ibid.

Filius, Filii.

Filius ex persona matris non potest admitti ad fideicommissum, quandiu mater vivit: cap.112. n.4. pag.36

Filii nati & cogniti testatori, non natis præferendi sunt, n.11. ibid.

Quando filius negotiatur sub nomine paterno, in dubio medietas lucrorum filio adjudicanda est, tanquam adventitia; alia verò medietas patri, & sic æstimanda est industria, cap.113. num.15. pag.40

Si aliud non probetur, filius non præsumitur negotiationem exercuisse nomine proprio, n.16. ibid.

Quando substituti fuerunt filii superstites, & eorum liberi, tunc isti subingrediuntur locum patris prædefuncti, c.118.n.12. p.51

Præsumendum est, quod testator potius vocare voluerit filios præmortuorum, quàm filios superstitum, n.13. ibid.

Si primi donatarii filii excludantur, multò magis filii secundi donatarii censentur excluſi, cap.119. num.7. p.54

Patris authoritas est necessaria pro forma in contractibus filiorumfamilias, stante Statuto Avenionensi continente clausulas irritantes, c.186. num.4. p.181

Si filii habeant dotem maternam tanquam hæredes matris, possunt de illa ad libitum disponere, num.6. ibid.

Utrùm jus fuerit quæsitum filiis ex constitutione dotis maternæ tanquam liberis, vel tanquam hæredibus, verba stipulationis præcipuè consideranda sunt, n.7. ibid.

Expenditur *consilium* 206. Surdi, n.8. ibid.

Fiscus.

Fisco nulla competit hypotheca in bonis delinquentis, nisi à die sententiæ condemnatoriæ, c.153.n.11. p.126

Fiscus in bonis banniti, etiam post latam sententiam bannimenti, nullam habet hypothecam, num.13. ibid.

Repudiatio subsistit in præjudicium fisci, si fiat ante sententiam condemnatoriam, & definitivam; & non in contumaciam ante annum, n.14. ibid.

Quod etiam locum habet in repudiatione legitimæ, quæ si nondum accepta fuerit, potest repudiari in præjudicium fisci, n.15. ibid.

Fiscus est minus favorabilis quàm verus hæres; ideò non potest petere quod onus removeatur à legitima, c.166.n.6. p.145

Fœminæ.

Ex eo quod testator fecit prælegatum favore masculorum descendentium, & illis deficientibus vocavit masculos descendentes ex fœmina, colligitur exclusio fœminarum ex prælegato, c.112. num.1. p.35

Excluſa una fœmina, & vocatis masculis ex alia, masculi descendentes ex fœmina excluſa non possunt admitti in præjudicium masculorum descendentium ex fœmina vocata, dum & isti expresse substituti fuerunt, n.2. ibid.

Fœmina semel excluſa semper remanet excluſa, licèt masculus propter quem excluſa est, defecerit, n.18. p.38

In testamento fœminæ regulariter non consideratur contemplatio agnationis, n.22. ibid.

Limitatur, ut locum non habeat quando qualitas masculinitatis sæpius est repetita, num.23. ibid.

Quod maximè procedit, quando etiam fuit contemplata prærogativa ætatis, n.24. ibid.

Descendentes ex fœminis possunt aliquando excludere masculos alterius lineæ, cap.138. num.20. pag.97

Sub nomine *cognationis*, comprehenduntur descendentes ex fœminis, n.21. ibid.

Idem dicendum est de nomine *parentelæ*, vel de nomine *affinium*, n.22. ibid.

Perpetua fœminarum excluſio favore masculorum, & quandiu masculi extabunt, præbet conjecturam fideicommissi reciproci inter masculos, c.152.n.1. p.123

Si testator vocaverit piam causam, deficientibus descendentibus ex linea masculina, admittitur fœmina descendens ex masculo: sed si pia causa sit substituta, deficiente linea masculina, admittitur pia causa, c.183.n.10. p.177

Fraus.

Ex decreto Senatus tollitur fraudis suspicio, c.139. num.23. p.100

Tertius qui emit in fraudem paratæ executionis, conveniri potest recta via, si debitor non sit solvendo, c.175.n.3. p.162

Fructus.

Quando in donatione fructuum mentio facta fuit accessoriè, tunc dubitari potest utrùm proprietas donata censeatur: secus est, si dispositio loquatur principaliter de fructibus, cap.111. n.1. pag.33.

Fructuum appellatione nec res ipsa, nec pretium continetur, n.3. ibid.

Relictum fructuum ex certis fundis percipiendorum, solos fructus, non autem proprietatem comprehendit, n.11. ibid.

Illud certum dicitur, quod certum est ratione loci, & quotæ, n.12. ibid.

Explicatur textus *in l. si quis argentum*, §. *si verò certum reditum*, *Cod. de donationib.* n.13. ibid.
Magna est differentia inter dispositionem factam de certis fructibus, & eam quæ fit super jure ususfructus: Et in quo consistat illa differentia, & in quibus conveniant, n.14. p.34
Quid dicendum sit de promissa utilitate fundi, num.15. ibid.
Sive fructus, sive jura ususfructus relinquantur, utrumque finitur morte illius cui promissio, vel legatum factum est, n.16. ibid.
Augmentum fructuum non potest probari, nisi constiterit de eorum valore de tempore gratiæ, c.154.n.2. p.128
Immissus in possessionem vigore contractus, aut Salviani interdicti, non facit fructus suos, c.169. num.21. p.153
Perceptio fructuum post mortem mariti reddit creditum dotis illiquidum, cap.188.n.9. p.185. & c.189.n.13. p.187
Intellige, si per plures annos fructus percepti fuerint, non per paucos, ex quibus creditum dotis non fuerit multùm diminutum, cap.189. n.14. p.187
Sententiæ in possessorio latæ executio suspenditur quoad caput fructuum, n.15. ibid.
Creditor qui fructus percepit, habet jus retinendi illos, n.16. ibid.

Frumentum.

Utrùm frumenti appellatione contineatur farina, vel panis, c.150.n.4. p.119
Creditor qui potior est in frumento, potior est in farina, sed non in pane, qui non continetur appellatione frumenti, n.5. ibid.
Statutum prohibens extractionem frumenti, comprehendit etiam farinam, & panes, numero 6. ibid.
Intellige ut hoc non procedat, quando extractio panis non fit in notabili quantitate, & animo fraudandi edictum, vel statutum, numero 7. ibid.
Quamvis in statutis, & edictis, appellatione frumenti veniat farina, & quandoque panis; tamen in contractibus & ultimis voluntatibus panis non continetur appellatione frumenti, n.8. ibid.
Pactum circa triturationem frumenti est contrarium dispositioni super pane, quia supponit triturationem antecedentem, n.10. ibid.

G

Gallinæ.

GAllinarum dominus tenetur resarcire quodcumque damnum per eas illatum, cap.140. num.9. p.101
Dominus cogi potest ad recludendum gallinas, & cuniculos, si nimium vicinis damnum inferant, num.10. ibid.

Generalitas.

Generalitas adjecta speciali designationi in contractu, censetur tantum apposita majoris declarationis gratia, c.107.n.18. p.17

Gradus.

Potest aliquis esse vocatus, aut in conditione positus in primo gradu, & iterum omnibus substitutis extinctis, vocatus in ultimo, c.112.n.27.p.39
Contrarium tamen deciditur, n.28. ibid.
Multiplicatio graduum substitutionis dat conjecturam vocationis eorum, qui sunt in testamento nominati, c.161.n.8. p.139

Gravamen.

Potest quis gravari in bonis donatis, vel fideicommisso in favorem donatarii suppositis, si donator ei relinquat compensationem in totidem bonis propriis, c.109.n.14. p.85
Quando subsistat gravamen super bonis antiqui fideicommissi, n.28. p.44
Si testator gravaverit hæredem in bonis donatis, censetur etiam gravasse omnes substituros, c.110. num.41. p.51
Qui non sunt vocati, gravari non possunt, c.119. num.11. p.55
Verba illa, *dicto filio suo substituit*, faciunt ut gravamen non extendatur ad sequentes gradus, c.115. num.6. p.68
Præsertim quando expressum est nomen proprium hæredis, n.7. ibid.
Quando gravamen fuit nominatim injunctum secundo gradui, ipso deficiente caducatur substitutio, c.161.n.3. p.139
Gravamen intelligitur nominatim injunctum, licèt post nominatam personam, dicat; *ei substituo*, num.4. ibid.

Gravatus.

Si in hæreditate adsint mobilia, & pecuniæ, inducitur ficta solutio crediti hæredis gravati, c.104. num.12. p.7
Licitum est hæredi gravato *bona sumptuosa minoris* reditus, & fere sterilia, retentis utilioribus alienare, c.139.n.4. p.99
Ampliatur ut procedat, etiamsi consideranti pateat in bonis alienatis interesse affectionis, num.5. ibid.
Hæres gravatus alienare potest bona fideicommissi, etiam pro suis propriis creditis, n.6. ibid.
Quod procedit etiamsi testator prohibuisset alienationem, etiam ex causa æris alieni, n.7. ibid.
Etiamsi valor alienatorum excedat valorem debitorum, dummodo residuum pretii convertatur ad utilitatem fideicommissariorum, n.8. ibid.
Hæres gravatus alienans bona fideicommissi ex justa causa, non tenetur adhibere solemnitates subhastationum, n.10. ibid.

H

Habitatio.

NEmo privandus est commodo legati facti sub conditione habitandi, si orta fuerit inimicitia cum eo, cum quo debet habitare, c.148. num.10. p.117

Hæres.

Contractus non comprehendit hæredes, nec ad illos transit, nisi expressè sic conventum fuerit, quando agitur de usufructu, vel alia non usufitoria ad hæredes, c.111.n.17. p.36
Hæres, etiam cum beneficio inventarii, tenetur approbare factum defuncti, cui successit, usque ad concurrentiam valoris bonorum sibi relictorum, c.176.n.14. p.163

Homicidium.

Homicidium in rixa commissum, non potest puniri pœna ordinaria, c.171.n.1. p.157
Ampliatur ut procedat, quamvis non constet quis ex duobus fuerit aggressor, n.2. ibid.

Homicidium in rixa commissum, non dicitur factum appensatè, n.3. ibid.
Ex qualitate loci publici excluditur animus præmeditatus occidendi, n.8. ibid.
Si nulla præcesserit inimicitia, homicidum non præsumitur animo deliberato factum, num.9. ibid.
Breuitas temporis animi deliberationem excludit in homicidio, num.11. ibid.
Ampliatur, vt homicidium dicatur in rixa commissum, etiamsi iracundia aliunde proueniret quàm ex facto illius, qui occisus est, numero 12. ibid.
Si occisus occidentem fugientem prosequutus fuit, præsumptio est exclusiua animi occidendi, num.13. ibid.
Quando alius fuit aggressor, etiamsi occidens excesserit modum inculpatæ tutelæ, non est locus pœnæ mortis, num.14. p.155
Etiamsi aliquando præsumatur animus occidendi, non tamen ex eo sequitur, quod ille animus fuerit deliberatus, n.15. ibid.
Vt sit locus pœnæ ordinariæ aduersus homicidas, debet probari præcedens animi deliberatio, num.16. ibid.

Hypotheca.

Ex sententia non oritur hypotheca, nisi à die cœptæ executionis, c.123.n.8. p.64
Ex mandatis judicialibus, & condemnationibus voluntariis nulla oritur de jure hypotheca, nec etiam à die executionis, n.9. ibid.
Creditor non sibi præjudicat quoad hypothecas per adiectionem obligationis novæ personæ, si illas sibi expresè reseruauerit, cap.128. num.14. p.76.

I

Immemorialis.

IMmemorialis non potest probari per instrumenta, sed tantùm per testes excedentes ætatem 54. annorum, c.117.n.13. pag.48

Immissio.

Deneganda est immissio fideicommissario, quando vltra Legitimam, & Trebellianicam faciendæ sunt aliæ detractiones, cap. 204. numero 5. pag.7.
Immissio, si concessa fuerit fideicommissario, ante factas per gravatum detractiones, reuocatur, ad hoc vt grauatus illas de propriis manibus capere possit, c.109. n.6. p.22
Et ad hunc effectum sufficit detractiones esse possibiles, n.7. ibid.
Qui facto proprio cecidit à possessione, non potest petere immissionem in possessionem, cap. 118. num.26. p.52
Quando duo prætendunt jus ab eodem fonte, non est locus immissioni, n.27. ibid.
Immissio datur hæredi scripto, quamuis testamentum non fuerit productum, nec exhibitum, si de eo constet per confessionem partis, c.188. n.4. p.184.
Immissio non debet denegari, constito de fideicommisso, & de bonorum identitate, n.5.ibid.
Immissio in bonis hæreditariis debetur hæredi scripto, juxta dispositionem *l.fin. C. de edict. diui Adrian. tollend.* c.190.n.1. p.188

Immunitas.

Immunitas à collectis præscribitur spatio 30. vel 40. annorum, c.151.n.7. p.122

Impersonalitas.

Impersonalitas in obligatoriis vitiat obligationem, secus si sit in executivis, c.186. num.11. p.181

Imputatio.

Filii non tenentur imputare dotem maternam in legitimam avi, quando illam habent uti hæredes matris, secus si tanquam filii, cap.186.num.5. p.181

Incantus.

Exactio juris incantus pœnalis est, & odiosa, c.134. num.15.& 17. p.87

Injuria.

Iniuria illata uxori donatoris præbet justam causam revocandi donationem factam per maritum, c.142.n.15. p.104

Injustitia.

Injustitia allegata ad impediendam executionem sententiæ, non potest probari ex noviter productis, c.188.n.10. p.185
Executio tamen sententiæ est suspendenda, si de illius injustitia appareat euidenter ex novis productionibus, num.11. ibid.

Insinuatio.

In Comitatu Venaissino donationes cujuscumque generis debent insinuari, aliàs sunt nullæ, quatenus excedunt 25. scuta, cap. 113. numero 1. p.39
Ampliatur etiam, ut procedat in bonorum assignatione facta per patrem filiis irrevocabiliter, n.2. p.40
Item ampliatur, etiamsi donatio facta fuisset in alio contractu diverso ab assignatione bonorum, cùm sufficiat animus donandi, n.3. ibid.
Donatio ususfructus est nulla, si non fuerit insinuata, n.5.ibid.Contra, n.7.& 11. p.50
Defectus insinuationis secundum aliquos non potest opponi per ipsum donatorem, numero 6. ibid.
Donatio fructuum dotis filiarum facta per patrem, non indiget insinuatione, n.8. ibid.
Repudiatio vsusfructus quærendi facta per patrem non indiget insinuatione, n.9. ibid.
Dum pater consensit ut filii quoscumque contractus inire possint, non requiritur insinuatio, num.10. ibid.
Quando donans non efficitur pauperior, nec accipiens ditior, non requiritur insinuatio, num.11. ibid.
Confessio debet insinuari, sicut & donatio, c.142. num.12. p.104.
Si in donatione aliquid exprimatur, ex quo insinuationis necessitas tollatur, de eo aliter constare debet quàm per confessionem donantis, n.13. ibid.
Momentanea acceptatio ad effectum repudiationis, non facit ut opus sit insinuatione repudiationis, c.153.n.6. p.126
Insinuatio requititur secundùm leges loci, in quo contractus fit, c.185.n.11. p.180
Insinuationis defectum opponere non potest ille, qui fuit in culpa non insinuando in eadem substituti in donatione: cap. 196. numero 1. p.197
Donatarius qui fuit præsens, & consenteins donationi, & substitutioni in ea appositæ, non potest opponere de defectu insinuationis, n.2. ibid.

Instrumentum.

Instrumentum carens substantialibus, non probat, c.134.n.2. p.86

Index Rerum,

Intereſſe.

Intereſſe augmenti dotalis amiſſi per occiſum, qui vxori ſuæ ſupervivere poterat, quamuis illud vidua lucrata ſit, non debetur, cap.171. num.27. p.156

Intereſſe extrinſecum debetur hæredibus occiſi, num.28. ibid.

Intellige, ut locum habeat in intereſſe delato, & radicato; non autem incerto, & euentuali, num.29. ibid.

Promiſſio ſoluendi certum intereſſe, non interuenientibus requiſitis, eſt inualida, cap.179.n.10. p.171.

Interruptio.

Interruptio in delictis non nocet, ſi poſt illam lapſi fuerint 20. anni à die interruptionis computandi, c.170.n.7. p.154

Intimatio.

Intimatio extraiudicialis decreti fieri debet cum expeditione copiæ decreti, judicialis non item, c.178.n.3. p.169

Inventarium.

Quæ requirantur ad confectionem legalis inuentarii, c.109.n.25. p.24

Tempus conficiendi inuentarii eſt dumtaxat trimeſtre, etiamſi aliqua adeſſent bona defuncti in aliena monarchia, non enim datur annus, niſi major pars bonorum ſit in diuerſa monarchia, c.110.n.1. p.27

Petitio fideicommiſſi non impeditur pendente tempore confectionis inuentarii. ibid.

Fallit niſi lis fuiſſet conteſtata cum defuncto, quia tunc hæres non poteſt conueniri pendente tempore inuentarii, c.110.n.2. p.27

Hæres non conficiens inuentarium, tenetur adimplere onus adiectum ſuper bonis ſibi à teſtatore donatis, c.110.n.23. p.29

Auus vtrùm teneatur facere inuentarium, quamuis de hoc non requiratur, aut ſaltem deſcriptionem bonorum ad nepotes ſuos ſpectantium, quorum habet adminiſtrationem, c.113.n.17. p.40

Quando bona ſunt certa, in quibus fraus interuenire non poteſt, Auus non tenetur facere inuentarium, nec deſcriptionem reſpectu ſuæ adminiſtrationis; ſecus ſi fraus adeſſe poſſit, n.18. ibid.

Inveſtitura.

Simplex inueſtitura non præiudicat Tertio, qui non ſuccedit in jus inueſtiti, cap.181. num.9. p.174

Iunctis tamen adminiculis probat etiam contra Tertium, n.10. ibid.

Iocalia.

Iudicis arbitrio quæ ſint jocalia feſtiua, & quæ quotidiana, remittitur, cap. 155. numero 13. p.130

Iocalium appellatione veſtes de jure continentur, c.158.n.15. p.134

Qui vult appellatione jocalium veſtes non comprehendi, debet probare ſuper hoc communem vſum loquendi, tunc enim veſtes non continentur ſub reſeruatione jocalium facta per donantem, n.16. ibid.

Iudex.

Iudex requiſitus poteſt ſi velit cognoſcere de injuſtitia ſententiæ Iudicis requirentis, nec pars requirens executionem, poteſt ex eo prætendere ſibi illatum fuiſſe grauamen, cap.170. num. 10. p.154.

Iura.

In acquiſitione jurium incorporalium, probandi eſt ſcientia aduerſarii, cap. 169. numero 17. p.152

Iurium appellatione venit facultas aliquid faciendi, c.184.n.10. p.175

Iuramentum.

Statutum faciens mentionem de juramento, continens annullationem actus, reddit illum omnino inualidum, maximè ſi ſit per Legatum confirmatum, c.113.n.4. p.40

Iuramentum Inquiſiti, quod non habuerit animum occidendi, coadiuuat alias probationes, cap.171. num.20. p.156

Maximè concurrente bona fama illius, numero 21. ibid.

Poſt præſtitum juramentum litis deciſorium, pri poteſt à Iudice ut ſe ex officio informet de veritate facti, & probationes recipiat, cap.17. num.1. p.167

In cauſa reſtitutionis in integrum aduerſùs delationem juramenti, licitum eſt antiquas probationes nouis coadiuuare, ad detegendum perjurium, num.2. ibid.

Quod non ſolùm locum habet quoad productionem inſtrumentorum, ſed etiam teſtium, num.3. ibid.

Et maximè ſi atteſtationes non fuerint publicatæ, num.4. ibid.

Exceptio juriſiurandi, eſt exceptio litis finitæ, & impedit litis ingreſſum, n.6. ibid.

Iuramentum deciſorium poſtquam eſt præſtitum, non poteſt retardari ſub prætextu perjurii, n.7. p.168

Poſt præſtitum juramentum deciſorium, nemo admittitur, etiamſi noua inſtrumenta producere velit, num.11. ibid.

Limitatur, niſi per huiuſmodi inſtrumenta detegeretur partis perjurium, num.12. ibid.

Nunquam debent admitti teſtes aduerſùs juramentum deciſorium jam præſtitum, numero 13. ibid.

Admittitur probatio per confeſſionem partis ſi ctam, non quidem ante, ſed poſt juramentum præſtitum, num.14. ibi

Etiam in juramento neceſſario non ſunt admittendi teſtes, poſtquam producere volens ſe cluſus à ſuis dilationibus, n.15. ibi

Ne quidem minor reſtituitur in integrum aduſus juramentum deciſorium, quando ante delationem fecit exactas diligentias ad habendas probationes, n.17. ibi

Iuramentum aſſertorium non reddit contractum validum, ſed requiritur promiſſorium, cap.18. num.7. p.17

Mulier quæ eſt aſſecurata ſuper bonis mariti, non poteſt illa alienare in præiudicium famæ etiam cum juramento, c.187.n.7. p.18

Ius accreſcendi.

Ius accreſcendi potentius eſt ſubſtitutione vulgar quando agitur de filio teſtatoris contra patrem minùs dilectos, cap.129.n.7. p.7

Jus accreſcendi quod competit liberis, manet in ſtamento imperfecto inſtituta, non ob prium, ſed impropriè ſumptum, cap.131. num pag.81

Inſtitutio liberorum facta in legitima, ſi mater teſtamento imperfecto capere nequeat, ad ſe univerſam hæreditatem jure quodam ctionis, ſed cum ſuis oneribus, n.9. ibi

Quam

Quando mater ptivatur facultate eligendi ob imperfectam testatoris dispositionem, lex eligit, & omnes admittit, n.10. ibid.

L

Laudemium.

CEssante pacto in contrarium, solutio dimidii laudemii fieri debet secundùm valorem bonorum tempore novennii, seu renovationis, c.117. num.1. p.48

Si conventum fuerit, solutionem dimidii laudemii fieri debere juxta valorem temporis renovationis, conventio illa servanda est, n.2. ibid.

Laudemium non debetur ex simplici adeptione possessionis vigore Constituti, cap.169. num.20. p.153.

Legatarius.

Quando legatarius non potest exigere suum creditum, potest convenire de certo interesse, cap.145. num.6. p.109

Quando legatarius prohibetur exigere sortem principalem, & interim illi legatur summa annua, dicitur constituirus annuus tedditus, qui testamento legari potest, n.7. ibid.

Creditores, quando hæreditas non est solvendo, agunt in subsidium contra legatarios, c.160.n.7. p.137

Legatum.

Pro legato annuo datur actio contra eos, qui fructus percipiunt hæreditatis, non autem contra proprietarium, c.115.n.3. p.43

Legata si fuerint alicui alimenta durante vita, & præterea summa 200. scutorum, hoc secundum legatum intelligitur ut valeat durante vita, ob naturam dictionis repetitivæ, cap.147. num.7. p.113

Legatum inutile est, si jam testator rem legatam inter vivos donasset, c.158.n.1. p.134

In legato rei jam donatæ, ne quidem debetur æstimatio, n.3. ibid.

Nullo existente legato, censentur nulla onera, & grauamina illi adiecta, n.4. ibid.

Translatio legati debet intelligi facta cum suo onere, n.6. ibid.

Fallit quando translatio est inutilis, veluti si grauamen fuisset impositum super re jam donata, n.7. ibid.

Legatis bonis, aut eorum valore, datur electio hæredi dandi bona, vel eorum pretium, c.197.n.5. p.199

Legatum filiæ factum loco legitimæ, si fuerit euictum, limitanda est æstimatio rei euictæ ad ratam ipsius legitimæ, n.6. ibid.

In legato alternatiuo, vna re perempta absque mora hæredis, sufficit aliam præstari, n.10. ibid.

In legato alternatiuo, si res vna esset litigiosa tempore testamenti, subsequuta euictione, hæres de illa non tenetur, n.16. ibid.

In legato alternatiuo bonorum, vel æstimationis illorum, legatarius non potest acceptare partem in bonis, & partem in pecunia, hærede inuito, n.17. p.200

In legato alternatiuo vt sciatur an sit locus euictioni, voluntas testatoris consideranda est, n.20. ibid.

In legato alternatiuo præsumitur quod testator crediderit vnam rem æquialere alteri, & sub eo respectu legasse, cuius opinioni standum est, n.22. & 23. ibid.

Rei legatæ æstimatio cuius temporis respectu facienda est, n.35. p.199

In dubio legatum nominum intelligitur de illis, quæ testatori debentur, c.174.n.4. p.161

Quod si in hæreditate aderant debita tam actiua, quàm passiua, res esset dubia, sed cessat dubium si testator id expresserit, n.5. ibid.

Legitima.

Liquidatio legitimæ facta cum vno, prodest quoad alios, c.109.n.3. p.22

Imputatio in legitimam dotis, & donationis per patrem factæ filio contemplatione matrimonii, iisdem regulis deciduntur, cap. 144. num.1. p.107

Quando liberi succedunt tanquam liberi, tenentur dotem imputare in legitimam aui, si verò tanquam hæredes, non tenentur imputare, num.22. ibid.

Idem dicendum de donatione facta contemplatione matrimonii, quia si succedatur jure hæreditario, non erit locus imputationi, n.3. ibid.

Nepotes in casu emancipationis non imputant, quamuis cum patruis concurrant, num. 111. p.108

Legitimæ continentur appellatione onerum hæreditariorum, c.145.n.11. p.110

Legitima est æs alienum, & loco æris alieni detrahitur, n.13. ibid.

Ius petendi legitimam est transmissibile ad quoscunque hæredes, c.166.n.1. p.145

Si pater vsus fuerit debita cautela, filius acceptans testamentum excluditur à petitione oneris remouendi, imò & ab ipsa petitione legitimæ, seu supplementi illius, n.5. ibid.

Quomodo concipienda sit dispositio paterna, ad hoc ut filius cogatur approbare grauamen appositum in legitima, n.8. p.146

Legatum fructuum, vel vsusfructus, aut annuæ præstationis, factum filio, vtrùm augeat globum hæreditatis paternæ, ad impinguandam legitimam, n.9. ibid.

Magna est inter DD. controuersia, vtrùm filio Religionem bonorum capacem professo, statim parentibus legitima debeatur? Sed opinio affirmatiua tenenda est, c.194.n.1. p.194

Matris legitima super bonis professi est triens, quando nulli ipsius professi fratres adsunt, n.2. ibid.

Legitima debetur matri, etiam in bonis filio post professionem delatis, n.5. p.195

In bonis industria Religiosi quæsitis parentes nullam habent legitimam, secus est in bonis illi jure sanguinis obvenientibus: n.7. ibid.

In jure vniuersali, qualis est Legitima, veniunt etiam bona futura, n.8. ibid.

Legitima fauorabilior est piâ causâ, num. 10. ibid.

Legitimatio.

Legitimationes quæ fiunt contra voluntatem testatoris nunquam sunt admittendæ, c.124.n.2. p.65

Ampliatur ut procedat, etiamsi legitimatio facta fuerit à Principe in ampliſſima forma: num.2. ibid. Sed vide infrà, n.15. p.66

Princeps legitimando non derogat expressæ testatorum voluntati, n.4. p.66

Prohibita verbis ampliſſimis bonorum alienatione, censetur quoque prohibita legitimatio. Et explicatur quomodo procedere possit contraria Manticæ sententia, n.9. ibid.

Legitimatio

Index Rerum,

Legitimatio facta in articulo mortis non nocet substitutis, n.10. ibid.
Legitimatio Archiuii Romani multùm sicca, & debilis est, n.11. ibid.

Legitimatus.

Quando testator proprias filias à successione excluſit, multo magis legitimatas excludere voluisse censendus est, c.124.n.5. p.66
Idem dicendum est, si masculos filiarum excluserit, n.6. ibid.
Aut si fœminarum etiam extranearum legitimatos reiecerit, n.7. ibid.
Excluſis à primo & secundo substitutionis gradu legitimatis, censentur à tota successione excluſi: n.8. ibid.

Liberatarius.

Liberatarius bonorum tenetur ad interesse, non quidem ad ratam summæ, quæ debetur creditoribus ex pretio liberationis, sed ad ratam fructuum qui ex re liberata percipiuntur, c.167. n.10. p.147

Liberatio.

Liberatio à redditione rationis fauorabilior est quando agitur de affinibus, cap. 102. num.11. p.4.
Liberatio generalis, etiam à præteritæ administrationis ratione reddenda, regulari debet ad arbitrium boni viri, n.12. ibid.

Liberi.

Liberi positi in conditione in contractibus, non censentur dispositiuè vocati, ex veriori sententia, c.119.n.9. p.55
Quæstio de liberis in conditione positis, hodie valde anceps est, & ferè Iudicibus arbitraria, n.10. ibid.
Coniectura quod liberi positi in conditione sint vocati, quia descendentes, rejicitur, num. 13. ibid.
Item & coniectura masculinitatis cum digressione ad plures gradus, n.14. ibid.
Maximè si masculi sint positi in conditione affirmatiuè, n.15. ibid.
Idem si testator non habuerit intentionem conseruandæ agnationis, & alia concurrant, de quibus ibidem, n.16. p.55
Qualitas jurisdictionalis quando non faciat coniecturam vocationis filiorum positorum in conditione, n.21. p.56
In casibus, in quibus filii in conditione positi sunt vocati ex conjecturis, non tamen ex eo infertur quod fuerint reciprocè grauati, num. 24. ibid.
Quod agatur de descendentibus, non est conjectura vocationis liberorum positorum in conditione, c.120.n.1. p.56
Rejicitur conjectura vocationis ex eo quod agatur de contractu, n.2. p.57
Ex dispositione in rem concepta quando oriatur conjectura vocationis, n.3. ibid.
Vocatio liberorum positorum in conditione excluditur per contrarias conjecturas, n.7. ibid.
Si testator in vno casu filios in conditione positos expressè vocauerit, excluditur conjectura vocationis in alio, n.11. ibid.
Conjectura ab absurdo vitando potens est pro excluſione vocationis, n.12. p.58
Excluditur vocatio ex conjectura petita à verisimili mente testatoris, n.14. ibid.
Ex eo quod agatur de descendentibus, non ex eo solo positi in conditione censentur vocati, licèt in descendentibus leviores conjecturæ sufficiant, c.121.n.2. p.59
Ampliatur ut procedat, etiamsi ageretur de substitutione contractuali, n.3. ibid.
Mentione filiorum facta sub qualitate legitimorum & naturalium, non ideo infertur vocatio posterum in conditione, n.5. ibid.
Excluſio fœminarum restricta ad certum gradum non arguit vocationem masculorum in conditione positorum, n.8. p.60
Deficientibus verbis tractum temporis successiui importantibus, liberi in conditione positi difficiliùs censentur vocati, n.24. p.61
Favor liberorum prævalet favori piæ causæ, c.147. n.15. p.113
Si testator aliquam summam liberis nascituris ex institutionis reliquerit, satisfecit legi, & eius testamentum sustinetur, cap. 183. numero 2. p.141
Quando per donationem fuit quæsitum jus liberis vti liberis, creditores paterni nihil possunt prætendere super bonis donatis, cap.168. num.4. p.149
Liberi censentur successiuè vocati post patrem, & non simul, etiamsi agatur de collateralibus, quando sunt vocati per nomen collectiuum, cap.176.n.1. p.165
Et hoc casu liberi censentur vocati per substitutionem vulgarem, maximè quando per verbum directum *Instituo*, n.2. ibid.
Quando testator procedit *ad plures substitutionum* gradus, liberi *collectiuo* nomine vocati censentur per fideicommissum substituti, num. 3. ibid.
Intellige ut hoc procedat, quando inter patrem, & suos, adsunt verba tractum temporis importantia, non autem quando sunt apposita inter alios vocatos, n.2. ibid.
Liberi in conditione positi in prima substitutione parte, non impediuntur venire tanquam vocati in secunda parte, in qua proximiores vocantur, n.9. p.167
Quando liberi positi in conditione censentur dispositiuè vocati, idem de illis dicendum est quod de vocatis expressè, c.192.n.17. p.176

Linea.

Pia causa substituta, deficiente linea masculina, excludit fœminas descendentes ex vltimo masculo, c.183.n.1. p.178
Et similiter excludit neptem ex vltimo masculo natam, n.2. ibid.
Filia primi gradus non est de linea masculina, sed est principium lineæ fœmininæ, n.5. p.179
Filia vlterioris grauati dicitur de linea testatoris, num.6. ibid.
Contrarium tenet Duranus Rotæ Auditor, sed verius est, n.7. ibid.
Facta mentione descendentium ex linea masculina, potior est causa filiæ ex illa linea descendentium contendit aduersus substitutum extraneum, saltem durante vita filiæ, n.8. ibid.
Filia ex linea masculina prouenies excluſa etiam piam causam substitutam, n.9. ibid.

Litera Cambii.

Ex literis cambii oritur hypotheca secundum dispositionem Statuti Auenionensis, videlicet per recognitionis ipsarum, c.167.n.1. p.147
Literæ cambii habent hypothecam aduersus etiam aduersus creditores in instrumento resignationem continente posteriori, n.2. ibid.

Quando

Quando debitor qui scripsit literam cambii in Civitate Avenionensi, solvendam Lugduni, vult solvere summam principalem in hac eadem civitate Avenionensi, creditor tenetur illam recipere, quia tunc degenerat in naturam mutui, num.6. ibid.
Creditor potest recipere interesse à debitore volente, etiam literis non præsentatis, si verè tanti ejus interfit, n.8. ibid.

Litis pendentia.

Qui opponit coram Iudice de litis pendentia coram alio Iudice, si videat non obstante oppositione procedi ad ulteriora, tenetur appellare, alias sibi præjudicat, c.178.n.4. p.169

Locumtenens.

Dignitas Locumtenentis Rectoris Comitatus Venaissini, inter Senatorias numerari potest, c.116. num.1. p.45
Vicerector gaudet iisdem immunitatibus, quibus gaudet Actor, n.4.& 7. p.46
Intellige hoc procedere, quando agitur de Locumtenente deputato à Principe, secus si esset deputatus ab ipso Rectore, n.5. ibid.
Mortuo, vel revocato Rectore, adhuc durat officium Locumtenentis à summo Pontifice deputati, num.6. ibid.

Locupletior.

Quando contractus est nullus, qui allegat contrahentem ex eo fuisse factum locupletiorem, tenetur hoc probare, cap.187.n.13. p.183

Locus.

Locus loci est de substantia contractus, c.175.n.15. p.180

Lucrativum.

Duo tituli lucrativi circa eandem rem concurrere non possunt, c.158.num.2. p.134. & c.191.n.8. p.190
Dos est titulus lucrativus, n.9. ibid.
Duæ causæ lucrativæ simul concurrere possunt, quando tendunt ad diversa, n.10. ibid.

Lucrum.

Lucra nuptialia omnino liberis illius matrimonii sunt reseruanda. Intellige ut infra, c.115.n.6. p.44
Lucra non nuptialia sunt in libera dispositione vxoris ad secunda vota non conuolantis, dummodo tamen expresè disponat, alioquin omnes liberi in illis succedunt æqualiter, num.6. ibid.
Explicantur variæ constitutiones contrariæ circa acquisitionem istorum lucrorum nuptialium, & potestatem de eis disponendi, quando mater non transit ad aliud matrimonium, num. 13. ibid.

M

Mala fides.

Mala fides quæ inducitur per litis contestationem, non est mala fides vera, sed præsumpta, seu ficta, c.114.n.1. p.41
Mala fides præsumpta non impedit cursum præscriptionis 30. annorum, n.2. ibid.
Ampliatur ut hoc procedat etiam de jure Canonico, n.3. ibid.

Magistratus.

Magistratus temporalis durante officio accusari non potest, c.178.n.1. p.169
Magistratus non possunt ex generali consuetudine accusari nisi de dolo, barataria, & aliis extorsionibus: num.2. ibid.

Mandans.

Causæ mandantis delictum, & mandatarii, debent tractari coram eodem Tribunali, si ambo sint sub eodem Principe, c.153.n.19. p.127
Multoque fortiùs hoc procedit in causa auxiliatoris, & principalis, ne continentia causæ diuidatur, & ut euitetur perplexitas, n.20. ibid.

Manutentio.

Manutentio non datur nisi probata possessione, c.134.n.1. p.86
Actus qui non fuit factus jure seruitutis, non est manutenibilis, c.169.n.12. p.152

Maritus.

Distinguntur casus in quibus tota pecunia præsumitur peruenisse ad maritum, quando tam ipse, quàm vxor fatentur solutionem recepisse, c. 122.num.5. p.62
Maritus tenetur restituere vxori, vel ejus hæredibus, fructus bonorum extradotalium, cap.123. n.10. p.64
Quando maritus constante matrimonio bona vxoris simul cum ipsa alienauit, præsumitur totum pretium ad maritum peruenisse, c.156.n.1. p.110

Masculi.

Masculos descendentes ex fœmina, secundùm aliquorum sententiam, comprehendi sub nomine *masculorum*, cuius contrarium alii verius esse crediderunt, cap.112. numero 6. Super quo referuntur variæ sententiæ Manticæ, & Menochii, in eadem causa scribentium, ibid.n.5. p.36
Sed tamen aduersus sententiam Manticæ fuit judicatum contra masculos ex fœmina descendentes, num.7. ibid.
Concordantur diuersæ sententiæ, ut masculi descendentes ex fœmina admittantur ad fideicommissum, quando testator non habuit rationem conseruandæ agnationis; si enim agnationem contemplatus fuerit, masculi descendentes ex fœminis repelluntur, n.8. ibid.
Verius tamen est, totum hoc pendere ex conjecturata testatoris voluntate, n.9. ibid.
Qualitas primogeniti masculi sæpiùs repetita infert exclusionem masculorum descendentium ex fœmina, n.10. ibid.
Appellatione liberorum, & descendentium masculorum, veniunt masculi descendentes ex fœminis, quando agnatio non est contemplata, n.20. p.37
Prædilectio masculorum dat conjecturam fideicommissi inter ipsos, tam actiuè, quàm passiuè, c.152.num.2. p.123
Verba affirmatiua, quod quandiu extabunt masculi, ipsi succedant, exclusis fœminis, arguunt vocationem masculorum successiuam, num.9. p.124
Affectio testatoris erga masculos in genere, colligitur ex aliis partibus eiusdem testamenti, c. 192.num.18. p.192

Masculinitas.

Qualitas masculinitatis non est incompatibilis cum qualitate hæreditaria, cap. 119. num. 3. p.54
Qualitas masculinitatis quantum operetur ad inducendam filiorum vocationem, c.120. num.5. p.57
Sola consideratio masculinitatis non arguit contemplatio

templationem agnationis, cap.121.n.4. p.59
Sola consideratio masculinitatis non inducit fideicommissum agnatitium, c.125.n.20.p.70. Vide tamen infrà, c.127. & 130.
Masculinitas, & agnatio ferè pro eodem sumuntur, c.127.n.5. p.73
Aliud est fideicommissum esse masculinum, aliud agnatitium, c.130.n.1. p.78
Ex repetita tamen masculorum vocatione, resultat præsumptio fideicommissi agnatitii, nisi fœminæ aliqua in parte testamenti fuerint vocatæ, n.2. ibid.
Masculinum fideicommissum restringitur ad personas, & gradus per testatorem consideratos, num.3. ibid.

Mater.

Mater habet virilem portionem lucrotum nuptialium, de qua liberè disponere potest, si ad secunda vota non conuolauerit, cap.115. num. 10. p.44
Intellige, modò liberi superuiuant matri, aliàs de toto disponit, num.11. ibid.
Quid si mater expressè de hac virili portione non disposuerit, n.12. ibid.
Proponuntur rationes, quare matre non disponente de hac virili portione, omnes liberi admitti debeant æqualiter, n.14. ibid.
Refertur fuisse judicatum, quod hæc virilis portio transeat ad hæredes matris, quando de ea expressè non disposuit, ibid.num.16. Sed hæc sententia rejicitur, ibid. p.45
Si mater non fuerit deputata tutrix per maritum, inde colligitur, illam marito non multùm dilectam fuisse, c.132.n.5. p.82
Et hoc casu desumitur conjectura ad excludendam matrem à legitima, in substitutione compendiosa, num.7. p.86
Mater quæ non petiit tutorem fideicommissariam, ad quam vocata est, c.136.n.11. p.91
Quando filio datus est substitutus pupillaris, onus petendi tutorem ipsi pupillo spectat primo loco ad substitutum pupillarem, num.12. ibid.
Mater si tutorem pupillo non petierit, excusatur, quando aderant tutores legitimi, n.13. ibid.
Si unus ex affinibus de facto, & sine ludicis decreto administravit, mater excusatur, si tutorem pupillo dari non petierit, n.14. ibid.
Mater habens probabilem causam ignorantiæ, excusatur à pœnis non petiti tutoris, n.15. ibid.
Qui dicit matrem successione pupilli privandam, ex eo, quod ipsa non petierit tutorem pupilli, tenetur probare hanc negativam, vti fundamentum suæ intentionis, n.16. ibid.

Matrimonium.

Conuentiones matrimoniales pertinent ad maritum, & ejus liberos, & vxorem, quasi in vim transactionis, c.168.n.14. p.150

Melioramenta.

Exceptio melioramentorum, & augmenti valoris bonorum, potest opponi etiam post sententiam, cùm illam non impugnet, c.101. n.6. p.2
Donatis fundis, censentur quoque donata melioramenta tempore donationis existentia, tanquam pars bonorum donatorum, c.154.n.4. p.128
Liquidatio melioramentorum non valet, nisi fiat compensatio illorum cum deteriorationibus, n.7. ibid.
Ampliatur etiamsi deterioratio facta fuerit in re diuersa, n.8. ibid.
Quando minus est impensum, quàm melioramentum, id quod minus est, restitui debet, numero 11. ibid.
Æstimatio melioramentorum fieri debet habita ratione ad tempus præsens, n.12. ibid.
Expensæ factæ in plantatione arborum, non sunt tales quæ perpetuam fundi vtilitatem concernant, num.13. p.[illegible]
In æstimatione melioris factæ per plantationem vinearum, debet haberi respectus ad tempus, quo plantans illarum fructibus vsus est, & vineæ in valore sunt diminutæ, numero 14. ibid.
In æstimanda melioratione plantationis arborum, non debet illarum fieri æstimatio quantum nunc valent, sed sola expensa plantationis, & educationis inspici debet, n.15. ibid.
Possessor suos facit fructus, quos ex meliorationibus per eum factis percepit, numero 17. p.129

Miles.

Testamentum censetur factum jure militari, si in eo adhibitæ non fuerint solemnitates requisitæ de jure communi, c.135.n.8. p.[illegible]
Priuilegium testandi jure militari competit multitibus nostri temporis, qui actu militiam exercent, num.9. ibid.
Ex testamento militari succeditur in omnibus bonis, vel in parte ipsorum, secundùm voluntatem testatoris, qui potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, n.10. ibid.
Substitutio militaris restricta ad certa bona, non trahitur ad vniuersitatem bonorum, n.11. ibid.
Vtrùm ad hoc ut testamentum sustineatur jure militari, sit opus, militem esse in actu expeditionis, remissiuè, n.12. ibid.
In testamento militari, substitutio quibuscunque verbis concepta sit, valet potius in vim fideicommissi, c.136.n.9. p.90
Vtrum necesse sit pro validitate militaris testamenti, ut miles sit in castris, & in actuali expeditione, c.137.n.1. p.[illegible]
In testamento militari debent saltem duo testes interuenire, illique rogati, cum non sint in actuali expeditione, & quibus casibus hoc procedat, n.2. ibid.
Scriptura testamenti militaris probari debet per legitimas probationes, quod sit eadem scriptura scripta manu propria militis testatoris, n.3. ibid.

Minor.

Minor obligatur propter juramentum, si non sit enormiter, aut enormissimè læsus, competit illi restitutio in integrum, c.173.n.8. p.[illegible]
Læsio tamen minoris non potest considerari in renunciatione, quæ fit intuitu ingressus in Religionem, secus si fiat respectu sacerdotii suscipiendi, n. 9. ibid.
Donatio facta per minorem suo curatori, non subsistit, c.196.n.3. p.[illegible]
Fallit in donatione conditionali, n.4. ibid.

Mixtura.

Quando dubitatur vtrum sententia, à qua fit appellatum, contineat mixturam, attendendus est solùm verba sententiæ, c.172.n.1. p.[illegible]
Quando in certis capitibus adest mixtura in sententia, non ideo retardatur executio quoad capitula separata, in quibus non adest mixtura, c.[illegible] num. 14.

Quæ deducta fuerunt in sententia tantùm per modum causæ, non inducunt mixturam, n.15. ibid.
Liquidatio summæ ad effectum possessorii, in ipso judicio possessorio, non facit sententiam continere mixturam, c.190.n.5. p.188

Mobilia.

Mobilium domus reseruatio non continet pecuniam destinatam ad expendendum, c.158. n.12. p.134
In dubio pecunia non venit appellatione mobilium, n.13. ibid.
Ex communi vsu loquendi in Gallia vtrùm, & quando pecunia veniat appellatione mobilium, & quid judicetur hac in re apud Gallos, n.14. ibid.

Molendinum.

Seruitus molendi in certo molendino, imposita toti Communitati, est realis, cap.150.numero 1. p.118
Seruitus molendi strictam recipit interpretationem, n.2. p.119
Cui competit jus molituræ in molendino bannali, non potest quidquam exigere de granis quæ portantur extra territorium, n.11. p.120
Qui per multum tempus ivit ad furnum, seu molendinum, non potest cogi ad continuandum, nisi id fecerit jure seruitutis, cap.169. num. 14. p.152
Maximè quando agitur contra Dominum jurisdictionalem, qui habet titulum, n. 15. ibid.

Molestia.

Prohibitus aliquem molestare, non impeditur recurrere ad Iudicem ex justa causa, maximè si adsit culpa aduersarii, c.149.n.15. p.117

Monasterium.

Bona delata monacho post professionem, acquiruntur monasterio, c.194.n.6. p.195
Quoad effectum ut Religiosus, seu Monasterium ejus loco succedat, habetur pro viuo, num. 11. ibid.

Moneta.

Damnum proueniens ex mutatione monetarum, cedere debet in detrimentum debitoris morosi, c.159.n.1. p.135
Quamuis nullum emanauerit edictum Principis, communis cursus monetarum attendendus est, qualis est inter mercatores, & alios, num.5. ibid.
In judicando valore monetarum, non est respiciendum ad solum vsum mercatorum, sed communis vsus inspiciendus est, n.6. ibid.

Mora.

Qui tenetur ad solutionem summæ principalis, est prior in mora, si non obtulerit, aut deposuerit; statim verò is, qui debet majorem valorem monetæ, constituitur in mora, & non antea, c.159. n.4. p.135

Mors.

Casus mortis non trahitur ad casum non natiuitatis, quando agitur de præiudicio filiæ prædilectæ, c.129.n.4. p.77
Mors ciuilis æquiparatur naturali, quando ex illa resultat idem effectus, c.194.n.12. p.195
Item quando in vtroque casu eadem ratio militat, mors ciuilis & naturalis æquiparantur, num.13. ibid.

Mortuus.

In bonis sitis in Gallia datur manutentio hæredi, quia ex generali consuetudine mortuus saisit viuum, c.110.n.3. p.27

Mulcta.

Domini Iurisdictionales manutenendi sunt in quasi possessione exigendi pœnas, & mulctas consuetas, c.169.n.1. p.151
Ius exigendi pœnas & mulctas dependet à jurisdictione Domini, & non à Communitate, n.3. ibid.
Sicut subditi non possunt pœnas & mulctas indicere, nisi Domini, aut ejus Officialium interueniente consensu, ita nec impositas minuere, n.4. ibid.
Pœnæ, & mulctæ, quæ diuturno tempore solutæ fuere, sunt potius consuetudinariæ quàm conuentionales, n.5. p.152
Dominus non potest pœnas, & mulctas augere sine consensu populi, n.6. ibid.

Mulier.

Mulier quæ transiuit ad secunda vota, excluditur à legitima in casu substitutionis pupillaris contentæ in compendiosa, c.132.n.8. p.83
Mulier luxuriosè viuens intra annum luctus, priuatur omnibus sibi relictis, & cui talia bona applicentur, c.168.n.9. p.149
Bona quæ auferuntur à muliere luxuriosè viuente intra annum luctus, applicantur personis enumeratis *in l. 1. C. de secund. nupt.* nec creditores mariti super illis quidquam prætendere possunt, n.10. ibid.

N

Naturalis.

Filia naturalis à patre inuito nihil præter alimenta consequi potest: ex testamento verò paterno quando vnam, vel duas vncias capere possit, c.187.num.1. p.182
Dos filiæ naturali à patre data, est loco alimentorum, n.3. ibid.
Liberi naturales non habent jus querelandi paternum testamentum, in quo sunt præteriti, num.2. ibid.

Negatiua.

Quando dispositio negatiua habet implicitam affirmatiuam, idem de ea judicandum est quod de affirmatiua, c.192.n.16. p.192

Nepotes.

Filiorum appellatione non continentur nepotes, c.112.n.19. p.38
Per illa verba, *substituit superviventes, & suos*, nepotes sunt vocati per vulgarem, si primus gradus deficiat, c.118.n.6. p.50
Ex legato dotis facto filiabus liberorum, colligitur conjectura exclusionis nepotum, quia si eos vocasset, prouidisset etiam de dotibus in hoc gradu, c.119.num.12. p.55

Nomen.

Vocatus nomine proprio cæteris præferendus est, c.112.n.17. p.38
Nomina possessiua, *meum*, & *suum*, regulariter referenda sunt ad existentes tempore testamenti, c.163.n.8. p.141
Ad sustinendam validitatem testamenti, nomina possessiua comprehendunt etiam eos, qui nascuntur post tempus testamenti, n.9. ibid.
Creditores agere possunt contra nomen debitoris nondum exactum, & nondum compensatum, non obstante datione in solutum alicui facta, c.175.n.5. p.163

Nominatim.

Substitutio quando dicatur alicui nominatim facta, c.110.n.47. p.31

Quando substitutus potest intrare per vulgarem in fideicommisso, non attenditur illa quæstio de substitutione nominatim facta, n.48. p.32
Quando substitutio facta fuit alicui simul nomine proprio, & appellatiuo, non dicitur nominatim facta, quia prævalet, quoad hoc, appellativum, c.161.n.5. p.139

Notarius.

Officium notarii præcipuè consistit in eo, ut fideliter universa judicii acta conscribat, c.126. n.2. p.71
Notarius tantùm tenetur de dolo, & lata culpa, id est dolo proxima, n.4. ibid.
Monere Superiores de causis criminalibus, potiùs spectat ad Iudices quàm ad notarios; sed nec Iudices ad id tenentur regulariter, numero 5. ibid.
Notarius, tanquam talis, non tenetur acta deferre sine jussione Iudicis, ibid. n.6. p.72
Notarius non est privandus officio, vel illius exercitio, nisi in ipso officio deliquerit, numero 7. ibid.
In tribus dumtaxat consistit munus officii notariatus, & quibus, num.8. ibid.
Notarius malè facit excedendo metas sui officii, num.9. ibid.
Notarii possunt scribi facere acta judicialia per juvenes,& substitutos,num.10. ibid.
Notarius habet pro se præsumptionem, cùm ejus persona sit approbata à publico, numero 11. ibid.
Notario actorum fides plenè adhibetur in judicialibus, c.188.n.3. p.184

Novatio.

Novatio non inducitur, quando agitur de contractu separato, & independenti à primo, cap.122. num.13. p.63
Ex quibus excludatur novatio, quando uxor fecit contractum marito authorizante, numero 14. ibid.
Novatio fit retentis eisdem terminis primi contractus, n.15. ibid.
Quando agitur de dote,non fit novatio nisi quatenus fuerit utilis, num.16. ibid.
Novationem fieri ex quibus impediatur, num.17. ibid.
Cui solvi non potest, ille novare non potest, n.18. ibid.
Etiamsi quis perceperit per plures annos census annuos currentes, de manu debitoris delegati, non propterea censetur novasse obligationem,c.128. num.19. p.76
Novatio sub conditione sufficientiæ debitoris delegati facta, resolvitur, si casus insufficientiæ evenit,c.198. n.11. p.202

O

Oblatio.

Possessor bonorum pluribus creditoribus obligatorum, potest offerre creditum anteriori,ad illius exclusionem, c.101.n.1. p.1
Creditor habet jus offerendi adversus tertium possessorem, cui pignus venditum,aut in solutum datum est, quamvis pignus plus valeat quàm creditum anterius, n.2. ibid.
Quando possessor offert creditori, non tenetur illi solvere totum illius creditum, sed tantum usque ad valorem prædii temporis oblationis, deducto valore melioramentorum,si facta fuerint,etiamsi minùs impensum fuerit quàm valeant meliora-
menta, n.3.
Quando creditor offert possessori, tenetur solvere verum valorem prædii, etiam extrinsecum, & ex solo temporis beneficio auctum, n.4. p.1 ibid.
Ius offerendi non competit nisi ratione hypothecæ, num.5. ibid.

Observantia.

Observantia multùm potest ad interpretationem voluntatis, n.21. p.47
Observantia non probat,quando agitur de conventione in qua nullum adest dubium; tunc enim non prodest nisi fuerit præscripta, c.117.num.3. p.48.
In interpretatione voluntatis testatoris circa substitutiones,multùm attendi debet quid fuerit observatum tempore præterito,c.119.n.8. p.55
Observantia multùm potest in interpretanda testatoris voluntate, c.125.n.19. p.70
Diuturna observantia declarat dubiam substitutionem, c.138. n.19. p.87

Occidendi animus.

Etiamsi plures adessent percussiones, non tamen ex eo per necesse concluditur animus occidendi, c.171.n.22. p.156
Animus occidendi excluditur ex qualitate instrumenti,quo occidens usus est, quod quotidie præ manibus habebat, n.23. ibid.

Occidens.

Occisor tenetur ad damna, & interesse, si modum inculpatæ tutelæ excesserit, cap.171.numero 26. p.156.
Quæ damna hæredibus occisi adjudicanda sunt, remissivè, n.30. ibid.
Explicatur text. *in l. inde Neratius, ff. ad leg. Aquil.* n.31. p.157

Officialis.

Officialis non potest præiudicare successori, renunciando priuilegio immunitatis concesso Dignitati, c.116.n.8. p.46
Scientia Officialium Baronis non sufficit in præiudicialibus contra jurisdictionem ipsius, cap.169 n.18. p.151

Officium.

Obligatio contracta pro Officio emendo, est causa acquisitionis illius Officii, cap.147.numero 11. p.113
In Societate Officii Notarii, lucra ex transeuntia communicanda sunt à die contractæ societatis, c.165.n.2. p.144
Qua ratione diuersimodè consideretur in societate Officii casus mortis Principalis, & illius qui ad societatem admittitur, n.3. ibid.
Societas Officii non contrahitur super titulo, qui semper apud Principalem remanet, vita durante ipsius; sed tantùm super fructibus illius, &c. ibid.
si Officium pereat, perit domino Officii, non autem illi, qui ad solos fructus, seu utilitates admissus est, n.11. ibid.
si Officium non periret domino,societas esset feminina, stante pacto quod admissus ad societatem, in ea solus operari deberet, n.12. ibid.
Inæqualitas pactorum societatis Officii quomodo reduci debet ad æqualitatem, & quæ hac in re considerationes adhibendæ sint, n.14. p.145
Officia in Gallia sunt effecta venalia & hæreditaria, etiamsi essent simplices Iudicaturæ Regiæ, sunt hæreditaria, non quoad titulum, sed quoad æstimationem,c.193.n.1. p.175

Hodiernis temporibus Officia Regia non capiunt totum suum esse à Rege, n.2. ibid.
Venditio Officiorum voluntaria permittitur, non necessaria per pignorationem, n.3. ibid.
Sed hodie etiam Officiorum pignoratio permittitur in quibusdam Parlamentis, n.4. ibid.
Venalia dicuntur Officia, quando Princeps facilis est in concedendo illorum alienationem, num.5. ibid.
Quando agitur de collatione vel imputatione Officii in Legitimam, illius æstimatio fieri debet habito respectu ad tempus mortis paternæ, num.6. p.193.
Officia dividi non possunt, ideò in illis valor succedit loco rei, n.7. ibid.
Detractio Officii pro juribus hæredis gravati, non habet eandem rationem, quam illius imputatio, vel collatio, n.8. ibid.
Officium quod capitur ab hærede gravato pro suis detractionibus, debet æstimari juxta valorem temporis restitutionis fideicommissi, num. 9. p.193
Quamvis Officia Regia computarentur inter mobilia, deberent nihilominus æstimari juxta tempus restitutionis fideicommissi, numero 12. ibid.
Si solum Officium debeat imputari in detractiones, quomodo fieri debeat illius æstimatio, num.13. ibid.
Verior est sententia, & receptior, Officium hoc casu æstimandum esse juxta pretium, quo fuit alienatum, n.14. p.197
Limita, nisi alienatio esset fraudulenta, hoc enim casu vera æstimatio fieri deberet, numero 15. ibid.

Oldradus.

Ratio non recedit à *consilio* 21. Oldradi, propter solam fœminarum exclusionem, cap.125. n.21. p.70
Vt ex sola masculorum vocatione, & fœminarum exclusione inducatur fideicommissum perpetuũ, oportet quod hoc fiat per totam familiam, tam effectiuam, quàm contentiuam, n. 22. ibid.
Alioqui substitutio restringitur ad casus expressos, n.23. ibid.
Ab Oldradi *consilio* 21. recediturr, quando constat de voluntate testatoris pro fideicommisso agnatitio perpetuo, c.143.n.10. p.106
In Gallia facilè recedit à *consilio* 21. Oldradi, propter fauorem familiæ, ex æquitate, num.15. p.107.

Olivæ.

Pro jure cogendi ad detricandas oliuas in molendino proprio, competit manutentio existenti in possessione, c.148.n.9. p.115.

Onus.

In iis quæ pro non scriptis sunt, onus adjectum etiam pro non scripto habetur, cap.158.num.5. p.134

Opinio.

Argumentum ex testatoris opinione desumptum non habet locum in casu diuerso, in quo non eadem militat ratio, c.132.n.10. p.83
Opinio testatoris in æstimatione rei relatæ, præualet veritati, c.197.n.22.& 23. p.200

Ordo.

Ordo solus scripturæ non dat prælationem masculis, nisi alia concurrant, c.192.n.6. p.191
Ordo successionis regulatur juxta successionem ab intestato, n.7. ibid.
Ordo necessitatis quis sit in institutionibus, n.8. ibid.
Inter substitutos considerari etiam potest ordo affectionis, n.9. ibid.
Dum tractatur de prælatione plurium substitutorum inter se, præcipuè consideratur ordo affectionis, & ordo necessitatis, n.10. ibid.
Ordo affectionis non consideratur inter grauatum, & substitutum, sed solùm respectu personæ testatoris, n.11. ibid.

P

Pactum.

PActa omnia in contractu emphyteutico apposita, sunt pars contractus, & ab eo separari non possunt, c.148.n.1. p.115
In dubio pactum potius præsumitur reale, quàm personale, n.5. ibid.
Pacta quæ imponunt obligationem aliquid faciendi, excludunt jus facultatiuum.n.7. ibid.
Omnia pacta eiusdem contractus censentur correspectiua, n.8. ibid.
Pactum de quota litis inter Aduocatum & clientem, nullum est, c.178.n.7. p.169
Maximè quando pactum factum est in casum victoriæ, n.8. ibid.
Pactum factum de certa summa solvenda Advocato, in casum victoriæ, est validum, si conventum non fuerit nihil deberi in casum non victoriæ, num.9. ibid.
Pactum de solvenda certa summa Advocato, est validum, si non fiat per modum quotæ, & summa sit moderata, n.10. ibid.

Pater.

Pater, legitimus administrator bonorum filii sui, non tenetur rationem reddere de neglectis, c.102. n.1. p.3
Quod maximè procedit, si hoc sibi pater in donatione expressè reservaverit, n.2. ibid.
Pater legitimus administrator bonorum filii, non tenetur de mobilibus per negligentiam deperditis, vel consumptis, n.3. ibid.
Pater cui conventa, vel directa, aut reservata est liberatio verbis amplissimis, non tenetur filio rationem reddere, nec reliqua præstare, num.8. pag.3.
Sed hoc intelligendum est de administratione præterita, non autem de futura, n.9. p.4
Pater qui donavit filio in contractu matrimonii, non potest alienare, aut dissipare bona donata, in præjudicium uxoris & liberorum, quibus jus est quæsitum, n.10. ibid. Intellige ut exponitur. ibid.
Pater per generalem liberationem non censetur liberatus ab administratione dolosa, sed tantùm à culposa futura, n.13. p.4
Pater si bona donaverit filio franca, & exempta ab omnibus debitis, non potest pecunias ex bonis donatis provenientes convertere in solutionem propriorum debitorum, n.14. ibid.
Pater qui à redditione rationis liberatus est, non tamen consequitur liberationem, si ex bonis suæ administrationis factus fuerit locupletior, n.15. ibid.
Pater mortuo filio donatario, habet usumfructum in bonis per eum filio suo donatis, quæ transiverunt ad nepotes, c.113.n.19. p.40
Contrarium multi Doctores tenuerunt, verior tamen est prior sententia, n.22. p.41

Index Rerum,

Pater authorizando donationem filiifamilias, sibi non præjudicat in usufructu legali, num.21. ibid.

Pater utrùm teneatur cavere, si exigat pecunias filio suo debitas, num.23. ibid.

Pater usufructuarius bonorum adventitiorum filii, tenetur ex fructibus solvere debita annua, 123. num.12. p.65

Bona patris, legitimi administratoris, sunt tacitè hypothecata filio pro mala administratione, num.13. ibid.

Et ista hypotheca oritur à die quo pater inchoavit administrationem, n.14. ibid.

Pecunia.

Pecunia dicitur extare, quando debitor desiit dolo illam possidere, c.175.n.11. p.163

Et hoc casu creditores habent electionem utrùm agere velint ad rem, vel ad pretium, num.12. ibid.

Stante mala fide, pecunia quamvis consumpta, censetur extare, n.15. ibid.

In generali dispositione non venit pecunia ad satisfaciendum creditori destinata, c.198. num.4. p.201.

Periti.

Quando periti debent æstimare plura diversa corpora, debent quodlibet corpus separatim æstimare, & referre, cap. 106. numero 1. p.11

Relatio est incerta, & invalida, quando ex ea non potest sciri quid reddat vnumquodque corpus, n.2. ibid.

Peritus qui non fecit certam relationem, tenetur declarare suum sensum, & ad id cogi potest officio Iudicis, n.3. ibid.

Periti tenentur relationem facere de omnibus quæ veniunt in consequentiam suæ nominationis, c.106.n.7. p.12

Quantitatis fructuum qui percipiuntur ex prædiis, tanquam in animo consistentis, declaratio per solos expertos fieri potest, n.9. ibid.

Peritus ratione muneris assumpti cogi potest ad declarandum id, quo non declarato, quis fit locupletior cum aliena jactura, n.12. ibid.

Iudex cogere potest peritum, tanquam testem, ad declarandum suam relationem, n.18. p.13

Iudex potest cogere peritos ad faciendam declarationem suæ relationis, tam ex officio, quàm ad instantiam partis, n.19. ibid.

Præsumitur de jure quod peritus omnia consideraverit, n.20. ibid.

Peritus cogi potest ad declarandum ea, quæ nullus alius præter ipsum scire potest, n.21. ibid.

A Peritis nihil magis requiritur quàm veritas, n.23.p.13

Peritus non tenetur reddere rationem suæ relationis, nisi agatur de iis quæ cadunt sub sensu corporeo, n.31. ibid.

Relatio periti facta contra formam juris, perinde est ac si facta non fuisset, n.34. p.14

Tribus peritis facientibus singulis diuersam relationem, nulla illarum est habenda ratio, ex mente plurium Doctorum, cap. 107. num. 19. p.17

Si non pretium, sed aliqua alia liquidatio commissa fuerit peritis, deueniendum est ad alios peritos, à partibus, vel à Iudice eligendos, n.20. ibid.

Iudici licitum est interrogare peritos à partibus electos, n.21. ibid.

Iudicem teneri examinare peritos, aliàs illorum relationem non subsistere, aliqui DD. existimarunt, n.22. ibid.

Iudex potest peritos si velit examinare, cap.107, n.23. p.17

Iudex potest relationes peritorum corrigere, & de illarum veritate aliunde inquirere, num. 24. ibid.

Etiam post didicita testificata, immò & in causa appellationis peti potest correctio relationis periti, n.26. ibid.

Vbicumque versatur interesse partis Iudex potest cogere peritum ad declarandam suam relationem, c.108.n.12. p.20

Quando partis requisitio præcessit relationem periti, res semper dicitur integra ad obtinendam illius declarationem, n.13. ibid.

Peritus non potest allegare obliuionem, quando præcessit protestatio partis, n.14. ibid.

Relatio peritorum super valore præsentis temporis meliorationum, non subsistit, nisi periti fuerint informati de statu antiquo: cap. 154. num.1.p.107

Pes.

Pes in jure quomodo mensurari debeat, cap. 140. n.6. p.101

Petitorium.

Quando exceptio petitorii fuit admissa in judicio possessorio, cùm tamen admitti non debuisset, imputandum est illi qui non contradixit, c. 172.n.10. p.158

Pluralitas.

Substitutio de præmortuis, & suis in plurali, resoluitur in singularitates, c.118.n.10. p.31

Maximè verò hoc casu pluralitas resoluitur in singularitates, quando substitutio reciproca facta est per alternatiuam, n.11. ibid.

Pluralitas non resoluitur in singularitates, quando adest persona prædilecta substitutum excludens, c.129. n.9. p.77

Quod non solùm habet locum in substitutione fideicommissaria, sed etiam in pupillari, n.10. ibid.

Pœna.

Pœna priuationis officii est dumtaxat ciuilis, quando alia pœna per Iudicem imponitur, cap.[illegible] n.12. [illegible]

Pœna *l. si quis major, C. de transactionibus*, non hodie locum habere potest: cap. 142. num. [illegible] p.104.

Pœna *dictæ l. si quis major*, non habet locum nisi vero dolo concludenter probato: num.4. ibid.

Communitates vtrùm possint facere statuta pœnalia sine authoritate Domini, remissiuè: cap. num.7.p.152

Qui post datam sibi mentitam, vel alapam, occidit, non est puniendus pœna mortis, sed leuiori, c.171.n.17. p.[illegible]

Qui alium occidit ridentem quòd quis in lapidem impegerit, non est puniendus pœna ordinaria, sed mitiori, n.18. ibid.

Occidens eum qui nondum alapam impegit, sed se præparabat ad illam dandam, mitius puniendus est, n.19. ibid.

Pons.

Pontem non licet extendere ad territorium alienum, c.133.n.14. p.[illegible]

Possessio.

Licentia data fideicommissario capiendi possessionem propria

propria authoritate, non potest exerceri quando sunt faciendæ detractiones, c.104.n.6. p.7
Ampliatur ut locum etiam habeat in hærede hæredis, n.7. ibid.
Si alicui concessa fuerit medietatis fructuum perceptio, possessio non debet esse penes donatarium, sed penes donantem, ne ex communione possessionis discordia oriatur, cap.111. num.8. p.33
Possessio rei communis debet remanere apud partem principalem, n.9. ibid.
Possessio cui jus resistit, est manutenibilis si sit alicuius temporis considerabilis, cap. 133. n. 5. p.84
Possessio capta vigore decreti præcipitanter lati, & sine probationihus, non est manutenibilis, n.6 ibid.
Possessio particularium non dicitur possessio Communitatis.n.7. ibid.
Possessio cui jus resistit, non est manutenibilis, n.15.p.85
Possessio cui jus resistit non est manutenibilis, nisi habeat fomentum in petitorio, & simul cum eo debet judicari, n.17. ibid.
Qui à sua possessione iectus est authore Prætore, manutenendus non est, n. 18. ibid.
Locatio an probet possessionem, cap.134.num.4. p.86
Possessio probari debet de tempore motæ litis, n.5. ibid.
Possessio quæ dedit causam liti, non est attendenda, n.6. ibid.
Possessio probari debet clarè, & per actus distinctos, n.8.ibid. & n.24.p.88.
Scientia, & patientia aduersarii requiritur in possessione, n.11.& 20. p.87
Possessio capta non citato hærede, non subsistit, etiamsi esset vacans, c.136.n.17. p.91
Fideicommissarius debet capere possessionem de manu hæredis, vel petere ut hæreditati iacenti prouideatur de curatore, n.18. ibid.
Possessio continuatur per colonos absque noua apprehensione, n.19. ibid.
Qui solam allegat possessionem, maximè vitiosam, non est legitimus contradictor, numero. 22. ibid.
Possessio, seu quasi, jurisdictionis vniuersalis, facit ut Domino danda sit manutentio in actibus particularibus à jurisdictione dependentibus, c.169.n.2. p.151
In dubio possessio potius censenda est cumulativa, quàm priuatiua, n.19. p.152
Quando quis solùm possessionem instrumentalem adeptus est, ille qui conuenitur post illam sic adeptam interim manutenendus est, non obstante productione alterius tituli, si tempore quo fuit immissus nihil fuit oppositum, cap. 172.n.8.p.158
Qui non possidet, non est citandus tempore immissionis, n.9. ibid.
Ratione hypothecæ cum Constituto, continuari potest possessio,vel capi,si sit vacans,nempè ante aditionem hæredis, cap.189.n.9. p.187

Posthumi.

Nomen *Posthumi*, est appellatiuum, quod refertur ad plures personas sub illo nomine comprehensas, c.163.n.4. p.141
Fallit si testator nominauerit posthumos ex certa vxore nascituros, aut si dixerit, *ex mea vxore, quæ nunc prægnans est*.n.5. ibid.
Vt excludantur posthumi ex alia uxore, oportet ut testator nominatim, aut taxativè locutus fuerit de uxore tunc vivente,n.6. ibid.

Præceptum.

Præcepta irrationabilia testatorum non sunt attendenda, c.149.n.11. p.117

Prædilectio.

Nominatus nomine proprio, censetur prædilectus aliis comprehensis sub nomine collectiuo, c.112.n.12. p.37
Nepotes censentur prædilecti in ea portione, ad quam illorum pater vocatus fuit, c.118. n. 22. p.52
Prædilectio pro conseruatione familiæ magis cadit in remotiores, n.23. ibid.
Argumentum à prædilectione procedit negatiuè, non autem affirmativè, n.24. ibid.
Absurdum est, minus dilectos vocari, exclusis magis dilectis, c.127.n.19. p.74

Prædium.

Quando inuito domino quis prædium alienum ingreditur, prohiberi potest armata manu, c.105. n.3.p.8
Nemo potest prohibere ingressum sui prædii pro venatione luporum, & similium animalium, quæ apta sunt ad nocendum, n.4. p.9
Prohibitio ingressus prædii potest fieri per Dominum fundi, etiam antequam quis sit in procinctu ingrediendi in ipsum, n.6. ibid.

Præiudicialis.

Quæstio præiudicialis priùs terminanda est, c.117. n.19. p.46

Prælegata.

Prælegata continentur in fideicommisso, quando testator totam ferè suam hæreditatem in prælegatis distribuit, c.118.n.25. p.52
Si pater duos habens filios, illos æquis portionibus hæredes instituit, sed vni plus quàm alteri prælegauit, debita hæreditaria soluenda sunt pro rata portionis hæreditariæ, & expenditur textus *in l.1.C.si cert. pet.* c.160.n.1. p.136
Inæqualitas prælegatorum non arguit inæqualitatem in jure succedendi, n.2. ibid.
Si prælegatum fuerit factum per modum quotæ hæreditatis, prælegatarius sustinet onera pro modo prælegati, n.4. ibid.
Quando hæreditas non est sufficiens ad solutionem æris alieni, tunc agendum est contra prælegatarios pro rata emolumenti, c. 160. n.6. Intellige ut n.8. & 9.p.137
Si vnus ex cohæredibus meliotatus per prælegatum, plus soluerit quàm ascendat eius portio hæreditaria, repetit à cohærede ratam ipsum concernentem, n.8. ibid.
Siue hæreditas sit soluendo, siue non, semper solutio æris alieni tangit quemlibet hæredem pro rata portione hæreditatis, n. 9. ibid.
Quando nec hæreditas, nec prælegata sufficiunt ad solutionem æris alieni hæreditarii, tunc concurrere omnes debent pro rata, n.10. ibid.
Quando testator hæreditatem suam, vel majorem illius partem prælegatis diuisit, prælegata tunc duntaxat obtinent locum portionis hæreditariæ, quando illa sunt æqualia, vel quasi æqualia. n. 11. ibid.
Prælegatarii tertiam partem prælegati à seipsis capiunt, si sint pro tertia parte hæredes instituti, num.12. ibid.
Non potest dici quod hæreditas non sit soluendo, quando cum prælegatis juncta sufficit ad æs alie-

Index Rerum,

num, quia prælegata ponuntur in globo, & totus globus contribuit ad æs alienum pro portione hæreditatis, n.13. p.138

Præscriptio.

Hæredi gravato nulla currit præscripto pro suis creditis quandiu possidet bona hæreditaria, c.104.n.15. p.7

Post interruptam mediante litis contestatione præscriptionem, potest inchoari nova præscriptio 30. annorum, ex receptiori sententia, c.114.n.4. p.41

In actibus conditionalibus tot sunt præscriptiones quot sunt anni, c.117.n.14. p.48

Præscriptio centenaria æquiparatur immemoriali, num.8. ibid.

Census extinctivè præscribitur spatio centum annorum, secundùm aliquos DD. n.9. ibid.

Præscriptio centenaria probatur tam per testes, quàm per instrumenta, 10. ibid.

In præscriptione immemoriali non requiritur probatio tituli, n.11. ibid.

Omnis actio criminalis in crimine homicidii spatio 20. annorum tollitur, c.170.n.1. p.153

Ampliatur ut locum habeat, siue procedatur per acquisitionem, siue per inquisitionem, num.2. ibid.

Præscriptio 20. annorum in delictis currit etiam contra minores, n.3. ibid.

Et talis præscriptio currit etiam tempore belli, n.4. ibid.

Requiri citationem ad hanc præscriptionem interrumpendam quidam existimant, alii solam sufficere inquisitionem, sed prior sententia æquior est, & benignior, n.5. ibid.

Iuri adeundi hæreditatem spatio 30. annorum præscribitur, c.176.n.5. p.65

Contra mulierem constante matrimonio currit præscriptio in bonis dotalibus, quando inchoata fuerat antequam nuberet, n.6. p.166

Contra mulierem coniugatam, durante coniugio nulla currit præscriptio, c.182.n.1. Limitatur ut infrà, n.10.& 11.p.175.& 176

Per compromissum non acceptatum ab Arbitris non interrumpitur præscriptio, n.2. p.175

Multo minùs per nominationem arbitratorum, seu amicabilium compositorum, tam de jure, quàm de facto procedentium, n.3. ibid.

Ampliatur, etiamsi tales arbitratores processissent ad prolationem laudi, seu sententiæ arbitramentalis, n.4. ibid.

Etiam in judicialibus, ad interrumpendam præscriptionem debet constare de citatione apud acta.n.5. p.176

De jure Canonico per solam interpellationem extraiudicialem præscriptio interrumpitur, n. 6. ibid.

Contrarium verius est, nisi per talem interpellationem jura aduersarii deuenerint ad notitiam ejus qui fuit interpellatus, n.7. ibid.

Per generale compromissum super omnibus differentiis non interrumpitur præscriptio, n. 8. p.176.

Contra mulierem præscriptio currit durante conjugio, à tempore quo fuit assecurata super bonis sui mariti, propter vergentiam illius ad inopiam, num.9. ibid.

Regula generalis, de qua suprà, fallit quando dos consistit in pecunia, & non agitur de fundo dotali, num.10. ibid.

Fallit præterea etiamsi agatur de feudis, quando præscriptio jam erat cœpta ante matrimonium, num.11. ibid.

Præsumptio.

Ex actibus difformibus nulla oritur præsumptio, c.134.num.23. p.38

Pretium.

Aliud est agi de quantitate pretii non conuenti, aliud verò de qualitate & quantitate fructuum, ad quorum proportionem pretium est relatum, c.108. n.6. p.9

Quando singulis mensuris, vel singulis ponderibus pretium constituitur, censentur tot venditiones, quot sunt pondera, vel mensuræ, num. ibid.

Quando agitur de diversis speciebus venditis una cum Castro, specierum diversitas importat pretii diversitatem, n.8. ibid.

Separatio pretii non est necessaria ad inducendam pluralitatem venditionum, quando agitur de rebus diversæ naturæ, n.9. ibid.

Pretii partem recipiens approbat venditionem, c.139.n.24. p.100

Pretium succedit loco rei in subsidium, quando debitor non est solvendo, cap. 175. numero 6. p.163.

Creditores agere possunt via executiua contra pretium, quod est apud emptorem bonorum debitoris, num.13. ibid.

Primogeniti, Primogenitura.

Sola primogenitorum vocatio non arguit gratuamen perpetuum, nisi sit repetita in pluribus gradibus. c.125.n.25. p.70

Primogenituræ apud nos non debent judicari ad instar primogenituratum Hispaniæ, numero 26. ibid.

Primogenitus quem pater meliorauit, non tenetur ad debita hæreditaria, nisi juxta portionem hæreditariam, c.160.n.5. p.136

Prohibitio realis, & perpetua alienationis, faucte primogenituræ, & agnationis, denotat perpetuum fideicommissum, c.143.n.5.& 7. p.106

Si testator mandauerit quod bona nullo vnquam tempore diuidantur, sed semper apud vnum maneant, resultat primogenitura successiua, n. ibid.

Princeps.

Princeps supremus non debet litigare spiritu, c.133.n.16. p.87

Princeps litigat saisitus, c.134.n.14. p.97

Privatio.

Hæres cui sub pœna priuationis onus iniungitur est, si contraueniat, hæreditate priuandus, c.142.n.1. p.102

Priuationis pœna non incurritur, quando contrauenit in casibus à jure permissis, c.143.n.1. p.118.

Privilegium.

Faciens actum contra priuilegium, non eo prejudicat quoad furtra, sed tantum quoad proprietatem, quando agitur de actibus negatiis, c. n.10.p.46

Quando agitur de actu qui non est transeuntineus, quis sibi non præiudicat per simplicem non vsum, sed requiritur præscriptio 30. vel 40. annorum, n.11. ibid.

Probatio.

Probatio æquiuoca est vaga, & non releuat, c. num.7. p.

Probatio præsumptiua non sufficit in possessorio num.24. p.

Quando

Quando dubium est utrum probationes sint admittendæ, Judex potest illas admittere, ita tamen ut ponantur ad partem, c.177.n.5. p.167

Proclamata.

Dominus Jurisdictionalis acquirit quasi possessionem juris prohibendi, si longo tempore fecerit proclamata prohibitoria, quibus subditi obtemperaverint, c.105.n.7. p.9

Prohibitio.

In quocumque casu prohibere possunt Domini venationem per totum territorium, certo anni tempore, vel cum certo genere instrumentorum, ne species devastentur, c.105.n.8. p.9

Prohibitio generalis alienationis in fine posita, refertur ad omnia, c.110.n.39. p.30

Si testator comprehendat rem certam in prohibitione alienandi, censetur etiam illam in fideicommisso generali comprehendere voluisse, num.42. p.31

Prohibitio de quidquam petendo super bonis suis, comprehendit etiam bona fideicommisso supposita, quæ reperiuntur in patrimonio disponentis, c.114.n.10. p.43

Prohibitio alienationis consecutiva fideicommissi, non operatur ultra casus in fideicommisso expressos, c.125.n.27. p.70

Prohibitio alienationis etiam amplioribus verbis concepta, restringenda est ad terminos substitutionis præcedentis, quando alioquin sequeretur evidens correctio ejusdem testatoris, & contrarietas, c.138.n.3. p.95

Extincto fideicommisso extinguitur vis prohibitionis alienationis consecutivæ, n.4. ibid.

Prohibitio alienationis facta per modum declarationis, dicitur consecutiva, & nihil de novo addit ad præcedentem substitutionem, n.5. ibid.

Prohibitio alienationis dicitur consecutiva, quando juncta fuit principali dispositioni per dictionem copulativam, n.6. ibid.

Ampliatur, etiamsi dispositio esset in rem concepta, vel adjecta esset clausula, *in infinitum*, n.7. p.96

Prohibitio perpetua alienandi, per modum dispositionis principalis facta, arguit fideicommissum perpetuum, c.143.n.8. p.106

Proprietas.

Legato usufructu cum prohibitione alienationis bonorum, ipsa quoque proprietas in legato continetur, c.111.n.4. p.33

In contractibus proprietas, concesso usufructu, non continetur, nisi ita expresse fuerit conventum, n.5. ibid.

In instrumento divisionis, sola fructuum mentione facta, non censetur concessa proprietas. Idem in donatione locum habet, n.6. ibid.

Quando donatur alicui certus reditus perpetuus, debet illi assignari proprietas, ex qua reditus percipiatur, n.7. ibid.

Proximiores.

Proximiores inter se censentur vocati activè, & non passivè; & sic non sunt invicem gravati, c.176. num.16. p.167

Proximitas.

Quando fit transitus de linea ad lineam, vel de masculis ad fœminas, attenditur proximitas gravantis, non gravati, secundùm plurimorum sententiam, c.112.n.13. Intellige juxta *decis.519. parte 5. Recentiorum*, ibid. p.37

Publicatio.

Testamentum nihil valet, nisi fuerit publicatum, c.137.n.6. p.92

Publicatio est de solemnitate essentiali testamenti, num.7. p.93

Pupillaris.

Substitutio pupillaris non est, quando restricta fuit ad bona propria testatoris: quod tamen intelligi debet juxta notata per Fusar. *in locis citatis*, c.129.n.8. p.77

Substitutio pupillaris non excludit matrem à legitima, licèt ad secunda vota convolaverit, si testator credidit illi tunc deberi legitimam, quia opinio testatoris est attendenda, c.132.n.1. p.82

Quando agitur de pupillari contenta in compendiosa verbis communibus facta, si substitutus sit de liberis testatoris, mater excluditur à legitima, n.4. ibid.

Pupillus.

Creditores patris non possunt executiones facere contra bona propria pupilli, in præjudicium substituti pupillaris, c.168.n.1. p.148

Speciale est favore pupilli, ut substitutus possit impetrare separationem bonorum patris, & filii, & acceptare hæreditatem pupilli, repudiata paterna, n.2. ibid.

Q

Qualitas.

Qualitas apposita in una parte contractus omnino separata, non influit in aliam partem diversam ejusdem contractus, c.150.n.12. p.120

R

Rationes.

Rationes semel legitimè redditæ non revidentur, c.156.n.11. p.132

Rationum redditio est mutua quædam compensatio, c.198.n.5. p.201

Reciproca.

Substitutio reciproca facta inter hæredes, non comprehendit eos qui non sunt vocati ad hæreditatem, c.118.n.1. p.59

De duplici substitutione reciproca, videlicet simplici & propria, & de mixta & impropria; & quomodo inter se differant, n.2. ibid.

Substitutio reciproca mixta cum compendiosa progreditur ad alios gradus, & comprehendere potest substitutos, n.3. ibid.

Ad validitatem reciprocæ substitutionis mixtæ, sufficit quod quis sit honoratus in illo gradu, in quo fuit apposita, n.4. ibid.

Natura substitutionis reciprocæ est, ut omnes invicem substitutos æqualiter determinet, num.5. ibid.

Si unus ex pluribus institutis decedat relictis liberis, quomodo reciproca interpretari debeat, n.9. pag.51

Vocatio est unum ex requisitis ad reciprocam substitutionem, c.119.n.22. p.56

Reciproca non potest habere vim exemplaris, quando unus ex cohæredibus est sanus mente, c.127.n.2. p.73

Facta substitutione reciproca inter omnes filios, & descendentes, inde resultat fideicommissum reciprocum inter omnes, c.143.n.4. p.106

Substitutio reciproca inter omnes descendentes perpetuum producit fideicommissum, n.9. ibid.

Facilius inducitur Reciproca quando agitur de descendentibus, c.152.n.4. p.123

Quando dictum fuit quod fœminæ excludentur quandiu extabunt masculi, colligitur ex eo Reciproca inter illos, n.5. ibid.
Tria regulariter debent concurrere ad inducendam Reciprocam, n.7. ibid.
Tamen etiamsi tria illa non concurrant, potest etiam colligi Reciproca, quando si ea non introduceretur, resultaret aliquod inconveniens contra voluntatem testatoris, n.8. p.124
Substitutio quantumvis reciproca continet gravamen filiorum, c.166.n.7. p.146
Quamvis proximiores sint vocati, non tamen ex eo sequitur quod inter illos fuerit factum fideicommissum reciprocum, cap. 176. numero 10. pag.166
Substitutio reciproca difficiliùs inducitur inter collaterales, n.11. ibid.

Rescissio.

In locatione operarum, & societate desuper contracta, non est locus remedio *leg.2. C.de rescind. vendit.* c.165.n.13. p.145

Recognitio.

Ad hoc ut simplex recognitio probet dominium directum, oportet illam fuisse factam ex certa scientia, aut saltem quod sint duæ recognitiones conformes, c.181.n.2. p.174
Recognitio suffragatur domino absenti, si notarius pro ipso stipulatus sit, n.7. ibid.
Recognitio non nocet Tertio, qui jus & causam non habet à recognoscente, n.8. ibid.
Recognitionis emphyteuticæ robur augetur ex temporis antiquitate, n.11. ibid.
Successores universales, vel particulares, non possunt contravenire recognitioni factæ per eorum authorem, n.16. p.175
Error recognitionis probari potest per possessorem prædii recogniti, n.17. ibid.

Recursus.

Nec juramentum, nec clausulæ generales possunt impedire recursum ad arbitrium boni viri, c.107. num.25. p.17

Regalia.

Manutentio datur in Regalibus, quando possessio est diuturna, c.133.n.4. p.84

Registratio.

Per registrationem bona non sunt hypothecata, quando agitur de præstatione variabili, & incerta; secus si agatur de certa & invariabili; veluti de tributo, c.195.n.10. p.196
Contrarium observatur, & verius est, quando bonorum descriptio fit authoritate Superioris, & pro futuris temporibus successivè, numero 11. pag.197

Relatio.

Relatio pro quolibet corpore separatim fieri debet quando venditio facta est diversis pretiis, secus si unum pretium in universum sit constitutum, c.106.n.4. p.11
Limitatur ut locum non habeat, quando ex æstimatione generali notabile damnum partibus evenire potest, n.5. ibid.
Periti nominati pro æstimandis fructibus plurium prædiorum venditorum, debent separatim de singulis referre, n.6. p.12
Relatio peritorum fieri debet de omnibus, in quibus agitur de interesse partium illos nominantium, n.8. ibid.

Religiosi.

Religiosi retinent jura sanguinis, & succedunt ab intestato, c.194.n.9. p.195

Renovatio.

Renovatio emphyteusis non est novus contractus, sed continuatio præcedentis, cap. 117. num. pag.48
Intellige hoc verum esse, quando renovatio fit ex necessitate, n.6. ibid.
Quando renovatio pendet ex voluntate Domini directi, non est continuatio, sed novus actus, n.7. ibid.
Si concessio emphyteutica effectum sortita sit per tempus immemoriale, non potest Ecclesia renovationem denegare, n.12. ibid.
Permissio renovandi emphyteusim, ex quibus dicatur pura, & non conditionalis, numero 16. ibid.
Renovatio emphyteusis utrùm dicatur novus contractus, an verò continuatio præcedentis, &c. pag.49

Renunciatio.

Per renunciationem factam liti, & causæ tollitur omne jus renunciantis in petitorio, c.118.n.8. pag.52
Si mater renunciaverit fideicommisso, filii illius & hæredes non possunt admitti ad illius petitionem, c.176.n.13. p.166
Renuncians generaliter omnibus juribus, reservatis fideicommissis, quæ in futurum evenire possent, censetur omnibus aliis non reservatis renunciare, num.15. ibid.
Renunciatio fideicommissi etiam conditionalis, juramento confirmatur, c.191.n.1. p.189
Quando verba respiciunt tempus futurum, renunciatio comprehendit fideicommissum nondum purificatum, n.2. ibid.
Multò magis si renuncians nulla alia habeat bona, quibus possit renunciare, præter fideicommissum futurum, n.3. ibid.
Renunciatio jurata omni legum auxilio, supplet defectum lecturæ testamenti, n.4. ibid. Intellige ut n.6. p.190
Quando in renunciatione nulla prorsus facta fuit mentio testamenti continentis fideicommissum, renuncians qui illius nullam prorsus habuit notitiam, non censetur illi renunciare, etiamsi juraverit, n.5. ibid.
Ampliatur ut procedat, quamvis renunciaverit cum juramento omni legum auxilio, num.6. ibid.
Renunciatio est stricti juris, & ideo si facta sit de bonis paternis, non extenditur ad maternos, c.200.n.1. pag.
Renunciatio hæreditatis maternæ, intelligitur de successione ab intestato, nec comprehendit successionem ex testamento, n.2. ibid.
Renunciatio auferens liberam testandi facultatem non valet, n.3. ibid.
Renunciatio facta hæreditati alterius cum consensu, debet intelligi quatenus is consensit, in eadem voluntate permansit, num. ibid.
Renunciatio omnis intelligi debet, *rebus se habentibus*; & sic non extenditur ad jus de novo superveniens, n.5. pag.
Renunciatio generalis, nisi facta fuerit verbis amplissimis, non comprehendit jura futura obvenientia ex causa de futuro, n.6. ibid.
Quando renunciatio facta fuit cum clausulis amplissimis, comprehendit etiam jura futura, causa de futuro obvenientia, n.7. ibid.
Renunciatio comprehendit jura de futuro, &c.

ex causa de futuro, quando renuncians nulla alia jura habebat præter de novo advenientia, num.8. ibid.
Renuncians, qui dicit aliud sibi jus tempore renunciationis competiisse præter jus de futuro, illud probare tenetur, n.9. p.205
Non debet in casu proposito fieri differentia inter renunciationem factam de bonis, & de hæreditate, n.10. ibid.
Hæres matris qui renunciavit bonis paternis, quæ reperiuntur intra hæreditatem maternam, non amittit matris hæreditatem; sed si mater habuerit actionem, & jus super bonis paternis, talis hæres non potest agere contra bona paterna, quibus renunciavit cum clausulis amplissimis, num.11. ibid.
Renunciatio non impedit quin renuncians, hæreditatem, vel legatum ex patris, cui renunciatum est, testamento consequatur: sed illud quod sibi relictum est, tenetur postea restituere fratri, vel sorori, in cujus favorem facta est renunciatio, num.12. ibid.

Repetitio.

Aliud est tractare de repetitione qualitatum substitutionis præcedentis, aliud de comprehensione in secundo substitutionis gradu bonorum in prima substitutione contentorum, c.110. n.45. pag.31
Substitutio alteri conjuncta per dictionem, &, operatur repetitionem qualitatum, & conjungit orationes, c.112.n.14. p.37
Orationes conjunctæ per copulam, &, inferunt repetitionem qualitatum appositarum in oratione præcedenti continuata, c.119.n.6. p.54

Repræsentatio.

Repræsentatio præsupponit repræsentantes fuisse ad fideicommissum vocatos, cap. 112. num. 3. pag.35
Repræsentatio cessat stantibus conjecturis contra ipsam, c.118.n.20. p.52
Non est opus recurrere ad repræsentationem, quando nepotes possunt succedere ex propria vocatione, n.21. ibid.

Repudiatio.

Quæ sit differentia inter repudiationem, & renunciationem; & utrùm repudiatio facta in favorem alterius habeat vim renunciationis, c.153. n.1. pag.126
Utrùm sit renunciatio, vel repudiatio, pendet ex voluntate acquirendi, vel non acquirendi, n.2. ibid.
Verius est acceptationem tacitam factam ad effectum repudiandi, & non acquirendi, non esse in consideratione, n.3. ibid.
Quando in repudiante non adest aliquod principium acquisitionis, repudiatio non dicitur talis donatio quæ indigeat insinuatione, numero 4. ibid.
Ampliatur ex mente Rotæ, ut locum habeat etiamsi nomen donationis interveniisset, num.5. ibid.
Natura repudiationis est, ut fiat de jure delato, non quæsito, n.7. ibid.
In foro exteriori potest fieri repudiatio juris delati, non quæsiti, in præjudicium creditorum, n.8. ibid.
Ampliatur ut procedat quamvis ageretur de præjudicio creditorum hypothecariorum, num. 9. ibid.
Item in præjudicium filii, n.10.& 12. ibid.

Rescriptum.

Rescriptum commissionis causæ appellationis superveniens, quando retrotrahatur ad effectum attentatorum, c.188.n.18. p.185

Reservatio.

In reservatione bonorum certi loci non continentur debita, c.158.n.10. p.134
Item nec fructus à solo separati continentur in reservatione mobilium, n.11. ibid.

Res Iudicata.

Qui post rem judicatam patitur de ea cognosci, sibi præjudicat, c.177.n.8. p.168

Restitutio.

Majori quibus ex causis concedatur restitutio adversùs delationem juramenti decisorii, cap.177.n.9. pag.168
Difficiliùs admittitur probatio per testes in causa restitutionis in integrum, adversùs delationem juramenti decisorii, quàm per instrumenta, n.10. ibid.

Retentio.

Retentio non datur quando aliquid devenit ad creditorem vitio affectum, cap. 175. num. 16. pag.163
Retentio pro credito liquido non potest impediri per exceptiones turbidas & illiquidas, quæ adversus illud opponuntur, c.189.n.17. p.187
Retentio non competit pro credito illiquido, c.190. num.7. p.189
Retentio in tantum denegatur, in quantum præsumitur creditor satisfactus, n.8. ibid.
Excipitur in dote, in qua uti privilegiata nulla considerari potest præsumptio satisfactionis ex fructibus perceptis, nisi constet ad manus creditoris tot fructus pervenisse, ex quibus probabiliter satisfieri potuerit, n.9. ibid.
Eoque magis ubi non intercessit tempus adeò considerabile, ut tot fructus percipere potuisset, ex quibus integram satisfactionem consequutus fuisset, n.10. ibid.

Revelare.

Nemo cogitur revelare Curiæ delictum, cujus habet notitiam, excepto crimine læsæ majestatis, c.126.n.1. p.71

Rixa.

Quando nullus adest tractatus præcedens, nec propositum præambulum, homicidium censetur in rixa commissum, c.171.n.4. p.155
Quando ex reali, vel verbali controversia inopinata, deventum fuit ad homicidium, tunc illud dicitur in rixa commissum, n.5. ibid.
In dubio judicandum est, homicidium fuisse in rixa commissum; & qui dicit contrarium, tenetur illud probare, n.6. ibid.
Quod maximè procedit, quando inter rixam & homicidium, modicum tempus intercessit, n.7. pag.155
Inter ipsos inimicos rixa inopinata intervenire potest, n.10. ibid.
Etiamsi homicidium fuerit commissum intra carceres, aut in alio loco privilegiato, non meretur pœnam mortis, si fuerit factum in rixa, num.25. pag.156

S

Salarium.

SAlarium 100. scutorum non dicitur excessivum, quando agitur de negotiis multiplicibus, & magni laboris, c.178.n.11. p.170

Duo requisita concurrere debent, ad hoc ut pactum initum super salario Advocati, sit nullum; & quæ, n.12. ibid.
Post finitam litem, non prohibetur Advocatus facere conventionem super salario præteriti laboris, n.13. ibid.

Scedulæ.

Affixio scedularum in locis publicis, æquivalet subhastationibus, c.139.n.12. p.99

Scientia.

Scientia debet esse certa, & non sufficit generica, c.134.n.13.& 21. p.87
Scientia Officialium Principis sufficit ad præscriptionis interruptionem, ibid.n.22. p.88
Distingue ut c.169.n.18. p.152
Qui aliquo actu facit mentionem alicujus instrumenti cum expressione anni, diei, & Notarii, præsumitur sciviſſe totum instrumentum, c.175. num.8. p.163
Recipiens solutionem in vim alicujus instrumenti, præsumitur illius notitiam habuisse, numero 9. ibid.

Scriptura.

Scriptura privata testamenti nihil probat, nisi fuerit legitimè recognita, cap. 137. numero 5. pag.92
Scripturæ privatæ testamenti non potest concedi via executiva, nec dari remedium *leg. fin. C. de edict. Div. Hadr. toll.* nisi illius præcedat publicatio, n.8. p.93
Scriptura contenta in libro mercatoris non potest præjudicare Tertio absenti, & ignoranti, c.167. num.9. p.147
Ordo scripturæ utrùm semper attendendus sit, ut qui primò scriptus est, aliis præferatur, c.192. num.5. p.191

Sententia.

Sententia notoriè injusta nunquam transit in judicatum, c.167.n.14. p.148
Quando in eadem sententia Judex teneatur providere pluribus donatariis concurrentibus, & è contra non teneatur, c.172.n.5. p.158
Quando adversùs donatarium, qui possessionem obtinuit, alii donatarii concurrunt per viam exceptionis, Judex non debet expressam de illis in sententia facere mentionem, n.6. ibid.
Ex Statuto Avenionensi, sententia debet executioni demandari, quando lata fuit in favorem instrumenti publici, n.17. ibid.
Sententia continens contradictionem non meretur executionem, c.189.n.7. p.187
Ut evitetur sententiæ contrarietas, benigna fieri debet interpretatio, n.8. ibid.

Sericum.

Si fuerit imposita gabella super serico, debetur etiam de serico tincto, & in opus converso, c.150.n.9. p.119

Servitus.

Qui prætendit servitutem, debet probare, c.134. num.19. p.87
Promissio servitutis personalem actionem producit, sed illius traditio dat actionem realem, nempe confessoriam, & negatoriam, cap. 148. num.3. pag.115
Actus ex quibus dignoscatur factus jure servitutis, & quando jure facultatis, n.4. ibid.
Servitutes sunt stricti juris, & ideo strictè intelligi debent, c.150.n.3. p.119

Simulatio.

Contractus simulatus factus in fraudem usurarum nullus est, & invalidus, cap.179. num.1. pag.170
Contractus si fuerit simulatus, clausulæ, & juramenta in eo appositа, sunt nulla, n.2. ibid.
Simulatio probatur conjecturis & præsumptionibus, n.4. ibid.
Facilius præsumitur simulatio in contractu mutui, quàm in aliis contractibus, n.5. ibid.
Simulatio probatur per argumentum à verisimili, num.6. ibid.
Qui non adeò sufficientes habet facultates, facilius præsumitur feciſſe contractum mutui simulatum, n.7. p.171
Ex tractatu præcedenti colligitur simulatio, multò magis accedente expressa conventione præcedenti, n.8. ibid.
Nulla melior est simulationis probatio, quàm propria confessio, n.9. ibid.
Exceptio simulationis opponi potest etiam post lapsa tempora præfixa ad opponendam exceptionem dotis non numeratæ, cap.185. num.10. pag.180

Societas.

Societas omnium bonorum contrahi potest inter virum, & uxorem, cap. 109. numero 1. pag.21
Quando inter duos contracta est societas omnium bonorum, quilibet ex socijs habet medietatem singulorum corporum, n.4. p.22
Ampliatur etiamsi duo patrimonia communicata, essent inæqualia, n.5. ibid.
Pactum societatis, *quod ponens operas, illas amittat* & simul capitale, finita societate, est illicitum, c.165.n.15. p.145

Solutio.

Ficta solutio inducitur pro debitis, quæ debebantur tempore additionis, non autem pro posteà contractis, c.104.n.14. p.7
Solutio coacta non nocet solventi, cap.106. n.34. pag.14
Forma solutionis potest longissimo tempore præscribi, c.117.n.18. p.49
In provincia Provinciæ creditores possunt solvere in bonis credita pecuniaria, cap.122. num.1. pag.62
Solvens nomine proprio non extinguit obligationes debitoris principalis, ideo cedendæ illi actiones, c.128.n.4. p.73

Spurius.

Spurio debentur alimenta super bonis paterni, de jure Canonico, c.146.n.1. p.110
Jus alimentorum spuriis jure naturæ debitorum nunquam non potest, nec pacto, nec consuetudine, nec statuto, n.2. p.111
Alimenta spurii non ad simplicem necessitatem restringenda sunt, sed taxanda juxta qualitatem & dignitatem patris, n.6. ibid.
In taxandis spurii alimentis non est considerandus industria filii, n.7. ibid.
Si pater filio spurio legatum fecerit ita vice alimentorum, considerandæ sunt alimenta juxta textum *in l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* num. pag.111
Quando agitur de spurio, qui uxorem probabiliter ducturus est, in taxatione alimentorum habenda est ratio futuræ uxoris, & familiæ num.12. ibid.
Filio spurio cum patre litiganti, alimenta exiterna substantia præstanda sunt, numero 14. ibid.

Spurii, & naturales non differunt à legitimis, quoad alimenta, c.187.n.15. p.183

Statutum.

Expenditur Statutum Avenionense loquens de substitutione fideicommissaria, verbis communibus facta, *lib.*1. *Rubr.*60. *artic.*1. cap.136.n.10. pag.91

Statuto Avenionensi cavetur, ne Civis pro extraneo se obligare possit, c.162.n.1. p.140

Hujus Statuti validitas à nonnullis revocatur in dubium, & in patria Pedemontana judicatur impeditivum commercii, n.2. ibid.

Verius tamen est, illud Statutum esse validum, & civibus favorabile, n.3. ibid.

Statutum illud locum habet, etiamsi Civis fecerit debitum proprium, casu quo extraneus non solveret, n.4. ibid.

Statutum loquens de fidejussore, non habet locum in expromissore, n.10. ibid.

Quando statuti prohibitio facta est verbis amplissimis, omnem pro debito alieno promissionem comprehendit, n.11. ibid.

Quando adest Statutum exclusivum fœminarum propter masculos, fœminæ quidem excluduntur, sed onus eas dotandi spectat ad fratres, c.180.n.5. p.172

Stipulatio.

Quando in instrumento donationis stipulatio fuit interposita per donatarium pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscunque, tunc liberi non succedunt in bonis donatis tanquam liberi, sed tanquam hæredes, cap.119. num.1. pag.54

Si stipulatio fuerit concepta pro hæredibus & successoribus quibuscunque, pater potest ex bonis donatis relinquere uni, vel pluribus liberis, prout sibi placuerit, n.2. ibid.

Si in stipulatione facta fuerit mentio hæredum, filii non succedunt nisi sint hæredes patris, mediati, vel immediati, n.4. ibid.

Quando pater stipulatur pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscunque, liberi vocantur tanquam hæredes, non tanquam liberi, c.120.n.6. pag.57

Stipulatio pro hæredibus & successoribus quibuscunque, est contraria substitutioni agnatitiæ, c.121.n.13.& 15. p.60

Utrùm pater stipulationem interponens pro filiis, censeatur pro illis stipulatus tanquam filiis, vel tanquam hæredibus, ardua est quæstio, c.168. num.3. p.149

In dubio pater sic videtur stipulatus, ut actio de dote communis esset inter patrem & filiam, c.186.n.12. p.181

Impersonalis stipulatio restitutionis dotis, potius interpretari debet ut actio de dote non auferatur à patre, n.13. ibid.

Clausula restitutionis dotis, *quibus de jure*, non nocet patri dotanti, quamvis persona filiæ sit apposita in prima parte stipulationis; quia non attenditur ordo scripturæ, sed ordo juris, n.14. pag.182

Surdi *consilium* 206. à multis reprobatur, num.15. ibid.

Subditi.

Diuturna præstatio subditorum habet præsumptionem tituli legitimi, c.168.n.8. p.152

Substitutio.

Una substitutio aliam declarat, cap.110. num.32. pag.29

Substitutio quæ referri non potest nisi ad certas personas, ad illas necessariò referenda est, num.33. pag.30

Substitutio una alteri juncta per copulam, *Et*, censetur facta sub iisdem qualitatibus. Idem dicendum de clausula, *ut suprà*, n.34. ibid.

Substitutio fideicommissaria juncta cum pupillari, ab ista recipit interpretationem, n.36. ibid.

Omnes substitutiones regulantur ab ultima clausula, quando sunt accessoriæ ad illam, num.37. ibid.

Datur etiam substitutio vulgaris in fideicommisso, in qua primo gradu caducato, secundus succedit per vulgarem, n.49. p.32

Et hoc casu secundus substitutus succedit in omnibus bonis, in quibus primus est vocatus, n.50. ibid.

Si primus gradus sit substitutus pupillariter, secundus verò per compendiosam, primo caducato, secundus succedit per pupillarem, & sic in bonis propriis pupilli, n.51. ibid.

Ex eo quod quis sit substitutus activè, nihil inferri potest ad substitutionem passivam, seu gravamen, c.114.n.5. p.42

Ex substitutione reciproca facta inter filios, nihil potest inferri pro reciproca erga uxorem cohæredem, n.6. ibid.

Quando plures pluribus sunt substituti, supponitur inter illos reciproca substitutio, cap. 118. n.16. pag.51

Explicatur *decisio* 37. Rotæ Avenionensis, num.17. ibid.

Explicatur in quo casu procedat *decisio* 1479. Seraphini, n.18. p.52

Substituti licèt vocati sint nomine proprio, non ex eo repræsentatio excluditur, quando illorum liberi sunt expressis verbis vocati, n.19. ibid.

Ex substitutione activa nihil infertur ad passivam, c.119.n.23. p.56

Per illa verba, *si tunc non vivat*, fit ut vivente gravato expiret substitutio, cap. 120. num. 9. pag.37

Quando una substitutio pendet ab eventu alterius, habentur pro unico substitutionis gradu, c.121. num.12. p.60

Si unus tantum succedere debet, & substitutio facta sit cum conditione, *si sine liberis*, illo decedente cum liberis, substitutio expirat; & sic non est fideicommissum graduale, & perpetuum, num.21. ibid.

Substitutio expirat, quamvis liberi liberorum positi fuerint in conditione, si testator pluribus verbis restrictivis usus fuerit, cap.125. num.13. pag.69

Substitutio per verba alternativa sonat in vulgarem, n.15. ibid.

Etiamsi plures sint substituti, potest evenire casus quod omnes vivo testatore moriantur, vel adire non possint eo mortuo, ibid.n.18. p.70

Substitutio facta in legato, est fideicommissaria, quæ matrem non excludit à legitima, c.132.n.2. pag.82

Substitutio facta filio impuberi per verba communia, sub conditione, *si sine liberis decesserit*, est compendiosa, n.3. ibid.

Substitutio ad bona certa militis testantis restricta, semper valet uti fideicommissaria, cap.136. pag.90

Ampliatur secundùm multorum sententiam, etiamsi dinumeratio ætatum facta fuerit, n.2. ibid.

Clau

Clausula illa, qua quis substituitur, *in bonis, quæ testator habet in patria sua*; est restrictiva, & non demonstrativa, n.3. ibid.
Verba illa substitutionis, *in bonis quæ testator habet in fundis & stabilibus*, sine dubio dicuntur restricta ad certa bona; quia nec mobilia, nec jura, nec actiones continentur, n.4. ibid.
Substitutio non dicitur universalis, quando facta fuit per modum quotæ, nisi facta sit sub nomine quotæ hæreditatis; & ideo semper est fideicommissaria, n.8. ibid.
Substitutio ad certas personas restricta, ad ulteriores extendi non debet, c.138.n.2. p.95

Substitutus.

Substitutus agere non potest antequam fideicommissi casus advenerit, alioquin falsa esset regula quæ vult, illi nullam ante casum fideicommissi currere præscriptionem, c.139.n.13. p.99

Successio.

Ex lege Florentina, pater succedit filiis masculis ab intestato, exclusis filiabus suis, c.180.n.4.p.172

Successor.

Successor in Officio, non obstantibus gestis per ejus antecessorem, potest jura suæ dignitatis tueri, etiam remediis possessoriis, c.116.n.9. p.46
Succedens in feudo hæreditario, tenetur solvere debita sui authoris, c.180.n.4. p.178

Sui.

Suorum appellatione continentur descendentes, & postea collaterales, c.129.n.11. p.78
In casibus in quibus *sui* sunt vocati per fideicommissum, illud intelligitur inter gravatum, & illum, qui primò ex *suis* est admittendus; cæteri verò gradus sunt tantùm vocati per viam vulgaris substitutionis inter ipsos, c.130.n.6. p.79
Ampliatur ut locum habeat, etiamsi clausula codicillaris per verba futuri temporis esset adjecta: num.7. ibid.

T

Tarditas.

Sinistra suspicio oritur contra eum, qui tardus est in producendo instrumentum, cap.185.n.16. pag.180

Tempus.

Clausula, *ex tunc*, denotat extremitatem temporis, & omne aliud tempus excludit, c.125.n.13. p.68
Dispositio restricta ad tempus mortis filiorum, non extenditur ad gradus ulteriores, nec ad filios filiorum, n.4. ibid.
Dispositio restricta ad superstites, sive tunc viventes, non extenditur ad postea natos, n.5. ibid.
Tempus determinatum debet probari ab eo, cujus illud est fundamentum suæ intentionis, cap.154. num.6. p.128

Testamentum.

Testamentum, in quo filia est præterita à patre, qui credebat illam esse mortuam, est nullum, nec convalidatur per clausulam codicillarem, c.104. num.4. p.7
Testamentum patris inter liberos est validum, quamvis sit scriptum sola manu testatoris, sine notario & testibus, c.131.n.1. p.80
Ex veriori sententia testamentum inter liberos sua retinet privilegia, quamvis in eo liberi sint inæqualiter instituti, n.3. ibid.
Quæ sint requisita ad hoc ut testamentum imperfectum sustineatur tanquam inter liberos factum, num.4. ibid.
Testamentum non sustinetur tanquam inter liberos factum in iis, quæ concernunt favorem uxoris aut alterius, qui non sit de liberis, n.5. ibid.
Si mater sit instituta in testamento inter liberos, ejusta hæreditas accrescit liberis, n.6. p.81
Et hoc casu, neque facultas eligendi, neque fundi uxori relicta sustineri potest tanquam testamento relicta, n.6. ibid.
Testamenti publicatio fieri debet coram Judice ordinario, & quæ praxis hac in re servari debeat num.11. ibid.
Producens scripturam testamenti paterni inter liberos, jurare debet quod non facit calumniose, num.12. ibid.
Sola comparatio literarum probat identitatem scripturæ testamenti paterni inter liberos, n.13. ibid.
Vigore testamenti paterni inter liberos legitimè publicati, concedenda est immissio, *ex l.fin. Cde edict. divi Adr.toll.* n.14. ibid.
In testamento inter liberos adest tacita clausula derogatoria, c.173.n.7. p.160

Testator.

Testator potest alicui committere secretum suæ dispositionis, c.149.n.6. p.117
Sed quomodo illa regula intelligi debeat, ad interpretationem *legis Theopompus 14. ff. de hæt. præleg.* n.7. ibid.
Superior non tenetur ad unguem servare voluntatem testatoris, sed potest illam temperare, & ad æquitatem reducere, n.8. ibid.
Filii non possunt præcisè per testatorem compelli ad semper habitandum cum fratribus; sed Judex potest illos eximere, stante justa causa, n.9. ibid.
Si testator prohibuerit filiis recursum ad Principem, præceptum nullum est, n.12. p.117
Testator non potest facere quin Judex adeatur pro sui testamenti interpretatione, n.13. ibid.
Judex potest ex causa recedere à voluntate testatoris, n.14. ibid.

Textus.

Explicatur textus *in l. Mævius* 53. *§. fin. ff. fam. ercis.* & conciliatur cum *l. fin. §. præterea, ff. de jure dot.* c.107.n.10. p.13
Textus *in l. Imperator, ff. ad SC. Trebell.* ex quo Peregrini restringendus est ad suum casum specialem, c.139.n.20. p.98
Illius legis dispositio non habet locum quoad immobilia, juxta sententiam ejusdem Perezii num.21. ibid.
Remedium illius *l. Imperator*, ut locum habeat, requirit fraudem, n.22. Sed vide *n.23. in fin.* ibid.

Titulus.

Productio tituli invalidi facta per actorem non nocet reo habenti pro se præsumptionem tituli validi, c.116.n.12. p.47

Tractatus.

Ex simplici tractatu absque conclusione non oritur obligatio, c.159.n.7. p.135

Translatio.

Si in eodem contractu adsint verba translativa, & liberatoria, ista destruuntur per translativa, c.128.n.11. p.73
Ex quibus clausulis colligatur solutionem fuisse translativè, n.12. ibid.
Dictio, *Retrovendidit*, impropriatur, quando ex mente contrahentium circa translationem dominii, n.13. ibid.

Transmissio.

Quando filius est in potestate avi, transmittit suum ad quoscumque alios extraneos pro quibus

tione legitimæ, cap.166. num.2. p.145
Jus petendæ restitutionis in integrum minor ad quoscumque hæredes transmittit, n.3. ibid.
Licèt jus petendæ legitimæ transmittatur, jus tamen petendi quod onus removeatur à legitima non transmittitur ad extraneos hæredes, n.4. ibid.
Testator potest facere transmissibile quod aliàs non esset transmissibile, c.184.n.1. p.177
Hæredum mentio dispositivè facta arguit transmissionem, n.2. p.178
Hæredum mentio facta cum clausula, *ex nunc prout ex tunc*, transmissionem inducit, n.3. ibid.
Hæres veniens jure transmissionis, tenetur solvere debita transmittentis, n.4. p.178
Transmissarius succedit ex persona testatoris, n.5. ibid.
Bona non transmittuntur nisi sub qualitate hæreditaria, n.6. ibid.
Bona transmissionis jure venientia non augent legitimam super bonis transmittentis petitam, n.7. ibid.
Mater, quamvis filio naturaliter præmortua, transmittit ad hæredes jus petendæ legitimæ super bonis filii professi, c.194.n.3. p.194
Nec solùm transmittit proprietatem legitimæ, sed etiam fructus, n.4. ibid.

Trebellianica.

Pater potest prohibere Trebellianicam liberis primi gradus, c.110.n.9.& 10. p.27.& 28
Si testator voluerit totam suam hæreditatem integrè restitui substitutis, necesse est ut tota hæreditas ad ultimum substitutum devolvatur, & ex eo censetur prohibita detractio Trebellianicæ, cap.152. n.11.13. & 16. p.124.& 125. & c.110. num.35. p.30
In quibus casibus verum sit ex prohibitione Trebellianicæ induci fideicommissum reciprocum, num.12. p.124
In dubio dicendum est Trebellianicam fuisse prohibitam, quando agitur de fideicommisso inducto favore agnationis, c.17. p.125

Tutor.

Tutor tenetur ad resarciendum damnum proveniens ob neglectas reparationes bonorum pupilli, c.156.n.10. p.132

V

Valor.

NOn potest sciri veritas valoris totius, nisi sciatur valor singularum partium, c.106.n.22. pag.13
Quando probandus est valor præsens auctus, debet articulari & probari valor præteritus, c.154.n.3. p.128

Valriacum.

Valriacum erat olim de patria Delphinatus, c.134. n.16.p.87

Venatio.

Generalis prohibitio venationis non est permissa Dominis jurisdictionalibus, c.105.n.1. p.8
Quilibet particularis potest prohibere venationem in propriis prædiis, n.2. ibid.
Potest Dominus per proclama generale prohibere venationem subditis in propriis ipsius Domini prædiis, n.5. p.9
Judices in dubio debent favere Nobilibus, & rusticos remittere ad arratrum, quia venatio propria est Nobilium, n.9. ibid.
Dominus potest prohibere venationem in propria garena, vel parco: multò magis si id fiat cum instrumentis fraudulentis, n.10. ibid.
Non est opus ad hujusmodi venationis prohibitionem, ut garena sit muris inclusa, ex veriori sententia, n.11. ibid.
Explicatur *art.*218. *Statutorum Comitatus Venaissini*, num.12. ibid.
Vassalli an possint prohibere venationem in suis terris, c.133.n.8. p.84
Prohibitiones venationis, & piscationis, per multum tempus factæ per proclamata executioni demandata, acquirunt quasi possessionem prohibendi Domino jurisdictionali, n.9. ibid.
Jus venandi quando possit præscribi, vel possideri, n.2.p.85

Venditio.

Venditio censetur facta de quolibet corpore in individuo, quando pactum contractus refertur ad singula corpora, c.108.n.4. p.19
Quando venditio facta est unico pretio, bona censentur vendita tanquam unum corpus, n.4. ibid.
Venditor nullam habet prælationem super re vendita, nisi sibi consuluerit per specialem hypothecam, vel reservationē dominii, c.147.n.23. p.114

Venter.

Instituto ventre, comprehenduntur omnes in futurum nascituri, c.163.n.3. p.141
Quamvis testator locutus fuerit de ventre suæ uxoris, vocati censentur nati ex secunda uxore superinducta, n.7. ibid.

Verba.

Verba, *veniant & cadant*, apposita in substitutione, sunt verba communia, c.135.n.1. p.88
Verbum *cadat*, denotat tempus quo hæreditas jam fuit quæsita hæredi instituto, n.2. p.89
Verba *labatur*, *devolvatur*, & similia, sunt verba communia, n.3. ibid.
Verba quæ duplicem sensum habere possunt, nempe directum & obliquum, quale est verbum, *cadat*, dicuntur communia, c.136.n.5. p.90
Verba directa quædam sunt civilia, alia naturalia, seu non civilia; & quæ illa dicantur, n.6. ibid.
Verba directa non civilia habent eandem vim, quam verba communia, n.7. ibid.
Verba illa, *post mortem*, reddunt actum conditionalem, etiam in contractibus, c.141.n.15. p.103
Verbum, *succedat*, est commune, c.152.n.14. p.124
Verba illa, *qui possunt nasci*, habent tractum temporis, & comprehendunt omnes in futurum procreandos, c.163.n.2. p.141
In casu dubio verba illa, *ex uxore mea*, censentur apposita demonstrativè, n.10. ibid.
Verba in sententia prolata, quæ nullam habent clausulam taxativam, non sunt taxativa, sed simpliciter demonstrativa, c.190.n.3. p.188
Et respicientia quantitatem, sunt solummodò enuntiativa quantitatis hactenus in eo judicio probatæ, n.4.ibid.

Vestes.

Quoad vestes lugubres consuetudo attendenda est, c.155.n.8. p.130
Vestes festivæ, soluto matrimonio, regulariter per uxorem restituendæ sunt, n.12. ibid.

Via Publica.

Quæ sint requisita ad constituendam viam publicam, c.133.n.1. p.84
Jus claudendi viam publicam longissimi temporis spatio an possit præscribi, n.2. ibid.
Via publica terminari solet in aliquo oppido, vel fluvio, n.5. ibid.
Via publica dicitur, quæ de loco publico tendit ad locum publicum, n.10. ibid.
Via publica connumeratur inter Regalia, n.11. ibid.
Via publica non potest alterari, vel claudi, sine consensu

sensu Principis; nec potest præscribi, n.12. ibid.
Via publica consistit in mera facultate, n.13. p.85

Vicarius.

Vicarius non potest petere se manuteneri adversus Episcopum, c.169.n.13. p.152

Vicini.

Cautio damni infecti potest peti à vicino, qui exercet artem periculosam, veluti conficiendo pulverem tormentarium, c.140.n.1. p.100
Pro damno quod timetur propter ignem, cautio peti potest à vicino, n.2. ibid.
Vicini possunt expellere exercentes artes fœtidas, veluti pelliparam, sulphurariam, & confectionis candelarum, n.3. p.191
Expelli potest, reclamantibus vicinis, exercens artem sanitati, aut vitæ nocivam, n.4. ibid.
Nemo impeditur ædificare juxta prædium vicini, dimisso spatio duorum pedum, n.5. ibid.
Cessante vicini jactura, quilibet potest in suo animalia in quacumque quantitate habere, n.11. ibid.
Viduæ alimenta durante anno luctus regulariter intra domum mariti defuncti præstanda sunt: Limita ut ibi, c.155.n.4. p.130
Operarum obsequialium fit detractio, si vidua intra annum luctus ex justa causa habitet extra domum mariti, n.5. ibid.
Vidua utrùm vestes lugubres anno luctus finito teneatur restituere, n.7. ibid.
Vidua computat in dotem vestes festivas, durante anno luctus sibi factas; non autem quotidianas, num.9. ibid.
Hæredes mariti, si statim dotem viduæ restituere velint, non tenentur ad vestes lugubres illius festivas, nec quotidianas, n.10. ibid.
Maritus præsumitur uxori jocalia præstitisse juxta promissionem, si probetur ipsam bene ornatam incessisse, n.11. ibid.
Vidua usufructuaria non prohibetur dotem petere, num.16. p.131

Vniversitas.

Ut universitas dicatur habere scientiam, quid requiratur, c.134.n.12. p.86
Testes de Universitate in certis casibus probant ad favorem Universitatis, n.25. p.88
Maximè si sint admixti cum forensium depositionibus, n.26. ibid.

Voluntas.

Testatoris voluntas etiam ex actu inutili colligitur, c.110.n.30. p.29
Ex discretiva loquutione congruens capitur voluntatis testatoris conjectura, ibid.n.38. p.30

Vsufructuarius.

Vsufructuarius reficere debet, sed non ædificare, quia non potest statum rei mutare, c.153.n.10. p.128
Quæ sit differentia inter usufructuariam bonorum, & usufructuariam hæreditatis, quoad solutionem debitorum hæreditariorum, c.155.n.14. p.130
Usufructuarius quomodo ad debita teneatur, n.15. ibid.
Simplex usufructuarius, cui data est facultas alienandi, non potest alienare nisi arbitrio boni viri, c.102.n.6. p.3

Vsusfructus.

Avus per authorizationem donationis filii, sibi non præjudicat in usufructu legali; secus si filius non indigeat authorizatione, c.141.n.9. p.102
Reservatio ususfructus facta duobus, cum clausula *respectivè*, intelligitur facta tam in favorem unius, quàm alterius singulariter, itaut uno moriente, cesset quoad ejus bona, n.10. ibid.
Reservatio usufructus facta pluribus, an intelligatur facta collectivè, vel distributivè, n.11. ibid.
In usufructu datur jus accrescendi, seu non decrescendi, n.13. p.103
Jus accrescendi locum etiam habet in usufructu constituto per contractum, n.14. ibid.

Vsura.

Usura considerari non potest ubi non adest mutuum verum, nec palliatum, c.145.n.9. p.109
Contractus in fraudem usurarum factus, est omnino nullus, c.179.n.3. p.170

Vulgaris.

Testamentum à substitutione vulgari incipere potest, c.118.n.7. p.50
Præmortuis hæredibus, substituti per vulgarem reciprocè vocati censentur, si substitutio ad eos referatur, n.8. ibid.
Etiam vulgaris substitutio per plures gradus fieri potest, ita ut primo admisso, cæteri excludantur, c.125.n.14. p.69
Quando verba substitutionis non possunt verificari nisi ante aditam hæreditatem, solùm denotant substitutionem vulgarem, n.16. ibid.
Substitutio facta per clausulam, *& suos*, est vulgaris, nisi adjecta fuerint verba tractum temporis importantia inter vocatum, *& suos*, apposita, c.130.n.5. p.79

Vxor.

Quando uxor confitetur recepisse pecunias antequam sit locus restitutioni, tota pecunia præsumitur pervenisse ad maritum, c.122.n.6. p.62
Ampliatur, etiamsi maritus permiserit ut uxor pecuniam caperet, nisi tamen aliunde probetur, uxorem factam fuisse locupletiorem, n.7. ibid.
Viro ad inopiam vergente, fructus dotis debentur uxori, n.8. ibid.
Item illi debentur fructus donationis propter nuptias, n.9. ibid.
Præsumptio l. *Quintus, ff. de donat. inter vir. & uxor.* quod quæsita per uxorem præsumantur provenisse ex bonis mariti, non habet locum stantibus conjecturis in contrarium, n.10. ibid.
Uxor non habet bona mariti obligata pro fructibus bonorum extradotalium, nisi constet maritum illa administrasse de consensu tacito, vel expresso uxoris, c.123.n.11. p.64
Si testator legatum uxori fecerit, illudque in casu secundarum nuptiarum revocaverit, ex eo dimitur illius exclusio à legitima filii, cùm sibi est substitutio compendiosa, c.132.n.9. p.83
In rebus ex pecunia dotali comparatis uxor nullum habet in proprietate jus, sed illa pertinent ad acquirentem, c.147.n.25. p.114
Uxor pro pretio bonorum per maritum alienatorum debet graduari juxta ordinem hypothecæ, à die contractus matrimonii, c.156.n.1. p.122
Uxor non tenetur cedere jura sua creditoribus mariti, nisi talia qualia sibi competunt, n.3. ibid.
Dominium meliorationum spectat ad uxorem quæ propterea illarum fructus percipere debet soluto matrimonio, n.8. p.124
Uxor mortuo marito potest continuare possessionem bonorum mariti tunc vacantem, & ea bona pro suis dotibus retinere, si illo vivo possidebat, c.189.n.3. p.186
Ampliatur ut ista retentio competat etiam pro dote illiquida, n.4. p.187

APPENDIX CONTINENS ADDITIONES NOTABILES

AD PRIMAM ET SECUNDAM PARTEM

Quæstionum Beneficialium, Canonicarum, & Regularium: necnon ad primam Partem Quæstionum Civilium.

SVMMARIVM

Præcipuarum Quæstionum quæ in his Additionibus continentur.

1 *Cura animarum apud quem sit in Ecclesiis Collegialibus.*
2 *Beneficiati an, & quibus requisitis possint se congregare.*
3 *Possunt se congregare si ita statuto caveatur.*
4 *Curatos esse perpetuos, in dubio præsumitur.*
5 *Transactio quando afficiat successores in beneficio.*
6 *Puella solam continentiam voventes non sunt propriè Religiosæ.*
7 *De ætate ad Ordines, & beneficia.*
8 *Filii hæreticorum utrum sint capaces beneficiorum.*
9 *De expressione pensionis anterioris in impetratione.*
10 *De ultimo statu beneficii.*
11 *De publicatione resignationis.*
12 *De bonis restituendis exeunti è monasterio licitè, vel illicitè.*
13 *De Intrusis.*
14 *De dante pecuniam ad redimendam vexationem.*
15 *De concessa facultate testandi.*
16 *De translatione Monasterii.*
17 *Quando Parocho sit dandus adjutor.*
18 *De consensibus præstandis* ad regulam Cancellariæ 45.
19 *De eo, qui beneficio privatus est, resignante.*
20 *De simonia conventionali.*
21 *De expressione facienda beneficiorum obtentorum.*
22 *De qualitate beneficii regularis exprimenda.*
23 *De qualitate beneficii manualis.*
24 *De qualitate beneficii curati in unionibus exprimenda.*
25 *De expressione vacantium ipso jure.*
26 *Quid agendum quando ignoratur nomen Sancti sub cujus invocatione est beneficium.*
27 *De subrogationibus beneficiariis.*
28 *De jure ad rem exprimendo.*
29 *Legatus potest ex causa moderari rigorem juris.*
30 *De expressione qualitatis beneficii residentiam exigentis.*
31 *De successione in jurepatronatus.*
32 *Medietas vocum in jurepatronatus quomodo computetur.*
33 *De privatione beneficiorum propter hæresim.*
34 *De extinctione pensionis beneficiariæ in præjudicium creditorum.*
35 *De Vicariis perpetuis, & quando illis cura animarum competat.*
36 *De possessione beneficii capitulariter capienda.*
37 *Confraternitates esse de foro Ecclesiastico.*
38 *Ad quem spectet emphyteusis durante vita Monachi.*
39 *Quando Capitulum sit legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apostolicarum.*
40 *De lucro distributionum, facta temporis divisione inter Canonicos.*
41 *De examine in Parochiali.*
42 *De conclusionibus capitularibus, & convocatione Capituli.*
43 *Quis sit Superior Religiosi translati, dum de translationis validitate disputatur.*
44 *De facto antecessoris, quod non afficit successorem in beneficio.*
45 *De forma Concilii in matrimonio contrahendo in locis ubi Concilium non est receptum.*
46 *De mutuis resignationibus.*
47 *De cessionario juris in beneficialibus.*
48 *De vacatione beneficii in Curia.*
49 *De jurepatronatus mixto ex Ecclesiasticis & laicis.*
50 *De jurepatronatus Confraternitatum.*
51 *De derogatione Conciliorum.*
52 *De Irregularibus.*
53 *De cura, & sacerdotio, & Doctoratu in beneficiis.*
54 *De Missam celebrantibus tempore divini officii.*
55 *Quando absentes lucrentur distributiones.*
56 *Licentia ad absentiam à quo tempore incipiat.*
57 *De sequestratione adversus petentem remissoriam.*
58 *De præsentatione non idonei.*
59 *De jure præsentandi competenti pluribus uti singulis.*
60 *De Beneficiis sacerdotalibus.*
61 *Quando Patronus Laicus variare non possit.*
62 *Ratificationem collationis beneficii factæ tanquam de libero, non posse fieri per patronum.*
63 *Quo casu beneficium sit, & dici possit, licèt non sit, perpetuum.*
64 *De habitu & tonsura in pensionario.*

65 *Penſio in Parochialibus non debet excedere medietatem fructuum.*
66 *Qui acceptat beneficium penſione gravatum, ſibi præjudicat, etiamſi ſit Cardinalis.*
67 *De penſionibus Eccleſiaſticis aliqua, & quis illas reſervare poſſit.*
68 *Præceptoriæ Ordinum militarium utrùm ſint beneficia.*
69 *Etiam Beneficia manualia ſubdita ſunt vacationi.*
70 *Virum adverſus intruſum peti poſſint fructus qui percipi potuerunt ſine prævia proteſtatione.*
71 *Dari in beneficialibus multiplicationem titulorum & poſſeſſionum.*
72 *De impetratione ſimul in titulum & commendam.*
73 *In Eccleſiis receptivis non datur vacatio, nec ſubrogatio.*
74 *Epiſcopus ex Eccleſia receptiva non poteſt facere numeratam.*
75 *Numerus in Eccleſiis receptivis reducendus eſt juxta fructuum quantitatem.*
76 *De Eccleſia monoculari.*
77 *In Beneficiis manualibus non eſt locus reſervationi.*
78 *De affectione beneficiorum, & quomodo differat à reſervatione.*
79 *De beneficiis Eccleſiarum exemptarum.*
80 *De vacantibus in Curia.*
81 *Sede Papali vacante ceſſat regula menſium.*
82 *De indultis Cardinalium: quando opus ſit nova proviſione Apoſtolica poſt collationem factam vigore indulti.*
83 *Quomodo derogatur Indulto Cardinalis.*
84 *De expreſſione valoris cum clauſula* in circa.
85 *Nuncii Apoſtolici ſunt judices ordinarii.*
86 *De Beneficiis ſimultanea collationis inter Epiſcopum & Capitulum.*
87 *Canonicus qui non eſt in Sacris utrùm gaudeat turno? Et alia notabilia de materia Turni.*
88 *Collatio beneficiorum ad quem pertineat, ſede Abbatiali vacante.*
89 *De forma eligendi Abbatiſſas.*
90 *Præpoſitura quo caſu non ſit Dignitas.*
91 *Qualitas Sacerdotii annexa beneficio an ſit de neceſſitate exprimenda.*
92 *Pendente lite in Rota, executor non poteſt procedere.*
93 *Auditores abſolvunt à Cenſuris.*
94 *De duobus vacationis modis narratis.*
95 *Quando proviſiones Ordinarii indigeant juſtificatione.*
96 *De gratia in forma* Dignum.
97 *Solus fumus juriſpatronatus impedit reſervationem & ſubrogationem gratioſam.*
98 *Dimiſſio beneficii coram quo fieri debeat.*
99 *In permutatione beneficiorum conditionali jus amittitur ob culpam permutantium, qui ſciebant beneficium eſſe de jurepatronatus.*
100 *Reſignatione non admiſſa, jus non amittitur.*
101 *De conſenſu præſtito poſt obitum reſignantis.*
102 *De penſione reſervata in favorem Tertii.*
103 *Evicto jure ad rem, permutato ex licentia ſummi Pontificis, utrùm liceat redire ad beneficium.*
104 *De probanda juſta cauſa permutationis.*
105 *De permutatione inæquali: & ibi alia de permutatione.*
106 *Dote beneficii amiſſa, juſpatronatus non amittitur.*
107 *Præſentare patronus alium non poteſt, quando lis pendet inter duos præſentatos.*
108 *Advocatus defendens reum ſanguinis non eſt irregularis.*
109 *Damnatus ad triremes an ſit irregularis, & utrùm retineat penſiones Eccleſiaſticas.*
110 *Clericatus probatur ſi conſtet de majoribus Ordinibus.*
111 *Ætas debet intervenire tempore præſentationis.*
112 *Incompatibilitas non impedit aſſecutionem beneficii, ſed tantùm retentionem.*
113 *Poſſidens beneficia incompatibilia ex diſpenſatione, reſidere debet in digniori.*
114 *Per adeptionem incompatibilis vacat primum, non ſecundum.*
115 *In Gallia ſecundùm aliquos datur annus ad dimittendum incompatibile. Sed contrarium verius, nempe dari tantùm duos menſes.*
116 *Explicatur quomodo intelligi debent duo menſes ad dimittendum, cum tamen ſtatim beneficium impetrari poſſit poſt adeptionem alterius incompatibilis.*

Notæ ad Cap. 1.

NOTANDUM eſt *Primò*, verum eſſe quod 1 diximus, in Eccleſiis parochialibus collegiatis curam eſſe habitu apud Collegium, quæ exercetur actu per Vicarios; ut ultra citatos probat Gonzal. *ad reg. 8. glo. 6. num. 71.* Sed hoc ita intelligendum eſt, ut Eccleſia quidem collegiata dicatur habere curam animarum, ſed quæ reſideat in habente primam Dignitatem, ſeu principalem; ut patet ex notatis per Zabarel. *conſ.* 30. quem citat & ſequitur Card. Tuſc. *litt. C, concluſ.* 1101. *num.* 20. inſpiciendo ſemper quid ſtatuto, vel conſuetudine Eccleſiæ caveatur, prout in caſu, de quo *infrà, capite* 187.

Notandum *ſecundò*, quod Beneficiati, ſeu Portionarii non poſſunt ſe congregare ſine licentia Superioris: Rota *decif.* 370. *num.* 3. *parte* 5. *recent.* ubi tamen non deciditur utrùm etiam Capituli conſenſus ad hoc requiratur. Sed ad hoc ut congregari legitimè poſſint, tria requiruntur: Primò quod non ſe congregent in forma Collegii, juxta Gloſſ. *in cap. dilecta* 14. in verbo *Inhibeant*, & in Abbas *num.* 1. *in* 2. *notab. de exceſſ. prælat.* Secundò, quod id faciant petita ſemper & omni vice licentia Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi loci Ordinarii: quia cùm non habeant jus Collegii, poſſunt quandocunque deſtrui, vel prohiberi ne incipiant. Innocent. *in d. cap. dilecta, in fine.* Tertiò, quod id faciant cum aſſiſtentia alicujus perſonæ deputandæ ab Ordinario loci, ut ſciat quid, & qua de re tractent. Quæ tria bene explicantur, & approbantur per Rotam *decif.* 112. *part.* 7. *recent.* & de eadem materia tractatur *decif.* 351. *part.* 2. *recent.* Et utrùm Beneficiati poſſint aliquid ſtatuere cum Capitulo ſuper Anniverſariis, agitur *decif.* 309. *eadem parte* 6.

Sed quid probandum ſit, quando Beneficiati prætendunt jus Collegii, ſeu facultatem ſeſe congregandi, deciditur *decif.* 136. *ead. p.* 6. *recent.*

Notandum *Tertiò*, quod ſi ſtatuto Eccleſiæ cautum ſit, quod Beneficiati, ſeu portionarii poſſint intervenire in actibus capitularibus, illud obſervandum eſt ex *decif.* 708. Rotæ Romanæ, *part.* 2. *recent.*

Et

Et de hac materia Beneficiatorum ultra suprà citatas decisiones, agunt Duran. *decis.*394. *part.*5. *recent. tom.*2. *decis.*459. *num.*7. *& decis.*183. *part.*1. *recent.& decis.*114.*&* 243.*p.*4.*recent. tom.*1.

4 Notandum *quartò*, ad tradita *num.* 5. quod in casu illo si non constitissent Curatos esse amovibiles ex statuto Capituli, in dubio præsumendum fuisset illos esse perpetuos, ex *cap. unic. de Capell. monach.* Burat. *decis.* 929. *num.* 4. ubi quod beneficia curata in dubio præsumuntur perpetua, nisi aliud probetur.

5 Notandum *quintò*, ad *num.* 7. quod licèt transactio non afficiat successores in beneficio, juxta decisionem Rotæ *ibi* allegatam *decis.*730. *num.*9. *parte* 3. *recent.* tamen si accesserit confirmatio summi Pontificis, ligat etiam successores: ut Rota probat *dicto num.*9.

Notæ ad Cap.2.

6 DE istis puellis virginitatem servantibus copiosè agit Cyriac. *controvers.* 604. ubi ostendit illas non esse Religiosas, sed tantum seculares, viventes sub quadam Regula in loco segregato à sæculo, causa ducendi vitam procul à mundanis diversionibus segregatam, nullo tamen voto paupertatis emisso, quod tamen est de substantia Religionis: & quærit ad quem spectent bona puellæ in dictis domibus ab intestato defunctæ. Sed quia istæ Congregationes prætendunt habere circa hoc quædam privilegia, adveniente casu, illa examinanda erunt.

Unde infertur quod licèt Papon. *lib.* 21. *tit.* 1. des successions, *arresto* 1. istas puellas vocet Religiosas, hoc impropriè intelligendum est: Seraph. *decis.* 121. *num.* 6. videnda etiam Gloss. *in Clement.* 1. *de religiosis domibus*, versic. *Et ideo nota ex prædictis.*

Notæ ad Cap.3.

7 REsolutivè agendum est de ætate ad ordines & beneficia. Quoad Ordines, ad primam Tonsuram requiruntur septem anni completi, Rebuff. *in praxi, tit.requisita ad collationem bonam, n.*36.

Quatuor minores ordines post septennium conferri possunt: Rebuff. *ibid.* Garc. *de benef. parte* 7. *cap.*4. *num.*6. *&* 7.

Ad Subdiaconatum requiritur annus 22. ad Diaconatum 23. ad Presbyteratum 25. ex Concil. Trident. *sess.*23. *cap.*12. Quod de annis cœptis intelligendum est, non enim requiritur quod sint anni completi, ut declaravit sacra Congregatio. Acolytatus verò 12. annum completum requirit: Barbos. *de jure Eccles.lib.*1. *cap.*33.*num.*88.

Ad beneficia de jure communi, quod apud nos servatur, nemo aliquod beneficium obtinere potest qui non sit in ætate 14. annorum, ex Concilio Tridentino *d.sess.*23. *cap.*6. quod intelligendum de annis inchoatis, licèt non completis: Garc. *de benefic. parte* 7. *cap.*4. *num.* 11. cum aliis citatis per Barbos. *ad d.cap.*6.

Si verò in fundatione caveatur beneficium simplici Clerico conferri posse, sufficit minor ætas quàm 14. annorum, quando ex cura & virtuali dispositione Fundatoris haberetur, quod posset præsentari puer, aut minor 14. annis, & versaremur in fundatione facta ante Concilium; secus si indefinitè vocetur Clericus, aut qui possit esse Clericus, aut si agatur de fundatione post Concilium: ita distinguit Duran. *decis.* 228. *num.* 8. qua de re etiam tractat Rota *decis.*403. *num.*20. *parte* 4. *recent. tomo* 2. Vide Barbos. *de Episcopo, allegat.*60. *num.*77.

Ad canonicatus Ecclesiarum collegiatarum sufficiunt 14. anni, nisi illis sacer Ordo sit annexus, aut aliter in fundatione caveatur, Barbos. *d.alleg.*60. *num.*71. Nec requiruntur anni completi, sed sufficit illos attigisse, ut dixi suprà, *p.*2. *cap.*3. §.12. *n.*2.

In canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis, & Dignitatibus, quæ requiratur ætas, exposui *dicto* §.12. ideò hîc non est repetendum. De his Barbos. *dict. alleg.*60. *num.*64. *& sequent.*

Notæ ad Cap.4.

NOtandum est, quod Rota Romana in fortioribus terminis admisit filios hæreticorum ad Canonicatum, non obstante statuto illius Ecclesiæ, seu immemoriali consuetudine, quod nemo admitteretur ad Canonicatus, qui esset suspectus de aliquo crimine, aut aliàs læsæ famæ. Nam licèt ageretur de filio hæretici, cujus pater hæresim abjuraverat, tamen cùm natus esset Catholicus, & post abjurationem patris, nulla in eo potuit considerari læsio honoris & famæ, ut decisum fuit *in Ratisbonensi Canonicatus*, coram Pirovano *die* 1. *Februarii* 1619. *in recent. p.*4. *tom.*2. *decis.*74. 8

Quid autem servetur in Gallia? Ultra ea quæ diximus, videatur Bengeus *in tract. de benefic. in verbo*, Consensus, §.2. *num.*3. *& sequentib. pag.*412.

Notæ ad Cap.5.

DE eadem materia actum fuit inferius, *part.* 2. *cap.*1. §.4. *num.*68. Vide Boër. *decis.* 162. cum aliis allegatis. 9

Et quod ibi dicitur, anterioris pensionis super eodem beneficio impositæ mentionem non esse faciendam, quando agitur de translatione pensionis, confirmat Rota *decis.*46. *num.*7. *part.*1. *recent.*

Notandum tamen est, quod in litteris pensionis facienda est mentio regressus, quem quis habet ad illud beneficium, sed non in litteris translationis. Rota *decis.*24. *num.*16.17. *& sequentibus, eadem p.*5. ubi redditur ratio diversitatis.

Notæ ad Cap.9.

PRovisiones Apostolicæ non mutant statum beneficii, ultra citatos Rota *decis.*515. *num.*10. *parte* 4. *recent. tomo* 3. Et tales provisiones non præjudicant illi, qui est in quasi possessione conferendi, vel præsentandi: ut est *decisio* Rotæ 400. apud Postium *in tract. de manutentione.* 10

Notandum est quod status ultimus attenditur quando res est dubia: Rot. *decis.*238. *num.*4. *p.*5. *recent.& 322.num.*8. *parte* 4. *tomo* 2. *&* 633.*num.*6. *part.* 3. *recent.* Quæ autem requirantur ad status mutationem, tradit Rota *decis.*401. *num.*16. *part.*5. *recent.* vide infrà, *c.*166.

Notæ ad Cap.13.

DUm tractatur de tempore capiendæ possessionis in Gallia, videnda sunt quæ explicavimus super Regula *de publicandis resignationibus* in Gallia, infrà *cap.*195. 11

Notandum est *primò*, quod publicatio resignationis potest probari per testes, Rot. *decis.*132. *n.*13.

p.5.recent. Sed hoc caſu teſtes non probant, niſi deponant publicationem factam fuiſſe intra tempus requiſitum per conſtitutionem Gregor. XIII. & cum expreſſione omnium ad talem publicationem requiſitorum, ut dicitur *in illa deciſione* 132.

Notandum eſt *ſecundò*, quod poteſt de jure peti reſtitutio in integrum adverſus omiſſam publicationem: Rot. *deciſ.*91.*n.*7. *part.*4.*recent. tom.*2. non tamen in præjudicium tertii impetrantis, ex capite non factæ publicationis: Rot. *ibid.num.*10.

Notæ ad Cap. 14.

12 MOnacho, vel Moniali exeunti à Monaſterio omnia data reſtituenda ſunt, ut advertit Additio *ad deciſ.* Rotæ 523. *part.* 4. *recent. tom.*3. *num.*22. ubi plures allegantur deciſiones. Et dicitur ampliùs reſtituenda eſſe delata per Monachum, etiamſi illius egreſſus eſſet illicitus: per text.*in cap. quicunque*, 17. *quæſt.*4. Expilli *arreſt.*225. videndus Modern. *de ſtylo Datar. lib.*1. *cap.*15. §.14. *num.*50. *&* 51. ubi tractatur de eo qui cum diſpenſatione Pontificia ex ordine Capucinorum tranſlatus fuit ad Dominicanos: & refertur illum fuiſſe declaratum habilem ad ſuccedendum in feudo, in præjudicium agnatorum: quod non ſolum in Gallia non obtineret, ſed de ejus propoſitionis veritate dubitarem, cùm per profeſſionem jus fuerit quæſitum proximioribus, in quorum præiudicium diſpenſatio locum habere non debet: Rot. apud Burat. *deciſ.*176.

Quod intellige ut procedat in bonis ante egreſſum delatis, nam quoad ea quæ poſteà deferuntur, ſuccedit extra Galliam: Addent.ad Burat.*deciſ.*756. *num.*25.

Eiecti tamen ob incorrigibilitatem, vel ob crimen, non recuperant jus ſuccedendi, quia ſemper manent adſtricti voto paupertatis, vt dicitur *ad dictam deciſionem* 756. *num.*27.

Notæ ad Cap.17. *num.*18.

13 NOtandum eſt, quod ad hoc vt quis dicatur intruſus, neceſſe eſt quod fructus aliquos beneficii perceperit; ſi enim nullos fructus perceperit, ceſſat intruſio. Duran. *deciſ.*137. *num.*17. & *in recent. part.*5. *deciſ.*344. *num.*17. Idem dicendum eſt ſi adſit titulus coloratus, qui facit ceſſare vitium intruſionis: Rot. *in dictis deciſ.n.*16.ubi loquitur de prouiſione facta per Vicelegatum Auenionenſem.

Notæ ad Cap.19. *in fine.*

14 NOtandum eſt *primò*, rem eſſe pericoloſam dare pecuniam alicui pro redimenda vexatione in beneficialibus, niſi interueniat authoritas ſummi Pontificis, ut dicit Rota *deciſ.* 302. *num.*5. *part.*1. *recent.*

Notandum *ſecundò*, quod quomodocunque res ſe habeat, ſemper eſt ſimonia quoad recipientem, qui nec ſub prætextu litis, aut vexationis, quæ ab ejus parte procedit, poteſt aliquid ſine labe ſimoniæ recipere: Rot. *deciſ.*50. *num.*9. poſt tractatum Viuiani de jurepatronat. poſt Hoſtienſ. *in cap. dilectus*, *de ſimonia*, & alios *ibidem* allegat: Menoch. *conſ.*67.*num.*19.

Notandum *tertiò*, quod quæſtio iſta de dante rem temporalem ad redimendam vexationem, magnas habet difficultates, quæ per varios caſus explicantur, ideò qui totam materiam complecti volet, adeat Bonacin. *in tract.de ſimon.diſput.*1.*quæſt.*6. *puncto* 4. Tamburin. *de jure Abbat. tom.*1. *diſp.* 10. *quæſit.*4. Barboſa *in cap. Matthæus, de ſimonia, & in c.Cum pridem,de pact.*

Notæ ad Cap.22.

QVæſtio de facultate teſtandi conceſſa Clericis ſæcularibus in ciuitate & ſtatu Auenionenſi, latè tractatur *cap.*153.*p.*2.

De fructuum verò beneficialium diuiſione inter hæredes defuncti, & ſucceſſorem in beneficio, agitur *cap.*164.

In locis autem in quibus Clerici non habent facultatem teſtandi, fructus beneficiorum inexacti ſpectant ad ſucceſſorem in beneficio: Rota *deciſ.* 529. *&* 722.*part.*2.*recent.tomo* 3.

Notæ ad Cap.23.

DE tranſlatione Monaſterii ab vno loco ad alium, qua authoritate, & quibus ex cauſis fieri poſſit, copioſè agitur *in deciſ.* Rotæ 462.705. 713. *&* 721.*part.*4.*recent.tomo* 2. *&* 3. & de tranſlatione Sedis Abbatialis agimus infrà, *c.*129.

Notæ ad Cap.24.

QVamuis opinio quam ſecutus hic fui *num.*9. habeat pro ſe Doctores fide dignos, tamen *in tertia parte, cap.*134. coactus fui ab illa diſcedere propter declarationem ſacræ Congregationis, & authoritatem Rotæ *ibi* inſertam.

Notæ ad Cap.25. *num.*3.

DE materia Coadiutoris, quomodò & quibus in caſibus dandus ſit, tractat Rota *dec.*437. *&* 454.*part.*3.*recent.* Rebuff. *de congrua, num.*47. *& ſequentib.* Achill. de Graſſ. *deciſ.*6. *num.*8. *de prædem.* Seraph. *deciſ.*680. *num.*4. Concil. Trident. *ſeſſ.*21. *cap.*4.*de reformat.* Ludouiſ. *deciſ.*307. & ibi Addent. *littera B.*

Notæ ad Cap.26. *num.*13.

NOtandum eſt, quod per Regulam 44. Cancellariæ quæ nunc eſt 45. ſtatutum eſt, quod nullæ literæ expediantur, tam ſuper reſignatione, quàm ſuper beneficio, niſi reſignans ibi præſens fuerit, alioquin per procuratorem ſpecialiter conſtitutum, conſenſum præſtiterit in Cancellaria: ita ut licèt reſignans, vel cedens, jam in mandato facto ad reſignandum conſenſerit, hoc non ſufficiat, ſed novus requiratur in Curia conſenſus. Ideò ſi conſenſus iſte ſecundus in Curia præſtitus fuerit ante reuocationem intimatam, validè emanat nunciatio, vel ceſſio; quia mandatum poteſt reuocari ante conſenſum hunc præſtitum: illo autem præſtito, reuocationis intimatio ſuperueniens inutilis eſt, & non reuocat ea quæ jam facta ſunt. Itaque ſi ſuper beneficio Apoſtolico facta fuerit collatio, & ad illius confirmationem proceſſum ſit, poſtea conſenſu non præſtito, nulla eſſet talis confirmatio. Rota *deciſ.*382.*num.*2. *part.*4. *recent. tom.*2. Eadem ratione reſignatio ſine novo iſto conſenſu facta non valet. Rot. *deciſ.*303. *num.*4. *ead. part. tom.* quia res eſt adhuc integra, & locus eſt pœnitentiæ antequam iſte conſenſus ſecundus fuerit præſtitus. Et illo verò præſtito, non eſt locus pœnitentiæ. Et ſi reuocationis intimatio præcedat conſenſum, non poteſt poſtea præſtari.

Notæ

Notæ ad Cap. 27. *num.* 13.

20 NOtandum est *primò*, quod licèt verum sit, eum qui ipso jure privatus non est, posse resignare, hoc tamen sano modo intelligendum est : nam licèt ante latam priuationis sententiam reus cedat, vel decedat, tunc resultabit vera vacatio, siue per cessionem aut resignationem, siue per obitum; non tamen ille qui impetrauit propter delictum, prohibetur litem cœptam prosequi, sicut prosecutus fuisset aduersus delinquentem, ut probat Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 18. *n.* 61.

Ad num. 7.

21 NOtandum *secundò*, quod sola conuentionalis simonia punibilis est, si subsequuta fuerit collatio beneficii : vt probat Paris. *in tract. de resignat. benef. lib.* 14. *quæst.* 7. *num.* 31. & *in tract. de confident. quæst.* 39. quod nos latiùs explicuimus *parte* 3. *cap.* 160.

Ad num. 35.

22 NOtandum *tertiò*, quod expressio aliorum beneficiorum jam tempore collationis obtentorum, non est necessaria in collationibus Ordinariorum, sicut nec aliæ multæ expressiones, de quibus Paris. *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 9. *num.* 67. *& sequentibus.* Nec similiter exprimi debet in prouisionibus Ordinarii valor fructuum beneficii, nec possessio colorata alterius, nec quod beneficium habeat Dignitatem, aut jurisdictionem annexam, nec alia omnia quæ per se nota sunt : ut ostendit Paris. *ibidem, usque ad n.* 72.

Notandum *quartò*, quod expressio obtentorum non est necessaria in concessionibus per Papam motu proprio concessis : *cap. si motu proprio, de præbend. in* 6. Paris. *d. q.* 9. *n.* 74.

Notandum *quintò*, quod qualitas beneficii regularis est de necessitate exprimenda : Duran. *decis.* 243. *n.* 8.

23 Notandum *sextò*, quod qualitas beneficii manualis debet exprimi de necessitate : Menoch. *de arbitrar. casu* 201. *n.* 46. Calderin. *cons.* 9. *de rescript. & cons.* 30. *de præbend.* Felin. *in cap. in nostra, n.* 18. *de rescript.*

24 Notandum *septimò*, quod etiam in unionibus qualitas beneficii curati exprimenda est : Rota *decis.* 354. *part.* 4. *recent. tom.* 2. sed si cura sit tantùm habitualis, non est de necessitate exprimenda, secundùm mentem Rotæ *in dicta decis.* 354. *num.* 22.

25 Notandum *octavò*, quod exprimenda sunt beneficia vacantia ipso jure, veluti per adeptionem alterius beneficii incompatibilis : Rota *decis.* 665. *n.* 15. *part.* 4. *recent. tom.* 3.

26 Notandum *nonò*, & addendum ad *num.* 31. quid agendum sit quando ob temporis antiquitatem, aut ob Ecclesiæ destructionem, ignoratur nomen invocationis Sancti : quod explicat Lotter. adeundus *lib.* 3. *q.* 44. *n.* 56. *& sequentibus.*

Notæ ad Cap. 28.

27 NOtandum est *primò*, quod Papa per subrogationem alicujus in beneficio, non intendit præjudicare juribus collatoris ordinarii : Ludouis. *decis.* 166. *num.* 5. Rota apud Garc. *de benef. part.* 6. *cap.* 4. *num.* 14.

Ideò cum in Gallia sublatæ sint reseruationes, non est mirum si subrogatio Pontificia non præjudicet collatoribus ordinariis. At verò in locis ubi reseruationes admittuntur, collatio beneficii facta per Ordinarium est inualida, nec potest sortiri effectum in præiudicium subrogationis, quamvis subrogatio sit posterior, quia cùm subrogatio præsupponat litem præexistentem, Collatores ordinarii non possunt conferre huiusmodi beneficium litigiosum, cùm sit reseruatum, seu extra collationem Ordinarii constitutum.

Notandum *secundò*, quod Regula *de subrogandis collitigantibus*, locum etiam habet in beneficiis, quæ sunt de jurepatronatus, ita ut vno ex collitigantibus defuncto, patronus non possit alium præsentare in præiudicium collitigantis superstitis : Gomes. *ad reg. de subrogand. collitig. quæst.* 13. Seraph. *decis.* 990. *num.* 6. Nec possit patronus etiam pendente lite inter præsentatos cumulando variare : Crauet. *cons.* 63. *num.* 3. *in fine*, Rota *decis.* 607. *num.* 4. *part.* 5. *recent. tom.* 2.

Notandum *tertiò*, ad *num.* 12. ubi dicitur quod subrogatio petenda est intra mensem à die notitiæ obitus collitigantis, intelligendum esse secundùm mentem Rotæ Romanæ, ut locum non habeat quando subrogatio conceditur collitiganti, non autem quando concessio facta fuit tertio non collitiganti, ut decisum fuit *in recent. decis.* 342. *n.* 10. *part.* 1. Nam licèt ex Regula solis collitigantibus concederetur subrogatio, tamen vsus inualuit, ut quicunque, licèt extraneus, siue morte, siue renunciatione alterius collitigantis, vacans beneficium obtinere possit, & in ejus locum subrogari, ut facilius Ecclesiæ novis Ministris repleantur : ut dicit Bengeus *tit. de modis quib. benef. conferv.* §. 3. *num.* 5. *fol.* 440. Mensis ergo dilatio in hac subrogatione facta Tertio, locum non habet ex mente Rotæ : ita ut quando subrogatio conceditur Tertio, mensis non intelligatur a die obitus litigantis, sed à die subrogationis : Add. ad Ludouis. *decis.* 126. *n.* 19. ubi etiam dicitur *num.* 16. quod mensis iste non assignatur ad inualidandam gratiam post illum præstitam, sed duntaxat gratiam intra illum obtentam in præiudicium subrogandi : & propterea si post mensem non fuerit alteri concessa gratia, non prohibetur collitigans subrogationem quandocunque petere : Rub. *ad decis.* Seraph. 1165. *fol.* 23. & 108. *in suis singularibus ad decis. Rotæ Romanæ.*

Notæ ad Cap. 29.

28 NOtandum est, quod in collationibus Sedis Apostolicæ debet fieri expressio juris ad rem quod quis habet in alio beneficio, etiamsi jus illud esset controuersum, etiam possessione non sequuta. Rot. *decis.* 665. *n.* 1. *& sequent. part.* 4. *recent. tom.* 3. per text. *in cap. si motu proprio, de præb. in* 6. Selva *dicta part.* 3. *q.* 11. *n.* 1.

Notæ ad Cap. 10. *ad num.* 9.

29 NOtandum, quod licèt Legatus non possit statuere contra jus commune, tamen illud potest ex justa causa temperare, veluti restituendo in integrum aduersus omissam appellationem : Abb. *cons.* 77. *n.* 4. *vers.* aut subest legitima causa, *lib.* 2. Item potest sicut alius quilibet Iudex, seueritati ju-

ris aliquid detrahere : *cap. fin. de tranſact.* Roman. *conſil.*428. *n.*13. Diſſoluere vniones Pontificias, & diſmembrare, juſta ſubſiſtente cauſa : Rota *deciſ.*70. *n.*1. *&* 171.*n.*1.*part.*5.*recent.*

Notæ ad Cap. 31. *ad finem.*

30 NOtandum eſt, quod quidquid dixerit Rota *deciſ.*65. *num.*2. *verſic. quo verò ad reſidentiam, parte* 3. *recent.* verius eſt, quod in impetratione beneficii exprimendum eſt vtrùm requirat reſidentiam, ut probat Lotter. *de re benefic. lib.*3. *quæſt.*28. *num.*25. poſt Menoch. *de arbitrar.caſu* 201.*num.*74. Pariſ. *de reſignat. lib.*10.*quæſt.*2.*num.*29.

Notæ ad Cap. 32.

VIdenda ſunt quæ copioſè diximus infrà, *cap.* 157.*&* 158.

31 Et ad *num.*7. *&* 8. vide deciſ. Rotæ 47. *num.*4. *parte* 4. *recent.tom.*2. ubi dicitur, quod licet in jurepatronatus familiari ſuccedatur in ſtirpes, tamen hoc obtinet ubi juſpatronatus proximioribus de familia relinquitur, tunc enim in ſtirpes competit. Aliud eſt quando vocati ſunt omnes *ſui* præſentes & ſucceſſores, & ſic omnes de familia, qui hoc caſu pro virili portione ſuccedunt; quia per adiunctionem dictionis *ſui*, ſoli ſucceſſores ſanguinis deſignantur, etiamſi non ſint hæredes. Sed hæc deciſio non eſt vera, quia dictio illa *ſui*, juncta cum verbo *ſucceſſores*, ſine copula *&*, requirit in illis qui ſuccedere volunt, qualitatem hæreditariam, & per conſequens ſucceſſio fit in ſtirpes : Burat. *deciſ.* 647. *num.*5. *&* *ſequentib.* Et diximus inferiùs, *cap.* 157.*num.*19.

Notandum *ſecundò*, quod aduerſus ea quæ diximus *hoc cap.*32.*nnm.*10. facit Lotter. *lib.*2.*quæſt.*31. *n.*137. ubi dicit quod in jurepatronatus hæreditario ſucceditur ad ratam portionis hæreditariæ, & non vltra : & Rota *deciſ.*251. *n.*7. *part.*2. *recentior.* Coſta *de ratione rata, quæſt.*97.*num.*1.

Sed noſtra ſententia verior eſt, ut voces hæredum non ad ratam portionis hæreditariæ computentur, ſed tantùm juxta numerum perſonarum etiam ex diſparibus partibus inſtitutarum, ut vltra DD. per nos allegatos, tenent Abb. *in c.*1.*n.*6.*de jurepatron.* & *ibi* Barboſa *n.*5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*521.*n.*39.

Notandum *tertiò*, ad ea quæ diximus hic, *num.*19. illa referenda eſſe ad caſum deciſum *ibidem*, *n.*13. nempe quod in jurepatronatus mixto ſucceditur in capita, quando agitur de primò vocatis; nam poſt primum gradum vocatorum ſucceditur regulariter in ſtirpes, ut dictum eſt *dicto num.* 13. & probatur apud Burat.*deciſ.*647.*ibidem* allegata, *n.*10. *&* 679.*num.*8.

32 Notandum eſt *quartò*, circa *num. vlt.* quod quando ex pluribus patronis adeſt medietas vocum, Epiſcopus poteſt conferre & gratificari : quæ medietas non conſideratur in abſtracto reſpectu omnium patronorum, ſed reſpectu eorum duntaxat qui præſentarunt : ut bene explicat Duran. *deciſ.* 199. *num.*8.*&* *ſequentib.* *&* *deciſ.*230.*n.*3.*&* *ſequentib.*

Notæ ad Cap. 33.

AD *num.*10. de impetrante beneficium viuentis, vide copioſius infrà, *capite* 170.*per totum.*

Notæ ad Cap. 34.

DE privatione beneficiorum propter hæreſim, 33 vide Rotam *deciſ.*617. *num.*4. *part.*4. *recent. tom.*3. Et quid in Gallia ſervetur quoad hæreticos, tradit Bengeus *de benefic. tit. de mod. amitt. benefic.* §.3.*n.*3. *&* *ſequentib.* fol.412.

Notæ ad Cap. 35.

NOn ſolùm in præjudicium creditorum, ſed 34 etiam in odium procuratoris perpetui, qui habet jus exigendi penſionem pretio conſtituto, poteſt poſſeſſor beneficii penſione gravati illam caſſare. Et licèt iſte procurator irrevocabilis ad exigendam penſionem, habens Datarium amicum, poſſet impedire illam caſſationem mediante Datario, ad id tamen Datarius non tenetur, ſi nolit. Et hoc impedimentum ex quadam æquitate Datario permiſſum, locum habet quando caſſatio penſionis fit recepto pretio; nam ſi nulla re recepta caſſetur, non poteſt iuuare Datarius, quia caſſatio fieri poteſt inter partes ſine Datario, & hæc omnia explicat Modern. *de ſtylo Datar. lib.*1.*c.*27. *n.*15.

Notæ ad Cap. 36. *num.*1.

NOtandum eſt, quod ſi Papa Vicarium perpe- 35 tuum deputet in Eccleſia Collegiata, dubitatum aliàs fuit, vtrùm *cenſeatur totam curam* à Capitulo ablatam *tranſtuliſſe* ad Vicarium *illum*. Et reſolutum fuit curæ ſolum exercitium tranſlatum fuiſſe in Vicarium, curam tamen habitualem ſemper apud Capitulum remanſiſſe : ita deciſum in Rota *deciſ.*316.*parte* 4.*recent.tomo* 2.

Notandum *ſecundò*, ad *num.*11. quod pendente lite ſuper beneficio, ſpectat ad Epiſcopum deputare Vicarium temporalem, ſeu œconomum, qui exerceat quandiu lis duratura eſt : Duran. *deciſ.*74. *num.*50.*&* 52.

Notandum *tertiò*, ſuper illa quæſtione, Ad quem, & qua ratione competat nominatio Vicarii perpetui, quando alicuius menſæ cura annexa eſt, vel ab ea dependens, abundè per nos actum fuit *capite* 187. & vltra Salgadum hic citatum, addi *deciſio* Rotæ Romanæ 580. *num.*25. *parte* 4. *tomo* 3.

Notæ ad Cap.38. *num.*7.

VIdenda ſunt copioſè ſcripta inferiùs, *capite* 133.

Notæ ad Cap.40. *num.*12.

QUando non ſtetit per aliquem quin capite- 36 riter poſſeſſionem adeptus fuerit, perinde eſt ac ſi capitulariter illam accepiſſet : Rota *deciſ.*97. *num.*13. *parte* 5. *recent.* Lotter. *de re benefic.*3.55. *num.*35. *&* *ſequentibus*, ubi docet hanc ſolemnitatem capitularis poſſeſſionis ſimiliter non requiri, ſi conſuetudo ſit in contrarium, & ſufficere quod poſſeſſor poſteà admiſſus ſit ad aliquos actus capitulares.

Notæ ad Cap.43. *num.*2.

ADde quod tamen huiuſmodi Confratres ſint de foro Eccleſiæ, ut deciſum fuit in Rota *deciſ.*144.*n.*17.*p.*5.*recent.* 37

Nota

Notæ ad Cap. 46. *num.* 26.

38 NOtandum est, quod Castrensis *in auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. num.* 10. tres in hac quæstione casus distinguit. Primus est, quando pacto expresso conventum est, quod emphyteusis non alienaretur in manus mortuas: & hoc casu per ingressum Monasterii revertitur emphyteusis ad dominum directum, perinde ac si Religiosus esset mortuus. Secundus casus est, quando nullum adest pactum prohibens alienationem ad manus mortuas, & agitur de emphyteusi Ecclesiastica, nempe quia dominium directum est penes Ecclesiam: & hoc casu mero jure transit in Ecclesiam, sed est in potestate Ecclesiæ dominæ directæ retrahere; & si non retraxit, durat quandiu vivit Monachus, & eo mortuo finitur emphyteusis, & devolvitur ad eos ad quos de jure, aut ex conventione devolvi debet. Tertius casus, quando pactum illud non est appositum, & agitur de emphyteusi non Ecclesiastica: & hoc tertio casu remanet apud monasterium durante vita Monachi, posteà verò revertitur ad quos de jure reverti debet.

Circa hanc quæstionem variæ sunt Doctorum conclusiones, quos longa serie recensent Barbos. *in auth. ingressi, num.* 21. *C. de sacrosanct. Eccles.* & Cened. *collectan.* 144. *num.* 87.

Vera resolutio est *primò*, quod omni casu, quando emphyteusis transit ad Monasterium in totum ex testamento, dominus directus potest illud cogere ad vendendum intra annum, ut post Alexand. concludit Tusch. *litera E, conclus.* 161. *n.* 13.

Secundò, quod durante vita monachi, Monasterium potest retinere bona emphyteutica, nec cogitur vendere: ut probat Sanchez *in præcepta decal. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 65. Et per consequens in locis in quibus monasteria succedunt ex tacita bonorum professi dedicatione, laudimium non debetur nisi post mortem naturalem professi, ut concludit Sanchez *d. num.* 65.

Notæ ad Cap. 47. *num.* 13. *in fine.*

39 NOta quod Capitulum regulariter non est legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apostolicarum, nisi ageretur de qualitatibus requisitis in Canonicis: ut per Adden. ad Ludovis. *decis.* 221. *num.* 11. Sed postquàm executio fuit facta, Capitulum audiendum est in petitorio, si sua aliqua ratione interesse possit: Duran. *decis.* 55. *num.* 4. & 5.

Notæ ad Cap. 52.

40 NOta quod fuit aliàs decisum per Rotam Romanam, quod si ex stylo alicujus Ecclesiæ, Presbyteri dividant inter se dies servitii, ut medietas residcat per quindecim dies, & alia pars residcat per alios quindecim dies, & quilibet lucretur toto tempore suas integras distributiones, nunquam dicuntur absentes, sed præsentes, propter mutuum servitium, ut *in recent. parte* 4. *tomo* 2. *decis.* 262. *num.* 8. & 9.

Notæ ad Cap. 59.

41 NOtandum est quod si provisio Ecclesiæ parochialis fuerit facta in principio Sedis Episcopalis vacantis, cùm tam citò non potuerit Synodus congregari, non vacabit parochialis ob examen factum duntaxat cum duobus examinatoribus synodalibus, non autem cum tribus, prout disponit Concilium, & fuit decisum in Rota *decis.* 437. *n.* 16. & *sequentib. p.* 4. *recent. tom.* 2.

Notandum *secundò*, quod licèt non admittatur appellatio suspensiva, quando quis fuit provisus per concursum de beneficio libero; tamen si agatur de beneficio juris patronatus, & lis sit inter duos patronos laicos super illius pertinentia, & appelletur ab institutione facta unius ex præsentatis, hoc casu datur appellatio ad utrumque effectum: Rota *decis.* 656. *num.* 2. *parte* 1. *recent.* & *decis.* 379. *num.* 4. *partis* 4. *tomo* 2.

Ad *finem capitis*, ultra *decis.* Durani 137. & alias *ibi* notatas, adde *decis.* 46. apud Vivian. *de jurepatronat.*

Notæ ad Cap. 62.

42 NOtandum *primò*, ad *num.* 18. quod in conclusionibus capitularibus debent intervenire duæ partes ex tribus, nisi aliud caveatur statuto, vel consuetudo sit in contrarium: Rot. *decis.* 135. *n.* 6. *parte* 5. *recent.*

Notandum *secundò*, quod quando collatio beneficiorum spectat communiter ad Episcopum & Capitulum, tunc Episcopus potest congregare Capitulum, & cogere ut congregetur ad provisionem faciendam: sed quam authoritatem tunc habeat Episcopus, ostendit Garz. *de benefic. parte* 5. *cap.* 4. *num.* 52. & *sequentib.*

Notandum *tertiò*, ad *finem capitis*, quod in Ecclesiis Metropolitanis Decanus non est Caput Capituli, sed solus Archiepiscopus: Rota *decis.* 111. *num.* 29. *parte* 5. *recent.*

Notæ ad Cap. 65. *num.* 24.

43 ADde quod si post Religiosi translationem effectualiter factam, lis pendeat super illius validitate, dubitari potest utrùm Superior primi, vel secundi Conventus, illum sub sua potestate habiturus sit? Super quo dubio videatur *decisio* Rotæ 365. *partis* 4. *recent. tomo* 2.

Notæ ad Cap. 66. *num.* 20.

44 NOtandum *primò*, quod si Prælatus, vel possessor beneficii bona Ecclesiæ conductori saltem generaliter obligaverit, non poterit successor in beneficio illum expellere, nisi soluto illi interesse, ut ex veriori sententia probat Barbosa *in l. si filiofamilias* 26. *§. fin. n.* 31. *ff. soluto matrimonio.*

Notandum *secundò*, ad *num.* 25. quod provisus à Papa non tenetur stare confessioni sui antecessoris in beneficio, quia in eo creatur novum jus, & independens à primo: Rota *decis.* 144. *num.* 18. & 19. *parte* 4. *tomo* 2.

Notæ ad Cap. 71. *in fine.*

45 ADdo quod in locis subditis dominio hæreticorum, ubi non adsunt Parochi, non est servanda forma Concilii in celebratione Matrimonii, nec in locis ubi Concilium non fuit receptum: Rub. *in annotat. ad decis.* 431. *num.* 55. & *sequentib. parte* 4. *recent.*

Notæ

Notæ ad Cap. 75. *num.* 8.

46 ADde Pariſ. *de confident. quæſt.* 40. *num.* 39. Garc. *de benefic. parte* 11. *cap.* 4. *num.* 56. Barboſ. *de jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 163. Intellige quod iſtæ mutuæ reſignationes, ut habeant vim permutationis, oportet vt eodem tempore expediantur: Barboſ. *loco citato, n.* 185.

Notæ ad Cap. 85. *num.* 7.

47 NOtandum eſt quod ceſſionarius juris, quod alius habet in beneficio, tenetur juſtificare jus ſui cedentis, niſi tamen cedens fuiſſet triennalis pacificus poſſeſſor: Duran. *deciſ.* 440. *num.* 3. *& deciſ.* 460. *num.* 6.

Notæ ad Cap. 87. *num.* 1.

48 ADde quod ſi adſit in prouiſionibus beneficii decretum de dimittendo beneficium, dicitur vacare in Curia, ſed non apud Sedem: Rota *dec.* 66. *num.* 5. *parte* 5. *recent.*

49 Notandum *ſecundò*, ad *num.* 14. *eiuſdem capitis* 87. dum dicitur, quod ſi major pars patronorum componatur ex perſonis Eccleſiaſticis, juſpatronatus cadit ſub regula reſeruatoria, quod contrarium fusè probat Modern. *in tract. de ſtylo datariæ, lib.* 1. *cap.* 15. §. 15. *num.* 98. *& ſequentib.* dicens ita fuiſſe judicatum in ſacra Congregatione Concilii, quæ opinio etiam in Gallia ſeruatur.

50 Notandum *tertiò*, quod juſpatronatus Confraternitatum eſt Laicale: Duran. *deciſ.* 130. Rota *deciſ.* 482. *n.* 26. *partis* 4. *recent. tomo* 2.

51 Notandum *quartò*, ad *num.* 17. quod Papa derogare poteſt quibuſcunque Conciliis generalibus: Rot. *deciſ.* 648. *parte* 4. *recent. tomo* 3.

Notandum *quintò*, ad *num.* 11. idem fuiſſe deciſum *p.* 1. *recentior. tomo* 2. *deciſ.* 569. *n.* 25.

Et adde quod vacatio conſumitur per prouiſionem cum ſupplicatione regiſtrata, etiam nondum adepta poſſeſſione: Duran. *deciſ.* 263. *num.* 12. Rota *deciſ.* 385. *n.* 10.

Et quod etiam in beneficiis patronatis, etiamſi jus non abdicetur à reſignante, niſi conſentiat Patronus; tamen ſi reſignans fuerit in culpa, inducitur vacatio: Rota *deciſ.* 190. *numero* 5. *&* 6. *parte* 5. *recent.*

Notæ ad Cap. 94.

52 ADde *primò*, quod apoplecticus ad ſacros Ordines promoueri non poteſt: Rota *deciſ.* 384. *num.* 9. *partis* 5. *recent.*

Secundò nota, quod cæcus eſt incapax beneficii: Rota *deciſ.* 602. *n.* 6. *partis* 5. *recent. tomo* 2.

Tertiò, de irregularibus vide Dianam *p.* 4. *tract.* 2. *de irregular. reſolut.* 29. *&* 38.

Quartò, quod irregularis non priuatur beneficiis obtentis, ipſo jure, ſed tantùm per ſententiam: ideò non amittit ſui beneficii jam obtenti poſſeſſionem: Rota *deciſ.* 236. *numero* 19. *partis* 4. *recent. tomo* 2. Quod maximè locum habet, ſi irregularitas ſit ex accidenti, & beneficium non requirat certum Ordinem: Veral. *deciſ.* 236. *num.* 5. *parte* 2. Rota *deciſ.* 236. *num.* 3. *parte* 2. *recent.* Conrad. *in praxi diſpenſat. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 7.

Quartò, de irregularitate quoad officia regularia, vide Lezan. *in ſumma quæſt. regul. parte* 3. *in verbo*, Irregularitas, *num.* 6. Bonacinam *de irregular. tomo* 1. *diſput.* 7. *quæſt.* 1. *puncto* 4. *n.* 6.

Notæ ad Cap. 99. *num.* 4.

NOtandum eſt, quod cura animarum omnimodò exigit ſacerdotium: Duran. *deciſ.* 433. *n.* 11.

Non tamen exigitur ſacerdotium in eo qui habet duntaxat onus beneficio annexum juuandi Curatum: Rota *dicta deciſ.* 433. *n.* 12.

De cura juriſdictionali vide Rebuffum *in præx. tit. de non promotis, n.* 32.

In Dignitatibus non requiritur præcisè Doctoratus: Barboſa *de jure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 6. Garc. *de benefic. parte* 7. *cap.* 7. *n.* 33. Modern. Aquenſ. *lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 2.

In Archidiaconatu autem non requiritur ſacerdotium, *cap. honoratus, diſtinct.* 74. Barboſ. *lib.* 1. *de jure Eccleſ. c.* 24. *n.* 45. Garc. *parte* 7. *c.* 1. *n.* 40.

Notæ ad Cap. 102. *num.* 4.

NOta quod Miſſam celebrantes extra chorum tempore officii, non debent lucrari quotidianas diſtributiones: Rub. *ad deciſ.* 376. *num.* 133. *partis* 4. *recent. tom.* 3. ubi multa de diſtributionibus quotidianis: & *num.* 145. Vide *deciſ.* 263. *parte* 4. *recent. tom.* 2.

Notæ ad Cap. 103. *ad finem.*

ADde de abſentibus cauſa Eccleſiæ, quod omnia lucrentur: Rota *deciſ.* 1. *n.* 3. *part.* 4. *recent. tom.* 2. vbi multa de abſentibus.

Item quod Vicarius Epiſcopi excuſetur ratione abſentiæ, decidit Duran. *deciſ.* 133. *num.* 16. vbi quod excuſatur durante officio in totum.

Nota etiam quod ſi alicui data fuerit licentia vt abeſſe poſſit infra triennium, tempus non currit à die datæ, ſed à tempore cœptæ abſentiæ, nili aliter licentia diſponat. Rot. *deciſ.* 434. *numero* 5. *& 6. parte* 4. *recent. tom.* 2. *&* *deciſ.* 571. *num.* 11. *tom.* 3. *part.* 4.

Notæ ad Cap. 118.

NOtandum *primò*, quod licet poſſeſſor non tenendus, vt hic dicitur *n.* 1. ſi tamen poſſeſſor petat remiſſoriam, interim deputatur queſtrum, Rota *deciſ.* 565. *num.* 9. *part.* 5. *tom.* 2.

Notandum *ſecundò*, dum dicitur *num.* 3. non jus deuolvi ad alios, quando pars patronorum non idoneum præſentauit, hoc intelligendum, vt locum non habeat in ſimplici conceſſione, niſi etiam interuenerit præſentatio effectualiter facta coram Superiore, Lambertin. *de jurepatron. p.* 1. *q.* 10. *art.* 4. *n.* 27. *fol. mihi* 110.

Præterea diſtinctio fieri debet utrum ius præſentandi competat uti ſingulis, an vt ſit Collegio, prout diſtinguit & explicat Rot. *deciſ.* 568. *n.* 2. *part.* 2. *recent.*

Notandum eſt *tertiò*, quod beneficium non dicitur ſacerdotale, quamuis ex mera voluntate & nemine cogente fuerit collatum Sacerdotibus. Duran. *deciſ.* 246. *n.* 6. licèt aliàs obſeruantia declaret verba fundatricis dubia, Rota *deciſ.* 216. *num.* 2. *recent. &* *deciſ.* 496. *n.* 9. *part.* 1.

Notandú *quartò*, quod patronus laicus non poteſt variare etiam cumulatiuè præſentando, poſt illatam

tionem Episcopi, quia res non est tunc integra: Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 173. *in principio*, Garc. *de benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 21. Lambertin. *de jurepatron. lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 7. *princip. art.* 1. *num.* 2. vers. *Alia ratione.*

62 Notandum *quintò*, quod si Legatus fecerit collationem beneficii patronati tanquam de libero, ratificatio patroni posteà subsequuta non valet, tum ex defectu lecturæ, Ludovis. *decis.* 311. *num.* 16. tum etiam quando mandatum ad præsentandum in Legatione non fuit effectuatum: Lambertin. *libro* 2. *part.* 2. *quæstione* 1. *articul.* 21. *&* 22. *numero* 1. Tum etiam, quia non fit retrotractio in præiudicium Tertii, cui intermedio tempore jus quæsitum fuit: Surd. *decis.* 245. *numero* 8. Hodiern. *ad decis.* Surdi 70. *numero* 4. Tum, & denique, quia cùm collatio fuerit facta tanquam de libero, non potest patronus id, quod suo nomine gestum non est, ratificare, ut alibi diximus.

NOTÆ AD SECUNDAM PARTEM QVÆSTIONVM BENEFICIALIVM.

Notæ ad Cap. 1. §. 2. *in fine.*

63 NOTA quod potest fieri ex speciali priuilegio, ut beneficium non sit perpetuum: Rota *decisione* 379. *numero quarto*, *parte* 5. *recentiorum.*

Ad §. 4. *cap.* 1.

64 VTrum pensionarius teneatur incedere in habitu & tonsura, tractat Rot. *decis.* 12. *num.* 42. *p.* 5. *recent.*

Et vtrùm pensionarius concurrat ad onera, decidit Rota *decis.* 205. *n.* 1. *&* 2. *& decis.* 23. *n.* 4. *parte* 5. *recent.*

65 Ad *num.* 43. Adde quod in parochialibus pensio non debet excedere medietatem fructuum: Rota *decis.* 536. *num.* 6. *parte* 4. *recent. tomo* 3. idque ex stylo Datariæ.

66 Ad *num.* 58. Illi qui consentit pensioni dicitur, quod soluat, vel dimittat: Rot. *decis.* 287. *num.* 17. *parte* 5. *recent.*

Imò Cardinalis acceptans beneficium pensione grauatum sibi præiudicat, Rot. *decis.* 252. *num.* 25. *part.* 5. *recent. tomo* 2. quamuis alioquin onera pensionum Cardinales non sustineant: *dicta decis.* 452. *n.* 4. & si quæ illis pensiones debeantur, illas transferre possunt: Rota *ibid. n.* 42. *&* 49.

Ad *num.* 71. semper apponenda est clausula, *saluo beneplacito Sedis Apostolicæ*, in pensionibus, etiam in illarum augmento: Rot. *decis.* 376. *num.* 5. *parte* 5. *recent.*

67 Ad *num.* 75. Nota quod Episcopus de jure communi potest reseruare pensionem ad vitam pensionarii: Rot. *decis.* 386. *numero* 9. *&* 10. *parte* 5. *recentior.*

68 Item quod Prælatus regularis pensionem temporalem super beneficio amouibili reseruare potest: *dicta decis.* 386. *n.* 2.

Ad §. 6. *cap.* 1.

VTrum Præceptoriæ Ordinum militarium sint verè beneficia, magna est quæstio, & vtrùm simonia in eis committatur: de quo Diana *parte* 6. *tract.* 8. *resol.* 17. & nos diximus infrà, *p.* 3. 68

Nota etiam quod in beneficiis manualibus datur vacatio per obitum, & per promotionem. Rot. *decis.* 483. *numero* 11. *& decis.* 473. *part.* 5. *recent. tomo* 2. 69

Ad §. 9. *cap.* 1.

NOta quod dum dicitur *num.* 41. necessariam non esse protestationem veri Parochi aduersus intrusum, ut ab eo obtineat restitutionem quotidianarum distributionum: contrarium tenuit Rub. *ad decis.* 576. *partis* 4. *recent. tom.* 3. nempe restituendas quidem esse distributiones per intrusum vero & legitimo beneficii possessori, si illas intrusus perceperit; si verò intrusus non perceperit, vtputà quia non resedit, hoc casu non teneri ad restitutionem distributionum quas percipere potuisset, nisi præcedat protestatio illius legitimi possessoris. 70

Ad §. 11. *cap.* 1.

AD *num.* 36. adde quod sicut in beneficialibus datur multiplicatio titulorum, ita & datur multiplicatio possessionum: Rota *decis.* 305. *num.* 3. *part.* 4. *recent. tom.* 2. 71

Ad §. 12. *cap.* 1.

VIde de materia *numeri* 33. infrà *cap.* 181. *n.* 6. *& sequentibus.*

Notandum etiam, impetrationem eiusdem beneficii simul in titulum & commendam, esse nullam, ex Geminiano *consil.* 52. *colum.* 2. versic. *sed non sic.* Roman. *cons.* 350. *a num.* 13. *ad* 17. quia hoc est contra stylum: Paris. *de resignat. benefic. lib.* 10. *quæst.* 2. *num.* 14. Cokier. *ad reg. Cancel.* 63. *num.* 8. 72

Notæ

Notæ ad Cap. 2. §. 5.

73 DE materia Eccleſiarum receptiuarum, ſeu non numeratarum, tractant Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 9. §. 3. Maſſobr. *in præxi concurſ. prælud.* 5. *dub.* 1. Seraph. *deciſ.* 942. & 1160. Viuian. *de iurepatron. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 106.

Notandum *primò*, quod in iſtis beneficiis Eccleſiæ receptiuæ non datur vacatio, nec per conſequens ſubrogatio: Duran. *deciſ.* 425. *num.* 4. vide Rot. *deciſ.* 27. *num.* 5. *p.* 6. *recent.* 499. *num.* 8. *partis* 4. *tomo* 2.

74 Notandum *ſecundò*, quod Epiſcopus etiam cum conſenſu Capituli non poteſt antiquum ſtatum Eccleſiæ mutare, conuertendo receptiuam in numeratam: Rot. *deciſione* 515. *part.* 4. *recentior. tomo* 3.

75 Notandum eſt *tertiò*, quod numerus in Eccleſia receptiua reducendus eſt juxta fructus illius Eccleſiæ: Gonzal. *dicta gloſſ.* 9. §. 3. *num.* 1. Mantica *deciſ.* 229. *num.* 3.

Ad §. 6. *cap.* 2.

76 DE Eccleſia monoculari vide Duran. *deciſ.* 219. *num.* 5.

Notæ ad Cap. 3. §. 1.

77 NOtandum *primò*, quod in beneficiis manualibus non cadit reſeruatio: Rot. *deciſ.* 290. *p.* 5. *recent.*

78 Notandum *ſecundò*, quid ſit affectio: quod explicat Duran. *deciſ.* 154. *n.* 12.

Notandum *tertiò*, quod affectio durat etiam poſt mortem Papæ, quando beneficia fuerunt ſemel reſeruata: Duran. *dicta deciſ.* 154. *n.* 11. & 167. *num.* 8. & quomodò inter ſe differant affectio, & reſeruatio, tradit Rot. *deciſ.* 196. *num.* 13. *parte* 5. *recent.*

Notandum *quartò*, quod ſtatim vbi Papa appoſuit manum, beneficium dicitur affectum abſque alia declaratione: Rot. *deciſ.* 344. *num.* 9. *parte* 5. *recent.*

Ad §. 3. *cap.* 3.

79 NOtandum eſt *primò*, quod omnia beneficia Eccleſiarum exemptarum ſunt reſeruata, ſed tamen poteſt fieri quod in Eccleſia exempta ſit aliquod beneficium non reſeruatum: quia aliud eſt Eccleſia, aliud eſt beneficium: Duran. *deciſ.* 92. *in fine.* Et hoc notandum eſt ad intelligentiam eorum quæ diximus *cap.* 128. *num.* 1. & *cap.* 196. *n.* 24.

80 Notandum *ſecundò*, ad *num.* 24. quod de beneficiis in Curia vacantibus tractatur *in dec.* 429. *p.* 5. *recent. tom.* 3.

81 Notandum *tertiò*, quod Epiſcopi Sede Apoſtolica vacante conferunt in quibuſcunque menſibus: Gonzal. *ad reg.* 8. §. 5. *proœmiali, n.* 46.

Ad §. 5. *cap.* 3.

82 CONſtitutionem Vrbani, de qua *num.* 13. explicat Rota *deciſ.* 585. *num.* 45. & *ſequentib. p.* 5. *recent. tom.* 2.

Notandum ad *num.* 22. quod prouiſus vigore Indulti non indiget noua prouiſione Apoſtolica, quando Cardinalis contulit jure ordinario; ſecus eſt ſi vigore indulti: Rot. *dec.* 530. *n.* 55 & 56. *p.* 4. *recent. tom.* 3.

Notandum *ſecundò*, quod ad hoc vt deneget[ur] [in]dulto Cardinalis, requiritur ſpecialis derogatio: Rota *deciſ.* 452. *num.* 6. & *deciſ.* 464. *num.* 1. *parte* 5. *tomo* 2. quia Cardinales ſunt ſpeciali nota digni. Ideo nec comprehenduntur ſub regula, Rot. *deciſ.* 440. *n.* 1. *eadem parte.*

Ad §. 6. *cap.* 3.

AD *num.* 11. nota quod juxta hic ſcripta intelligi debent tradita per Carond. *lib.* 1. *reſponſ.* 16. Tornet *lit. V, num.* 4. Maynard. *lib.* 1. *cap.* 69.

Ad *num.* 15. quid ſi valor eſſet expreſſus non de [in]tione *In circa*? Vide Rot. *deciſ.* 414. *num.* 11. & 12. *p.* 4. *recent. tom.* 2.

Ad *num.* 32. Rota Nuncios Apoſtolicos dic[it] eſſe Iudices ordinarios, *deciſ.* 8. *num.* 8. *parte* 4. *recent. tomo* 2.

Ad §. 8. *cap.* 3.

NOtandum *primò*, quod dicitur *num.* 33. regulam menſium ceſſare in beneficiis ſimultaneæ collationis inter Epiſcopum & Capitulum, fuiſſe confirmatum per Rotam *deciſ.* 100. *num.* 8. & 247. *num.* 3. *part.* 4. *recent. tom.* 2. & 588. *num.* 26. *eadem parte* 4. *tom.* 3.

Notandum *ſecundò*, quod illa regula comprehendit beneficia, quorum *electio ſpectat ad* inferiorem, inſtitutio verò ad Epiſcopum: Rot. *deciſ.* 531. *n.* 9. *p.* 4. *recent. tom.* 2.

Notandum *tertiò*, ad *num.* 35. quod Canonicus [qui] non eſt in Sacris, vtrùm gaudeat turno, diſputatum fuit apud Duran. *deciſione* 168. 275. 290. & 460.

Notandum *quartò*, quod de modo probandi quod quis ſit in turno ad præſentandum, tractatur apud Duran. *deciſ.* 318. *num.* 2.

Notandum *quintò*, quod ſtante diſcordia ſuper turno, Papa liberè prouidet: Duran. *deciſ.* 306. *num.* 11. & 12.

Notandum *ſextò*, quod dicitur turnum conſtitui per prouiſiones Apoſtolicas cum derogatione [ius]patronatus, quomodò intelligitur, explicat Vivian. *de iurepatron. lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 113. vbi [vi]de *obeſt.* Et quod dicitur de duobus præſentantibus, eodem modo dicendum eſt de duobus collatoribus, Joan. de Anan. & *ibi* Boloquin. *conſ.* 43. Antun. de Marin. *cap.* 228.

Notandum *ſeptimò*, quod turnus conſtitutus etiam per prouiſiones factas ex cauſa permutationis, Bertrand. *conſ.* 284. & 323. *vol.* 1. *pa.* Gonzal. *gloſſ.* 45. §. 3. *n.* 52.

Ad §. 9. *cap.* 3. *num.* 28.

VAcante Sede Abbatiali, ad quem ſpectet collatio beneficiorum, tractat *deciſ.* 36. *num.* 8. & 9. *parte* 5. *recent. tom.* 2.

Ad *n.* 41. de forma eligendi Abbatiſſas, Duran. *deciſ.* 232.

Ad §. 11. *cap.* 3. *num.* 8.

NOta quod ſi Præpoſitura in ſimplici adminiſtratione conſiſtat, non eſt beneficium, Duran. *deciſ.* 340. & 381. *n.* 2.

Ad §. 12. *cap.* 3. *num.* 11.

VIde quæ dixi infrà, *cap.* 193. *in fine*, & adde Duran. *decis.* 169. *n.* 9.

91 Ad *num.* 13. adde quod qualitatem sacerdotii beneficio annexam, non esse de necessitate, nec de stylo exprimendam, docet Garc. *de benefic. part.* 7. *c.* 1. *n.* 54. qui videndus erit *à n.* 45.

Ad §. 14. *cap.* 3. *num.* 7.

92 ADde quod si lis pendeat in Rota, executor non potest procedere ad executionem, & si id faciat, committit attentatum, ut ait Rota *decis.* 469. *n.* 4. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

93 Notandum etiam, quod Auditores Rotæ possunt absoluere à censuris ad cautelam? Rot. *decis.* 568. *n.* 33. *eadem part.* 4. *tom.* 2.

Ad §. 15. *in fine dicti cap.* 3.

DE hac collatione ob jucundum Regis aduentum ad Coronam, aliquid dicit Gratian. *discept. forens. c.* 478. *n.* 19.

Notæ ad Cap. 4. §. 1.

94 NOtandum *primò*, quando fuerunt narrati duo modi vacationis ad *num.* 18. quod ista debent intelligi juxta distinctionem Rotæ *decis.* 167. *n.* 14. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

95 Notandum *secundò*, ad *num.* 9. quod licèt prouisiones Ordinarii non indigeant justificatione, Duran. *decis.* 350. *n.* 2. Tamen quando concurrunt cum prouisionibus Apostolicis, plenè justificari debent: idem Duran. *decis.* 306. *n.* 6.

Ad §. 2. *cap.* 4.

96 NVmero 8. adde Rot. *decis.* 39. *n.* 2. ubi de gratia conditionali agitur. *p.* 5. *tom.* 2. *recent.*

Ad *num.* 16. de hac gratia in forma *Dignum*, Rot. *decis.* 569. *num.* 23. *p.* 5. *recent. tom.* 2.

Ad §. 5. *num.* 1. *cap.* 4.

97 SOlus fumus juris patronatus impedit reseruationem, & subrogationem gratiosam. Rot. *decis.* 200. *num.* 15. *part.* 4. *recent. tom.* 2. Intellige ut *numero* 16.

Ad §. 6. *num.* 23. *cap.* 4.

COpiosè de hac materia Rot. *decis.* 312. *part.* 4. *recent.* & *decis.* 574. *ead. part. tom.* 3. vide dicta suprà, *cap.* 17. *num.* 6. & 7.

Ad §. 7. *cap.* 4.

98 NOtandum *primò*, quod dimissio beneficii non valet nisi facta fuerit coram habente potestatem conferendi: Duran. *decis.* 237. *n.* 18. & *sequentibus.*

99 Notandum *secundò*, quod in permutatione conditionali jus amittitur, & vacatio inducitur, quando permutantes sunt in culpa, quia sciebant adesse jus patronatus: Rot. *decis.* 190. *n.* 5. *part.* 2.

100 Notanum *tertiò*, quod ad hoc vt per resignationem jus amittatur, requiritur quod illa fuerit admissa à Superiore. Paris. *lib.* 1. *q.* 6. *n.* 79.

Notandum *quartò*, quod si supplicatio fuerit data & subscripta viuo resignante, consensus per procuratorem præstitus post mortem resignantis est validus, ut fuit decisum coram Merlino *dec.* 281. *num.* 15. 101

Notandum *quintò*, quod in resignatione pensio reseruari potest, non solùm in fauorem resignantis, sed etiam in fauorem tertii: Rot. *decis.* 240. *num.* 14. *part.* 1. *diuers.* & apud Viuian. *de jurepatron. dec.* 91. *num.* 17. 102

Ad §. 8. *cap.* 4. *num.* 9.

PRopositum fuit aliàs dubium, quod quamuis non sit licita permutatio juris ad rem cum beneficio, in quo alius habet jus in re, tamen hoc fieri potest intercueniente authoritate summi Pontificis. Posito itaque quod Papa talem permutationem permittat, dubitatum fuit vtrùm euicto jure ad rem, sic permutato liceat redire ad jus primæuum in beneficio permutato? Ego non vidi hanc quæstionem alibi decisam, sed existimo imputandum esse illi qui beneficium cum jure incerto permutauit; & ideò non licere illi ad suum beneficium redire, quia acquisiuit jus dubium & incertum scienter: & ita consului ex doctrina Card. Tusch. *litera C, conclus.* 366. *n.* 15. & 18. 103

Notandum est præterea quod de justa causa permutationis non creditur assertioni Ordinarii: Duran. *decis.* 163. *n.* 4. 104

Item quod ex inæqualitate beneficiorum præsumitur fraus, sed tamen inæqualitas nocet coram Ordinario, non coram Papa: Rot. *decis.* 132. *n.* 10. *part.* 5. *recent.* 105

An autem permutatio fieri possit sine necessitate, & coram quo, vide Duran. *decis.* 163. *n.* 4. & 118. *num.* 7. & 8.

Et si permutatio sit nulla, veluti facta inuitis patronis, quomodo succurratur? Rot. *decis.* 153. *n.* 20. *parte* 5. *recent.*

Denique vtrùm jus abdicetur à resignante per viam permutationis, tradit Rot. *decis.* 119. *ead. parte* 5.

Ad §. 9. *cap.* 4. *num.* 13.

ADde quod juspatronatus conseruatur, etiamsi dos amissa fuerit, & tunc dicitur beneficium de pertica: Duran. *decis.* 285. *n.* 25. & 57. 106

Ad *num.* 29. Adde quod si lis esset inter Patronos, ille qui est in quasi possessione, præsentare potest, secus est, si lis sit inter præsentatos, tunc enim licèt quis sit in quasi possessione conferendi, non potest alium inter duos collitigantes præsentare: Rot. *decis.* 597. *num.* 37. *part.* 4. *recent. tom.* 3. 107

Notæ ad Cap. 5. §. 2. *num.* 5.

NOtandum *primò*, quod Aduocatus defendens reum sanguinis non incurrit irregularitatem. Rot. *decis.* 617. & *ibi* Additio Rubei *n.* 69. *partis* 4. *tom.* 3. *recent.* 108

Notandum *secundò*, quod damnatus ad triremes non fit irregularis: Diana *part.* 4. *tract.* 2. *de irregularit. resol.* 83. 109

Notandum *tertiò*, quod damnati ad triremes pensiones ex eo solo non extingui censuit Modern. *de stylo Datar. cap.* 26. §. 6. *n.* 5. quia, inquit, poterit talis damnatus in pristinum statum restitui: quod in casu occurrenti maturiùs cogitandum esset.

Ad §.4. *in princip. cap.* 5.

110 NOtandum eſt quod Clericatus probatur probatis Ordinibus majoribus: Rot. *deciſ.* 326. *num.*3.*p.*5.*recent.*

Ad §.5. *in princip. cap.*5.

111 NOta quod ætas requiritur quod interueniat tempore præſentationis: Duran. *dec.*285.*n.*5. Ad *num.*22. Nota quod contra *ibi* reſoluta videtur tenere Duran.ſed obiter tantùm *deciſ.*121.*n.*33. Ideò non eſt à noſtra ſententia recedendum.

Ad §. ultimum.

112 NOtandum eſt *primò*, quod incompatibilitas beneficiorum non impedit adeptionem, ſed impedit retentionem illorum: Duran. *deciſ.*228. *num.*11.& 248.*n.*7.

Ideò prouiſio Ordinarii de incompatibili non eſt nulla, Duran. *deciſ.*248. *n.*8.& *dec.*456.*n.*2. & *in recent.deciſ.*174.*n.*8.*p.*5.

113 Notandum *ſecundò*, quod ſi quis ex diſpenſatione obtineat duo beneficia incompatibilia, requirentia perſonalem reſidentiam, debebit reſidere in digniori: Rota *dec.*703.*n.*1.*p.*4.*recent.tom.*3.

114 Notandum *tertiò*, quod dicitur vacare beneficium per adeptionem alterius beneficii incompatibilis, intelligendum eſſe de primo quod vacat, & non de ſecundo, niſi quis vtrumque vellet obtinere contentiosè: Rot.*deciſ.*337.*n.*12.*parte* 4.*recent. tomo* 2. Intellige dummodò poſſeſſio ſit pacifica. *Ibidem, num.*10.

In Gallia datur annus ad dimittendum incompatibile, ex Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num.* 203. pag. *mihi* 232.Modern.Aquenſ.*de benef.lib.*3.*c.*15.*num.*4. Louet *littera G,n.*5. *in fine.* 115

Sed contrarium deciſum teſtatur Add. ad Pariſ. *lib.*3. *de reſign.quæſt.*1.*ad num.*131.ubi dicit collationem incompatibilis ante duos menſes poſt pacificam poſſeſſionem fuiſſe declaratam nullam,arreſto Senatus Toloſani, & ita reprobat ſententiam Rebuffi & Louëtii: & hæc ſuperiùs explicauimus *cap.* 69. *num.*12.

Sed quod dicitur de duobus menſibus, non ſolùm habet locum in Gallia,ſed etiam vbique. Hoc tamen majori indiget explicatione, prout in effectu ſuper hoc fui aliàs à quodam Viro docto interrogatus. 116

Igitur ſupponendum eſt, quod ſi prouiſus adeptus fuerit poſſeſſionem beneficii incompatibilis, & in ea ſteterit ſaltem per duos menſes, cenſetur primum beneficium vacaſſe vſque à principio, & prouiſio de eo facta à principio erit bona, quamuis poſt duos menſes illi poſtea moueatur controuerſia, ſaluo tamen remedio *cap. ſi beneficia, de præben. in* 6.

Si autem controuerſia intra duos menſes emergat, non tenetur impetrans primum beneficium dimittere, quod non vacat niſi poſt adeptam pacificam poſſeſſionem, quæ hoc caſu non dicitur pacifica propter litem motam intra duos menſes: hæc ex Garc.*de benefic.part.*11.*c.*5.*num.*112.& 113.& *ſequent.*

INDEX

Quæſtionum notabilium, quæ in his Additionibus deciduntur.

A

DE forma eligendi Abbatiſſas, *n.*89
Adjutor quando Parocho dandus ſit. *num.*17.
Ætas ad ordines & beneficia quæ requiratur. *n.*7
Ætas requiſita debet interuenire tempore præſentationis. *n.*11
Affectio beneficiorum quid ſit,& quomodo differat à reſeruatione. *n.*78

B

BEneficiati an poſſint ſe congregare, & quibus concurrentibus. *n.*2
Beneficiati poſſunt ſe congregare,ſi ſtatuto ita caueatur. *n.*3
Beneficium quo caſu poſſit non eſſe perpetuum. *num.*63
Beneficii nomine vtrum veniant Præceptoriæ ordinum militarium. *n.*68
Etiam Beneficia manualia ſunt ſubdita vacationi. *num.*69
In beneficiis manualibus non eſt locus reſignationi. *n.*77
De beneficiis ſimultaneæ collationis inter Epiſcopum & Capitulum. *n.*86

C

CAnonicus qui non eſt in Sacris, vtrùm gaudeat beneficio turni. *n.*87
Capitulum à quo poſſit conuocari, & de concluſionibus capitularibus. *n.*42
Ceſſionarius juris in beneficialibus. *n.*47
Clericatus probatur ſi conſtet de collatione majorum ordinum. *n.*110
Collatio beneficiorum ad quem ſpectet. Sede Epiſcopali vacante. *n.*88
Commenda & titulus ſe non compatiuntur, nec impetratio ſic facta valet. *n.*72
Confraternitates ſunt de foro Eccleſiaſtico, *num.* 37
Conſenſus quomodo præſtari debeat in beneficiis, *n.*51 ad Reg. Cancell.45
Conſenſus vtrùm præſtari poſſit poſt obitum concedentis, *n.*108

Contra

Contradictor legitimus vtrùm Capitulum esse possit aduersùs prouisum Apostolicum. *num.*39
Cura, & sacerdotium, & Doctoratus quando requiratur ad consecutionem beneficii. *num.*53
Cura in dubio præsumitur esse perpetua. *num.*4

D

DErogatio Conciliorum. *num.*53
Dimissio beneficii coram quo fieri debeat. *num.*98
Distributiones quando debeantur absentibus. *numero* 55
Et vtrum debeantur celebrantibus Missam tempore diuini officii. *num.*54
Canonici vtrùm possint diuidere per tempora lucrum distributionum. *num.*40
Doctoratus quando requiratur in beneficio. *numero* 53

E

DE Ecclesia monoculari. *num.*76
Ecclesiæ receptiuæ numerus reduci debet juxta proportionem fructuum. *num.*75
Emphyteusis ad quem spectet durante vita Religiosi. *num.*38
Exemptarum Ecclesiarum beneficia quis conferat. *num.*79
De Examine in Ecclesiis parochialibus. *numero* 41
Exprimi in impetratione debent beneficia obtenta. *num.*21
Item vtrùm beneficium sit regulare, *numero* 12
Item quod beneficium sit manuale, *numero* 23
Vtrùm exprimenda sint vacantia ipso jure. *numero* 25
Qualitas beneficii curati exprimenda est in vnionibus. *num.*24
Quid de qualitate *Sacerdotali*. *num.*91
Exprimi etiam debet jus ad rem. *num.*28
Vtrùm exprimi debeat an beneficium residentiam requirat. *num.*30
De expressione valoris cum clausula, *In circa*. numero 84

F

DE gratia in forma *Dignum*. *num.*96

H

HÆretici beneficiis privantur. *num.*33
De filiis Hæreticorum, vtrùm illis beneficia conferri possint. *num.*8

I

INcompatibilitas non impedit assecutionem beneficiorum, sed tantùm retentionem. *num.*112.
Incompatibilia ex dispensatione possidens residere debet in digniori. *num.*113
Per incompatibilis adeptionem vacat primum beneficium, non secundum. *num.*114
Incompatibilia adeptus habet duos menses ad primum beneficium dimittendum, etiam in Gallia, in qua non datur annus, ex veriori sententia. *num.*116
Et quomodò istud de duobus mensibus intelligatur, practicè explicatur. *dicto num.*116
Indultum Cardinalis huius est naturæ, vt qui illius vigore prouisionem obtinuit, teneatur à Sede Apostolica intra sex menses aliam prouisionem habere, si collatio fiat vigore indulti; secus si iure ordinario. *num.* 82
Quomodò derogetur Indulto Cardinalis. *numero* 83
Intrusus, ut ad fructus qui percipi potuissent, teneatur, vtrùm requiratur præcedens protestatio. *num.*70
De Intrusis. *num.*13
De Irregularibus. *num.*52
Irregularis non est Aduocatus defendens reum sanguinis. *num.*108
Damnatus ad triremes vtrùm ex hoc fiat irregularis. *num.*109
Iure ad rem permutato ex permissione summi Pontificis, cum aliquo beneficio, si jus illud euincatur, vtrùm liceat redire ad primum beneficium, resolvitur negatiuè. *num.*103
In jurepatronatus quomodò succedatur. *num.*31
Et quomodò computetur medietas vocum Patronorum. *num.*32
De jure patronatus mixto, hoc est pro parte Laicali, & pro parte Clericali. *num.*49
De jure patronatus Confraternitatum. *num.*50
Solus fumus juris patronatus impedit reseruationem & subrogationem gratiosam. *num.*97
Iuspatronatus non amittitur, etiamsi dos beneficii fuerit amissa. *num.*106
Patronus non potest variare, & alium præsentare, quando lis est inter duos præsentatos. *num.*107
Patronus laicus quando variare non possit. *num.*61
Patronus non potest ratificare collationem beneficii factam tanquam de libero. *num.*62

L

LEgatus potest ex causa moderari juris rigorem. *num.*29
Licentia vt quis possit esse absens, à quo tempore incipiat. *num.*56

M

MAtrimonium quomodò, & sub qua forma fieri debeat in locis ubi nondum Concilium Tridentinum est receptum. *num.*45
Monasterium licitè, vel illicitè dimittens, quæ bona recuperet. *num.*12
Manualia, vide *Beneficium*.

N

NOmen Sancti, sub cuius inuocatione est beneficium, si ignoretur, quid agendum sit. *n.*26
Nuncii Apostolici sunt Iudices ordinarii. *numero* 85

O

ORdinarii prouisiones quando indigeant justificatione. num.95

P

PEnsio anterior in impetratione exprimenda est. *num.*9
Pensionis extinctio est valida, non obstante interesse creditorum pensionarii. *num.*34

Penſionarius utrum teneatur deferre habitum clericalem. *num.64*
Penſio in Eccleſiis parochialibus non debet excedere medietatem fructuum. *num.65*
Acceptans beneficium magna penſione gravatum, ſibi præjudicat, etiamſi ſit Cardinalis, *num.65. & 66.*
De Penſionibus Eccleſiaſticis aliqua, & quis illas reſervare poſſit. *num.67*
Penſio reſervari poteſt in favorem tertii. *n.102*
Permutatio conditionalis abdicat jus à permutante ob culpam, quando ſciebat aliquem eſſe patronum. *num.99*
De permutatione inæquali, & alia notabilia de permutatione. *num.105*
De juſta permutationis cauſa probanda. *num.104*
Poſſeſſio beneficii quomodo capitulariter capienda. *num.36*
Præſentatione facta non idonei, quid inde ſequatur. *num.58*
Præſentandi jus quando competit uti ſingulis. *num.59*
Præpoſitura quando non ſit Dignitas. *num.90*

R

Religioſæ propriè dici non poſſunt puellæ in congregatione viventes, ſolam voventes continentiam. *num.6*
Remiſſoriam patens in cauſa beneficiali non poteſt impedire ſequeſtrationem fructuum. *num.57*
Reſignationis publicatio. *num.11*
Reſignationes mutuæ. *num.46*
de Reſignatione facta ab eo qui beneficio privatus eſt. *num.19*
Reſignans non amittit jus in beneficio, ſi ejus reſignatio non fuerit admiſſa. *num.10*
Rotæ Romanæ Auditores abſolvunt à cenſuris. *numero 93*
Pendente lite in Rota Romana, executores Apoſtolici non poſſunt procedere ad executionem. *num.92.*

S

Sacerdotalia Beneficia. *num.60*
Simonia utrùm committatur dando pecuniam ad redimendam vexationem. *num.14*
Simonia conventionalis quem effectum operetur. *num.20*
Status ultimus beneficii. *num.10*
Succeſſor in beneficio non tenetur ex facto ſui anteceſſoris. *num.44*
Subrogatio in beneficialibus. *num.27*

T

Teſtandi facultas conceſſa. *num.35*
Titulorum & poſſeſſionum multiplicatio attur in beneficiis. *num.70*
in Titulum & commendam ſimul impetratio non valet. *num.7*
Tranſactio quando afficiat ſucceſſores. *num.*
de Tranſlatione totius Monaſterij. *num.16*

V

De Vacatione in Curia. *num.48. & num.89*
Vacatio non datur, nec ſubrogatio in Eccleſiis receptivis. *num.73*
Vacante Sede Pontificia ceſſat Regula menſium. *num.81*
Vacationis duo modi ſi narrati fuerint, quomodo fieri debeat probatio. *num.94*
Vicariis perpetuis quando competat cura animarum. *num.35*

ANNOTA

ANNOTATIONES
AD
Quæstiones Civiles Voluminis I.

Ad Caput 1. *circa num.* 8.

NOTANDVM est primò quod regulæ in hoc capite propositæ, adaptari possunt ad materiam pensionum beneficialium, vt videre est apud Ludov. & *ibidem* Beltramin. *decis.* 42. ubi proponitur regula generalis, quod quando solutio promissa fuit in certa specie monetæ, eædem species præstari debent; aut si non reperiuntur, illarum valor, juxta tempus solutionis faciendæ. Quod ad tollendam omnem ambiguitatem sic intelligendum est, vt debitori, si non possit præstare easdem species monetæ, quæ promissæ fuerunt, saltem teneatur tot species soluere de noua, ex quibus certa species promissa emi possit: vt *ibidem* declarat Beltramin.

Secundò notandum est, quod si promissio facta fuerit de soluendo summam debitam in certa specie scutorum, quæ tunc non cudebantur, nec extabant, talis promissio censetur facta in moneta imaginaria, & ideò solutio fieri potest in moneta currenti, & juxta valorem temporis præsentis: ex notatis *hic*, *c.3.n.59.* Ita tamen vt si scutum fuerit taxatum ad sexaginta solidos, illi solidi debeant solui eiusdem bonitatis intrinsecæ, cuius erant tempore obligationis, vt dicitur *eod.c.3.n.60.* quod benè declarat & probat Cens. *ibid.* citatus *in tract. de censib. q.85.n.16.*

Vnde cùm promissio soluendi facta fuisset in scutis 45. monetæ Ferrariensis, quæ dictum fuerat constituere scuta aurea 42. disputatum aliàs fuit quomodo facienda esset solutio pensionis beneficialis sic constitutæ. Et cùm in prima instantia fuisset judicatum, pensionem soluendam esse in scutis monetæ Ferrariensis, vel ad eorum valorem de tempore solutionis, & Rota in causa appellationis judicasset scutum Ferrariense esse monetam in specie, non autem imaginariam, & ideò pensionem solvendam esse in eadem specie promissa, vel in nouis speciebus, ex quibus emi posset species scutorum promissa, supponendo quod tempore obligationis scutum Ferrariense promissum, esset in rerum natura, vt patet *in dec.597.p.1.recent.* Causâ tamen iterum propositâ, Rota recessit à decisis, & declarauit solutionem non esse faciendam in scutis, sed sufficere quod illa fieret ad valorem currentem scuti, de tempore reseruationis dictæ pensionis, quia probatum fuerat tempore illius reseruationis, nulla prorsùs extitisse scuta huiusmodi, & per consequens promissionem fuisse factã in moneta imaginaria, vt patet ex posteriori decisione reuocatoria primæ, inserta *parte 4. recent. tom.2. decis.42.*

Tertiò notandum est, quod si per contractum impositionis census fuerit conuentum, quod debitor in casum extinctionis, teneretur soluere in iisdem speciebus in contractu designatis, & dinumeratis, dummodò essent eiusdem bonitatis intrinsecæ, ponderis, & ligæ, quales erant dinumeratæ per emptorem census; non ex eo creditor censetur sibi præjudicasse in promissione identitatis specierum dinumeratarum, cùm promissio eiusdem bonitatis intrinsecæ facta fuerit majoris expressionis gratia, non autem ad derogandum obligationi soluendi easdem species dinumeratas. Creditor enim certus esse voluit de quantitate & numero specierum sibi soluendarum, noluit autem pendere ab incerta & variabili mutatione monetarum futuri temporis, maximè cùm habuerit respectum ad bonitatem intrinsecam monetarum, vt in hoc casu, in quo dixit solutionem faciendam in iisdem speciebus in contractu dinumeratis, etiamsi æstimatio temporis tunc præsentis adiecta fuisset, cùm id factum potiùs censeretur causa demonstrationis, quàm taxationis: non debent igitur istæ clausulæ, quæ potiùs dubitationis tollendæ causa adhibitæ sunt, lædere præcedentem claram conuentionem. Ita concludit & probat, atque judicatum refert Zanger. *in tract. de except. p.3. c.1. n.183. vsque ad 187.* Berlich. *lib.2. comm. conclus. c.36. n.63. & sequentib.* & superfluitas à Notariis ad majorem expressionem appositas, claræ partium conuentioni derogare non debet, vt infra, *c.17. n.16. & c.18. n.2.* Quod autem promissio restituendi sortem in iisdem speciebus, quibus suprà, importet identitatem numeri & specierum, probatur ex notatis per nos infrà, *c.17. n.11.*

Ad Cap. 9. *num.* 8. ibi, *Vnde à die contractus emptionis venditor tenetur.*

Lege, *Emptor tenetur.*

Ad Cap. 11. *num.* 7.

Lege, *Galerat. lib.5.*

Ad Cap. 13. *num.* 14.

ADde Thesaurum *de monet. p.2.n.71.* ubi relatis variis Doctorum sententiis, concludit juxta communem & receptiorem sententiam, tempus testamenti inspiciendum esse, ita ut augmentum quod à tempore testamenti ad tempus solutionis decurrit, cedat commodo legatarii, vel hæredis particularis, illa ratione, quia uniuscujusque rei principium & prima origo attendi debet: & ita judicatum testatur Ant. Fab. *lib. 8. tit.29. definit.15. & 44.* Et ideò sive moneta fuerit melior, sive deterior, totum cedit commodo, vel damno legatarii; & ita intelligi debere testantur Doctores, qui dicunt tempus solutionis attendendum esse, ut scilicet favore legatarii augmentum debeatur juxta valorem currentem tempore solutionis.

Sed tamen Cauagnol. *in addit. ad* Menoch. *conſ.* 49. *n.* 7. dicit legati ſolutionem debere fieri ſecundum valorem monetæ currentis tempore teſtamenti conditi, non autem tempore mortis teſtatoris, vel ſolutionis : quare ſi pecunia legata, in ſubſtantia fuerit effecta deterior poſt teſtamentum, debebit præſtari æſtimatio monetæ, provt currebat tempore teſtamenti. Verùm ſi non fuerit deteriorata in ſubſtantia, ſed tantùm in æſtimatione extrinſeca, tunc auctus valor monetæ non erit attendendus, niſi à die mortis teſtatoris : quæ ſententia conformis eſt iis, quæ per hos tradita ſunt *hoc c.* 13, *n.* 14.

Ad Cap. 14. *num.* 21.

CIrca materiam hîc propoſitam, quæſitum nuper fuit in facti contingentia, ſi redemptio & extinctio reditus annui facta fuerit hæredi grauato, qui receperit ſolutionem in ſcutis auri in auro, quorum valor fuerit multùm auctus tempore euenientis caſus fideicommiſſi, vtiùm hæres grauatus teneatur reſtituere aureos in ſpecie, an verò illorum valorem, provt illos recepit tempore redemptionis annui reditus ? Reſpondi, & mea reſponſio approbata fuit à plurimis Viris eruditis, hæredem grauatum non teneri reſtituere aureos fideicommiſſario, niſi juxta valorem aureorum tempore receptionis ſortis principalis dicti reditus annui, cùm juxta illum valorem in ſuos vſus conuerterit dictum annuum reditum : vnde ad illum dumtaxat tenetur. Quod probatur ex eo, quòd alienatio ex cauſa redemptionis annui reditus, eſt neceſſaria tam ex natura ipſius reditus, quàm in vim pacti redemptiui in eo poſiti : quando autem hæres grauatus alienat ex cauſa neceſſaria, æſtimatio reſtitui debet talis, qualis erat de tempore ſolutionis : vt probat Peregr. *de fideicom. art.* 39. *n.* 6.

Ad Cap. 15. *in fine.*

NOtandum eſt, quod in Gallia quando agitur de reditu annuo promiſſo in certa ſpecie ſcutorum auri, ad rationem tot libratum pro quolibet ſcuto, talis æſtimatio dat opinionem debitori, vt non tam ſpecies, quàm ejus æſtimatio promiſſa fuerit. Sed ſi certa ſpecies in ſtipulationem & obligationem ſine æſtimatione deducta fuerit, ſolutio debet fieri in iiſdem ſpeciebus, aut in illarum valore currenti tempore ſolutionis. Quod limitatur juxta ſupremarum Curiarum Galliæ arreſta, quando conſtitutio reditus fuit facta in aureis Solis monetæ Regni Franciæ, quæ habet ſuum pretium certum; non autem ſi in ſcutis Italiæ vel Hiſpaniæ : qua de re videndus eſt Louët, & *ibi* Addentes *lit. R, n.* 8.

Tamen quando agitur de collatione dotis conſtitutæ, & ſolutæ in ſcutis auri tempore contractus matrimonii, ſi locus ſit collationi inter cohæredes, collatio ſcutorum auri fieri debet non ſecundùm valorem præſentem ſcutorum, ſed provt valebant tempore contractus matrimonii : ut deciſum teſtatur Louët *lit. E, n.* 2.

Ad Cap. 21. *num.* 14.

QVod hîc dicitur, nouationem fuiſſe inductam ex reductione reditus annui, & alteratione, ſeu diminutione tam ſortis principalis, quàm reditus, aut etiam ſolius reditus, ex Roderico *in tract. de annuis redditib. lib.* 1. *quæſt.* 16. *n.* 56. & 57. intelligendum eſt, vt procedat in caſu ſpeciali, de quo *ibidem* agit Rodericus. Et ideò diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus eſt, quando agitur de bonis majoratus, ſuper quibus reditus in Hiſpania ſine Regio aſſenſu imponi non poteſt ; aut etiam de bonis publicis ſeu ad minores ſpectantibus, ſuper quibus non poteſt imponi reditus ſine decreto Iudicis. Secundus caſus eſt, quando agitur de bonis ſuper quibus reditus liberè, & ſine Superioris, vel Iudicis decreto, ſeu authoritate cenſus imponi non poteſt.

Primo caſu procedunt dicta per Roderic. *d. n.* 56. & 57. nempe induci nouationem, ſiue ſortis ſiue & reditus, ſiue etiam ſola ſors alteretur. Si autem ſolus reditus alteretur, ſorte eadem remanente, non inducitur hoc primo caſu nouatio, niſi euidenter, aut ex legitimis conjecturis appareat, partes innouare voluiſſe : ut ipſe tradit *num.* 58.

In ſecundo caſu, nempe quando agitur de bonis ſuper quibus cenſus liberè imponi poteſt, non inducitur nouatio hypothecarum quoad præiudicium, niſi conſtet de intentione nouandi inter partes ; multoque minùs ſi expreſsè fuerit conuentum quod nulla fieret nouatio, ſed & fideiiſſorum obligatio in ſuo robore manet, vt *ibid.* concluditur *n.* 61.

Ad Cap. 22.

HOc caput tractat de debitore offerente. Sed quæritur quid dicendum ſit, ſi creditor poſterior offerat liberatario, vtrùm ſit audiendus ? Veluti, ſi cùm piam bona ſub haſta publica *libertate* fuit legitimo pretio, non interueniente læſione vltra dimidium juſti pretii, quæ exigitur vt reſcindatur venditio facta in auctione publica, ex Rotæ ſententia pluribus in locis, vt *deciſ.* 648. *n.* 5. & 6. *part.* 2. *recentior.* Creditor verò *poſterior venit offerre liberatario*, & in ejus locum ſubrogari. Quæritur vtrùm ſit audiendus ?

Reſpondetur duos caſus eſſe diſtinguendos. Primus eſt, quando adiudicatio fuit facta ipſimet creditori tanquam plus & vltimò offerenti : Et hoc caſu creditor poſterior poteſt offerre, & offerendo ſubrogari in locum creditoris, cui bona ſubhaſtata adiudicata fuerunt : vt probat Merlin. *in tract. de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 45. *n.* 17. niſi tamen liberatio facta fuerit citato, vel præſente ſecundo creditore, qui potuit licitari, & licitatus non fuit : Theſaur. *deciſ.* 157. *n.* 11. Solam tamen præſentiam creditoris non citati non ſufficere ad eum excludendum exiſtimauit Morot. *de jure offerend. n.* 40. adeò vt oblatio debeat eſſe perſonalis, & non per procuratorem, quia vox præconis paucis innotelcit ; ſubdit Fab. *in Cod. lib.* 8. *tit.* 10. *definit.* 1. & alios ad id allegat Merlin. *d. q.* 45. *n.* 27.

Secundus caſus eſt, quando agitur de extraneo, hoc eſt, de eo qui non eſt creditor. Et hoc caſu non datur contra illum jus offerendi, cum ad illum bona tranſeant exempta ab omni hypotheca priori, provt erant penes debitorem illo tempore, quo contraxit debitum primi debitoris : *l. cum pro in princ. ff. de diſtract. pignor. l.* 1. *C. ſi antiquior creditor pignus vendiderit*, Rot. *deciſ.* 657. *num.* 2. & 7. *part. recent. tom.* 3. & poſt tract. Merlini *de pignor. quæſt.* 61. *n.* 6. & apud Duran. *deciſ.* 445. *n.* 5. & *n.* allegatum *deciſ.* 66. Theſaur. *deciſ.* 157. *n.* 8. & alii in dictis deciſionibus citati.

Ad Cap. 23.

NOtandum eſt, quod quando dominus directus retinet bona emphyteutica jure prælationis extinguntur omnes hypothecæ, & res reuertitur libera ad dominum retinentem ab omni onere & ſervitute : Cancer. *var. reſol. p.* 1. *c.* 11. *n.* 16. Ozaſc. *decis.* 156. Rot. Auenionen. *deciſ.* 28. *num.* 1. & 2. Guid. Pap. *dec.* 575. *n.* 2. Bertrand. *lib.* 3. *conſ.* 3. *p.* 1. Surd. *dec.* [illegible] &

& 286. Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo, Et uxorem, decis.4.n.15.* Boër. *decis.181.n.3.* Charond. *lib.5. respons.66.* Franc. *decis.226.n.3.*

Nec obstat quod feudalia in his partibus redacta sint adinstar pattimonalium: quia hoc procedit ad effectum ut emphyteuta vendens sine consensu domini, non cadat in commissum; sed non ad effectum ut fiat præjudicium aliis juribus domino directo competentibus, ut explicat Thesaur. *decis.169. n.2. versic. hoc tamen addito.* Lud. Bell. *cons..n.60.* Bertrand. *d.cons.3.n.58. lib.3.p.1.* Charond. *d.lib.5.respons.66. circa med. versic. qui seroit chose fort absurde,* Tiraq. *de retractu convent. §.3. gloss.1.n.13. in fine.*

Sed prædicta regula intelligi debet cum quibusdam limitationibus.

Primò, ut procedat quando res revertitur ad dominum jure feudi, non autem tanquam ad privatum, ut dicunt omnes Doctores superiùs citati. Unde si dominus directus emeret rem emphyteuticam, aut eam acquireret titulo legati, non extinguerentur hypothecæ. Rot. Auenionen. *dicta decis.28. n.2.* & alii omnes *suprà* citati. Oportet enim ad hunc effectum quod res devolvatur ad dominum ex vi, & natura primariæ & originalis concessionis: ut ait Mastril. *decis. Sicil.154.n.26.*

Secundò, ut locum habeat favore domini directi, non autem ejus cessionarii, quia jus istud resolvendi hypothecas per retentionem feudalem, est personalissimum, & procedit à virtute quadam attractiva, & veluti magnetica dominii directi, quæ non potest convenire Tertio, qui à domino directo cessionem juris retinendi obtinuit, quamvis jus istud prælationis ex generali hujus patriæ consuetudine cedi possit, ut aliàs ostendimus. Et hanc limitationem fusè comprobat Claper. *causa 100. q.1.n.4.& 29.*

Tertiò, quod licèt per retentionem jure feudi factam extinguantur, & resolvantur hypothecæ, & onera, ac servitutes post concessionem emphyteuticam impositæ; non ramen resolvuntur substitutiones & fideicommissa. Ratio differentiæ est, quia alienatio facta per hæredem gravatum in præjudicium prohibitionis legalis est ipso jure nulla, nec valet nisi respectu gravati alienantis, & durante ipsius vita; illo verò mortuo, seu adveniente casu fideicommissi, alienatio remánet ipso jure nulla ex tunc, & à principio. Ideò stante nullitate alienationis, non extinguntur fideicommissa, & retentio domini locum non habet: & per hanc rationem ita determinat Solsona *in lucerna laudemiorum, in 3.q.principali,n.262.*

Quartò, quod si reversio emphyteusis fiat ex causa commissa, vel feloniæ, & sic ex causa quæ supervenit de novo post primam concessionem, onera & hypothecæ remanent in suo robore, nec resolvuntur, juxta ea quæ tradit copiosè Louët, & *ibi* Brodeau *lit. C.n.53.* & decisum testatur Claud. Henrys *in recollectione arrestorum, lib.3.cap.2.q.8.*

Ad Cap. 26.

DUbitatum fuit, utrùm pater duodecim liberorum, qui negotiationem exercet, habeat immunitatem à gabellis, quæ imponuntur super mercibus, aut aliàs super negotiatione. In hac quæstione Thesaurus pater, & filius, *decis.267.n.14.* videntur concludere, quod pater duodecim liberorum non sit immunis ab hujusmodi impositionibus, quæ exiguntur ratione negotiationis. Fatentur tamen, contrariam sententiam maxima æquitate niti; & in effectu patrem hujusmodi habere immunitatem pro rebus quæ deferuntur gratia negotiationis, dixit Ruinus *consil.127.n.10. versic. & etiam quia, vol.4.* quia vectigalia, pedagia, & similia non sunt munera realia, sed personalia, & quæ imponuntur personæ pro rebus, à quibus muneribus personalibus excusat numerus duodecim liberorum; quam opinionem sequi videtur Trentacinq. *lib.1. tit. de jure immunitat. resol. 1. num.2. vers. sextò declaratur.*

Neque obstat, quod Clerici, qui sunt immunes à dictis muneribus, non tamen sunt exempti si negotientur, ut *in Clement. præsenti, de censibus*: quia hoc speciale est propter prohibitionem negotiandi de jure factam Clericis: *cap.1.& toto tit. ne Clerici, vel Monachi, &c. & c.fin. de vita & honestate Clericorum.*

Ad Cap. 31.

CControversa est quæstio, utrùm colonus possit agere ad remissionem mercedis ante ultimum annum suæ locationis? quem licèt expectandum esse dixerint DD. hîc allegati; contrarium tamen tenet Valascus *in tract. de jure emphyteut. q.27.num.47.* dicens, quod licèt aliàs viderit judicatum non statim fieri remissionem, sed expectandum esse finem locationis, ut sciatur utrùm aliqua contingat ubertas, cum qua fieri possit compensatio, eaque ratione motos fuisse Judices, quia nulla lex cogit remissionem statim fieri, & sic rem videri pendere ex futuro eventu, ut interim negetur actio: per textum *in l. non intelligitur, §. si quando, ibi, placuit eventum expectari, ff. de jure fisci.* Nihilominus tamen verius existimat statim dandam esse actionem colono ad remissionem mercedis, quia ubertas sequens est resolutiva tantùm remissionis, non autem interim suspensiva. Quod dicit probari per textum *in l. si uno anno, ff. locati*, eandemque sententiam videtur amplecti Barbos. *ad l. licet 8. n.19. in fine, C. de locato.*

Ego tamen existimo non esse recedendum ab opinione Rotæ, quidquid dixerit Valascus; nisi tamen in instrumento locationis conventum esset de facienda remissione mercedis: tunc enim vigore pacti statim peti posse remissionem censeo, ex iis quæ trado *in hoc capite, n.18. & 23.* Atque ita consului anno 1654. in favorem cujusdam coloni partiarii, maximè vigore pacti, & conventionis expressæ de facienda remissione in casum damni contingentis in fructibus: quia pactum illud debet aliquid operari ultra dispositionem juris communis. Angel. *in l. adem, in fine, C. de locato,* Peregr. *cons.98.n.2. vol.1.* Cyriac. *controvers.151.n.11.& seqq.*

Et in eadem causa dixit, quod quando agitur de colono partiario, damnum spectat ad ratam dividendum inter dominum & colonum: ut explicat Mozz. *in tract. locationis, colum.1.n.26.* quia cum tales coloni sint socii, damnum inter dominum & colonum debet esse æquale: Mantic. *de tacitis conventionibus, lib.5.tit.2.n.30.31.& 33.*

Præterea dixi, quod cùm ageretur de damno per incendium illato ab inimicis domini, totum periculum pertinebat ad dominum: Castillo *lib.3. controv. cap.3. num.21.* Mantic. *de tacit. lib.5. tit.8. num.17.* Valasc. *de jure emphyteut. quæst.30.num.6.* Barbos. *in Decretalib. cap.3. de locato, num.9.*

Rursùs, quia agebatur de incendio quod contigit in granis nondum excussis, licèt resecatis, maximam dixi esse inter Doctores controversiam, utrum hoc casu colonus agere possit ad remissionem mercedis, ut advertit Carocius *in tract. de locato, tit. de remissione mercedis, q.18.n.22.* Cyriac. *controvers.49. n.2.* Verius tamen existimavit locum etiam hoc casu esse remissioni mercedis, quamvis fructus sint separati à solo, non tamen excussi à palea; ut explicat idem Caroc. *d. quæst.18.n.25. fol. mihi 1086.* Valasc.

de jure emphyteut. quæſt. 27. n. 51. verſic. ſed tu intellige: Mozzius *de accidentalibus locationis, n. 35.*

De hac materia remiſſionis mercedis tractat Mantica *d. lib. 5. tit. 8.* Fontanella *deciſ. 210.* Moz. *d. tit. de accident. locat.* Rota *poſt tract.* Zacchiæ *de obligatione Camerali, deciſ. 151.* DD. omnes *in cap. propter ſterilitatem, de locato, & in l. licet 8. Cod. eod. tit.*

Ad Cap. 41. *num.* 7.

VEra quidem eſt hæc concluſio, quod duo poſſunt eſſe dominia; unum ſupremum, aliud ſubalternum, quod competit primo emphyteutæ facienti alium ſubemphyteutam. Sed iſtud non eſt propriè emphyteuſis, ſed potiùs cenſus: nam hoc caſu laudimium non debetur huic ſecundo domino, ſed ſuperiori & mediato, ut dicit & probat Claper. *cauſa 15. quæſt. 2. n. 87.* Emphyteuta enim, cùm ſit tantùm utilis dominus, non poteſt facere alium emphyteutam qui eum recognoſcat, cùm non habeat directum dominium, & tunc emphyteuta ſecundus tenetur primum dominum recognoſcere, & ejus conſenſum in alienatione requirere, & laudemium illi ſolvere, non autem ſecundo, cujus conſenſus non eſt requirendus in alienatione, ut *ibidem* probat Claperius, cui addendus eſt Burg. *in tract. de laudem. p. 1. inſpect. 4. n. 28. & ſequent.* maximè *num. 30. in fine, verſic. Item confert.* Unde ſequitur, quod ſi ſecundus iſte emphyteuta ſolveret laudemia huic domino immediato, nec conſenſum domini mediati requireret in alienationibus, ſanè ex eo oriretur conjectura adverſus dominium directum ſupremum & univerſale: quæ procedunt in emphyteuſi. Si enim ageretur de retrofeudo, laudemium de jure ſpectaret ad dominum immediatum, hoc eſt, dominum feudi à Principe, aut alio Domino ſuperiori dependentis: ut probat Roſental. *in tract. de feudis, cap. 6. concluſ. 66. num. 11.* cùm à ſolo domino immediato feudi ſervientis inveſtitura petenda ſit: idem Roſent. *d. c. 6. concluſ. 63. n. 1.* Blancard. *ad Amed. de laudemiis, q. 24.* Menoch. *conſ. 226. n. 166. & ſequent. & à num. 159. ad 189. & conſ. 338. n. 14.* Codex Fabr. *tit. de jure emphyt. definit. 73.* Camil. de Medic. *conſ. 145. in fine.*

Ad idem Cap. *num.* 17.

NOtandum eſt, quod in feudis vaſſallus tenetur ex conſuetudine Pariſienſi, & aliorum locorum Galliæ, dare Domino catalogum continentem deſcriptas res Feudales, ut notat Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. rub. 3. §. 3.* in verbo, *Dénombrement:* & *§. 4.* in verbo, *aprés le dit hommage:* cum aliis citatis per Roſent. *de feudis, cap. 8. concluſ. 32. num. 3.* Chopin. loquens de conſuetudine Andegaven. *lib. 2. de feud. tit. 5. n. 1. & ſequent.* Quod etiam eſt conforme juri communi, cum declarationibus tamen, de quibus per Roſental. *d. concluſ. 32. n. 5. & ſeqq.* quod etiam locum habet in emphyteuta, qui tenetur ſpecificare & dinumerare, juxta tamen declarationes relatas per Gratian. *cap. 188. n. 36. verſic. imò etiam.*

Ad idem Cap. *num.* 21.

QUod onus probandi transfundatur in emphyteutam, quæ bona ſint emphyteutica, & dandi illorum dinumerationem, alioquin omnia quæ poſſidet in illo loco, præſumantur emphyteutica, cautè intelligendum eſt: ſiquidem facta deſignatione alicujus rei vel prædii per emphyteutam, ſi dominus prætendat alia etiam bona reperiri, quæ ſint ſub ejus directo dominio, onus probandi in illum transfertur: ut oſtendit Mantic. *de tacit. convent. lib. 22. tit. 20. num. 19. & ſeqq.* ubi fuſiùs tractat hanc materiam, & præſertim quærit, quid agendum ſit quando tractatur de emphyteuſi antiqua, & termini prædiorum ſunt mutati, ut per Eund. *n. 20. circa med. verſic. ſed ſi per inſtrumenta.*

Quod autem dicitur, omnia poſſeſſa in loco, præſumi feudalia, quando emphyteuta non facit ſuam dinumerationem; ut per Mantic. *d. tit. 20. n. 16.* ſic intelligendum eſt, ut procedat in domino directo univerſali, qui habet intentionem fundatam in toto territorio. Si enim ageretur de domino particulari certæ rei, ceſſaret illa præſumptio; & negante emphyteuta, onus probandi transferretur in dominum: ut probat Mantic. *loco citato, n. 20.*

Notandum præterea, quod ea quæ hîc dicuntur *in 9. concluſione*, locum habent in feudo, ratione cujus præſtatur ſervitium & fidelitas; & ideò non habent locum in emphyteuſi, de qua dictum fuit *n. 5. in 5. concluſione:* cui jungenda ſunt dicta quoque *eod. cap. num. 32.*

Ad Cap. 44. *num.* 12.

NOn adeo certum exiſtimo, quod immunitas in caſu *hujus capitis*, dici poſſit conceſſa per modum beneficii, quia conceſſa fuit à ſummo Pontifice in caſu, in quo non agebatur dumtaxat de præjudicio Principis concedentis; ſed potiùs de præjudicio Tertii, nempe aliorum particularium qui tenentur ad ſolutionem collectarum. Ut enim conceſſio dicatur facta per viam beneficii, oportet ut concernat præjudicium *ſolius concedentis; Surd. conſ. 140. n. 50.* Cyriac. *controverſ. 297. n. 8. & 9.* Et propterea licèt ex aliis rationibus in præſenti capite ſelectis, privilegium tranſeat ad ſucceſſores etiam particulares; tamen hoc debet reſtringi ut locum non habeat pro debitis contractis per Communitates, poſt venditionem factam tertiis poſſeſſoribus: quia privilegium immunitatis non extenditur ad collectas, quæ imponuntur pro debitis contractis poſt acquiſitionem tertii poſſeſſoris: juxta communem theoricam Doctorum *in l. ſi ex toto 8. ff. de legat. 1.*

Ad Cap. 45. *num.* 21.

REſolutio propoſita circa obligationem mulieris indotatæ, quam dicimus reſcindi pro tam & pro tota læſionis, non autem in totum, & obligationem remanere validam quatenus non excedit dimidiam partem dotis: Quidam Advocati in libris revocarunt, & acriter contenderunt obligationem mulieris in totum reſcindendam eſſe. Sed non obſtantibus illorum impugnationibus, ſubſequens ſententia conformis reſolutioni hîc propoſitæ, fuit judicatum, quod ſi mulier pro marito plures obligationes fecit diverſis temporibus, quamquælibet de per ſe non reddit mulierem indotatam nec læſam ultra dimidiam dotis, quamvis omnes obligationes ſimul junctæ illam indotatam reddant, non debent reſcindi omnes illæ obligationes, ſed eæ dumtaxat per quas mulier redditur indotata, & eæ ad dimidiam; cæteræ verò, quæ ſunt intra dimidiam, validæ ſunt, nec reſciſſioni ſuppoſitæ: & poſteà reperi hanc reſolutionem bene fuiſſe compoſitam per Salgado *in labyr. creditorum, p. 2. c. 4. num. & multis ſeqq.* cujus ſcripta hîc non repero.

Ad Cap. 50.

IN materia *hujus capitis*, quæſitum fuit, ſi teſtator plures gradus ſubſtitutionis fecerit; ſed in primo dederit hæredi facultatem eligendi unum ex illis, quam tamen electionem non fecit, vel facere non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

potuit propter prædecessum liberorum eligibilium, utrùm non facta electione, fideicommissum expiret quoad alios gradus, & sit locus successioni ab intestato? In qua controversia Respondi fideicommissum non expirasse, non obstante defectu electionis; quia cùm testator digressus fuerit ad plures substitutionum gradus, voluit fideicommissum esse repetitum in omnibus gradibus, alioquin inutilis fuisset testatoris dispositio, per quam fideicommissum ad plures gradus successivè protenditur: ad quod conferunt tradita per Menoch. *consil.* 1107. *num.*20. *& sequent.*

Ad Cap. 51. *num.* 31.

SEntentiam, quam nos secuti fuimus, nempe anticipatam electionem, quæ tempore mortis fieri debuerat, non sustineri, quamvis in contractu matrimonii facta fuerit, approbavit Senatus Tolosanus, teste Maynard. *lib.*2.*cap.*89. *n.*2.*&* 3. propter generalem illam regulam, quod gravatus restituere uni ex liberis cum moreretur, si ante tempus mortis uni ex his donaverit, donatio ejusmodi, destinatio est, non electio, quia omne spatium vitæ liberum est ad eligendum: *l.cum pater,§.a te filia,ff.de leg.*2. quo fit ut mutare liceat voluntatem, quia posset evenire, ut is qui ante tempus fideicommissi electus est, die fideicommissi cedente aut capax futurus non esset, aut ante hæredem gravatum decederet, & sic fieret præjudicium alteri, qui eligi potuisset tempore mortis gravati: quod eveniret contra testatoris voluntatem. Quæ rationes æquè militant in donatione facta in contractu matrimonii, seu in constitutione dotis, ut etiam advertit Cald. *de jure emphyteutico, lib.*3.*de potest.elig. cap.*2.*n.*49. *versic.quod in praxi.*

Ad Cap. 51. *num.* 6.

RElatum mihi fuit, quemdam Judicem in casu huic simili judicasse, fundum non esse dotalem, utpote scripturæ errore deceptum: quem errorem devitasset, si *hujus capitis* seriem perlegisset. *In primis* enim in argumento generali *ejusdem Capitis* dicitur expressis verbis, fundum non esse dotalem, nisi datio in solutum facta fuerit utrique conjugi. *Secundò*, in casu *ejusdem capitis*, quærebatur utrum fundus esset dotalis? & per *totum caput* probatum fuit non esse dotalem, nisi maritus illum acceperit tanquam conjuncta persona, & nomine suæ uxoris.

Unde quod dicitur *n.*6. præponitur tanquam objectio, nempe quod in casu proposito agebatur de cessione mixta facta marito & uxori; & per consequens videbatur quod in casu *hujus capitis* fundus esset dotalis, quia cessio facta fuerat utrique conjugi: & ad hoc allegabatur Oldradus *cons.*245.*num.*5. *versic.& hac potissimùm*, ubi concludit datum marito nomine uxoris esse dotale, & ipsi uxori actionem de dote quæri. Quod & voluit Baldus citatus *eodem n.*6. *in cons.*160. *versic.& retentis, vol.*2. ubi dicit sustineri libellum uxoris petentis se declarari dominam bonorum in dotem datorum, ex eo quod agebatur de cessione mixta, nempe utrique conjugi facta: & allegat *leg.non solùm* 53. *ff.de jure dot.* ibi, *quia ipse fundus est in dote.* Quod etiam clarè per nos dictum fuit *num.*9 *versic.cæterùm*, his verbis, *cæterùm si maritus pecuniam uxori non recognovisset, negari non posset quin census ille esset dotalis, ex supradictis, n.*6.

Ideò *num.*7. delenda est negativa, & legendum est, *fundus efficitur dotalis:* & in summario *ejusdem numeri*, pro *nisi datio in solutum*, reponendum est, *si datio in solutum.*

Ad Cap. 54. *num.* 15.

COntroversa est quæstio, utrùm donatio quæ revocatur per nativitatem liberorum, reconvalescat si liberi patri præmoriantur? Et illam reconvalescere sensit Rota *decis.*124.*num.*14.*p.*1.*diversi.* quia cùm voluerit donans sibi facere successorem donatarium, verisimile est, quod si cogitasset de filio qui sibi præmoreretur, eadem ratione donatarium aliis successoribus præferre voluisset: Tusch. *lit. D, conclus.*712. *n.*15. dicens hanc esse communem opinionem. Quæ tamen conclusio limitatur ut non procedat, quando mortuis liberis pater superstes donationem expressè, vel tacitè revocavit, secundùm Jul. Clarum *in §.donatio, quæst.*23.*n.*9.*in fine, versic. quæ quidem conclusio.*

Ad Cap. 56.

NOn levis est controversia circa locum insinuationis faciendæ tam in Gallia, quàm in Comitatu Venaissino. In Gallia siquidem disputatum fuit, utrùm insinuatio fieri deberet in loco donationis in Officio, seu Tabellionatu Graffarii Regii, an verò in sede principali *du Balliage.* Et pro insinuatione facienda in loco contractus, & non in sede superiori, videtur facere Ordinatio Christianissimi Regis Ludovici XIII. *die* 17. *Decembris* 1612. per quam declaratur insinuatio valida, sive fiat in officio Graffarii inferioris Curiæ, sive apud sedem superiorem, quando ambo reperiuntur in eadem Civitate, vel loco. Ergo à contrario sensu, quando sunt in diversis locis, videtur quod insinuatio privativè fieri debeat in curia inferiori illius loci, aliàs valida non sit. Atque ita fuit declaratum per arrestum Senatus *die* 26. *Iulii* 1613. Quod tamen locum non habet in donationibus Nobilium, seu Feudatariorum, qui non agnoscunt in Judices Magistratus inferiores: aut etiam in donationibus factis per non Nobiles, de bonis existentibus sub feudis Vassallorum, in quorum jurisdictione fieri debet insinuatio, ut fusiùs explicat Claudius Henrys *in sua recollectione arrestorum, lib.*4.*cap.*6. *quæst.*49. *per totam.*

Sed in Comitatu Venaissino disputatum fuit, utrùm sufficeret insinuatio facta coram D. Rectore Comitatus, qui est Præses totius provinciæ Comitatus; an verò fieri deberet in locis particularibus, in quibus bona donata reperiuntur, privativè quoad D. Rectorem ipsius Comitatus.

In hac quæstione Ego consului pro validitate donationis factæ in Curia Domini Rectoris, seu ejus Locumtenentis, quamvis donatio non fuisset insinuata in loco particulari, in quo bona sita sunt, sequentibus motus rationibus.

Quia cùm duo diversa fuerint facta regulamenta super insinuationibus, unum *anno* 1577. per bon. mem. Cardinalem de Armeniaco: alterum *anno* 1594. per Eminentissimum Cardinalem de Aquaviva, de singulis separatim agendum est.

Quod attinet ad insinuationes factas post *annum* 1577. & ante *annum* 1594. indubitatum est D. Rectorem esse Judicem competentem; quia regulamentum non habet alioquin respectum ad locum particularem Comitatus, in quo bona donata sita sunt; sed tantùm in eo statuitur, quod donationes irrevocabiles, quæ fiunt intra dictam patriam Comitatus, insinuentur coram Judicibus ordinariis dictæ patriæ.

Sed negari non potest, quin D. Rector sit Judex ordinarius, uti Præses Provinciæ, cùm habeat merum & mixtum imperium in toto Comitatu. Castrens. *cons.*406.*n.*4.*vol.*1. Unde & Præsides Provin-

ciæ omnium Magiſtratuum jure funguntur :*l. omnia* 11.*ff.de offic.Præſid.* Joan.Fabet *in* §.1.*Inſt.de Attilian.tut.n.*10. Vveſembec. *in d.*§.1.*in verbo, Præſidibus Provinciarum*, & probavi *in tract.de prævent.p.*2. *cap.*8.*n.*9.*& ſeqq.* & de proviſione tutoris eſt textus *in* §.*non valentes*, *in authent.de defenſorib.Civitat.* Unde ſequitur,ſatisfactum fuiſſe dicto regulamento per inſinuationem coram D.Rectore factam.

Quod autem attinet ad inſinuationes factas poſt Regulamentum Cardinalis de Aquaviva,*anni* 1594. nihil in hoc poſteriori Regulamento continetur, niſi ſequens clauſula, *Inſinuari ut petitur mandamus.* Videndum igitur quid à dicto Domino Cardinali petitum fuerit.

Sanè petitio Patriæ hoc ſolùm continebat, quod addendo Regulamento *anni* 1577. inſinuario fieri deberet non obſtante renunciatione jurata ; & quod fieret donationum regiſtratio , etiamſi ageretur de donationibus reciprocis , vel contemplatione matrimonii factis.

Verum quidem eſt, quod Primus ſtatus dicti Comitatus petebat inſinuationem fieri in domicilio donatorum, aut in locis ubi bona ſita eſſent.

Secundus ſtatus compoſitus ex Dominis Vaſſallis, ſimpliciter petebat inſinuationem fieri , & atteſtationem Notarii , qui donationem ſtipulatus eſt, regiſtrari.

Tertius ſtatus petiit dictum Regulamentum *anni* 1577. obſervari, exceptis donationibus in caſum ſupervitæ in contractu matrimonii factis,& quod inſinuationes fient coram Judicibus & Magiſtratibus.

Itaque clauſula illa, *ut petitur*,non reſpicit potiùs requiſitionem Primi , quàm Secundi, vel Tertii ſtatus ; & ſic eſt ambigua , & per conſequens debet explicari , ut quemadmodum juxta primum Regulamentum (ad quod ultimum refertur) inſinuatio fieri poteſt coram quocumque Magiſtratu ordinario , ita & per ultimum.

Vel in omnem eventum, quod iſtud ultimum Regulamentum recipiat interpretationem ab obſervantia , quæ talis fuit non ſolùm ante , ſed etiam poſt Regulamentum *anni prædicti* 1594. ut inſinuationes donationum in Comitatu factarum indiſtinctè fiant in Curia Domini Rectoris , cùm agatur de obſervantia interpretativa. Burat. *deciſ.*390.*n.*3.679. *num.*9.647. *n.*11.*cum ſimilibus.*

Secundò , quia poſito ſine præjudicio veritatis, quod Judices ſpeciales ad faciendas inſinuationes eſſent deputati , talis deputatio cenſeretur facta cumulativè, & non privativè quoad D.Rectorem. Undè in Civitate Mediolanenſi Prætor , & Capitaneus concurrunt in cognitione cauſarum criminalium : Boſſ. *in tit. de foro compet. n.*76. Et in patria Montisferrati,licèt deputati eſſent duo Judices annonæ,deciſum fuit talem deputationem non præjudicare Capitaneo Juſtitiæ : Surd.*conſ.*56.*n.*22.quia per ſpecialem delegationem alicujus, non fit præjudicium ordinariæ juriſdictioni,*l.*1.& *ibi* Bartol.*ff.de offic.præſ.ſt. urb.* & in patria Sabaudiæ,quamvis cauſæ Curialium ex decreto Principis ſint cognoſcendæ per Referendarios , non fit ex eo præjudicium cognitioni & juriſdictioni Judicis ordinarii, niſi juriſdictio conceſſa fuiſſet taxativè , videlicet quod illi ſoli Judices privativè cognoſcere poſſent : *l.viros*,& *ibi* Bartol.*C.de offic. diverſ. jud. lib.*12. Angel. *in l.*1. *C.ubi, & apud quem*, Dec.*conſ.*3. Menoch. *de arbit.q.*40.*n.*3. Burat. *deciſ.*912.*n.*4.*&* 5. ubi explicat, etiamſi adeſſet clauſula taxativa, *ſolum*, & *dumtaxat*, in conceſſione juriſdictionis,quæ in caſu propoſito locum non habet.

Tertiò , quia quamvis Dominus Rector nullam prorsùs haberet juriſdictionem ſuper inſinuationibus faciendis , tamen illam acquiſiviſſet recipiendo inſinuationes per ſpatium tanti temporis , quod efluxit ab *anno* 1577.vel 1594. & ſic per ſpatium ex una parte 79. annorum , & ex alia 62. quibus annis durantibus conſtabat ex perquiſitione actorum Curiæ Domini Rectoris, quod continuè, & indiſtinctè omnes , & quæcunque donationes in quibuſcunque locis Comitatus factæ , fuerunt indifferenter inſinuatæ in eadem Curia Domini Rectoris : quæ diligens perquiſitio,præſertim facta vocata parte,& de mandato Judicis, ſine dubio probat dictam conſuetudinem , & ſufficit juramentum per Notarios præſtitum in initio ſui officii, ut tales diligentiæ per ipſos factæ fidem faciant quoad perquiſitionem actorum. Ludovic. *deciſ.*287. *per tot.*

Et propterèà ſtante tali conſuetudine , quamvis Dominus Rector nullam habuiſſet juriſdictionem quoad inſinuationes , illam tamen acquiſiviſſet conſuetudo ſiquidem ejus eſt efficaciæ, ut alicui juriſdictionem acquirat , quamvis illam non habeat. Henric.Bohic. *in cap.ex parte, n.*4,*de feud*, textus ibi *in cap.cùm contingat , de for.compet.* Lup. *in cap. per veſtras , de donation. inter vir. & uxor, n* 2. *nat. adit.* §.1. *num.* 27. *fol. mihi* 82. ubi dicit hoc habere locum tam in juriſdictione voluntaria , quàm contentioſa , & hoc fusè comprobat.

Quartò , quia etiamſi omnes prædictæ rationes ceſſarent ; tamen hoc certum eſt,quod quia ex communi opinione Dominus Rector fuit , & eſt ſemper habitus pro vero,& *legitimo Judice in hujuſmodi*, ut mox oſtendimus copiosè ;communis obſervantia vel error (quatenus adeſſet) facit jus,& reddit valida inſinuationem validam : *l.Barbarius Philippus,ff.de offic. Præſid.* Pariſ. *de reſignat. lib.*7. *q.*24.*n.*47. ubi loquitur de eo , qui credebatur legitimus Vicarius , cùm tamen talis non eſſet : Rot. *dec.*608.*n.*12.*p.*2.*recent.*

Ultimò, mirum eſt quod iſtud negotium deducatur in controverſiam, cùm reperiatur expreſsè deciſum per Regulamentum dicti Comitatus Venaſſini *in tit. du ſalaire des Iuges , fol.*43. ubi dicitur, quod quando agitur de inſinuatione donationum, Capitanei, Vigueirii, Caſtellani, & Bajuli locorum Comitatus Venaſſini non poterunt habere aliquam cognitionem,ſed jus eo caſu reſervatum ſit Reverendo Domino Rectori, ejuſque Locumtenenti, vel Judicibus trium Judicaturarum , vel Dominorum Vaſallorum, privativè quoad dictos Capitaneos, & ita patet quod jus inſinuationes recipiendi ſpectat ex mulativè ad dictos Judices particulares,& ad dictum Dominum Rectorem , etiam quoad donationes factas in quibuſlibet locis dicti Comitatus Venaſſini ; exceptis tamen locis , in quibus juriſdictio ſpectat ad Vaſſallos, ſeu Feudatarios ſummi Pontificis, cùm juriſdictio ſit illis conceſſa in feudum , & per conſequens privativa : ut probavimus *in tract. prævent. p.*1.*c.*5.*n.*24.*& p.*1.*c.*11.*n.*11.

Et ſecundùm prædicta inſinuatio facta per Dominum Rectore Comitatus , ſeu ejus Locumtenentem de bonis ſitis intra locum Sanctæ Ceciliæ , quæ ſub Judicatura Villæ Valriaci , fuit declarata bona & legitima per Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum meum , D. Joannem Nicolaum de Gondis mitibus , Prolegatum Avenionenſem meritiſſimum, cujus vitæ integritas , morum ſuavitas, incredibilis pietas , & inviolabilis juſtitiæ zelus præter expectationes, & vota noſtra, ut credamus, & ſperemus , & exoptemus , ut Alexander Magnus purpureos illi quamprimùm exhibeat honores ejus virtutibus , & Antiquiſſimæ , Nobiliſſimæque

fam-

Familiæ de Comitibus debitos. Quod ego uti obsequentissimus ejus famulus toto corde desidero.

Ad Cap. 57. *num.* 26. *& seqq.*

REs difficilis est, propter varias Doctorum sententias, quas hic ad longum referimus; dum quæritur utrùm donatio ex causa dotis indigeat insinuatione, quam exagitat Merl. Pignatel. *lib.* 2. *contr.* 59. qui in hanc inclinat sententiam, ut necessaria sit insinuatio tam in donatione causa dotis, quàm in ea quæ fit contemplatione matrimonii, propter ampla & generalia verba constitutionis, & propter clausulas irritantes in ea appositas. Sed quidquid sit, non existimo recedendum à distinctione per nos allata *hoc eod. c. n. ult.* secundum quam relatū mihi fuit hodie in Curiis præsentis Civitatis Aven. judicari.

Ad Cap. 68. *num.* 4.

QUod hic dicitur, filiumfamilias de dote adventitia sinè consensu patris inter vivos disponere posse, locum non habet in donatione causa mortis, in qua consensus paternus omninò requiritur: qui si non interveniat, donatio causa mortis vitio nullitatis corruit, etiam quoad adventitia: Jul. Clar. *in §. Donatio, q. 6. n. 3.* Barry *de succession. lib. 1. tit. 7. n. 8.* dicens hanc sententiam veriorem esse, & receptiorem. Nec potest sibi ipsi pater authoritatem præstare in hac donatione causa mortis, ut ex communi sententia refert Capreol. *de succes. ab intest. in præfat. num.* 221.

Ad Cap. 74. *num.* 9.

NOn sine ratione recursum habuimus in casu proposito ad verba testamenti, & conjecturas ex testatoris mente desumptas, ad colligendum quod in legato generali ususfructus comprehenduntur bona fideicommisso supposita. Nam cessantibus conjecturis, verius est bona fideicommisso subjecta non comprehendi in legato generali usufructus, etiamsi ipsimet hæredi fideicommissum esset restituendum, ut ultra plures superiùs allatos *à n.* 2. *usque ad* 6. & nominatim Pegueram *decis.* 123. Cancer. Castill. Peregrinum, & alios, fusè comprobat Cyriac. Niger *controvers.* 283. *per tot.* & maximè *n.* 33.

Ad Cap. 78. *num.* 14.

NOtandum est, quod in Gallia donatio inter vivos nulla est & invalida, si non fuerit acceptata per donatarium, ut decisum testatur Louet *in sua recollectione arrestorum, lit. D, n.* 5. Quæ acceptatio requiritur in Gallia, etiamsi agatur de donatione inter vivos, facta favore piæ causæ. Item *lit. D, num.* 27. Si tamen ageretur de donatione facta liberis nascituris, valida esset etiam sine acceptatione, quia nascituris nihil imputari potest si non acceptaverint, sive donatio facta fuerit in contractu matrimonii, sive extra illum: sufficit enim quod Notarius tanquam persona publica pro nascituro stipuletur, ita ut superveniens filii nativitas resolvat omnes alienationes, & hypothecas posteriores contractas in præjudicium donationis prædictæ: & hanc sententiam firmavit rerum judicatarum authoritas, ut testatur Louet *lit. D, n.* 51.

Ad Cap. 84.

QUid in castri venditione, vel concessione comprehendatur? pendet ex verbis concessionis. *In primis* enim si concessio, vel venditio Castri facta fuerit cum suis pertinentiis, illarum appellatione continentur omnia quæ cum castro acquisita sunt: Menoch. *lib. 3. præsumpt. 99. n. 6.*

Secundò, quæ dicantur de pertinentiis castri, colligitur ex conjecturis, & ex destinatione patrisfamilias: Argent. *in consuetud. Britanniæ, art. 265. cap. 10. n. 26. versic. ex quibus, colum.* 971.

Tertiò, si concessio, vel venditio Castri facta fuerit integrè, sive integro statu, intelligitur facta cum pertinentiis: *l. 2. C. de bonis vacant. lib.* 10. Bald. *in feudis, tit. de Capitaneo qui Curiam vendidit, n.* 9. Natt. *cons.* 505. *num.* 28. & 32.

Quartò, si concessio faciat mentionem loci, & dominii, his verbis, *de la Place, lieu, & Seigneurie*, appellatione *Loci*, continentur omnia cohærentia ipsi loco. Fabrian. de Monte *in tract. de empt. vendit. in 6. quæst. princip. n. 22. in fine, & n.* 23. Capiblanc. *de jure Baronum, pragmatica* 8. *p. 1. num.* 49. *fol.* 209. Roman. *cons.* 444. *n.* 7. *versic. quartò.*

Nomen autem *de Seigneurie*, est æquivocum, ut dicit Argentr. *loco citato, tit. des appropriances, artic.* 265. *cap.* 10. *num.* 30. & potest intelligi in abstracto, vel in concreto: Loiseau *des Seigneuries, cap. 1. n.* 24. & 25. In concreto autem significat *la terre Seigneuriale*. Idem *cap. 2. num.* 2. quia nomen *Seigneurie*, componitur ex feudo & jurisdictione, tanquam à materia & forma. Idem *cap. 4. n.* 27.

Sed quidquid sit de præmissis, nuper judicatum fuit in Curia Palatii, quod in concessione, seu legato Castri facto cum clausula *integrè*, continebantur solùm, & duntaxat bona feudalia, qualis est jurisdictio, servitia, hortus castro annexus, garenæ castro contiguæ, molendina bannaria, & similia; non autem bona allodialia & rustica.

Notandum etiam est, fieri debere differentiam inter concessionem factam à Principe, & concessionem, legatum, vel aliam dispositionem factam à privatis personis, ut distinximus *hoc eodem cap. n.* 13. & 14. post plures *ibidem* citatos: quibus nunc additur Rota *decis.* 81. *num.* 8. *p.* 5. *recent.*

Ad Cap. 98. *num.* 5.

CONventionem præcedentem de restituendo pecunias pro monstra exhibitas, probari ex præsumptionibus & conjecturis, veluti ex actuum vicinitate, determinat Mastril. *decis.* 262. *n.* 40. Et faciunt tradita per Capycium Latro *decis.* 38. *num.* 36. & 37. ubi loquitur de promissione ex causa mutui, quam maritus recipit loco solutionis, si confessio & instrumentum mutui fiant eodem die, & coram eodem notario, & testibus; dicens illam confessionem esse respectivam ad contractum mutui, sicut in casu *hujus capitis* exhibitio & demonstratio pecuniæ, censetur facta respectu obligationis statim subsequutæ.


Ad Cap. 91. *num.* 14.

NOtandum est, dispositionem statuti Comitatus, per quam Emphyteuta præfertur emptori rei emphyteuticæ, non habere locum quando dominium directum non fuit venditum, sed sola exactio, seu jus exigendi arreragia censuum, seu laudimiorum, vendita fuit: quia dispositio dicti Statuti, seu Bullæ de qua *d. n.* 14. est exorbitans à jure communi, cum jus illud prælationis secundùm juris communis dispositionem non competat emphyteutæ, quando dominium directum venditur; ut probavimus *hoc eod. c. n.* 2. Et propterea dispositio dicti Statuti non debet trahi, neque extendi ultra casum suū.

Ad Cap. 92. *num.* 15.

Adde quæ diximus *infrà, vol. 2. c.* 168. *n.* 2.

FINIS.


2

